Y. 23820. Fol

Liber Bibliothecae Academicae
publicae Senkenbergianae.
Rep. 1. No. 14. 13

OCTAVIANVS CACHERANVS AB OSASCO LECTORI S. D.

SÆPE admiratus magnopere sum (lector amantissime) nullum ex tot doctissimis, & omni eruditionis genere præstantissimis lureconsultis, quos plissimus ordo Senatus Pedemontani semper habuit, habetq; in hoc scribendi genere elaborasse, cum in eo casu difficillimi, ac maxmè ambigui casus decidendi indies occurrerint: quod cùm ego, qui pariter in sanum hoc collegium à Serenissimo Principe nostro cooptatus sum, animaduerterem, operæpreciũ putaui, vt quemadmodum aliorum Senatuum passim quæstionum ac decisionum volumina habentur, ita & aliquæ sub sacri Senatus Subalpini nomine res iudicatæ in publicum prodirent: quamobrem etsi me minimum inter lureperitos agnoscam, attamen paucos hos casus notare, & quasi per indicem ostendere curaui, vt alis doctissimis viris plenius, ac vberius scribẽdi in hac materia, & plures casus, qui in hoc auditorio quotidie obuij fierent colligendi iter aditumq; præberem. At non me latet multos statim adfuturos, qui laborem hunc nostrum, hanc industriam improbabunt, & virulatis eorum linguis opus hoc nostrum carpent, quòd scilicet ea, quæ antehac à doctissimis & longè me peritioribus viris lureconsultis scripta sunt, contineat, ac propterea tanquam infrugiferum, nullius q; vtilitatis reijciendum esse contendent. Sæpe enim ita factum est, t multa scripta dum adhuc in mentibus auctorum inclusa tenerentur, magnas sui expectationes concitarent, sed perfecta tandem, & in publicum edita, longè tenuiorem, quàm pro concepta spe, gloriam consecuta sint: attamen conatus ipse præclarus est ab alijs iam tecta diligentius discutiendi. Non deerunt & alij, qui non sensum, sed varia nominum vocabula, attendentes, lucubrationes has nostras obsoleto sermone refertas, ac vti parum eruditas, & disertas irridebunt. Nam, qui scribit, vt Diuus Hieronymus inquit in epistola ad Præsidium, & in epistola contra Vigilantium in expositione Symboli, multos habeat iudices oportet, multorumq; censuris se submittere cogitur. Sed sciant me non cum oratoribus, aut rethoricis, verùm cum legalis disciplinæ Doctoribus loqui, in qua quidem disciplina, in adducendis tot Doctorum testimonijs, commodè sermonis elegantia seruari non potest, & longè satius est tempus in rerum, quàm in verborum cognitione consumere: imò stylo vsus sum suscepto instituto conformi, nec laborandum duxi ad altiorem, & grauiorem sermonis elegantiam tendere, ne forte viris candidatis, ac pragmaticis propter obscuritatem, & mihi ob temporis dispendium nocerem: huiusmodi vero petulantia plenis hominibus ita mordentibus satis fuerit illud obijcere, quòd dici à Diuo Hieronymo in præfatione prima Paralip. solet: In publico rodentes detrahunt, quod in angulo libenter legunt. Omnes tamen rogatos esse velim, vt iuxta sacram doctrinam non prius temerè iudicent, quàm scrutentur, intelligant, aut discernant: & si damnandum quicquam cognouerint, me viuum corrigant: non verò mortuum iugulent. Has itaque candide Lector laboris nostri vigilias, quas belli tempore, dum animus meus ob varias calamitates hac & illac distrahebatur, ferè omnes congessi, placidè suscipias, easq; perlegas: alias si Deus dabit, & plus oci nactus fuero expectaturus: quòd si aliqua inculta, & parum compta repereris, & non omnia, vt decet, digesta videris, æqui bonique te consulere rogo, quoniam ante tempus partum amicorum impulsu edidi, vt legitimum tempus non habuerit iuxta illud, Nonum prematur in annum. Vale.

AD OCTAVIANVM OSASCVM, SECVNDVM SENATVS PEDEMONTANI PRÆSIDEM, LAVDICI HONORATI Draconis in eo prætorio collegæ παρακελευσματικὸν Carmen.

QVÆ ratio pullos nido cohibere vetusto
Iam validos, aptosq; cito petere astra volatu
Cogit? adornatam, ac instructam Echeneis ab ora
Soluere quis prohibet portuq; euadere classem?
Demissè nimium de te sentire videris,
Octaui, si te pudor impedit, haud satis æqua
Et meritis indigna tuis metuisse probabit
Successus, si stridentes in vela procellas
Inuidiæ superare times, fluctusq; tumentes.
Rumpe moras, pluteum plus sat tua lima cecidit,
Impatiensq; domus merito est tua virgo paternæ:
Ipse tuo caue ne decori, laudiq; tuorum,
Multorumq; vsu inuide, concire recusans
Momorum inuidiam: qquàm latratibus acres
Tam morsu inualidi sunt & sine dentibus in te.
Est opus hoc auctore suo: præside dignum,
Vtile honoratis, & quod ætoria summa
Excipiant auidis vlnis, oracula tanquam.
Ast & eo vincent tua scriptura oracula prisca,
Quòd cæcis ibi sunt non pæca obducta tenebris,
Ancipiti sensu, vix vllis vsiis apta:
Cùm tua nil penitus dubij, obscuriq; relinquant.
Quin etiam è latebris illorum sensa recludant:
Concilient, quæ fortè queuis pugnantia credi:
Iudicibusq; viam monstrent sciantq; perennem.

AD EVNDEM OCTAVIANVM D. OSASCI ROCHÆ ARAZII COMITEM, ET SENATVS CISMONTANI secundum Præsidem, Philibertus à Pingon Cusiacensium Baro Sabaudiæ Referendarius.

QVantum mœnia Culanensiorum
Delphinatis agri Papam Guidum
Tollunt, veridicæ notæ parentem,
Et dant Parthenopæa rostra quantum
Afflicto anchora qui clientulorum,
Nec non Grammatico Thomæ perito
Causas enucleare iudicati.
Et quicquid tribuit suo Boëro
Prompto soluere disputationes
Gallos Burdegalus remotus inter:
Totum deferat id tibi, tuisq;
Coctis dogmatibus magis recoctis
Per decisa tua hæc me & q; tutè
Pes alpinus Osasce gens beata.

Idem ad lectores.

Iura foro melius discuntur, vt arma per hostes
Certa magis quàm quæ ficta plestra docet.
Aecteum Demades fertur coluisse tribunal
A tenebris robur qui Pelopæa uum.
Ad fora prompti igitur seges amplamentibus extat
Non tibi, sed vobis omne colonus habet.
Vnum pro multis colite vno sub duce virtus
Quisquam nec bene sic ausus, Osascus vt est.

PAMPHILI CARRANZAE IVRISCONSVLTI.

SCilicet è multis hominem quæ tollere possunt
Rebus, in illustri ponitur illa loco:
Iudicijs cohibere reos, frænare rebelles,
Lapsantem placida sustinuisse manu,
Innocuisq; procul vires arcere potentum,
Ius demum trutina reddere cuiq; pari.
Pingitur hæc fœlix patria Cacheranus in ora:
Tantaq; mortali laus satis esse potest.
Sic patriæ, iuxta Regiq; operatus, vtriq;
Seruit, & officio gratus vtrumq; iuuat.
Carceribus sed enim virtus operosa refractis,
Veterius celerem promouet vsq; gradum.
Proinde sinum Astreæ laxat, legumq; recludens
Abdita, ius turpi vendicat omne situ,
Iustitiæ dum sceptra gerit, sacroq; Senatu
Grandia præclarus munera præses obit:
Commoda magna quidem, sed paucis commoda præstat:
Atq; eadem breuibus interitura moris,
Eruta dum priscis prudentum oracula chartis
Explicat, & pythio certius ore sonat,
Munere tum vero tali lætatur adauctus,
Omnis in æternas orbis olympiadas.
Tu varias age dum virtutes Lector ab vno
Veraq; virtutis munia disce viro.

Eiusdem Tetrastichon.

Cæsarei quicquid numerosa volumina iuris,
Sanctaq; Pontificum dogmata quicquid habent,
Sufficit aureolo Cacheranus id omne libello:
Mille igitur codex vnicus instar erit.

CYNTHII IO. BAPTISTAE GYRALDI.

Implicitos optas legum qui soluere nodos,
Et clarum obscuris addere posse iubar,
Hæc cape, quæ Osasci tribuit pia cura diserti,
Clamosi vt tollat iurgia multa fori,
Intortos nexus studio hic non deside soluit,
Hoc, nube in densa quæ latuere, nitent,
Perlege, perlectis, dices, interprete tanto,
Iura suum tandem prisca habuisse decus.

IOSEPHVS

IOSEPHVS MONIARDVS IVRISCONS.
Vercellensis legum studiosa.

Quisquis es, insignem quem Laurea serta coronant,
Quem patris exornat vertice nata Dea:
Insano versere foro, seu iurgia tractes,
Seu populis reddas ferrea iura sedens,
Perlege, quæ sanctus voluit, dixitq; Senatus:
Dignus inuenies nil potuisse dari,
Æqua lance suum pandunt, vt quisq; recepit,
Quàm graue iudicium fecerit ordo Patrum.
Iustus Aristides fertur, sed iustior ille,
Gloria, conspicuum Principis atq; iubar.
Domitius legum vertex: non impare sistit
Auctor hic Osascus cardine iura sciens.
Hæc memor accipias, atq; imo pectore condas
Æacus, aut Minos, aut Rhadamantus erit.

AD ASTENSES CIVES DE EODEM
Præside Octauiano Cacherano incerti auctoris Carmen.

Dum belli fureret rabies, turbataq; ferro
Tempora solliciti plena timoris erant:
Sanguine turbatas sedes Astræa reliquit
Martis ab impuris cædibus exul agens:
Omnia confuso pendebant ordine rerum
Indomitus poterat vincere iura furor:
Squallida militiæ longos perpessa labores
Defleuit miseros patria nostra lares.
Numine felici postquam nunc reddita terris
Pax peperit lætos ad pia vota lares,
Pacatus repetit virgo iustissima sedes
Fœdarat Martis quas violenta lues,
Præsidis Osasci multo conscripta labore
Iura dedit patria munera digna sua:
Tollite io, Ciues palmas vt Sparta Lycurgo
Gaudet, ita Osasco nobilis Asta suo.

Nomina Senatorum nunc sedentium in amplissimo sacroq; Senatu Pedemontano.

D. Cassianus Puteus primus præses
D. Octauianus Cacheranus secundus præses auctor
D. Antoninus Thesaurus
D. Carolus Malopera
D. Iuuenalis à Costafort
D. Iacobus Curbis
D. Cæsar Cambianus
D. Amedæus de Ponte
D. Honoratus Dragus
D. Palemon Cacheranus Senatores
D. Christophorus Alphæus Aduocatus fiscalis generalis.
Ioseph Barberius Capitaneus iustitiæ, & fiscalis generalis.
Marchetus de Marcheto fiscalis generalis.

Nos Frater Angelus de Taurino Sacræ Theologiæ Professor ac officij Sanctæ Inquisitionis in Ciuitate, & Diœcesi Taurinen. Vicarius seu Viceinquisitor, per præsentes concedimus licentiam, & facultatem impartimur Illustri Domino Octauiano Cacherano, Iureconsulto, & Illustrissimi Senatus Ducis nostri Sabaudiæ præsidenti secundo, posse opus suum editum in lucem prodire, cum nihil in eo repertum per nos sit, quod Sanctæ Matris Ecclesiæ determinationi contrarietur. In quorum fidem his propria manu subscripsimus. Dat. in Conuentu nostro Cherij, Die 26. Mensis Maij, M. D. LXIX.

Idem qui suprà Frater Angelus de Taurino Vicarius
Officialis Sanctæ Inquisitionis.



DECISIONES

SACRI SENATVS PE-DEMONTANI, CLARISSIMO IV-RECONSVLTO D. OCTAVIANO CACHERANO,

in eodem Senatu Secundo præside auctore.

SVMMARIVM.

1 *Senatores pars corporis Principis sunt.*
2 *Princeps inter Senatores connumeratur.*
3 *Principis officium quale summatim & remissiuè.*
4 *Senatoris munus quale esse debeat.*
5 *Munera non capienda.*
6 *Iudicium humanum peruertentia quatuor sunt.*
7 *Senatores quare constituantur.*
8 *Senatores in conuentu Senatus publico siue priuato à fabulis, vocibus tumultuarijs, ac obstinatis disceptationibus, abstinere debent.*
9 *Senatores disputare super ijs non debent, quæ non expediunt.*
10 *Articuli plures si fuerint discutiendi, à quo prius inchoandum.*
11 *Senatores quo ordine vota proferre quive incipere debeant.*
12 *Vota proferenda ex his, quæ ex fide gestorũ probãtur.*
13 *Sententiæ ita proferendæ, vt omnem litem amputent.*
14 *Praxis vera legum interpres, & quã vtilitatem afferat.*

PROOEMIVM.

AMPLISSIMI sacriq́ue Senatus Pedemontani decisiones nonnullas scripturus (quoniam nefas esset nulla præfatione facta, atq; illotis, vt aiunt, manibus materiam tractare, teste Caio in l. 1 in principio ff. de origi. iur.) consentaneum esse putaui, primùm omnium præfationis loco dicere, quales constitui Senatores oporteat, quid eorum muneri incumbat, & quo ordine in diffiniendis, ac decidẽdis causis vti debeant.

1 Verum quoniã † pars mistici corporis Principis Senatores sunt, l. quisquis in principio.

2 C. ad leg. Iul. Maiest. † ac inter eos Princeps ipse connumeratur, l. ius Senatorũ. C. de digni. lib. 12. Senatusq;, teste Bal. in c. quanto. co'. 2. vers. & nota argumentum. de iureiur. concilium principis dicitur, ideo hoc loco congruum videbatur, & ita aliquando decreuerã, de Principis qualitate, & officio aliqua scribere. Sed quoniam multos non leuis auctoritatis & doctrinæ viros perlegi, qui varios de principe tractatus, & exactè quidem conscripserunt, ob id facturum melius existimaui, ab hac materia abstinere, quàm de ea scribere, ne aliorum doctorum scripta transcribere, & aliorum dictis membranas occupare viderer, quo fit, vt satis esse factum putauerim, si eos, quos de Principe conscripsisse legi, recenseam, vt ad eos, quicunque velit, cõfugiat. Hac de re itaq; tractatum inuenitur apud Isocratem in Oratione de administrando regno secunda ad Nicoclem, apud Thomam Aquinatem, Cagnolium, Egid. Bossium, Iacobi. à Sancto Georgio, Marti. Lauden. Gulielmum à Perno, Marcum Anto. Nattam, conciuem nostrum, Iulium Pollucem, Erasmo Roterodamo interprete, ad Commodum Cæsarẽ: quorum omnium dicta huc tendunt, & hunc vnum

3 scopum respiciunt, scilicet † decere Principem esse subditorum suorum patrem, erga eos mitem, placidum, lenem, prouidum, æquum, humanum, magnanimumq;, liberalem, pecuniæ contemptorem, haud obnoxium affectibus, sibijpsi imperantem, voluptatibus dominantem, ratione vtentem, ingenio perspicacem, circunspectum, stabilem, constantem & inflexibilem, magna cogitantem, auctoritate præditũ, industrium, suo parentium imperio seruatorem & fautorem, ad beneficentiam promptum, lentum ad vindictam, ad iustitiam omnino propensum, aditu facilem, & alloqui volentibus secommodum præbentem, pacis ac tranquillitatis amatorem, & conciliatorem, qui bonos defendat, præmijsq; alliciat, malos verò pœnis afficiat: Paul. ad Roman. c. 13. Petrus epistola prima c. 2. c. nõ frustra. & c. Regum. 23. quæstio. 5. §. iuris præcepta. institu. de iusti. & iur. l. iustitia. ff. eo. tit. c. 1. distinc. 1. latè in prooemio Gregoriano: Et Princeps subditos omni onere ac damno citra publicũ censum, iustam legitimamq; collationem liberet, auth. vt iudi. sine quoquo suffrag. fi. in princip. Hinc fit, vt propterea subditi locupletiores euadant: quod argumentũ præstat Principem populis bene præesse, §. consideranimus. in authen. vt iud. sine quoquo suf-

fragio fiant. & §. fina. Inſtit. de iſs, qui ſunt ſui vel alieni iur. Poſtremò Dei Opt. Max. cuius imaginem in terris gerit, exemplo, omnia opera ſua iudicio, iuſtitia, & æquitate muniat, ſicut ſcriptum eſt Pſal. 9. 10. & 44. necnon Iſaiæ cap. 32. Principem itaq; decet eſſe ſollicitum in perſcrutandis moribus, ſcientia, & prudentia eorum, quos ad ſacrũ hunc ordinem promoturus eſt. argu. c. eſtote. 1. quæſt. 1. Nam Senatores omni penitus reiecto ſuffragio cõſtituere debet viros nobiles, potentes, gnaros, ſapientes, bonis moribus imbutos, conſuetudinem in populo probatam habentes, nõ blaſphemos, Deum potiſsimè timentes, in quibus ſit veritas, odio habentes auaritiam, quoniam ea eſt idolorum ſeruitus, & omnium cauſa malorum, Diuus Paulus ad Epheſios, cap. 5. & ad Coloſſen. cap. 3. Eccleſiaſt. c. 10. ca. auaritiæ. de præben. dicta auth. vt iud. ſine quoquo ſuſſrag. fi. §. cogitatio. verſi. eſt hoc quoque. glo. in Prooemio decreta. in verbo, Cupiditas. & ſi fieri poteſt, eoſdẽ cõſtituat ætate iam proiectos: quoniam in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore, prudentia. Iob. cap. 12. Tiraq. de iure primoge. in præfatio. nu. 85.

4 Siquidem † Senatorij muneris eſt, pauperis perſonam nõ conſiderare, nec potentis vultum honorare, iuſtè, ac omni tempore proximo ſuo ciui, ſeu peregrino iudicare, paruum æquè ac magnum audire, nullam penitus perſonarum acceptionem habere: c. nouit. verſi. cæterùm. ibiq; Hoſtien. & alij de iud. c. ſummopere. 2. quæſt. 3. In alteram partem non inclinare, ſed æqua lance, quod iuſtitiæ proprium eſt, ius ſuum cuiq; illæſum, intactumq; tribuere, auth. iuſiur. quod præſta. ab iſs qui adminiſt. accip. Munera †

5 non ſuſcipere, quoniam ea ſapiẽtum oculos excæcant. Paris de Puteo de ſyndicatu in verbo, Poculenta & eſculenta. cap. 2. nu. 2. multosq; perdit aurum & argentum, & vſque ad cor Regum conuertit & extendit, hinc illud vulgatiſsimum:

Munera Pontifices ſubuertunt, munera Reges,
Munera ius ſtatuunt, deſtituuntq; ſimul:
Munera peruertunt leges, decreta refellunt,
Euacuant patrum iura rigore ſuo:
Munera iudicij libram moderantur & ipſam,
Protinus inflectunt, quæ data penſa trahunt:
Omnia vincit amor, ſed amorem munera vincunt,
Excæcant oculos, præcipitantq; gradus:
Munera ſi ceſſent, ceſſabunt iurgia, lites,
Mars cadet, & Veneris nullus amicus erit:
Munera ſi ceſſent, miſeris mortalibus vllus
Clamor, nec luctus, nec dolor vllus erit.

Legimus enim apud Michæam c. 3. deſtructam fuiſſe Hieruſalem, eò quòd Principes in muneribus iudicabãt, Sacerdotes in mercede docebant, & Prophetæ in pecunia diuinabant: qui itaq; manus ſuas excutit ab omni munere, iſte in excelſis habitabit, Iſaiæ c. 33. relato in c. qui rectè. 2. q. 3. & Imperator multum fauet officiali, qui manus mundas habuit, in auth. vt iud. ſin. quoq. ſuffrag. in §. neceſsitatem. & in §. illud. Xenia tamen iuxta l. ſolent. ff. de off. proconſul. ac Decretorum dominicalium formam accipere licebit. Accuratè videant Senatores quid faciant, quia non tantum hominis, ſed & Dei iudicium exercent, & quod iudicauerint in eorum caput redundabit, ſcituri quòd non magis ipſi iudicant, quàm iudicantur: l. rem non nouam. C. de iud. & ibi gl. in verb. Præſidio, quę illud dictum alle gat: De vultu tuo Domine iudicium meum, & oculi mei in æquitate tua: ſcriptum eſt enim apud Diuum Paulum ad Rom. c. 2. in prin. propter quod inexcuſabilis es, ô homo, qui iudicas: in quo enim alterum iudicas, teipſum condemnas, eadem agens quæ iudicas: idq; comprobatur autoritate Matt. cap. 7. c. iudicet. & c. qui ſine. 3. q. 7. Neq; plurimorum ſententiæ in iudicio acquieſcere debent Senatores, vt à veritate deuient: hæc habentur Exodi c. 15. in fine. 23. in princip. Leuiti. c. 19. & 23. & Deutero. c. 1. & 15. d. cap. eſtote. & d. auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. fi. Pſal. 2. verſi. Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, ſeruite Domino in timore, exultate ei cum tremore, apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur dominus, & pereatis de via iuſta. Pſal. 57. & 105. Preterea ab omni contumelia in animaduertendo abſtineant, & dum puniunt aut caſtigant, non ad eorum, ſed ad Reipublicæ vtilitatem referant. Caueant etiam, ne grauiorem pœnam, quàm culpa ſit, irrogent: l. reſcriptum. ff. de iſs, quib. vt indig. & ne iiſdem de cauſis alij plectantur, alij ne quidem appellentur. Temperent autem maximè in puniendo ab ira, ne, dum aliena cohercere volunt peccata, plus iuſto iraſcentes grauiora committant. nunquam. n. iratus mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter parum & nimium: ſimiles ſint legibus, quæ non iracundia, ſed æquitate dicuntur: c. ira. & d. c. ſummopere. 2. q. 3. Cicero lib. 1. offic. Cui arridet illud Catonis: *Impedit ira animũ, ne poſſit cernere verum.* Et quod ſcribitur Eccleſiaſt. c. 21. Non eſt ſenſus, vbi eſt amaritudo: clamor et indignatio à vobis tollatur cum omni malitia. Beda ſuper Epiſt. Iaco. Ira hominis iuſtitiã Dei nõ operatur, prudẽter attẽdãt Senatores, vt in cauſarũ, pceſsibus nil vẽdicet odium,

odium, nil fauor vsurpet, timor exulet, præmium, aut expectatio præmij iustitiam non euertat, sed stateram gestent in manibus, lances appendant æquo libramine, vt in omnibus, quę in causis agenda sunt, præsertim in concipiendis ferendisq; sententijs præoculis semper habeant Deum, illius imitantes exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingressus ad dominum referebat, vt secundum eius imperium iudicaret: Exod. c. 33. d. c. summopere. 11. quæstio. 3. c. cum eterni
6 de senten. & re iud. in 6. Illa † enim quatuor humanū iudicium peruertunt, timor, cupiditas, amor, & odium, de quibus Diui Gregorius, & Augusti. testantur in c. quatuor modis & seq xi. quæstio. 3. Patienter etiam audiant, exemplo Diui Antonini Imperatoris, de quo scribit Marcellus in l. penul. ff. de ijs, quæ in testam. delen. cui alludit prouerbium, cuius meminit Erasmus Roterodamus adagiorum libro, Chiliade 2. Centur. 7. parœmia 89. Magistratum gerens audi iustè & iniustè. Induant mansuetudinem, & charitatem, quibus tamen sit Reipublicæ causa admixta seueritas, sine qua propter malos Respublica gubernari non potest: c. 2. & c. licet plerunq;. c. licet disciplinam. & ibi glo. c. duæ. versi. ex literis. c. sunt nāq;. & seq. 45. distin. c. ea vindicta. & ibi glo. 23. quæstio. 4. §. deinde, in fine. in auth. de manda. Princip. Cicero lib. 1. Offcio. Sint autem discreti, & cauti in verbo, ne aut tacenda proferant, aut proferenda reticescant, ne eisdem dicatur, quod scribitur Isaiæ c. 56. Canes non valentes latrare, & Ezechiel c. 14. Non ascendistis exaduersō, neque oppositistis vos murum pro domo: quas auctoritates & alias concordantes adducit Diuus Grego. in c. sit rector. 43. distin. cui conuenit, quod scribitur Ecclesiast. c. 4. Pro anima tua ne confundaris dicere veritatem: est enim confusio, adducens peccatum, & est confusio, adducens honorem, & gloriam. Item: Pro iustitia agonizare, & vsq; ad mortem certa, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Huc spectat, quod scribitur Ecclesiast. c. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute rumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua: melius est autem, pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium: c. nemo. xi. quæstio. 3. & Matthæi c. 5. Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Curent præterea Senatores partes componere, l. 1. §. deinde. ff. de op. no. nuncia. c. 1. vbi glo. de mutu. petitio. c. causam, quę. & ibi Imola de test. 90. distin per totam. §. deinde in authen. de manda. Princip. memorantes, partes eas non posse in iudicium ingredi sine peccato, & quod scribit Paul. ad Corinthios 1 c. 6. in illis verbis, Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos? quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudē patimini? quibus accedūt quæ Diuus Iacobus sua epistola, c. 4. docet, & quæ scribit Matthæus c. 5. Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere, da ei & pallium, prout idem refertur in c. 1. 14. quæstio. 1. Sin autem partes ad concordiam reducere nequiuerint, cum ad id eas cogere non possint §. fi. in authen. vt litigantes iurent in exord. lit. sint diligentes in iure dicundo, & iustitia administranda, vt in tit. de pace iuramen. firman. §. iudices. vbi latè Afflic. nu. 145. Prædicta omnia si obseruauerint iudices, inuenient gratiam corā Deo & hominibus. Sed obijciet aliquis, Quis est hic, & laudabimus eum? huic respondetur, Beatus ille qui minus vrgetur. Ceterū de Senatorum origine, dignitate, ac autoritate, vndè vocentur, cōsultò prętereo, cùm hęc latè per Cagn. tradātur in l. 2. nu. 148. & seq. ff. de orig. iur. Laud. in tracta. de cōsiliarijs Principū. latissimè per Boer. in tracta. de autorita. magni consilij: aliqua per Fel. in c. cum te. nu. 11. de senten.
7 & re iud. Quare † autem constituantur Senatores, ea est ratio, quia vbi ampliores homines, ibi amplissima veritas reuelatur: l. fi. C. de fideicōmiss. res enim pluribus iurisperitis adhibitis pleniùs tractatur, l. diui fratres. ff. de iure petrona. faciliusq; inuenitur, quod à pluribus Senatoribus quæritur, c. fi. 20. distinc. & integrum est consilium, quod pluriū morum sententijs comprobatur, c. prudentiam, de officio delega. c. extra conscientiam. 64. distinc. & scribitur prouerbio. c. 40. Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi multa consilia. &c. 15. dissipantur cogitationes, vbi non est consilium, vbi verò plures sunt consiliarij, confirmantur. Consilia autem à Senatoribus capienda lib. 3. Regum. c. 12. c. ecclesia. 16. quæst. 1. & Iob. c. 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore, prudentia: & propterea dici solet, Bos lassus firmiùs figit pedes, cuius adagij meminit Erasmus Chilia. 1. Centur. 47. Non tamen spernendi sunt iuuenes, de quibus scriptum est etiam Iob. c. 32. Spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligētiam: accedat, quod inquit Bar. in suo tracta. de regimi. ciuita. num. 9. quem refert Marti. Lauden. de principe, vers. 154. Prin-

cipem multos consiliarios habere debere sapientes, qui semper adsint, scientes leges & iura maiorum, quorum consilio cuncta faciat, ita mos Regum erat, vt habemus in libro Hester c. 1. hinc in prouerbium abijt, multę Regum aures, atq; oculi, longæq; Regum manus: licet hæc adagia aliam etiam
8 recipiant interpretationem. Admonitos † pariter esse velim senatores, ne cum in conuentu Senatus secreto, aut publico fuerint, fabulis, tumultuarijs vocibus, obstinatisue disceptationibus vtantur, quoniam scriptū est Isaię cap. 32. Erit opus iustitię, pax, & cultus iustitiæ, silentium, relato in c. in loco. 5. quæstio. 5. quibus famulantur, quæ nos docet diuus Paulus, scribens ad Thimo. 2. c. 2. vt non contendamus verbis: ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionem audientium.
9 Animaduertant † etiam non disceptare super ijs, quæ nō expediunt, l. nemo. C. de sum. Trinita. & fid. catho. c. Abbate. vers. & licet
10 vbi glo. de senten. & re iudi. in 6. Si † autem fuerint plures articuli discutiendi, ab eo inchoandum erit, quo discusso, & examinato, totum negotium absoluitur: l. ex facto. §. fin. & ibi Rippa nu. 11. ff. ad Trebell. Abbas cōs. 82. in principio, vol. 1. Si verò multorum disputatio requiratur, leuiora prius tractabuntur, arg. §. ijs igitur instit. de iust. & iure. vbi Ang. manè Senatores iudicabunt: Iere. c. 21.
11 Sophonias c. 3. Quo † autem ordine vota eorum dicere debeant, varij varia scripserunt, quos refert Afflic. decisio. 1. quem miror non allegare tex. in l. 1. in fine. ff. de albo scribēdo. vbi Vlpian. in sententijs proferendis eūdem ordinem seruandum esse ait, quem in albo scribendo dixerat, nempe digniores prius dicere debere: id etiam vult Bal. per illū tex. in tit. de controuer. feud. ap. par. cur. termi. nume. 1. plures more suo congregat Tiraq. de iure primoge. in præfatio. nu. 108. & 109. & Alcia. in tract. de præsump. Regula. 1. præsump. 45. Maran. de ord. iudi. in procœmio nu. 8. & 9. quibus adstipulantur quæ leguntur Iob. c. 32. Accedo tamen in opinionem Afflicti, vt scilicet ab ijs, qui posteriore loco ad hunc ordinem vocati sunt, inchoandum sit, non ea, qua idem Afflict. mouetur ratione nume. 6. quem refert Rebuffus in tit. de publicatio. attestio. articulo vnico, nu. 35. & in tit. de supplicatio. glo. 6. in fine, vt scilicet sine timore declinandi à maiorum sententia, liberè iuniores votum suum proferant, quoniam illic timor nullus subesse debet, quin pro cultu iustitiæ quilibet sententiam suam liberè & confidenter dicere debeat, & id ita facere iurant. Sed ea potissimum ratione, quòd hactenus huiusmodi ordo in proferendis sententijs obseruatus fuerit, quod non abre factū arbitror, vt scilicet iuniores seniorū voto intellecto, veluti validioribus rationibus firmato (nam bos senior, vt iam dictum est, firmiùs figit pedem) in eorum sententiā transeant, & à sua, si cōtraria fuerit, declinēt: Specu. in tit. de aduoca. §. iam nunc. vers. iuniores. quę ratio etiā subuerti potest, & ideo ad l. minimè. ff. de legi. conuolandū est. Vo-
12 ta † autē senatores proferāt ex ijs, quę ex fide gestorum probantur, non quę extrinsecus: l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsid. l. de qua re. ff. de re iud. l. vt fundus. ff. commu. diuidundo. & secūdum leges, canones, decreta dominicalia, ac receptissimas Doctorū sententias iudicent, l. vnica. vers. & sanè crebrior. ff. de off. quæsto. & instit. de hæredi. instit. in principio. vers. secundum plurium sententias. l. athletas. in illis verbis, Et generaliter ita omnes opinantur. ff. de ijs, qui notan. infa. non inniti debent propriæ conscientiæ & prudentiæ, c. ne innitaris, de constitutio. c. Deus omnipotens. c. multi. §. noluit. 2. quæstio. 1. c. iudicet. 23. quæstio. 7. latissimè conciuis meus Neuizan. in sua Sylua nuptiali lib. 5. dummodo notoriè ratio, seu iura communi opinioni nō resistant, Cur. sen. cōs. 57. col. 3. & 4. Alcia. de præsump. reg. 1. præsump. 51. pulchrè Bartho. Vero. in rubr. ff. de verb. signifi. nu. 157. vbi in decidendis causis præfert constitutionibus Pontificum auctoritatem sacrarum scripturarū, quas etiam in terminandis litibus pro legibus allegari posse vult glosa in d. authen. vt iudi. sine quoquo suffragio fiant. §. administrationes. in verbo, Aequiorū. Iason latè in §. quędam. nu. 67. instit. de actio. & Affli. in prędijs feudo. col. pen. & fin. Intellige tamen, vbi legi non contrariantur Feli. in c. ex parte. el 1. nu. 56. de Rescrip. Purpura. post alios in l. 1. nu. 141. ff. si cert. petatur. Postremò in ferendis sententijs, præsertim difinitiuis, non prius iudicent, quàm intellexerint, ne in erroris labyrinthum incidant: c. sciēdum. 29. distinc. votaq; ipsorum non seorsum, sed præsentes cum alijs dicant, l. 1. §. ex ijs legibus, in illis verbis, Apud collegium Pōtificū. ff. de origi. iur. Iaso. in l. si quis à filio. §. si parti. nu. 9. ff. de lega. 1. post Bald. & Ang. per eum citatos. sententiasq; eorum ita, si fieri potest, proferant, vt cōdemnati se iure merito condemnatos agnoscant: Neuiza. cons. 32. nu. 5. post
13 Iaso. in locis ab eo citatis: seduloq; † studeant, eorū sentētias ita scribere, & proferre, vt oēm litē amputēt, ne aliter pronūciādo, dū vnius finis speratur, alteri initium præstetur, contra l.

tra l. si quis iusiurandum. C. de reb. cred. & iureiurando & legem terminato. C. de fruc. & liti. expen. nam plerunque ex reseruationibus, quæ in sententijs ponuntur, vel ex obscuris verbis plures in executione, & duriores insurgere solent lites, quã super principali, & sic instar ydræ vno capite exciso, aliud durius insurgit contra, l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. An autem expediat senatores multos habere libros, latè respondet Oldra. cons. 84. concludens expedire. Hęc sunt, quę sub compendio ad Senatorum, imò ad quorumlibet iudicum munus, spectare ex multis auctoritatibus collegi, plura scripturus, nisi me ad decisiones compilandas animus impelleret, in quibus ferè omnibus eum ordinẽ, vbi qualitas causæ patiebatur, seruaui, vt propositis ab vtraq; parte fundamentis notando & disputando, bene & optimis rationibus senatum censuisse dignosci posset iuxta l. fin. §. mixta. ff. de mune. & hono. l. nõ sine. C. de bonis, quæ liber. c. graue. 35. quæstio. 9. Cagnol. in l. fin. nu. 75. C. de pac. quibus deseruiunt, quę scribit Bal. in l. precibus. col. 12. C. de impub. & alijs substitu. & Sali. in l. si pecuniam, in principio. col. 4. C. de condi. sine ca. quos refert & sequitur Curtius cons. 51. colu. 1. ferro scilicet eum viam aperire, qui per cõtraria procedit: hoc enim ordine ijsque decisionibus facilè cognosci
14 potest †, praxim esse veram legum interpretem. nam sapiunt leges, tunc̃q; ex illis decerpuntur fructus, vbi ad praxim ipsam rediguntur, dictum est Baldi & Fel. in c. ex tenore, de testi. Siquidem in scholis leges deglutiũtur, in palatijs verò digeruntur: quia praxis est scientia digestiua, & vbi theoricus desinit, practicus incipit: ita Bal. in l. Emilius. ff. de minori. & in c. 1. de feudo sine culpa non amitten. quem refert Catella. Cotta in suis memoralibus, in memorali incipiente, Practica, vbi alia ad propositum adducit. Accedat quod Cicero lib. 1. offic. c. 22. inquit: Vt nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta perceperint quicquam magna laude dignum sine vsu & exercitatione consequi possunt, sic officij conseruandi præcepta traduntur illa quidem, vt faciamus ipsi, sed rei magnitudo vsum quoq; exercitationem̃q; desiderat. Rogo igitur, lector candidissime, vt cũ has vigilias nostras perlegeris, si quid inordinatè aut ineptè scriptum notaueris, Christiano animo corrigas & emendes: si verò quid boni repereris, Deo Op. Max. & Iesu Christo Seruatori nostro gloriam, & honorem tribuas.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, Summariè, in decretis rescriptisue causarum cognitionẽ respicientibus simpliciter positum, quid operetur.*

2 *Exceptiones, quæ altiorem indaginem requirere dicuntur, quæ sint remissiuè.*

3 *In causis summarijs vbi est contradictor libellus, requiritur vt sciat reus, an cedere vel contendere debeat.*

3 *Fallit in summarijs cognitionibus, quæ fiunt in executionem iudicati.*

4 *Rescripta loco libelli haberi possunt.*

5 *Causæ suæ natura summariæ quæ dicantur.*

6 *Citatio saltem peremptoria requiritur in causis sui natura summarijs.*

7 *Processus omnes contra absentes facti summarij dicuntur.*

8 *Quando summariè, simpliciter, & de plano procedi tur, si agitur de causa, quæ sit leuis, vilisue naturæ tam ratione materiæ, quàm personarum, tunc sine aliorum iudiciorum stilo solemnitatibusq; causæ veritas cognosci poterit, secus si de re graui agatur.*

Non tamen erit necesse, in quolibet actu pro tribunali sedere, ibid.

9 *Immobilia non possidens non tenetur satisdare de iudicio sisti virtute clausulæ, summariè, simpliciter, & de plano.*

Item non admittitur cumulatio, vbi aliàs admitteretur, quod dupliciter limitatur remissiuè.

10 *In causis summarijs potest iudex partem, & testes interrogare ac repetere post conclusionem in causa, non solùm ex officio, sed etiam ad instantiam partis.*

11 *Exceptio iuris tertij etiam quod sit exclusiua iuris agentis, non admittitur in causis summarijs, nec reprobatio personarum testium. Item nec reconuentio: quod tamen limita, vt ibidem.*

12 *Clausula, Sine iudicij strepitu, quid importet, latissimè declaratur.*

13 *Aduocatos denegare, est magnam partem defensionis tollere.*

14 *In iudicijs iuribus, non iurgijs, contendendum est.*

15 *Clausula, Sine figura iudicij, quid operetur.*

16 *Clausula, Omni iuris solemnitate remissa, eiusdem est virtutis, cuius clausula, Sine figura iudicij.*

17 *Iudex an virtute clausulæ, Sine figura iudicij, possit admittere testes non iuratos.*

18 *Inferior Principe non potest clausulam, Sine figura iudicij, in rescripto delegatorio alicuius causæ apponere.*

19 *In causis, in quibus summariè procedi debet, si consensu partium ordinariè procedatur, an processus teneat.*

20 *Clausula, Sola facti veritate inspecta, quid operetur.*

21 *Sententia proferri potest super causa probata, licet non deducta virtute clausulæ, Sola facti veritate inspecta.*

Fallit, si eodem vel alio decreto caueatur, esse faciendam petitionem in scriptis vel verbo, & partes in suis iuribus audiendas, prout in patria nostra cauetur, ibidem.

22 Statuto ſtante, quòd contra inſtrumentum opponi non poſſit aliqua exceptio, poterunt nihilominus opponi exceptiones competentes ex aliquo alio capitulo ſtatutorum.

23 Probatio fieri non debet, niſi præcedente petitione, cum ſit de mediis cauſæ, & ſine principio ad media non perueniatur.

24 Sententia ferri extra petita non dicitur, ſi id, ſuper quo pronunciatur, veniat acceſſorie, aut virtualiter ex natura actionis.

25 Decretorum Ducalium diſpoſitione circumſcripta, quibus cauetur ſecundam dilationem ad probandum non debere concedi, niſi ex cauſa, poterunt fieri probationes poſt lapſum tempus datum ad probandum virtute clauſulæ, Sola facti veritate inſpecta.

26 Teſtes examinari poſſunt, non obſtante publicatione virtute clauſulæ, Sola facti veritate inſpecta.

27 Compenſatio fieri poteſt, non obſtante iuramento, virtute eiuſdem clauſulæ.

28 Item petitorij & poſſeſſorij ſimul intentari poſſunt.

29 Proceſſus non vitiatur ex defectu commiſſionis, & inſtrumenta produci poſſunt poſt concluſum in cauſa.

30 Item iudex credere poteſt veriſimili probationi & perſuaſiuæ, licet non concludenti. Item quòd manu Regia procedi poſſit.

31 An currat inſtantia de iure communi.

32 Item poterit appellari ab interlocutoria ſine ſcriptis: quod tamen limita locum non habere in patria noſtra propter decreta.

33 Sententia proferri poterit in perſonam domini, non obſtante, quòd procurator per litis conteſtationem factus ſit dominus litis.

34 Qui habet cognoſcere ſecundum veritatem, quam veritatem amplecti debeat, & quid iuris, ſi dictum ſit: Procedas ſecundum æquitatem, vel de æquitate.

35 In quocunq; iudicio etiam ſummariſſimo, & ſub quauis forma agitato, actor & reus debent legitimè comparere.
Fallit quando agitur contra abſentem contumacē, ibi.

36 Exceptio illegitimationis perſonæ poteſt quandocunq; opponi, etiam poſt tres ſententias.

37 Conſenſus partis neceſſarius non eſt, vbi ſummariè proceditur: & debet iudex curare, vt legitimè partes compareant, & eas compellere poteſt: quod intelligitur procedere ante litem conteſtatam.

38 Mandati productio quot modis fieri poſſit.

39 Iuxta acta ius dicendum eſt, non ex extrinſecis & non productis: limita remiſſiuè vt nu. 45.

40 Acta, facta in vno iudicio inter eaſdem partes, & coram eodem iudice, non probant, niſi producantur.
Nec ferri debet ſententia per relationem ad ea, quæ nō ſunt exhibita & producta, ibi.

41 Pronunciatio, facta per iudicem, qui non habebat acta, non valet, etiamſi ſententia eſſet rectè lata ſecundū acta.
Idem in decreti interpoſitione, & in iuramenti abſolutione non viſis actis, & ſine cauſæ cognitione, ibidē.

42 Iudex in ijs, quæ conſtant ſibi, vt iudici, poteſt ſupplere pro parte etiam in ijs, quæ ſunt facti: quod tamen intellige, vt ibi.

43 Senatus an ſecundum conſcientiam ex actis reſultantem iudicare poſſit.

44 Sententia ſolius Principis pro lege habetur.

45 Notorium partibus eſſe non ſufficit, niſi ſit etiam iudici. Idem eſt in confeſſione facta viua voce coram iudice, licet non ſcripta, quia ex ea poterit moueri iudicis animus.

46 Producere non ſufficit, niſi decernatur copia parti cum termino opponendi: quod limitatur procedere, ſi pars petat in ciuilibus, ſecus in criminalibus.

47 Abſolutio non retardatur propter inſtrumentum productum non iudicialiter, & parte non vocata.

48 Sententia lata contra primam ſententiam quando valeat.

49 Productio iurium, quæ ſit illa deſignando per deſcriptionem principij & finis, abſq; eo, quod tenor inſtrumenti in actis inſeratur, dicitur de actis, non autem ipſum Inſtrumentum.

50 Inſtrumenta producta non dieuntur, niſi ſit data copia.

51 Inſtrumenti tenori in actis inſerto parte vocata vel præſente & auctoritate iudicis creditur, neq; opus eſt producere originale.

52 Acta, facta coram primo iudice, an debeant produci coram ſubrogato & ſucceſſore.

DECISIO I.

Decretorū verba, quibus procedi mādatur ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, quomodo intelligantur.

QVONIAM ex forma tā antiqui decreti poſiti ſub rubrica de iudicijs, & cauſarū cognitionib. quàm ex proœmio nouiſsimorū decretorū mandatur, procede ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, operępretium exiſtimaui, primam deciſionem à dictis decretis exordiri, deq; vi dictorum verborum ſummatim diſſerere. Verbum 1 itaq; Summariè, in decretis reſcriptisúe cognitionem cauſarum reſpicientibus ſimpliciter poſitum, ordinem iudiciorum tollit, non autem ſubſtantialia iudicij, præcipuè cauſæ cognitionem, breuioresq; dilationes concedi permittit, ita tamen, vt legitimę probationes, prout cauſarum qualitas expoſtulat, nō pereant: Bar. in Extrauagan. ad reprimendum, in verbo, Summariè. & in l. 1. §. fin. ff. de præto. ſtipulatio. Alex. in l. in ſumma, in principio. ff. de cond. indeb. in conſ. 6. num. 2. volu. 3. & conſ. 96. num. 13. vol. 4. Verùm aliquando admittit exceptiones, altiorem indaginem requirentes, ſi per alium iudicē examinari, niſi per appellationem vel alijs legitimis modis non poſſint: l. 3. §. ibidē, ff. ad exhibendū. Alex. in l. iiij. §. cōdemnatū. col. penul. num. 26. ff. de re iudi. & Bartolum loco proximè citato ferè in omnibus eius parti-

partibus sequuntur, Corn. cons. 5. col. 1. & 2. vol. 2. Lanfranc. in repetitio. Clem. sæpe. in verbo, Simpliciter, & ibi Georgius Natta in §. quæ omnia. vers. circa primam, de verbo. signifi. post plures per eosdem relatos, Iason in l. fin. col. 1. & 2. ff. de ferijs. Paul. de Castro in l. iudices. nu. 2. & 3. C. de iudic. Sebastia. Vanti. de nullitat. sententia. ex defectu processs. nu. 52. quod & dicendum puto de dictione, Simpliciter, secundum Bar. in d. verbo, Summariè, in fin. Lanfranc. in d. verbo, Simpliciter, in princ. Abb. Aret. & Feli. in c. dilecti. nu. 2. de iudic. vbi loquitur etiam in verbo, Purè, Bart. in l. si quis pecunias. C. de
2 posit. † & adeò in summarijs causis requiritur causæ cognitio, vt in illis, vbi est contradictor, requiratur libellus, aut saltem petitio clara, qua reus scire possit, an cedere vel contendere debeat. Inno. in c. 1. nu. 3. & 4. de libelli oblatio. & non sufficit, libellum esse generalem, si opponatur à parte, aliàs esset auferre defensionē parti, vt per plura iura probat Alexan. cons. 32. col. 3. in principio, vol. 4. Iason in l. 1. col. 2. nu. 5. ff. de eden. Marsil. in l. de vnoquoque. nu. 136. ff. de re iudic. Quod
3 † limitatur, non procedere in summarijs cognitionibus, quę fiunt in executionem iudicati, quia tunc non requiritur libellus: Bart. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. nu. 1. & ibi Iason. nu. 4. & communiter Doct. ff. de re iudic.
4 Rescripta † tamē loco libelli haberi possunt: Dec. cons. 483. num. 7. post Abba. Imol. & Alexan. per eum allegatos: Marsil. in d. l. de vnoquoque. nu. 138. ff. de re iudi. Iason in l. 2. nu. 3. & 4. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Cau-
5 sas † verò, quas summariè tractari sui natura conuenit, describit glo. in l. 3. in §. sciendum. in verbo, Summarium. ff. ad exhiben. quibus adde causas interdictorum possessoriorum: Bart. in d. verbo, Summariè, col. 2. Salyc. in l. vnica. nu. 2. C. si de momenta. possessio. fue. appel. Nec non & omnium iudiciorum executiuorum, siue ex sententia iudicis vel arbitri proueniant, siue ex partium cōuentione: Bart. in l. creditores. nu. 26. & seq. vsque in finem. C. de pignori. Item causas appellationum, cum presiore instantia, & lite non contestata agantur, l. fin. §. illud. C. de temp. appellatio. Bal. in l. 2. col. 3. num. 11. C. de iure
6 fisci, lib. 10. in † quibus tamen peremptoria requiritur citatio: Roma. & Alex. in l. si finita. § Iulianus. col. 4. in principio. ff. de dam. infect. post Bar. in d. verbo, Summariè, col. 1. licet contrarium tenuerit Bald. in rubrica C. cominatio. vel epistо. & Roma. in rubric. de arbitris, fol. 9. quos refert & sequitur Marsil. in d. l. de vnoquoque. nu. 134. ff. de re iudica.

Sed debent intelligi, quand proceditur vigore clausulæ, summariè, sipliciter, & de
7 plano, vt per Alex. in d. §. Iuanus. Item † omnes processus facti contrà absentes, dicuntur summarij: Felin. in c. cauam, quæ. nu. 11. de testibus, post glo. & Bam l. 1. C. quor. appellat. non recipiantur. Atsi in decreto re-
8 scriptóue ponatur clausula Procedas de plano, & agatur de causa, in qua sit proferenda sentētia diffinitiua, siquidm sit leuis vilisue naturæ, tam respectu materiæ, quàm personarum, tunc sine aliorum iudiciorum stilo solemnitatibusq; causæ veritas cognosci poterit: authen. nisi breuices. C. de sentent. ex periculo recitan. l. leta. & ibi Bart. C. de accusation. Sin verò d re graui, & magni præiudicij fuerit controuersia, eo casu eam plenè solemniterúe agiri oportet: l. iudices. C. de iudi. l. miles. §exaginta. ff. ad leg. Iul. de adulte. Bart. in l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. procosulis & lega. Alex. cons. 157. nu. 4. vol. 2. Non tamen erit necesse in quolibet actu pro tribunali sedere, ita notando sentit Bar. in d. Extrauagan. ad reprimendum. in verbo, De plano: cuius distinctione attenta, malè ab Oriano in d. Clem. sæpe. in verbo, De plano corripitur, cùm in d. §. sexaginta. agatur de causa grauissima ideo, nimirum, si libellus, & causæ cognitio exigitur, & Bar. sequuntur Anchar. Imol. & Cardin. in d. Clem. sæp. quos ibidem citat, & sequitur Natta in d §. quæ omnia. col. 21. vers. circa tertium. & Aret. in l. cohered. §. coheres. in 3. nota. ff. de vulgari & pupilla. dicit perinde esse, committere causam de plano, ac si cōmitteretur simpiciter: & de hac clausula, De plano, aliquid scribit Feli. in c. olim. nu. 5. de accusatio. vbi inter cætera dicit, virtute huius clausulæ, iudicem posse procedere diebus feriatis ob necessitatē hominum,
9 † & virtute dictæ clausulæ, Summariè, simpliciter, & de plano, qui nō possidet immobilia, non tenetur satisdare de iudicio sisti, Ang. in l. Iulianus, in fin. ff. qui satisda. coga. & ibi Iason. in fin. nec admittitur probatio post lapsum tempus assignatum ad probandum, Felin. in cap. licet causam. col. 11. vers. limita quartò, de probatio. Item non admittitur cumulatio, vbi aliàs admitteretur: Bal. in l. nequicquam. §. de plano. ff. de offi. proconsulis. quem refert & sequitur Aret. in l. 1. §. si quis simpliciter. col. 2. & ibi Soc. col. 4. Alci. num. 71. ff. de verbo. obligatio. Idem Aret. in l. 1. col. 2. ff. de vulga. & pupilla. Curt. Iun. in l. edita. numer. 213. C. de edendo. quod tamen pro constanti non potuit acutissimus Bayseil. Archiepiscopus Taurinen. in d. §.

si quis simpliciter, in fine. & in l. 1. col. 1. vers. istud tamen. ffle vulga. & pupilla. concludens, cumulandum admitti propter clausulam, Sola fac veritate inspecta, & eo dato pro vero, illud mita duobus modis, vt per doctissimum Prpura. in d. l. edita. num. 239.
10 & 240. & ibi Sesel. col. 3. Et † in his causis summarijs pote Iudex partem & testes interrogare, ac retere post conclusionem in causa, non solùm ex officio, sed etiam ad instantiam partis, & pluribus iuribus comprobat Maran. de orine iudi. in 4. part. §. nona distinctio. nu. 30. Purpura. in l. §. creditum.
11 num. 63. ff. si certet. nec † in eis admittitur exceptio iuris tertij, etiam quòd sit exclusiua iuris agentis: Bart. in l. ille, à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel. quem refert & sequitur Alexand. & apostillis ad Bart. in l. 1. §. fin. col. fin. ff. vti posside. Paul. de Castro in d. l. ille, à quo §. Ide testamento. num. 1. & seq. ff. ad Trebel. Rui. cons. 129. num. 8. & 9. vol. 2. & alij cumulati à Tiraquel. in repetitione l. si vnquam. in verbo, Reuertatur. nu. 362. C. de reuocan. ona. Posset tamen opponi exceptio, agent nullum ius competere. Nec admittitur reprobatio personarum testium, Marsil. in d. Ide vno quoque. nu. 135. quod tamen intellige, vbi expectaretur alia sententia: idem Marsil. in rubri. C. de probat. nu. 445. nec etiam reconuentio, Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 38. ff. de acq. posse. Innocen. in c. in fin. de mutu. petitio. quod tamen intellig, quando reconuentio requireret plenam cognitionem. Secus verò, vbi causa reconuentionis esset etiam summaria, prout sunt in hac patria vigore decreti, quo omnes causæ tam conuentionales, quàm reconuentiondes sunt summarię: Roman. consil. 323. numer. 5. Rippa in d. §. nihil commune. num. 193. Felin. in c. 1. num. 3. de mutuis petitio. Socin. Iun. consil. 60. colum. 2. vol. 1. Bart. in l. sed & hæc. §. non solum.
12 num. 3. ff. de procura. Succedunt † in decreto verba, sine iudicij strepitu, quæ Bart. in Extrauag. ad reprimendum, in verbo, Sine strepitu, in fine, & post eum Oria. in d. Clem. sæpe. col. 6. vers. sine strepitu. arbitrantur ad maiorem expressionem addi solere, cùm verba de plano intelligi possint tam ratione vocis, quàm stili & loci. Dicit tamen Bar. ea operari, vt tollatur litigãtium rumor, & declamatio, & quòd possint contendentes Iudicem in aurem alloqui absq; accusatione suspicionis, qui aliàs vt suspectus posset recusari: l. iubemus. C. de Episco. & Cler. Item q̃ dilatio ad quærendos aduocatos non detur, quæ ijs verbis circumscriptis concedenda esset, l. ab hostibus. §. fi. & l. ait prætor. §. fi. & ibi glos. ff. ex quib. cau. maior. & Bart. refert & sequitur Natta in d. Clem. sæpe. col. 12. vers. sine strepitu. post Anchara. & Imol. per eum relatos. Sed hoc vltimum videntur impugnare Iason in l. fin. num. 5. de ferijs. & Felin. in c. 1. num. 1. vt lite non contestata.
13 † quia denegare aduocatos, est magnam partem defensionis tollere, l. aduocati. C. de aduocat. diuers. iudi. quæ est de iure naturali. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. Clem. pastoralis, in fine, de re iudica. Ergo per dicta verba aduocatorum audientia non remouetur. Superuacuum etiam mihi videtur, quod dicitur, hæc verba tollere litigantium rumorem, & acclamationem, cùm à iure prohibeantur
14 in iudicijs, † in quibus iuribus, non iurgijs, contendendum est, l. quisquis. C. de postulando. vbi Alber. & in l. ampliorem. nu. 3. C. de appellation. l. si manumissori. C. de ope. patro. præstan. cultũ enim suum iustitia perdit, quando iudiciorum silentia obstrepentium turba cõfundit, c. in loco. 5. q. 4. ad quod spectat illud Esaiæ c. 32. in fin. Erit opus iustitiæ, pax, & cultus iustitiæ, silentium. Lucas de Penna in rubrica C. de silentia. in princi. lib. 10. hinc alium effectũ dictorũ verborum sumpsit Oldra. cons. 115. videlicet q̃ ex eis tollantur frustratoriæ & friuolæ exceptiones, ac appellationes tanq̃ ex ipsis friuolis exceptionibus & appellationibus oriatur quædam occasio litigantibus mutuò conuitiandi, & maledicẽdi, vigoremq̃ iudicij probris & tumultu eneruandi, l. adulterij. C. ad leg. Iul. de adult. & hoc etiam sentit Cardi. licet Oldra. non citet in Clem. dispendiosam quæstio. 44. de iudic. Lappus allegatio. 56. in principio, allegans dictum Senecæ in declamationib. dum inuehitur in aduocatos: Hic clamosi iurgia fori, improbas iras, & verba loquacium. Non tamen prætereundum putaui, dictionem, Strepitus, ex sui propria significatione non clamorem, sed admurmurationem vocum significare, cum ea tanq̃ diuersa apud Ciceronem reperiantur, vt in actione 2. in Verrem. Factus est in eo strepitus, & grata concionis admurmuratio: & paulò post: Tum verò nõ strepitu, sed maximo clamore suam populus Romanus significauit voluntatem: & Virgil. primo Aenei.

Fit strepitus tectis vocemq̃ per ampla volutant Atria.

15 Addit † deinde decretum, verba & sine figura iudicij, quibus releuatur Iudex ab omni forma, & figura iudicij à iure ciuili introducta, & solum obseruare tenetur figuram iudicij iure gẽtium, vel naturali ratione inductam: & in summa, talib. verbis videntur

tur ſublata omnia, quæ reſpiciunt ſolemnitatem iudicij, ea verò, quæ factum cauſæ, & defenſionem partium concernunt, non cenſentur ſublata d.Clem.ſæpe.& ibi glo.in verbo, Non exigat.& in verbo, Defenſiones, de verbo. ſignifi. quam refert & ſequitur Bart. in Extrauagan. ad reprimendum, in verbo, Videbitur, circa finem. Cardinalis in d.Cle. diſpendioſam. quæſt. 44. de iudic. Oldra.d. conſ. 115. in fine. Lanfran.in d. Clem.ſæpe. in verbo,& figura. Natta ibidem in principio. col.13. & in §. quæ omnia.col.24.& ſequent. Alex.conſ.6.nu.1.vol.3.& conſ.32.nu.9. vol. 4. Iaſon conſ.105. in fine, vol.1. poſt Bart. in d.Extrauaga.ad reprimendum.in verbo, Et figura.qui dicit, pr2 dicta verba locum habere ſiue ponantur cum alijs ſuperioribus, ſiue
16 ſimpliciter. Et † idem dicendum eſſet de clauſula, Omni iuris ſolemnitate remiſſa, quia nihil aliud eſt procedere ſine ſolemnitate, quàm ſine figura, Bart.in l. filiusfamiliâs.col.2.& ibi Imola col.3. ff.de dona. quos refert & ſequitur Natta in dicta Clem. ſæpe. in verbo, Sine figura, in fin. & in d.§.non ſic. col.25.Lanfran.in eadem Clem.ſæpe.col.1.in fin.Idem de clauſula, Iuris ordine ſeruato, & non ſeruato, quia per eam non intelliguntur remiſsè ſolemnitates, & ſubſtantialitates iuris ſecundum Bald. in conſ. 103.col.1. verſic. verba dicunt.lib.3.& de clauſula, Sine forma cauſæ, Neuiza. conſ. 32. num. 8. poſt Alex. in l.militis.col.2.circa finem.C.de milita. te-
17 ſtamento. Et † virtute huius clauſulæ poſſet iudex admittere teſtes non iuratos, vt nominatim ſcribit Feli. in c. dilecti filij. nu.5.de iudic. dicens, hanc opinionem veriorem & magis communem eſſe: ſed contrarium, & verius tenuit in c.conſtitutus. nu. 16. de Reſcript.Sequitur Natta d.Clem.ſæpe.in §.quę
18 omnia. col.28. verſ. nonò quæritur. † quam quidem clauſulam nō poteſt inferior à Principe apponere in reſcripto delegatorio cognitionis alicuius cauſæ.Felin.in c. olim.nu. 3.de accuſationi.in hac tamen patria propter decretum prædictum poſſunt inferiores huiuſmodi clauſulam apponere, vt nominatim tenet Paris de Puteo in tract. de ſyndicatu.
19 in verbo, Sententia.c.3. Hinc † quæri poteſt, an in cauſis, in quibus ſummariè procedi poteſt,& debet, ſi conſenſu partium ordinariè procedatur, proceſſus teneat,& puto diſtinguendum. Aut quæritur, an ex forma decreti,& clarum eſt, non irritari proceſſum factum ordine iuris ſeruato, Feli. in c. cum dilecta. col. 11. verſ. pro prædictis. & in c. cum ordinem.nu.3.de Reſcript. Aut de iure communi, & tunc irritatur proceſſus: text.eſt in d.Clem.ſæpe.§.finali.& ibi glo. & Cardina. glo.in d. Clem. diſpendioſam.in verbo, Valeat, de iud.Dec.in c.nouit.col.7.num.17. de iud.tradit Maran.in 4. diſputat. Bal. in l.obſeruare.§.proficiſci.col.5.verſ.decimoquartò quæritur.ff.de officio proconſulis.quoniam cauſa ſemel effecta ſummaria, ſemper durat ſummaria in quacunq; inſtantia, Vanti. de nullitat.ſenten.ex defectu proceſſus. nu. 58.
20 Superadditur vltimò † clauſula, Sola facti veritate inſpecta, quam decerptam fuiſſe arbitror ex c.13. Deutero.in illis verbis, quære ſollicitè,& diligenter rei veritate perſpecta, ſi inueneris certum eſſe quod dicitur: & ca. 17.audiensq; inquiſieris diligenter,& verum eſſe repereris, de qua variè ſcripſerunt Doct. quos refert Natta in d. §.non ſic. col. 23. qui relatis multis opinionibus, tandem relinquit cogitandum, magis tamen communis opinio eſt, clauſulam hanc idem & plus operari, quàm clauſulam, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij; ita ſentit Imola in d.c.dilecti.vbi Felin.col.1. de iudi.& in c.1. col.17. de conſtitut. ac in c. olim. nu. 7. de accuſatio. Roma. & ibi Ioan. Baptiſta Caſtil.ſing.792.Aret.conſ.84.col.2. Lanfranc.in d.Clem. ſæpe.col.1.Praticus Papien.in forma libelli in actione reali, in verbo, Summariè, in fine. Maran. in d. quarta part.diſtinctio.9.nu. 32. Dec. in c. quoniam contra.col.2.verſ.3.nota de probatio.dicens, huiuſmodi cōmiſſarium debere iudicare, vt Deus inſpecto iure gentium, nō attenta ordinatione, nec ſolemnitate iuris ciuilis poſt Aret.in §.bonę fidei.col.penu.& fi.& ibi Iaſ. nu.45.Inſtitut.de actio.Corn.d.conſ.5.litera M. vol.2. Alex.d. conſ.6.nu.2.vol.3.& in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.col.6.nu.8.ff.de
21 verbo. obligat. vbi † addit hanc clauſulam etiam operari, vt poſsit proferri ſententia ſuper cauſa probata, licet in libello non deducta, contra reg.l.habebat. ff. de inſtito. actio. & l.vt fundus.ff.commu.diuid.& hunc effectum ſentit Bart. in l. Emilius.colum.2.ff.de minori. & poſt eum Soci. conſ. 146. num.15. Iaſon.in l. vinum.nu.24.ff.ſi cert.petat.Hyppol. poſt alios per eum relatos, ſingul.272. Rippa in l.naturaliter.§.nihil commune.nu. 181.ff.de acquiren. poſſeſsio.Maran.d.4.par. diſtin.9. nu. 33. & Sayſel.in l.1.col.penult.& fin.ff.de offic.aſſeſſo. vbi latè de hac materia. id tamen limita, nō procedere, quando idem vel aliud decretum procederet vlteriùs addendo, eſſe faciendam petitionē ſcriptis vel verbo, & partes in ſuis iuribus audiendas, prout in patria noſtra, attento decreto ſub titulo ſeu rubrica, In litis exordio petitio de-

bet

bet fieri. fol. 27. ita limitat Aret. in c. dilecti col. 3. de iud. quem refert, & sequitur Paris. cons. 131. num. 14. & 15. lib. 1. loquens de statuto Bononien. & Iason in §. item si quis in fraudem. nu. 8. instit. de actio. post Bal. in l. prolatam. C. desenten. & interlocuto. omn. iud. & his conuenit doctrina Bal. in l. 1. §. & paruí. nu. 5. ff. quod vi aut clàm. quem refert & sequitur Alex. cons. 80. nu 8. vol. 1.

22 quod † stante statuto, disponente contra Instrumentum, nõ posse opponi aliquam exceptionem, poterunt tamen opponi exceptiones cõpetentes ex aliquo alio capitulo statutorũ, Decius cons. 356. nu. 4. & petitio saltẽ debet esse generalis, vt puta super productis iustitiam ministrari. nam si nihil peteret, nihil cõsequeretur: sola enim productio scripturæ est quędam probatio, non petitio:

23 † & probatio fieri nõ potest, nisi eam petitio precedat, quia probatio est de medijs causæ, & sine principio ad media perueniri nõ potest, ista sunt verba Baldi in l. si quis libellos. ff. de appell. & facit tex. in d. Clem. sæpe. de verbo. signifi. & not. per Ias. in §. præiudiciales. nu. 25. instit. de act. Alex. cons. 201. nu. 1. vol. 2. & dominus Craueta cons. 223. nu. 3. & 4. latè Socin. in c. 1. col. 7. vers. primò igitur fallit. & tribus columnis sequent. de libel. oblatio. Deci. in l. vinum. nu. 22. ff. si cert. pet.

24 † Satis etiam erit (& in hoc aduerte) quòd id super quo pronunciatur, veniat accessoriè aut virtualiter ex natura actionis, quia tunc dici non poterit, quòd sententia feratur extra petita, cùm virtualiter insit, vt eleganter notat Bal. in l. fin. in 2. col. in fin. C. de fideicõmiss. liberta. quod latè prosequitur Feli. in c. licet heli. col. 5. in pricipio, de Simonia.

25 † Et virtute istius clausulæ, circumscripta dispositione decretorum Ducalium, quibus cauetur, secundam dilationem ad probandum non debere concedi, nisi ex causa, possent fieri probationes post lapsum tempus datũ ad probandum: Feli. in c. licet causam. nu. 18. vers. limita secundò, de probatio. & in hoc plus operatur hæc clausula, quàm clausula summariè &c. de qua suprà diximus.

26 † Virtute & huius clausulæ possent examinari testes, nõ obstante publicatione, secundum Alex. cons. 84. col. fin. vol. 4. de cuius tamen dicto dubito, cũ eo casu militet etiam timor subornationis, Cardi. in d. Clem. sępe. in §. & quia. col. 2. vers. quartò oppono. & col. 5. vers. item fuit dubitatũ. Rota decisione, 30. col. 3. in nouis: & contra opinionem Alexandri semper obseruauit Senatus, non admittere probationes post publicationes testium examinatorum, super eadem materia vel directo contraria. item non habet locum dispositio legis testium C. de testi. Dec. in c. 2. col. fi. vers. decimoquintò fallit, de pro

27 batio. Operatur † etiam hæc clausula, vt possit opponi compensatio, non obstante iuramento, cùm sit quædam defensio, Grat. responso 121. nu. 12. & seq. lib. 1. item q̃ agenti possęssorio recuperandæ obstet exceptio dominij, & proprietatis, vel alia concernens petitorium, cuius probatio incontinenti offertur, Dec. cons. 449. col. 3. nu. 21. Rub. cons. 4. col. pen. quos refert & sequitur Cra. cons. 299. col. penul. nu. 8. Ex quo inferri potest

28 † virtute dictę clausulę possessorium, & petitorium simul intentari posse, cùm id, quod dicitur, prius terminandam esse causam possessorij, l. ordinarij. C. de rei vendic. sit introductum de iure ciuili, Brunus cons. 21. nu. 8. & sequen. Cra. cons. 182. nu. 14. & iuris positiui solemnitas tollatur per huiusmodi clausulã. Ergo poterit de vtraq; cognosci simul, quod intelligas non procedere, stante dispositione decreti positi sub rubrica de restitutione spoliatorũ, ex his, quæ suprà proximè diximus: locũ ergo habebit in remedio retinendæ, in quo decretũ non disponit. † Item

29 operatur, quòd processus nõ vitietur ex defectu commissionis, Dec. d. cons. 449. nu. 15. cui tamen cõtradicit, & bene, Rui. cons. 102. nu. 8. vol 5. loquens de causis possessorijs, & executiuis, in quibus, vt diximus, ,,procedit summariè, & tamen ibi dicit processum vitiari ex defectu cõmissionis: est enim contra tex. in l. 1. C. de mand. Princi. & in c. cum in iure, de offi. deleg. cum similibus. Possunt similiter produci Instrumenta post conclusum in causa glo. in d. Clem. sæpe. in verbo, Interrogauit. Cacialup. in l. admonendi. col. 86. vers. 9. conclusio. ff. de iureiurand. Felin. in c. cum dilectus. num 19. de fide Instrum. Hypp. in l. 1. §. fin. nu. 49. ff. de quæst. Virtute tamen huius clausulæ posset mora purgari, etiamsi interueniat iuramentum, modò creditor passus nõ fuerit damnum: Cagn. post Alex. Galiau. & alios per eum relatos, in l. si quis maior. nu. 156. & seque. C. de transact.

30 per tex. in c. suam, de pœnis. † Alium quoq; effectum parit, vt Iudex possit credere probationi veri simili & persuasiuę, licet nõ concludenti, Are. cons. 84. col. 2. & cons. 126. col. 2. post Bald. in l. solam, in fine. C. de testibus, quem sequitur Dec. cons. 11. nu. 20. vers. & ad prædictorum. & cons. 54. nu. 2. ac cons. pen. in fin. Craue. cons. 73. nu. 23. & cons. 248. nu. 19. Iason in l. Certi condictio. §. si nummos. nu. 32. ff. si cert. pet. subdens alium effectum, quòd scilicet virtute d. clausulæ procedi

possit

possit manu Regia, quod ante eũ dixit quoq; Arẽt. d. cons. 84. col. 2. circa finem. Non possunt tamẽ termini substantiales respicientes defensionem partis omnino omitti: Rota decis. 33. incip. Quando, in nouis. Rom. cons. 519. las. cons. 105. nu. 5. lib. 1. post Bar. in Extrauag. ad reprimendum. in verbo, Videbitur, in fin. Cagn. in l. 2. in principio. nu. 7. & seq. ff. de origi. iuris. Alex. cons. 80. nu. 16. vol. 4. Suadeo tamen iudicare debenti, vt testi, non reddenti rationem dicti sui, nõ facilè credat, quod sentit Alex. d. cons. 80. in fine vol. 4. Et
31 ex præmissis inferri potest, † quòd in causis, vbi proceditur summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, non currit instantia de iure communi, quia si per dictam clausulam tolluntur omnes solemnitates introductæ à iure positiuo, vt suprà probauimus, & eo iure est introducta instantia, l. properandum. C. de iud. ergo instantia tollitur ex dicta clausula, & ad hæc faciunt cumulata per Maran. de ordi. iudi. in 5. par. nu. 15. vbi dicit, quòd in consistorio Principis non currit instantia, quia solemnitates iuris possunt omitti. In contrarium tamen faciunt notata per Lanfranc. in Clem. dispendiosam. in principio, vbi dicit, quòd per prædictã clausulam non videtur Princeps voluisse causam prorogare, sed potius abbreuiare, ita resident Alexan. cons. 50. nu. 9. & seq. vol. 2. quem refert Hyp. in d. l. de vnoquoque. nu. 138. ff. de re iudicata. latissimè Natta in d. Clem. sæpe. in §. quæ omnia. col. 31. vers. vlt. vltra Doctores, Soci. Iun. cons. 60. nu. 9. vol. 1. & hoc idem disponit decretum Ducale sub rubrica, Iudices debẽt intendere ad abbreuiationem causarum. fol. 27. Maran. de ordine iudiciorum, in 5. parte. nu. 4. pulchrè distinguit Soci. in tract. de instantia, quem fecit super c. venerabilis, de iud. quòd aut loquimur de causis, in quibus nec expressè, nec tacitè lis cõtestatur, & in illis non currit instantia: aut loquimur in causis, in quib. lis contestatur tacitè, licet non expressè: & hoc casu currit instantia ea die, qua partes cœperunt tractare de causa. Item
32 † potest appellari ab interlocutoria sine scriptis, quia quòd appellandum sit in scriptis, est introductum de iure nouo, c. cordi. & ibi gl. in verbo, Interlocutoria, de appellat. in 6. ita limitat Perusi. in c. vt debitus. nu. 17. & 18. de appellatio. præmissa tamen limita locum non habere in hac patria, ppter decreta, quæ præfigunt tempus instantiæ in causis appellationum, & decernunt esse appellandum in scriptis ab interlocutoria arg. eorum, quæ scribit Paris. cons. 131. num. 14. & 15. volum. 1. & faciunt quæ leguntur infrà decisione 6. in fine, & ratio præmissorum ea est, quia prædicta introducta sunt de iure positiuo, contra quod potest Princeps statuere & rescribere: Dec. in c. quæ in ecclesiarum. col. 12. in fine, & Felin. num. 54. vers. quarta conclusio, de constitution. quod tamen de facili facere non potest sine causa, vt ibi per eum, col. seq.
33 Similiter † virtute huius clausulæ poterit proferri sententia in personam domini non obstante, quòd procurator per litis contestationem fuerit factus dominus litis, Guido Pap. quæst. 431. Potest etiam opponi exceptio solutionis factæ à parte post sententiam non obstante l. peremptorias. C. sentent. rescinden. non post. & l. præscriptionem. C. de except. quia veritas, æquitas, & bona fides non patitur, vt bis idem exigatur: l. bona fides. vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. Aduerte tamen, quòd per huiusmodi clausulam iudex debet seruare leges, quæ decisionem causæ, & iura partium respiciunt: Bald. in l. nemo. circa fin. C. de sentent. & interlocuto.
34 om. iud. vbi dicit, † q; ille, qui habet cognoscere secundum veritatem, debet eam veritatem amplecti, cui ius patrocinatur, quem refert, & sequitur Natta cons. 15. nu. 11. Quid autem iuris sit, si dictum fuerit, Procedas secundum æquitatem, vel de æquitate, tradit Felin. in c. ex parte. el 2. de off. delega. in primo nota, dicens post Bald. in l. hac lege. C. de senten. ex breui. recitan. iudicem debere sequi æquitatem iuris, non æquitatem informatam à iure naturali, cum debeat iudex habere duos sales, videlicet, salem scientiæ, & conscientiæ, quia conscientia sine scientia est insipida, & scientia sine conscientia est diabolica. Et in secundo notab. quærit Feli. an vi huius clausulæ reijci possit exceptio præscriptionis? Et de hac clausula, Sola facti veritate inspecta, aliqua scribit Neguſ. in dicta 8. parte, 1. memb. num. 31. versic. & ideo per prædicta. Riminal. in l. qui accusare. col. 1. C. de edend. Bald. in l. obseruare. §. proficisci. colum. 6. quæst. 25. ff. de offi. proconſ. Et quid, si dictum sit, Iustitiam facies? notat Dec. in c. ex ratione. in vltimo nota. de appellatio. Et in cons. 483. in principio, latè Saysel. in l. iustitia. ff. de iustit. & iure. Hæc enim verba teste Decio in dicto cap. ex ratione. in vltimo notab. de appellatio. requirunt ordinem iuris seruari, idem sentit las. in l. iustitia. col. 1. ff. de iustit. & iure. plures alias consimiles clausulas ponit Felin. in cap. 1. colum. 15. & duabus sequent. de constitutio. necnon Brun. de forma & solem. in articulo, quando censeatur forma & solem.

remiſ.

remiſ. col. 6. & pluribus ſequent. cartha 66. quem poſt hæc ſcripta vidi. Duo tamen in hac materia videntur potiſsimè obſeruanda.

35 Primum, † quòd in quocunq; iudicio etiam ſummariſsimo, & ſub quauis forma agitato, actor & reus debent legitimè compare re, l. licet. C. de Procurat. Bart. in Extrauag. ad reprimẽdum. in verbo, Vel legitimè. cum aliis allegatis per Vantium in titulo de nullita. ſenten. ex defectu inhabilita. ſeu mandati comparen. quia in quacunq; materia primùm de perſonis quærendum eſt, l. ſi quæramus. ff. de teſtam. Bart. in l. 2. colum. fin. C. de ædicto diui Adr. tollen. Paris de Put. de ſyndic. in verbo, Sententia. cap. 2. num. 11. Alexan. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. colum. 1. circa medium. ff. de re iudic. Aret. in §. præ iudiciales. colum. 3. verſicu. in vno quoque. Inſtitut. de actio. vbi limitat, non procedere, quando agitur contra abſentem contumacem: quod etiam ſentit Bart. in l. inter quos. §. fi. in fi. ff. de dam. infec. Crauet. conſil. 104. in princip. Hyppo. in l. ſi quis nec quæſtio. nu. 5. & ſequent. ff. de quæſtio. vbi ponit regulam cum ampliatione, Alex. conſil. 77. in fine, & conſil. 147. nu. 2. vol. 6. Aliàs ſequeretur abſurdum, quod alteri per alterum iniqua conditio inferri poſſet contra regulam, non debet. de regu. Iuris. & l. ſi quis in ſuo. §. fin. C. de inoff. teſtam. per quæ iura ita notat Bar. in Extrauag. ad reprimendum. in verbo, Figura. colum. 2. verſic. item eſt neceſſe. & in l. 2. vbi laſ. nu. 4. & ſequen. Decius nu. 47. C. de ædic. diui Adri. tol. Feli. in c. cum veniens ad apoſtolicam. num. 14. de teſtib. dicens, id eſſe reſtringendum, niſi quis compareret pro ſuo intereſſe, idem Felin. in c. 1. num. 7. de accuſat. & in c. cauſam, quæ vertitur. de iudi. Bald. in authen. offeratur col. 2. in fi. de lit. conteſt. vbi dicit, ad officium Iudicis pertinere inquirere ſuper legitimatione perſonarum. & in l. in vniuerſis. C. qui dare tuto. poſſ. per gloſ. in c. 1. in verbo, Abſentia. in fin. de electio. in 6. & gloſ. in l. ita demum. C. de procurato. latiſsimè Carre. in tractat. de hæ-

36 reticis. num. 108. Et † prædicta exceptio poteſt quandocunque opponi etiam poſt tres ſententias, l. licet. C. de procurat. Hyppol. in d. l. ſi quis. nu. 10. ff. de quæſt. Maran. de ordi. iudic. in 4. parte. in 9. diſtin. num. 38. & in eadem par. diſtinct. vltima. num. 16. poſt Bald. Alexan. & laſ. per eum allegatos, latè Sebaſtia. Van. de nullita. ſenten. ex defectu inhabilit. & mandati comparen. nu. 1. & ſequent. & in titulo, an quælibet ſententia poſsit dici nulla. nu. 16. vbi dicit, hoc procedere, etiamſi cauſa coram Principe ageretur. Aduerte

37 † etiam, quòd vbi ſummariè proceditur, non eſt neceſſarius conſenſus partis: Natta in d. Clemen. ſæpe. §. non ſit. col. 22. verſic. ex quo infert. Carrer. de hæret. numer. 108. circa fin. Curare igitur Iudex debet, vt partes legitimè compareant, ne iudicia ſint illuſoria, & nulla. l. ſi prætor. ff. de iudi. glo. in d. cap. 1. in fin. quam citat Sayſel. in l. 1. colum. 2. ff. de offic. aſſeſſo. & poteſt, etiam partibus non petentibus, eas compellere ad legitimè comparendum. Inno. in c. cum in iure. de offic. deleg. quem refert & ſequitur Rom. conſil. 170. Boer. deciſ. 281. num. 11. vbi hoc procedere intelligit ante litem conteſtatam: plura ad hoc tradit idem Boer. deciſio. 171. num. 19. &

38 pluribus ſequentibus. Productio † tamen mandati fieri poterit pluribus modis, ſcilicet per productionem originalis dimiſſi in actis, vel per inſertionem tenoris in eiſdem actis, necnon ſi producatur cum deſcriptione principij & finis, ac clauſulis ſubſtantialibus. Boer. d. deciſio. 281. num. 9. & 10. Quo fit, vt pluries in Senatu contenderim ſtilum, qui obſeruatur, vt partibus hora ſupplicationum citatis, licet non legitimè comparentibus poſsit ferri ſententia, ſeu (vt vulgò dicitur) apuntuamentum, tanquam iuri naturali repugnantem, non poſſe ſubſiſtere, niſi velimus dicere talem citationem non fieri, vt partes ingrediantur contradictorium iudicium, ſed vt ſummariè, & extraiudicialiter cum aliquali tamen cauſæ cognitione Senatus prouideat, quod etiam abſente parte fieri poteſt: Bal. in l. ab eo. colum. 1. verſic. oppono, ſi eſt defenſus. C. quomodo & quando Iudex. Secundum, in quo animaduerten-

39 dum dixi, eſt, † quòd iuxta acta ius dicatur, non autem ex extrinſecis, & non productis: nam conſtare debet iudici, vt iudici, non autem vti priuato, l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præſid. l. hæc autem. in princ. verſic. conſtare liquereq; prætori. ff. ex quib. cau. in poſſ. ead. l. 1. §. item illud. ff. ad Syllania. l. de qua re. in princ. ff. de iudi. bonus text. in l. vt fundus. ff. comm. diuidun. vbi Iuriſconſultus conſtanter affirmat, poteſtatem Iudicis non poſſe excedere id, quod in iudicium deductum eſt, l. properandum. §. & ſi quidem. & §. ſin autem ex geſtis. C. de iudi. l. 1. & fi. C. de rela. pulchra gloſa in c. 1. in verbo, Secundum canones, circa medium de offi. ordin. & in c. 1. in verbo, & è contra, de re iudic. in 6. Bald. in c. cum ſuper, in fine de cau. poſſe. & propri. vbi dicit, acta eſſe vehiculum ad ſententiam, Alex. conſ. 64. nu. 8. & conſ. 82. num. 11. lib. 3. ac conſ. 186. nu. 15. vol. 2. gloſ. in l. age. in verbo, Iudicij. C. de tranſact. faciunt adducta per

Rippam

Rippam in l. naturaliter. §. nihil commune.
40 nume. 175. ff. de acquiren. possessio. † quòd acta facta in vno iudicio inter easdem personas, & coram eodem iudice non probant in alio, nisi producantur, l. cum antea. C. de arbitr. Alexan. consi. 37. nume. 22. volum. 2. vbi post Bald. Imolam, Butrig. Ioan. And. & Salyce. per eum relatos dicit, quòd non debet ferri sententia per relationem ad ea, quæ non sunt exhibita & producta, in actis, & consi. 109. nume. 1. ac consi. 53. num. 19. volum. 5. Innocen. in cap. præsenti. num. 13. de renun. Cardin. in c. 1. num. 3. de off. ordin. Abbas latè in cap. pastoralis. §. quia verò. num. 8. de offic. delega. & ibi Barb. colu. 6. versic. in eadem glo. ibi, deponant. & per plures colum. sequentes post Alexan. consi. 136. num. 15. lib. 2. Hinc dicit Barto. in l. 2. colum. 1. versicu. tertio modo legitur. C. de
41 edend. † quòd pronunciatio facta per iudicem, nisi haberet acta, non valeret, etiamsi sententia esset bona & rectè lata secundum acta. De hac materia latissimè tradit Fel. in in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. colum. 6. & quinque sequentibus. de constitutionibus. vbi pluribus modis ampliat idem in decreti interpositione, & in absolutione à iuramento, non visis actis, & sine causæ cognitione, vt ibi per eum, Rippa in l. 2. nume. 19. C. de eden. latissimè etiam per Zas. in l. ait prætor. §. si iudex. colum. 3. & 4. ff. de re iudi. Socin. Iun. consi. 124. nume. 8. volum. 2. Vantius de nullita. sent. ex defec. proces. nume. 36. plura ad hoc etiam addidi infrà decisio. 78. Po-
42 terit † tamen iudex ex his, quæ sibi constant, vt iudici supplere pro parte, etiam in ijs, quę sunt facti, vt puta, si ex actis constat de errore, licet non allegetur per partem, poterit eum iudex allegare, teste Paulo de Castro & Aretin. in d. l. age. C. de transaction. Barto. in l. vnica. C. vt quæ desunt aduo. par. iudex. sup. & ibi Bal. colum. 2. & final. vbi plures casus enumerat, in quibus iudex potest supplere, & in l. filius familiâs. §. veterani. colum. 2. versicu. in eadem glo. ibi, euenit. ff. de procurato. concordant & sequuntur Alberi. Barto. Ange. Paul. de Castro, & Alexan. ibi, Innocen. in c. cum speciali. colum. 2. de appellation. b. Fel. in c. cum ordinem. numero 18. de Rescriptis. Alexander d. cõsilio. 186. numero 15. vol. secundo. vbi delarat, quomodo intelligatur id, quod dicitur, iudicem posse supplere circa ea, quæ sunt notoria.

Hoc tamen, quòd iudex possit supplere parte non petente, intellige procedere, dum modo causa non requirat formalẽ petitionẽ, seu exceptionem, quia tunc non potest parte non instante, si hoc iudex velit, Fel. in d. c. cum ordinem. nume. 11. de Rescript. quod comprobat etiam rex in l. non quicquid. ff. de iudi. & in casu nostro, quando procedi-
43 tur summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, debemus iuxta acta iudicare: tex. est expressus in clemen. sæpe. §. verùm quia. & §. sentẽtia. & ibi Cardin. versi. decimononò nota. de verbo. significa. & hanc communem dicit opinionem Alexan. d. consi. 53. colum. fina. volum. 5. quem sequitur Las. in l. ait prætor. §. si iudex. nume. 21. ff. de re iudica. Ex quo deprehenditur, Guidonem Pap. quæst. 10. 29. malè lo-
quutum, dum † vult dominos Parlamenti Delphinalis posse secundum conscientiam nõ resultãtem ex actis iudicare. Cuius errorem sequutus est Grama. post Bertran. quem refert decis. 19. nume. 14. Nam Barto. in d. l. vnica. C. vt quæ desunt aduocatis partium iudex suppleat. non dicit id, ad quod Guido. Papæ eum allegat, sed contrarium, dum vult, quòd hi solùm, quorum sententia pro lege habetur in suo territorio, debent iudicare secundum conscientiam, alij verò inferiores secundum allegata & probata: & ita eum intelligit las. in l. 2. in fine. ff. de in lite. iuran. Antoni. Franc. latè in additio. ad Abb. in cap. dilecti. nume. 3. de iudi. Marti. Laud. de Principe, num. 41. & tamen clarum est, quòd sententiæ Parlamenti & Senatus non habentur pro lege, cum sint inferiores à Principe, & legibus suppositi. So-
44 lius † enim Principis sententia pro lege habetur, l. fina. C. de legib. vbi Barto. & licet Dec. in consi. 200. in fi. quem refert & sequitur Crauet. consi. 144. in fine. & consil. 198. colum. final. & alij nonnulli dicant, quòd Senatus fungitur vice Principis in processu, & decisione causarum, tamen hoc iure non probatur, imò contrarium, vt ex suprà dictis patet, nisi forsan in ijs, quæ respiciunt stilum, & ordinem causarum, aut quando sententiæ proferuntur sub nomine Principis, vt refert Maran. de ordine iudic. in sexta parte. in titulo de appellationibus. nume. 241. dicit tamen Fel. in cap. cum omnes. nume. 14. de constitutionibus. quòd Senatores possunt legem constituere, accedente confirmatione Principis, si sit præsens. post Bald. in l. humanum. C. de legibus. Boerius de auctoritate magni consilij. nume. 178.

45 Hãc † tñ regulam, q̃ secundū p̃bata sit iudicandum, limita vt per Fel. in c. pastoralis col. 7. num. 23. de off. delega. vbi ponit regulã

cum ſeptem limitationibus, quas non repeto. Primæ tamen limitationi, quæ eſt, quòd iudex poſsit iudicare ſecundum conſcientiam, quæ venit ex facto notorio, ſi de eo, licet non ſcriptum ſit in actis, conſtet iudici, vt iudici, non vti priuato, & ſit notorium facti permanentis, addo Affli. deci. 28.
46 num. 5. & 6. affirmantem † iudicem poſſe moueri ex confeſsione, facta viua voce, licet non ſcripta, argumento l. quoties. §. fina. & ibi gloſa in verbo, Solum hæredem. ff. de probatio. vbi Bald. & in l. 1. circa finem. C. de vind. liber. tollen. vbi Alexan. in apoſt. dicit eſſe notandum ad limitationem, l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præſid. quam dicit eſſe auream, & nunquam obliuioni tradendam, quia mirabilis Fel. in cap. cum venerabilis. num 42. de exceptionibus. Hanc tamen limitationem proponit dubitabilem Dec. conſ. 445. nume. 55. Idcirco tutius eſſe puto, omnia in actis ſcribi, ne iudex appellationis, cui non conſtat ex actis de dicto notorio aut confeſsione, ſententiam primi iudicis moti ex tali notorio, ſeu confeſsione, retractaret, vt notat Abb. in cap. cum ad ſedem. colum. 2. nume. 6. de reſtitut. ſpol. Fel. in cap. inter cæteras. colum. 1. verſi. ſecus in cauſa appellationis, & colum. 3. verſicu. obſtant duo. & colum. 4. verſicu. obſtat quartò. de re iudicata. clariùs in ca. quoniam contra. numero 49. de probationib. & in cap. cum olim. colum. 8. verſi. dubito propter doctrinam Barto. de ſententia & re iudicata. Poterit tamen huiuſmodi productio fieri iudici de plano, & parte non vocata, quoad effectum ſcilicet ſimplicis productionis, Barto. in d. extrauagan. ad reprimendum, in verbo, De plano. colum. 1. quem ſequitur Romanus conſilio 519. Natta in d. §. quæ omnia. colum. 21. & 23. laſ. in l. properandum. §. ſinautem reus. nume. 5. C. de iudi. Fel. in cap. numero 31. de teſtibus poſt Bald. in l. ſi quando. in fine. C. de teſtib. vbi vnum addit aureum, vt Fel. dicit, quòd ex quo talis productio facta parte non vocata, reperitur in actis, & ſcriptura ſemper loquitur, propter perſeuerantiam in ipſa productione parte præſente, vel citata, ſufficit quoad hoc, vt dicatur ſatisfactum productioni. & ita limitari poteſt Alexan. conſi. 64. num. 8. volum. 3. vbi concludit, quòd regulariter productio iurium, vel ſcripturarum debet fieri parte præſente, vel citata: prædicta tamen intellige, quoad effectum productionis, ſecus putarem, quoad effectum
47 probationis, † quia tunc non ſufficit producere, niſi productorum decernatur copia parti, cum termino opponendi. Bartol. communiter approbatus in dicto verbo, De plano. colum. 2. quem ſequitur Iaſon in d. l. ait prætor. §. ſi iudex. nume. 21. Hyppol. poſt multos per eum relatos, ſingula. 81. per tex. in l. fina. C. de fide Inſtrumentorum. Caſſador. d. deciſione 12. numer. 10. poſt Bellameram deciſio. 27. latè Soci. Iun. conſi. 134. nume. 3. & ſequen. volum. ſecundo. quod tamen procedere dicunt, ſi pars hoc petat in ciuilibus, ſecùs in criminalibus, in quibus iudex debet indefenſos defendere: l. ſi non defendatur. ff. de pœnis. per quem tex. ita ſentit Hypp. multis aliis auctoritatibus relatis in ſua practica §. nunc videndum. nume. ſeptimo, & ſequen. facit quod ſcribit Fel. in cap. apoſtolicæ. colum. fina. verſicul. limita
48 dummodo, de exceptio. † quòd abſolutio non retardatur propter Inſtrumentum productum non iudicialiter, & parte non vocata, ſed vt vulgo dicitur ad partem, Paulus de Caſtro in l. 1. §. edictiones. numero octauo. ff. de eden. vbi Iaſon numero 19. Rebuff. in tertio tomo, de partium productio. in principio. numero tertio, latiſsimè tradit Didacus libro primo, variarum reſolutionum. cap. 1. numer. 9. quem poſt hæc ſcripta legi, & gauiſus ſum, vbi vidi eum à nume. quarto vſque in finem comprobare, quæ ego ſupra ſcripſi: his accedit dictum Areti.
49 cõſilio 73. columna ſecunda. † quòd, licet ſententia lata contra primam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſit nulla, l. 1. C. quando prouocare non eſt neceſſe. Attamen hoc procedit, ſi prima ſententia allegetur, & producatur in actis, aliàs ſecunda tenet, & propterea dixi ſtilum, quem obſeruauit, & adhuc obſeruat Senatus, quòd ſi in die aſsignata ad proponendum, aliàs ius aliquid ab altera partium producatur, licet pars altera petat copiam, cum termino opponendi, decernitur tantum copia, quoad acta, vt paria fiant, non autem cum termino opponendi, non debere obſeruari, cum ex eo tollatur defenſio parti. Nec Ducis Philippi decretum, quod forſan enunciato ſtilo anſam præbuit, hoc probat, cum loquatur tantum de copia teſtium, vel aliorum iurium antea productorum, & non ſine ratione, vt ſit liti im finis, partiq; imputari poſsit, cum antea copiam cum termino opponendi non petierit: argumento l. quòd quis ex ſua culpa. ff. de regulis iur. & cap. damnum. de regulis iuris, in ſexto. Item aduerten-
50 dum in practica eſt, † quòd, vbi fit productio aliquorum iurium illa deſignandoper deſcriptionem principij, & finis, vtputa ſi pro-

si producatur Instrumentum rogatum de anno 1558. die prima Ianuarij, & receptum per talem notarium, absque eo quòd tenor Instrumenti in actis inseratur, tunc talis productio dicitur de actis, non autem ipsum Instrumentum, seu eius tenor, ideo opus erit, de nouo producere dictum Instrumentum ad obtinendam sententiam super eo: ita dicidit Paulus de Cast. in l. fina. colum. 1. versic. tertio modo. de fide Instrum. Inno. in cap. cum in iure. de offic. delega. in fine. & ibi Abbas nume. 6. quem refert & sequitur Alex. post alios per eum relatos in consi. 6. nu. 7. & 8. vol. 4. & in auth. si quis in aliquo. col. 3 C. de eden. Areti. consi. 109. col. 1. versicu. nec valet. quos refert & sequitur Dec. in l. 2. nu. 4. C. de eden. Maran. de ordi. iudi. in sexta parte. §. decimus actus. nume. 3. vbi vnum dicit notatu dignum, quòd hoc casu poterit pars petere copiam Instrumenti producti. Crauet. de antiquita. tempo. in prima parte, in particula incip. Quæritur etiam in hac materia. nu. 10. Vantius de nullita. senten. ex defectu inhabilita. & manda. num. 71. Huc pertinet, quod dicit Rippa in l. quod te. nu. 63. ff. si. cert. pet. post Saly. in d. l. fin. C.
31 de fide Instrumen. † quòd Instrumenta non dicantur producta, nisi data copia, & faciunt notata per Iasonem in l. ait prætor. §. si iudex. nume. 19. & sequenti. ff. de re iudicata. ex quibus videntur posse reprobari dicta Fel. in cap. nonnulli. §. sunt & alij. colum. 5. in fine. de Rescrip. dum inquit, non esse necessarium in iudicialibus, quòd procuratorium, nec totus tenor Instrumentorum inseratur, cum narratio habeat vim probationis, nisi Felin. intelligas loqui quoad partes contrahentes, vt ibi idem di-
32 cit. Debet † igitur tenor Instrumentorum inseri in actis parte vocata, vel præsente, & auctoritate iudicis: tunc enim ei creditur, nec opus erit iterum producere originale, latè Fel. in cap. quoniam contra. nume.
33 50. & sequen. de probatio. Hinc † quæri potest, an acta facta coram primo iudice, debeant produci coram subrogato, vel successore? & in hac quæstione reperio duas opiniones: alteram Bartoli in l. 2. colum. 1. versicu. tertio modo legitur. C. de edend. post glosam ibi volētis, editionem actorum coram primo iudice fieri debere coram subrogato, vel successore. Sequitur Ange. ibi colum. prima. versic. plus dico, concludens ita solere practicari: Rippa num. 18. post Alexan. consi. 82. nume. 5. volum. 1. Roma. consi. 100. colum. 1. versicu. ratio autem quare. Huicque opinioni deseruiunt, quæ scribit Fel. in cap. cum M. colum. 15. versi. tertia conclusio. de constitut. vbi dicit, protestationem factam coram iudice antecessore reiterari debere coram successore, & videtur vrgere tex. in l. edictum. ff. de iudic. vbi licet ab antecessore edictorum numerus finitus sit, solet tamen successor vnum edictum dare.

Contrariam vero opinionem tenuerunt Baldus, Paul. de Castr. Fulgo. & Alexan. in d. l. 2. colum. 2. versic. sed Bald. & Fulgo. Iaso. nume. 14. post Barto. Butrium, Matheſi. & Ioan. And. per eum citatos. Curtius Iuni. num. 40. & sequen. Purpur. num. 47. & seq. Ioan. de Vicomerca. nume. 39. & sequen. in d. l. 2. C. de edend. quibus accedit Fel. in cap. causam, quæ. & infrà, in fi. de testib. concludens post Barto. Bald. & Imol. per eum citatos, non esse necessariam actualem productionem actorum, licet cautè fiat, si producantur: & id videtur sentire Paulus de Cast. in consi. 117. in princ. lib. x. & sequitur Decius in cap. quoniam Abbas. in secundo notab. de off. delega. post Barto. Bald. Abbatem, Imol. Paul. de Cast. & Alexan. in locis per eum citatis, addens tamen, requiri realem exhibitionem ad instructionem iudicis succedentis, seu subrogati, quo fit, vt liquidò pateat, hanc secundam opinionem esse magis receptam: cui deseruit doctrina Barto. in l. cum apud. nume. 5. ff. iudicatum solui. Et secundum hanc opinionem censuit Sanatus in causa fratrum de Ferrerijs contra Dominum Nicolaum de Montasia.

SVMMARIVM.

1 *Quando proceditur, sola facti veritate inspecta, an possit iudex agentem ex pacto nudo repellere, opposita à reo exceptione deficientis actionis.*

2 *In curia mercatorum, quod dicitur procedendum esse secundum æquitatem, quomodo intelligatur.*

3 *Iniuria fit legi, si iudex æquior & melior ea vult videri.*

4 *Ius gentium, quando attendendum est, & quando ius commune.*

5 *Iudex ecclesiasticus se immiscere non debet inspectantibus ad temporalitatem.*

6 *Excussionis exceptio fideiussori competens, an repelli tur, quando proceditur, sola facti veritate inspecta.*

7 *Excussionis exceptio dicitur esse de apicibus iuris, & nume. 11.*

8 *Præposterationis exceptio iudicium non vitiat.*

9 *Fideiussor debitor dicitur, & ideo soluens repetere non potest.*

12 *Excussionis exceptio repellitur, vbi sola facti veritate inspecta proceditur.*

13 *Iudex ex vi quorumuis verborum in rescripto delegatorio positorum, non potest ius partibus de iure ciuili quæsitum tollere, aut immutare.*

13 *Princeps non præsumitur velle, nec debet tollere ea, quæ alicui acquiruntur de iure ciuili naturali ratione munito, sed ea velle, quæ à legibus statuuntur.*

14 *Fideiussor inaemnitatis, & fideiussor simplex, in quo differant remissiuè.*

15 *Noua auctorum adiunctio affertur.*

DECISIO II.

An stante forma Decreti, quòd Iudex sola facti veritate inspecta procedat, possit agentem ex pacto nudo repellere, opposita à reo exceptione deficientis actionis. Et an per talem clausulam, sola facti veritate, impediatur exceptio excussionis.

EX his, quę suprà diximus de clausula, sola facti veritate inspecta, oritur nō improbabilis quæstio: 1 † An iudex, qui stāte forma decreti procedere debet, sola facti veritate inspecta, possit agentem ex pacto nudo repellere opposita à reo exceptione deficientis actionis propter defectum stipulationis? Et aliquibus visum est, posse repelli, ex doctrina Bal. in l. nemo. in fi. C. de sen. & interlocu. om. iudi. quę comprobari videtur ex doctrina Bar. in l. si fideiussor. §. quædam. ff. māda. quē refert & sequitur Ias. in l. 2. §. item si in fa-2 cto. nu. 16. & seq. ff. de verb. obl. † vbi licet in curia mercatorū procedi debeat secundū veritatē & æquitatē, attamē debet intelligi ita, vt iudicetur secundū iura ciuilia, omissis apicibus iuris, quæ non tangunt veritatem negotij; l. bona fides. ff. depo. Fel. in c. 1. co. 16. circa fin. de constit. sequitur Natta in d. §. nō sic. col. 27. in princ. Francis. Cur. in l. precibus. col. 20. vers. quarta principalis fallentia, &c. C. de impub. & alijs substi. & id probat expresse textus in §. quod autem. in auth. vt iudi. sine quoquo suffr. fiant. & in auth. vt iudices non expec. sacr. iuss. & in auth. de iudic. §. omnis autem iudex. ac in auth. in medio litis non fieri sacras iussio. latè Vantius in titulo, an quelibet sententia possit dici nulla, 3 nu. 2. † Nam iniuria fit legi, si iudex æquior & melior ea vult videri, notat Bald. in l. 2. colum. fina. C. de senten. ex breui. recitan. quem citat Natta loco proximè allegato, & facit l. 1. §. ius est. ff. de iusti. & iure. vbi definiendo ius, dicit illud esse artem boni, & æqui, sed secundum iura ciuilia ex nudo pacto nulla oritur efficax actio, l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pactis. Ergo ex eo agens meritò repelli poterit.

Contrarium tamen in quæstione proposita videtur decidere Bartol. in l. Quintus. ff. manda. quem ibi sequitur Alexand. & in consi. 41. numer. 1. & 2. volum. 3. & consil. 52. numero 4. volum. 6. Decius consi. 7. numero 3. Natta ind. §. non sic. colu. 28. in princip. Paris. consil. 82. numero 19. volum. 1. quorum opinio comprobatur ex eo, quòd nihil tam naturale & æquum est, quàm vt pacta seruentur, l. 1. in principio. ff. de pactis. & l. 1. ff. de constitut. pecunia. hanc repugnantiam sentiens Bald. eam fædere distinctionis concordauit in l. si pro ea. colum. fina. versicu. venio ad secundam partem. C. mandati. 4 quod † aut ius commune detrahit iurigentium ex causa, & tunc seruandum est ius commune, vt in solemnitatibus testamentorum & similibus: aut ius commune non detrahit iurigentium, sed non præstat ei robur, vt in pacto nudo, & tunc seruandum est iusgentium: vbi mera æquitas & veritas est attendenda, & Bald. refert & sequitur Natta d. colum. 28. communis itaque erit conclusio, quòd vigore dictæ clausulæ poterit efficaciter agi ex pacto nudo, & propterea superfluè erit quæstio proposita per Ange. in l. si certis annis. colum. 3. versi. hinc autem incidenter. C. de pactis. vbi quærit, an in terris Imperij laicus contra laicum possit ex pacto nudo in foro ecclesiæ agere, & concludit Angelus, quòd agere non poterit. Quia si attenta dicta clausula potest ex pacto nudo agi coram iudice laico, non debet in terris Imperij adiri iudex ec-5 clesiasticus, † cum non debeat se impedire de spectantibus ad temporalitatem, Ioan. Andr. in cap. possessor. de regul. iuris. in sexto.

Hinc alia suboritur vulgaris quidem, difficilis tamen quæstio. An propter talem clausulam repelli debeat exceptio excussionis competens fideiussori, vel tertio possessori? Et prima facie defendi posset eam esse rejciendam argumento tex. iuncta glo. penultima, in §. argentariorum. in authen. de fideiussorib. vbi argentarius, siue campsor spondens, vel fideiubens pro alio, & conuentus, non potest opponere exceptionem excussionis, quam glo. dicūt singularem & menti tenendam, Bal. in l. frustra. C. de non numerata pecunia. Angel. in l. fideiussor. §. pater Seij. ff. de pignorib. Aretinus in §. item si quis in fraudem. colum. septima, versicu. quæro statuto cauetur. Instit. de actio. Hyppol. in rub. de fideiuss. nume. 8. dicentes,

hoc

hoc esse inductum propter præcipuam fidē, quam homines habent ex promissione campsorum: ergo idem dicendum erit vbi proceditur sola facti veritate inspecta, cum eadem sit ratio, l. illud. ff. ad leg. Aquil. Dec. in l. fina. in princ. nume. 22. & 23. ff. si cer. peta. & hæc opin. corroboratur ex eo, quod dicitur,
7 † exceptionem excussionis esse de apicibus iuris, secundum glo. communiter approbatam, in l. si mancipium. §. si communi. in verbo, Actum. & ibi Bolog. in apostil. ff. de euic. per quam glossam notat And. Barb. in apostill. ad Bal. in l. fina. §. sed & si quis. in litera K. C. communia de lega. quod arbitramentum latum super hypotheca absq; excussione non potest reduci ad arbitrium boni viri,
8 quia † ista exceptio præposterationis non vitiat iudicium, & processus tenet, licet actum fuerit hypothecaria aduersus possessores bonorum, non conuento principali, & excussione non facta, cum talis peruersio ordinis non vitiet ipso iure: Bar. in l. persecutionem. quæst. vltima. C. de pignor. Iason in l. à Diuo Pio. §. in venditione. numer. 19. ff. de re iudic. Bar. in l. prolatam. in princ. C. de senten. & interlocu. om. iud. Soci. consi. 24. nume. 48. vol. 1. cui conuenit Bart. in l. 1. in fi. ff. de condic. indeb. & in l. cum quis. in fi. C. de iur. & fac. ignor. dicens, huiusmodi exceptiones inductas esse ad rigorem iuris conseruandum, ergo reijciendas: l. si fideiussor. §. quædam. ff. manda. & ratio est, quia beneficium excussionis non perimit, nec impugnat obligationem fideiussoris, sed respicit
9 modum procedendi, seu ipsam litem. † Hinc fit, vt si fideiussor, licet tutus huiusmodi beneficio, soluit, dicitur soluere debitum, nec repetit, quia debitor est, Bartol. in d. l. cum quis. & ibi Bal. col. penul. versi. modo contra prædicta. idem Bar. in d. l. 1. in fine. ff. de condict. indeb. Anto. in c. fina. col. 1. de solutio. Et prædicta coadiuuantur, quia in fideiussore beneficium excussionis est introductum de iure authenticorum. §. si quis. in authen. de fideiuss. vnde sumpta est auth. præsente. C. de fideiusso. Iaf. in l. si constante. nu. 206. ff. soluto matrimo. cum de iure codicis non competeret hoc beneficium, l. non re-
10 cte. & l. iure nostro. C. de fideiuss. Sed † per dictam clausulam omnis forma à iure ciuili introducta, vt suprà diximus, censetur reiecta: ergo exceptio excussionis similiter repelletur, & hanc opin. sequuti sunt Ang. in d. §. item si quis in fraudem. & ibi Iaf. nu. 78. Institu. de actio. & in d. l. si constante. Alex. consi. 58. nu. 7. vol. 5. & consi. 114. num 9. vol. 6. Roma. consi. 430. Areti. consi. 126. colum. 2. Soci. d. consi. 24. num. 48. vol. 1. Io. de Anna consi. 52. in fi. quem refert & sequitur Bald. Nouel. in tractat. de dote. parte octaua, priuileg. 37. Dec. consi. 27. nu. 8. Hyppol. in rubr. de fideiuss. numer. 12. & 13. Curt. conf. 6. Paris cons. 53. nume. 115. vol. 3. plures cumulat Negusan. de pignori. in octaua parte, in primo membro, ver. decimò fallit. nu. 35. vbi etiam loquitur in tertio possessore.

Contrariam opinionem proposui de iure veriorem, munitus. Primò ex l. Moschis. ff. de iure fisci. vbi Paulus proposita quæstione, an tertij possessores bonorū Moschidis, quæ fisci erat debitrix, prius possent conueniri, quàm eius hæredes: respondit, Imperatorem suum, quem alij Heliogabalum, alij verò Alexandrum fuisse asserūt, æquum putare, prius conueniri debere hæredes, dein-
11 de in reliquum possessorem omnem, † quo fit, vt dicere nō possimus exceptionem excussionis esse merè de apicibus iuris, sed etiam æquitati consentaneam, ideo non esse reijciendum, vbi secundum æquitatem, & veritatem proceditur: & hoc voluit Bal. in l. fin. §. sed & si quis. col. 1. ver. fuit quæsitum. C. commu. de lega. quem refert & sequitur Alex. in l. si constante. col. 9. versi. vnum nota. ff. sol. matri. Dec. in d. l. fin. in princip. nu. 24. ff. si cer. peta. & ibi Curt. in fi. Saysel. in l. decem. col. 3. versi. alium casum. ff. de verbo. oblig. & in l. edita. col. pen. C. de eden. Ioan. Campez. de dote. in 3. parte. quæst. 46. in fin. dicentes, quòd licet hæc exceptio sit de apicibus iuris, potest tamen opponi coram arbitratore, coram quo proceditur ex bono, & æquo, sola facti veritate inspecta, secūdum Barto. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. quia huiusmodi exceptio non tantum iuris ordinem concernit, sed etiam ipsarū partium beneficium, & allegat in argu. l. 1. C. de appel. qua cauetur, peruersionem ordinis vnius causæ ad aliā tribuere iustam cām appellandi: ergo multò magis personæ ad personam, cum hic ordo sapiat naturalē æquitatem, Bal. in d. l. fi. §. sed & si quis. col. 1. C. commu. de leg. quem refert & sequitur Fel. in c. 1. col. 17. vers. & si dicatur. de constit. quorum opinio apertè probatur ex d. l. Moschis. quā vnà cum textu in l. 1. C. de decur. lib. 10. pro angulari lapide in materia excussionis constituit Natta in d. cle. sæpe. in princ. in glo. in verbo, Dilationes, disputans ad partes quæstionem nostram, & licet loquatur, quando proceditur summariè, sine figura. Attamē in §. nō sic. co. 28. ver. ex quibus puto. idē sentit, si, pcedatur secundum veritatem, & æquitatem, & sic se coniuluisse, & obtinuisse dicit.

Secundò hanc opinionē coadiuuabam ex his, quæ scribit Bar. in extraua. ad reprimen-
12 dum. in verbo, Videbitur, dicens † quòd iudex ex vi quorumuis verborum in rescripto delegatorio positorum, non potest ius partibus quæsitum de iure ciuili tollere vel minuere, argu. l. bona fides. ff. depos. sed lege ciuili acquiritur beneficium excussionis tertijs possessorib. d. l. Moschis. & fideiussoribus, d. §. si quis igitur. in authen. de fideiuss. ergo virtute dictę clausulæ non tollitur huiusmodi beneficium: & Bart. refert, & sequitur Mathes. sing. 14. & ibi Moder. Veronen. in addi. num. 4. & seq. Fel. post Aret. in c. dilecti. colu. 1. & 2. versi. sed quod exceptiones. de iudi. & in c. 1. num. 52. de constit. ac in cap. qualiter & quando debeat. in §. ad corrigendos. nu. 21. versic. vnde dicit singulariter. de accusat. quibus conuenit regula c. indultum. de reg. iur. in 6. & famulatur iu-
13 dicio meo non leue fundamētum, † quòd in dubio non præsumatur Princeps, imò nec debeat tollere ea, quę alicui acquiruntur iure ciuili, ratione naturali munito: Abbas in c. per tuas. col. 10. de arbitris, & cumulata per Rippam, lib. 2. responsorum. cap. 19. Sed præsumitur ea velle, quæ à legibus statuuntur. §. omnis iudex. cum simi. in authen. de iudic. imitatur enim Princeps ius commune, non autem destruit: l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pupil.

Tertiò, dictam opinionem comprobabā, quia secundum Pau. de Castr. in consi. 327. incip. Clarum, quod dominus Iacobinus. co. 2. vol. 2. Roma. consi. 221. col. 2. versicu. sic itaque. Fel. in c. causam, quæ. numero 22. de Rescrip. est de natura contractus fideiussionis, vt principalis prius conueniatur: ideo virtute dictę clausulæ non tollitur exceptio excussionis, argu. l. quæro. §. inter locatorem. vbi Bar. ff. loca. Sed hoc fundamentum non puto verum, per tex. in d. l. non rectè. & d. l. iure nostro. C. de fideiuss. & per ea, quæ scribit Bart. in l. 1. C. de conuenien. fisci debito.
14 lib. 10. vbi † videtur constituere differentiam inter fideiussorem indemnitatis & simplicē fideiussorem. Et hanc secundam opinionem tenuerunt Bar. Bal. Roma. & Alex. in locis proximè allegatis. & Dec. in l. fi. ff. si cer. pe. sibi ipsis contrarij Paul. de Cast. Mathe. Fel. & Natta etiam in locis suprà citatis. Corne. consi. 55. col. penul. & consi 218. colum. 1. volu. 3. Crotus in l. si constante. col. 1. ff. solu. matri. & nouissimè Crauetta consi. 263. quo fit, vt ex tam pugnantibus opinionibus non indifficilis appareat hæc quæstio. Quapropter Negusan. in dicto tract. de pignorib. in 8. parte. in primo membro. versic. ego putarem. nu. 40. distinguit, quòd aut consideratur exceptio excussionis respectu ordinis iudiciarij, & hoc casu non potest opponi, vbi proceditur summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, vel secundum æquitatem: sed quando exceptio excussionis respicit interesse partis, & sic æquitatem, quæ est, quòd donec debitor est soluendo, tertius possessor non molestetur, tunc obstet talis exceptio, non obstante suprascripta clausula. Ego verò putaui, has opiniones alio distinctionis fœdere concordari posse, videlicet, quòd aut loquimur de fideiussore opponente exceptionem excussionis, & in eo locum habeat prima opinio, vt virtute dictę clausulæ opponi non possit, cum ex facto suo obligetur fideiussor, ideo ei imputandum: argum. l. fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cogan. nec enim potest prætendere ignorantiam obligationis principalis, sine qua sua consistere non potest, l. fideiussor. ff. de fideiuss. & Institu. eodem tit. §. fideiussores. qui si soluerit, debitum soluisse dicitur, vt volunt Bart. & Bal. in d. l. cū quis. in fi. C. de iur. & fac. ignoran. & Barto. in d. l. 1. ff. de condic. indeb. Nam etsi cogitare poterat regulariter de iure authenticorū sibi competere exceptionem excussionis, nihilominus cogitare etiam debuit, quòd virtute dictæ clausulæ sublata esset omnis solemnitas iuris positiui, & hæc sententia comprobari potest auctoritate sacrarū Scripturarum, videlicet prouerbiorum, ca. 6. in princip. Aut loquimur de exceptione excussionis oppositā à tertia possessore conuento hypothecaria: & tunc verior sit secunda opinio, vt prius conuenire debeat principalem vel eius hæredes, si opponatur, vt in tertio possessore loquitur d. l. Moschis. & Bal. in d. l. fina. §. sed etsi quis. C. commu. de legat. & ratio est euidens, quia huic nihil imputari potest, cum non obligetur ex aliquo facto suo, & iustam ignorantiæ causam habeat, an eius auctor esset obligatus, argum. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & hanc distinctionem post præmissa iam scripta, reperi conscriptam in apostilla prima Abbatis in c. peruenit. colu. 2. in fi. de fideiuss. quam arbitror fuisse Hyppoliti ex his, quæ scribit in rub. de fideiuss. numer. 13. & videtur etiam de mente Negusantij loco proximè citato: quam tamen limita non procedere, vbi tertius possessor sciuisset priorem hypothecam, argu. nota. in l. fina. §. fina. ff. de legat. 2. Rollan. à Valle consi. 9. num. 23. & seq. cum pluribus ibi per eum cumulatis, & Craue.

consi.

conſ. 77. num. 18. & ſequen. Senatus tamen & iudices vltimarum appellationum paſſim vtroque caſu ſolent exceptionem excuſſionis admittere, ſi opponatur.

SVMMARIVM.

1 *Capitula debent admitti, etiam lapſo termino ad reducendum poſitiones negatas ad articulos, ſi in termino pars contraria non accuſauit contumaciam aduerſarij non reducentis poſitiones negatas ad capitula.*
2 *Contumax quis non dicitur, niſi eius contumacia accuſetur.*
3 *Statuto diſponente, quòd ille, qui non comparet in termino banni, habeatur pro confeſſo, an requiratur, quòd aduerſarius compareat, & contumaciam accuſet, & num. 5.*
4 *Contumaciæ rei effectus omnis tollitur, circunducto termino propter abſentiam actoris, & è contra.*
6 *Ipſo iure quando aliquid diſpoſitum eſſe dicatur, & iudicis miniſterium non requiratur, & quibus verbis concipiatur.*

DECISIO III.

An lapſo termino reducendi poſitiones negatas ad capitula probatoria, ſi partis nõ capitulantis contumacia accuſata non fuerit, admitti nihilominus capitula debeant.

DECRETO Illuſtriſsimi Ducis Philippi cauetur, quòd niſi in termino aſſignato ad opponendum in reſponſiones poſitionibus datas, fiat oppoſitio ob reſponſiones non vel minus legitimè, & ſufficienter datas, aut reductio poſitionum negatarum ad articulos, tunc fiat aſsignatio ad proponendum, præcluſa via opponendi, reducendi, & capitulandi ſuper materia in ipſis poſitionibus deducta. Euenit data reſponſione poſitionibus actoris, & facta aſsignatione ad opponendum aduerſus eas reſponſiones, neutram partium die ſtatuta cõparuiſſe, verùm alia die actorem præſente reo poſitiones negatas ad capitula reduxiſſe: at reo excipiente id actori non licere, quin potius ſtante decretorum forma eſſe præcludendam viam reducendi dictas poſitiones ad articulos: quæſitum fuit, an ſecundum ea, quæ propo-
1 nuntur, admitti debeant capitula? Et † videbatur dicendum, admittenda eſſe, quia decretum mandans eo caſu viam præcludi, id agit propter contumaciam partis non opponentis, vel non reducentis poſitiones negatas ad capitula. Sed in caſu propoſito actor non poteſt dici cõtumax, cum Senatus non ſederit pro tribunali, quo ad ipſas partes, nec reus in die aſsignata cõparuerit, & per conſequens non accuſauerit contumaciam partis non reducentis poſitiones negatas ad ar-
2 ticulos, † quod facere debebat, vt actorem conſtitueret in contumacia, & dieta non circunduceretur, l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudic. quam ad hoc notat Bart. in l. conſentaneum. in fine. C. quomodo, & quando iudex. & in l. ſi finita. §. Iulianus. colum. 2. num. 10. verſ. procedo vlteriùs. ff. de dam. infect. & in l. 2. in prima lectura. col. fin. verſ. tu dicas. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. & in authen. ei qui. in fin. C. de temp. appellat. & in l. arbiter calendis. ff. de recept. arbit. Ancha. conſ. 97. num. 8. Roma. conſ. 454. col. 3. verſic. quartò principaliter. Paul. de Caſtro in d. §. & ſi quidem. col. 1. num. 3. & ibi Alex. in 2. nota. & in conſ. 100. nu. 6. vol. 5. Iaſon in d. §. & ſi quidem. colum. 2. num. 7. Alex. latè in d. §. Iulianus. colum. 8. & 9. vbi etiam dicit, quòd non ſufficit accuſare contumaciam non cõparentis, ſed debet expectare vſque ad diſceſſum iudicis à tribunali, niſi licentiatus receſſerit, & hoc in actis apparere debet, quod tamen non obſeruatur de conſuetudine in hac patria, Maran. de ord. iud. in 6. part. in §. contumacia. num. 1. fol. 176. Hyppol. in l. de vnoquoque. num. 120. ff. de re iudic. quibus accedunt ſcripta per Neuiz. in conſ. 6. num. 1. & 2. & his deſeruiunt, quæ ſcribit Bart. communiter approbatus in l. qui ante calendas. num. 5. ff. de verborum obligatio. quòd ſi inſtante actore monitus eſt reus, intra certum diem facere aliquem actum momentaneum, ſi actor vltima die termini non compareat in iudicio, dicitur contumax ad effectum, vt circunducatur terminus aſsignatus.

Aliquibus autem viſum fuit, poſſe iure ſuſtineri, capitula non eſſe admittenda, ex doctrina Bal. in l. ſi tutor. col. 1. verſic. pone dicit ſtatutum. C. de interdict. matrimo. vbi
5 † ſtante ſtatuto, quòd ille, qui non comparet in termino banni, habeatur pro confeſſo, nõ requiritur, quòd aduerſarius compareat in termino, & accuſet eius contumaciam, quia huiuſmodi confeſsio procedit ex ſtipulatione legali, ad cuius effectum non requiritur præſentia perſonarum: & Bald. refert & ſequitur Iaſ. in d. §. & ſi quidem. col. 2. verſicu. limita notabiliter. Felin. in c. illud. colum. 3. verſicu. non obſtat, quòd ſola, de præſcript. & videtur de mente Barto. in l. inter accuſatorem. col. fin. nu. 8. ff. de publ. iudic. quem ſequitur Alex. in l. abſentem. in apoſtillis. in verbo, Habeatur pro confeſso. verſic. & an ſtante, ff. de pœnis. quos refert & ſequitur

Hyppol. in d.l. de vnoquoque. num. 126. ff. de re iudic. Et hæc opin. corroborari potest ex eo, quod notat Abbas in c. reprehensibilis. de appellat. in secundo nota. vbi quando à iure communi, vel statuto imponitur pœna ipso iure, tunc in eius executione non requiritur citatio, & Abbatem sequitur Soci. in rubrica de citationibus. col. 24. vers. decimus quartus casus. post alios per eum relatos, Neuiz. d. conf. 6. num. 3. & sequent. vsq; ad 10. inclusiuè.

Sed his non obstantibus, prima opinio in casu proposito visa fuit de iure verior, pro qua est tex. in l. & post edictum. ff. de iudic.

4 vbi † circunducto termino propter absentiam actoris, omnis effectus contumaciæ rei tollitur, & è contra, secundum Imolam in l. qui ante calendas. colum. 2. versic. venio ad quæstiones. ff. de verbo. oblig. & ibi Paul. de Cast. in fi. Aret. col. 3. quibus adstipulatur regula l. si ambo. in prin. ff. de compens. vbi negligentia mutua compensatione tollitur, quem ad casum nostrum notat Rota decisio. 886. incip. Nota, quod vbi aliquis, in antiquis. & in similibus ferè terminis, ac in materia statuti disponentis, quòd reo non respondente in termino assignato ad respondendum libello, lis habeatur pro contestata, consuluit Alex. in d. conf. 100. col. 2. & 3. vol. 5. concludens non esse imputandum reo, si actor etiam fuit absens, & rei contumaciam non accusauit, & conueniunt adducta per Balb. de præscript. in tertia parte, sextæ part. princip. versic. quæro igitur primò. col. 6. & col. 9. vers. secundò principaliter. vbi dicit, quòd actor non comparendo videtur renunciare tali citationi, & citatio est imperfecta, cum non constet suis partibus: plura ad hæc cumulat Rebuff. quem post hæc scripta legi, commenta. tomo. 3. in titulo, de contumacia & defectu. artic. 3. glos. vna. num. 11. & sequentibus.

5 Nec obstant in contrarium adducta, † quia loquuntur, vbi statutum secum adfert executionem, secùs in casu, quo decretum non habet effectum, nisi sequuta ordinatione iudicis, cum talis præclusio non intelligatur ipso iure, sed per sententiam iuxta glos. communiter approbatam in l. iubemus. 2. §. œconomus. in verbo, Priuetur. C. de sacrosanct. eccles. & in l. in criminali. in verbo, Habeatur. vers. & dic mulctetur. C. de iurisdict. om. iud. Bar. in l. eius, qui in 2. nota. ff. de iure fisci. & in l. fina. §. quòd si actor. vers. sed aduerte. C. de iureiuran. propter calum. dando. quem refert & sequitur Felin. in cap. at si Cleric. §. de adulterijs. num. 4. & in cap. cum non ab homine. num. 9. & 10. de iudic. Abbas in c. Clericis. in primo notab. ne Cleri. vel Mona. secula. nego. se immisce. & ibi col. fina. in fin.

6 vbi † distinguit: aut verba futuri temporis denotant executionem actus, & tunc intelliguntur ipso iure: aut non denotant executionem actus, & tũc requiritur ministerium iudicis: & in terminis decreti loquentis de executione ipso iure, consuluit Neuiza. d. conf. 6. & quatenus replicari posset præclusionem propter lapsum terminum censeri factam ex dispositione decreti, & sic legis, proinde non requiri præsentiam partium secundum Bal. Ias. & alios in locis proximè citatis. Responderi potest, hoc intelligi debere, quando lex, vel statutum habent actum pro perfecto, quoad effectum iuris, quod non est in decreto prædicto, cum factum iudicis requiratur, vel intelligi debent prædicta procedere reuocabiliter vsque ad subsecutam declaratoriam: argum. l. sancimus. C. de fideiuss. quem ad hoc adducit Hypp. in sua practica, in verbo, Aggredior. num. 105. post Paul. de Cast. per eum allegatum, & est de mente Feli. in d. §. de adulterijs. num. 4. & ita censuit Senatus in causa Bergognoni contra Populum, vt Bergognonus ad probandum admitteretur. Sed quia superuenit noua constitutio, requirens contumaciam accusari, vt in titulo, de la contumacia. versic. & questo, &c. non autem factum iudicis, vt in titulo, de le positioni, in principio, hoc iure vtimur, vt sat sit contumaciam accusare, qua accusata nulla requiritur iudicis declaratoria, vt in simili decreto Marchionali respõdit doctissimus conciuis Marcus Antonius Natta, Senator Marchionalis, mihi semper vti pater obseruandus, conf. 364. vbi num. 10. & sequenti concludit, stantibus verbis ipso iure non admitti purgationem moræ, quam tamen Senatus per diem tantum admittit.

SVMMARIVM.

1 *Data, quæ ex consuetudine solui debet, secundum æstimationem cuiuscunque rei petitæ in iudicio, si modò quis petat, bona ab alio possessa ad se pertinere, eam erogare debet ratione possessionis vel proprietatis.*

2 *Verba, Spectare & Pertinere, tam ad possessorium, quàm ad petitorium referuntur.*

3 *Proprietas & possessio longè inter se distant.*

4 *Delictorum numerus, pœnarum etiam numerum exigit.*

5 *Causæ, vbi plures in vno actu concurrunt, ea semper attenditur, quæ minus grauat.*

6 *Possessionis causa aliquo respectu semper parua, & modici præiudicij dicitur, etsi agatur de possessione magnæ proprietatis.*

Gabella

Gabella res odiosa dicitur, & contrà dispositionem iuris ciuilis, ac à iure Canonico prohibita.

Eius, quod contemplatione alterius venit, ratio habenda non est.

Missio in possessionem, quæ fit officio iudicis, ab ea possessione, quæ ideò fit, quia expressè petitur, maximè differt.

Statuta odiosa, & iuri contraria strictè, propriè, & prout iacent, sunt intelligenda, & interpretanda.

Gabella, si vnica sit soluenda pro qualibet causa in iudicium deducta, si plures simul deducantur, ea attenditur, quæ gabellam minuit.

DECISIO IIII.

Gabella, siue Data, quæ ex forma statuti, siue consuetudine solui debet, iuxta vniuscuiusque rei æstimationem in iudicium deductæ, si res ab alio possessa petatur, an soluenda sit secundum æstimationem proprietatis vel possessionis tantum.

STATVTO, seu antiqua consuetudine loci Azelij cautũ reperitur, actores teneri ad solutionem gebellæ, seu, vt vulgò dicitur, datæ secundũ æstimationẽ rei in iudicium deductæ. Quidam causam coram ordinario dicti loci instituit, petendo aduersarium cõpelli ad tradendum bona per eum possessa, quæ eidem actori spectare, & pertinere iure fideicommissi dicebat, ac se actorem mitti in possessionem dictorum bonorum requirebat: lite legitimè contestata, & prolata sententia iuxta petita, agentem scilicet esse mittẽdum in possessionem bonorũ petitorum, ordinarius iudex actorem coram Senatu in ius vocauit, petens ipsum condemnari ad solutionem dictæ gabellæ, siue datę, habita ratione valoris rerũ, in quarum possessionem actor petijt se mitti. Quæsitum fuit, quanta debeatur gabella, an ratione precij proprietatis, an verò possessionis? Et † aliquibus visum fuit gabellam inspecto valore proprietatis rerum petitarum deberi, eo quòd videatur per agentem intentatũ petitorium, cum petierit aduersarium cõpelli ad tradendum bona petita vigore fideicommissi, quæ conclusio conuenit libello proposito in actione reali: Bart. in l. & an eadem. §. actiones. col. fin. ff. de exceptio. rei iudica. Prati. Papien. in forma libelli in actione reali, in verbo, Spectat & Pertinet: † nam illa verba, Spectare & Pertinere, ad petitorium, & possessorium referuntur, l. sciendum. §. hæc verba. & l. verbum illud, Pertinere. ff. de verbo. signifi. glo. in l. si quis intentione. ff. de iudi. & in c. inter dilectos. in verbo, Pertinere, de fide Instrum. vbi Feli. num. 2. & in rubri. de Rescript. col. 3. versic. hoc autem limitatur. Rippa in c. cum Ecclesia Sutrina. nu. 132. de causa possessio. & proprieta. Curtius Iun. cons. 127. col. 3. in principio.

Secundò, hæc opinio videtur comprobari, quia nisi secundum valorem proprietatis solueretur gabella, facile fieri posset fraus statuto. Nam in qualibet actione reali adijciendo clausulam concludentem in remedio adipiscendæ, euitaretur solutio gabellæ debitæ, considerato valore rei petitæ, & solum teneretur habita ratione æstimationis possessionis, † quæ longè inter se differunt: l. si duo. §. fin. & ibi Albe. ff. vti possid. glos. in verbo, Possessionis. in §. 1. Institut. de oblig. quæ ex delict. nascun. Alex. cons. 117. num. 2. vol. 2. Afflict. decisio. 77. num. 7. Corn. cons. 23. vol. 1. Alexan. cons. 185. num. 3. vol. 5. & hoc argumento in simili casu vtitur Ang. licet in libro meo sit aliquantulum corruptus in quæstione per Bart. proposita, in l. si pupillus, in principio circa finem. ff. ad leg. Falcid. reprehendens Bartolum ibi.

Tertiò, pro ista opinione videtur decisio Angel. in d. l. si duo. § fina. in principio. vers. & iste tex. ff. vti possid. vbi in terminis nostris dicit, stante statuto Perusino, quòd petens rem aliquem, debeat soluere quatuor pro libra æstimationis, si intentatur merum possessorium, sola possessio æstimanda est, sed si in iudicio intentatum est vtrunque, scilicet petitorium, & possessorium, æstimatio plenæ proprietatis fieri debet. Et ratio est secundum Angelum, quia sicut quando agitur mero petitorio, translatio possessionis fit officio iudicis, l. qui restituere. ff. de rei vendica. & tamen sit æstimatio plena, ita quando vtrunque remedium proponitur, cum par virtus sit taciti, & expressi vulgata, l. cum quid. ff. si certum petat.

Quartò, addebam dici forsan posse, gabellam deberi ratione æstimationis proprietatis, & possessionis, cum vtrunq; fuerit petitum, alterumq; ab altero differat, tam respectu naturæ, l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. posse. quàm respectu precij, d. l. si duo. §. finali. ff. vti possid. & faciunt, quæ scribit Firman. in suo tracta. de gabellis in 5. parte principali quæstio. 7. & 8. dicens, quòd † si in vno libello contineantur plura delicta contra vnum, vel plures homines, tunc plures sunt soluendæ gabellæ, argumento l. scire debemus. ff. de verbo. obliga.

Contrariam opinionem, tanq; veriorem, & magis communem, tenuerunt alij, ex doctrina Bart. in d. l. si pupillus, in principio. ff. ad leg. Falcid. vbi † quando concurrunt in

vno

vno actu duæ causæ, semper ea attendi debet, quæ minuit gabellam: & Bart. sequuntur Corn. cons. 199. litera B. col. 4. vol. 1. & in cons. 106. litera D. & cons. 194. litera H. vol. 4. Iaſ. in l. 1. in princ. num. 7. ff. si ex noxa. cau. agatur. Dec. cons. 457. num. 8. quos sequitur Crauetta cons. 231. in fine. Sed longè minoris æstimatur possessio, quàm proprietas, † imò causa possessionis dicitur parua aliquo respectu, etsi agatur de possessione magnæ proprietatis, Decius in c. de appellationibus, in fine, de appellatio. & dicitur modici præiudicij, Craue. cons. 158. num. 12. Ergo æstimatio possessionis attendi debet in solutione gabellæ prædictæ: & ratio secundum eos est, quia † gabella, quæ debetur secundum æstimationem rei petitæ, est res odiosa, & contra dispositionem iuris ciuilis, l. fin. in principio. C. de edicto Diui Adri. tollen. contra quos tamen est tex. in authen. de iudicibus, vt nulla. eligan. cum iura. §. si quis autem. & ibi glos. in verbo, Pedaneis, vbi dicit, quòd pro qualibet causa soluantur tempore litis contestatæ duo aurei, & in fine alij duo, licet hodie variè soluatur secundum locorum consuetudines: glos. in dict. authen. de iudici. in §. si quis autem. in verbo, Pedaneis. Cardinal. in Clem. statutum. colum. 2. de electio. de iure tamen Canonico sunt prohibitæ iudicibus, Angel. in l. fin. in fine. C. de sportu. & licet Bart. in d. l. si duo. §. fin. ff. vti posside. ponat quæstionem, & non respondeat, sed relinquat cogitandum, attamen in d. l. si pupillus. ff. ad l. Falcid. clarè respondet.

Non obstat, quòd libellus concludat in petitorio & possessorio, quia propterea non debetur gabella, nisi ratione possessorij, cuius occasione minuitur gabella, secundum Bar. in d. l. si pupillus. alioqui dicendum esset, quòd ex eodem libello siue actu duplex solui deberet gabella, tam respectu petitorij, quàm possessorij, cum vtrunque intentetur, quod non admittitur, † maximè cum vnum veniat contemplatione alterius, Bar. in l. penultima. §. quoties. ff. de publica. quem refert, & sequitur Bertach. in tracta. de gabellis in 5. part. principa. quæst. 3. post Paul. de Castr. & Alex. per eum relatos.

Non etiam obstat, quòd fieret fraus statuto secundum Angel. in d. l. si pupillus. quia multifariè responderi potest. Primò, q; ibi fiebat fraus de contractu ad contractum, hoc est, de promissione de vendendo ad venditionem, ita respondet Paul. de Castro in d. l. si pupillus. in casu autem nostro vnica est conclusio, licet concludat vtrunque. Secundò etiam, & melius responderi potest, dictum Angeli procedere, vbi ex circumstantijs de fraude appareret, vt puta quia ad euitandam gabellam satis inoleuisset practica, secùs autem, si non appareret, quia tunc est vera opinio Barto. ita respondet Imola, & post eum Alex. in d. l. si pupillus. in casu autem nostro non constat etiam præsumptiuè de aliqua fraude: ergo attenditur causa quæ minuit gabellam, d. l. si pupillus.

Tertiò, in casu nostro dici non potest commissa fraus aliqua, cum gabella saluatur respectu possessorij, sicut in l. si pupillus. secundum Imo. & Alex. soluitur de promissione de vendendo.

Non obstat Angel. in d. l. si duo. §. fin. ff. vti posside. quia salua eius reuerentia, quoad casum, de quo agitur, † diuersa est ratio missionis in possessionem, quæ fit officio iudicis in executionem rei iudicatæ, ab ea missione, quæ ideò fieri mandatur, quia expressè petita: nam statutum seu consuetudo, dictans gabellam deberi habita ratione æstimationis rei petitæ, debet intelligi de petitione expressa, non autem de tacita, † quia statuta odiosa, & iuri communi contraria, vt proponitur huiusmodi, sunt stricte, proprie, simpliciter, & prout iacent interpretanda: Bald. in l. maximum vitium. col. 5. vers. vlterius quæritur. C. de liber. præter. quem sequitur Iason in authen. nouissima. col. 6. C. de inoffic. testament. Firma. in d. suo tractat. in tertio membro octauæ part. quæst. 17. num. 31. cum etiam missio, quæ fit officio iudicis, potius fit ex dispositione, & prouisione legis, quàm petitione hominis, & in istis, quoad solutionem gabellæ, militat regula l. expressa nocent. ff. de regul. iur. cui non contrariatur regula l. cum quid. ff. si cert. petat. quia regula illius legis locum habet in his, quæ sunt de natura contractus, de quibus partes videntur cogitare, & hoc ex prouisione legis, & sic per quandam fictionem, vt concludunt Dec. & Cagn. in d. l. expressa nocent. ff. de reg. iur.

Non obstat, quòd vltimò dicebam, gabellam deberi ratione vtriusq; rei petitæ, quia non procedit, quando missio in possessionē fieret in executionem petitorij, vel alterius contractus, quia tunc non soluitur gabella: ita respondet Firma. in d. tractat. de gabellis, in quinta part. principali quæstio. 12. & in 3. membro octauæ part. princ. quæst. 13. nu. 23. Sed vnica gabella est soluenda, † & quando plures causæ sunt deductæ, attenditur causa, quæ minuit gabellam, d. l. si pupillus. & ibi Bart. communiter approbatus. Et ita censuit

censuit Senatus in causa cuiusdam Boni Ioannis de loco Azelij, contra ius dicentem dicti loci.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio iudicatum extinguit, vel saltem suspendit, & de eius effectibus.*
2 *Clausula irritatiua in rescripto deducta, etiam iudicem ignorantem afficit.*
3 *Principem si constet voluisse annullare & irritare gesta vnius iudicis à data rescripti, siue iustè, siue iniustè processerit iudex, non valet processus.*
4 *Moræ purgatio admittitur in pœnis legalibus.*
5 *Gesta post appellationem interpositam ab interlocutoria, quando dicantur nulla, siue irrita.*
6 *Appellatio ab interlocutoria, quoad iustificationis effectum, duodecim requirit.*
7 *Appellationis causa iniusta, & illegitima, non suspendit iurisdictionem primi iudicis.*
8 *Gesta post inhibitionem non legitimè factam, tenent.*
9 *Clausula, Si & quatenus, facit dispositionem conditionalem, idem est de clausula, Prout iuris fuerit.*
10 *Clausula, Si & inquantum de iure debeo à iudice prolata, operatur, vt actus sit ipso iure nullus, si admitti à iudice debuit.*
11 *Clausula irritatiua adiecta conditionali dispositioni, non operatur aliquem effectum ante euentum conditionis.*
12 *Rescriptum ita intelligi debet, vt repugnantiam non contineat.*

DECISIO V.

Die reo assignata ad respondendum positionibus, si reus appeller, & eius appellatione non obstante, iteratis comminationibus Iudex à quo reum assignet ad respondendum dictis positionibus, quibus deinde per reum respondeatur, nec obstante eius responsione attentis comminationibus prædictis Iudex pronunciauerit positiones pro confessis, à qua pronunciatione appellatū fuerit, an iudicetur bene appellatum, nec ne.

CERTA die à iudice ordinario ad respondendū positionib. actoris, cum cōminatione prima, iuxta decretorum dominicalium formam reo dicta & assignata, reus ipse Senatum appellauit, & ante diem ad respondendum positionibus statutum, rescriptum admissiōnis appellationis, impetrauit, adiectis solitis clausulis, Si & qua tenus iuris esset, & non aliter, & interea in præiudicium appellationis nil noui fieri, irritum & inane quicquid secus fieri contingeret decernendo, die verò ab ordinario assignata, ponens accusauit contumaciam partis non respondentis, petens iterū ad respondendum comminari, quod factum extitit, & termino statuto ad respondendum cum commination secunda, fuit pariter accusata cōtumacia eiusdem rei non respondentis positionibus, & protestatum de iure quæsito, attenta dispositione decretorū, eadem die appellato, sed nō iudici à quo exhibitum fuit admissionis appellationis rescriptū: pendente autem causa appellationis, appellans corā Senatu dictis positionibus respondit præsente appellato, & protestante, talem responsionem admitti non debere, nisi decurso articulo appellationis, qui inde decisus fuit, & pronunciatum extitit bene processum, malè verò appellatum, causam propterea, vt debitus honor seruetur, iudici à quo remittendo, coram quo ante pronunciationem positionum pro confessis appellans ipsis positionibus respondit: sed ea responsione non obstante, primus iudex attentis comminationibus prædictis, ipsas positiones pro confessis pronunciauit, à qua pronunciatione iterum Senatus appellatur. Quæsitum fuit, an bene vel malè appellatum sit? Et videbatur dici posse, malè fuisse processum, & pronunciatum, & propterea attentata post primā appellationem interpositam esse reuocanda, quia † appellatio extinguit, seu saltem suspendit iudicatū: l.1.§.fina.ff.ad Senatusconf.Turpil.c.venientes.de iureiuran. & iurisdictionem iudicis à quo, ita vt ea pendente nihil nouari possit toto titulo, ff. nil no. appell. interpoli. in rubro & nigro.c. super eo.el 1. de appellat. c. si à iudice.de appellat. in 6. Dec. in rub. de appellat.col.4.vers.secundò principaliter, post Abb.ibi Rota decis.130.incip. Si post inhibitionem, in nouis. quod maximè procedit, stante inhibitione, de qua in rescripto appellatorio, c. non solum.§.fina.eod.tit.de appel. in 6. Bellamera decis.623. tradit, Dec. in l.1. nu.2.& 3.C. de bonor. possess. secund. tabul. Cardin. Alex. in c.quoties Episcopi. col.1.2. quæst.6.partesq; in eo statu reponit, in quo erant tempore litis contestatæ, l. ita demum. & ibi Bar.Bal.& Paul.de Castr.C.de procur. cui conueniunt, quæ scribit Perusin. in c.vt debitus.nu.42.de appellat. quòd decisa causa appellationis, iudex à quo reassumit causam principalem in eo statu, in quo erat tempore appellationis. Sed tempore appellationis nondum erat facta secunda commination: ergo non potuerunt positiones pro confessis pronunciari.

1

Secundò, quia cum appellatio sit excepta à Principe, qui ad se negotium auocauit, nihil erat innouandum. c. vt nostrum. vbi gl. Abb. & Dec. in 2. nota. & in fi. de appellat.

Tertiò

Tertiò, pro hac parte multum vrgere videtur clausula irritatiua, de qua in dicto rescri-
2 pto, † quæ etiam iudicem ignorantem afficit, c. dudum. & c. penult. de præben. in 6. cum simil. de quibus latè Felin. in c. cæterùm. col. 11. num. 19. & ibi Dec. col. 4. vers. secundò principaliter. post Ab. de Rescrip. & adstipulatur quod scribit Abbas in c. audita.
3 num. 13. & 16. de restit. spol. videlicet, † quando clarè apparet Principem voluisse annullare, & irritare gesta prioris iudicis à data rescripti, tunc siue iustè, siue iniustè processerit iudex, non valet processus, c. 1. de concess. præben. lib. 6. Clem. vnica. eo titu. & Abbatem referunt Felin. & Dec. in locis proximè allegatis. Nec videtur obstare clausula, de qua in eodem rescripto appellationis, scilicet, Si & quatenus iuris sit, & non aliter, quia ea clausula conditionem non importat, sed modum: Vantius de nullit. sentent. ex defectu processus ac solemnitat. sententiæ, num. 96. post Lappum allegatio. 87. Vitali. in tracta. clausularum, in clausula, Si & inquantum.

Quartò, quia præmissis cessantibus, is cui comminatum fuerat, vt responderet positionibus, potuit moram purgare, respondendo dictis positionibus, tam coram Senatu, quàm coram primo iudice, ante dictam pro-
4 nunciationem, quoniam † in pœnis legalibus admittitur purgatio moræ, l. alia. C. de ijs, quibus vt indig. glo. in l. in criminali, in verbo, Habeatur, circa medium. versicul. sed quid erit. C. de iurisdict. omn. iudi. quod saltem procedit, vbi ius partis non est factum deterius, vt concludit Paul. de Cast. in l. 2. §. quòd si actor. col. 1. vers. sed quid si antequam sententia feratur. C de iureiuran. propter calum. dando. Alex. in additioni. ad Bart. in d. §. quòd si actor, in prima additione, Abbas in c. fin. col. 5. ver. sed quid si recusans de iura. calum. Lanfranc. in c. quoniam contra. §. responsiones. nu. 16. ver. item ista contumacia. de probatio. Rippa in l. si insulam. nu. 27. ff. de verb. oblig. Nec videntur obstare verba, ipso iure, de quibus in decreto, quia illis non obstantibus adhuc requiritur sententia declaratoria iudicis, Felin. in c. Rodulphus, in verbo, Sed declaratoria, de Rescript. Rippa in allegata l. si insulam. nu. 89. & ante talem declaratoriam potest mora purgari, vt concludere videtur Alex. in d. l. si insulam. col. 10. versicul. item pro hac singulariter. Sed in casu nostro fuit responsum positionibus ante pronunciationem: ergo malè subsecuta fuit dicta pronunciatio.

Contraria tamen opinio in casu nostro visa fuit verior, pro qua videtur text. in d. cap.
5 non solùm. § fina. de appella. in 6. † vbi gesta post appellationem interpositam ab interlocutoria reuocari nō debent, nisi iudex appellationis, postquam sibi constitit, per appellationem emissam ex causa probabili esse ad eum negocium deuolutum, iudici à quo canonicè inhibeat, ne ad vlteriora procedat, & dicit glos. in verbo, Ante diffinitiuam, quòd non sufficit, causam appellationis esse probabilem, nisi etiam sit vera, c. interposita. in princ. de appella. quod tamen intellige ad effectum iustificationis appellationis: secus verò, quoad effectum, vt appellatio tanquam legitima admittatur, quia tunc sufficit allegare causam probabilem, Dec. in c. vt debitus. col. 2. versic. tertiò nota. de appel. & dicitur probabilis, quæ si probata foret, reputaretur legitima, d. c. vt debitus. & c. pastoralis. de appel. Rota decisio. 412. si appelletur. nu. 2. in nouis. glos. prima in c. interposita. in princip. de appellat. Angel. in l. per
6 hanc. col. 2. C. de temp. appel. Nam, † quoad effectum iustificationis ab interlocutoria debent interuenire duodecim requisita, de quibus per Perusi. in d. c. vt debitus. col. 18. & propterea euentus litis demonstrabit, an attentata sit reuocanda, necne, Rota decis. 389. si appelletur, in nouis. Bart. in l. eius qui. col. 2. ff. de appel. recip. & facit text. in d. c. audita. de restitut. spolia, sed in casu nostro nulla fuit facta inhibitio iudici à quo, cui, necnon & parti facienda erat, d. c. non solum. & Maran. in 6. parte. de appellat. numer. 391. post Butr. Imola. & Perusi. per eum allegatos. Guid. Papæ in tracta. de appellat. quæstio. 2.
7 num. 11. Et † causa appellationis fuit iniusta & illegitima: ergo non fuit suspensa iurisdictio primi iudicis, cuius gesta fuerunt confirmata, vt concludit Rota dicta decisio. 412. in nouis. facit c. Romana. §. fin. & c. cum appellationibus. de appellat. in 6. Perusi. in ca. non solum. col. penult. glos. 1. in d. c. super eo. c. constitutis in præsentia. de appellat. quam ad hoc notat Dec. in c. bonæ. col. 5. in princ. versic. præterea. de appellatio. Paris. consil. 49. num. 20. & sequent. volum. 4. Guid. Papæ in d. tracta. de appellat. quæst. 12. num. 18. & decis. 213. num. 6.

Non obstant in contrarium adducta. Et primò, quod appellatione pendente nil nouandum sit toto titulo, ff. nil nouari appella. interposi. cum alijs similibus, quia prædicta iura loquuntur in appellatione interposita à diffinitiua, vel ab interlocutoria post inhibitionem canonicè factam, secus verò ante inhibitionem, d. c. non solum. §. fin. Archid.

in c.

in c. anteriorum. nume. 4. secunda quæst. 6. & in c. appellationem. nume. 4. eadem causa, Ange. consil. 217. colum. 2. circa fin. versic. dicet quis. Bart. in d. l. eius qui. quinimo & gesta post inhibitionem nō legitimè factam tenerent: Fel. in c. dilectus. 2. numer. 14. de Rescript. Maran. de ordi. iudic. in 6. parte. de appella. nume. 196. & 197. Vitali. in d. tracta. clausularum, in clausula, nil nouari. nu. 3. & sequen. Rota d. decisio. 389. nec sufficeret ad reuocandum attentata post appellationem, quòd iudex à quo sciuisset, iudicem ad quem incepisse cognoscere de veritate appellationis, d. c. audita. de restitut. spoliat. quod ad hoc allegat Perusi. in d. c. non solum. §. finali. colu. penult. in princip. Nam licet regulariter in quacunque appellatione suspendatur iurisdictio primi iudicis, d. l. 1. ff. nil noua. appella. penden. d. c. super eo. Perusi. in c. consuluit. 2. col. 2. de appell. tamen hæc pendent à futuro euentu: vt concludit idem Perusi. in d. cap. super eo. colum. 3. in principio, post glo. in d. c. non solum. in verbo, Ante sententiam. & faciūt cumulata per Tiraquel. de retract. §. 4. glo 3. in principio.

§ adeò † quòd si causa appellationis non iustificatur, nunquam attentata post appellationem ab interlocutoria, & ante inhibitionē, legitimè facta reuocantur: Barto. in d. l. eius qui. nu. 8. & Perusi. in d. c. non solum. §. fina. colum. penult. vbi declarat dictam decisionem Rotæ 130. in nouis, in contrarium allegatā. & ratio est, vt suprà dictum fuit, quia appellatio manifestè friuola, vtpote irrationabilis, & sine vera & legitima causa, nunquam suspēdit iurisdictionem iudicis à quo, c. cum appellationibus. & ibi Perus. in princip. de appellatio. in 6. & concludit Parisius post alios per eum relatos in d. consi. 49. numero 21. volum. 4. Perusi. in d. c. vt debitus. colum. 2. versicul. septimò nota. & colum. 10. Ad hoc facit etiam doctrina Bartol. in l. Chirographis. §. ab eo. numero secundo. ff. de adminis. tuto. vbi dicit, quòd facta contra appellationem appellatione pendente, tunc reuocantur, si ipse appellans obtinuit, aliàs secus.

Non obstat, quod dicit Perusi. in d. c. vt debitus. colum. 2. versi. sextò nota. quòd iudex à quo reassumit causam principalem in eo statu, in quo erat tempore appellationis, quia debet intelligi, nisi processerit ad vlteriora, pendente appellatione ante inhibitionem canonicæ factam, quod facere poterat d. cap. non solum. §. fina. & ibi idem Perusi. colum. 10.

Non obstat c. vt nostrum. de appellat. quia multis modis respōderi potest. Primò, quòd in casu nostro appellatio non fuit simpliciter recepta, sed cum clausula, Si & Quatenus iuris esset, aliàs non: & sic relatiua ad dispositionem iuris, & consequenter ad d. cap. vt debitus. eodem titulo. vbi Perusi. colu. 184. Ange. d. consi. 217. colum. 2. Secundò, quia in casu nostro non fuit facta receptio, & cōmissio negotij principalis, sed tantum appellationis, quo casu non fuit deuoluta iurisdictio causæ principalis ad iudicem appellationis, nisi appellatione iustificata, & sic pronunciato bene appellatum, & malè processum, d. cap. vt debitus. cap. cum in ecclesia. de appellation'. Rota d. decisio. 389. in nouis. Perusi. in d. cap. vt debitus. colum. 19. & 20. versicul. vltimo, pro intelligentia.

Non obstat clausula irritatiua, quæ etiam ignorantes afficere dicitur, dicto c. dudum. & c. penult. de præben. in 6. cum similibus, quia hæc iura procedunt, quando clausula irritatiua est apposita in disputatione pura, & non pendente ex futuro euentu, nos autem sumus in disputatione cōditionali, quia appellatio non fuit admissa, siue recepta,

9 nisi si & quatenus iuris esset, † quę dictiones, Si & Quatenus, & alię similes, dispositionē conditionalem faciunt: Bart. in l. 1. numer. 7. & 20. ff. de condit. & demonstra. Alexandr. consi. 127. nume. 4. volum. 7. Afflictus in rubrica de vasal. decrepitæ æta. colum. 8. versicu. sed ponamus. Decius consi. 107. col. fi. Vitali. in tracta. clausula. cap. 5. 6. & 8. Idem, si dictum esset, Et prout iuris fuerit, quia talia verba inducūt dispositionem limitatam, Dec. consi. 436. numer. 4. & 5. & huiusmodi verba adiecta in admissione, seu receptione appelationis sunt vtilia, quia si non admittenda, seu recipienda fuisset appellatio, poterat iudex, à quo fuerat appellatum, perseuerare in iurisdictione sua: ita expressè dicit Bald. in repetitio. l. edita. colum. mihi vigesima, versicul. item dubitatur si iudex. C. de edendo. Ange. d. consil. 217. & Bald. refert, & sequitur Roma. consi. 501. colum. 2. Perusi. in c. sæpe. in secundo notab. de appellationibus. Fel. in cap. cum contingat. numero decimotertio. ff. de offic. delega. vbi expressè dicit, quòd illa clausula operatur, quòd si causa appellationis est rationabilis, censetur admissa, secùs, si irrationabilis: Decius in cap. oblatæ. in secundo nota. versicu. & si iudex admittit. de appellationibus: Ruinus consi. 61. numer. 27. volum. 5. Soci. Iun. consi. 18. numer. 16. volu. 1. Maran. de ordi. iud. in §. secūdus actus. nu. 200.

C. in vl.

in vltima parte, sextæ partis principalis, faciunt dicta Aretin. in l. si is ad quem. colum. prima. in fine. versicu. tu aduerte. ff. de acquirenda hæreditate. vbi dicit, † quòd si iudex admittit aliquid sub ista conditione, Si & in quantum de iure debeo, ista conditio operatur, quòd actus est ipso iure nullus, si de iure non deberet admitti, sed in casu nostro causa fuit omnino irrationabilis, quia nullum fuit illatum grauamen, vt euentus demonstrauit, secundum Specul. in titu. de appella. §. 2. nume. 26. 27. & 29. ergo non erat admittenda, nec recipienda appellatio, c. cũ nostra. c. cum cessante. de appel. Maran. de ordi. iudic. in sexta par. in secundo actu. nu. 336. Brunus latè consi. 54. nu. 1. Abbas consi. 38. colu. fin. versi. allego & aliam causam. volum. 1. † quo fit, vt clausula irritatiua adiecta huiusmodi conditionali receptioni appellationis, debeat tanquam accessoria regulari secundum naturam principalis dispositionis, & non operatur effectum ante euentum conditionis, tex. est expressus in clem. 1. versicu. quia decretum. & ibi glo. & Cardin. in septimo nota. & in prima oppositio. de concessio. præben. Alex. latè consi. 97. col. 2. numer. 5. volu. 5. vbi loquitur in maioribus terminis, Staphi. de literis gratiæ, in prælud. colum. 8. nume. 17. ita sentit Roma. in terminis clausulæ irritatiuæ. consi. 330. colum. 4. versi. sed certè. & sequen. Fel. in c. 2. colum. 5. versic. contrarium. de constitutio. & in d. c. cæterùm. num. 19. de Rescrip. qui licet videatur dubitare, quando conditio esset tacita, attamen in conditione expressa videtur cõcurrere cũ opinione Romani: & sicut principalis dispositio non ligat ignorantem, ita nec clausula irritatiua accessoria, Paris. consi. 82. numer. 14. & sequen. volum. 4. Et hanc opinionem puto verisimam, † alioquí rescriptum contineret repugnantiam, scilicet, quòd appellatio propter illam clausulam, Quatenus iuris sit, non censeretur admissa, tanquam ex causa irrationabili, & sic non fuisset suspensa iurisdictio iudicis à quo: d. c. non solum. & tamen propter clausulam irritatiuam censeretur suspensa contra l. vbi repugnantia. ff. de reg. iuris. & c. solicitudinem. de appella. Bart. in l. fina. §. item quæsitum. nume. 4. & 5. ff. de condict. indeb. Soci. consi. 150. num. 29. vnde quemadmodum in principali dispositione Princeps se conformauit dispositioni iuris, quòd veluti certum non annullabat gesta primi iudicis ante inhibitionem canonicam, sic per clausulam irritatiuam non videtur velle reuocare legitimè gesta ante inhibitionem. Facit tex. singularis in d. c. audita. vbi glo. & Abbas colu. prima. & fin. vbi clausula, Reuocetis in irritum, non irritat gesta legitimè ante præsentationem literarum: & sequitur Roma. consi. 354. colum. 1. versic. sed ad hoc respondetur. & sic non obstant, quæ scribit idem Abbas in d. c. audita. num. 13. de restit. spoliat. quia loquitur, quando simpliciter, & ex certa scientia summus Pontifex irritum decernebat, & inane quicquid secùs dictum fuisset, secùs, quando clausula decreti fuisset apposita dispositioni conditionali: & ita loquuntur iura per eum allegata, maximè tex. in clem. prima, de conces. præben. & quod scribit Fel. in c. dilectus. el secundo. colum. fina. versic. limita primò. & versicu. limita tertiò. de Rescriptis. Non obstat, quod coram Senatu fuerit responsum dictis positionibus, quia talis responsio respiciebat merita principalis negotij, de quo non poterat, pendente appellatione, cognoscere Senatus, d. c. vt debitus. Rota d. decisio. 389. in nouis. Maran. latè de ordine iudic. in quarta parte, distinct. 6. nume. 16. & 17. vbi etiam respondet ad id, quod dicitur, appellationem reducere causam ad eum statum, in quo erat tempore appellationis, quia procedit in diffinitiua, vel si fuerat pronunciatum bene appellatũ, & sic deuoluta sit causa principalis ad iudicẽ ad quem, allegat Bart. in l. ita demum. C. de procurato.

Non obstat purgatio moræ, quia non procedit stante decreto, & geminatione moræ, vt concludunt communiter Doctores in dicta l. si insulam. Corsetus in tracta. de verbis geminatis. nume. 22. & ita censuit Senatus in causa domini Sereni Ferrerij, & Manfredi Iusianæ Cunienſium.

SVMMARIVM.

1 *Appellare an legitimè liceat verbo ab interlocutoria, si causæ grauaminis in scriptis redigantur, stante decreto, quòd ab interlocutoria appellandum sit in scriptis, & in ea inserantur causæ grauaminis.*
2 *Quod in scriptis fieri debet, si viua voce apud acta fiat, tenet.*
3 *Instrumentum in actis productum cum verbali petitione, habet vim libelli.*
4 *Arguere à libello ad appellationem licitum est.*
5 *Appellandum in scriptis est ab interlocutoria, non modò ex decreti dispositione, sed etiam de iure canonico & ciuili.*
6 *Appellatio ab interlocutoria, & appellatio interposita ex interuallo à diffinitiua, æquiparantur.*
7 *Vitium formæ potentius est, quàm vitium materiæ.*
8 *Glosa intelligenda est secundum iura, quæ allegat.*

Aequi-

9 *Aequiparatio de casu ad casum, vt valeat, quæ requirantur.*

10 *Casus qui æquiparantur à lege antiqua, lex noua disponens in vno, non censetur disposuisse in alio, nisi in casibus, in quibus à iure antiquo facta fuit æquiparatio.*

11 *Statutum vnum generale limitatur per aliud speciale.*

DECISIO VI.

Appellari ab interlocutoria an debeat in scriptis, & appellans viua voce, si causas grauaminis in scedula proposuerit, an censeatur appellasse in scriptis.

DEcreto Ducali posito sub titulo, sufficit appellanti apud acta, &c. cauetur, appellantem ab interlocutoria debere in scriptis appellare, & causam, seu causas grauaminis in appellatione inferere, prolata interlocutoria à iudice ordinario, procurator succumbentis Senatum viua voce appellauit, producēdo scedulam, continentem causas grauaminis tantum, & non appellationem aliquam.

1 Quæsitum fuit † an dici possit legitimè in scriptis appellatum fuisse? Et videbatur dicendum, quòd sic, ex gl. in c. cordi. in verbo, Appellandū, de appellatio. in 6. dū exponit illud participiū, Appellandū, verbo, subiūgens quod etiā facto potest appellari, quam gl. Geminia. ibi dicit adduci in contrariū, ad demonstrandum, quòd etiā sine scriptis potest verbo & facto appellari: & licet idē Geminia. ibi dicat eandem glo. soluere contrarium, attamen ego aliquam solutionem non video ipsius glosæ, nec etiam Geminiani, concordat nihilominus glosa in l. 2. ff. de appellatio. & in l. 2. in glo. 2. in fi. ff. de appella. recipien. quæ vult, quòd ab interlocutoria de iure ciuili possit appellari sine scriptis: Bal. in l. eos. §. si autem. in principio. C. de appellatio. quos refert & sequitur Ange. Aret. in l. 1. §. fina. colum. 5. ff. de appellat. vbi allegat Ange. ita tenere in l. litigatoribus. C. de appellatio. huc spectat, quod dicit Fel. in c. quoniam contra. colum. 6. circa medium, de

2 probar. † quòd id, quod debet fieri in scriptis, si fiat apud acta viua voce, tenet: l. 1. §. ff. cum lege sequenti. ff. de appellatio.

Nec obstare videtur tex. in d. c. cordi. quia non dicit, quòd sit appellandum in scriptis, sed quòd causas grauaminis in scriptis assignare deproperet: & sic sufficiat causas grauaminis in scriptis allegare, prout factum fuit in casu nostro: & illam glosam videtur sequi Ioan. And. ibi in addi. Ego hanc opinionem muniebam infrascripto argumento, apud me satis vrgenti. Nam libellus hodie, sicut appellatio ab interlocutoria, debet dari in scriptis, authen. offeratur. C. de litis contestatio. glo. in l. 1. in verbo, Edere. ff. de edendo. & ibi Barto. & communiter Docto. Fel. in c. primo. numer. 5. de libelli

3 oblatio. Sed † si fiat verbalis petitio in actis, & actor Instrumentum producat, huiusmodi productio cum verbali petitione habet vim libelli, & sufficit, vt concludit Iason limitando dictam authen. offeratur. in d. l. 1. numer. 11. ff. de edend. post Specula. & Bald. per eum allegatos: ergo idem dicendum est de appellatione ab interlocutoria, si fiat viua voce apud acta, & appellans statim producat in scriptis causas grauaminis, argumento nota. per glo. finalem in l. si quis seruo persuaserit. C. de furtis. Et hanc opinionem, quòd sufficiat vna die appellare ab interlocutoria, & alia causas grauaminis separatim in scriptis exprimere, dummodo intra tempora appellandi proponantur, tenet expressè Bald. in l. 2. circa finem. versicu. vnum quæro. C. de episco. audien. quem refert & sequitur Alexand. in l. quicquid adstringendæ. colum. 2. versicu. & ex hac lectura. ff. de verborum obliga. Iason. in d. l. 1.

4 numer. 10. ff. de eden. vbi † arguit de libello ad appellationem ab interlocutoria: quod argumentum facit etiam Barto. in d. l. 3. numer. 4. de appellatio. recipien. his accedunt quæ scribit Philippus Franc. in c. vt debitus. nume. 17. & sequen. de appellatio. quòd si iudex vno die recusatur sine causa, potest alio die inseri causa, & multò magis hoc procedere deberet in hac patria, in qua ex forma decretorum in omni causa, tam in prima instantia, quàm appellationis proceditur, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, solaq; facti veritate inspecta, quo casu potest appellari ab interlocutoria sine scriptis, sed verbo, vel facto, cum per talem clausulam sit sublata omnis solemnitas à iure positiuo introducta, vt latè probauimus suprà decisio. 1. & in terminis nostris ita limitat Philippus Franc. in cap. vt debitus. nume. 17. & 18. de appel. post Ang. consi. 217.

In contrarium verò videtur tex. in dicto c. cordi. iuncta glo. in verbo, Interlocutoria,

5 vbi expressè dicit, † quòd appellans ab interlocutoria, debet in scriptis appellare: & ibi Innocen. in principio: Geminia. in vltimo notab. & colum. penulti. in principio: Philip. Franc. numero. 3. & 10. post Ange.

in l. à ſententia. ff. de appella. idem Ange. in l. litigatoribus. C. de appella. qui in hoc malè ab Ange. de Aretio adducitur: & quod de iure ciuili ab interlocutoria appellandum ſit in ſcriptis, tenuit etiam Bart. in l. eius qui. nu. 4. ff. de appella. recipien. quem refert & ſequitur Salyc. in l. eos. num. 22. C. de appella. dicens, ſic obſeruari in vtroque foro ciuili & canonico, & idem Franc. in c. vt debitus. nume. 11. & 12. de appella. vbi Docto. ita communiter ſequuntur, Bart. in d. l. 2. nu. 4. de appella. recipien. facit tex. iuncta glo. in c. appellatio. de appellatio. in 6. Ludoui. Roma. conſi. 501. in primo dubio, vbi poſt Archid. & Anto. dicit, decem requiri in appellatione ab interlocutoria, quorum vno deficiente, non valet appellatio, quæ gratia breuitatis non tranſcribo, & etiam refert Imol. in d. c. vt debitus. in fine. Maran. in 6. parte. §. ſecundus actus principalis. numer. 116. &
6 127. hæc opinio corroboratur, † quia Doctores æquiparant appellationem ab interlocutoria, appellationi interpoſitæ ex interuallo à diffinitiua, vt dicit glo. in d. verbo, Interlocutoria: ſed quando appellatur à diffinitiua ex interuallo, appellatio debet fieri in ſcriptis, l. 1. §. fina. cum lege ſequen. & ibi glo. & Barto. nume. 1. ff. de appella. Maran. late d. §. ſecundus actus principalis. nume. 124. ergo idem dicendum eſt de appellatione ab interlocutoria, vt æquiparatorum eadem ſit diſpoſitio. Et hæc opinio adeò eſt vera, quòd ſi aliquis fuerit primò grauatus, & appellauit in ſcriptis, deinde iterato grauatus appellat, & dicat, Appello prout in ſcriptura primæ appellationis, quam produco, & peto in actis inſeri, non dicetur appellaſſe in ſcriptis propter formalitatem ſcripturæ, quæ requiritur in appellatione: ita decidit Fel. in c. inter cæteras. colu. 2. verſi. obſtat tertiò. de re iudica. poſt deciſionem Rotæ ibi per eum
7 allegatam, & num. 1. dicit, † quòd vitium formæ eſt potentius vitio materiæ, Dec. in l. 1. colum. 3. verſicu. ſecunda concluſio. C. de errore calculi. Fel. in c. cum dilecta. colum. 15. de Reſcrip. quòd multò magis procedit ſtantibus verbis d. decreti dominicalis, diſponentis coniunctiuè eum, qui ab interlocutoria appellare voluerit, in ſcriptis debere appellare, & cauſam, ſeu cauſas ipſius grauaminis in huiuſmodi appellatione inſerere, & alterius decreti ſub rubrica, ſicut in appellando, &c.

Non obſtat gl. in d. verbo, Appellandum, quia loquitur de iure antiquo, quo iure licebat, & verbo & facto appellare, vt apparet
8 ex iuribus per eam allegatis, † ſecundum quę iura debet ipſa intelligi: Barto. in d. l. non ſolum. §. liberationis. ff. de liberat. legata. Nos autem loquimur de iure nouo, quo fuit introductum, appellationem ab interlocutoria debere fieri in ſcriptis, glo. in d. verbo, Interlocutoria, notat glo. in c. ad reprimendum, in verbo, Conqueſtus. de offic. ordina. & ſi hæc ſolutio non ſatisfacit, cogita de alia.

Non obſtat argumentum, quod de appellatione ab interlocutoria ad libellum deducebatur, iuncta regula, de qua in d. l. ſi quis ſeruo perſuaſerit, in glo. fina. C. de furtis, &
9 ſeruo corrupto. † quia ad hoc, vt illa regula procedat, & locum habeat, requiritur quod æquiparatio ſit facta per modum regulæ Aretin. in rubr. ff. de acquiren. poſſeſſ. colu. 2. Decius in c. translato. in prima lectu. colu. 2. verſic. ſecundò, regula habet locum, &c. de conſtitut. Soci. in l. 1. colu. 2. verſicu. tertia, & vltima concluſio. ff. de except. & conſi. 275. numer. 11. lib. 2. ſed non reperio iſta duo æquiparata per modum regulæ: ergo ex vno ad alium argui non poteſt.

Secundò reſponderi poteſt, regulam non procedere, quando non per omnia eſt facta æquiparatio: Ang. in §. ius autem ciuile. col. 12. Inſtit. de iure natu. gen. & ciuili. Socin. d. conſi. 275. nume. 11. Crauet. conſi. 205. numer. 42. poſt Matheſi. Alex. Soci. & laſ. per eum allegatos, ſed non per omnia æquiparantur libellus & appellatio ab interlocutoria, cum plura in hac requirantur, quàm in illo: ergo de vno ad alium inferri non poteſt. Faciunt quæ notãtur per gloſam in c. 1. in verbo, de-
10 claramus, in titulo, ne cleri. vel mona. † quòd quando duo caſus æquiparantur à lege antiqua, lex noua diſponens in vno, non cenſetur diſponere in alio, niſi in caſibus, in quibus de iure antiquo facta eſt æquiparatio, nec extenditur vltra terminos ſuos: Crauet. d. conſi. 205. num. 28. poſt Roma. laſ. & Crot. per eum citatos.

Tertiò, non habet locum illa regula, quando in caſu omiſſo eſt aliter prouiſum: ita limitat Soci. in d. l. 1. col. penul. verſi. & quantumcunque actor. ff. de exceptio. & hæ tres limitationes leguntur in tracta. de crimine læſæ maieſtatis incerto auctore, quem multi arbitrantur fuiſſe Sayſelli, in princ. num. 14. ſed in caſu noſtro, ſcilicet appellationis ab interlocutoria, aliter eſt de iure prouiſum d. c. cordi. cum alijs ſuprà allegatis: ergo de libello ad appellationem non eſt bonum argumentum.

Non obſtat dictum Bald. in d. l. 2. in fi. C. de epiſco. aud. & Alexandr. in d. l. quicquid adſtrin-

adstringendæ, quia retorquetur, cum concludat, appellationem ab interlocutoria debere fieri in scriptis, sed quia ex dispositione c. cordi. secundum communem intellectum debet appellari in scriptis cum expressione grauaminis, limitant, quòd tunc dicatur in scriptis appellatum, si vna die dicat, Viua voce appello, & alia die intra tempus appellandi causæ grauaminis in scriptis exhibeantur: & ita debent intelligi, sentitq; Dec. in d. c. cum speciali. col. 1. versic. secundò nota, de appell. alioquin dicerent contra communem opin. qnod non est dicendum.

Non obstat vltimò limitatio Perusini in d. c. vt debitus. num. 17. & 18. quia non habet locum, vbi extat statutum, aliud disponens, per ea quæ suprà diximus in prima decisio. versi. cæterùm. super dicta clausula, sola facti
11 veritate inspecta, quæ non repeto. Nam † vnum statutum generale per aliud speciale limitatur, Bar. in l. quæsitum. §. fina. nu. 12. ff. de fundo instructo. quem refert & sequitur Barba. consi. 123. nu. 11. inserto inter consilia Alexandri, vol. 4. & facit regula gener. ff. de regu. iur. in 6. Et secundum hanc opin. censuit Senatus in causa de Placeo & Bagliano, partem habere pro non appellante, iuxta d. c. cordi. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Paria sunt assignare aliquem ad audiendum responsionem super appellatione, vel ad recipiendos apostolos.*
2 *Appellationi renunciasse censetur, qui infra tempus à iure præscriptum apostolos non petijt.*
3 *Appellare idem est facto quod verbis.*
4 *Apostoli dicuntur pars appellationis.*
5 *Præsumptio iuris & de iure non tollitur per probationem, nisi sit probatio impedimenti.*
6 *Prosecutio appellationis desertæ non impedit transire sententiam in rem iudicatam.*
7 *Partes facere non possunt, quòd iurisdictio deuoluatur ad non habentē, & quòd coram iudice appellationis sententia prima non transeat in rem iudicatam.*

DECISIO VII.

Si die assignata per Iudicem à quo ad audiendum responsionem super admissione, vel reiectione appellationis appellans non compareat, an appellatio deserta censeatur.

LAta sententia, à qua fuerat appellatum, iudex, à quo diem statuit appellanti ad audiendum responsionem super admissione, vel reiectione appellationis, medio tempore appellans, iudicem, quem appellauerat, adiuit, & precibus narrauit sententiam prolatam, appellationem interpositam, diem ad audiendum responsionem à iudice dictam, nondum tamen aduenisse, petens nihilominus appellationem recipi, cū intēdat eam prosequi, siue iudex à quo eam admiserit, siue eam reiecerit, & obtento rescripto receptionis dictæ appellationis cum inhibitionibus congruis, illisq; omnibus legitimè intra prædicta tempora exequutis, contingit, quòd die assignata ad audiendam prædictam responsionem non comparuit appellans coram iudice à quo, sed apud iudicem appellationis prosecutus est dictam appellationem, parte appellata continuò opponente, aduersarium habendum esse pro non appellante, seu appellationem desertā. Quæsitum fuit, an præmissis stantibus censeatur appellans appellationi renunciasse?
1 & omissa quæstione, an † paria sint, appellantem esse assignatum ad audiendum responsionem super appellatione, vel ad recipiendum apostolos, cum omni casu idem sit iudicandum, vt concludit Cardin. in clem. quamuis rigor. §. verùm. colu. 1. versi. tertiò quæro. de appel. Videtur primo aspectu dici posse, nō censeri renunciatum appellationi, quamuis in termino assignato ad audiendum responsionem super appellatione non cōparuerit.
2 Nam † sicut appellans, qui tenetur intra triginta dies à die latæ sententiæ petere apostolos, l. iudicibus. C. de appel. si non petat, censetur appellationi renunciare. l. quoniā nonnulli. C. eod. tit. nisi per alia argumenta appareat, cum velle prosequi appellationem, vt puta, si mittat ad eam prosequendum: Inno. in c. cordi. num. 4. de appell. in 6. & ibi glo. in verbo, Petat apostolos. sic in casu nostro nō videtur voluisse renunciare appellationi, licet non comparuerit in termino assignato ad recipiendum apostolos, cum manifestè appareat, verbis & factis illum voluisse prosequi suam appellationē: verbis enim, quia protestatus fuit: facto autem, quia prosecutus coram iudice appellationis. & hæc opinio corroboratur, argum. tex. in c. solicitudinem. de appell. vbi licet appellans ad sedē apostolicam, si adeat iudicē mediū, videatur appellationi renūciasse, attamen si talem iudicē adeat, & protestetur, se velle dictam appellationem prosequi, propter talē protestationē nō censetur appellationi renūciasse, si non fuit auditus: sic videtur dicendū in casu nostro, quòd ex quo in precibus ꝓtestatus fuit siue admittatur, siue reiiciatur appellatio à iudice à quo, se velle appellationē ꝓsequi, & quā prosecutus fuit, ex eo quòd nō

cõparuit in termino assignato ad recipiendũ apostolos, nõ debet censeri appellationi renunciatũ, † cum plus, vel saltem idẽ sit facto
3 appellare quod verbis, c. dilecti filij de appel. gl. in c. quoties episcopi. in verbo, Audiri. 2. q. 6. Item huic opinioni famulatur dispositio clem. sicut, de appella. qua cauetur, tempus ad prosequendam appellationem currere à die illati grauaminis, vel sententiæ latæ, quod appellanti non deberet posse auferri à iudice per indirectum, faciendo talẽ assignationem, quominus posset suam appellationem prosequi: c. indultum. de regu. iur. in 6. & propter istam rationem quæstionem hanc ita decidit Rota decis. 564. inci. Vtrum si appelletur, in antiquis. & decisio 698. incip. Dic, quòd si est appellatum, etiam in antiquis.

Contraria tamen opinio visa fuit de iure verior, per tex. in cle. quamuis rigor. §. verùm. de appel. vbi, si iudex, à quo fuit appellatum, certum terminum appellanti constituat ad recipiendum apostolos, & appellãs in dicto termino non compareat, nec apostolos petat, appellationi suæ renunciasse videtur, & gl. in verbo, Videtur, dicit hoc etiã procedere, si appellans iret, vel mitteret ad prosequendum dictam appellationem, c. ab eo. de appel. in 6. & ratio est, quia per huiusmodi assignationem certi termini, videtur petitio apostolorum primò facta ab appellante suspensa ad terminum assignatum à iudice, ideo ne videatur ab ea recessisse, debet de nouo eam petere, ita concludit Cardi. in d. §. verum. colu. 1. versicu. oppono, quod ex quo. aliàs tanquam negligens adimplere solemnitates à iure requisitas ad appellandum in termino assignato, videtur actui renunciasse: Gemin. in d. c. ab eo. in 5. notab. & his conuenit, quod notat Anchara. in d. c. ab eo. versi. quartò nota, quòd appellans non debet ire, vel mittere ad iudicem appellationis sine apostolis. nec iter arreptum sufficit pro appellatione, seu apostolorum petitione secundum glo. in d. c. dilecti filij. in verbo, Facto. in fi. & ibi Io. And. Accedat, † quòd apo-
4 stoli sunt pars appellationis, c. 1. & d. c. ab eo. de appel. in 6. qui si legitimè non fuerint repetiti, appellans reputabitur pro non appellante, d. ca. 1. §. quòd si appellatur. & d. ca. ab eo. ac d. clem. quamuis. Rota decis. 357. fuit dubitatum, in nouis. Et hæc opinio confir-
5 matur, † quia præsumptio, quòd appellans non comparens in termino assignato ad recipiendum apostolos præsumatur appellationi suæ renunciasse, est iuris & de iure, vt concludunt Card. in d. §. verùm. in fi. Gemi. in d. c. ab eo. col. 2. versi. quæro quæ præsumptio. contra quam non admittitur probatio, nisi impedimenti, argu. c. ex ratione. de appel. & clemen. sicut appellationem, eod. tit. Cardin. & Gemin. in locis proximè allegatis, Dec. in c. personas. col. 6. versic. sextus casus. de appella. sed in casu nostro non apparet de aliquo impedimento: ergo audiri non debet.

Nec obstant contraria, & primò dictum Innoc. in d. c. cordi. quia in contrarium est tex. in d. c. ab eo. de appella. in 6. vbi itineris arreptio, vel missio ad prosequendam appellationem, nõ habetur pro appellatione, nec pro petitione apostolorũ, nec impedit quominus appellationi renunciatum videatur; & idem dicimus de protestatione facta coram iudice appellationis, vt non sufficiat pro petitione apostolorum: nam nemo potest facere, quin leges locum habeant vulg. l. nemo potest. ff. de leg. primo.

Non obstat, quòd appellationem suam prosequutus fuerit apud iudicem ad quem,
6 quia † prosecutio appellationis desertæ non impedit, quin sententia censeatur transiuisse in rem iudicatam: d. clem. sicut appellationẽ. per quem tex. dicit Bal. in authen. hodie. colum. penul. versi. quæro, quid si est appellatum. & ibi Salyce. quæstio. 6. C. de appella. quòd si est appellatum post decem dies, quo casu sententia facit transitum in rem iudicatam, & tamen vtraq; pars sponte, scienterq; processit in appellatione, & lata est sententia: non tenet talis sententia propter consensum, & prorogationem ipsarum partium
7 quę † non potuerunt facere, quòd iurisdictio deuoluatur ad non habentem, l. priuatorũ. C. de iurisd. om. iud. nec facere coram iudice appellationis, quòd sententia prima non transeat in rem iudicatam: gl. fin. in l. si diuersa. C. de transact. per quam ita notat Bald. in auth. ei qui. colum. fi. versic. quæro nunquid. C. de temp. appel. Fel. in c. quoniam contra. nume. 30. de probat. & pro hac opinione videtur decis. Rotæ in terminis, decis. 214. nota secundum aliquos, in antiquis, & deci. 40. si auditor appellanti, in nouis. Brun. cõsi. 54. col. 1. in 2. oppositio. Et secundum hanc vltimam opinionem, licet rigorosam, cẽsuit Senatus in causa fratrum de Azano contra Oliuarium Rotham, omnes de loco Clarasci oriundos.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum offerens, an reuocare possit oblationem, postquam alius dicit, se velle iurare.*

1 *Paria sunt recipere iuramentum, vel incontinenti iurare.*
3 *Promittens stare iuramento seu dicto alicuius, an possit dictam promissionem reuocare etiam ante declarationem.*
4 *In iudicijs quasi contrahitur, & quando valeat argumentum à iudicijs ad stipulationes.*
5 *Iuramentum quando dicatur habere maiorem auctoritatem, quàm res iudicata.*
6 *Glossæ vltimæ opinio est attendenda.*
7 *Iuratum vbi est ante sententiam diffinitiuam, appellare non licet.*
8 *Iuramentum offerens videtur contrahere, & sic confiteri se esse debitorem, sub conditione, si aduersarius iurauerit.*
9 *Procurator generalis ad causas an possit iuramentum oblatum reuocare iurando, sibi seu principali suo superuenisse probationes.*

DECISIO VIII.

Offerens iuramentum litis decisiuum, quod acceptatum fuit, superuenientibus nouis probationibus, an possit oblationem illam reuocare, & ad probationes redire. Et huiusmodi reuocatio an fieri per procuratorem possit.

ACtor oblato iuramento litis decisiuo, & à reo precedente interloquutoria acceptato, propter probationes, quas iurauit sibi superuenisse, dictam oblationem iuramenti reuocauit, petens ab eo proposita ad probandum admitti. Quæsitum † fuit, an huiusmodi oblationem iuramenti possit reuocare, & ad probationes redire? Et videbatur dicendum, non posse, l. si non fuerit. ff. de iureiura. vbi Bart. notat, illum qui defert iuramentũ, pœnitere non posse, postquam alius dicit, se velle iurare: sibi enim imputet, quia processit ad delationem iurisiurandi, quod sequenti argumento comprobari videtur. Nam † paria sunt, recipere iuramentum, vel incontinenti iurare, Bart. in l. non erit. §. fin. nu. 2. vbi Iaſ. in principio. ff. de iureiur. Sed præstito iuramento, non potest pœnitere, l. si quis iusiurandum. C. de reb. cred. & iureiur. ergo nec etiam iuramento recepto, attenta præsertim ordinatione Senatus, qua fuit pronunciatũ esse iurandum, quo casu post talem sententiam seu ordinationem, cui partes acquieuisse dicuntur, non potest tale iuramentum reuocari, d. l. si quis iusiurandum. §. fin. iuncta glos. in verbo, Diffinitiua, in principio. His † accedit cõmunis cõclusio, de qua per Alex. cons. 130. in fin. vol. 1. quem refert & sequitur Iaſ. in l. iusiurandum, quod ex contentione. col. 2. ff. de iureiura. vbi reprobata opinione Bart. in l. fin. col. finali. ff. de præto. stipulatio. concludit post Bal. Ang. & Imolam per eum allegatos, promittentem stare iuramẽto seu dicto alicuius, nõ posse promissionẽ etiam ante declarationem reuocare: sic in casu nostro dicendum videtur, iuramẽtum hoc post
4 acceptationem reuocari non posse, † cum in iudicijs quasi contrahatur valeatq; argumentum à iudicijs ad stipulationes, l. licet. §. idem scribit. ff. de pecul. Imò attenta dicta acceptatione, dicitur initus inter ipsas partes cõtractus, l. qui iurasse. §. fin. vbi Bart. ff. de iureiuran. Quin etiam fortius est ius quod acquiritur ex tali iuramento, cum eo præstito non liceat reuocare, l. 1. & l. generaliter. §. sed iuramento. C. eod. titu. quàm ius, quod acquiritur ex declaratione subsequuta vigore promissionis de stando dicto alterius, quo casu potest appellari, & recurri ad arbitrium boni viri, si iniquè declarauerit, l. si libertus. ff. de oper. liberto. c. Quintauallis. de iureiuran. Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. nu. 24. ff. pro socio. Alex. cons. 28. nu. 9. vol. primo. & cons. 131. nu. 12. & seq. vol. 2. Hyppol. in l. quæstionis habendæ. num. 67. & seq. ff. de quæstio.

Contraria tamen opinio visa fuit de iure verior, & æquior, pro qua allegatur text. in d. l. si quis iusiurandum. vbi si quis iusiurandum alicui detulerit, potest nondum tamen præstito sacramento, si superuenerint probationes, illud non præstare: quam legem sic summant Bar. Bal. & Ang. Delatio iuramenti potest reuocari antequam iuretur: hoc etiam notat Bart. in d. l. si. col. fi. ver. quid dicemus. ff. de præto. stipulatio. & in d. l. non erit. §. fina. vers. possumus tamen dicere. vbi Paul. de Cast. nu. 4. Alex. in fine. & ibidem Iaſ. col. fin. in fine. & in §. item si quis postulante. nu. 31. & 33 Instit. de actio.

Nec obstant in contrarium adducta, quia ad duo prima fundamenta respondetur, illa non habere locum, quando iusta causa pœnitendi seu reuocandi interuenit, puta si superuenerũt probationes: ita respõdet Bart. nec non alij Doct. suprà citati in d. l. nõ erit. §. fin. num. 4. Socin. cons. 90. num. 13. & 14. vol. 4. Ang. in l. manifestæ. versic. idem post acceptationem. ff. de iureiuran.

Non obstat d. l. si quis iusiurandum. §. fin. & ibi glo. in verbo, Diffinitiua, quia salua reuerentia Irnerij glosatoris malè interpretatur illa verba, Sententiam diffinitiuam, intelligendo de interlocutoria, qua fuit pronunciatum, esse iurandum. Nam talis interlocutoria nõ imponit finem negocio, prout requirebatur ex dispositione illius §. in illis verbis, Ne repetita lite finis negocij alterius

causæ fiat exordium, imò si huiusmodi interlocutoria diceretur diffinitiua, nullam vim obtineret, ex quo additum non fuit, quid ex recusatione, vel præstatione sacramenti fieri oporteret, l. cum iudex. C. de senten. & interloc. om. iud. nisi defendendo Inerium velimus cum eo dicere, talem interlocutoriam posse dici, licet impropriè, diffinitiuam, cum diffiniat articulum, vt ibi notat Bar. & Bald. in l. si quis. & in l. generaliter. col. fin. in fin. C. de iureiuran. Et si dicatur, etiam propriè posse appellari diffinitiuam, † cum iuramentum
5 sit maximum remedium expediendarum litium, maioremq; habeat auctoritatem, quàm res iudicata, l. 1. & 2. ff. de iureiuran. Respondeo, hoc intelligi debere de iuramento delato & præstito, vel recusato, aut remisso, l. 3. & l. non erit. §. fina. cum l. seq. ff. de iureiur. l. 1. l. actori. & seq. & l. generaliter. in princ. & §. sed iuramento. C. de reb. credi. & iureiur. nam antequam præstetur, recusetur, vel remittatur iuramentum, nullum est acquisitum ius parti, d. l. si quis iusiurãdum. in prin. vbi Ang. in 2. nota. debet ergo intelligi d. §. fina. quòd sententia diffinitiua negotij principalis fuerit lata sub conditione iurisiurandi:
6 † ita intelligit gl. in vltima opinione, quæ attendi debet secundum Bart. in l. bona fides. ff. depos. Alexan. cons. 77. nu. 8. & cons. 164. num. 2. volum. 2. Iacobi. à S. Georgio in tractatu de feud. in verbo, Inuestiuit. nu. 12. & glosam sequuntur Bal. & Ang. in d. l. generaliter. in princ. post glo. ibi, in verbo, Imponere: & ratio est, † quia vbi ante sententiam diffinitiuam esset iuratum, non potest
7 appellari, d. §. sed iuramento. secùs autem, vbi lata sub conditione iuramenti, quia tunc potest appellari, d. §. fina.

Non obstat consilium Alex. 130. vol. 1. per consequens dispositio. l. licet. §. idem. ff. de pecul. quia illud non procedit, quando in contractibus seu stipulationibus esset diuersa ratio, Bar. in d. §. idem scribit. col. 2. num. 12. qui est corruptus: legi enim debet hoc modo, quia non est verum: & sic restitutum legi in libro quondam D. mei Præsidis Balbi. & negatione addita, planus est sensus, sed in casu nostro diuersa ratio interuenit: ergo non est bonum argumentum de iudicijs ad contractus: quod autem sit diuersa ratio patet, quia in conuentione, de qua per Alexan. d. cons. 130. statim ex communi consensu fuit nata obligatio, sed in casu nostro, vt dictum est, nullum ius acquisitum dicitur acceptanti iuramentum, nisi ipso præstito, d. l. 1. cum alijs suprà allegatis. C. de reb. cred. & iureiuran. his conuenit doctrina Barto. in l. nam & postea. §. fina. num. 1. & in l. qui iurasse. §.
8 fina. ff. de iureiuran. † vbi licet offerens iuramentum videatur contrahere, & sic confiteri se esse debitorem: attamen debet intelligi, si iurauerit, ideo nimirum si, antequam iuretur, possit tale iuramentum reuocari, cum adhuc res sit integra, d. l. si quis iusiurandum, sed hæc responsio non visa est tuta, cũ etiam in promissione de stando dicto alterius nullum efficaciter sit quæsitum ius, nisi sequuta declaratione, antequam res etiam diceretur integra. Ideo vera responsio erit, prout responsum fuit primis duobus argumentis in contrarium adductis, videlicet illam communem opinionem, de qua per Alexan. in d. cons. 130. non habere locum, quando promittenti superuenit iusta causa pœnitendi, & reuocandi talem promissionem, ita respondent Bart. Paul. & Alex. in d. l. non erit. §. fin. & iusta causa esse poterit, si talis, cuius dicto standum erat, mutasset naturam, vt puta, si bonus & fidelis factus fuisset malus, & infidelis, quia tunc non teneretur promittens stare dicto eius, argumento notatorum in d. l. generaliter. in principio. & l. cuius bonis. ff. de curato. furio. propterea non debuit reprehendi Barto. in d. l. ff. qui intelligi debet secundum legem, quam allegat, l. non solum. §. liberationis. ff. de liberatio. legata. sed l. si quis iusiurandum per eum allegata, loquitur de reuocatione, quæ fit ex causa iusta: ergo de ea causa reuocationis dictæ promissionis non debemus pariter intelligere.

9 Hinc alia orta est quæstio, an † procurator generalis ad causas possit talem oblationem iuramenti reuocare, iurando, sibi, seu principali suo superuenisse probationes. Et videbatur dicendum, non posse argumento infrascripto. Nam in oblatione iuramenti requiritur speciale mandatum, l. iusiurandum quod ex conuentione. §. si. ff. de iureiuran. c. qui ad agendum. in fi. de procurato. lib. 6. sed eadem solemnitas, quæ requiritur in offerendo, requiritur etiam in reuocando, authen. econtra. C. de repud. Ergo talis procurator sine mandato speciali non potest reuocare: & huic opinioni deseruit vulgata regula, quòd contrariorum eadem sit disciplina.

In cõtrarium tamen facit tex. in d. l. si hominem. ff. mand. vbi procurator generalis reuocat ex causa manumissionem, quam dominus fieri mandauerat, quem tex. allega. Hypol. in l. 1. §. fin. nu. 28. ff. de quæstio. sed iusta causa in casu nostro est superuenientia probationũ, d. l. si quis iusiurãdum. §. si quis aũt. C. de iureiur. ergo ex tali causa potuit, procurator generalis huiusmodi oblationẽ reuocare.

Et

Et hanc vltimam opinionem in quolibet articulo sequutus est Senatus in causa dominorum, Amedei Comalæ, & Daridæ de aduocatis Collobiani, & censuit attentis præmissis, posse actorem redire ad probationes, non obstante oblatione & acceptatione iuramenti prædicti.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris contumacia quando domino noceat.*
2 *Contumax, siue verus siue fictus, non debet audiri, nisi refectis expensis.*
3 *Contumacia tollitur attento notorio impedimẽto belli.*
4 *Impedimento notorio stante non requiritur probatio diligentiæ.*
5 *Restituere, est in eum statum reducere, in quo erat ante læsionem.*

DECISIO IX.

Procuratoris contumacia an domino noceat, & an dominus in integrum restitui possit aduersus contumaciam procuratoris, non respondentis positionibus.

REVS quidam, cuius procurator fuit contumax in non respondendo positionibus, vel iurando decisiuè iuxta formã oblatam, petijt se in integrũ restitui aduersus omissam responsionem vel iuramenti præstationem ex capite iustæ ignorantiæ propter impedimentum belli notorium, quo stante ad iudicium venire aut mandatũ speciale transmittere se non potuisse allegabat. Quæsitum fuit, an audiri debeat etiam non refectis expensis contumacialibus? Et videbatur dicendum, non esse audiendum, ex doctrina Bart. in l. unica. §. si procurator. col. 2. numer. 3. ff. si quis ius dicen. non obtempe. vbi latè Iason
1 nu. 15. concludens, † quòd quando vera contumacia procuratoris nõ requiritur, sed sufficit ficta, tunc procuratoris contumacia nocet domino. Sed in condemnatione expensarum ficta contumacia procuratoris sufficit: ergo dominus tenetur expensas reficere: sequitur Iason. in l. 4. in prin. nu. 15. & 17. ff. de re iudic. post Inno. Hostien. Ioan. And. Anto. de Butrio, Bal. Ang. Imolam, & alios per eum relatos, & in terminis refectionis expensarum, quando dominus vult audiri non obstante contumacia procuratoris, videtur decisio Imolæ in d. l. 4. in principio. nu. 1. post Bal. in d. l. vnica. §. si procurator.
2 expresse dicentis, † dominum non debere audiri, si petat se admitti ad defendendum, nisi refectis expensis, Decius cons. 34. nu. 6. Cagno. post Aquen. in d. §. si procurator. nu. 18. & videtur text. in l. sancimus. C. de iudi. vbi latissimè Las. ponens regulam cum duodecim ampliationibus, videlicet, quòd contumax, siue verus siue fictus, audiri non debet, nisi refectis expensis, Hyppol. in repetit. l. de vnoquoque. nu. 197. & sequenti. ff. de re iudic. Maran. de ordine iudicio. in quinta parte, in §. contumacia. num. 14. Angelus in l. 1. §. 1. ff. si quis cautio.

Contrarium tamen in casu nostro fuit de-
3 terminatum, attento † notorio belli impedimento, quo causante, videtur tolli omnis cõtumacia, secundum laso. in d. l. sancimus. col. 3. vers. secundò limita. Anchara. in c. venerabili, post glo. de senten. excommunica. & videtur de mente Imolæ in d. l. 4. dum allegat infirmitatem procuratoris, & propterea dominum excusari, Maran. in d. sexta part. §. contumaciam. nu. 2. His accedunt, quæ scribunt Abbas, & Franch. in c. ex parte, de appellatio. & Felin. in c. accedens. 2. vt lite non contesta. de citato ad locum non tutum propter bella, vt non dicatur contumax, si non venit ad iudicium, & videtur ferè in terminis nostris decisio. Afflict. decisio. 29. num. 3. post Alex. in l. 2. §. primo. & §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. impugnans Angelum
4 ibi, † & attento notorio impedimento, dicit non requiri probationem diligentiæ, nec protestationem, vt concludit Felin. in d. c. ex transmissa. nu. 2. 6. & 7. de præscript. Afflict. decisio. 50. num. 5. idem sentit Boer. decisio. 40. num. 7. cum alijs per Cagnol. allegatis in l. in omnibus causis. nu. 5. ff. de reg. iur. Paris. in d. c. ex transmissa. nu. 14. vers. quartus casus. Accedat, quia propter tale impedimentum restitueretur ad iurandum, & aduersus lapsam dilationem ad probandum, Bal. in c. vltra tertiam. col. fina. de testi. quibus addo Butri. consil. 72. affirmantem ex probabili ignorantia dari restitutionem etiam aduersus ea, quæ introducta sunt ad iuris rigorem conseruandum: ergo non debet in expensis
5 condemnari † quia restituere, est reducere in eum statum, in quo erat ante læsionem, C. in integrum restitu. postula. nisi noui fieri. l. 2. & ibi glos. finalis, pulchra glosa in c. auditis. in verbo, Contra aliquam, de in integrum restit. Et secundum hanc opinionem censuit Senatus in causa Sellæ, & Comini Rosæ Andurnensium.

SVMMARIVM.

6 *Testibus publicatis, an liceat super materia deducta, & ad probandum admissa facere positiones, illisq; teneatur aduersarius cum iuramento respondere.*

2 *Negatiua, quæ est regulariter improbabilis, potest per positionem deduci, & admitti.*

3 *Confessio vera vel ficta non dicitur probatio, sed releuatio ab onere probandi.*

4 *Contumax consentire non dicitur.*

5 *Positiones post publicationem attestationum fieri non possunt super eo, quod est probatum.*

6 *In causis, in quibus proceditur sine figura iudicij, potest iudex in quacunque parte iudicij, etiam ad instantiam partis interrogare alteram partem.*

7 *Positionibus pars respondere non cogitur super eo, super quo habet intentionem fundatam, testibus vel instrumentis, nec ad iurandum compelli potest.*

8 *Superfluis probationibus quis prægrauandus non est.*

DECISIO X.

Publicatis testibus, an liceat super materia deducta & ad probandum admissa facere positiones, & teneatur aduersarius illis cum iuramento respondere non obstante testium publicatione.

1 INdifficilis, & trita est quæstio, An † publicatis testibus liceat super materia deducta, & ad probandum admissa facere positiones, quib. teneatur aduersarius cum iuramento respondere non obstante testium publicatione. Et partē affirmatiuam tenuit Innocen. in c. vltra tertiam. in vltimis verbis de testi. dicens expressè, causam posse instrui confessionibus faciendis ante & post terminos ad probandum datos: & eum sequuntur ibi Bald. & Cardin. qui ita dicunt, se consuluisse per tex. in c. 1. de confess. in 6. † vbi

2 negatiua, quæ est regulariter improbabilis, potest per positionem deduci & admitti: Felin. in d. c. vltra tertiam, in fine. & in rubric. de probatio. num. 6. ac in c. 2. num. 12. & in c. licet causam. col. 12. vers. octauò limita, eodem titulo de probation. quem refert & sequitur Purpur. in l. manifestæ. col. 2. versic. ampliatur. ff. de iureiuran. Bart. in l. in contractibus. §. illo. in 2. lectura. ver. Sed si reus. C. de non nume. pecunia. Ang. ibi in fine dicens, quòd elapso termino dato ad probandum, & publicato processu, potest petere quis alteri parti iuramentum deferri: Bal. in authen. sed nouo iure. col. fin. C. si cert. petat. Roma. in l. admonendi, in antepenul. col. vers. quo ad secundum. ff. de iureiuran. quos refert Hyppol. in rubrica de probatio. nu. 75. & in sing. 110. Capici. decis. 15. videtur sequi Purpur. in l. manifestæ. num. 22. & 23. ff. de iureiurand. dum æquiparat confessionem veram & fi-

3 ctam: & ratio prædictorum est, quia † confessio vera vel ficta crebriore sententia, de qua latissimè per Dec. in Rub. de proba. col. 6. vsq; ad 12. & Hyppol. in repe. Rubr. C. de proba. nu. 74. non est probatio, sed releuatio ab onere probandi: idem sentit Dec. consil. 445. nu. 55. concludens, posse etiam post conclusum in causa fieri interrogationem & confessionem, c. cum Ioannes, de fide Instrum. Marsil. in d. rubri. de probat. nu. 73. His conueniunt, quæ scribit Crauet. cons. 207. nu. 8. ego ad hanc opinionem addo glosam iudicio meo singularem in l. 2. §. quod obseruari, in verbo, Existimet, in fine. C. de iureiuran. prop. calum. dan. vbi quærit, nunquid sepius quis de eadem re possit interrogari: & dicit, posse, cum fieri possit, quòd quæ prius non credebat, nunc testibus apertis credat: est igitur ibi gl. quòd apertis seu publicatis testibus, possunt fieri positiones, quas glosa illa interrogationes appellat: & eam glosam refert & sequitur Felin. in c. per tuas. num. 1. de testi. quæ quidem opinio alio videtur comprobari fundamento. Nam licet contra præsumptionem iuris, & de iure nō admittatur aliqua probatio per testes vel instrumenta, admittitur tamen per cōfessionem partis, vt concludit Bart. in authen. Sed iam necesse. C. de donat. ante nuptias. & non solum per veram, sed etiam per fictam resultantem ex contumacia, Bar. in l. absentem. col. fin. ff. de pœnis. quem refert & sequitur Feli. in c. quoniam contra. num. 30. de probatio. apposti. in addit. ad Salyc. in d. authen. sed iam necesse. Et ex ijs tollitur declaratio, quam facit Dec. in rubr. de probat. col. 13. quòd prædicta intelligantur de confessione voluntaria, & spontanea, quia si habet locum in ficta cōfessione resultante ex contumacia: ergo non ex

4 spontanea, † cum contumax nō dicatur consentire, Bart. Ang. & Doct. in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ier. & hanc opinionē dicit esse communem Iason in repetit. l. admonendi. nu. 319. vers. breuiter conclude. ff. de iureiur. quando simpliciter esset facta assignatio ad probandum, non adiecta clausula per omne genus probationis: quæ cōmunis conclusio adiuuari potest ex doctrina Baldi in authen. Sed nouo iure. col. penu. & fin. C. si cert. per. post Bar. in l. Gallus. §. idem credendū. quos ibi refert, & sequitur Galia. nu. 14. & 15. ff. de liber. & posthu. quòd quando scriptura non est de substantia actus, sed requiritur ad necessitatem probationis, quia etiam sine scriptura actus valet, sed si negetur, non poterit probari, nisi per scripturam: hoc casu, si confiteatur, valebit, quod factum est, quia confessio non est probatio, sed releuatio ab onere probandi, l. 1. ff. de interroga. actio. l. 1. C. de iuramento calum. per quas leges po-

tes

tes notare, huiusmodi confessionem posse fieri ad interrogationem partis, quod etiam inferri potest ex eo, quod Bal. vult super dicto actu requirente scripturam ad necessitatem probationis, posse deferri iuramentum.

Contrariam opinionem videtur tenere glo. in d. §. illo. vers. nec ergo. & ibi Bal. & in l. 2. §. quòd obseruari. colum. 4. versicul. septimò quærit. C. de iureiur. prop. calum. Specula. in titu. de dilat. §. fina. num. 9. vers. item quod si datus. quem refert & sequitur Paul. de Castro in dicto §. illo. numer. 4. & videtur de mente Ange. in l. manifestæ. versi. quarto propter. ff. de iureiur. las. in l. fin. num. 13. ff. de ferijs, post Paul. de Cast. ibi Dec. in rubr. de probatio. colum. 13. versicu. & retenta. distinguens inter confessionem spontaneam & coactam, quem refert & sequi videtur Purpu. in d. l. manifestæ. num. 22. Lanfranc. in repeti. c. quoniam contra. in verbo,
5 Responsiones, in fi. vbi dicit, † quòd post publicationem attestationum non possunt fieri positiones super eo quod est probatum: Cur. in tracta. positionum 17. breuiloquio. Maran. in 6. parte. §. quartus actus. num. 10. de ordi. iudi.

Quid dicendum? inter tot pugnantes auctoritates mihi videtur posse eas fœdere distinctionis conciliari, scilicet, vt prima opinio affirmatiua procedat in causis, in quibus proceditur summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, & secundum æquitatem, prout regulariter fit in hac patria, attenta decretorum forma, ita sentit Fel. in rub. de probatio. colum. fina. versic. sed etiam dici posset. post lo. And. & Abbatem, in c. fina. de solutio. Imo. in c. si cautio. de fide. Instrumento. Bal. & Salyce. in l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. Ange. consil. 156. Lanfranc. in clemen. sæpe. colum. penult. versic. secunda conclusio. de verborum
6 significa. vbi dicit, † quòd in causis, in quibus proceditur sine figura iudicij, potest iudex, in quacunq; parte iudicij, etiam ad instantiam partis, interrogare alteram partem: & hoc tenet Alex. consil. 89. colum. penulti. versicu. quartò principaliter. volum. 4. & Cardin. in Clemen. sæpe. §. & quia. numer. 8. & Natta ibi, in verbo, Interrogabit. Maran. de ordin. iudi. in quarta parte. §. nona distinctio. nu. 3. & 32. post glos. Cardin. Roma. & Felin. per eum allegatos, dicens, hoc esse expeditum de iure. Pro hac opinione facit tex. in l. iudices. C. de iudic. & in Clemen. sæpe. §. interrogabit. de verbo. significa. & in cap. cum Ioannes. §. verum. de fide Instrumen. & ratio est, quia facilè per responsiones positionibus dandas poterit liquere de veritate sine aliqua litis protelatione: secùs verò in alijs probationibus, quæ tractum temporis requirerent, quia non debent admitti, maximè si immineret timor subornationis testium, secundum Cardin. in d. §. & quia. colum. 2. versic. quartò oppono. & colum. quinta. versicul. item fuit dubitatum. Rota decisio. 30. in nouis. Felin. in d. c. licet causam. colum 11. versic. limita tertiò. Hanc tamen opinionem intelligerem non procedere, quando † positiones fierent super eo, sit-
7 per quo pars, per quam responderi petitur, habet intentionem fundatam testibus, vel Instrumentis, quia tunc non deberet cogi ad respondendum, sicut nec cogi posset ad iurandum, per text. in c. 2. & ibi Bal. Cardin. Abb. Felin. in secundo notab. & Dec. in tertio notab. de probatio. & in d. l. in contractibus. §. illo. vbi Bart. in prima lectura, quem refert & sequitur las. in l. 3. §. iurari. numer. 8. & in repeti. l. admonendi. num. 319. versicul. tu diligentius. Rippa. num. 67. ff. de iureiuran. Curtius in d. breuiloquio 17. Purpur. in d. l. manifestæ. num. 4. & 9. Boer. decisio. 91. colum. 1. referens ita fuisse iudicatum, & hoc videtur rationi naturali consentaneum,
8 ne † quis superfluis probationibus grauetur, l. hæc stipulatio. §. final. ff. vt lega. no. cauea. c. 3. & ibi glos. in fin. de maiorita. & obedient. vt euitetur in ipsomet contrarietas. Nam aut fatebitur secundum intentionem suam, & hoc esset ei superfluum & irreleuatorium, cum aliunde plenè probauerit: aut negabit, & tunc appareret eum calumniosè indebiteq; egisse, & sic sibiipsi contrarius esset, & propterea non audiendus, l. 1 C. de furtis. & c. fina. de iureiuran. Ideo potest recusare positionibus respondere, iuxta glo. communiter approbatã in l. 2. §. quòd obseruari. in verbo, Existimet. versic. item nec ad eam. C. de iureiurand. propter calum. Curt. in d. tractatu de positionib. breuiloquio 12. & 17. in fine. & hoc est, quod expressè dicit Bart. in prima lectura, secundum glo. ibi in d. §. illo. quòd ille, qui habet iustam causam recusandi respondere positionibus aduersarij, vtputa quia habeat intentionẽ suam probatam, non tenetur illis respondere: secùs, si non habeat iustam causam recusandi, quia nõ habebat intentionem fundatam, nisi per lapsum temporis, cuius opinionem dicit æquiorem Angel. in §. 1. colum. penultim. Institut. de exceptio. At vbi positiones non fierent super materia à ponente deducta, super qua fuerunt examinati testes & publicati, non repugnat rationi naturali, quin ad-

uerla-

uersarius super ipsis deductis posit adhuc ad instantiam ponentis interrogari, ideo militant, quæ suprà dixi de causis, in quibus proceditur summariè, vel sola facti veritate inspecta, & quod dicit glo. in d.§. quod obseruari. in verbo, Existimet. in fin. opinio verò negatiua procedat in causis ordinarijs & plenarijs, ita distinguit Natta in d. verbo, Interrogabit. & plenius Maran. in quarta parte, distinct. nona. nu. 28. & 30. Et ita censuit Senatus in causa Bernardini Vinaciæ contra Ioannem Franciscum Carantam Cuneates.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ab aduersario oblatum, qui testes iam examinatos habet, an recusari possit, excipiente recusatore, se velle eius proposita per testes probare.*
2 *Iurare, aut referre quis recusare non potest, etiamsi dicat, velle deducta per testes probare.*
3 *Iuramentum recusari potest ob timorem, ne periurium detegatur.*
4 *Recusatio iuramenti propter timorem detectionis periurij tunc admittitur, quando id præsens status indicat.*

DECISIO XI.

Iuramentum oblatum an recusari possit per eum, qui super suis deductis testes iam examinatos habebat.

QVÆSTIONI proximè precedenti infra scripta, etiam accedit: † An is, cui ab aduersario, qui super suis deductis testes iam habebat examinatos, oblatum extitit iuramentum, possit illud recusare, excipiendo se velle eius proposita per testes probare? Et prima facie dicendum videbatur, recusare non posse ex communi Doctorũ sententia, de qua per Ias. in l. manifestæ turpitudinis. col. 2. vers. tertiò quæro. ff. de iureiuran. vbi Curt. Iun. nu. 8. Purpu. nu. 13. & Boer. decis. 1 2 95. num. 1. & 2. qua † dispositum legitur, recusare quempiam non posse iurare, aut referre, etiamsi dicat, se velle eius deducta per testes probare, propter regulam d. l. manifestę. ac etiam, quia iuramentum est maximum remedium dirimendarum litium l. 1. ff. eod. tit. de iureiuran. Nec obstat, quòd propter timorem, ne periurium detegatur, possit iuramentum recusari, l. alias. vbi Bart. ff. de iureiuran. quia responderi ad id potest, vt per D. Crauettam cons. 207. nu. 4. vbi ab enumeratione casuum, arguendo, dicit timorem detectionis periurij non obstare, & propterea iuramentum non posse recusari.

Contraria tamen opinio in casu proposito verior visa fuit, † videlicet iustam subesse causam recusandi iuramentum propter dubium timorem, ne probatum aliquid sit, quo periurium commissum videretur, quòd facilè contingere posset, attentis probationibus iam per offerentem factis, ita Bart. decidit in l. alias. quam legit cum §. procurator. l. iusiurandum, quod ex conuentione. num. 4. ff. de iureiuran. & in allegata l. manifestæ. nu. 5. quem ibi etiam sequitur Ias. nu. 6. post Bald. Ange. Fulg. & Paul. de Cast. per eum allegatos. Idem sentit Paul. de Cast. in d. §. procurator. nu. 10. & ibi Ias. nu. 18. copiosè & subtiliter Purpur. in d. l. manifestæ. num. 26. & sequent. declarans prædictam Bartoli doctrinam, quando ex præsenti statu timor esset, periurium detegi posse, prout est in casu nostro propter testes iam examinatos parte offerentis iuramentum. Et si dicatur, eum cui offertur iuramentum, posse periurium euitare, iurando secundum quod arbitratur testes deposuisse, vel iuramentum referendo. Respondetur, verisimile non esse recusantem iurare, & volentem probare cõtrarium eius, super quo examinati fuerunt testes offerentis iuramentum, velle iurare secundum dicta testium offerentis, cum hoc casu sat esset respondere, se velle stare dictis testium, & ad id, quod etiam dicitur, eum posse iuramentum referre. Responderi quoq; potest, periculosam esse huiusmodi relationẽ, cum præsumendum sit, offerentem iuxta oblata & petita iuraturum esse, ne calumniosè egisse videretur. Minus etiam obstat responsio Crauet. in d. cons. 207. quia prima eius responsio opinionem hanc comprobat, dum inquit Barto. dicta, in §. procurator. procedere, quando testes iam erant examinati, quod etiam sentit Purpur. in d. l. manifestæ. 4 num. 26. & seq. concludens † recusationem iuramenti ob timorem detectionis periurij tunc admitti, quando præsens status id indicare posset. Sed in casu nostro offerens iam habet testes examinatos: ergo præsens status periurium indicare posset. Secunda verò eiusdem Crauet. responsio, dum videtur arguere à casuum enumeratione, non videtur soluere quæstionem nostram, quia non quæritur in casu nostro, an testes parte offerentis examinati, probent vel non, cum hoc non ad partem, sed ad iudicem spectet, l. 3. §. ideoque. ff. de testib. fieriq; possit, quòd pars facilè credat testes probare, tamen iudici non probabunt: sed quæritur, dato, quod probarent, vel dubium esset, & nihilominus offerret iuramentum parti, an illud possit recusare

recusare timore, ne detegatur periurium: quod non solum à parte, sed à tertio & fisco alio iudicio, repetitis eisdem testibus, & alijs examinatis detegi poterit secundum Purpu. loco suprà citato, post alios per eum relatos, & ex istis tolluntur in contrarium adducta, quæ limitantur, non procedere, quando tempore oblationis immineret periculū detectionis periurij: quam limitationem plures ex Senatoribus sequuti sunt, & si mihi visa fuerit dubia propter regulam, l. manifestæ. quæ procedit, etiamsi aliquid parte offerenti fuerit probatum, vt nominatim refert Cra. d. cons. 207. nu. 3. vers. secundò inderi test. post Spec. Ab. & Ias. per eum citatos.

SVMMARIVM.

1 *Iudicem interpellari semel sufficit, vt causam expediat, quod intellege, vt nu. 7. & 9.*
2 *Regulæ insistendum, & pro ea pronunciandum, nisi cõtrarium probetur.*
3 *Apostoli instantissimè petendi, sufficit tñ vnico cõtextu.*
4 *Iudicis negligentia parti nocere non debet.*
5 *Appellatio deserta redditur, si per appellantem steterit, quominus omnia litis certamina compleantur, & causa ad finem perducatur.*
6 *Appellari à iudicis negligentia potest, si ter requisitus pronunciare distulerit.*
7 *Appellantis protestatio necessaria est, quòd per eum non stat, quominus causa expediatur, & requiritur repetita, nec vna tantum sufficit.*
8 *Protestatio necessaria est, vt iudex de negligentia conuincatur.*
9 *Fatalia quando currant, etsi per iudicem steterit, quominus causa terminetur.*
10 *Fatalia, vt non currant, quæ requiramus.*
11 *Solutum quod est obseruari, attendendum est.*

DECISIO XII.

An protestatio, seu interpellatio vnica sufficiat, vt dicatur stare per iudicem, quominus causam expediat.

APpellans cum adhuc intra fatalia esset, tantumq; temporis supereſſet, quo iudex appellationis visis actis cõmodè ius dicere posset, eidem iudici acta exhibuit protestando de lapsu fatalium culpa partis, instando summoperè ius dici, qui quidem iudex concessis prius testimonialibus de exhibitione actorum, partes assignauit dietim ad audiendam ordinationem, & ius, si commodè dici posset, nulla alia per appellantem facta protestatione, seu interpellatione eidem iudici, vt causam terminaret. Lapsis demum fatalibus appellationem desertam pronunciauit iudex, à qua pronũciatione appellatum fuit, quæritur, an bene, vel malè fuerit pronunciatum? Verùm, quia huius qõnis decisio ab alterius cognitione dependet, scilicet, an vnica protestatio, seu interpellatio sufficiat ad hoc, vt dicatur, stare per iudicẽ, quin eam expediat, ideo prius de veritate huius articuli inuestigandũ est, qua cognita, facile erit scire, an bene vel malè per iudicem à quo fuerit in casu nostro pronunciatũ. Videtur igitur prima frõte dici posse,
1 † vnã protestationẽ, seu interpellationẽ sufficere, stante regula, de qua in l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2. vbi Bart. quem ibi sequuntur Ro. & Imo. qui expressè dicit, sufficere, si iudex semel fuerit interpellatus, l. mora. & ibi gl. in verbo, Repetendi. ff. de vsur. quę dicit, non semper exigi, quòd cõtinuò quis instet, idẽ tenet Bar. ibi, & in l. qui Romæ. §. Seya. nu. 4. ff. de verb. obli. vbi Aret. in fi. vers. tertiò adde. loquens in iudice appellationis dicit hoc esse tenendum menti, cũ sic tenendo
2 inhęreamus regulæ, † cui insistendũ est, teste gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. pro qua semper pronũciandum est, nisi probetur cõtrariũ. Fel. in c. quoniam frequẽter. col. 3. vt lite non contesta. non proceda. & prædicta coadiuuantur ex notatis per Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. nu. 6. ff. de no. ope. nunc. & per gl. in c. cupientes. in verbo, Proposita, in fi. de elect. in 6. & in cle. 1. in verbo, Requisiuerint, de hæret. quã dicit cõiter approbatã, Fel. in c. ex literis. nu. 8. de cõst. & in c. cũ cãm. in fi. de off. dele. Alex. cõs. 81. nu. 1. vol. 4. ex quib. iuribus elicitur regulare esse, vnicã interpellationẽ, seu protestationẽ sufficere, & p hac opin. multũ vrgere videtur argumentũ ab æquiparatis, quia tenentes contrariã sñiam æquiparant casum nostrũ petitioni apostolorũ, † sed in petitione apostolo
3 rũ licet instãter & sæpius debeat fieri, attamẽ sufficit, hmõi instantiam vnico cõtextu fieri, cle. q̃uis rigor. de appel. ergo pariter in casu nostro debet sufficere vnica interpellatio, si summa ope fiat, arguendo ex similitudine rõnis, & æquitatis vulgata, l. illud. ff. ad leg. Aqui. & l. à Titio. ff. de fur. facit l. si quis seruo persuaserit. vbi glo. C. de fur. cũ simi. Pau. de Ca. in d. §. vsuras. dicens, se putare sufficere appellãti, si dicat hoc modo, Requiro vos sępe, sępius, & instanter, & hoc fundamento ferè motus hanc opin. sequutus est Roma. cons. 427. & in fing. 429. quem refert Fel. in d. c. ex literis. col. 4. vers. sed hanc fallentiã. & in d. c. q̃ cãm. in fi. vbi rñdẽdo ad c. 1. de supplẽ. negl. præla. & ad l. vnic. ff. de libel. dimis. dicit, ibi esse casus: speciales, sequitur Castel. in addi. ad fing. Roma. d. singu. 429. Amed. de Castel. de syndic. nu. 75. quam opi. tenuit etiã Affli. dec. 50. nu. 5. & sequutus est Ias. in

D l. prope-

l.properandum.§.finautem vtraque.colu.fi. vers.tu adde fortius.C.de iud.dicens in vers. tu potes.eam esse humaniorem, cui non incongruè accedit subsequens ratio. Nam postquam appellans deduxit causam ad eos terminos,vt sententia posset commodè proferri, videtur adimpleuisse omnia per eum adimplenda,& sic per eum non stetisse,quin causa intra tempora fatalium terminaretur: ergo ei aliquid imputari meritò non potest, c. imputari. & c. cum non stet. de regu. iur. in sexto. cum enim sola sententia superesset à iudice proferenda, sui muneris principaliter erat prouidere, ne instantia laberetur, d. l.properandum.§.1.Imol. in d. §.
4 vsuras. † ergo non debuit iudicis negligentia ipsi appellanti nocere, argumen. l. vnic. in fi.C.vt omnes iudi.tam ciui. quàm milita. & l. non debet. ff. de regu.iur. c. non debet, eodem titu. in sexto. l. in causæ. §. cæterùm. ff. de procuratorib. & quòd, quando causa est instructa, ita vt solum supersit pronunciare,sufficit vnica interpellatio, tenuit Paris de Puteo, in tracta. de syndica. in verbo, Instantia.§.dicit constitutio.numer.3. ita intelligendo Lud.Roma. in d.cons.427.quem refert & sequitur Sebast. Vantius in titulo de nullita. senten. ex defec. iurisditio. ordi. numer.116.in fi. & pro hac opinione videbatur mihi posse adduci tex. in l. fina. §. illud. versicu. iubemus. C. de tempo. appella. vbi
5 dicitur,† appellationem fieri desertam, si per appellantem steterit, quominus omnia litis certamina impleantur,& causa ad finem perducatur: ergo à contrario sensu, vbi per ipsum non stetit,sed causam ad finem perduxit, quod esse videtur, quando est instructa ad audiendum ius, Bald.in titu.si de inuesti. inter domi. & vasal. lis oria. numer. 17. non debet appellans ipse fraudari appellatione. Nec obstare videntur illa verba, Summa ope nixus, quia debent intelligi, quando causa non est instructa: sed adhuc agitur,vt ex illis verbis demonstratur, videlicet, noluisse litem exercere.

In contrarium videtur facere tex. in c. 1. de supplen. negli. præla. vbi ad hoc,vt superior requisitus ab inferiore constituatur in mora requiritur multiplex interpellatio, quem ad hoc notat Butri. in d.c.cum causa. de off. delega. & in c. ex literis. vbi Imo. de constitut. Ioan. And.in c.dilecto.& Abb.in
6 c.ex parte. de appella. concludentes † posse appellari à negligentia iudicis, si ter requisitus distulerit pronunciare: quos refert & sequitur Barb. in addit. ad Bal. in d. §. illud. Felin. in c. proposuisti. versic. limita etiam, de foro competen. cõcordat tex. in c. si quis ergo.2.q.7.& in authen.statuimus. in fi.C.de episco.& cler.

Secundò facit tex. in l. fina.§. illud. C. de tempo. appel. vbi summa ope niti debet appellans, vt intra fatalia causa appellationis terminetur: igitur sæpius interpellare debet,quoniam his,qui semel interpellauit,nõ dicitur summa ope niti, sicut dicitur de petente apostolos, quos appellans debet de iure instanter, & sæpius petere, l. vnica. ff. de libel.dimisso.Canonizata, in c.post appellationem. 2. q. 6. c. ab eo. & ibi glo. de appella. in sexto. per quæ iura hanc opinionem tenuit Bald. in d. §. sin autem vtraque. versicu. vt autem appareat. C. de iudic. vbi dicit,
7 † quòd ad hoc, vt appareat stare per iudicem, debet apparere de instantia & solicitudine partis,& ideo protestationes, & requisitiones sunt vtiles & necessariæ: & clariùs in authen. si appellatione. in fi. C. de tempo. appellat. vbi reprobata opinione Barto. in d. l. mora. dicit non sufficere semel interpellare, cum hoc non sit summa ope niti, quem refert & sequitur Rota decisio. 65. in [illegible] nouis. & sequitur Salyc.in d. §. illud.colum. 2.in fi. dicens, Doctores hoc communiter tenere. Alex. in d. §.si quis ipsi prætori.colu.2. versi.item fallit in protestatione. & in consi. 164. nume. 6. vol. 2.post Imol, Gemi. Bur.& Ange. per eum relatos, dicens necessariam esse protestationem appellantis, quod per eum non stat, quin causa expediatur, aliàs succumbet,& in consi. 42. num.8.volu.3.vbi loquitur in prima instantia,& in d.consi.81. numer.3.vol. 4. dum refert Bal.& Salyce.in locis proximè allegatis, constituens differentiam inter instantiam causæ principalis, & instantiã appellationis: & clariùs in consil.114. nume.5.& 6.vol.5.vbi ponit casum in procuratore, qui producendo acta petijt sententiam ferri, & protestatus fuit, quod per ipsum nõ stabat,& tñ cõcludit, non sufficere vnicam protestationem, sed repetitã requirit,sequitur Fel.in d.c.ex literis.colum. 6.versi. fallit septimò. de constitut. quinimo idem Fel. in d. c. venerabilis. nu. 6.& in c. licet causam.num.23. versic.modò aduerte,& seq.de prob. & in c.ex transmissa.nume.5.de præscrip.ac in c.cum M.Ferrariensis.numer.
8 67. de constit. expressè dicit, † esse necessariã protestationem, vt iudex conuincatur de negligentia, quamuis Pau. de Cast. contrarium tenuerit consil.136.col.penul.volum.2. Ias. tamen in d. §. sin autem vtraque.dicit nõ esse tutum in practica ab hac opinione recedere: quam etiam sequitur Philip. Franc. in

c.ex

c.ex rone.nu.46. de appella. & ibi Præpoſi. Tho. Gram. conſ.54. nu.7. & 8. vbi poſt Io. And. Ab. & Dec. in c. ex parte.de appel.dicit hanc eſſe cõem opin. Maran. de ord. iud. in 6.par.nu.219. & 222. verſi. ſecundus actus principalis. dicit etiã eam eſſe cõem: & pro hac opin.adducebã ego dictũ But.in c.ex ratione.in quinta quæſt.de appel.quẽ refert & ſequitur Alex.in d.conſi.42.colu.penult.in princ.vol.3. Dec.conſi.677. nu.6. Hyppo.in
9 in practica.§.ordine.nume.14.† quod in caſibus,in quibus dicitur fatalia non currere, ſi per iudicem ſtet, quominus cauſa fuerit terminata, §. hoc quoque. in authen. vt ſponſa. largi. hoc intelligi debet, quando eidem appellanti per recurſum ad ſuperiorem, vel alia via prouideri non poteſt,aliàs, ſi ſibi aliqua via appellans prouidere poteſt, & non prouidit, etiamſi ſtet per iudicem, quominus cauſa terminetur, currunt fatalia: ſed in caſu noſtro licet de iure ciuili à tarditate iudicis non poſsit appellare, poterat tamen ſibi prouidere recurrendo ad ſuperiorem, & conqueri de tarditate iudicis, d.l.fin.§.illud,in fi.C.de temp.appel. Vbi Bal.ver.nota literam.Rota deciſ.65.nu.2.ſuprà allega.poſt Io.And.in d.c.ex rõne.Philip.Frãc.in c.cum ceſſante.nu.32.& 33.de appel.qui tamen in d. c.ex rõne.nu.60.tenet,poſſe appellari à iudicis tarditate, & Barb. ibi in addit. ad Bal. ſequitur Fel. in c. querela. nu.10. de iureiu. Alex.in d.§.ſi quis ipſi prętori.col.3. in fi. Dec. in d.c.ex ratione.col.3.in prin.de appel.

Non obſtat,quod dicit Bar.in d.§.vſuras. & in d.l. mora. & in d.§. ſi quis prætori. & in §.Seia.cum aliis ſuprà in contrarium allegatis, quia procedunt regulariter: quæ regula fallit in appellatione, vt docet Alex.in d.§. ſi quis ipſi prætori. & Fel. in d. c. ex literis.& propterea intelligere debemus Barto. in omnibus prædictis locis loqui in prima inſtãtia:ita docet Alex.in d.§. ſi quis ipſi prætori.col.2. quẽ refert & ſequitur Barb.in apoſt.ad Bar.in d. §.ſi quis ipſi prętori.in verbo,Proteſtatio.ver.adde,q̃ Ale.& idẽ Alex. in d.conſ.81.nu.3.vol.4.ex quibus poſſumus dicere,Aret.malè loquutũ fuiſſe in d.§.Seia. & pariter Afflic. in d.deciſ.30. quia Fel.Bal. & Alex. per eũ allegati nõ dicũt id, ad quod eos allegat, imò iudicio meo totũ contrariũ.

Non obſtat, quod dicit Paris de Puteo in d.verbo, Inſtantia, quia ex iuribus per eum allegatis poſſet dici debere intelligi de pri-
10 ma inſtantia. Vel rũderi etiam poteſt, †appellantem ad hoc,vt fatalia ſibi non currãt, duo agere debere. Primũ, litem exercere, & cauſam vſq; in finem perducere, ita vt nihil ſuperſit agendũ, niſi ſententiam proferre.Secundũ,poſtq; cauſa eſt inſtructa,adhuc apud iudicem inſtare & proteſtari,quòd cauſã expediat, ita dicit Bal. in d. auth. ſi appellatione, in ſi. quem ſequitur Peruſi. in d. c.ex ratione.nu.47. de appel. Fel.in d. c. licet cãm. nu.23.verſic. quia non ſequitur. de prob. Debebat enim appellans, ſi iudex differebat iudicare, recurrere ad ſuperiorẽ, aliàs currant fatalia, d. §. illud. in fi. vbi vult appellantem de appellatione cadere, ſi in ſecundo fatali dato ob negligentiã iudicis lis finem non accipiat, quod dicitur fieri, ſi non eſt lata ſententia, licet ſit concluſum in cauſa, Fel. in d. c.cum ſit Romana.col.1. in fi. de appel. nonnunquã. n. negligẽtia iudicis nocet parti,l.ſi quãdo.C.de teſti. Alb. in rub.de dilat.col.2.

Non obſtat argumentum, quod ſit de petitione apoſtolorũ, iuncta diſpoſitione, cle. quamuis rigor. de appel. & regulæ, l. illud. ff.ad leg. Aqui, quia d.cle.eſt correctoria iuris cõis, vt expreſſẽ dicit tex. & ibi Cardin. col.1. quo caſu regulariter non eſt licita extenſio,auth.quas actiones.& ibi glo.Bart.& Bal.C.de ſacroſ.eccl. Alex.conſi.15.nume.5. volu.6. latè Euerar.in locis legali.c.35. Accedat,quia diuerſa,imò contraria eſt ratio in caſu noſtro, q̃ in d.cle. quamuis. cuius diſpoſitio fuit inducta, eo quia ſic fuerat ſemper ob
11 ſeruatũ, vt dicitur ibi in tex.& glo.† quæ obſeruantia attendi debet, l. ſi de interpretatione.ff.de legi.c.cũ dilectus.de conſtitu.Sed in caſu noſtro non ſic fuit obſeruatũ:ergo ſtandum eſt diſpoſitioni iuris. Vel põt reſponderi, quòd argumentũ à ſimili, vel ab æquiparatis,non ꝓcedit in caſibus, in quibus diuerſimodè à iure diſponitur, vt concludit Euerar.c.10.& dixi ſuprà deciſ.7.in fi.quibus addo Ab. in c. translato. in fi. & ibi in addit. de conſtit. ſed in caſu noſtro aliter diſponitur, vt ſuprà probatũ eſt, quibus addo Fel.in d.c. ex literis.col.6.ver.& in iſtis caſibus.de cõſtitu. ergo aliter eſt obſeruandum. Et ſecundũ hanc opin. tãquam cõem iudicauit Senatus in cauſa magiſtri Io. Baptiſtę Crepo.ſutoris contra iugales de Monferrino Vercellen.

SVMMARIVM.

1 *Appellato an appellanti incumbat onus probandi & edocendi de iuſtitia primæ ſententiæ, à qua fuit legitimè appellatum.*

2 *Alternatiua legis reſoluitur in coniunctam.*

3 *In Inſtrumẽto ſententiæ fieri debet mentio de actis, aliàs ſi non enunciantur etiam quòd partes eſſent præſentes, & non contradicerent, non tamen præſumũtur acta præceſſiſſe, niſi inſtrumentum eſſet antiquum.*

4 *Præſumendum an ſit pro proceſſu & ſententia, pendente appellatione. & ſ.*

DECISIO XIII.

Appellanti an appellato sufficiat edocere de iustitia primæ sententię, & an pendente appellatione, præsumatur pro processu.



Epius in Senatu propositum fuit, an appellanti sufficiat sententiam iudicis à quo cum appellatione, & apostolis legitimè interpositis, coram iudice appellationis producere, an verò etiam teneatur acta primi iudicis exhibere? cuius articuli discussio non sine difficultate visa fuit propter varias Doctorum opiniones, quas hic recitare, vt quæstionis propositæ veritas habeatur, vtile esse existimaui. Primò itaque reperio, Innoc. in c.3. de electio. indistinctè
1 tenere, † quòd appellāti incumbat onus edocendi de iustitia primæ sententiæ, à qua fuit legitimè appellatum, idem tenet Fede. cons. 202. quorum opinio probari videtur ex tex. in §. illud quoque. in fine. in authen. de ijs qui ad appellan. ingrediun. vbi habetur, quòd victores, si volunt sententijs potiri, debent edocere eas rectè prolatas fuisse, his accedunt, quæ scribit Imo. in c. 1. quem sequitur Abbas in c. ea quæ. de re iudica. & quos refert Curtius, in additio. ad Alex. in l. sciendum. col. 5. in verbo, Appellatum. ff. de verb. obliga. quòd ille, qui petit confirmationem sententiæ coram superiore, probare debet solemnitates sententiæ, & per consequens acta producere: c. cupientes. in princip. de elect. in 6.

Secundò sese offert Specula. in titu. de sententia. §. fina. nume. 16. & 17. distinguens, quòd aut reus condemnatus appellauit, & tunc actor appellatus debet probare sententiam iustam, quia reus eo ipso docet sententiam iniustam, ex quo non apparet de aliqua legitima causa, propter quam debuerit condemnari: aut reus fuit absolutus, & actor appellauit, & tunc appellans debet edocere, sententiam absolutionis esse iniustam, quia certum est, actore non probante, reum debuisse absolui, l. qui accusare. C. de edendo. & hanc opinionem sequitur Guid. Papæ quæstio. 10. pro qua videtur pulchra glosa in l. 1. in verbo, Locupletiori, in fi. C. si aduersus venditio.

Bart. autem, quem ibi sequitur Bal. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appella. distinguit, quòd aut quęrimus de probatione facienda ad effectum demonstrandi appellationem interpositam, & apostolos petitos fuisse cōgruo tempore & loco: & istud incumbit appellanti edocere: aut quęrimus de probanda iustitia causæ, & tūc subdistinguit: aut altera pars tantum causam appellationis prosequitur altera existente contumace, & tunc ille debet probare, qui prosequitur: aut vtraque pars prosequitur, & iterum distinguit: aut quęritur de probatione facienda per modū abnegationis, vt quia appellans dicit sententiam latam eo non citato, nec causa cognita & similia, & tunc ipse debet exhibere acta, quia præsumitur pro rectitudine processus actis non apparentibus: aut quęrimus de probatione facienda circa merita causæ per testes, vel per Instrumēta, & tunc ille debet probare, qui debuit ꝓbare in prima instantia: & idem repetit Bart. in l. 1. ff. si tutor vel curator appella. & sic in effectu vult Barto. quòd appellans fidem faciat de actis: idem sentit Ange. in d. l. hi qui ad ciuilia. C. de appellatio. & allegat tex. in l. præsens. qui nihil facit, item tex. in l. præcipimus. §. huic saluberrimæ. C. eod. tit. credo, quòd voluerit allegare §. in his autem omnibus. in d l. præcipimus. qui licet loquatur per dictionē, Vel,
2 & sic alternatiuè, attamen † quia talis alternatiua est legis, dicitur resolui in coniunctam, Bar. in l. ii ijs qui ducenta. §. vtrum. colu. 2. ff. de reb. dub. Cur. in l. edita. nu. 3. C. de eden. & hoc suadetur, si coniungamus tex. in l. a procōsulibus. C. de appel. vbi vult acta cum apostolis deferri iudici appellationis: & hāc opinionem sequutus est Sabastia. Vantius, quem vidi post hæc scripta in suo tracta. de nullita. senten. in rub. à quo, & quib. modis nullitas possit & debeat probari, nu. 21.

Bal. verò in l. emancipationem. versi. vlteriùs quæro. C. de fide Instru. breuiter distinguit. Aut sententia est antiqua, & statur, quia iuuatur tempore: aut est recens, & tūc, aut partibus præsentibus, & non contradicentibus est prolata, & etiam statur sententiæ, l. 1. in fi. C. de rela. & l. fina. quan. appell. sit. aut lata parte absente, non tamen contumace verè, vel fictè, vel præsente, & contradicente, & tunc non statur sententiæ, secundū Cynum in d. l. emancipatione. & Bart. in l. acta. ff. de re iudi. & pro Baldo videtur facere Specula. in d. §. fina. nu. 15. de senten. cuius opinioni adhæret Salyc. in d. l. emancipatione. versicu. dicendum videtur. cum limitatione. † quod in Instrumento sententiæ
3 fiat narratiuè mentio de actis, aliàs si non enunciaretur, etiam quòd partes essent præsentes, & non contradicerent, non tamen præsumuntur acta præcessisse, nisi Instrumentum esset antiquum: & Bald. ac Salyce. refert, & sequitur Barba. consi. 18. colum. 5.

& tribus

& tribus seq. vol. 1. Alex. consi. 136. num. 13. & 15. vol. 2. consi. 42. nu. 2. vol. 4. & in addi. Capellæ Tolosa. q. 328. alijq; relati per Fel. in c. quoniam contra. nu. 36. de prob. vbi sequendo opi. Raph. & Ro. impugnat id, quod dicitur presumi, p sententia recitatoria actorū lata partibus pūtibus, & nō cōtradicētibus.

Quid concludendū? veritas huius quæstionis dependet ex veritate illius articuli,
4 an † præsumatur pro processu & sententia, pendente appellatione? quem articulum tangit Alex. in l. de vnoquoque. colu. 2. ff. de re iudi. & latiùs in l. sciendū. col. 5. versi. & etiā Abbas intelligit. ff. de verb. oblig. Felin. in c. quoniam contra. nu. 21. de proba. vbi etiam plenè Dec. colu. 18. Rui. consi. 124. nu. 1. volu. 5. Sebast. Vantius in loco proximè allega. num. 7. & in titu. de nullita. ex defectu proces. num. 14. & Alcia. de presump. reg. 3. præsumptio. 9. nu. 6. & 7. concludentes, commu nem esse opin. quòd pendente appellatione non presumatur pro sententia, Anto. de Butrio consi. 24. colu. 4. circa fin. Alex. in l. 4. §. condemnatum. col. 4. versi. & ratio diuersitatis. ff. de re iudi. licet Dec. in d. c. quoniam contra. nume. 32. conetur tenere contrarium, vt ibi per eum. Pro quo facit dictum Bal. in c. cum super. colu. 1. ver. ibi, nihil rationabiliter, de re iudic. vbi dicit, quòd quando cōtra sententiam nihil rationabiliter opponitur, tunc pro iudice, licet fuerit appellatum, presumitur, quod etiam Barto. & alij eū sequentes tenent in d. l. hi, qui ad ciuilia. & in l. 1. ff. si tu. vel cura. appel. dum dicit, quòd appellans, qui prosequitur appellationem per modum abnegationis, debet exhibere acta, quia presumitur pro rectitudine processus: cuius tñ dicta in hoc communiter reprobantur, quia, vt prædictum est, non præsumitur pro sententia, nec pro processu, quando est ab ea legitimè appellatū. Ideo in quæstione proposita non recedendo à cōi sententia, dico, quòd cum pendente appellatione non præsumatur, nec pro processu, nec pro sentētia, satis erit appellanti introducere appellationem interpositā, eamq; & apostolos petitos intra legitima tēpora, ac ipsam sentētiā, à qua appellatum fuit, exhibere, iuxta nota. per Philip. Franc. in c. cum in ecclesia. num. 3. de appell. Soci. consi. 24. nu. 20. vol. 1. Dec. consi. 295. numer. 2. diligens tamen & cautus appellans sit, vt intra fatalia procuret causam terminari, aliàs cā appellationis, lapsis fatalibus, fiet deserta, & firma remanebit prima sententia, pro qua tunc presumetur, Specul. in d. §. fi. nu. 15. de senten. Bal. in d. l. hi qui ad ciuilia. ver. modò hic quæritur. l. fin. §. illud. C. de temp. appella. & in auth. de ijs qui ingre. ad appel. §. si verò neuter. Rui. d. consi. 124. num. 10. fateor tamen, quòd si sententia, quæ, pducitur, appareat lata iam lapso biennio, tūc pro ea præsumitur etiam sine actis: c. cum inter. & c. sicut. de re iudi. Bal. in tit. de milite vasal. qui contu. est. num. 30. & in titu. quo tempo. miles. §. sancimus. nu. 2. Alex. d. consi. 22. & consi. 136. nu. 11. vol. 2. post Host. Io. And. Card. Bal. Cyn. & Imo. per eū relatos, & consi. 150. nu. 7. vol. 6. quo casu cautus esse debet appellās, vt fidē faciat de actis, si ex illis putat intentionē suā posse, pbari, & hanc opinionem vti de iure veriorem passim sequi solet Senatus.

SVMMARIVM.

1 *Deductum in prima instantia, & non probatum, potest in causa appellationis probari.*
2 *Testibus super aliquibus capitulis examinatis in prima instantia, si est renunciatum, vel publicati sint, non licebit in causa appellationis super eisdem capitulis testes producere, sed tantum super nouis.*
3 *Appellatio à diffinitiua pōt iustificari ex nouitèr deductis.*
4 *Positiones, quæ productæ sunt in prima instantia, & super quibus nō sunt examinati testes, poterūt in causa appellatiōis probari, quia nō est timor subornatiōis.*
5 *Omissum etiam scienter in causa principali potest deduci, & probari in causa appellationis.*
6 *Termini peremptorij lapsus à iudice in prima instantia assignati, non obstat, quin in cā appel. probari possit.*
7 *Probandi facultas per testes tribus modis excluditur.*
8 *Capitulatū, quod semel est, vlteriùs nō est capitulandū.*
9 *Iudex potest assignare parti tempus ad examinandum testes, & quod vltrà non audietur.*
10 *Opponens in causa appel. de subreptione ad hoc, vt audiatur, debet ostendere, se ignorasse, quod potest per iuramentum.*
11 *Mora commissa in causa principali, potest purgari in causa appellationis.*

DECISIO XIIII.

An in causa appellationis debeat quis admitti ad probandum capitula deducta in prima instantia, non obstante lapsu termini statuti ad probandum.

QVæritur, an in causa appellationis debeat quis admitti ad probandum capitula deducta in prima instantia, nō obstante quòd ea fuerint ad probandū admissa, & lapsæ oēs dilationes, ac in cōtumaciā nō probātis præclusa via, pbandi. Et videtur dicendū debere admitti per regulā, l. per hāc. C. de
1 tēpo. appel. † vbi deductū in prima instātia, & non, pbatū pōt in cā appellationis, pbari, gl. fi. in d. l. per hanc. quā sequitur ibi Bal. in prin. & col. 6. ver. or modo venio. concludēs de iure ciuili, etiam dicitis testificatis in prima instantia productis, posse testes examinari in causa appellationis, cuius glos.

opinio comprobari videtur ex dispositio-
2 ne, c. fraternitatis. de test. qua cauetur, † quòd si in prima instãtia est renunciatum, testibus super aliquibus capitulis examinatis, vel sunt publicati testes, nõ licet super eisdẽ capitulis in causa appellationis testes producere, sed tantum super nouis: ergo arguendo à contrario sensu, si testibus in prima instãtia non fuit renunciatum, vel publicati nõ fuerunt, poterunt super primis capitulis in causa appellationis testes produci, idq; ex eo ad
3 iuuari potest, † quod dicitur, Appellationẽ à diffinitiua ex nouiter deducendis iustificari posse, Bar. in d. l. per hanc, col. fin. per tex. in l. Emilius. ff. de minor. & in l. fi. ff. quod cũ eo. licet regulariter secus in appellatione ab interlocutoria, clem. appellanti, de appellat. Bar. in l. eius qui. nu. 8. ff. de appella. recip. & hæc opinio confirmari posse videtur argumento, sumpto à ratione cessante, quod validum est, l. quod dictum. ff. de pactis. Euerard. in locis legali. c. 85. Nam ratio, propter quam si renunciatum est testibus in prima instantia examinatis, vel publicatę sunt attestationes, non licet in causa appellationis super eisdem, vel directo contrarijs examinare, est propter timorẽ subornationis testiũ, d. c. fraternitatis. Fel. post Imol. Ab. & alios per eum relatos, in c. cum venissent. nu. 5. & 6. de testibus: quæ ratio ita militat in causa appellationis, sicut in causa principali, Bart. & post eum communiter Doctor. in d. l. per hanc. in fi. in auth. qui semel. nu. 29. C. de probatio. glo. in d. c. fraternitatibus. de testibus. tex. in clem. fi. de testi. Paul. de Cast. in l. iudices. numer. 6. C. de iudi. Sed hæc ratio cessat, quando aliqui testes nõ fuerunt examinati: ergo cessare pariter debet dispositio: l. adigere. §. quãuis. de iure patro. c. cum cessante. de appella. Facit ad hæc, quod dicit Alberi. in d.
4 l. per hanc, † quòd si in prima instantia sunt productæ positiones, super quibus non sunt examinati testes, poterit in causa appellationis probare, quia nullus timor subornationis subest: idem dicit gl. penul. in d. cle. fi. de testib. dum dicit, leges Codicis, admittentes, quòd in causa appellationis probari possit, debent intelligi de veteribus capitulis, super quibus non fuerant testes examinati: & hoc etiam tenet Salyc. in d. l. per hanc. col. 3. ver. concludo ergo. & hanc opin. sequi videtur Fel. in c. ad audientiam. 2. num. 14. de Rescrip. & in c. inter monasterium. numer. 14. de sent. & re iudic. vbi reprobata opin. glo.
5 tenet opin. Inno. † quòd omissum scienter in causa principali, potest deduci & probari in causa appellationis, multò magis si negligentia, vel simplicitate omissum fuerit. quod etiam voluit in c. cum Ioannes. nu. 29. de fide Instru. vbi expressẽ dicit, quòd cum ꝓbationes in prima instantia negligentia vel simplicitate sunt omissæ, tunc poterunt fieri in causa appellationis: & pro hac opin. videtur decisio in terminis, Archid. in c. de illici-
6 ta. 24. q. 3. vbi expressẽ dicit, † lapsum termini peremptorij in prima instantia à iudice statuti non obstare, quin probari possit in causa appellationis, d. l. per hanc. & d. c. cum Ioannes. quia iste terminus non est interlocutoria, sed potius cõminatio quædam ad illam instantiam tantum se extendens: & Archid. refert Felin. in c. licet causam. colum. 13. versic. limita tridecimò. de probat. post Anr. de Butr. & Io. Andr. per eum relatos, quibus concordat decisio Rotæ 302. in nouis. & his adstipulatur, quod dicit Bar. in d. authen. qui semel. num. 16. C. de proba. Pau. de Cast. in d. l. iudices. nu. 5. C. de iudi. Felin. in d. c. cum venissent. nu. 5. & 6. scilicet conclusionem in causa, vel renunciationem probationum in prima instantia simpliciter factam non tollere, quin nouæ probationes in causa appellationis fieri possint: & hęc comprobantur ex eo, quod dicit Felin. in c. causam quæ. 1. numer. 13. de testib. quòd testes coram primo iudice non publicati possunt coram iudice appellationis publicari.

In contrarium tamen facere videtur glosa communiter approbata, in c. de testibus, in verbo, Publicatæ, de testib. concludens,
7 † facultatem probandi per testes tribus modis excludi: videlicet, si sit renunciatum testib. vel fuerint publicati testes, aut competens productio facta, & ibi Io. Andr. ea verba (competens productio) exponit, id est dilatio: igitur vbi competẽtes dilationes datæ essent, & intra eas probatum nõ est, vlteriùs ad probandum admitti nõ debent. Facit tex. à contrario sensu, in c. interposita. in prin. de appel. quem Bar. ad hoc notat in l. eius qui. nu. 8. ff. de app. recip. necnon Bal. in d. l. per hanc. col. pen. ver. vnum scias. vbi etiam Salyc. colu. pen. vers. ad notandum. quo tex. habetur, quòd si iudex primæ instantiæ non admittit allegantem, & offerentem se probaturum, grauat eum, & ob id poterit probare in causa appellationis: ergo si iudex admisit ad probandum, grauasse non dicitur, & per consequens in causa appellationis probare non poterit: & ad hanc opin. accedit, quod notat Bal. in l. fi. §. 1. in 1. nota. vbi etiam Sa-
8 lyc. C. de appel. † quod semel fuit capitulatũ nõ est vlteriùs capitulandum: & si in prima instantia responsum est positionibus, & deinde

inde positiones de nouo producãtur in causa appellationis, nõ tenetur illis respondere: Aflict. decis. 216. nu. 1. dicens, hoc esse regulare: ergo à simili dicendũ videtur, ꝙ capitula semel in prima instantia ad probandum admissa, vlteriùs in causa appellationis admitti non debent: & hanc opinionem sentit glosa in l. si ea. C. de ijs, qui accusare non possunt. vbi argumento illius text. & aliorum con-
9 cordantium notat, † iudicem posse assignare parti tempus ad examinandum testes, & vltra eam non audiri: & gl. in c. licet causam. in verbo, Trium testium, de probat. Ang. in d. l. per hanc. col. penult. versic. sed dices. & istud locum maximè habet, si scienter omisit probare in causa principali, quia tunc non audietur in causa appellationis, glos. fin. in c. inter monasterium, de sentent. & re iudica. & in cap. ad audientiam. 2. arguendo à contrario sensu. de Rescript. quam communiter approbant Docto. relati per Feli. in locis supracitatis: & licet Felin. transeat cum opinione Imolę tenentis cõtrarium propter generalitatem, d. l. per hanc. tamen opinio glosæ magis communis videtur, pro qua videtur esse textus in d. l. per hanc. in illis verbis, Probationes illo tamen defuerunt tempore. ex quibus Imperator videtur velle, ꝙ ad hoc, vt non probatum in prima instantia possit probari in causa appellationis, requiratur, quòd probationes tempore primæ instantiæ defuerint: ergo arguendo à contrario sensu, si eas tunc habuerit, & distulerit, in causa appellationis, admitti non debent: & ita ex illo tex. colligit Bal. ibi, col. 2. vers. item collige argumentum. Sed cui probãdi onus incumbat, probationes defuisse tempore primæ instantiæ? videtur hoc ad ipsum appellantem spectare, argumento glosæ in d. c.
10 ad audientiam. quæ vult, † quòd opponens in causa appellationis de subreptione, ad hoc vt audiatur, debet ostendere se ignorasse, quod fieri potest per iuramentum: sic in casu nostro saltem cum iuramento debet allegare, sibi in prima instantia defuisse probationes. Ad huius opinionis comprobationem accedit doctrina Bart. in l. 1. nu. 14. ff. de actio. empti. quam refert, & sequitur Ias. in l. si insulam. in fi. ff. de verb. obliga. post Bal. Ang. Imol. Alexan. & Roma. per eam relatos, scilicet † moram in causa principali commissam non posse purgari in causa appella-
11 tionis: & ita videtur tenere Bal. post Alber. in authen. Iubemus. vers. item remittitur. C. de iudic. vbi dicit, renunciationem in causa principali nocere etiam in causa appellationis, d. c. fraternitatis. quorum dicta improbat Castren. in d. l. iudices. nu. 5. Ad hæc videas omnino Aflict. decisio. 216. nu. 2. & sequentibus, vbi ponit regulam cum limitationibus.

Quid dicendum? Senatus propter regulam, d. l. per hanc. consueuit in causa appellationis admittere ad probandum articulos siue capitula, producta in prima instantia, dummodo super illis non fuerint testes examinati, & publicati ex dispositione tamen noui decreti, id restrictũ legitur ad primam appellationem propter litium abreuiationem, quandoquidem eodem decreto non liceat, nisi ex causa & seruata decreti forma in tertia instantia aliquid deducere, nec producere.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius an possit recusari.*
2 *Testium inhabilitas ratione adiuncti purgatur, eodem modo & iudicis suspicio.*
3 *Argumentum à contrario sensu non admittitur, quando induceretur iuris correctio.*
4 *Recusationis exceptio dilatoria est, & ante litem contestatam opponenda.*
5 *Lites sine suspicione esse debent, & durum est coram iudice notoriè suspecto litigare.*
6 *Iniuria facta fratri, dicitur alteri fratri facta.*
7 *Inimicitia inducit iustam causam recusandi, etiam iudicem ordinarium.*
Idem dicitur de præsumpta inimicitia.
8 *Amicitia etiam intrinseca inducit iustam causam recusandi iudicem ordinarium.*
9 *Intellectus authen. si verò contigerit. C. de iudic.*
10 *Iudices post delicta perpetrata non debent partes concordare, sed punire.*

DECISIO XV.

Iudex ordinarius an recusari possit in causis criminalibus.

1 AN ordinarius † de iure ciuili possit recusari, præsertim in causis criminalibus, in quibus de iniuria, & damno eidem eiusue agnatis, seu cognatis proximioribus illato agitur. Et prima fronte dicendum videretur, ordinarium recusari non posse, sed ei alium adiungendum, l. nemo post litem. C. de iurisdict. om. iudic. iuncta authen. si verò contigerit. & in Corpore, vnde sumitur. C. de iudic. glos. in l. apertissimi. & ibi Bart. Bal. Alber. & communiter Doct. eodem titulo, alia gl. in l. vnica. in verbo, Euitare. C. si quacunq; prædi. potesta. vbi. Bald. asserit hoc procedere tam in causa criminali, quàm ciuili, Imo, in l. quidam consulebant. col. 6. ff.

dere iudi. Paul. de Caſt. in l. qui iuriſdictioni. vbi & Alex. verſi. ſeptimò fallit. ff. de iuriſd. om. iud. Peruſi. in cap. cum ſpeciali. nu. 46. de appellat. Aufrer. de recuſatio. col. 8. numer. 30. verſicu. aut loquimur. cum quo omnes concludunt, iudicem ordinarium regulariter recuſari non poſſe, tanquam ſuſpectum, ſed ei dandum adiunctum: idem tenet Lanfranc. in tracta. recuſatio. in princ. num. 3. verſicul. iudex autem ordinarius. quod etiam procedit in criminalibus: Bal. in authen. offeratur. colum. 3. in fin. C. de lit. conteſta. vbi rationem adducit, eo quòd ratione adiuncti purgetur omnis ſuſpicio. Nam
2 ſicut † ratione adiuncti purgatur inhabilitas teſtium, qui difficiliùs inueniuntur, multò magis purgari debet ſuſpicio iudicum, qui faciliùs inueniuntur: laſ. in dicta authen. ſi verò contigerit. colum. 2. verſ. tu autem tertiò. & ibi in additio. ad Salyce. in verbo, Suſpicio purgatur.

Nec obſtat l. nemo. C. de iuriſd. om. iudic. arguendo à contrario ſenſu: quia ibi huiuſmodi argumentum non procedit, vt expreſsè dicit gloſ. in d. l. apertiſsimi. in verbo, Iudices. in principio. Alberi. in l. conuenticula. C. de Epiſcop. & Cleri. & in d. l. nemo.
3 & ibi Salyc. dicit † non habere locum prædictum argumentum in dicta l. nemo, quia per illud induceretur correctio iuris communis, de quo in d. authen. ſi verò contigerit. quæ ſemper eſt euitanda.

Nec etiam obſtat d. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdict. om. iudic. & l. lex. Cornelia. ff. de iniur. quia dicuntur correctæ per d. authen. ſi verò contigerit. quæ non vult ordinarium ſuſpectum in totum recuſari, ſed quòd ei detur adiunctus: ita reſpondet laſ. in d. l. qui iuriſdictioni. colum. fin. verſ. iſtam rationem. ff. de iuriſdict. om. iudic.

In contrarium adducebatur primò d. l. nemo. C. de iuriſdictio. om. iudic. arguendo à contrario ſenſu, quod argumentum regulariter procedit vulgata l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict. Docto. maximè Bald. in d. l. conuenticula. C. de Epiſc. & Cleric. Nec obſtat, quod dicitur, huiuſmodi argumentum non procedere, vbi inducitur iuris communis correctio: quia licet ſit vera hæc limitatio, tamen ad d. l. nemo. adoptari non poteſt, quæ à Conſtantino Imperatore proceſsit, qui non cogitauit de diſpoſitione d. auth. ſi verò contigerit à Iuſtiniano annis ducentum poſt editæ, argument. nota. per Bart. in l. gallus. §. nunc de lege, in fi. ff. de libe. & poſthu. & in l. à filio, num. 1. ff. de legat. 1. laſ. in l. frater à fratre. col. 7. verſic. in adductis. ff. de condi. indeb. Ioan. Faber Inſtit. de liter. obliga. colum. 3. verſic. ego non audeo dicere. quinimo argumentum prædictum in d. l. nemo. eſt conforme iuri communi, † cum exceptio recuſationis ſit dilatoria, vt concludunt communiter Docto. in d. l. apertiſsimi. & in c. poſtremò. & c. cum ſpeciali. de appell. ergo debet opponi ante litem conteſtatam, vulgata l. exceptionem. C. de probat. & in terminis noſtris videtur tex. in l. fina. C. de ſentent. & interloc. om. iudic. vbi expreſsè dicitur, non eſſe prohibitũ, iudicem recuſare ante litem conteſtatam: & licet gloſ. in verbo, Vetitum, reſtringat ad delegatum, attamen ea magna eſt reſtrictio, cum text. generaliter loquatur: & ſic generaliter intelligi debeat l. 1. & ibi gloſ. ff. de aleæ luſu & aleato. & huiuſmodi interpretatio generalis ſuadetur ex generalitate rubricæ, quæ loquitur de omnibus iudicibus, & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. 3. ff. de offic. præſid. l. de precio. ff. de publicia. & ad hoc facit decretum ſub rubri. nulli litigantium, liceat poſt litem conteſtatam iudicem ſuſpectum dicere, fol. 26.

Secundò allegatur text. in d. l. qui iuriſdictioni præeſt. vbi qui iuriſdictioni præeſt, nec ſibi ius dicere debet, nec vxori, nec liberis, nec alijs, quos ſecum habet, & Barto. ibi in prima & ſecunda lectura, quem ſequitur laſ. num. 6. & Curt. num. 4. Aufrer. de recuſa. colum. 2. & 3. in fin. & in princip. poſt gloſ. in l. ſi fœminam. C. ad ſenatuſconſ. Turpillia. concludunt idem eſſe dicendum in omnibus perſonis, quæ ſunt intra gradus ſuccedendi. Facit l. lex Cornelia. §. 1. ff. de iniur. vbi dicitur lege Cornelia de iniurijs caueri, ne quis perſonis ibi enumeratis (inter quas continentur fratres) actione iniuriarum agentibus iudicet, quam l. adducit gloſ. fina. in d. l. qui iuriſdictioni præeſt. & ibi Barto. in vtraque lectura, Bald. Alberi. Ang. Alexan. col. 1. laſ. colum. 2. verſ. tertiò fallit. Alberi. in l. 1. colum. fina. C. ne quis in ſua cauſa ius dicat. glo. in l. in priuatis. ff. de iudic. Peruſi. in c. poſtremò, de appella. Aufrer. de recuſa. col. 13. verſic. 79. & hæc ratio-
5 ni naturali conueniunt, † cum lites ſine vlla ſuſpicione eſſe debeant, d. l. apertiſsimi. ſi quidem durum admodum eſt litigare coram iudice notoriè ſuſpecto ſuſpicione iuris, prout in caſu noſtro: Peruſi. in d. c. poſtremò. num. 1. & laſ. in d. l. qui iuriſdictioni. num. 6. & 7.

Nec obſtat, quòd ordinarius regulariter recuſari non poteſt, ſed datur ei adiunctus, d. authen.

authen. si verò contigerit. quia prædicta regula patitur multas fallentias, de quibus per glo. in d. l. apertissimi. in verbo, Iudices, in fi. & ibi Bal. col. 2. Sal. num. 4. Paul. de Castro nu. 6. Iaſ. nu. 4. Bal. in l. prætor. in prima lectura. ff. de iuriſd. om. iud. quos refert, et ſequitur Capi. deciſio. 146. & latè de hac materia recuſationis ordinarij deciſ. 137. & 138. quarum aliquæ caſui noſtro quadrare poſſunt. Primò ratione inimicitiæ vigentis inter accuſantem & accuſatum, ſeu denunciantem & denũciatum, ex qua inimicitia inducitur præſumptio inimicitiæ in ipſo ordinario
6 fratre denunciantis, † cum iniuria facta fratri alteri fratri facta dicatur: l. lex Cornelia. & ibi gl. ff. de iniur. Bart. in l. vt vim. nu. 7. ff. de iuſt. & iur. Bal. in l. vni. C. ſi quacunq; prædi. pote. Alex. conſ. 189. nu. 9. vol. 6. Gram. conſ. 32. nu. 11. Peruſi. in d. c. poſtremò. nu. 6. de appella. dicentes, in his cõſiderari affectionem, gl. fin. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & alludit
7 d. l. ſi fœmina. & ibi glo. C. ad Turpill. † inimicitia autem inducit iuſtam cauſam recuſandi etiam iudicem ordinarium: glo. in d. l. apertiſsimi. in verbo, Iudices. verſ. item ſuperuenit iuſtiſsima cauſa iniuriarum. Salyc. ibi nu. 4. Paul. de Caſtro nu. 6. Iaſ. nu. 7. vbi idem dicit eſſe in inimicitia præſumpta. Aufrer. de recuſa. col. 7. verſ. ſi iudex eſt inimicus. poſt Bald. in d. l. vni. verſ. in tex. ibi, euitare. C. ſi quacunque præd. poteſt. & conuenit dictum Bart. ibi. & Bal. in d. l. prætor. ff. de iuriſd. omn. iudic. & id procedit, etiamſi inimicitia non ſit capitalis, ſeu grauis: Peruſ.
8 in d. c. poſtremò. col. 7. verſ. 32. Idem † dicendum puto, ſi ordinarius ſit maximus amicus aduerſantis, Alex. in d. l. apertiſsimi. in fin. & Iaſ. nu. 7. poſt Bart. in l. ſciendum. §. 1. ff. de legatio. Paul. de Caſtro in l. liberi. ff. de inoffic. teſtamen. vbi loquitur in filio aut alio coniuncto. Aufrer. de recuſa. colum. 2. verſ. prima igitur ſpecies, & ſeq. ſi igitur ordinarius ratione magnæ amicitiæ cum aduerſario poteſt recuſari, cum ſuſpicio ita arctet ex amore, vt ex odio, c. quatuor modis. 11. quæſt. 3. latiſsimè tradit Rebuff. in tracta. de recuſa. articulo. 9. glo. vnica. nu. 20. cum ſeq. Tomo. 3. commentario. in conſuetud. Regias, multò magis ratione fraternitatis, cum frater dicatur ferè alter.

Secundò limitant Docto. d. regulam non procedere in caſibus in d. l. qui iuriſdictioni præeſt expreſsis: ita Caſtren. limitat in d. l. apertiſsimi. nu. 6. & in d. l. qui iuriſdictioni. & ibi Alex. verſ. dicit tamen Paul. de Caſt. Curt. lun. num. 4. dum ſimpliciter refert & ſequitur fallentias Pauli de Caſtro, Iaſ. in d. l. apertiſsimi. nu. 4. verſ. eodem modo. qui in hoc fuit ſibi contrarius, Peruſi. in d. c. poſtremò. num. 1. de appel. dum allegat d. l. qui iuriſdictioni. Idem dicitur de comprehenſis in l. lex Cornelia. ſecundum Bart. & alios ſuprà in ſecundo fundamento allegatos. Et hæc limitatio procedit præſertim in criminalibus, gloſ. in l. in priuatis. ff. de iudic. & in d. l. qui iuriſdictioni. in ſecunda ſolutione, quam approbat Bar. num. 4. verſ. & ideo ſequens ſolutio eſt magis vera. ſequitur ibi Alberi. poſt Iaco. Butr. Paul. de Caſt. poſt gl. in l. qui etiam. ff. de recep. arbit. quàm Alex. ibi dicit ſibi placere poſt Butr. in c. cum contingat. de for. compe. gl. 3. quæſt. 7. c. 3. §. cognitores. & ibi Archid. & Gemi. Iaſ. in d. l. qui iuriſdictioni, in fin. poſt Spec. Butr. & Alex. dicit iſtam diſtinctionem poſſe eſſe bonam, quoad d. l. in priuatis. quo verò ad l. qui iuriſdictioni. non placere, quia nimium reſtringeretur, ſi ſolum loqueretur in criminalibus. Sed ſi hanc reſtrictionẽ conſideramus, etiam poſſumus dicere, quòd, ſi reſtringeretur d. l. in priuatis ad iudicem delegatum, eſſet nimium reſtringere d. legem, quæ loquitur generaliter. Sed quicquid ſit, ſatis eſt iſtam opinionem eſſe veram, quòd in criminali non poteſt quis eſſe iudex ordinarius in cauſis perſonarum, de quib. in d. l. qui iuriſdictioni. & l. lex Cornelia. agitur, quo fit, vt poſsit recuſari ex toto non obſtante authen. ſi verò contigerit. quæ non habet locum in caſibus d. l. qui iuriſdictioni. & l. lex Cornelia. præ-
9 ſertim in criminalibus. † Accedat, quia d. authen. ſecundum germanum ſenſum loquitur in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus, quod demonſtratur ex duobus: primò, ratione adiuncti, videlicet Epiſcopi vel Archiepiſcopi, qui non ſolent, imò non debent ſe impedire de criminibus, maximè publicis. Secundò ex illis verbis, vt ambo per amicabilem compoſitionem dubia diſſoluant: quæ verba cum eorum materia proculdubio non conueniunt cauſis criminum
10 publicorum, † quia iudices poſt delicta non debent partes concordare, ſed punire, Felin. in Rub. de treuga & pace. nu. 3. poſt Bal. in l. tranſigere. C. de tranſactio. Poteſt etiam dici d. authen. procedere in maioribus magiſtratibus, immediatè à Principe procedentibus, ſecùs autem in inferioribus, habentibus ſuperiorem in eadem prouincia: ita limitat d. authen. Socin. in c. licet ex ſuſcepto. colum. 6. verſ. quartus caſus. de foro compet. Huic limitationi applaudet li era, dum loquitur de p̃ſidẽ, qui eſt clariſsimus, vt in illis verbis, Clariſsimo iudice. & clariùs in Corpore,

pore, vnde sumitur. Quapropter Senatus censuit esse rescribendum prædicto ordinario, vt à cognitione dictæ denunciationis abstineat, verùm causam ipsam alteri, partibus non suspecto deleget, motus ex l. prætor. vbi Bal. ff. de iurisdict. om. iudi. quem sequitur Paul. de Cast. in d. l. apertissimi. & in d. l. qui iurisdictioni. concordat: Salyc. in d. l. qui iurisdictioni. & in d. l. apertissimi. nu. 8. vers. & in casibus specialibus.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum, vbi aliquis producit solemniter publicatum, non cogitur ad exhibendum, & ostendendum protocollum, nisi aliquis vellet illud redarguere de falso.*

2 *Producenti instrumentum suspectum de falso incumbit onus probandi veritatem instrumenti, intellige vt num. 10.*

3 *Remedia ad exhibendum introducta, videlicet interdictum de tabulis exhiben. & similia, non dantur, nisi aduersus possidentem, vel eum, qui dolo desierit possidere.*

4 *Protocollum remanere debet penes notarium, & apud eum esse præsumitur.*

5 *Protocollorum dominium est ipsius notarij, & potest liberè legare, & donare.*

6 *Protocollum alicuius notarij, quis exhibere non cogitur, nisi sit eius hæres, aut successor vniuersalis.*

7 *Testamentum si producatur in scriptis, de quo nullum extet protocollum, iudex ex aliquibus informationibus extrinsecis inducatur in suspitionem falsi, an pars contra quam productum est, agere possit producentem compelli exhibere testes dicti testamenti.*

8 *Notarius, vt ad exhibitionem instrumentorum seu protocollorum compellatur, quæ praxis seruetur.*

9 *Argumentum in terminis legis aut doctrinæ, intelligi debet, à qua desumitur.*

11 *Falsitatis suspicio, quando resultat vel ratione producentis, vel fabricantis falsa instrumenta, semper debet intelligi, quòd producens seu fabricans fuerit infamatus, alias producens non cogitur se purgare.*

12 *Crimen tunc commissum intelligitur, vbi aliquid probatum contra accusatum est.*

DECISIO XVI.

Protocollum Instrumenti quando pars exhibere teneatur.

DEcreto Ducali Illustrissimi Philippi Sabaudiæ Ducis cauetur, non fieri assignationem ad exhibendum protocollum, vel matricem Instrumentorum, nisi imminente aliqua falsitatis suspicione, de qua ius dicentes sint ad partem instructi, eaq; per principalem, vel cum speciali mandato peti cauetur, quo stante. Cùm Instrumentum quoddam testamenti publicum produceretur, pars aduersa attentis falsitatis suspitionibus contra huiusmodi Instrumentum militantibus, protocollum dicti Instrumenti ab aduersario exhiberi petijt, contradicente reo se non teneri illud exhibere, eo quòd non apud ipsum, sed penes notarium de Instrumento rogatum alienæ iurisdictionis existeret, petendo partes coram notario assignari, vt Instrumenti cum protocollo fiat collatio. Iudex protocollum esse exhibendum pronunciauit, partiq; Instrumentum producenti comminatus est, vt protocollum exhiberet, ab ea ordinatione reus Senatum appellauit. Quæsitum fuit, an iure appellauerit? Et videbatur sine grauamine appellasse, cum decretum Ducale sic Interloqui permittat, vt per producentem instrumentum sit exhibendum protocollum: ita vult Bart. in l. fina. in secundo notab. C. de fide Instrumento. quem ibi sequuntur Bart. Paul. de Castro, & Angel. in secundo notab. † dicit enim ibi, quòd producens Instrumentum solemniter publicatum, non cogitur ad exhibendum, & ostendendum protocollum, nisi ex ipsius inspectione de falso aliquis Instrumentum redarguere velit, ex quo pareret, quòd si quis Instrumentum de falso redarguere velit, producens potest cogi protocollum exhibere. Et hæc opinio ex eo iuuatur, † quod Instrumentum aliquod de falso suspectum producenti illius veritatem probandi onus incumbit, l. fina. C. ad legem Corne. de falsi. nor. in l. iubemus. & ibi Alberi. versic. si enim esset suspectum. C. de probatio. accedit quod scribit Gemi. in c. in memoriam. col. 2. versicul. per præmissa. 19. distinct. quòd si quis falsum Instrumentum produxit, & dicit se de manu alterius habuisse, nisi illum in iudicio exhibeat, punitur vti falsarius. & ibi idem tenere refert Archidia. per l. maiorem. C. ad leg. Cornel. de falsi.

1

2

Contraria tamen opinio verior visa fuit, ad cuius probationem illud præmitto, ad † exhibitionem huius protocolli prodita esse remedia, videlicet, interdictum de tabu. exhiben. quando ad exhibitionem alicuius scripturæ vltimæ voluntatis agitur, l. 1. §. siue supremæ. versic. ita quod dicendum. ff. de tabu. exhibe. aut actio in factum, l. 3. §. interdum. ff. ad exhibend. siue actio ad exhibendum, iure dominij, l. tertia. §. si ipse testator. ff. de tabu. exhiben. & l. tertia. §. si quis extra. & §. finali. ff. ad exhibend. Iason in l. quædam. ff. de edend. huiusmodi tamen remedia

3

media nunquam dantur, nisi aduersus possidentem, aut eum, qui dolo malo desierit possidere, vel qui exhibendi habet potestatem, l.1. in princ. l.3. §. si tabulæ testamenti. & §. si quis dolo. ff. de tab. exhib. & l.1. §. est autem personalis. vbi glo. in verbo, Personalis. l. Celsus. in prin. §. idem. & §. fin. l. tigni. §. fin. ff. ad exhib. Præmitto † etiam protocollum, quod significat primum originale, vt in authen. de tabell. §. illud. debere remanere penes notarium, prout remanere præsumitur. Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait. num. 2. ff. de eden. vbi Castren. nu. 3. Ias. nu. 4. quoniam † ipsius protocolli dominium est notarij: vt idem Paul. de Cast. tradit post. gl. in d. l. prætor ait. in prin. nu. 5. ff. de eden. ideo illud legare, & donare potest, Bart. & post eum Paul. de Cast. & Ias. in l. quidam. §. nihil interest. ff. de eden. per illum text. & notarios admonet Bald. in c.1. col. fin. vers. illud etiam, de probat. diligenter illos obseruare debere, vt protocollum apud se retineant, quia ad illud, sicut ad fontem, ire expedit. His sic præmissis, dico, quòd qui protocollum non habet, nec habere præsumitur, minusque dolo illud possidere desijt, ad exhibendum cogi non debet, quoniam tradere, aut exhibere nemo cogitur, quod nõ habet, argum. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. Et ad hanc sententiam comprobandam confert illud vulgatissimum, Ad impossibile compelli aliquem non posse, vt per Paul. de Cast. in l. fin. in quinto nota. in verbo, Sin autem. C. de fide Instrum. Et excusatur quis, si nõ agit, quod facere nequit sine suo dolo & culpa, argu. l. si ideo. C. de ijs, quibus vt indig. Addens idem Paul. de Castr. loco suprà citato. Vsurariorum hæredes, qui Codices exhibere tenentur, si cum iuramento dicant, se non habere, nec ad eorum manus peruenisse, vlteriùs non esse cogendos: multominus † ergo alterius notarij protocollum exhibere quis cogi debet, nisi sit eius hæres, aut successor vniuersalis, l. quædam. §. nihil interest. ff. de edendo. & ibi communiter scribentes. Imò fortiùs scribit ibi idem Castren. num. 8. quem sequitur Ias. nu. 11. quòd si apud alium, quàm apud notarium, protocolla comperiuntur, si notarius viuit, ab ipso, non autem à tertio editio peti debet, nisi in subsidium. Ad quod confert, quod scribit idem Paul. de Cast. in d. l. fi. in primo nota. C. de fide Instru. quòd si producens Instrumentum in iudicio, originale secum non reportat, sed remaneat penes tabellionem actorum, ab eo peti non debet, quòd exhibeat, sed ab actuario. Præterea † fingamus, productum fuisse testamentum in scriptis, de quo nullum extet protocollum, & iudicem ex aliquibus informationibus extrinsecis in falsitatis suspicionem inductum fuisse, & propterea partem, contra quam productum est, petere producentem compelli ipsius testamenti testes signatores exhibere, an producens compellendus sit? certè non, sed iudex pro sua iurisdictione monere debet testes ad eorum signa recognoscendum: quòd si non obtemperent, iudiciali auctoritate cogere poterit, si sub sua sunt iurisdictione, l.3. §. exhibere autem. ff. de tab. exhib. vel ad eos mittere, l. sed si quis. ff. quemadmod. testa. aper. glo. in d. §. exhibere, in verbo, Coercere. & ratio est, quia in ipsius producentis potestate non est, testes exhibere. Idem ergo in casu nostro dicendum est, cum non constet, producentem habere protocollum in facultate sua, illius exhibendi onus ad eum non spectat, sed ad notarium, apud quem esse præsumitur. Hinc † inoleuit practica, quòd lata ordinatione, qua dicitur, exhibendum esse protocollum, subiungitur, literas oportunas aduersus notarium concedendo, quòd si is alienæ sit iurisdictionis, literæ (vt aiunt) requisitoriæ in subsidium laxantur, vt coram notarij ordinario protocollum exhibeatur, vt cum producto collatio fiat, coadiuuaturq; hæc praxis, ex d.l. sed & si quis. per d. glos. in verbo, Coerceri. & l. iudices. C. de fide Instrumento. ex Barto. in d. l. prætor ait. §. fina. ff. de edend.

Non obstant in contrarium adducta. Et primò doctrina Bart. & aliorum in d. l. fina. C. de fide Instrument. quia † cum ex ea lege fin. sumatur argumentatio, debet iuxta illius dispositionem intelligi: Bart. in l. non solum. §. liberationis. ff. de libera. lega. & in l. cum quidam. ff. de ijs quib. vt indig. Roma. cons. 211. colum. 1. Curt. Senior cons. 65. col. 3. At dicta l. fina. loquitur in casu, quando ille, à quo petitur iterum exhiberi Instrumentum, præsumptiuè habebat illud penes se, vt quia post productionem illud retraxerat, & sic habebat facultatem exhibendi, secùs verò, si facultatem exhibendi nõ haberet, quia tunc cogi non debet exhibere: Paul. de Cast. in d. l. fin. in primo nota. sic ergo doctrina Bar. intelligi debet, quòd producens Instrumentum, si aduersarius velit illud redarguere, de falso teneatur protocollum exhibere, si exhibendi facultatem habeat, vel dolo tradere desijt: quòd si secùs intelligeremus dictum Barto. certè contra suprà scripta iura omnia apertè Bartolus loqueretur: quibus iuribus, vt suprà ostensum est, disponitur, huiusmodi re-

dire-

di remedia, ad exhiben. de tab. exhib. siue de edendo & similia, non dari, nisi contra possidentem, eumúe, qui dolo desijt possidere, aut exhibendi facultatem habeat.

Non obstat l. fin. C. ad l. Corn. de fal. mí-
10 nusq; notata in d. l. iubemus. † vbi ei, qui produxit scripturam suspectam, incumbit primò onus probandi, quòd sit vera, quia loquitur, & intelligi debet, quando scripturæ suspicio resultaret vno ex tribus modis, de quibus in glos. fin. in d. l. fin. & in d. l. iubemus. in verbo, Suspectas. imò dicit Innocen. in c. primo. nu. 8. de fid. Instrum. quod d. l. iubemus. & l. fin. de fide Instrum. intelligi debent de suspicione resultante ex eo, quòd Instrumentum productum est in sui forma vitiatum, vel in parte aliqua substantiali abrasum, secùs, si aliunde suspicio oriatur, quia tunc valet, & tenet Instrumentum, nisi contrarium probetur: eundemq; Inno. refert & sequitur Paul. de Cast. in d. l. iubemus. nu. 2. post Spec. per eum allegatum. hoc idem sentit Bar. in l. diuus Pius, in prin. ff. ad leg. Cor. de falsis, dum respondendo oppositioni factæ dicit Solutio, Instrumenta prima facie videbantur falsa, l. iubemus. C. de probatio. l. fina. C. ad l. Corn. de fal. sentit etiam Salyce. in d. l. fina. dum dicit, exempla posita in glos. de suspicione falsitatis resultante ratione personæ producentis, vel ratione facientis Instrumentum falsum, esse bona, sed illi
11 legi non quadrare, nec conuenire. Et † vbi suspicio resultat alterò ex duobus modis, vel ratione personæ producentis, vel fabricantis falsa Instrumenta, semper intelligi debet, quòd producens vel fabricans fuerit infamatus, aliàs producens non cogitur se purgare: ita Alber. intelligit, & Salyce. in d. l. iu-
12 bemus. & ibi Bart. in 2. lectura † vbi crimen debet intelligi, quando aliquid est probatum contra accusatum. tunc enim innocentiam suam vel testibus, vel alio modo defendere & coadiuuare debet: Ang. ibi in primo nota. & Salyc. num. 2. vers. quæro secundò aliàs habet locum regula, l. qui accusare. C. de eden. Quibus sic stantibus visum est Senatui iubere protocollum per producentes exhiberi, quòd si facta diligentia recusauerit tabellio protocollum tradere, tunc partes coram notario citentur ad faciendum collationem Instrumenti producti cum protocollo.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas in pertinentibus ad administrationem reipublicæ liberè statuere potest.*

2 *Iniuriam inferre, aut dolo facere non dicitur, qui iure suo vtitur.*

3 *Damnum, quod in consequentiam venit, & per accidens, non est considerabile.*

4 *Quilibet in suo facere potest, quod libet, dummodo principaliter fiat, vt sibi prosit, licet vicino lucrũ auferat.*

5 *Publicæ vtilitatis causa à priuata receditur vtilitate.*

6 *Alter alteri nocere nunquam à iure præsumitur.*

7 *Statutum, ad hoc vt valeat satis est, quod habeat rationem seu occasionem motiuam: & nu. 8.*

8 *Decurionum decretum vt sit validum, debet esse honestum, iustum, & rationabile, & num. 11.*

9 *Statuentes proprijs vtilitatibus inhiando, non possunt in aliorum præiudicium statuere.*

10 *Statutum, quando prima facie generale est, sed in effectu contra priuatum, & in eius damnum factum est, potest ab eo appellari, & per superiorem corrigi, & cõtra tale statutum potest opponi exceptio doli, & num. 11.*

11 *Animo nocendi alteri nõ licet aliquid facere, etiã in suo.*

12 *Detrahere aliquid alteri, & hominis incommodo suum augere commodum, magis est cõtra naturam, quàm mors.*

13 *Vniuersitas non potest statuere aliquid in priuatorum præiudicium in his, quæ ad eos pertinent iure naturali.*

14 *Homines, vt singuli vniuersitatem facere non dicuntur, sed collectiuè.*

15 *Vniuersitas quando statuere possit in præiudicium priuatorum, & quando non.*

16 *Paria sunt, quòd aliquid fiat specialiter contra certam personam, vel generaliter: & tamen effectus eius porrigatur contra certam personam.*

DECISIO XVII.

Vniuersitas an possit in præiudicium singularium personarum statuere per indirectum, vt homines vniuersitatis veniant ad coquẽdum panes in furnis ipsius vniuersitatis.



Statuto Sospitelli cauetur, quemlibet posse furnos habere, & pro fornagio (vt vocabulo ipsius decreti vtar) accipere vigesimam partem panis decocti, quod ius etiam consuetudine, & priuilegio acquiri potest, ita vt alibi panis non coquatur, vt Bal. sentit in l. de quibus. col. 12. vers. sed an valeat consuetudo. ff. de legi. Bart. in l. ambitiosa. nu. 15. ff. de decret. ab ordin. faciend. Ias. latè cons. 161. num. 2. lib. 2. Dec. in c. significante. el 2. in princip. de appellat. at cum vniuersitas, nec non priuatæ personæ furnos haberent, contingit vniuersitatem facultatem habentem vectigalia imponendi inter ipsos Sospitalenses statuisse, quemlibet panem decoquentem in quibusuis furnis, siue vniuersitatis siue priuatarum personarum, teneri soluere communitati vectigalis nomine vigesimam, fornarijque vniuersitatis teneantur

neantur cuilibet in furnis communitatis panē coquenti gratis coquere, cuius statuti occasione inter dictas particulares, & vniuersitatem suborta est controuersia, contendentibus priuatis nouissimum hoc decretum in ipsorum præiudicium fieri non potuisse, essecq; ambitiosum. Et cum causa partium consensu Senatui decidenda remitteretur, quęsitum fuit, qualiter pronunciandum foret? Et prima fronte dicendum videbatur, huiusmodi decretum valere, viribusq; subsistere: quoniam, vt in facto præsupponitur communitas, tam ex priuilegio, quàm ex consuetudine vectigalia, seu, vt vulgò dicitur, lesdas, in ipso loco imponere potest, cuius dictionis meminit Spec. in titulo, de immuni. eccle. in fi. cui congruit, quod dicitur,
1 † vniuersitatem in respiciētibus Reipublicæ administrationem liberè statuere posse: Barto. communiter approbatus in l. omnes populi. in 1. quæst. ff. de iusti. & iur. & in l. vectigalia. in princ. ff. de public. Imo. consi. 34. nu. 2. & in furnis ipsius communitatis quod libet facere, cum rerum suarum sit moderatrix, & arbitrix. l. in re mandata. C. manda.
2 Nam † cum iure suo vtatur, dolo facere non dicitur, nec iniuriam inferre, l. nullus. ff. de reg. iu. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. l. 3. §. is tamen. ff. de lib. homi. exhiben. itaque arguendo à coniunctione istarum duarum propositionum, quod argumentum validum est secundum Bartol. in l. Gallus. §. ille casus. colum. secunda. versicu. nota ex hac lege. ff. de libe. & posthum. Euerar. in locis legali. c. vndecimò, dicendum est valere huiusmodi decretum. Neque mouet, quod ex aduerso obijcitur, eam scilicet ordinationem, qua cauetur, furnarios vniuersitatis decoquentibus panem in furnis ipsius cōitatis teneri gratis coquere, hoc, inquā, cedere in præiudiciū, & damnū municipū priuatorū furnos habentiū, à quibus per indirectū redditus, & emolumenta ꝓpriorū furnorum tolluntur: quia cū hoc fiat principaliter, vt vniuersitati
3 prosit, † damnū hoc, quod in cōsequentiam, & per accidens venit, considerabile non est, argumen. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. l. 1. ff. de auth. tuto. Barto. in l. quominus. in 11. quæst. circa fin. ff. de flumi. quem refert ac sequitur Alex. consi. 194. nu. 11. versic. & licet. volum. 2. vbi inquit, quod licet ob constructionem alicuius molendini alicui alteri molendino præiudicium afferretur, vtpote, quia propter secundum constructum minus frumenti ad molendum in primo loco constructo defertur, quàm antea ferebatur, & tamen non est iusta causa impedidi secundi molendini constructionem, Iaſ. in repeti. d. l. quominus. quæst. 11. Bal. consi. 71. casus talis est commune, & homines. lib. 1. & ad hæc confert doctrina Bartol. in d. l.
4 quominus. in 1. quæstio. ff. de flumi. † vbi cuilibet licet in suo, quod lubet, facere, dummodo principaliter id fiat, vt facienti prosit, licet vicino lucrum auferat, l. fluminum. §. fi. & l. Proculus. ff. de dam. infec. tex. optimus in l. 1. §. denique primò. & in l. in summa. §. pen. ff. de aqua plu. arc. Alex. d. consi. 194. nu. 3. & 4. volu. 2. vbi etiam addit præsumi vnumquemq; facere principaliter, vt sibi prosit, & non, vt alteri noceat: Guid. Papæ quęst. 298. idem ergo dicendum est in communitate, cum ea instar priuatorum habeatur, l. eum, qui vectigal. ff. de verb. sign. Cardin. in c. cum omnes. col. antepen. de constitu. & in similibus, imò fortioribus terminis, consuluit Bal. in consi. 11. inter consilia Acha. vbi etiam ad multa, quæ in contrarium adduci possent, videtur respondere: & eundem sequitur etiam Gaspar Cald. in consi. 12. & 13. qui licet contrarium teneat, quando contra ecclesiam ageretur, secùs tamen esse dicit contra subditos laicos. Eundem etiam Bal. refert & sequitur Fel. in c. cum omnes. num. 5. versicu. pro quo facit. de constit. Cald. consi. 21. de constitu. vbi concludit, quòd cum huiusmodi statutum conditum fuerit, vt vniuersitas maiores redditus, maioresq; pecunias perciperet, sine quibus vniuersitatis onera sustineri nō possunt, l. fi. C. de vecti. & comis. ideo iniquum appellari non meretur, licet per accidens priua-
5 torū redditus, & ꝓuentus minuantur. † Nam ob publicā necessitatem à priuata vtilitate recedimus, l. munerū. §. itē. ff. de mun. & hon. & auth. res quæ. C. com. de leg. & in l. vni. §. fi. C. de cad. tol. §. quia verò. vers. oportet. n. in auth. de non alie. aut permu. reb. per quæ iura ita in casu nostro determinat Iaco. à S. Geor. in sua inuest. in verb. Et cum molendinis. colu. 2. Huc accedit decis. Bal. in c. cū ecclesia Vulterana. col. 3. de elec. vbi vult, quòd faciens aliquid mixta consideratione, vt sibi ꝓfit, & vicino noceat, illud licitè facit, quod multò magis in casu nostro locum habet, in quo principalis intentio ea esse videtur, vt
6 cōitati cōmodū afferatur, † nō vt priuatis dānum detur, ꝓut nec à iure pręsumitur ex mēte gl. & Bal. in l. flumi. §. fi. in verb. Teneri. ff. de dam. infec. & l. meritò. ff. ꝓ socio. Alex. d. consi. 194. num. 4. duplicique ex capite cōitati vtilitas resultat: primò, quia ab omnibus lesdā accipiet: secundò, quia singuli Sospitalenses vtilitatem sentiunt ex eo, quòd nihil pro

fornagio soluunt, si panis in furnis communitatis decoquatur, & quamuis hoc illis cõpetat vt singulis, aliquo tamen respectu cõmunitati vtile dici potest, argumen. glos. in l. sicut. § 1. in verbo, Nõ debetur, in fi. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. ad quod faciunt quæ Felin. scribit in d. c. cum omnes. colu. 3. versicu. tertia conclusio. de constitu. vbi inquit, quòd sicut ex causa in singularium personarum præiudicium statui potest, ita ex causa in ipsarum fauorem statui etiam po-
7 test, † satisq; esse, si statutum rationem aliquam, seu motiuam occasionem habeat, vt latissimè Tiraq. concludit in tracta. de retractu, in præfatione. nume. 75. post Bal. per eum adductum: Dec. in c. consuluit. 2. colu. fina. versicu. licet enim. de appella. Et præmissa sine difficultate procedere posse videntur respectu eorum, qui se ad molendina, seu furnos cõmunitatis accedere astrinxissent sub certa pœna, per ea, quæ Felin. tradit in d. cap. cum omnes. numer. 14. versicu. secundò limita. & in cap. quæ in ecclesiarum. numer. 54. de constitutio. & ibi Dec. colu. 5.

Pro contraria verò opinione adduci po-
8 test, † quòd statutum, siue decretũ, vt validi nomen mereatur iustum, honestum, & rationabile esse debet: c. erit autem lex. distinc. 4. Fel. in d. c. cum omnes. numer. 1. Dec. consi. 606. num. 13. post Bald. in c. quæ in ecclesiarum. de constitutio. & vno deficiente rescindi debet: in casu verò nostro iustitia deficit. Ergo rescindendum est, de iniustitia patet: quia alterum non lædere, & ius suum alicui sine causa tollere contra iustitiam est, & iuris præcepta, vt Institu. de iust. & iure. in princ. & §. fina. Ioan. Bap. à sancto Seuerino latè, in l. omnes populi. in tertia quæstio. tertiæ quæstio. princi. colum. 31. & sequen. ff. de iust. & iure. quem refert & sequitur Soc. consi. 272. nume. 8. lib. 2. At huiusmodi statutum saltem per indirectum particularibus furnos habentibus damnum infert: ergo iustum dici non meretur: quod verò damnum inferat liquet, ex quo eos infrugiferos reddit: verisimile enim non est, aliquos pro coquendis panibus ad priuatorum furnos accedere, & ibi duos panes soluere velle, vnũ scilicet pro lesda, alterum pro fornagio, cum ad furnos communitatis accedendo vnum tantum pro lesda soluant, vt in simili Cald. dicit dicto consi. 13. inter consil. Anchar. nemo enim suum iactare velle præsumitur, l. cum de indebito. ff. de probat. & in paribus ferè terminis Anchara. consuluit cons. 155. quod incipit, Optimis rationibus: qui licet loquatur in casu, quo ecclesia lædebatur, eius tamen rationes rectè intuenti casui nostro adaptantur, & magis in terminis idem Anchar. scribit consi. 298. incipien. In territorio Dethiani. eundemq; refert & sequitur Socin. d. consi. 272. numer. 8. necnon Ias. in l. quominus. numer. 155. 156. & 157. vbi hanc esse magis communem opinionem tenet. Detrahere † aliquando iuri communi, quod est contra naturam, non patitur. Et in eadem natura non patitur. Et in eadem libro
9 dina, seu furnos communitatis, † quia statuẽs proprijs inhiando vtilitatibus in aliorũ præiudicium statuere non debet, c. cum omnes. de constitutio. Et huic sententiæ congruit doctr. Bar. in l. fi. colum. prima. versic. dico etiam. ff. de appella. recip. quòd si statutum prima facie generale est, sed in veritate contra certam personam, & in eius præiudicium conditum est, potest appellari, & per superiorem corrigi: nam contra huiusmodi statutum de dolo excipi potest, l. 1. & ibi glo. ff. de doli exceptio. quod etiam firmat Salyc. in l. & in multis. C. de appellatio. recip. Fel. in dicto c. cum omnes. numer. 1. in principio. post Bald. in l. quisquis. C. quorum appella. recip. & cum Felin. in d. c. cum omnes. tenet Barba. colum. 4. & 6. post Barto. in l. omnes populi. nume. 53. ff. de iusti. & iure. Dec. in c. consuluit. 3. colum. fin. in principio. de appellatio. quibus arridet Imol. dicto consi. 34. numer. 2. dicens, standum esse statuto, & prouisioni vniuersitatis, nisi ex aliquibus legitimis coniecturis verisimiliter appareat eam prouisionem in odium certarum personarum dolosè factam esse, adducit Barto. in d. l. omnes populi. in quinta princip. quæst. circa finem. ff. de iusti. & iure. quem etiam refert & sequitur Ias. consi. 161. numer. 3. suprà citato, post Abb. Bald. Ange. & Alexan. per eum allegatos,
10 vno ore concludentes omnes, † statutum tunc rescindi debere propter præsumptum dolum, qui ex effectu ipso probatur, ex quo certarum personarum præiudicium respicit, d. l. 1. in fine. ff. de dolo. nam stante hu-
11 iusmodi dolo, † & sic animo nocendi vniuersitati, nihil etiam in suo facere licuit, argumen. l. 1. §. denique Marcellus. ff. de aqua pluuia. arcen. Guid. Pap. d. quæst. 298. & tradit Dec. suprà relatus in d. cap. consuluit. colum. fina. circa medium. versic. sed quando sta-

do ſtatutum. de appellationibus. quòd cum ſtatutum certarum perſonarum præiudicium reſpicit, videtur iniquitatem continere, neque ſtatutum proprie eſt, quia ſtatuti natura eſt, quòd ſit commune omnibus, ſed potius præceptum dicitur, à quo appellari poteſt. Huc elegans Ciceronis dictum accedit, lib. 3. Offic. quod ab Anchar. & Rippa in locis ſuprà citatis in hanc ſententiam
12 allegatur. Detrahere † aliquid alteri, & hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quàm mors. Illud enim natura non patitur, vt aliorum ſpolijs noſtras facultates, copias, opes, augeamus: & in eodem libro referens Criſippi auctoritatem ſic eleganter ſcribit: Scite Criſippus, vt multa, qui ſtadium, inquit, currit, eniti, & contendere debet, quàm maximè poſsit, vt vincat. Supplantare eum quo cum certet, aut manu depellere nullomodo debet, & ſubdit, in vita ſibi quemcp petere, quod ad ſuum vſum pertineat, non iniquum eſt, alteri verò ſurripere, ius non eſt. hinc ait Innocen. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitutionibus. & in cap. ve-
13 nientes. de iureiuran. † vniuerſitatem in his, quæ ad priuatos iure naturali pertinent, quicquam, quod in eorum præiudicium vergat, ſtatuere non poſſe: & Anchara. dicto conſil. 298. ad omnia in contrarium adducta reſpondet, quæ repetenda non exiſtimaui, ne membranas fruſtra occupem.

Non obſtat regula l. in re manda. C. manda. quia procedit, quando diſponendo alteri nullum præiudicium afferretur. Ita reſpondet Rippa libro ſecundo, Reſponſorum, cap. 25. numer. 8. poſt Aretinum per eum allegatum. & numer. 12. & 13. duas alias adfert limitationes ad regulam prædictam.

Minus etiam obſtat glo. in dicta l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.
14 quia inquantum dicit, quòd † populus aliud non eſt, quàm ſinguli homines, debet intelligi de hominibus collectiuè ſumptis, aliter malè loqueretur, cum homines vti ſinguli non faciant vniuerſitatem: Bald. in l. etiam. colum. 3. verſicu. ſed quid dices. C. de exequutio. rei iudi. Idem in caſu noſtro ius decoquendi panes ſine ſolutione fornagij particularibus proprietatis competit: ſecus in nemore publico, quod quantum ad proprietatem eſt publicum, & quoad vtilitatem eſt priuatum, ſiue particulare: Bal. in loco proximè allegato.

Item poteſt reſponderi, quòd ſi in remiſsione dicti fornagij poteſt conſiderari aliqua vtilitas reſpectu vniuerſitatis, eſt per quandam conſequentiam, quæ non attenditur, dicta l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum petatur. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verborum obligationibus. l. 4. in principio. ff. de fideicommiſ. liber. l. ſancimus. §. penul. C. de donatio.

Quid dicendum? Ego ſic diſtinguendum putaui, loquēdo inprimis in terminis
15 generalibus, † quòd quando vniuerſitas aliquid ordinat, vt ſibi principaliter proſit, ex eocp notabilem & conſiderabilem ſuſcipit vtilitatem in vniuerſo: licet damnum aliquod paruum particularibus ſubditis inferat, attamen tale ſtatutum, ſiue decretum veluti ex iuſta cauſa factum valet & tenet, nec illius parui damni priuatorum ratio vlla habetur: ita procedunt, & ſibi locum eo in caſu vendicant iura ſuprà pro prima opinio. adducta: & facit doctr. Bart. in dicta l. quominus. in prima, & vndecima quæſtio. Aut vniuerſitas vtilitatem recipit, ſed ex ſuo decreto certis priuatis graue præiudicium naſcitur, & tunc tale ſtatutum, priuatis opponentibus, debet tanquam iniquum reuocari, & reſcindi, maximè ſi ſit contra libertatem eccleſiaſticam: & hoc caſu locum habeat ſecunda opinio, quia tunc euidens eſt coniectura iniquitatis, quod ad emulationem, & odium tertij factum fuerit huiuſmodi decretum, vt firmat Iaſon in dicta l. quominus. numero 23. & 157. & ibi latè Rippa colum. ſexta. Nam hoc in caſu dicerem, communitatem teneri, reficere æſtimationem damni illati tertio inſonti pro bono publico: ita limitat & declarat Felinus in dicto c. cum omnes. columna prima. verſicul. ſecundò limita. per ea, quæ latè ponit in capit. quæ in eccleſiarum. numer. 28. de conſtitutionibus.

Nec obſtat, quod Alexand. dicit in conſi. 190. numer. 15. verſicu. ad tertium argumentum. quem refert & ſequitur Dec. in dicto cap. quæ in eccleſiarum. columna duodecima. verſic. ſecundò hoc intelligitur, quòd præmiſsa non habent locum in ſtatuto generali, ſed in ſtatuto facto contra certam
16 perſonam. Quia reſpondetur † paria eſſe, quid ſpecialiter fieri contra certam perſonam, vel generaliter, eius tamen effectum contra certas perſonas porrigi: Barto. in dicta l. fina. ff. de appellatio. recipien. Iaſon dicto conſilio 161. numero tertio. cum aliis ſuprà adductis. In caſu autem noſtro dicebam, Decretum, de quo agitur, cum nul-

lum commodum vniuersitati afferat, sed tantum priuatis detrimentum, veluti iniquum, & tanquam in priuatorum odium furnos habentium conditum rescindendum meritò esse, vt Cal. concludit d. suo consi. 21. in fine. & ex huius statuti iniquitate dici etiam potest, statuentes monopolium commisisse, vt scribit Innocen. & post eum Ab. & Dec. in c. significante. de appella. Cepolla in l. item publica. colum. 6. de verbo. sign. quòd autem nullum vniuersitati afferat cōmodum, arguendo à sufficienti partium enumeratione, l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. dicebam, vtilitatem, quæ vniuersitati obuenire posset, duobus tantum casibus considerabilem esse, aut respectu vigesimæ soluendæ nomine vectigalis, seu lesdæ impositæ, aut vigesimæ soluendæ ratione fornagij, quod soluebant decoquentes panes in furnis vniuersitatis. Primo casu nullum emolumentum suscipit cōmunitas, cum huiusmodi lesdam percipere possit, tam à decoquentibus panem ad furnos priuatorum, quā ad furnos ipsius communitatis. Secundo casu respectu vigesimæ percipiendæ ratione fornagij, nullum etiam penitus capit commodum, quia ex decreto nihil soluitur pro fornagio ab ijs, qui accedunt ad furnos vniuersitatis, cum ordinatum sit panem esse gratis decoquendum. Imò dici posset in hoc esse damnosum propter expensas, quas vniuersitas facit in decoquendo pane priuatorum, quibus dici etiam posset, donationem fieri de fornagio vniuersitati debito, quæ non valet. l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. facien. Et sic Senatus censuit decretum prædictum esse rescindendum, vtpote ambitiosum, & iniquum.

SVMMARIVM.

6 *Pœna vbi imponenda venit pecuniaria, & in eius defectum pœna corporalis, an reus relaxandus sit datis fideiussoribus.*

2 *Dubius euentus in omni sui parte considerandus est.*

3 *Crimen, pro quo imponitur pœna pecuniaria, qua non soluta corporalis pœna remanet in obligatione ex dispositione eiusdem legis, vel statuti, & si sit ratione delicti, non autem contumaciæ, dicitur capitale.*

4 *Pœna, quando corporalis est, reus non est relaxandus datis fideiussoribus, sed in carceribus defendendus.*

5 *Lex & statutum vbi requirunt solutionem, non sufficit satisdatio datis fideiussoribus & pignoribus.*

6 *Actus & potentia inter se diuersa sunt, & à possibili ad esse argumentum non deducitur.*

DECISIO XVIII.

Captus pro crimine, cuius pœna pecuniaria est, & in eius defectum corporalis, an relaxari debeat sub fideiussoribus.

Statuto Corgnati posito sub rubrica de pœna furti, decernitur, quòd si aliquis furtum commiserit à libris quinquaginta suprà, bannum amplietur habito respectu ad æstimationem eius rei, quam furtiuè subtraxisset, & si ipsam quantitatem soluere non potuerit infra decem dies post subsequutam condemnationem, pes eidem amputetur. Quæsitum fuit, an captus pro huiusmodi furto debeat fideiussoribus relaxari? Et prima facie dicendum videretur, non esse relaxandum, ex doct. Bart. in l. 1. numero 2. & 3. ff. de custo. reo. vbi ponit quæstionem † quid si venit imponenda pœna pecuniaria, & in eius defectum pœna corporalis, an reus fideiussoribus datis sit relaxandus? & concludit detentum non esse relaxandum fideiussoribus, quia, inquit, fieri potest ipsos fideiussores, necnon principalem ante sententiam effici non soluendo, & sic sententiam illusoriam reddi, cum propter absentiam principalis in eius persona executio fieri non possit, & cum Bartol. sentit lo. de Ana. consi. 1. in princip. & etiam Bal. in l. data opera. colum. 6. versic. item notandum est, quod statuta terrarum. C. qui accus. non pos. dicens in casibus istis reum non esse relaxandum fideiussoribus: & ibi respondet tacitæ obiectioni, quæ fieri posset de l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obliga. † casum scilicet, aduersamq; fortunam liberi hominis expectandam non esse, propterea non debere haberi in consideratione, quod fideiussores efficerentur non soluendo: quia secundum eum licet tristis euentus liberi hominis non sit expectandus, attamen dubius euentus debet in omni sui parte considerari, argumen. l. sufficit. ff. de condic. indeb. ludexq; semper, quod securius est, facere debet: & pro hoc sententia apud me multùm vrget doct. Bar. in l. 2. col. 1. versic. secundò quæro. ff. de pub. iudi. post Dyn. ibi concludentis, † huiusmodi crimen esse capitale, quia pecunia non soluta, corporalis pœna remanet in obligatione, cum eadē lege vel statuto imponatur, & sit pœna delicti, non autem contumaciæ: secus, si officio iudicis imponeretur, vtputa, si iudex suo arbitrio condemnet aliquem in pœna pecuniaria, & in defectum corporalem irroget,

roget, quia tunc capitale crimen non dicetur, ex mente Barto. ibi, quem quoad hoc Bald. sequitur in d.l. data opera. & in l. reos. colu. 3. versicu. item quæritur, quòd si pœna.
4 C. de accusatio. dicens, † quòd quando pœna est corporalis, defensio rei in carceribus fieri debet, & sic relaxationi locus non est datis fideiussoribus, & Bar. ac Bal. refert & sequitur Soci. in c. veniens. colum. 20. versic. quartò quæro. de accusa.

Nec obstat reg. l. fi. C. ad leg. Falcid. vbi paria sunt, Soluere & fideiubere: quia regula illa locum habet, vbi eadem ratio vertitur, aliàs non, vt ibi dicit glo. & Dec. consi. 280. nume. 5. vel locum sibi vendicat, vbi quis satisdationem loco solutionis acceptauit: nam eo casu sibi imputãdum est, Dec. consi. 107. nu. 2. & facit tex. in l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solu. vbi diuersa inter se habentur, Soluere & Satisfacere.

In contrarium verò facit doct. Bar. in d.l. item liberatur. §. qui paratus. num. 3. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solu. quem ibi refert & sequitur Salyce. lo. de Ana. consi. 21. & ibi Ludo. Bolog. Ange. in tracta. de malefic. in verbo, Fama publica. num. 67. quæst. 21. & in verbo, Quas si non soluerit. §. quid autem. num. 9. Fel. in c. ad nostram. nu. 12. de iureiuran. Alexan. in l. si se non obtulit. §. si ex conuentione. in primo notab. ff. de re iudi. Socin. in d. c. veniens. col. 21. versicu. ego arbitror. de accusa. quos sequitur las. in consi. 9. nu. 9. versic. vnde dicit notanter Barto. lib. primo. Barto. ergo loco suprà proximè citato, ponit quæstio. in terminis nostris, & distinguit. Aut statutum loquitur per verba significantia potentiam soluendi, vt si dicatur, Si soluere non potuerit: & tunc reus fideiussorum medio relaxari debet, si fideiussores bona habeant verisimiliter non peritura, puta immobilia: aut statutum loquitur per verba denatantia actum soluendi, videlicet si non soluerit, & tunc fideiussori-
5 bus datis relaxari non debet: quia † vbi lex, aut statutum solutionem requirunt, non sufficit satisdatio datis expromissoribus, vel pignoribus, d.l. item liberatur. §. qui paratus. l. solutam. ff. de solutio. l. solutionis verbum. ff. de verb. signific. cum alijs alleg. per Rol. à Valle. consi. 53. in fi. sed verba statuti Corgnati loquuntur in casu impotentiæ, hoc est, si soluere non potuerit: ergo datis fideiussoribus relaxari debet. Ego tamen hanc Bar. distinctionem primo aspectu verbalem esse arbitrabar, cum idem Bar. in d.l. 1. ff. de custo. reo. videatur etiam loqui per verba, si soluere non potuerit: & quia pariter illusoria reddi posset sententia iudicis condemnatoria in casu, quo statutum per verba potentiæ loqueretur, id est, si soluere non potuerit. Veruntamen accuratiùs intuenti magna differentia est inter Fideiubere & Soluere, vt ibi Bart. concludit. argum.
6 tex. in d. §. qui paratus. diuersa † enim sunt inter se, Actus & Potentia: nam à posse ad esse non datur argumẽtum. Ex qua differentia inter Actum & Potentiam responsio ad contraria resultat, cum illa de actu loquantur, statutum verò Corgnati loquitur in casu potentiæ. Verùm quia huius quæstionis difficultas ab eo pendet, quòd vtroque casu iudicis sententia reddi posset illusoria, si datis fideiussoribus relaxaretur, & contingeret locum esse torturæ pro habenda veritate, propterea Senatus censuit reum esse relaxandum, medio fideiussorum immobilia possidentium, saltem pro concurrenti quantitate, & cum conditione, quod si contingeret ordinari reum esse exhibendum, & se non exhiberet, pro conuicto haberetur tam respectu partis læsæ, quàm fisci. Et ita censuit Senatus in causa Bernardini, Citta detenti, & Clauarij loci Corgnati.

SVMMARIVM.

1 *Testis falsum deponens super homicidio, qua pœna sit puniendus.*
2 *Conatus in enormissimis delictis, an sit puniendus, etsi non sequutus fuerit effectus.*
3 *Legibus omnibus conatum punientibus hodie per consuetudinem est derogatum.*

DECISIO XIX.

Testis de falso accusatus, & conuictus, qua pœna puniri debeat.

TEstis examinatus aduersus quendam de vxoricidio inscriptum deposuit vidisse maritum deijcientem vxorem præcipitem à quodã mœnia no ædificio: maritus autem detentus probauit se tempore casus vxoris alibi fuisse, & stante probatione innocentiæ fuit absolutus, deinde accusatus testis, & conuictus confessus est se falsum di-
1 xisse. Quæsitum fuit † qua pœna puniri debeat? & nonnullis visum fuit, testem prædictum esse reum mortis: l. 1. §. praterea: ff. ad

leg.Cor.de sica,vbi Alex.in addi. ad Bart.& latè Marsil.nume.2.& consi.27. nume.1.& sequen.& consi.70. num.14. ac in sua practica, in §.superest.num.16. dicens post Bal. & alios citatos, falsum testem puniri eadem pœna mortis, qua fuisset punitus inquisitus,si crimen probatum extitisset:pro qua opinione adducunt tex. in c. hæc imago. & in c.satis.versi. in alijs.33.q.5. quem ad hoc expressè citat Felin.in c. sicut.num.2. de testib.reprobata glo.in d.versi. alijs. hanc opinionem sequitur Alex.consi.11.numer 7.vol.7.iunctis per eum allegatis: & in consi.55. volum.7.& huius sentētiæ ratio sumi potest ex eo, quod
2 dicitur † in enormissimis delictis, inter quæ crimen hoc cōnumeratur, puniri conatum, licet non sequatur effectus, maximè, si deuentum sit ad actum facto proximum,quo casu perinde puniri debet, ac si delictum esset consummatū, vt per plura cōcludit Grama voto 9. nu. 9. & seq.pro qua vrgentem tex. adduco Deutero. c.19.in fi. concludentem falso testi debere reddi, sicut proximo suo facere cogitauit, animam pro anima, dentem pro dente,oculum pro oculo,manū pro manu, pedem pro pede, & in l.fin.C.de accusa. in versic.cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij, Bart.quem sequitur Iaf.in l.transigere.num.3.C.de transac. Idem Iaf. in l. & si legibus. in fi. C.si contra ius vel vtil. publicam. & in l. si duo.§.fin. numer. 5. ff. de iureiuran. ac in §.item si quis postulante.nu.64.Institu.de actio.Guid.Papæ q. 44. plura ad hæc allegat Egid. Bos.in titulo de fals. nu.169. Didac. variarum resolut. lib.2.c.9.nu.1.

In contrarium verò adducitur consuetudo generalis totius Italiæ, qua affectus, siue conatus non punitur vera pœna delicti, nisi sequatur effectus, latè Feli. in tracta. de conatu. Marsil.in l.is qui cum telo.C.ad l. Cornel. de sicar. Grama. d. voto 9. & in terminis nostris, quod debeat intelligi, quando propter depositionem huiusmodi testis sub sequuta fuisset condemnatio, & exequutio, tradit Hyppol. in §. præterea. nu. 6. Grama. voto 5. num.2. & huic opinion iconueniunt scripta Ange. & Paul. de Cast. in l.1. §. hæc
3 verba. ff. quod quisq; iuris. qui † dicunt omnibus legibus puniētibus conatū esse derogatum per generalem consuetudinem contrariam, quos refert & sequitur Iacob.à San. Geor. in l. si fugitiui. nu.4. C.de ser.fugi.Hypp.in l.qui falsam.nu.24.ff.ad le.Cornel.de fals. & in d.l.is, qui cum telo.nu.31.& seq.Maran. pluribus ad hoc adductis in suo tracta. de ordi. iudi.in 4. par. distinc. prima, num.54. Barba. consi.23. col.8.volu.2.& hæc consuetudo iure etiam diuino approbari videtur, vt habetur Leui. c. 24. in illis verbis, qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. & Deutero. c. 19. si quis odio habens proximum suum insidiatus fuerit vitæ illius, surgensq; percusserit illum, & mortuus fuerit:ex quibus verbis elicitur ad incurrendam pœnam mortis requiri,quod percusserit, & occiderit. His accedat, quod dicitur hodie, Pœnam talionis non esse in vsu,Salyc.in l.non ideo.nu.3.C.de accusa. & propterea iuribus in contrarium adductis esse per consuetudinem contrariam derogatum. Et hanc opinionem, veluti mitiorem,secutus est Senatus in causa Fisci,& Petri de Ariali à Cossato, quem condemnauit in amputationem manus cum publicatione bonorum,iuxta formam decreti Ducalis.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an non obstante statuto deferente dimidiam dotis ipsius decedentis sine liberis proximioribus, & alteram marito, ac non obstante pacto ipsius maritì restitutionis dotis,prohibeatur liberè testari de dote sua,ita vt proximioribus nulla superstt actio contra maritum.*

2 *Argumentum à pacto ad statutum in iure admittitur.*

3 *Verbum,Succedat, in statuto positum,debet intelligi ex testamento,si instituatur,vel ab intestato,si testamentum non fecerit.*

4 *Statuti intentio declaratur, & demonstratur per verba rubricæ.*

5 *Vna determinatio recipiens plura determinabilia pariformiter ea determinat.*

6 *Mulier non potest de dote testari, quando est ad alium applicata vigore contractus, & interest non reuocari.*

7 *Item vigore legis,vel statuti.*

8 *Statutum disponens in dote data,locum habet & in dote confessata.*

9 *Qualitas à statuto contra ius commune disponente requisita,probari debet.*

10 *Maritus confitendo dotem recepisse ab extraneo videtur contra se probare solutionem,& receptionem.*

DECISIO XX.

Mulier an de dote sua disponere possit vbicunque illius pars, aut ex contractu, aut ex statuti dispositione ad alium peruenire debet.



Statuto Vercellensi sub rubrica de successione mulierum decedentium absque hæredibus † ex
1 eis & viris descendentibus, cauetur, quòd muliere in matrimonio decedente sine liberis, proximiores habere

bere debeant dimidiam dotis datæ, & alia dimidia lucro mariti cedat, de cuius validitate dubitandum non est, vt concludunt Bal. & Paul. de Cast. in l. 1. C. de inoffic. doti. Dec. cons. 19. num. 2. & plures alij cumulati à Parisio cons. 91. num. 14. & seq. volum. 2. Vxor moriens sine liberis, maritũ, qui confessus fuerat à sororijs dotem recepisse, & eueniente casu dotis restituendæ, eam restituere eisdem promiserat, secundum formam statutorum Vercellensium, hæredem instituit, à quo fratres dimidiam sibi restitui petierunt, quam non deberi, attento vxoris testamento, dicit maritus. Nunc quæritur, an iure agant fratres? Et prima facie dicendum videbatur, eos non iure agere, & vxorem potuisse de dote non obstante dispositione statuti & pacti disponere, ac testari, ex text. in l. Seia. ff. de dote prælega. vbi mulier nubens tertium adhibuerat, qui stipulatus erat dotem sibi reddi, si morte mulieris solueretur matrimonium, mulier decedens marito dotes reliquit, quærebatur, an tertius ille maritum conuenire posset ad restitutionem dotium? & Paulus respondet, distinguendo, si mandato vxoris, vt in dubio præsumitur, tertius stipulatus est, posse eum repelli exceptione doli mali, q si donationis causa mortis mulier tertium stipulari permisisset, potuisse mulierem eius fidei committere restitutionem dotium dandarum mariro: ergo valet dispositio vxoris de dote, non obstante stipulatione tertij: sic dicendum in casu nostro videtur, arguendo à pacto ad
2 statutum, † quod argumentum in iure admittitur: glo. in rubri. C. de decret. decur. lib. 10. Idem videtur tenere glo. in l. cum maritus. §. fin. ff. de pact. dota. quam pro hac sententia allegat Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. ff. de dote præleg. secundum literam, quæ affirmatiuè loquitur, expressè dicens, quòd si pacto vel statuto maritus debet lucrari dotem vxore prędecedente, & vxor legauit dotem suam alteri, an hoc posit? & respondet, Posse. Idem etiam sentit Bal. in cons. 49. quęstio ista est de apicibus iuris, volu. 2. vbi dicit,
5 mulierem posse testari de dote, non obstante, quòd pater stipulatus fuerit eam sibi, & filijs reddi, & idem in stipulatione fratrum dotantium de bonis sororis, prout præsumitur, si essent illius administratores, secũdum Bal. cons. 239. vol. 2.

Et pro hac opinione facit decisio Paul. de Cast. in l. si cum dotem. in fi. principij. ff. solu.
3 matrimo. concludens, † quòd ex quo statutum vtebatur verbo, Succedant, debet intelligi ex testamento, si instituatur, vel ab intestato, si testamentum non fecerit. Idem sentit Ang. cons. 81. colum. 2. & duobus consil. sequen. quem refert & sequitur Dec. consil. 386. col. fi. & quòd statutum debeat intelligi de successione, patet ex verbis rubricæ,
4 † ex quibus intentio statuti declaratur & demõstratur, vt expressè Dec. inquit cons. iam citato 386. colum. penult. in fin. post Bald. & Alex. per eum allegatos: idem Alex. cons. 101. num. 4. volum. 3. dicens, ex rubrica etiam habente orationem imperfectam, ad declarationem nigri argumentum colligi posse. Huc pertinent cumulata per Curt. Iun. cons. 5. num. 15. & Dec. in l. 1. num. 9. ff. si cert. per. vbi etiam Ias. nu. 2. Sayssel. remissiuè in rub. ff. de off. c. eius, cui mand. est iurisdict. Alex. cons. 13. nu. 8. volum. 3. & hæc interpretatio sumenda est, cum per eam libera disponendi facultas conseruetur, quam tollere, iniquum videretur, l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de pact. cum similibus adductis per Ang. & Dec. consilijs suprà allegatis: & latissimè in terminis statuti scribit Ias. cons. 127. volum. 1. plura adducens, quæ ad casum nostrum faciunt. Nec obstat, quòd in nigro sint verba, Habere debeant, quia cum verbum, Habeat, sit commune, sicut verbum, Succedat, vt dicit Bart. in l. Centurio. colum. final. ff. de vulg & pup. & propterea sit dubium, per rubricam debet interpretationem, & declarationem recipere, & sic habeant, id est, iure successionis, & dato quod de lucro, quod defertur marito, non posset testari mulier, argumento l. planè. 2. in fi. ff. de lega. primo. & l. sed si sic. in fi. ff. de lega. 3. Alexan. cons. 150. in fin. volum. 2. & cons. 55. vol. primo. & cons. 55. num. 13. vol. 4. quibus adstipulantur, quæ dicuntur de legitima debita iure naturæ, vt de ea tollatur omne grauamen, l. quoniam in prioribus. vbi Ias. C. de inoffic. testam. & de quarta debita vxori, seu marito inopi, secundum dispositionem auth. præterea. C. vnde vir & vxor. tamen non idem censendum est in portione, quæ defertur proximioribus propter diuersitatem rationis, & fauoris, † quo
5 casu locum non habet regula, quòd vna determinatio respiciens plura determinabilia, debeat pariformiter determinare, Alex. in l. iam hoc iure. colum. 3. ff. de vulga. & pupil. quem refert & sequitur Picus in l. Titia cum testamento. colum. 21. ff. de lega. 2. sed ratio, cur marito lucrum defertur, est, vt faciliùs maritos mulieres inueniant, & etiam, quia sustinent onera matrimonij. quæ ratio in proximioribus non militat: ergo diuersum ius, l. fin. ff. de calum. & argumen. à contra-

rio sensu. l. à Titio. ff. de verbo. obliga. cum similibus nota. in glo. in verbo, Reddi: & ita tenuisse videtur Castren. in consil. 82. vol. 1. Dec. d. cons. 386. col. fin.

Contraria tamen opin. visa est de iure verior & receptior: pro qua adducitur text. in d. l. cum maritus. §. fina. ff. de pact. dota. vbi mulier cum eius fratre stipulata fuit dotem fratri reddi, si ea in matrimonio decessisset, mulier decedens quasdam res marito legauit. quæsitum est, an maritus rerum legatarum nomine fratri teneatur? & respondet Scęuola nil proponi, cur non teneatur: per quem text. dixit Bald. in l. pro hæreditarijs.
6 col. 3. & fina. C. de hæred. actio. † quòd mulier non potest de dote testari, quando est ad alium applicata vigore contractus, & interest non reuocari: & sequitur Angelus in l. qui Romæ. §. Flauius. col. penult. ff de verborum obligą. & in cons. 74. col. 4. in fin. Dec. cons. 229. num. 7. Rui. cons. 8. num. 1. volu. 1. & pro hac sententia videtur decisio Paul. de Castro in d. l. si cum dotem. in prin. num. 11. ff. solu. matrimo. Idem Cast. in cons. 82. vol. 1. dicens, se consuluisse super statuto Florentino, & distinguit. Aut statutum vtitur verbo, Habeant, vt in casu nostro, & tunc non possit disponere, adducens plures Doctores Bononienses, Senenses, & Perusinos, se illi consilio subscripsisse: quem refert & sequitur Ias. d. cons. 127. colum. 3. versicu. septimo & vltimo. vol. 1. post Cuma. & Fulgo. per eum allegatos: & post hæc scripta reperi Cagnol. in terminis prædicti statuti concludentem secundum hanc opinionem, in l. fi. nu. 99. & seq. C. de pact. eandem etiam tenuit Alexan. in cons. 55. vol. 1. Vbi stante statuto, quòd mulier decedens sine liberis, & ascendentibus, teneatur relinquere partem dotium fratri, dotem alienare non poterit in præiudicium dicti fratris: & clarius in
7 cons. 150. nu. 1. & in fi. vol. 2. concludens, se illud pro indubitabili habere, † mulierem stante statuto deferente tertiam partem dotis proximioribus, non posse in ipsorum proximiorum præiudicium inter viuos, vel in vltima voluntate dictam tertiam partem alienare, cum eam habeant beneficio legis, vel statuti, quo casu non valet dispositio, argum. c. 1. de succes. feud. in illis verbis, Nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente: cui conuenit text. in l. eum, qui. ff. de interdic. & relega. vbi quæ à ciuitate, à genere, uel à natura nobis debentur, debent incolumia & salua nobis remanere.

Non obstat decisio Alexand. in d. l. 1. ff. de dote præleg. quia est corruptus: debet enim legi negatiuè per d. l. cum maritus, quam allegat: & ita emendatum reperi in Bartolo Domini mei præsidis Balbi.

Non obstant consilia Ange. & Castren. suprà allegata, quia loquuntur in verbo, Succedant, non obstat cons. Dec. 386. loquentis in verbo, Pertineat: quia cum sit verbū commune, declaratur ex rubrica, quæ in casu suo loquebatur tantum de lucro dotis, quod deferebatur marito, sed in casu nostro rubri. expressè loquitur de succes. mulierum decedentiū absq; liberis, & sic indefinitè, & in nigro determinat dotem datā cedere lucro mariti pro dimidia, aliam verò dimidiam habeant proximiores. Minus obstant verba rubricæ nostræ, quia cum nigrū generaliùs loquatur & clarè, non restringitur per rubrū, vt Alex. concludit post Bart. in l. 1. col. 1. ff. si cert. pet. & plenè in cons. 13. nu. 8. vol. 3. Ad alia contraria, videlicet, quòd ex hac opinione tollatur mulieri libera disponendi facultas de rebus suis, respondet Cagnol. loco suprà citato, videlicet posse eam testari de alijs bonis, arg. no. per Ias. in l. stipulo hoc modo concepta. col. 8. vers. secundò ad idem. ff. de verbo. oblig. tu illum videto: & post hæc scripta vidi D. Rol. à Valle in suo tractat. de lucr. dot. quæst. 82. cōcludentem, hanc esse cōmunem opin. & Albam cons. 50. nu. 1. & seq.

Hinc quæstio alia orta est, an prædictum
8 statutum † locū habeat in casu nostro, in quo dos dicitur confessata tantum, & tamen statutum expressè loquitur in dote data? Et videretur prima facie posse dici, statutum hoc locum in dote confessata non habere, cum hæc regulariter sit diuersa ab illa: ergo ex dote data non potest ad dotem confessatam inferri, l. Papinianus exuli. de minor. & præcipuè in statutis, in quibus debet fieri stricta interpretatio, l. si verò. §. de viro. ff. solu. matr. & l. quicquid astringendę. ff. de uerb. oblig. Bart. in l. omnes populi. in fi. in 4. & 6. quæst. princ. ff. de iust. & iur. præsertim quando iuri
9 communi refragantur, † quo casu qualitas à statuto requisita probari debet, & sic quòd dos fuerit data, Dec. cons. 222. numer. 1. & 2. hancq; opin. Bart. amplectitur in l. iubemus. 2. §. sanè. nu. 7. C. de sacros. eccles. & ibi Castr. concludentes, quòd statutum loquens de dote data locum non habeat in dote promissa, siue præsumpta: & huic opin. cōueniunt alia argumenta, de quibus in decis. seq. quæ breuitatis grat a non repeto.

Contrarium tamen in casu isto dicendum videtur ex Bart. in cons. 132. incipien. Statuto ciuitatis Eugubij, vbi statutum loquebatur in casu dotis datæ, siue receptæ, & ta-

men

men etiam locum sibi statutum vendicat in dote per maritum confessata, rationibus per eum allegatis, & potissimùm ea ratione,
10 quia † maritus cõfitendo dotes ab extraneo recepisse, videtur contra se probare solutionem, & receptionem dotis, l. vir ab eo. & l. cum dotem. ff. de iure dot. hocq; maximè locum habet, quando non est facta sub spe futuræ numerationis, vel est exceptioni non numeratę dotis renunciatum, lapsumq; est tempus opponendæ exceptionis, quia tunc per confessionem probatur contra ipsum confitentem naturalis numeratio. ita Bal. notat in l. pecuniæ. C. de solutio. & ibi in additionibus, quem refert, & sequitur Iaſ. in §. fuerat. num. 86. 87. 88. Institu. de actio. Idipsum etiam videtur tenere Corne. cons. 254. in fin. vol. 1. latè Tiraquell. de retract. §. 1. vers. le pris que la chose. num. 82. & seq. & num. 88. & sequenti.

Non obstant, quæ in contrarium adduximus, quia per talem confessionem probatur dotem fuisse datam, & sic qualitas à statuto requisita probata intelligitur. Et ita in vtroque articulo censuit Senatus in causa fratrũ de Masculinis de Carrexana contra Cardanum, quem condemnauit ad restitutionem dimidiæ partis dotium, non obstante testamento vxoris.

SVMMARIVM.

1 *Dos primo viro data de iure communi in dubio censetur repetita secundo.*
2 *Dispositio legis reputatur factum hominis.*
3 *Ratio vbi vnica reddi potest, habetur perinde ac si esset expressa: & tunc de stricta significatione ad latam fit extensio.*
4 *Statutum de dote lucranda etiam locum habet in dote præsumpta.*
5 *Statutum loquens in dote data, habet locum in dote promissa.*
6 *Dotis datio ex longa possessione secundi viri prædiorum insolutum dotis nomine datorum probatur.*
7 *Fundus datus loco quantitatis debitæ pro dote, dotalis est.*
8 *Administratio longa bonorum vxoris cum eius participatione habetur pro traditione.*
9 *Statutum disponens quòd mulier sine liberis decedente, vir lucretur tertiam partem dotis datæ, locum habet in dote promissa tantum.*
10 *Prouisio hominis potentior est prouisione legis, imò eam aliquando cessare facit.*
11 *Statutum loquens de lucranda dote ad hoc, vt sibi locum vendicet, oportet quòd sit verus casus in statuto cõprehensus, & non præsumptus.*
12 *Statutum per quod ius tertij læditur, strictè, præcisè, & propriè est intelligendum, ac restringendum, vt quantominus fieri potest lædat ius commune.*
13 *Extensio in correctorijs ex eadem ratione licita non est.*
14 *Statuta maximè contra ius commune, prout litera iacet sunt intelligenda.*
15 *Statuta, quòd non tollant interpretationem auctoritate legis prouenientem, quomodo intelligantur.*
16 *Opinio media, & distinguens est tenenda, maximè cum per distinctionem tollitur Doctorum repugnantia.*
17 *Maritus qui non sustinet onera matrimonij, non potest dotem lucrari, vel partem dotis vigore pacti vel statuti.*
18 *Lucrum, quod defertur ex statuto, non debetur ex causa onerosa, sed considerata causa proxima, & immediata, quæ est ipsum matrimonium.*
19 *Fundus dotalis dicitur, quoties de dote actio competit vel competitura est.*
20 *Dos restituta improprièdos dicitur, & secundum communem vsum loquendi, non autem proprie nec priuilegia dotis retinet.*
21 *Maritus, si non appareat, fecisse donationem propter nuptias expressè vel tacitè vxori, dimidiam dotis ex statuto non lucratur.*
22 *Mulier transiens ad secunda vota non petito tutore, nec reddita ratione liberis primi matrimonij, non potest dare secundo viro vltra tertiam partem bonorum suorum.*

DECISIO XXI.

Statutum loquens in dote data, an habeat locum in dote promissa tantum.

DOmina Angela à Buronțio susceptis ex primo matrimonio liberis, nulla data vel promissa dote nupsit nobili Andreę Astensi, qui bona à filijs, & hęredibus primi viri pro restitutione dotium eiusdem dominæ Angelæ ante secundas nuptias tradita longo tempore possedit, eorumq; fructus vxore sciente, & patiente percepit. Ea defuncta sine liberis ex secundo matrimonio dimidiam dotium primo viro constitutarum sibi adiudicari petijt vigore statuti Vercellensis disponentis, secundum virum vxore decedente sine liberis ex eo matrimonio lucrari debere dimidiam dotis datæ, quæsitum fuit, an iure petat? Et prima fronte dicendum videbatur, locum esse statuto, proinde secundo viro dimidiam dictarum dotium
1 deberi, cum † iure communi in dubio dos data primo viro censeatur data secundo, l. dotem, quæ. & l. diuus. ff. de iure dot. & l. penult. §. vxor. ff. solu. matrimon. cum similibus, ea ratione, vt notat Iureconsultus in d. l. diuus. quia præsumitur mulierem secundo nubentem nolle ad secundum virum indotatam accedere: hinc fit, vt cum par virtus sit taciti & expressi, l. item quia, in prin. ff. de
2 pact. & l. cum quid. ff. si cert. petat. † legisq; dispositio reputetur factum hominis, l. si pecuniam. §. primo, vers. planè. ff. de cond. cau. dat.

dat.authen.hoc amplius, ibi, lege non repręsentandum. C. de fideicommiss. Castrens. in casu statuti de lucranda dote, cons. 61. col. 2. in 2. part. secundum impressionem Papien. vt statutum quod in expressa dotis constitutione locum habet: ergo itidem in tacita siue præsumpta sibi vendicet.

Secundò, quia statutum istud fauorabile censetur, tanquam viduarum fauore inductum, vt facilius maritos inueniant, Ias. in l. si donaturus. §. 1. in fin. ff. de cond. ca. da. Deci. cons. 19. nu. 5. in fin. & cons. 353. nu. 3. Parisien.
3 cons. 91. nu. 15. vol. 3. † quæ ratio veluti vnica militat etiam in dote præsumpta: ergo pariter idem ius locum habere debet, vt in terminis statuti lucrādæ dotis, tenet Ang. cons. 180. col. 2. & ad eum casum extendi debet Ias. in rub. ff. solu. matrim. nu. 13. post gl. Bal. Imo. Castren. Alex. & alios per eum relatos, concludentes, quòd vbi vnica potest reddi ratio, habetur tanquam esset expressa: & tunc fit extensio de stricta significatione ad latam: sequitur latè Rippa, in l. si constante, nu. 64. 65. ff. solu. matrim.

Tertiò, pro hac opinione videtur doctrina Bart. communiter approbata in 7. quæstione, incipien. Mulier habens amplum patrimonium, in solutione contrariorum, in
4 princ. † vbi concludit, in casu quæstionis propositæ, in qua agebat maritus ad repetitionem certæ partis dotis vigore statuti disponentis de dote lucranda, quòd habeat locum in dote præsumpta: quòd etiam expressè tenuit Bal. in l. cum citra. C. de iure doti. & Paul. de Castro in l. si mulier diuerterit. nu. 5. ff. solu. matrim. & in d. cons. 61. in 2. dubio, vbi dicit stante statuto, quòd si mulier nupserit nulla dote constituta, censeatur dedisse in dotem omnia bona sua, non habet locum, si mulier secundo nubat, nulla facta dotis constitutione, quia non potest dici, nullam dotem constituisse, ex quo legis interpretatione præsumitur constituisse secundo viro eam dotem, quam primo constituerat. Huic opinioni deseruit consilium Bart. 132. quod refert & sequitur Ruf. cons. 223. nu. 7.
5 vol. 1. † vbi statutum loquens in dote data locum sibi vendicat in dote promissa, sequitur Salyc. in l. si constante. num. 4. C. de dona. ante nup. Ang. d. cons. 180. quem etiam sequitur Guid. Pap. quæst. 565. nu. 3. per reg. l. fi. C. ad l. Falcid. vbi dicitur paria esse, Promittere & Dare, Calcha. cons. 31. nu. 17. & 29. & pro hac opinione consuluit Cuma. cons. 109. Ab. cons. 47. vers. venio ad secundum. quos refert & sequitur Curt. Iun. cons. 4. nu. 17. Soci. cons. 80. nu. 27. vol. 4. Paris. cons. 34. num. 1. vol. 3. Ruf. cons. 224. num. 5. vol. 7. & cons. 151. vol. 5. & cons. 61. vol. 3. cons. 132. vol. 2. Afflict. de nat. succes. feu. nu. 79. Tiraq. de retract. conuen. in verbo, Finis. nu. 32. & pluri. sequent. & in l. si vnquam. in verbo, Donatione largitus. nu. 170. C. de reuoc. dona. & de legi. connub. in verbo, Contreter. in gl. 3. num. 55. & seq. latissimè Gabriel Sara. quem post hæc vidi in suis annotatio. ad sing. Mathes. 73. concludens hanc esse communem opinionem in dote promissa.

6 Quartò, in casu nostro probatur † dotis datio ex secunda viri longa possessione prædiorū immobilium dotis nomine datorum ipsi Dom. Angelæ à filijs primi matrimonij sciente & patiente ipsa domina Angela, quæ possessio facta præsumitur ex præcedenti titulo præsumptæ dationis dotis, argu. nota. per glos. in l. quædam mulier. ff. de rei vendi. Bart. in l. cum solus. in fi. ff. de vsuca. & in terminis nostris Ruf. d. consil. 151. nu. 10. vol. 5. & hoc fundamentum visum fuit mihi multùm vrgere: pro quo facit text. in l. quod si
7 fuerit factum. ff. de iure doti. vbi † fundus datus loco quantitatis debitæ pro dote dotalis est, Afflict. in titu. si de feu. fuerit cont. inter do. & agna. §. si vasallus. l. vlti. nu. 50. quod locum habet etiamsi talis datio insolutum fiat soluto matrim. Alex. cons. 21. nu 5. vol. 6. Soci. latè in rub. ff. solu. matri. col. 3. vbi dicit, dotem recuperatam largo modo dici dotem: Paul. de Cast. & Sayss. ibi col. 3. post Alexan. cons. 55. col. fin. vol. 1. & cons. 101. nu. 2. vol. 3. Ias. in l. 1. col. penult. C. Vnde vir & vxor. his accedit quod idem scribit Ias. in l. maritus. nu.
8 12. C. de procura. † quòd longa administratio bonorū vxoris, cum eius scientia, & patientia habetur pro traditione, quibus famulantur nota. per Tiraq. de leg. connub. in verbo, Expers. nu. 39. & seq.

Contrariam verò sentētiam videtur tenuisse Bar. in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosc. eccl.
9 quærens, an statutum † disponens, q mulier decedentè in matrimonio sine liberis, vir lucretur tertiam partem dotis datæ, locū habeat in dote promissa tantūr & cōcludit non habere, ex tex. in §. fi. in auth. de non elig. secundo nuben. quem sequitur ib. Cast. si tamē vxori promittenti nulla mora imputari possit, & in l. si mariti. §. 1. ff. solu. mat. & in l. fi. C. ad le. Falc. Aret. in rub. ff. sol. mat. col. pen. Idem tenet Bal. in l. fi. col. 2. ver. ego consului. C. de don. promis. hancq; dicunt cōmunem opin. Alex. in l. si donaturus. col. fi. & ibi Ias. nu. 14. Cur. in addi. ad Alex. ff. de cond. ob cau. Mathes. sing. 73. Ang. cons. 180. in prin. & cons. 158. quem refert & sequitur Soc. in l. de diuisione.

sione.col.2.ff.solu.matri.laſ.in rub.ff.eod.tit. nu.24.& Rui.ibi.nu.98.& 102.& in con.197. nu.5.& 6.dicens, Bart.in d.conſ.132.communiter reprobari, & conſ.225. nu.1.& 2.vol.1. ac conſ. 56.nu.2. vol.5. latè Tiraquel. de retractu conuent.à nu. 41. vſque ad num.60. Cagno.in l.2.nu.20.C.de pact.inter empt.& vend.licet ipſe in caſu ſuo teneat cõtrarium: quia probatur dos recepta. Si ergo ſtatutum loquens in dote data locum non obtinet in dote promiſſa, multò minus locum obtinere
10 deberet in dote præſumpta: † quia prouiſio hominis eſt potentior prouiſione legis, imò aliquando eam ceſſare facit, præcipuè vbi legis prouiſio erat de iure ſpeciali, vt nota.in l.fin.& ibi gl.in verbo, Contenta. C. de pac. conuentis. Sed in caſu noſtro ſtatutum loquitur de dote data: ergo locum habere non poteſt in dote præſumptiuè conſtituta. quibus adſtipulatur, quod ſcribit Alex.in l.licet Imperator.ff.de leg.1. vbi ſtatutum loquens de probatione euidenti, legitima, ſiue vera, non verificatur in præſumpta, ſequitur Dec. conſ.18.num.4.

Secundò, hanc opinionem iuuare videtur doctrina Bal. in l.1. in 4. oppoſiti. C. de
11 cond. ob cau. † vbi expreſsè dicit, ad hoc vt ſtatutum loquens de lucranda dote locum ſibi vendicet, oportere verum caſum in ſtatuto cõprehenſum eſſe, & non præſumptũ, & Bal.refert & ſequitur laſ.conſ. 50. in fine. vol.1.Ioan.Campe.in tractat. de dote, in vlt. part.quæſt.9. Pariſ.conſ.62.nu.27.vol.4. Faciunt quæ ſcribit Bal. in l.falſus tutor.§.1.ff. quòd fal.tut.autho.& Ang.in auth.de nupt. §.aſcriptitio. q̃ ſtatutũ de matrimonio intelligitur de vero, non autem de putatiuo.

Tertiò, huic ſententiæ deſeruire videtur, quia huiuſmodi ſtatutum eſt contra ius commune, & exorbitans tribus rationibus: prima, quia contra l. hac edictali. C. de ſecund. nup.ſecunda. quia ex eo tollitur mulieri libera facultas diſponendi de rebus ſuis. contra l. in re mandata. C.manda.& §. diſponat. in auth.de nup. hanc tamen non firmo propter ea, quę ſcribit Alex.conſ.101.nu.15.& 16. vol.3. tertia ratio, quia priuantur ſuccedentes ab inteſtato ipſi mulieri, l.1.C. vnde vir & vxor. Alex. conſ.122. num.9. vol.7. Curt. conſ.79.col.6.Pariſ.d.conſ.34.num.4. vol.3.
12 † quo caſu ſtrictè, præcisè, & propriè eſt intelligendum ac reſtringendum, vt quantum fieri poteſt minus lædat ius commune, Ang. conſ. 158. num. 2. Et hæc ſuſtinentur ex his, quæ decidit Roman. conſ. 199. col. 2. verſ. nunc conſiderata conſtitutione, quem refert & ſequitur Grat, reſponſo 46.nu.6. & 7. lib. 1.cõcludentes, ſat eſſe, ſi ſtatutum, quod duo operari contra ius commune poteſt, in altero ſortiatur effectum, vt minùs lædat ius cõmune: pro quibus eſt text. in l. quod verò contra. & l.ſeq ff.de legi. vbi recepta contra rationem iuris non ſunt producenda ad cõ-
13 ſequentiam, & concordat reg. † quòd in correctorijs ex eadem ratione non eſt licita extenſio, l.præcipimus.C. de appella.l. ſi verò. §. de viro. ff.ſolu.matrim.latè Rippa in d.l. ſi conſtante.nu.57.& 58.ff.ſolu.matrimo. poſt Alexan.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu. Abb.conſ.55.col.penult. vol. 2. & hæc robur aſſumunt ex communi concluſione, de qua per Bartol. & alios in l.3.§. hæc verba. ff. de nego. geſt. quod ſtatutum loquens in caſu vero non habet locum in caſu præſumpto, ſeu ficto: Dec.in c. at ſi Clerici.colum.6.de iudic. Barto.in l.1. ff. de fonte. pulchrè Alex. in l.1.§.1.colum.1. ff.ad le. Falc. Salyc. in l. ſiue poſsidetis. num.12. C. de probat.

Quartò, hanc opinionem, quòd non habeat locum in dote præſumpta, tenuerunt Alexan. conſ.122. num.8. & 9. vol. 7. Curt. Sen.d.conſ.79. incipien. Domina Franciſca, in tribus vltimis colum. laſ. conſ. 50. vol. 1. & in §. fuerat.nume. 127. Inſtitu. de actio. in authen. præterea. num. 25. C. vnde vir & vxor. vbi dubitatiuè loquitur, quem refert & ſequitur Baptiſta de Caſtil. in additio.ad Mathes. ſingula.74. Cornel. conſ. 254. col. 3. & fina. volu. 1. vbi allegat Salyc. ita etiam conſuluiſſe. & Brun. de ſtatuto fœm. excluden.à ſucceſſ.in 6. articulo.quæſt.27. colum. 6. verſicu.& pro hac ſententia. & in eodem articu.quæſt.7. colum.3. verſicu. nam ſecùs. Rui. conſ. 223. nu. 5. & ſeq. vol. primo. concludens, ſtatutum contra ius commune non habere locum in caſu ficto, ſeu præſumpto.

Quintò, quia ſecundum communem opi-
14 nionem, † ſtatuta maximè contra ius commune ſunt intelligenda prout litera iacet, Brun. loco proximè allegato, colum. 2. in fi. poſt Dyn. in l.1. ff. derbo. ſignific. & Signorol. in repetit. l. Cæſar. ff. de public. Idem Brun.de ſtatu.fœm.exclud. in 9.artic.quæſt. prima. colum.1.& 3. quo caſu non habet locum in dote præſumpta, vt concludit laſ. d. conſ. 50. & facit text. in l.1.§. ſed ſi ſciente. & ibi glo.& Bald. ff. de exerci. vbi dicit, in dubijs eſſe ſeruiendum verbis legis, vel ſtatuti, Pariſ. conſ. 159. num.15.vol.4. Dec. conſ. 37. num.5.Roma.conſ.44.in fin.latè Tiraq.in l. ſi vnquam.in verbo, Libertis. nu.4.C.de reuoc. dona. Felin. remiſsiuè in c. ex parte.el primo. nu.9. de Reſcript.

Nec

Nec obstat doctr. Bart. in d.l. omnes populi.colum. penult. versic. vltimò quæritur. ff.de iust. & iur. Iaſ. in l. quamuis. nu. 2. ff. de in ius vocan. Hypp.in l.sed sciendum.nu.15.
15 ff. ad leg. Pomp. de parricid. † quòd huiusmodi statuta non tollunt interpretationem prouenientem auctoritate legis, quia debet intelligi de interpretatione literali & naturali, non de extrinseca: ita intelligit Barto. Paul. de Caſt. in l.1. col. fina.numer.18. & ibi Alex.colum.3.versic. item inducitur.ff.si certum petat. Tiraq.loco proximè citato, Alex. conſ.80.num.9.vol. primo. latè Cep. in rub. ff.de verborum significc.nu.139. Aretin.conſ. 144. Item debet intelligi, quando ius commune procedit secundum veritatem,non secundum fictionem: Dec. in d.c. at si Clerici. col.6. circa fin.post Abb.in c. insinuatum. de simonia.

Quid concludendum? dicebam ego has opin.fœdere distinctionis conciliandas esse, videlicet, primam opin.locum habere,quando statutũ simpliciter loqueretur de lucranda dote, & non vteretur his verbis, dotem datam, vel aliam qualitatem non adijceret, & ita loquuntur Bart.Bal. & alij suprà allegati,ac Ang.conſ.76.

Secundam verò opinionem locum habere,quando in statuto esset expressum de dote data, vel addita esset aliqua alia qualitas, ita distinguit Iaſ. in rub.ff.solu.matrim.num. 23.& 24. post Ang.Paul. de Caſt. & Alexan. in d.l.si donaturus.ff. de cond. ob cauſ. Brut. de constitu.decre.& consuetu.in verbo,Lucrum.col.5.in fi.& Rui.d. conſ.223.numer.6. volum.1. Socin. in d.l.de diuisione. colum.2. ff.solu.matrim. Campe. in vltima part. quæ-
16 stio.14. † & hæc opinio veluti media,& distinguens est tenenda,secundum gloſ. fin.in fi.in c.scientes.de censib. quòd maximè procedit,quando per distinctionẽ tollitur Doctorum repugnantia, argum.nota.per Bart. in l.fin.§. idem quæsijt.nu.4.ff. de cond.inde. & facit gl.in l. qua ratione.§. nihil autem interest.in verbo,Libera.ff.de acquir.rer.dom. Pariſ.conſ.110.nu.33.vol.3.Lanfran.in repet. Clem.sæpe.col.12. de verbo. significat. Dec. expresè conſ.195.colum.2. in fin. post Alex. conſ.141.col.4.vol.2.

Nec obstat doctr.Paul.de Caſt.in l.si mulier diuerterit.ff.solu.matrim.quia tale statutum,de quo ibi est conforme iuri communi, ideo nimirum si extenditur ad casum fictum seu præsumptum: ita respondet Rui.d.conſ. 223.num. 6.& 7. & conſ.224. num.3. ac conſ. 225. volum. primo. & ad hoc facit regula, l. nam vt ait, ff. de legib. & in apostillis, ad Abb. in capit. cæterùm, in litera C. de iudicijs.

Non obstat, quòd vnica sit ratio statuti, videlicet, vt mulieres faciliùs inueniant maritos, quia in contrarium est magis communis opinio, videlicet, quòd sint duæ rationes, altera proximè dicta, altera verò propter onera matrimonij fauore maritorum: glo.penult.in d.l.si donaturus. quam ad hoc notat Rui.d.conſ.151.num.8.volum.5. Alex. conſ.122.num.10. vol. 7. Angel. d. conſ. 180. colum.2. Aret.in §. fuerat. col.21.in princip. Inſtitut.de actio. Io.Campe.de dote, in vltima parte,quæstio.13. colum.2.& fin. Iaſ.conſ. 135.col.penult.& fina.vol. primo, Dec. conſ. 67.col.penult.& fin. & conſ.402. numer.7. Tiraq.in l. si vnquam. in verbo, Donatione largitus.num. 216. & pluribus seq. Et ex hac
17 ratione inferunt Doct.prædicti, † quòd maritus, qui non sustinet onera matrimonij, non potest lucrari dotem, partemúe dotis, vigore pacti, vel statuti, Salyc. in l. cum te. nu.5.C.de dona.ante nup. Aret.in l.si ab hostibus. §. si vir. colum. 2. versic. secundo. per istam gloſ.ff. solut.matrimo. Iaſ. in l.non tantum. C. de legat. Rube. consil. 19. Iaſ. in authen. præterea.num.21.C. vnde vir & vxor. & alij relati per Tiraq. in loco proxmè allegato. num.231. & 235. licet Caſtr. in d.l. si donaturus.§.1.num.4.in fin.dicat istam causam onerum esse impulsiuam, non autem finalem,sed priori opinioni accedit Dec. in authen.præterea.num.18. C. vnde vir & vxor.
18 † dicens lucrum dotis, quod defertur ex statuto, deberi ex causa onerosa, cum quo conueniunt Iaſ. Inſtitut. de actio. §. item si quis in fraudem. nu.30. & seq. & plures allegati per Tiraque. in repe. l. si vnquam.in verbo, Donatione largitus. nu. 22. & pluribus seq. quibus addo præfatum Gabr.Sara. in annota. ad sing. Matheſi. 73. quorũ opinio comprobatur ex l. fin. §. si quis à socero. vbi Bolog. in annota. ff. quæ in fraud. cred. & hæc crebrior est sententia, licet in hoc vltimo tenuerint contrarium, Dec. & alij cumulati à Tiraq. loco proximè citato.num.232. & quatuor sequent.

Non obstat reg.l.fin.C.ad leg. Falcid.quia respondeo, regulam illam procedere, data paritate rationis: ita notant Doctores post gl. ibi, estq; brocardica ex adductis per Tiraq. de retract. in fin.Operis.num.41.& 56.

Non obstat longa possessio mariti, & perceptio fructuum, quia respondeo, vt per Bart. in prædicta quæstio. versic. circa tertium, vsq; in finem: quem refert & sequitur Roma, consil. 314. Areti. in §. fuerat. colum.

mihi

mihi 16. versic. vnum aliud debes notare. Institu. de actio. Io. Campe. de dote, in prima par. quæstio. 39. Alex. d. consi. 144. numer. 2. volum. 5. & d. consi. 122. numer. 8. volum. 7. Bald. Nouel. de dote, in sexta parte. 14. priuilegio, quorum responsio satis accommodari potest casui nostro, in quo dos data primo viro fuit restituta vxori in tot prædijs traditis ab hæredibus, & filijs primi viri, antequam transiret ad secunda vota: ex qua traditione acquisiuit dominium dictorum bonorum, quæ effecta fuerũt patrimonium ipsius mulieris, argumen. l. fina. C. commu. vtriusq. iudi. & l. fundus dotalis. ff. de fundo
19 dota. † vbi fundus dotalis dicitur, quoties de dote actio competit, vel cõpetitura est. Sed de dote actio non competit dote recuperata: ergo res dotalis dici non potest, quæ pro solutione dotis data est.

Non obstant adducta per Paul. de Cast. Alexan. Soci. & Sayf. in d. rubr. ff. solu. ma-
20 trimo. quia ipsi omnes fatentur, † dotem restitutam, soluto matrimonio, dotem impropriè dici, & secundum cõem vsum loquendi, non autem propriè, nec retinere priuilegia dotis, vt dicit ibi Sayf. & in statutis maximè contra ius commune verba strictè & propriè debent intelligi, vt suprà diximus, & suprascriptam distinctionem veluti crebriorem, comprobauit Senatus. Verùm quia in casu proposito probauit maritus se à die matrimonij contracti, sciente & patiente Angela vxore, possedisse bona, vxori pro restitutione dotium tradita, quibus attentis, dicitur probata datio, siue traditio dotis, vt in simili facti specie sentit Soci. Iun. consi. 8. nume. 38. volum. 2. post Bal. Iaf. & Iaco. de S. Georg. per eum citatos: ideo censuit Sena-
21 tus locum esse statuto. Dictum † tamen fuit, locum non esse huiusmodi lucro, si maritus donationem propter nuptias expressè, vel tacitè ipsi vxori non fecisset: Ab. in d. consi. 46. pro qua opinione adducebam tex. in d. §. fina. in authen. de non elig. secun. nuben. & ibi Barto. vbi mulier, quæ non dedit dotem promissam, non potest lucrari dimidiam partem donationis propter nuptias factæ à marito, etiam quòd fecerint pactum de lucranda parte dotis & donationis, propter nuptias: quod etiam sentit Iser. in titu. de natura succes. feud. colum. 6. versi. item in feudatus dicitur. Iaf. post Ange. in §. fuerat. nu. 126. Institu. de actio. quem refert & sequitur Neuiz. in sua sylua nup. in verbo, Diuiti nõ est nubendum. versi. caueant secundò mariti. nu. 74. cum alijs allegatis per Rol. à Valle, consil. 10. numer. 1. & 2. Sic ergo maritus, qui nullam fecit donationem propter nuptias, nec expressè, nec tacitè, non debet lucrari partem dotis etiam promissæ, vel datæ, alioquin esset inæqualitas inter ipsos coniuges, contra dictum §. fina. ibi, æqualitatis enim & iustitiæ sumus amatores. Socin. in d. l. si de diuisione. colum. 2. num. 6. ff. solu. matrimo.
22 vel † mulier transiuerit ad secunda vota, non petito tutore, nec reddita ratione liberis primi matrimonij: tunc enim non potuit dare secundo viro vltra tertiam partem bonorum suorum. ita limitat Stepha. Bertran. in l. hac edictali. nume. 18. & Io. de Garron. in rub. C. de secun. nup. nu. 83.

Hinc suborta est alia quæstio, præsuppositio, quòd huiusmodi statutum locum habeat in dote præsumpta, quæritur, quanta præsumenda sit talis dos, ad effectum, vt maritus lucretur dimidiam? & videretur dicendum, præsumi, totam dotem fuisse secundo marito constitutam, d. l. dotem quæ, cum similibus. ff. de iur. dor. Ruin. d. consi. 151. in prin. volum. 5. magis tamen communis opinio videtur in contrarium, secundum Bar. in d. quæst. 7. numer. 15. versicu. aut ex primo matrimonio. vbi expressè dicit, distinguendo pro solutione contrariorum: quod quando ex primo matrimonio extant liberi, tunc dos in sequens matrimonium repetita non videtur simpliciter, sed ita demum, vt vir non lucretur vltrà, quàm haberet vnus ex filijs primi matrimonij, vt C. de secund. nup. l. hac edictali. & Bar. sequitur Io. Campe. quæst. 39. in prima par. Alex. d. consi. 144. nu. 3. vol. 5. & d. consi. 122. nu. 9. vol. 7. Aret. in d. §. fuerat. colum. 16. Instit. de act. quos refert & sequitur Io. de Garro. in rub. de secun. nup. post Bal. in consi. per eum allegato: eandem opinionem tenet Curt. Senio. consi. 79. col. 3. Socin. consil. 35. colum. 1. nu. 4. vol. 4.

Nec obstat, quod mulier nubens, & dans dotem videatur se conformare cum dispositione statuti, vt in pluribus locis concludit Bertra. in dicta l. hac edictali. num. 20. & 21. cui conferunt quæ scribit Dec. consi. 195. numer. 1. quia illud locum habet, quando verè mulier dat dotem, sed Barto. in dicta quæst. & alij suprà allegati loquuntur in dote præsumpta, & in terminis statuti de lucranda dote concludunt, quòd in tali casu dos data primo viro non censeatur simpliciter repetita secundo, quoad effectum lucri resultantis ex forma statuti, in quam sententiam descendit Senatus, in articulo proposito.

SVMMARIVM.

1 Comitatus Regno adiectus principaliter non accessoriè, non ligatur decretis ipsius regni.
2 Statuta cum videntur iuri communi contraria, non debent extendi de vna persona ad aliam.
3 Stylus respiciens litis decisionem, plenè probari debet.
4 Stylum derogatorium iuri communi iudices inducere non possunt, & nu. 11.
5 Probationum facultas non est angustanda.
6 Stylus iudiciorum obseruari debet, & sententia contra stylum lata est nulla.
7 Stylus longæuus causarum potest pro iure allegari, siue tendat ad litem ordinandam, siue decidendam.
8 Litium abbreuiandarum ratio publicam respicit vtilitatem.
9 Statutum loquens in potestate locum habet in capitaneo, si capitaneus eandem habeat iurisdictionem circa idem.
10 Extensio in decretis distinguentibus, seu limitantibus ius commune, licitè fieri potest.
11 Consuetudo fori potest in causarum cognitione abbreuiare dilationes, & est seruanda.
12 Dilationes sunt arbitrariæ, & possunt restringi, præcipuè quando conceduntur à lege sine præfinitione certi termini.
13 Statutum, quod permittit dici de nullitate, sed vult, quòd dicatur intra decem dies, tunc non potest dici de nullitate pòst, etiamsi nullitas sit euidens, & statutum potest tollere appellationem præfigendo certum tempus ad appellandum.
14 Stylus potest tollere solemnitatem citationis, ita quòd dictum testis examinati parte non citata valeat.
15 Stylus curiæ Romanæ potest in alijs causis allegari, in quibus non extet huiusmodi stylus, si fuerit à Pontifice per modum declarationis, seu constitutionis confirmatus.
16 Iudex potest supplere in his, quæ consuetudine versantur in foro.
17 Iudex potest ex officio de inhabilitate testiũ se informare, quando inhabilitas causaretur odio ipsorum testium, puta si essent infames, hæretici, vel Iudæi.
18 Lex habens plures intellectus, non meretur ad decisionem causarum allegari.

DECISIO XXII.

Capitula vnius partis, an admittenda sint post terminum alteri parti statutum ad publicandos testes, & an decreta Ducalia ligent causas Comitatus Astensis, & plura de stylo, & communi obseruantia.

QVoniam ex actis causæ vertentis inter dominos Ludouicum Scarãpum Comitem Canellarum Patruum, & Franciscam Mariam eius neptem ex fratre, prætextu successionis in dicto Comitatu, in portione quondam Comitis Ludouici Bonifacij fratris vtrinque coniuncti dictæ dominæ Franciscæ Mariæ, nonnulli oriuntur articuli, super quibus interloqui requiritur, & alij, in quibus diffinitiuè pronunciari petitur, cum interloquutoria debeat præcedere diffinitiuam.

Primò quærendum est, an capitula domini Ludouici concernentia materiam cõtrariam respectu possessorij dominæ Franciscæ Mariæ agentis interdicto reintegrandæ, & quatenus opus sit adipiscendæ, sint admittenda? Et inspecta dispositione iuris communis res esset sine dubio, cum non sint didiscita dicta testium D. Franciscæ Mariæ. §. quia verò. versicu. illud tamen, in auth. de testib. c. fraternitatis. & ibi communiter Doctores. de testib. sed difficultatem ingerunt in casu nostro decreta, tam Ducalia, quàm Comitatus Astensis d. sponentia, partem, contra quam ab aduersario producuntur testes publicandi, teneri deducere materiam contrariam in termino publicationis partis, aliàs intellígatur præcluſa via tradendi dictam materiam contrariam. Item stylus dominorum Iudicum vltimarum appellationum, qui decreta ipsa semper obseruarũt. Et prima facie videbatur dici posse, non obstare dicta decreta. Nam quoad decretum Ducale, dicitur illud non ligare causas Comitatus Asten. Ex his, quæ notat Barto. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignor. actio. Ange. consi. 247. Roma. consi. 218. Panor. in c. quia monasterium. colu. 2. versic. & facit iste tex. de religio. domi. Fel. in c. 3. num. 8. de constitu. Rippa lib. 1. responsorum. c. 21.

1 Brun. consi. 54. nu. 6. † concludentes Comitatum adiectum Regno non accessoriè, sed principaliter, nõ ligari decretis Regni: quod maximè procedit in casu nostro, cum huiusmodi decretum respiciat probationes, quæ tendunt ad litis decisionem, quo casu non debet attendi dictum decretum, sed probationes debent fieri secundum ius commune, quod coram iudicibus obseruatur: ita videtur concludere Paris. consi. 83. num. 11. vol. 1. post Bar. Bal. & alios per eum allegatos. Idẽ dicitur de decreto Astensi, cum illud non respiciat tribunal præfatorum dominorum iudicum, sed tantum Vicarij gubernij, & Prætoris, vt ex eius titulo legitur, † & cum

2 videantur contraria iuri communi, extendi non debent de vna persona ad aliam, l. quod verò contrà. ff. de legi. l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimo. faciunt nota. per Barto. in l. omnes populi, in materia interpretationis extensiuę. ff. de iusti. & iure. Socin. consi. 39. colum. 2. numer. 6. volum. 4. Secundò, quia decretũ loquitur indistinctè de termino publicationis; & sic respectu vtriusq; partis. Sed in casu

in casu nostro non sunt publicati, nisi quoad capitulantem: & ideo cum non conueniant verba decreti, nec eius dispositio conueniri debet, vulgata l.4.§.toties. ff. de dam. infec.cum simili.

3 Nec etiam obstare videtur † stylus dominorum iudicum, cum de eo legitimè non constet, vt requirebatur, Alex.consi.1.num. 15.volum.6. tum quia, vt prædictum est, respiciat litis decisionem, quo casu plenè debet probari, Bar.in repet.l.de quibus. nume. 22. ff. de legi.quem refert & sequitur Socin. consi.36.numer.11.volum.4.Dec. consi.402.

4 num.12.Item † quia non potuerunt inducere stylum derogatorium iuris communis, vt expressè sentit Alex. consi.36. colum. fi. nu. 10.vol.2.post Pet.Cyn.& Ant.But. per eum allegatos,quem sequitur Dec.consi.11. num. eo.& consi.67.in fi.latè Boer.consi. 8. nu. 18. & 19. & dicit Fel. in c. ex parte. el 1.colum.7. nu.18.de Rescrip.quod non est stringens argumentum dicere, sic debet obseruari, quia curia sic obseruat, nisi per modum declarationis, vel constitutionis à superiore confirmetur,quem refert Boer. in tract. de auctor. mag.consilij.nume.170.& in d.consi.8.num. 13. Andr. Pom. in addi. ad Bar. in repet. l. de quibus.nume.10. ff. de legi. & in casu nostro videtur tex. in terminis, in c. series. de testi. quem Abba. ita summat: Potest reus producere testes ad probandum contrarium eius, quod actor probauit, si publicatio testium non est facta, consuetudine contraria

5 non obstante. Accedat,† quia probationum facultas non est angustanda, l. quoniam. C. de hæret. cum respiciat publicam vtilitatem, gl. in auth. vt sine prohibi. matres.in verbo, Senatusconsulto. quã refert & sequitur Dec. in c.2.col.5.de prob.

Istis tamen non obstantibus, dicebam videri in casu nostro opinionem contrariam veriorem, per textum in l. fina. C. de iniur.

6 † vbi mos, seu stylus iudiciorum debet obseruari,& sententia aliter lata est nulla, l.prolatam. C. de senten. & interloc. om. iudi. Fel. in c. causam, quæ.el 2. in fi. de testib. c. quam graui. de crimi.falsi. Institu. de satisda.§. fina. Bar. in l. de quibus.nu. 10.ff.de legib.Bal.in l. fi. C. quæ sit lon. consue.vbi expressè dicit, talem obseruantiam haberi pro forma, & ab ea non esse recedendum, imò nec à iudice remitti posse, dicit idem Bald. in auth. iubemus.in fin.& ibi And. Barba.C.de iudi.Bal. in tit. de milite vas. qui contu. est. nu.8.Gui. Pap.quæst. 262.& 292. Dec. consi.11.num.9. & consi.699.num.4.& seq.post Rotam, Ab. & Alex. per eum adductos. Calcha.cons.87. & 119.num.2.& 3. Soc. consi.39.nu.29.vol.4. Zas.consi.12. nu. 63. & seq. & consi.14. num. 74. & seq.post Bal. Io. And. & Fel. per eum citatos, Boer. d. consi.8.col. pen. & seq.& in d.tracta. de aucto.mag. consilij. num.170.in fi. Lanfran. in repe. l. admonendi.nu.3. & 4. ff. de iureiur. Dec. post Ab. in c. ex literis.in 7.notab. de constitu. Card. in clem. sæpe.§. & quia.in 6. nota. de verb. signific. Ias. in l.1. nu.20.C.de sum.Tri.& fide catho.& faciunt nota. in c.fi. 20. distinc. Et per Franc.de Pauí in Prælud. ad extraua.Neuiza. in syl.nup.in verbo, Monitoriæ,in 2.amplia.vers.& etiam

7 obseruat stylus.Afflic.decis.79.nu.4. † dicẽs, longæuum stylum causarum posse pro iure allegari, siue tendat ad litem ordinandam, siue decidendam, & dicit Bal. in d. l. de quibus.colu.7.versi.nota tamen.quòd actus, factus contra stylum, est nullus. Ange. consi. 310.in fi.Paris.in c.illud. nu.2.de præscrip.

Non obstant in contrarium adducta, & primò, quòd decretũ Ducale non liget causas Astenses:item quòd rubr. decreti Asten. non respiciat tribunal dominorum iudicũ, quia prædicta procederent cessante obseruantia ipsorum decretorum, coram dominis iudicibus: secus autem, stãte eorum obseruantia, à qua, vt prædictum est, recedere non debemus, maximè cum eadem sit ratio coram ipsis iudicibus, quæ coram Senatu, & alijs inferioribus tribunalibus, videlicet

8 litium abbreuiandarum, † quæ ratio publicã respicit vtilitatem, l. properandum. in prin. C. de iudi. & l. 2. C. de tempo.appel.c.finem litibus. de dolo & contuma. vbi Imol. dicit, iura debere tendere ad abbreuiandas lites, cum id specialiter fauore reipublicæ indultũ sit:Fel.in c.nonnulli.col.21. de Rescrip. ergo ad huiusmodi tribunal extenditur, per ea quę latè scribit Hyp.in §.aggredior.nu.59.& plurib.seq. quod maximè procedit, vbi vnica ratio est scripta, vel vnica tãtũ assignari põt, put est in casu nostro, ea scilicet, vt lites abbreuientur:latè concludit Rip.in l.si cõstante.nu.63.& seq.post Alex.ibi.ff.sol.ma.hisq; adstipulatur tex. in l. 2.§. si mater. versicu.& quidem. ff. ad senatusc. Tertul.vbi constitutio,quę tantũ de Prętore Romano loquebatur, ad magistratus prouinciarum se extendit ex identitate rationis: ex quo tex. dicit

9 ibi Bar. † quòd licet statutum loquatur in potestate, tamen locum etiam habet in Capitaneo, si Capitaneus eandem habeat iurisdictionem circa idem: quem refert & sequitur Alex.consi.106.nu.24. vol.3.& consi. 20.num.12.volu.4.Roma.singu.609.Socin. consi.36.colu.2.volu.4.& ad hoc alludit tex.

in l. mortis. in princ. ff. de pœnis. sed inficiari nemo audebit dominos Iudices in hac causa eandem, imò maiorem habere iurisdictionem, quam Vicarius Prætoris, siue gubernij. ergo decretum loquens de prædicto vicario Prætoris, seu gubernij, locum etiam habet coram iudicibus. Responderi etiam potest, quòd huiusmodi decreta non sint contra ius commune, sed potius ius ipsum commune distinguentia, seu limitantia, quo casu licita est extensio, præcipuè in causa fauorabili. Bar. in d. l. si constante. quæst. 9. sequitur Rippa ibi, num. 78. vbi ponit regulã,
10 quòd † in limitatorijs, siue exorbitantibus ex identitate rationis fit extensio. Roma. consi. 281. in fi. nam in casu nostro decretum non tollit in totum facultatem dandi materiam contrariam, sed abbreuiãdarum litium gratia restringit, quòd talis materia non admittatur post tempus assignatum ad publicandum. Minus etiam obstat, quod dicitur, non fuisse didicita testificata, ideo admitti debere capitula concernentia materiam contrariam, quia si didicita fuissent testificata, contraria deductio nequaquam admitteretur, etiam ex dispositione iuris, d. c. fraternitatis. cum simi. sed decretum volens lites abbreuiare, rationem habere voluit temporis tantum ad publicandum præfixi, sufficitq; producẽtem testes petere eos publicari, & quod in se est facere, argum. l. vni. in fi. C. vt om. iud. tam ciu. quàm mil. t. Alioquin in facultate esset partis, cõtra quã testes producuntur, decretum eludere, non consentiendo publicationi. Ea propter bene censuerunt domini iudices, publicari teteſtes, quoad partem requirentem tantũ: & sic etiam seruat practica, & meritò, quia si publicassent simpliciter, quoad ambas partes in potestate partis fuisset, aduersarij testificata didicere, antequam proprios testes examinari faceret, quo casu militaret semper timor subornationis. Fateor tamen, melius esse, si publicatio simpliciter fiat, ita tamen, quòd in casum propositæ materiæ cõtrariæ copia testium penes secretarium causæ remaneat sequestrata, donec examinatũ fuerit super materia contraria, vel precluſa via examinandi: & ita aliquando Senatus obseruat.

Non obstat etiam, dominos iudices non potuisse inducere stylum iuri communi derogatorium, quia multiplex responsio accõ-
11 modari potest. Primò, † quòd huiusmodi stylus habeat auctoritatem prædictorum decretorum, estq; illorum imitatiuus, Bald. in d. l. fina. C. quæ sit lon. consuetu. præcipuè propter extensionem causatam ex identitate rationis, vt suprà proximè dictum est.

Secundò, quia stylus iste non est contra ius commune, sed potius iuris communis limitatorius per ea, quę de decreto diximus, quibus addo Bar. in authen. qui semel. nu. 14. C. quomodo & quan. iud. vbi dicit,
12 quòd † cõsuetudo fori potest in causarũ cognitione abbreuiare dilationes, & est seruãda: quem refert & sequitur Imo. in cap. 1. de dilat. Lanfranc. in c. quoniam contra. colu. 4. in princ. de proba. & dicit Dec. in d. c. 2. colum. 12. versicu. postremò. de probatio. quòd consuetudo, restringens facultatem probandi, valet: & his adstipulatur doctri. Ange. in l. si sic, in princ. ff. de lega. primo. quòd licet defensio tolli non possit, attamen defendendi modus variari, moderari, temperariq; potest: quem refert & sequitur Feli. in c. dilecti. num. 7. de except. Thomas Grama. voto 30. nume. 11. Old. consi. 43. nu 1. in fi. his famulantur, quæ de appellatione scribit Dec. in c. 1. col. 3. versic. secundò nota. de Referip. Faciunt etiam, quæ de decimis scribit Paris. consi. 25. num. 25. volu. 4. quòd licet sint de iure diuino, lex tamen positiua potest modifi-
13 care. Accedat † quòd secundum communem opinionem dilationes sunt arbitrariæ, & possunt restringi, præcipuè quando conceduntur à lege sine præfinitione certi termini, Albe. late in l. siue pars. C. de dila. col. prima. Bar. in l. 1. C. de dilatio. Alex. in l. 2. ff. de re iudi. Maran. in 6. parte, in titulo de dilat. num. 15. & 16. & his congruit, quod Alex. tra-
14 dit consi. 105. nume. 4. & 5. lib. 5. † quòd quando statutum permittit dici de nullitate (sed vult, quòd dicatur intra decem dies) tunc nõ potest dici de nullitate post decem dies, etiamsi nullitas sit euidens, & quòd statutũ potest tollere appellationem, præfigendo certum tempus ad appellandũ, & sic in terminis nostris stylus dominorum iudicum potuit abbreuiare, & moderari facultatem, à iure concessam, dandi materiam contrariam, quandocunque ante didicita testificata ad terminum assignatum aduersario ad publicandum eius testes.

Tertiò, responderi potest, quòd contrarium tenuit Alexan. consi. 65. nume. 11. & 12. volu. 1. vbi post Bal. & Saly. per eum allega-
15 tos concludit, † quòd stylus potest tollere solemnitatem citationis, ita quòd dictum testis examinati parte non citata valeat, cõtra nota. in l. si quãdo. C. de testib. sequitur Aſflic. decis. 391. nu. 5. Grama. voto 3. num. 24. & Guid. Pap. quæst. 181. nume. 1. vbi stylus erat contra iuris communis dispositionem, &

tamen

tamen seruabatur: idem videtur sentire Fel. in c. cum l. & A. col. 2. in princ. de re iudi. quo fit, vt ex prædictis pateat etiam responsio ad dicta Felin. in d. c. ex parte. & Boerij in loco præallegato, qui tamen refert Io. Fabr. tenuisse contrarium, & quòd tunc valeat argumentum, si appareat lic fuisse obseruatum ex declaratione, vel constitutione superioris: pace ipsius Felini dictum sit, illud nequaquam verum est, quia eo casu non vigore styli tenet, sed vi declarationis, seu constitutionis, quæ pro lege habetur, nisi defen-
16 dendo Feli. intelligamus, † quòd tunc stylus curiæ Romanæ põt allegari in alijs curijs, in quibus non extat huiusmodi stylus, si fuerit à Pontifice per modum declarationis, seu constitutionis confirmatus. Aduertendum tamen puto ad id, quod suprà dictũ est, ex stylo posse tolli citationem, cum ea vti iuris naturalis, nec à Principe regulariter tolli, possit vulg. clem. pastoralis. §. cæterum. de re iudi. latè Socin. consi. 164. num. 16. & seq. Afflic. decis. 307. in fin. Fateor tamen Principis statuto, consuetudine, vel stylo certum modum citandi dari posse. Alex. in addi. ad Bart. in l. inter accusatorem. in verbo, Quæro qualiter. ff. de pub. iud. post Cyn. & Bald. per eum allegatos. Facit tex. iuncta gl. in cle. fi. in verbo, Citationem. de re iudi.

Nec etiam aduersatur, quod dicitur legitimè de huiusmodi stylo non constare, quia cum respiciat ordinem litis, potuerunt certiores reddi domini iudices ab aduocatis, procuratoribus, & actuarijs causarum, à quibus licebat, etiam partibus non vocatis, id explorare, l. 3. §. fi. & ibi Bar. & in l. seq. ff. de testib. & in l. de quib. numer. 22. ff. de legib. Bal. in l. vnica. in fin. C. vt quæ desunt ad
17 uo. par. iud. sup. vbi dicit, † quòd iudex potest supplere in his, quæ consuetudine versantur in foro, Alexan. consi. 14. nume. 2. volum. 5. & clariùs in l. 4. §. hoc autem iudicium. colum. penul. versicu. item iudex supplet se informando. ff. de dam. infec. dicens, quòd iudex potest se de stylo informare, etiam quòd à partibus non fuerit probatus, Dec. consi. 447. circa fi. & consi. 655. numer. 27. Craue. consi. 104. nume. 9. qualiter autem probetur stylus, ponit Guid. Pap. consi. 24. num. 8. post glo. in §. ex non scripto. Institu. de iure natu. gen. & ciui.

Non obstat, quod dicebatur, stylum hunc tendere ad decisionem litis, ideo debere plenè probari, quia in contrarium est veritas. Nam licet probationes tendant ad decisionem litis, Barto. in l. ictus fustium. in fi. ff. de his, qui nota. infam. attamen isti actus, vtpu-
ta, quòd in tempore sit danda materia contraria, & similes, respiciunt ordinem iudicij, quo casu iudex potest ex officio se informare, vt suprà dictum est, tex. est expressus in d. l. 3. §. fina. ff. de testib. quem ad hoc notat Bar. in d. l. de quibus. nu. 22. si quidem consuetudo, de qua in d. §. fi. respicit examen testiũ, & tñ Bar. illũ adducit in casu respiciẽte litis ordinationem, sequitur Alex. in d. §. hoc autem iudicium. col. penul. ff. de dam. infec. his deseruit, quod idem Alexan. dicit in col. præced. versi. item inquantum: Bart. hic, vbi
18 vult, † iudicem posse ex officio se informare de inhabilitate testium, quando huiusmodi inhabilitas causaretur odio ipsorũ testium, vtputa, quia essent infames, hæretici, vel iudæi, & tamen ista respiciunt probationes, quæ potius dicuntur respicere veritatis indaginem, quàm litis decisionem, vt concludit Barto. in l. 2. colu. fina. C. de eden. & sic dictum Bar. in l. de quibus. & aliorum eum sequentium retorquetur pro hac opinione.

Non obstat postremò c. series. de testib.
19 † quia habet multos intellectus, & Abb. ibi ponit 10. ideo non meretur allegari ad decisionem causarum: Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Ias. in l. 1. numer. 21. ff. de transac. & in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 28. ff. de acquir. possess. Alexan. consi. 8. colum. 2. volumine 1. & consil. 15. in fin. volumine 6. Euerar. in locis lega. c. 45. colum. 335. Picus in repe. l. in quartam. colum. 27. ff. ad le. Falc. Vel potest responderi, ibi esse speciale in causa matrimonij, vt concludit ibi Fel. nu. 5. & secundum hanc opinionem interloquuti fuerunt iudices, videlicet, capitula esse repellenda, veluti non producta in termino.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ & earum descendentes à feudo excluduntur.*
2 *Inuestituræ tenor semper & præcipuè est attendendus.*
3 *Inuestituræ, siue priuilegia in dubio censentur, se conformare cum dispositione iuris communis.*
4 *Concessum quod est attenditur, non quod supplicatum.*
5 *Inuestitura licet vocaret masculos & fœminas, tamen fœmina non admittitur in feudo paterno, donec masculus supereſt.*
6 *Patruus excludit filiam in feudo paterno, quæ aliàs patruum excluderet, si feudum esset nouum.*
7 *In inuestitura, nisi expressè dicatur de feudo nouo, censentur inuestiti tanquam de paterno.*
8 *Feudum nouum non dicitur, quod de nouo conceditur, dum tamen aliàs fuerit concessum.*
9 *Feudum per illa verba, De nouo concedimus, nouum dici non potest, nec etiam ex qualitatibus adiectis in inuestitura dici potest mutata natura feudi.*

10 Prouisionem hominis tollere prouisionem generalem legis, quomodo intelligatur.
11 Dictio, cuiuslibet, ex sui natura actum vnicuiq; insolidum tribuit.
12 Dignitas annexa feudo operatur, vt feudum efficiatur indiuiduum.
13 Si vinco vincentem te, multò magis vinco te.
14 Inuestitura, quæ vocat filias ad successionem patris, non intelligitur vocare sorores ad successionem fratris.
15 Filiæ appellatione non venit soror, etiamsi eadem sit ratio.
16 Aequalitas seruanda est.
17 Fœmina vocata cum masculo, semel cum masculo exclusa perpetuò manet exclusa, & ratio, cur duret exclusa. & nu. 18.
19 Filia non debet admitti ad possessionem bonorum feudalium, quando agnatus, qui de iure communi in feudo successurus est, reperitur in possessione feudi.
20 Pactum trahit feudum extra naturales terminos feudi ad terminos pacti.
21 Feudum esse nouum ex quibus verbis colligitur.
22 Feudum nouum dicitur, cum noua qualitas, & noua forma in vltima inuestitura est addita.
23 Inuestitura noua quando faciat feudum desinere esse paternum.
24 Inuestituram nouam faciens, tacitè feudum in manu inuestientis refutare videtur, & deinde per ipsum inuestientem de nouo inuestiri.
25 Facere de nouo, vel reficere, paria sunt.
26 Priuilegium nouum censetur eo ipso, quod additum ei est.
27 Vasallus dum inuestitur de feudo etiam paterno, si consentiat, filias vocari deficientibus masculis, sibi præiudicat.
28 Dominus præfertur agnatis, qui consentiendo nouæ inuestituræ ius veteris inuestituræ perdiderunt.
29 Inuestiri debens, si consensit, alium remotiorem inuestiri sibi præiudicat.
30 Vasallus dum inuestitur, sibi & descendentibus ab eo prouidere velle intelligitur, seruata tamen sexus prærogatiua.
31 Procœmium, siue præfatio priuilegij, siue inuestituræ causam finalem denotat concessionis feudi.
32 Fœmina descendens, nisi aliter appareat ex inuestitura, agnatos præsertim in feudo nouo excludit, quando illud datum esse in remunerationem meritorum apparet.
33 Feudum si sit concessum pro se & descendentibus hæredibus, tunc successari in eo non admittuntur, nisi sint hæredes.
34 Dispositio quando dicit rem aliquam debere transire de hærede in hæredem, vel de descendente in descendentem in infinitum, tunc donec aliquis superest de vna linea, semper portio ascendentis de vna linea transit ad talem descendẽtem, licet sint alij alterius lineæ in pari vel proximiori gradu.
35 Pacto si disponatur, quòd primogenitus, vel primogenita succedant, tunc filia primogenita magis propinqua excluderet masculum magis remotum.
36 Filia contendens cum agnato interim mittenda est in possessionem feudi, maximè si ex inuestitura dicat se illius capacem.
37 Annuentes participium, concessionem inducit.
38 Descendentium appellatione veniunt filiæ.
39 Verbum, Vt suprà, relationẽ facit ad omnia, quæ suprà dicta fuerunt.
40 Correctio & repugnantia incontinenti non inducitur.
41 Relatio semper debet intelligi cum suis qualitatibus.
42 Expressum, vt quid dicatur verbis generalibus, quomodo intelligatur.
43 Speciali nota digna si omittantur, neglecta censentur.
44 Rescripta, siue priuilegia interpretationem, supplementum, & declarationem recipiunt à supplicatis.
45 Enunciatiua verba in antiquis non probant concludenter contra tertium.
46 Verba ita intelligenda, & illorum relatio ita facienda, ne inducatur contrarietas & repugnantia.
47 Ius accrescendi per substitutionem cessat.
48 Extensio in pactis regulariter non fit de vna persona ad aliam.
49 L. si viua matre. C. de bon. mater. non procedit, vbi aperta sunt verba disponentis.
50 Filiæ vocatæ per inuestituram, quæ tempore aduenientis conditionis, id est, defectus liberorum masculorum reperientur, censentur adueniente casu de nouo inuestitæ.
51 Charitatis ordo operatur, vt per prius diligatur filius, & per posterius nepos.
52 Argumentum à contrario sensu in constitutionibus feudalibus non valere, quando procedat.
53 Verba, Deficientibus masculis, sunt ablatiui absoluti, qui in conditionem resoluuntur.
54 Aequipollent verba inuestituræ, si dicatur, pro se, filijs masculis & fœminis, vel pro se & masculis, & his deficientibus pro fœminis.

DECISIO XXIII.

An filia in feudi successione patruo præferatur, quo in articulo tenor inuestituræ potissimùm attendendus est.

SEcundus, qui se offert, articulus, in prædicta causa, est, an in remedio adipiscendę debeat obtinere domina Francisca Maria respectu bonorum, quorum possessionem non est adepta, & cui patruus opponit de notorio defectu proprietatis, stante forma inuestituræ Comitalis in actis productæ: ex cuius interpretatione huius causæ leges pendent, & prophetæ, scilicet, an ex ea admitti debeat patruus excluſa nepte ex fratre, vel non? Et quòd admitti debeat, primò allegatur communis regula feudorum, qua filiæ, & earum descendentes à feudo excluduntur, vt in tit. de his, qui feud. dare poss. §. fi. & de success. fra. vers. ad filias autem, cum multis similibus. quæ regula ex multis rationibus introducta fuit, de quibus per Bal. in l. fi. C. de suis & legi. quas tacito Bal. connumerat Iacob. à San. Geor. in sua inuestitura, in verbo, Marchio, num. 3. Bal.

Bal. referunt ac sequuntur Ias. in l. de quibus nu. 64. ff. de legi. & Curt. in tract. de feud. in tertia part. quæst. prima. Pisau. cons. 114. nu. 27. 28. inter consilia feudalia, & maximè à feudo dignitatis cum administratione, Bart. in l. fœminæ. & ibi latè Dec. & Cagno. nu. 3. ff. de reg. iur. Rui. cons. 40. num. 6. & 9. vol. primo. Rippa lib. 1. respon. c. 1. num. 69. Dec. cons. 269. num. 4. in fin.

Secundò, pro patruo adducitur tenor in-
2 uestituræ Comitalis, † qui semper & præcipuè attendendus est, c. vni. in fi. de duob. fra. à Cap. inuestit. & ibi Bal. latè Curt. Sen. cons. 49. col. 7. & 8. Bal. in præludijs feudorum in quarta diuisione, Barba. cons. 26. col. 1. vol. 2. Brun. cons. 18. numer. 10. Pisau. d. cons. 114. num. 432. & seq. post Bal. Roma. Curt. Zasium & Afflict. per eum allegatos: Afflict. decis. 265. nu. 102. 103. Dec. cons. 78. col. penu. & cons. 269. nu. 5. in fin. & cons. 498. num. 6. Grat. cons. 2. nu. 61. & cons. 4. nu. 7. vol. primo. Ex quo quidem tenore incipiendo à versic. Ad maiorem quoq; nostræ Cæsareæ clementiæ & gratitudinis &c. vsque ad versiculum, Volentes, & Statuentes, vt ipsi primogeniti &c. non legitur fœminas esse vocatas ad successionem dicti Comitatus: ergo admitti non debet soror, cui verba non conueniunt, l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. & l. ad probationem. vbi Bal. C. de probat. Bar. in l. fi. C. de re reb. cred. Gozad. cons. 7. nu. 17.
5 & † in dubio inuestituræ, seu priuilegia censentur se conformare cum iuris communis dispositione, Corne. cons. 263. litera l. vol. 1. Brun. cons. 80. nu. 3. & 4. Deci. cons. 64. nu. 7. cons. 11. nu. 3. & cons. 185. nu. 3. Paris. cons. 13. num. 30. & 31. vol. primo. Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. col. 2. ff. de oper. liber. imò eas à dicto Comitatu expressè exclusas apparet in uers. & vt huiusmodi Comitatus integer remaneat &c. ergo non debet admitti soror contra concedentis voluntatem, ne inducta ad effectum vnitatis operentur contrarium effectum diuisionis, contra vulgatam l. legata inutiliter. ff. de admen. lega. & l. intra. & ibi Bart. & Doct. ff. de re iudic. Nec mouet, quòd in supplicatione sint no-
4 minatæ, † quia quod concessum est attendimus, non quod supplicatum, Abb. in c. 2. de treug. & pace. Felin. in c. super literis. nu. 22. & 25. de Rescript. quos refert Paris. cons. 29. num. 119. vol. primo.

Tertiò, præsupposito, quòd inuestitura
5 masculos vocaret & fœminas, attamen † in feudo paterno quandiu masculus supereſt fœmina minimè admittitur, c. vni. de eo qui sibi vel hæred. suis mascul. & fœmi. inuestit. accepit, & de succes. feud. §. fin. & in titulo Epis. vel Abb. §. quinetiam. Iaco. Sardi. in tit. de succes. feud. col. 2. & col. 8. vers. & vbi specialiter, cum similibus, per Bru. adductis cons. 39. num. 5. & cons. 78. nu. 1. copiosè Paris. cons. 23. num. 49. vol. 1. Zasius de succes. feud. col. 60. versic. tertia conclusio. Fulgo. cons. 12. Præpos. in tit. de duob. frat. à Capi.
6 inuestit. vbi dicit † quòd patruus in feudo paterno excludit filiam, quæ aliàs excluderet patruum, si feudum esset nouum, sed feudum Canellarum probatur paternum, cum in precibus inuestituræ erectionis Comitatus enuncientur ipsi supplicantes domini Canellarum, & quod tempore dictæ inuestituræ tenebant locum Canellarum in feudum. Item ex illis verbis, quemadmodum ea in præsentia tenent, & possident, iuncto Instrumento fidelitatis de anno 1462. in actis exhibito, in quo enũciatur, dictum feudum esse paternum, quæ verba cum simus in antiquis probant, maximè inter successores, ex his, quæ latè à Crauet. traduntur de antiquita. tempo. parte prima, num. 47. vsque ad num. 96. & quando constat de concessione antecedenti, illa verba, quemadmodum in præsentia tenent & possident, probant feudum esse paternum, iuxta Castren. in consil. 461. num. 4. in antiquis, secundum impressionem Papien. Idemq; Castren. in consil. 192. colum. fin. in nouis, dicit,
7 † quòd nisi in inuestitura expressè dicatur de feudo nouo, cẽsentur inuestiti tanquam de paterno, quo casu patruus excludit filiam non obstante quod inuestitura fuerit communiter recepta, quod consilium poterit videri, quia multum pro hac parte stringit. Huc accedit, quia etiam in dubio feudum antiquum præsumitur, Afflict. si de feu. fuerit controuers. in princ. in 2. notab. & Laud. post Bald. colum. 1. versic. & nota secundum. Bal. sequitur etiam Præpos. ibi post Alua. nu. 1. Dec. cons. 269. nu. 5. & cons. 445. num. 5. in eoq; frater fratri, & patruus nepoti succedit, vt in titulo de succes. fratr. & gradibus succedendi, Iacob. de Ardizo. de succes. feud. col. prima. Afflict. de natura succes. feud. num. 6.

Nec obstare videntur verba, posita in dic-
8 ta inuestitura, De nouo cõcedimus, † quia non dicitur nouum feudum, quod de nouo conceditur, dummodo aliàs fuerit concessum, glo. in cap. quæcunque. 25. quæst. 2. Ias. cons. 24. col. 3. volum. 3. Socin. Iun. cons. 103. num. 31. vol. 2. quod potissimè procedit, vbi in inuestitura sunt alia verba confirmatoria antiquarum inuestiturarum, tunc enim ver-

ba, De nouo concedimus, non faciunt feudum esse nouum, latè Alexan. consil. 30. col. 2. vol. 1. vbi ponit clausulam confirmatoriam, de qua in dicta inuestitura Comitali: videlicet in omnibus clausulis, & punctis, quod consilium est repetitum in consil. 2. volum. 5. Dec. consil. 445. nu. 6. sed in casu nostro appareret locum Canellarum aliàs fuisse in feudum concessum. Item quia inuestituræ antiquæ dicuntur confirmatæ expresè, saltem sub verbis generalibus, per ea quæ scribit Curt.
9 in materia feuda. consil. 49. colum. 13. † ergo huiusmodi feudum per illa verba, De nouo concedimus, nouum dici non potest, nec etiam ex nouis qualitatibus adiectis in dicta Comitali inuestitura, stante præcipuè confirmatione antiquarum, dici potest mutata primæua natura feudi in alijs non mutatis, Alexan. d. consil. 30. num. 24. Dec. consil. 53. in fin. Paris. consil. 23. num. 26. vol. primo, plura ad hoc cumulat Brun. consil. 79. num. 5. & 6. Calderi. de feud. consil. 11. concludens, quòd mutatio qualitatum accidentalium non facit censeri concessionem esse nouam, secus si mutarentur substantialia contractus, & dicit Bal. in titulo de mili. vasal. decrep. ætatis. quòd quando de feudo, quod erat paternum, fit noua inuestitura cum dictione, Eodem, adhuc remanet paternum, licet sit addita noua qualitas, sequitur Ias. consil. 7. col. 7. vers. non obstat 2. vol. 3. & quatenus nouum dici debeat, eo quia fœminæ vocentur, dicetur nouum respectu ipsarum fœminarum, Zasius de feudo paterno & nouo, colum. 8.

10 Nec nocet quod dicitur † prouisionem hominis tollere generalem prouisionem legis, l. fi. C. de pact. conuent. quia illud procedit quando illa generalis prouisio legis erat introducta in priuilegium de iure speciali, secùs si erat introducta de iure cõmuni, quia tunc ei non dicetur derogatum per specialem prouisionem hominis ex gl. & Bart. in l. 2. C. de iure emphyteo. & in l. 1 §. vnde quęritur. ff. de publi. Alex. in l. maritus. C. de procurat. sed in casu nostro est generalis prouisio in feudis, quòd agnati succedant in feudo antiquo: ergo patruus per vocationem fœminæ non censetur excluſus. Ita in terminis concludit collegium Bononiense in consi. 51. col. penult. in princ. inter consi. Curtij.

Nec obstat, quòd ipse dominus Ludouicus, Patruus, consenserit in hac inuestitura Comitali vocari filias in defectum masculorum descendentium, quia non censetur alter alteri cõsensisse, nisi secundum naturam primeuę inuestituræ, postquam simpliciter fuerunt inuestiti, ita in specie respondet Paul. de Cast. in d. consil. 192. col. fin.

Quartò pro patruo facit, quia expresè actum est in erectione Comitatus, vt inuestiti succedant in ipso Comitatu, quod probatur in versic. & vt huiusmodi Comitatus integer remaneat, succedant ipsi fratres, id est, alter alteri, cum nemo sibi ipsi succedat: ergo ipsa fœmina debet censeri excluſa, vt in titulo de succes. frat. & grad. succed. & hoc suadetur, quia ex ipsa erectione vterq; ipso-
11 rum potest dici inuestitus insolidum, † tum propter illam dictionẽ, Cuiuslibet, quæ tribuit ex sua natura actum vnicuique insolidum, l. si pluribus. vbi glo. Bart. & Imo. ff. de legat. 2. latè Tiraquell. de retract. §. 31. gl. vnica. nu. 11. quo casu videtur actum, vt inter eos sit locus iuri accrescendi, seu potius iuri non decrescendi, vt concludit Alexan. d. consil. 30. nu. 8. & 9. Curt. consil. 49. col. 10. 11. & 12. & d. consi. 51. colum. 6. & 7. quod consilium est collegij Bononiensis, Gozad. consil. 84. nu. 19. tum etiam propter dignitatem Comita-
12 tus annexam, † quæ operatur, vt feudum efficiatur indiuiduum, §. præterea ducatus. de prohiben. feud. aliena. per Fede. Curt. de feud. in 2. part. in tertio dubio princip. fol. 22. versicu. quintò singulariter limita. hinc infert Alexan. in d. consil. 30. num. 18. post Iacob. de Bel. Iser. Bal. & alios per eum allegatos, quòd si feudum Comitatus esset concessum duobus, ita quòd vno decedente sine hærede non deberet accrescere alteri, attamen propter eius indiuiduitatem semper debet remanere in totum apud superstitem, & tale ius accrescendi locum habet post ius semel acquisitum & resolutum, Paul. de Cast. d. consil. 192. colum. prima. post Iacob. de Beluis.

Quintò, quia ex forma nouissimæ inuestituræ fœminæ non vocantur, nisi deficentibus omnibus liberis masculis, & sic linea masculina ipsorum amborum fratrum, qui casus non euenit, quia adhuc superest dominus Ludouicus, & sicut aliquis descendens masculus domini Ludouici, si extaret, excluderet prædictam dominam Franciscam Mariam ex forma dictæ inuestituræ: Castren. consil. 46. col. 2. in nouis, secundum impressionem Papien. & 176. in antiquis. ita multò magis debet excludi à Dom. Ludouico proximiore, authen. multò magis. C. de sacrosan. eccles. & argu. l. si viua matre. C. de bon. matern. cum similibus, de quibus per Dec. consil. 15. col. 2. & consil. 515. num. 2. Et ad
13 hoc facit regula † si vinco vincentem te, ergo vinco te: l. de accessionibus. ff. de diuers. &

uerſ. & tempora. præſcriptio. adſtipulatur etiam, quia idem iudicamus de principio, quòd de deſcendentibus ab eo, l. maritus. & ibi laſ. num. 3. C. de procurat. Curt. Iun. conſ. 154. num. 13. & in feudis ſemper ſtipes obſeruandus eſt, Pariſ. conſ. 65. num. 21. vol. 3. Bal. & cæteri in c. 1. §. ſi verò. de grad. ſucceden. in feud.

14 Sextò, † quia priuilegium, ſiue inueſtitura vocat filias primogenitas deſcendentes ad ſucceſsionem patris, non autem ſorores ad ſucceſsionem fratris. Sed in caſu noſtro agitur de ſuccedendo quondam domin. Ludouico Bonifacio ipſius dominæ Franciſcæ Mariç fratri, & ſic collaterali, glo. communiter approbata in l. 1. §. veteres. & ibi Alexan. Socin. & laſ. num. 22. & 24. de acquir. poſs. Caſtren. d. conſ. 192. col. 1. per tex. in §. cum verò Corradus, de his qui feud. dare poſſ. ergo dicta ſoror admitti non debet, cum qualitatem ex inueſtitura requiſitam, quam probare debet, non habeat, Bar. in l. 1. §. quòd autem. ff. ne quid in flum. publi. & in terminis videtur deciſio Iſer. in tit. Epiſcop. vel Abb. §. quinetiam. verſic. dic ergo. nam cum iſtud priuilegium quatenus filias admittit ſit correctorium iuris communis, debet ſtrictè intelligi, nec extenditur ex identitate, vel maioritate rationis, laſ. in authen. quas actio-

15 nes. nu. 21. C. de ſacroſan. eccleſ. † & appellatione filiæ non venit ſoror etiamſi eadem ſit ratio, Dec. conſ. 516. col. fi. & faciunt quæ adducit Crauet. conſ. 98. num. 13. concludens poſt alios per eum citatos, extenſionem de perſona ad perſonam eſſe de iure prohibitam. Item requiritur quòd ſit primogenita tempore aduenientis conditionis, & ſic in caſu noſtro tempore mortis patris, quod non fuit, quia frater eam præcedebat, & licet per fratris obitum ſit inde effecta primogenita, attamen hoc nõ attenditur ex his, quæ ſcribit Tiraq. de retractu. §. 1. glo. 9. num. 78. & ſequent.

16 Septimò, † facit ratio æqualitatis ſeruandæ, quæ eſt quod ſicut dominus Ludouicus Bonifacius ſucceſsiſſet domino Ludouico patruo, ſi deceſsiſſet ſine liberis maſculis, ita eidem quondam domino Ludouico Bonifacio deberet ſuccedere dominus Ludouicus tanquam proximior agnatus maſculus, Iſer. in titulo, de eo qui. finem fecit agna. de feud. patrim. l. lege 12. tabularum, & l. ſeq. in princ. C. de legitti. hæredi. Rui. conſ. 12. num. 6. vol. primo. deſeruitéq; regula, quòd correlatiuorum eadem eſt diſpoſitio iuribus vulgaribus.

Octauò, contra ipſam dominam Franciſcam Mariam facit tex. in titulo, Epiſcop. vel

17 Abb. §. quinetiam † vbi fœmina vocata cum maſculo, ſi ſemel fuerit excluſa à maſculo perpetuò durat excluſa, & ibi cõmuniter Doct. Curt. de feud. in 3. part. quæſt. 27. Brun. conſ. 78. num. 2. Dec. conſ. 390. num. 4. & conſil. 517. num. 6. dicens, ſororem ſemel excluſam à fratre, pari ratione debere excludi à fratre patruele, Pariſ. conſ. 12. num. 7. conſ. 22. nu. 15. & conſ. 23. num. 50. & 53. vol. 2. Gozad. conſ. 8. num. 9. Rui. conſ. 9. vol. primo. Afflict. in titulo de natura ſucceſs. feud. num. 113. vbi dicit, ita eſſe de iure communi feudorum. Zaſius de ſucceſs. feud. colum. 62. verſ. quarta concluſio. affirmans id procedere, etiamſi ſint dictiones, Quandiu vel donec Tiraq. in repe. l. ſi vnquam, in verbo, Suſceperit. nu. 195. C. de reuocan. dona. Sed ipſa D. Franciſca Maria ſemel fuit excluſa per dominum Comitem Ludouicum Bonifacium: ergo perpetuò durat excluſa, & ratio poteſt aſ-

18 ſignari in caſu noſtro: † quia hæc filia vocata eſt ſub conditione, ſcilicet deficientibus maſculis, id eſt, non extantibus, quæ conditio defecit, quia extitit maſculus D. Ludouicus Bonifacius: ergo non admittitur filia, ſed patruus. Ita concludit Caſtrenſ. d. conſ. 192. col. 3. Corn. conſ. 24. col. 3. & 4. vol. 2. quem refert & ſequitur Gozad. conſil. 53. num. 15.

Nec obſtat id, quod dicebatur ſuprà in ſexto argumento, hic agi de ſucceſsione fratris, à qua non fuit excluſa, quia cum ſemper duret idem feudum, à quo ſemel fuit excluſa, amplius ad illud non admittitur ſine noua inueſtitura, ita etiam reſpondet Paul. de Caſt. d. conſ. 192. col. 2.

19 Nonò, † quia filia non debet mitti in poſſeſsionem bonorum feudalium, quando agnatus, qui de iure communi in feudo ſucceſſurus eſt, reperitur in poſſeſsione feudi, & paratus eſt incontinenti probare de iure ſuo, habetéq; præſumptionem iuris communis pro ſe, ſecundum Dec. conſ. 517. num. 8. laſ. conſ. 138. in fin. volum. 4. Brun. conſil. 1. num. 5. & conſ. 18. num. 12. Gozad. conſil. 50. num. 20.

In contrarium verò pro D. Franciſca Maria ad excluſionem domini Ludouici Patrui adducitur tenor prædictæ inueſtituræ erectionis loci Canellarum in Comitatum,

20 † qui præponderat, imò communi naturæ feudorum derogat, vt ſuprà in ſecundo argumento pro patruo probatum eſt, quibus addo Bal. in titu. de his, qui feud. dare poſſ. nu. 52. dicentem, quòd pactũ trahit feudum extra naturales terminos feudi ad terminos pacti,

pacti, Brun. latè conſ. 41. Socin. conſil. 67. nu. 7. & 16. & conſ. 165. num. 9. Dec. conſ. 14. nu. 3. & conſ. 680. col. 1. Præpoſitus in titulo de his, qui feud. dare poſſ. §. & quia. nu. 31. Curt. Sen. conſ. 63. in princip. Iacob. à Sancto Georg. in ſua inueſtitura, in verbo, Marchio in princ. dicens, in materia feudali eſſe vnum maximum, quod à tenore inueſtituræ non eſt recedendum, quia derogat omni iuri, & naturæ feudorum, Iaſ. in conſ. 9. col. 1. inter conſ. Bruni, & ibi Socin. conſ. 10. col. 2. Curt. de feud. in prima part. quæſtio. 6. plures cumulat Neuiza. conſ. 10. in princi. Calcha. conſ. 74. num. 2. Gra. reſpon. 9. nu. 2. & 3. lib. 1. Ex cuius inueſtituræ tenore feu-
21 dum Canellarum dici debet † feudum nouum: primo ex illis verbis, de quibus in precibus: eaq; omnia ipſis, & eorum cuilibet de nouo concedere dignaremur. Item in illis verbis diſpoſitiuis, Volentes, & Statuentes, quæ verba ſunt noui iuris promulgatoria, Abb. in c. ex ratione, in vltimo nota. de appella. copioſè Felin. in c. decernimus. nu. 10. de iud. Item in illis verbis, & in feudum de nouo conceſsimus, & concedimus de nouo per preſentes, prefatis Nicolao, & Ludouico de Scarampis, & cuiuslibet eorum filijs & deſcendentibus vt ſuprà, ex quibus verbis nouum feudum dicitur, vt in titulo de eo, qui finem fecit agna. de feudo pater. & ibi Iſer. verſ. ſecundus caſus. & in titulo de vaſ. decrep. æta. col. 2. verſic. quod ſi dixímus. Rippa reſpon. 18. num. 4. lib. 3. & hoc maximè procedit ſi non apparet de antiqua inueſtitura, vt in terminis conſuluit Paul. de Caſtro, d. conſ. 461. col. 1. & 2. vbi reſpondet ad illa verba, prout in præſentia tenent & poſsident, vt non faciant feudum cenſeri antiquum niſi appareat de inueſtitura antiqua, ſequitur Grat. reſponſ. 4. num. 7. & 9.
22 vol. 1. † Item dicitur nouum, quia noua qualitas, & noua forma eſt addita in hac nouiſſima inueſtitura, Bal. conſ. 249. verba inueſtituræ, col. 2. verſ. in contrarium, lib. 2. & in tit. an agna. vel fil. num. 25. in fi. nouam cauſam facere feudum nouum, & de prohibita feudi alien. per Feder. §. inſuper, in fi. quem refert & ſequitur Alex. conſ. 9. col. 2. verſic. ſiue enim quęratur de illis additionibus. vol. 5. vbi dicit, quòd additio facit confeſsionem eſſe nouam & diuerſam, Bru. conſ. 112. nu. 6. Curt. Sen. conſ. 49. col. penul. in prin. & Oldra. conſ. 178. affirmans feudum videri nouum reſpectu noui domini & nouarum conuentionum, quem refert & ſequitur Afflict. deciſ. 112. num. 5. & deciſ. 248. numer. 8. poſt Iſer. Caſtren. & Bald. per eum allegatos, & in rubrica de vaſal. decre. ætatis. colum. 8. verſic. cui adde quod ſi mutatur inueſtitura, Ruin. conſ. 1. numer. 17. & 18. & conſil. 20. num. 7. volum. primo. Gozad. conſ. 84. num. 12. ſequitur Præpoſi. in prælud. feudorum. numer. 43. vbi expreſsè dicit, feudum, quod erat antiquum mutato domino, vel mutatis pactis, effici nouum, & Iac. de Ardizo. in ſumma tituli, quid ſit nouum feudum & paternum, in princ. dicit, quod feudum nouum etiam dicitur, quod non primo ſit, ſed quod priorem modum tranſcendit, & ſequitur Cepolla conſ. 31. numer. 6. Bru-
23 nus d. conſ. 76. numer. 6. dicens, † quòd noua inueſtitura non facit deſinere feudum eſſe paternum, niſi aliquid ſit innouatum de voluntate eius, qui habet ius ex veteri inueſtitura: ergo vbi aliquid innouatum extitit ab eo, vel de eius voluntate, qui ex veteri inueſtitura ius habet, feudum paternum eſſe deſinit, nouumque efficitur, Bald. conſ. 215. numer. 4. volum. 2. & dicit Afflict. d.
24 deciſio. 112. poſt Bal. & Aretin. † quòd quando inueſtitura fit noua, quod fit quando ſub nouis pactis accipitur, videtur tacitè feudum in manu inueſtientis refutari, & deinde per ipſum inueſtientem de nouo inueſtiri: hanc eandem opinionem Alexan. tenuit in l. ſi mihi & Titio. colum. 5. verſic. limita tamen ſingulariter. ff. de verborum obliga. poſt Ancha. & id ſequitur ibi Iaſ. colum. penult. poſt Imo. idem Iaſ. conſil. 24. numer. 4. volum. 3. Rui. conſ. 95. col. penult. & conſ. 160. num. 16. volum. 1. diffuſe in terminis noſtris, Grat. d. reſponſo 4. colum. 2. volum. 1. vbi expreſsè dicit, quod qualitas Comitatus addita facit feudum eſſe nouum, & Guliel. à Perno, conſil. 12. col. 4. inter conſ. feudalia, dicit qualitatem primogenituræ adiectam dici apprehendere & informare feudum, Bello. conſil. 33. num. 9. & propriè dicitur vera forma, Gozad. d. conſ. 53. num. 7. adeò quòd conſtat iſtam eſſe communem opinionem, pro qua facit, quod Felin. notat in c. conſuluit. in principio, de iudęis, vide-
25 licet † paria eſſe facere de nouo, vel reficere in forma noua, quia aliquid vni ſubiecto addendo eius mutatur natura, & Bal. in l. iuriſgentium. §. pacta. colum. penult. poſt Bar. ff. de pact. dicit, quòd quando verba ſunt apta ad renouationem contractus, vel in dubio, tunc nouus dicitur contractus. & Alexan. conſil. 151. in principio. volum. 6. con-
26 cludit, † eo ipſo, quòd eſt aliquid additum priuilegio, nouum propterea cenſeri debet priuilegium, idem etiam dicit Craue. conſil. 24. num. 54. bonus tex. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter.

citer. vers. cum adijcitur. ff. de verb. oblig. ex quo laſ. ibi in 4. nota. elicit, quòd quando aliquid additur vel detrahitur primæ diſpoſitioni, noua efficitur diſpoſitio, ſequitur Bal. conſ. 328. num. 8. vol. 1. Caſſane. in conſuetu. Burgun. fol. 176. num. 27. & ſeq. Natta conſ. 139. num. 6. dicens poſt Roma. Areti. Andr. Sicu. & Felin. per eum relatos, quòd accidens qualificatum ſuperueniens enti facit ens alterius naturæ & ſpeciei, his adduntur, quæ cumulat Tiraquell. poſt hæc ſcripta viſus de retract. agna. §. 1. glo. 18. num. 55. concludens, cum quid additur vel detrahitur id rem nouam efficere, ſed in caſu noſtro plures ſunt qualitates & formæ additæ, videlicet primogenitura, vocatio fœminarum, & erectio in Comitatum, fuitq; per alium dominum facta, cum antea Comitatus Aſtenſis à Rege Francorum teneretur, vt ex actis apparet, feudum itaq; nouum dicitur, eo maximè quòd in dicta inueſtitura nulla eſt antiquarum inueſtiturarum facta commemoratio, minusq; quòd feudum hoc antiquum eſſet, vel auitum, aut paternum, vel antiqui feudi naturam haberet, aut auiti vel paterni. & ſic ſi frater fratri, multò magis fratris filio non ſuccedit, vt in titulo de duob. fratrib. à Cap. inueſtit. & de frat. de nouo benef. inueſtit. cum ſimilibus.

Secundo poſito citra veritatis præiudicium, quòd feudum de quo agitur antiquum
27 eſſet vel paternum, † attamen quia ipſe dominus Ludouicus filiam primogenitam vocari deficientibus maſculis liberis ipſorum amborum fratrum conſenſit, qui caſus euenit, quia nullus ex eis extat maſculus, ideò ſibi præiudicauit conſentiendo filias vocari & inueſtiri, tex. eſt in titulo quib. mod. feud. amitta. §. fin. per quem ita concludit Iacob. de Ardizo. in ſumma, in titulo de ſucceſs. feudi, col. 3. verſ. ſi verò expreſsim, & col. 9. verſ. ibi verò vaſallus. Oldradus d. conſil. 178. nu. 3. laſ. conſ. 24. num. 4. & faciunt, quæ ſcribit Præpoſ. in titu. de vaſ. decrep. ætatis. col. 2. verſ. aduertendum eſt. Iacob. à Sanct. Georg. de feud. in verbo, Dictiq; vaſ. promiſerunt recognoſcere. num. 14. & 24. poſt Bal. per eum relatum, glo. etiam ſi. huc aptè quadrat in tit. de eo qui ſi. fec. agna. de feud. pater. & quod ibi Bal. dicit in verbo, de nouo, Afflict. numer. 3. & clariùs Bal. in d. ti-
28 tulo, an agna. vel. fil. numer. 25. † vbi ſcribit, dominum agnatis præferri, qui nouæ inueſtituræ conſentiendo, ius veteris inueſtituræ perdiderunt, Brunus conſil. 40. num. 43. quibus congruunt, quæ Aretin. tradit conſil. 3. in fin. & Deci. conſil. 598. num. 18. vbi dicit, quòd ab antiqua inueſtitura recedítur, quando in poſteriore aliter dictum eſt de communi conſenſu eorum, quorum intereſt, necnon conſil. 398. num. 8. vbi poſt
29 Caſtren. concludit, † quòd ſi is, qui inueſtiri debet conſentiat alium remotiorem inueſtiri ſibi præiudicat. §. Titius, ſi de feud. contro. fue. inter do. & agna. Pari. latè conſ. 22. nu. 2. & ſequent. volum. 1. Sic ergo in caſu noſtro cum fœminas vocari deficientibus liberis maſculis, conſenſerit Ludouicus, vtiq; per huiuſmodi conſenſum fœminis iter, & ius, quod prius non habebant, apertum fuit, ſi quidem cogitauit ipſe dominus Ludouicus caſum mortis liberorũ maſculorum, tum fratris, cùm propriorum euenire poſſe, eo tamen caſu filias primogenitas vocauit, non ſeipſum, quòd facere potuiſſet, ſi voluiſſet, ideò ſibi præiudicauit, lſer. in d. tit. de eo qui fin. fec. agna. de feud. pater. verſic. ſed primus caſus, per tex. in l. qui cum tutoribus. ff. de tranſact. & l. fina. C. de remiſ. pigno. & ibi Afflict. num. 22. & 23. & argumento eorum, quæ de domino conſentiente Caſtren. ſcribit d. conſ. 192. colum. 2. vol. 3. & prædictis conuenit concluſio poſita à Curt. Iun. in tracta. de feud. in tertia part. col. 8. decimaquinta limitatione. verſic. pro cuius tamen intelligentia. poſt Bal. per eum alleg. nempe quòd ſi pactum ſit factum in inueſtitura feudali, quòd primogenitus, ſeu primogenita ſuccederent, quòd tunc filia magis propinqua excluderet maſculum magis remotum.

Tertiò, inficiari nemo poteſt, quin vnuſquiſq; ipſorum dominorum fratrum voluerit ſibi & deſcendentibus prouidere, ſeruata tamen ſexus prærogatiua, vt primò maſculi, deinde eis deficientib. fœminæ admitteren-
30 tur, † quo caſu quandiu ex deſcendentibus ſuperſunt aliqui maſculi, ſiue fœminæ, tranſuerſales ſemper excluduntur, tex. eſt iuncta gl. in verb. Solus, in tit. de nat. ſuc. feu. & ibi not. Afflict. nu. 114. & per illum tex. ita decidit Ro. conſ. 33. vbi caſum noſtrũ ponit, quando ex tenore inueſtituræ fœmina vocabatur deficientibus maſculis, quia tunc agnatos excludit, quorum tali caſu vltima cauſa eſt in feudi ſucceſsione, vt in tit. de ſucceſ. feu. & ibi gl. & Ioan. Blan. in ſumma, lib. 3. col. 1. 3. & 10. & Iacob. de Ardizo. de ſucceſ. feud. col. 2. circa fi. & expreſsiùs colum. ſeq. verſic. & vbi ſpecialiter. & pro hac ſententia videtur tex. ad literam, in tit. de duob. fratr. à Capita. inueſti. vbi duo fratres ſtipulati fuerunt pro ipſis, ac eorum filijs maſculis, & ipſis deficientibus fœminę, ſi ſupereſſent, feudũ haberent, & tamen filia ibi patruum excludit: & ratio

eſt, quia

est, quia vterq; descendentibus suis prospexisse videtur: ita per illum tex. concludit Bal. d. cons. 249. col. 2. versic. prout vnusquisque. vol. 2. Alex. cons. 119. nu. 1. vol. 5. Rui. cons. 9. nu. 4. & 5. vol. primo, cuius verba ac ratio in casu nostro militant.

Quartò, quia inuestitura seu priuilegium prædictum in quo fœminę vocantur fuit ob amorem, & in meritorum remunerationem
31 concessum, prout apparet † ex procœmio seu ex præfatione ipsius priuilegij seu inuestituræ, quæ causam finalem denotat, Bart. in l. fi. ff. de hæred. instit. Alexan. cons. 119. nu. 10. & cons. 123. nu. 4. vol. 5. vbi loquitur de præfatione inuestiturę, Socin. cons. 59. vol. 5. Aflict. de prohib. feudi aliena. per Lotharium.
32 nu. 6. & seq. † quo casu fœmina descendens nisi ex inuestitura aliter appareat, agnatos præsertim in feudo nouo, excludit, c. vnico, quemadmodum feud. ad fœm. perti. & Bal. ibi in finalibus verbis, Rippa lib. 1. respon. c. 1. nu. 77. Deci. d. cons. 269. nu. 6. in princ. & cons. 498. num. 24. Ioan. à Sancta Iul. cons. 3. nu. 21. inter consilia Bruni & ibi in terminis huius inuestituræ Ioan. de Coconato cons. 4. no. 4. 5. 6. & cons. 6. nu. 4. Iaf. d. cons. 9. num. 9. inter consilia Bruni, Curt. Sen. cons. 62. vers. primo quia feudum. nec non cons. 63. col. 2. in princ. Curt. in 3. part. quæst. 1. col. 2. præmissaq; procedunt maximè stantibus clausulis, ex certa scientia, motu proprio, & de potestatis plenitudine, alijsq; clausulis derogatorijs in dict. inuestitura appositis, necnon consensu ipsius domini Ludouici, vt Dec. & alij proximè allegati doc. cõcludunt, idem Deci. cons. 269. num. 2. 3. & 6. latè Parisius, cons. 22. num. 31. & seq. ac cons. 23. num. 74. & seq. vol. primo.

33 Quintò, contra patruum facit, † quia vigore dictæ inuestituræ hi, qui in d. Comitatu sunt successuri, hæredes esse debent ipsorum dominorum inuestitorũ acquirentium respectiuè, prout ex dicta inuestitura apparet, in qua quinquies mentio fit de descendentibus hæredibus: ergo dominus Ludouicus, qui fratris seu nepotis ex fratre hæres vniuersalis non est, in dicto Comitatu haud quaquam succedere potest: ita Iaf. d. cons. 9. inter cons. Brun. nu. 8. post Iacob. de Bel. Iser. Bar. Bal. & Alex. per eum allegatos, & cons. 57. nu. 1. vol. 1. dicens, hanc communem esse opinionem, Bru. cons. 18. nu. 13. 14. 15. & Soci. cons. 10. col. 3. & 4. nu. 17. dicit, quòd si in inuestitura dictum sit, quòd feudum sit antiquum, attamen quia mentio de hæredibus est facta, non admittuntur agnati, nisi sint hæredes. Paris. latè cons. 2. nu. 26. & seq. vol. primo. vnusquisque enim sibi, hæredibusq; suis prospexisse videtur, vt in titu. de duob. fratr. à Capi. inuesti. facit Corn. cons. 263. litera C. d. vol. primo.

Sextò, pro sorore adducitur fundamentum, quòd sicut quando fœmina ex pacto admittitur ad feudum nouum, vt in d. titulo de duob. fratrib. de benefic. inuestitu. cum simili. si semel exclusa fuerit, perpetuò durat exclusa, ita patruus, qui ad feudum nouum admittitur ex pacto, cum semel fuerit exclusus per descendentem masculum ab inuestito, censeri debet perpetuò exclusus: hoc sentit Iacob. de Ardizo. in titu. de succes. feud. colum. 2. in fin. & colum. 11. versic. simili ratione. vbi expresè dicit, simili ratione patruum non succedere nepoti: Decius cons. 445. nu. 18. Nam postquam frater præmortuus reliquit filium, frater vlteriùs ad successionem admitti non debet, quia deficiunt conditiones: idem dicit Ioan. Blan. in d. titul. de succes. feud. colum. 14. per text. in §. sui autem, titulo qui feud. dare pos. & faciunt notata in d. §. quinetiam, Episcopum vel Abb. & in l. fin. C. de succes. edic.

34 Septimò, pro filia admodum vrget, † quòd quando in aliqua dispositione est dictum, rem aliquam de hærede in hæredem transire debere, vel de descendente in descendentem in infinitum, tunc quandiu supereſt aliquis de vna linea, semper portio ascendentis vnius lineæ ad talem descendentem transit, licet alterius lineæ alij in pari, vel proximiori gradu sint, ita Corne. determinat dicto consil. 263. in litera N, & P. volu. primo, post Bald. Castren. & Benedic. de Benedic. per eum allegatos, Natta cons. 22. colum. 1. post Bal. Butri. Præpos. Boer. & Iaf. per eum relatos, appositè Rui. cons. 9. num. 3. & seq. vol. post Fulg. cons. 229. sed in casu nostro sunt vocati descendentes masculi, & fœminæ de gradu in gradum in infinitum seruata sexus prærogatiua, & domina Francisca Maria est descendens à quondam domino Nicolao, altero ex inuestitis: ergo ad eius portionem admitti debet excluso patruo.

Octauò, pro ipsa domina Francisca Maria in terminis videtur decisio Bald. consil. 143. colum. 3. vol. primo: quem refert & sequitur Curt. d. tracta. de feudis, parte prima tertiæ part. princip. quæstio. 15. concludens,
35 quod quando pactum disponeret, quod primogenitus, vel primogenita succederēt, tunc filia primogenita magis propinqua excluderet masculum magis remotum. Et hoc casu dicit non procedere, c. de his, qui sibi & hæred. suis.

Nono

36 Nonò, † quia D. Franciſca Maria tanquã filia quondam Illuſtr. D. Nicolai, & ſoror quondam D. Ludouici Bonifacij, ac cuiuſlibet eorum hæres vniuerſalis debet mitti in poſſeſsionem bonorum, de quibus agitur, cum ea poſsiderẽtur à patre, & fratre reſpectiuè tempore mortis cuiuslibet, cum dicat ſe illorum capacem ex Comitali inueſtitura, vulgato §. inter filiam. & ſeq. ſi de feu. fuerit contro. inter domi. & agna. glo. 1. in fi. in tit. de contro. inter maſcul. & fœmi. de benefi. vbi hoc dicit procedere, ſiue agnatus poſsideat, ſiue non, quam ſequitur ibi Bal. necnõ Laud. Curt. etiam d. tracta. de feu. in 3. par. in prima quæſtio. quæſt. 21. expreſſè dicens, quod etiam hoc locum habet, ſi bona de quibus agitur feudalia eſſent, eandem glo. ſequitur etiam Brun. conſi. 1. num. 4. & 15. poſt Io. Ant. Bal. Guliel. de Cu. & Alex. per eum allegatos, Campe. inter conſi. Brun. conſi. 2. num. 8. & 9. Dec. in terminis noſtris, conſi. 424. nu. 10. ac conſi. 467. nu. 10. & ſeq. & conſ. 498. colu. 1. & conſi. 588. num. 11. & 12. vbi in fortioribus terminis cõcludit, quod etiamſi agnatus poſsideret cum titulo inueſtiturarum, attamen quia fœmina contendebat ſe eſſe capacem ex alia inueſtitura, & ſic ex conflictu duarum inueſtiturarum diſputatio requirebat altiorem indaginem, ideo debet mitti fœmina hæres, Soci. Iun. conſi. 75. nu. 25. & 26. conſi. 76. num. 95. volum. primo. Afflic. deciſ. 119. numer. 4. Curt. Iun. conſi. 30. numer. 10. & conſi. 41. nume. 5. Gozad. conſi. 7. num. 11. 13. & 21. Multoq; fortiùs prædicta ,pcedunt in remedio retinendæ, Dec. conſi. 498. numer. 4. & remedio recuperandæ, Cur. Iun. d. conſi. 41. nume. 10. & colum. fina. Rippa. lib. 1. reſpon. c. 1. numer. 81. & 83. Pariſ. conſi. 22. nume. 64. & ſequen. & conſil. 23. nu. 89. & ſeq. vol. primo. Grat. reſpon. 10. nu. 1. & 7. lib. 1.

Et tenendo hanc partem, non videntur obſtare in contrarium adducta. Et primò, diſpoſitio iuris communis feud. qua fœminæ excluduntur, d. §. hocautem. qui feu. da. poſſ. cum ſimilibus, quia illa iura ſecum adferunt ſolutionem, ſcilicet ea locum non habere, ſi ſpecialiter in inueſtitura dictum ſit fœminas ad feudum eſſe admittendas, d. §. filia. de ſucceſ. feud. & §. ad filias. de ſucceſ. fra. Soc. Iun. conſil. 76. numer. 107. volum. 1. Pariſ. conſil. 23. numer. 47. volum. 1. Sed in caſu noſtro fœminæ ſunt ſpecialiter vocatæ: ergo ſunt admittendæ, non obſtante iuris communis feudorum diſpoſitione. Ita etiam reſpondet Dec. conſi. 208. nu. 2.

37 Non obſtat ſecundò, quod † ex forma comitalis inueſtituræ, in verbis diſpoſitiuis non ſunt vocatæ filiæ, quia in contrarium eſt veritas, ſi ponderentur verba in ipſa inueſtitura poſita, incipiendo à verſi. Nos igitur petitioni eorum annuentes: ex quo participio inducitur conceſsio, l. mulierem. & ibi Bal. C. de adoptio. vſque ad verſic. ad maiorem quoq; noſtrę Cęſareę clementię, &c. quæ ſunt verba diſpoſitiua amplectentia omnia in precibus narrata, & non ſolum maſculos, ſed fœminas, quod demonſtratur ex
38 illo participio, deſcendẽtibus, quorum † appellatione cum ſint generis omnis filiæ veniunt, l. fin. in princ. C. de legit. hære. Goza. conſi. 9. num. 57. poſt Alex. & Dec. per eum allegatos, maximè vbi de eis prius fuit facta mentio, vt in caſu noſtro, Corn. d. conſ. 263. in fin. & collegium Bononienſe in d. conſi. 51. colum. penulti. circa finem. Item ex illis
39 verbis (vt ſuprà) quæ † faciunt relationem omnium eorum, quæ ſuprà dicta fuerunt, l. 1. §. ex hoc edicto. & ibi Barto. ff. de poſtulan. l. item quæritur. §. item Iulianus. ff. loca. quæ iura refert Dec. conſi. 182. nume. 3. conſi. 227. nume. 3. conſi. 394. num. 1. & conſi. 284. colum. fin. & clariùs ex clauſula illa, decernentes & volentes ea omnia habere perpetuis temporibus roboris firmitatem, & cum dicat, Omnia, nihil excludit, vulgata l. Iulianus. ff. de legat. 3. Nam in precibus ipſi fratres inueſtiti ſupplicarunt expreſſè, vt deficiẽtibus omnibus liberis maſculis ipſorum amborum fratrum filia primogenita vocaretur: ergo citra cauillum negari non poteſt, quin fuerit ſpecialiter filia vocata, deficientibus omnibus liberis maſculis. Nec his obſtat verſic. Et vt huiuſmodi Comitatus integer remaneat & indiuiduus, &c. quo ipſæ filiæ & ſorores expreſſè excluſę videntur à dicto Comitatu, quia illud locum habet, vbi extarent maſculi deſcendentes, quo caſu noluit eas in dicto Comitatu cum ipſis ſuccedere: & hoc probat clauſula ibi poſita, vide licet, cæteris fratribus, qui cum ipſis primogenitis, &c. quæ etiam ipſas filias reſpiciunt, & ſorores reſpectiuè, cum ſit vnicus conſtructus verborum, alioquin etiam cogeremur dicere, cæteros fratres ſecundò, vel tertiò genitos, eſſe excluſos, cum vna determinatio plura reſpiciens determinabilia pariformiter debeat determinare, vulgata l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. Barto. in l. prætor. §. eritq; hæc differentia. verſicu. breuiter dic. ff. vi bo. rapto. & tamen dicendum non eſt, alios maſculos, & fœminas, quos & quas prius ſtatim admiſerat reſpectiuè, deficien-
40 tibus primogenitis maſculis, † voluiſſe excludere,

cludere, ne inducatur incontinenti, correctio & repugnantia contra nota. in l. non ad ea. ff. de cond. & demon. & per Alci. latè de præsump. reg. 2. c. 28. Soc. consi. 159. nume. 29. vbi post Franc. de Albergotis dicit, pacta vnius contractus sic intelligi debere, vt omnis absonus intellectus cesset, & vnum aliud non remoueat, hocq; probatur ponderando verba in d. versic. posita. Et vt huiusmodi, &c. vbi postquam ipsos fratres, & eorum ac cuiuslibet ipsorum primogenitos, & descendentium descendentes masculos vocauit, addit huiusmodi verba, Et successiuè de primogenitis in primogenitos legitimos & naturales, vsque in infinitum modis & formis sic, vt suprà specificatis. Sed suprà in modo & forma succendēdi specificè sunt vocatæ filiæ post masculos liberos: ergo & in dicto versic. referente, vocatæ
41 censentur, † cum relatio semper intelligatur cum suis qualitatibus, vulg. l. asse toto. ff. de hæred. instit. hæcq; est natura dictionis, vt suprà Paris. consi. 19. nu. 68. cons. 80. numer. 49. volu. 2. post Bart. Albe. Cur. & Dec. per eum citatos, Cra. consi. 88. nu. 3. Soci. Iun. cōs. 170. nu. 33. vol. 2. Rui. consi. 183. nu. 1. volu. 2.

Minus obstat, quòd in dubio ponatur, Imperatorem voluisse se conformare cum dispositione iuris communis, quia secus est in claris, vt in casu nostro, Corn. d. consi. 24. col. penul. litera A. volu. 2. Goza. d. consi. 53. nume. 18. per tex. in l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. & l. pediculi. §. argento. ff. de auro & argen. leg. Sed in casu nostro clarissimè patet, filias primogenitas fuisse vocatas: ergo sumus extra præsumptionem.

Non aduersatur tertium argumentum, quod in feudo paterno, in quo fœmina etiã vocatur stante masculo ex primo inuestito, non admittatur, vt in titu. de eo qui sibi & hæred. suis masc. & fœm. cum simi. quia potest multifariè responderi. Primò, quòd feudum Canellarum attentis nouis qualitatibus, & noua forma in Comitali inuestitura appositis, paternum dici non possit, sed nouum, quo casu fœmina descendens vocata, excludit patruum etiam vocatum, vt suprà probatum fuit in primo & tertio fundamẽto pro filia facto. Nec D. Ludouicus est descendens dicti quondam D. Nicolai, qui fuit vnus ex primis inuestitis cum qualitatibus Comitalibus, & alijs, de quibus in dicta inuestitura.

Nec obstat, quòd dicitur, in d. inuestitura censeri saltem verbis gñalibus confirmatas antiquas inuestituras, quia dictarum inuestiturarum antiquarum mentio nulla facta legitur expressè in d. comitali inuestitura.

Minus etiam dici potest, antiquas inuestituras expressè cõfirmatas esse sub illis generalibus verbis, Priuilegia, gratias, iura, de quibus in dicta inuestitura Comitali, Curt.
42 d. consi. 49. colu. 13. quia, † quod dicitur aliquid posse dici expressum verbis generalibus, ita intelligi debet, quòd expressio adeò sit clara, vt intellectus non laboret in intelligenda mente disponentis, verũ ex ipsis verbis res ita pateat, vt nulla dubitatio sit, Bal. in auth. hoc inter. in princip. C. de testam. per l. ille aut ille. §. in verbis. ff. de lega. 3. Sed in casu nostro verba illa generalia recipere possunt dubitationem, vt ex infrà dicendis patebit: ergo ex eis dici non potest inducta expressa confirmatio antiquarum inuestiturarum. His adstipulatur, quod dici solet, quę
43 † speciali nota digna sunt, si omittantur, neglecta censentur, l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. Vtiq; n. sciuissent ipsi fratres supplicantes explicitè petere confirmationem antiquarum inuestiturarum, & pariter Imperator eas confirmare, si voluissent. Sed quia hoc erat cõtra ipsorum fratrũ intentionem, & preces, qui nouam formam in successione Canellarum, & aliorum locorum induci voluerũt, quæ forsan repugnat omnino antiquis inuestituris, vocãtibus dũtaxat masculos oẽs eiusdẽ gradus: ideò clariùs petere noluerũt. Et propterea illa verba gñalia, Iura, priuilegia, &c. debet intelligi, ne correctionem, repugnantiã, cõtrarietatẽue, inducant, argu. eorum, quæ Alex. tradit cõs. 30. nu. 22. vol. 1. Bar. l. 1. §. & parui. nu. 5. ff.
44 quod vi aut clã. At † debet fieri interpretatio vt hmõi cõfirmatio iurũ cũ supplicatis concordet, à quibus rescripta, siue priuilegia interpretationem, supplementum, & decollationem recipiũt, c. inter dilectos. §. cæterùm. & ibi Fel. colu. 4. de fi. Instr. Ias. in l. Gallus. §. idem credendũ. nu. 10. ff. de lib. & posth. Ro. consi. 133. Dec. consi. 10. nu. 8. & cons. 61. colu. 2. & cons. 403. nu. 15. Ias. in l. causas. num. 5. C. de trãs. Nã si preces ipsas rectè cõsideremus, in eis videbimus tria fuisse petita: videlicet primogenituram modis & formis in supplicatione expressis: secundò cõfirmationẽ priuilegiorũ super loco Canellarũ, cęteriscq; locis & terris: tertiò, ipsos supplicãtes de prædicto loco Canellarũ, & cęteris locis inuestiri, eaq; omnia de nouo cõcedi, quorũ petitiõi annuẽs Imperator ordine peruerso, pcedẽs priuilegia cõfirmat, supplicãtes & eorũ descẽdentes de nouo iuxta reqsita inuestit, in quibus nulla fit mẽtio dictarũ inuestiturarũ. Nec fortè à veritate alienũ erit, dicere, modernum

dernum Imperatorem noluisse confirmare priuilegia, & iura à Rege Gallorum primogenitoribus ipsorum supplicantium cõcessa, sed tantum ab imperatoribus Romanorum, & Regibus, Comitibusq; Asten. prædecessoribus ipsius confirmantis indulta, & hoc indicant illa verba, Prædecessoribus nostris: quorum appellatione non veniunt Gallorum Reges oppidò ipsi Imperatori tunc inimici.

Non obstant consilia Alex. Dec. & Bru. in contrarium allegata, quoniam in casibus ipsorum expressè dicebatur, quòd inuestitura, siue concessio de nouo, fiebat secundũ formam antiquarum inuestiturarũ, & concessionum, nec in casu ipsorum consulentium erant additæ nouæ qualitates, & noua forma in dicta inuestitura.

Necsimiliter in contrarium vrgent cons. Cur. & collegij Bononien. quia in casu ipsorum concessio erat facta tanquam in feudũ antiquum, auitum, & paternum, & in verbis narratiuis erat insertus tenor antiquarũ inuestiturarum, vt dicit Curt. d. consi. 49. colu. 19. in fi. nec fœminæ in ea erant vocatæ. Posset etiam responderi, dato citra veritatis præiudicium, quod prædictum feudum esset paternum, respectu ipsorum dominorũ fratrum inuestitorum, attamen quia dominus Ludouicus, qui de iure communi excludebat filiam fratris, consensit (deficientibus liberis) filias vocari, sibi præiudicauit, per ea, quæ latè in primo & secundo argumento pro præfata filia deducta fuerunt, quibus addo Bru. consi. 34. nu. 6. necnon ea, quæ latissimè Tiraq. scribit de iure primogenitorum, quæst. 26. vbi qui consentit remotiorem vocari sibi præiudicat, Docto. communiter in tit. si de feud. fue. contro. inter domi. & agna. §. Titius filios. Afflic. in tit. quemadmo. feud. ad fœm. pertine. col. penul. versic. scientia & patientia. & in hoc negari non potest, quin sit feudi alterata natura, & noua forma addita, quo casu feudum nouum dicitur, vt Ias. concludit d. consi. 24. nu. 4. & cons. 7. col. 8. in princ. vol. 3.

Non nocet consi. Castren. 192. quia in casu suo constabat de prima inuestitura, qua liberi vtriusq; sexus vocabantur simpliciter, & in secunda inuestitura solum erant addita verba, vel alterius eorum, & ibi ille Francischinus patruus erat ex descendentibus primi inuestiti, cum illa qualitate, prosè & hæredibus vtriusq; sexus, veniebatq; ex prima inuestitura, ideo nimirum, si filiam excludebat à successione patris, c. 1. de his, qui sibi & hær. suis. &c. Nam si voluisset venire virtute inuestituræ secundæ ad partem fratris, fatetur Paul. de Cast. quòd filias excludere non potuisset, quia vnusquisq; sibi, filiabusq; suis, potius quàm fratri prouidisse censetur. Nec suffragatur eius responsio, data ad ea, quæ obijciebantur de consensu, quã obiectionem dicit fortem, quia in casu nostro non constat de alia prima inuestitura, imò hæc Comitalis est prima vocans filias deficientibus liberis masculis cum consensu partium, quæ expressè consentiunt, filias vocari deficientibus masculis ipsorum amborum fratrum, & sic rectè intellectus Pau. de Cast. retorquetur pro sorore.

Nec Instrumentum fidelitatis probat illud feudum esse paternum, cum hoc in eorum non esset potestate, nec constet de relatis, maximè de mandato: Docto. communiter in auth. si quis in aliquo. C. de eden. Alexan. consi. 81. num. 7. vol. 1. & consi. 50. nu. 5. & 6. vol. 5. nec ex actis apparet dictam sororem causam habere à Ludouico seniore, quo
45 fit, vt iudicetur vti tertia, † quo casu verba illa enunciatiua in antiquis non ꝓbant concludenter contra tertium, præcipuè vbi principaliter de qualitate feudi enunciati disputatur, vt concludit Cra. de antiq. tem. d. prima par. Ita respondet Ias. consi. 24. colu. 7. versi. præterea ex eo. vol. 2. post Bald. Ang. But. & Alex. per eum adductos.

Rñderi etiam potest, dicta verba intelligi non debere respectu nouarum qualitatum, quibus est derogatum antiquis inuestituris,
46 vtputa in modo succedẽdi, † ne cõtrarietas & repugnãtia inducatur in eadẽ dispositione: Alex. consi. 48. nu. 5. & 11. volu. 1. quem refert & sequitur in terminis nostris Cur. d. cõs. 49. col. 6. ver. nõ obstabunt illa verba per regulam l. doli cla. ff. de verb. oblig. vbi clausula generalis ad specificata non refertur.

Non obstat quartum argm̃, quia ad illud rñsio ex tertio fundamento ꝓ sorore adducto oritur. Nã obiecta ꝓcederent ex dispositione iuris cõis, sed nos sumus in ꝓuisione hominis, quæ regulariter facit cessare ꝓuisionẽ legis, vulgata l. fi. C. de pac. cõuen. quã in simili casu allegat Soci. d. cons. 10. nu. 8. inter
47 cõsi. Bru. † hinc dicimus per substitutionem cessare ius accrescendi, l. vni. §. in primo. & §. ꝓ secundo. C. de cad. tol. & Doc. notãt in l. vni. C. qñ non peten. par. pet. accres. quibus arridet, quod dicitur, pacta frangere leges: & contractus ex conuentione legem accipere: l. 1. §. si conueniat. ff. depo. cum simil.

Necaduersatur collegiũ Bonon. d. consi. 51. colu. pen. inter consi. Cur. dum rñdet ad l. fi. C. de pac. conuẽ. quia licet sit generalis ꝓ-

uisio in iure feudorum, quod agnati in feudo antiquo succedant excluſa fœmina, attamen negari non poteſt, quin hoc ſit ſpeciale in feudis inſpecta diſpoſitione iuris communis, quo filia, ſeu ſoror ſuccedit excluſo patruo: & propterea dicitur, quòd ex pacto poteſt fœmina in feudis ſuccedere, non obſtante generali feudorum diſpoſitione, & ſic prouiſio hominis etiam in feudis tollit generalem diſpoſitionem legis feudorum, cui ex tenore inueſtituræ, vt ſuprà dictũ eſt, derogatur: nam iura feudalia dicuntur ſingularia reſpectu iuris communis, vt concludit Iaſ. in l. de quibus. nu. 26. ff. de legi.

Et hoc modo reſponderi etiam poteſt ad quintum fundamentum pro patruo allegatum. cum enim conſenſerit patruus, filiam euocari in defectum liberorum maſculorũ ipſorum amborum fratrum, & ſic ſe reſtrinxerit, vt ſolum à liberis maſculis filia excludatur, ſibi præiudicauit, nec poteſt talem reſtrictionem ad ſe extẽdere, vt concludit Socin. loco proximè allegato, & Iaſ. d. conſi. 24. numer. 4. idq; iuuatur ex regula l. ſi vnus.
48 §. ante omnia. ff. de pac. † quod in pactis regulariter non fit extenſio de perſona ad perſonam, cum qua concordat reg. l. ſi ita ſtipulatur. §. Griſogonus. & l. quicquid adſtringendæ. ff. de verbo. obliga. Curt. de feudis prima par. quæſt. 9. in fi. Bal. de feud. cogni. in princ. nume. 11. Iacob. de Bel. in c. 1. in vltimis verbis, de eo, qui ſibi & hæred. ſuis. vbi dicit, quòd in ſtipulatione, & pacto nulla comprehenditur perſona, niſi expreſſa: & ſic non militat argumentum, quod fit de l. ſi viua matre. C. de bon. mater. quæ non procedit, vbi aperta & clara ſunt verba diſponentis, argumento eorum, quæ not. Cur. Iun. conſi. 41. numer. 10. in fi. Dec. conſ. primo.
49 nume. 7. vbi dicit, † verba expreſſa teſtatoris intelligi debere vt ſonant, dato, quòd ſecus eſſet in interpretatione legis: Socin. conſi. 13. nu. 38. vol. 1. Eue. c. 35. col. 18. in claris enim nõ opus eſt coniecturis, vulgata l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.

Nec eſt impedimento regula l. de acceſſionibus. ff. de diuer. & temp. præſcrip. quia procedit, quando vincens formaliter ſuccederet, vel in ius victi ſubrogaretur: Aretin. conſi. 27. colum. 2. quem ſequitur Socin. conſi. 28. num. 24. & 29. vol. 4. & quando eadem eſt vincendi ratio, Ange. conſi. 252. Alber. in authen. defuncto. colu. 1. C. ad Tertul. Dec. conſi. 693. nu. 3. Felin. in c. paſtoralis, in princip. de offic. ordi. de hac materia pulchrè Socin. conſi. 202. Sed in caſu iſto D. Ludouicus non ſubrogatur formaliter in locum alicuius eius filij, cum nullus fuerit filius tempore aduenientis conditionis: ergo non militat dicta regula.

Sextum pariter fundamẽtum non obſtat, quia in caſu noſtro D. Franciſca Maria dicitur ſuccedere in Comitatu Canellarum ex vi inueſtituræ Comitalis paternæ, & ſic ipſi quondam Nicolao patri, vt in tit. de feudo Marchi. ibi, per inueſtituram patris & auit non enim feudum habet filia à fratre, ſed ex prouiſione paterna, glo. in verbo, Pater, in tit. de his, qui feudum dare poſſ. §. cum verò Conradus. quam in terminis inueſtituræ noſtræ citat Laud. in d. §. quinetiam. circa medium, qui licet magis communiter reprobetur, in quantum tenet cum gl. quòd fœmina ſemel excluſa decedẽte maſculo admittatur, attamen in eo, quod dicit, illam venire ex prouiſione paterna, comprobatur, Pariſ. conſil. 23. num. 130. volu. 1. faciuntq; notata per Dec. conſi. 1. col. 1. quem refert & ſequitur Gozad. d. conſi. 33. nu. 15. Nec dici poteſt, quòd duntaxat vocauerit filias liberorum, non autem ipſorum fratrum ſtipulantium, quia ſi inſpiciantur verba inueſtituræ, etiam cẽſentur vocatæ filiæ ipſorum ſtipulantium, cum vocet indiſtinctè filias primogenitas, quæ tempore aduenientis cõditionis, id eſt defectus liberorum maſculorum, reperientur, quibus verbis filiæ indiſtinctè adueniente caſu de nouo inueſtitæ cẽſentur, Pau. de Caſt. d. cõſ.
50 192. col. 2. in fi. verſi. ſed ipſę cenſentur. † imò magis dici debet vocata ipſa D. Franciſca Maria: tum quia ablatiui pro primogenitis filiabus poſſunt referri ad genitiuos, ſcilicet ipſorum fratrum: tum etiam, quia ſi dicimus eſſe vocatas neptes, vel alias filias primogenitas vlterioris gradus, multò magis cenſendum eſt, vocatam eſſe propriam filiam, argumento l. ſi viua matre. C. de bo. mater. Dec. conſi. 15. colu. 2. verſi. ſi ergo ſub-
51 ſtitutos. ordo † enim charitatis operatur, vt p prius diligatur filius, & p poſterius nepos, Caſtren. in l. Gallus. §. 1. numer. 7. ff. de lib. & poſthu. & dato, quòd ageretur de ſuccedendo fratri, adhuc debet admitti ſoror per ea, quæ dicam infrà, reſpondendo ad vltimum argumentum.

Non obſtat ſeptimũ argumentum, quòd ratione æqualitatis ſeruandæ debeat admitti patruus, d. l. lege 12. tabularum. C. de legi. hęredi. quia non procedit data diuerſitate terminorum, & rationis: ſic reſpondet Rub. conſi. 102. in fi. loquens, quando patruus volebat ſuccedere nepoti. Nam in caſu noſtro ſoror proximior excludit patruum vlteriorem in gradu: ergo eſt diſparitas terminorũ.

Minus

Minus etiam nocet reg. quòd correlatiuorũ eadẽ sit dispositio, quia nõ procedit quando est diuersa ratio, Cur. d. cons. 51. colu. 4. circa med. Ratio aũt diuersitatis in hoc casu liquido ex inuestitura comitali dignoscitur, quia si ageretur de succedendo patruo decedenti sine filijs masculis, filia non obstaret cũ non vocetur, nisi in defectum liberorum masculorum ipsorum amborum fratrum, secus si patruus vellet succedere nepoti defuncto sine filijs, quia obstat soror, quæ expressè in liberorum masculorum defectum vocatur.

Nec obst. octauũ argm̃, quòd ex quo prędicta filia semel fuit exclusa, sẽper duret exclusa, d. § quinetiã Episc. vel Ab. quia dupliciter rñderi põt. Primò prout rñdẽt acutissimi aduocati D. Frã. Mariæ, videlicet quod licet ipsa D. Frã. Maria dici posset exclusa per fratrẽ à successione patris, attamẽ cũ agatur secũdũ antiquos de succedẽdo fratri ab eius successione nõ est exclusa. Ita decidit Bal. in d. §. quinetiã. nu. 3. quẽ refert, ac sequitur Soc. Iun. cõs. 76. nu. 112. & seq. vol. 1. & Goz. cons. 9. nu. 59. post Cor. & Dec. per eũ alleg. & his adstipulãtur dicta per Al. & Ias. in d. l. 1. §. veteres. ff. de acq. pos. Syl. con. 49. nu. 35. Soc. latè cõ. 73. nu. 1. vol. 3. Paris. con. 22. nu. 17. vol. 1. Verũ quia hęc rñsio nõ est tuta ex his q̃ adducit Paris. d. cõs. 22. nu. 18. ideo rñdetur & secũdò, obiecta procedere, vbi simpliciter fuisset vocata fœmina cum masculo, secus verò vbi cõditionaliter & temporaliter est vocata, ita Doc. limitãt in cõtrariũ alleg. Cur. in d. 3. par. q. 27. vers. secundo limita. Paris. d. cons. 22. nu. 20. & seq. post Alex. Iser. & Soc. per eũ alleg. & cõs. 23. nu. 58. & seq. eo. vol. Goz. cõs. 9. nu. 58. & seq. Rui. cons. 9. nu. 6. & seq. vol. 1. At in casu nostro conditionaliter, & temporaliter, siue suspensiuè, vocatur filia, id est deficien. liberis masculis: locum ergo nõ habet regula prędicta, quòd aũt illa verba, deficientib. liberis masculis, stẽt conditionaliter, siue suspẽsiuè, ꝓbatur per tex. in tit. de eo q sibi & hær. suis, masc. & fœ. inuesti. recep. ver. nõ. n. patet. & in versi. quod miles, vbi expressè dicitur. Non. n. patet locus fœminæ in feu. successione, donec masculus supereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inuestitus. Ergo vbi masculus non supereſt, quia decessit sine hærede masculo, debet admitti fœmina. Nec
52 † mouet, quod argm̃ à contrario sensu in constitutionibus feudalibus non valeat, vt concludit Euerar. in locis lega. c. 4. num. 80. quia hoc procedit quando ex hmõi argumento discedit ur à iure communi, aliàs secus: ita intelligit Ias. in l. 1. nume. 58. C. de iure emphit. allegatus per Euerar. sed ex hmõi argumento redimus ad ius cõe, ergo &c. & per tex. in d. versicu. non enim patet, dicit Gozad. d. consi. 9. nu. 59. quòd quando fœminæ vel ex pacto, vel ex natura feudi sunt admissę, semper extantibus masculis exclusę dicũtur nõ perpetuò, aut simpliciter, sed tẽporaliter, & hæc opi. fuit gl. in d. §. quinetiã. quã sequitur ibi Iac. de Bel. & Lauden. pro qua facit,
53 † quia prædicta verba, deficientibus masculis, sunt ablatiui absoluti, qui in cõditionem resoluuntur, vulgata l. à testatore. ff. de cõd. & demon. cum simil. ita Rom. tenet expressè loquens de hoc participio, deficientibus, cõs. 1. circa princ. Rui. d. consi. 9. nu. 8. vol. 1. post Alex. & Soc. per eum allegatos, & dicit Goza. d. consi. 53. nume. 13. quod idem est dicere deficientibus, vel si decesserint, & pro hac solutio. vrget, qa casu nostro filia non vocatur, nisi post plures gradus masculorũ, in quibus dicitur inducta q̃dam perseuerãtia liberorũ, quo casu dicitur potius q̃dã suspẽsio tpalis, q̃ꝑ pręcisa exclusio, & ideo masculis deficiẽtibus, succesio redit ad fœminas, Ba. in l. qb. ver. & intellige hoc verũ. C. de secũ. nup. Sed quia hæc rñsio stãte cõi conclusione, põt morderi ex rubr. de eo qui sibi & hær. masc. & fœm. inuest. accep. iũcto nigro, quod argumentum est validũ secundũ Albe. in dictio-
54 nario, in verbo, Argumẽtũ, † ex quibus probatur æquipollere, si in inuestitura dicatur, pro se, filijs masculis & fœminis, vel pro se & masculis, & his deficientibus, pro fœminis, quo casu idẽ deberet esse iudiciũ, c. in his. de verb. sig. l. fi. §. fi. & ibi gl. ff. man. Euerar. in locis lega. c. 55. Ideo solidius iudicio meo rñderi põt, quòd in cõtrariũ adducta procederẽt, q̃n dictũ fuisset simpliciter, & ipsis omni. filijs masculis deficientibus: quia tunc secundum cõem opin. semel exclusa à filio, perpetuò durat exclusa, sed in casu nostro non solum vocatur primogenita in defectum filiorũ, quo casu, vt prędictũ est, dici posset exclusa, sed etiã vocatur in casu, in quẽ filij filiorũ deficerẽt, et sic filij sine filijs masculis decederent, quod probatur ex illis verbis, & ipsis omnibus filijs, ac eorũ liberis masculis deficitiẽbus, qui casus euenit, in quõdam D. Lud. Bonifac. primogenito sine liberis defuncto: ergo locus est præfatæ filiæ primogenitæ. Et pro hac responsione, licet de se sit clara, adduco Corn. d. cons. 24. litera V. vol. 2. Goz. consi. 53. nu. 11. in contrarium allega. quos retorqueo, cõcludẽtes, quòd in eorũ casu agnatus excludit fœminã, ex eo quòd verba cõtractus nõ dicebant, Si filius filios masculos nõ habuerit, qa ista casu nõ fuisset exclusa fœmina ab agnato, licet semel fuerit exclusa à filio.

Nec obstat vltimò consilium Dec. 517. & Ias. 138. quia Decius loquitur, quando is qui possidebat probauerat dominium eius: dictum verò Ias. intelligi debet, quando fœmina non allegaret se esse capacem, vel ex pacto, vel ex consuetudine, seu aliquo alio iure, alias secus, per ea quæ adducta fuerunt in vltimo fundamento pro fœmina allegato, & maximè per Dec. d. consi. 588. num. 12. vbi loquitur, quando filia petebat se mitti in possessionem bonorum feudalium, quæ agnatus possidebat cum titulo inuestituræ. Attamen quia ipsa dicebat se esse capacem ex alia inuestitura, & propter conflictum inuestiturarum res altiorem requirebat indaginem: ideo concludit dictam filiam esse mittendam in possessionem. Idem sentit Io. Campe. d. consi. 2. num. 12 inter consilia Bruni, Goza. d. consi. 7. nu. 13. Ex quibus omnibus hinc inde adductis negari non potest quin casus de quo agitur sit disputabilis, quo fit, vt in dubio filia, siue soror sit mittenda in possessionem bonorum etiam feudalium, quæ pater & successiuè frater tempore mortis possidebat, & sic censuerunt iudices vltimarum appellationum filiam esse mittendam, ius omne partibus in petitorio, si & prout eis respectiuè cõpetebat, reseruantes.

SVMMARIVM.

1 *Venditio rei fideicommissæ pendente conditione fideicommissi valet, licet venditor de euictione teneatur.*
2 *Fideicommissi dubium euentus considerabilis non est.*
3 *Debitor tenetur ex causa satisdare de soluendo adueniente die, vel conditione.*
4 *Emptor licet ante rem euictam agere non possit, potest tamen agere, vt res libera tradatur.*
5 *Emptor potest agere, seu excipere, vt tanto minoris æstimetur precium rei emptæ, quanto minoris valeret, si res empta non esset fideicommisso subiecta.*
6 *Emptor agere potest, vt res libera tradatur, etiamsi res nõ sit obligata, sed aliquo casu posset ad tertios possessores deuenire.*
7 *Exceptio, quæ æquitate nititur est admittenda.*
8 *Euenire quod potest inspicitur, quando illud quod euenire potest est contingens secundum naturam & dispositionem hominis.*
9 *Emptor rei, quæ est peculij aduentitij filij potest contra patrem venditorem agere, vt rem venditam proprij turis esse doceat, aut quod euictionis nomine satisdet, licet filius viuente patre non possit rem aduentitiam à patre venditam vendicare.*
10 *Lex erubescit filios esse castigatores parentum propter reuerentiam, ac potestatem paternam.*
11 *Priuatio præsupponit habitum.*
12 *Condemnatio fieri debet in toto eo, in quo quis in futurum damnificari posset, licet differatur exactio.*
13 *Venditor rei fideicommissæ, quando teneatur satisdare de indemnitate emptori in casum euictionis propter purificatum fideicommissum.*
14 *Venditor rei fideicommissæ, si bona non habeat, nec satisdare possit, tunc reponendum erit precium in emptionem bonorum immobilium, quæ censeantur hypothecata emptori.*

DECISIO XXIIII.

Emens ignoranter rem fideicommisso subiectam à venditore sciente, & ad precium agente, an excipere possit de re liberè non tradita, & petere sibi cautionem præstari in casum purificati fideicommissi, & euictionis subsequutæ.

PRopositum in Senatu fuit, an emens ignoranter à venditore præsertim sciente, rem fideicõmisso conditionali subiectam, possit aduersus venditorem ad precium agentem excipere, se non teneri, nisi re libera ab onere fideicommissi conditionalis tradita, aut saltem præstita cautione de indemnitate in casum purificati fideicommissi, & subsequutæ euictionis? Et dicendum videbatur, exceptionem propositam non competere, ex his quæ tradit Alexan. in termin s, consi. 65. vol. 5.

1 Primò, † quia venditio huiusmodi fideicommissi conditione pendente valet, licet teneatur venditor de euictione, l. fin. §. sinautem sub conditione. cum similibus allegatis in glo. C. commu. de legatis. Dec. in l. si eum seruum, in fi. ff. si cer. peta.

Secundò, quia ante euentum conditionis fideicommissi nulla competit actio fideicommissario, l. cedere diem. ff. de verbo. sig. & l. item quia. C. de pactis. addo tex. in l. si seruus. in princip. iuncta glo. 1. ff. de condict. fur. vbi legatario sub conditione non datur condictio furti pendente conditione, & in l. transactionum. ff. de pericu. & commo. rei vendi. in fi. arguendo à contrario sensu: dicitur enim emptore solutionem precij quæstione dominij mota non cogi, nisi de euictione satisfecerit: ergo quæstione dominij non mota cogi potest soluere, etiamsi venditor non satisfecerit: quibus conuenit doctrina Bart. in l. 1. in vltima oppo. C. de bon. mater. vbi reprobata glo. tenet, ementem à patre rem, cuius proprietas ad filium pertinet, tanquam propriam ipsius patris non posse contra patrem agere, vt satisfiat euictionis nomine, cum filius, donec extat in patris potestate, agere non possit, & sic euictionem non dici imminere, vel quasi in limine cõtractus respondetq; Alex. ad obiectum, quod fieri posset

posset, d. l. ex prædijs. C. de euictio. dicens, illud locum habere in obligatione pura, secus in conditionali suspensiua, cum tunc bona non dicantur obligata, d. l. cedere diem. & ita Bal. intelligi debere dicit in d. l. ex prędijs. in fin. Idem etiam sentit in apost. ad. Bal. in eadem l. ex prædijs. quem refert ac sequitur Negusan. de pignor. in primo membro, 5. partis. num. 24. & seq. vbi num. 27. dicit, arbitrari opinionem Alex. esse de iure veriorem, & allegat doctr. Barto. in l. 3. §. condemnatio. ff. de tab. exhib. Idem sentit in apostil. ad Salyc. in d. l. ex prædijs. videturq; sentire Deci. in l. si eum seruum. ff. si cert. petat.

2 Crauet. cons. 142. num. 8. † vbi dicit, dubium euentum fideicommissi non esse considerabile, his accedit Oldr. cons. 224. num. 27. constituens differentiam, an aliquid alicui debeatur in spe & vltima voluntate, an ex contractu, vt primo casu non sit considerabile, secundo verò sic: & pro hac opinione videtur text. in l. qui rem. C. de euict. vbi emptor possidens rem emptam, venditorem sumpta causa, quod res empta aliena, vel obligata dicatur, quandiu euicta non est, conuenire non potest.

In contrarium autem adducitur gl. in d. l. qui rem. quæ ponit quinq; fallentias ad regulam, de qua in d. l. qui rem. quarum tres vltimæ videntur casui nostro adoptari posse. Prima, quòd emptori propter dolum præsumptũ venditoris competat actio, multò magis exceptio, cum venditor sciret rem venditam esse fideicommisso subiectam, & emptorem ignorantem certiorem non reddiderit, argumento l. seruus, quem. §. fin. ff. de actio. empt. Secunda, quando non agitur vel excipitur de euictione, sed agitur vel excipitur, vt caueatur in euentum euictionis, & sic purificati fideicommissi, argumento l. 2. ff. de euiction. quod maximè procedit superueniente noua causa, l. in omnibus. ff. de iudic. De noua causa petendæ satisdationis apparet propter superuentam notitiam fidei commissi conditionalis, quod tempore con-

3 tractus ignorabat emptor, † vt in debito conditionali videtur tenere Rippa in l. 2. nu. 34. ff. solut. matrim. post Aretin. col. 3. & seq. Iaſ. in l. inter omnes. nu. 1. ff. qui satisdare cogan. bonus text. cui iudicio meo responderi non potest, in l. quòd si in diem. vers. sin autem non venerit. ff. de petition. hæredi. vbi creditor conditionalis potest petere sibi caueri à debitore de restituendo debito, si con-

4 ditio extiterit: † nam licet ante rem euictam de euictione emptor agere non possit, l. euicta, in principio. & glos. ibi. ff. de euict. cum similibus, agere tamen potest, vt res libera tradatur: & excipere de dolo, si agatur ad precium, d. l. ex prædijs. vbi gl. hoc etiam firmat. Et prædictam glo. in d. l. qui rem. sequitur ibi Bal. quem defectiuum habeo secundum impressionem Nicolai de Benedictis, quam sic restituendam puto, & tene menti glo. magnam hîc positam, quæ inter cætera dicit, quòd licet agi non possit de euictione, potest tamen agi, vt res liberetur: sic enim debet legi, Si antecedentia, sequentia, & gl. per eum allegatam obseruamus. quam etiam refert, & sequitur Alex. cons. 67. vers. & per istam decisionem. vol 3. Dec. cons. 483. num.

5 18. Alia fallentia est, † quia emptor agere, seu excipere potest, vt tanto minoris æstimetur precium rei emptæ, quanto minoris valeret, si res empta non esset fideicommisso conditionali subiecta, argumento eorum, quæ notat Ang. in l. si seruus. 2. in princ. ff. de condit. furt. & in l. 1. §. si hæres. ff. ad Senatusconsul. Trebell. post Bar. in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. §. fin. ff. de verbo. obliga. sequitur Paul. de Cast. in d. §. si hæres. num. 2. Alex. d. cons. 67. num. 1. vol. 3. Bertachi. in verbo, Emptor agit. num. 43. Rippa. d §. si hæres ad Trebel. num. 31. & seq. & dicit Sayssel. in d.

6 §. si hæres. in princi. † quòd præmissa procedunt, etiamsi res non esset obligata, sed aliquo casu ad tertios possessores deuenire posset. nam exceptio hæc æquitate niti videtur, cum eueniente casu fideicommissi contingere posset, emptorem domum emptam fideicommissario restituere, & etiam precium amittere, si venditor soluendo non es-

7 set, † & cum æqua sit hæc exceptio, admitti debet, l. qui æquitate. ff. de excep. doli. Soc. in l. iure ciuili. colum. 2. ff. de cond. & demonst. huic opinioni accedunt glo. Ang. & Iaſ. in §. penult. Instit. de sup. tuto. post Bart. in l. 1. §. stipulatio duple. ff. de præto. stipu. & sententiam hanc tenendo, non obstat text. in l. cedere diem. ff. de verbo. significa. quia loquitur respectu actionis & obligationis orientis ex contractu, vel ex vltima voluntate. nam tunc verum est ante euentum conditionis nõ esse natam obligationem & actionem, vt in casu nostro, si fideicommissarius vellet ante purificatam conditionem agere contra hęredem grauatum ad restitutionem fideicommissi: secus verò quoad actionem, vt hæres extraneus grauatus satisdet de restituendis bonis fideicommisso subiectis eo purificato, l. cum Archimedoram. C. vt legnomi. cauea. & in authen. contra cum rogatus, & in Corpore, vnde sumitur. C. ad Trebel. & vbique communiter Docto. Barto. in

l. cum tale.§.1.nu.3.ff. de condi. & demonst. Alex. conſ. 5. nu. 9. vol. 7. nam huius fideicommiſsi ſpes conſiderabilis eſt, poſtquam de ea paciſci quis poteſt, l. pactum. ff. de pactis. l. 1. C. de pact. bonus tex. in l. 3. §. ſi quid minori. ff. de minori. Bart. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. num. 7. ff. de verb. oblig. vbi
8 ſingulariter dicit, † quòd quando illud, quod euenire poteſt, eſt cõtingens ſecundum naturam, & hominis diſpoſitionem, tunc inſpicimus quod euenire poteſt, iuribus per eum allegatis, inter quæ iura adducit text. in d. §. ſin autem ſub conditione. C. commu. de lega. Hinc fit, quòd ſi fideicõmiſſarius conditionalis, à quo nihil hæres grauatus recepit, poteſt petere, vt ſibi in euentum conditionis caueatur, multò magis debet poſſe petere emptor à venditore ſibi de indemnitate in caſum purificati fideicommiſsi caueri, ne eo caſu contingat, eum & rem amittere, & precium.

Non etiam obſtat doctr. Bal. in d. l. ex prędijs. in fine. dum dicit emptorem agere non poſſe, vt caueatur, cum obligatio conditionalis ſit, quia loquitur, quãdo venditor idoneus erat facultatibus pro cautione emptoris in caſum euictionis: & ita Bald. intelligit Afflict. deciſ. 241. in fin.

Nec aduerſatur doctr. Bar. in l. 1. C. de bonis mater. quia ſi accuratè ponderetur, retorqueri in contrarium poſſet, dum per illum tex. dicit patrẽ venditorem teneri edere rem venditam propriį iuris fuiſſe, & quod emptori licebit, ſi voluerit petere ſibi ſatiſdari: ecce ergo tex. apertum, iuncta glo.
9 in l. 1. C. de anna. exce. in fi. † quòd licet filius non poſsit patre viuente agere, & rem aduentitiam à patre venditam vendicare, d. l. prima. in fi. C. de anna. excep. Attamen emptor poteſt contra patrem agere, vt doceat, rem venditam propriį iuris eſſe, aut quòd euictionis nomine ſatiſdet, d. l. 1. in fin. C. de bon. mater. Si ergo emptor agere poteſt, vt doceatur res propria, ſiue libera, multò magis, ſi precium petatur, excipere poterit, l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. Vel reſponderi etiam poſſet, Bart. loqui in caſu ſpeciali, & ſpecialitatis ratio adduci poteſt propter reuerentiam, quam habere debet filius erga patrem, & poteſtatem, quam in filium habet
10 pater, † quarum occaſione lex erubeſcit filios eſſe caſtigatores parentum. §. ſed quod ſancitum eſt. in authen. de nupt. quem citat Albe. in d. l. 1. in fin. C. de bon. mater.

Nec eſt impedimento tex. in dicta l. qui rem. quia ſecundum cõmunem Doctorum intellectum, loquitur reſpectu actionis de euictione. Non etiam vrgent allegata per Neguſan. loco proximè citato, præſertim doctr. Bart. in d. §. condemnatio. quia licet Bart. in caſu, quando ius non eſt de preſenti, ſed ſperatur eſſe de futuro, diſtinguat, an quis conueniatur propter culpam, aut propter dolum, quòd ſi propter culpam differatur condemnatio, vt l. in lege Aquilia ſi deletum. ff. ad leg. Aquil. & in hoc verum dicat, tamen in eo, quod Bart. & Neguſ. eum ſequendo dicunt, quod in caſu d. l. in lege Aquilia ſi deletum. quis conuenitur culpa, & propterea differtur condemnatio (pace eorum dictum ſit) malè loquuntur, quia in d. l. non propter culpam, ſed propter dolum malum commiſſum in delendo Chirographum debiti conditionalis cõuenitur: nam citra dolum malum deletũ non fuerat. Nec verum etiam eſt, quòd condemnatio in caſu dictæ legis in euentum conditionis differatur, quia condemnatio fit de præſenti, licet condemnationis exactio tunc fiat, cum debiti conditio extiterit, & ita ex illis verbis colligitur (debebo quidem vincere) quæ verificari non poſſent, niſi condemnatio ſequeretur. Item in illis (condemnationis exactio competit) ex quibus colligitur condemnationem præſentem, licet exactio differatur in tempus purificatæ conditionis. Item in illis (quòd ſi defecerit conditio condemnatio nullas vires obtinebit) Nam quomodo dicetur cõdemnationem nullas vires propter conditionis defectum obtinere, niſi preſupponamus condemnationem ipſam præceſ-
11 ſiſſe, † cum priuatio habitum præſupponat, vulgata l. decem. ff. de verb. oblig. & l. non poteſt videri deſijſſe. ff. de reg. iur. Sayſſ. in l. de diuiſione. in 3. not. ff. ſolu. matri. vbi poſt Bal. & Im. notat, intelligi non poſſe terminũ deſinere, niſi intelligamus terminũ incipere. Quapropter melius nos docet Bart. in l. ex empto. §. & exempto. nu. 5. ff. de actio. empt. vbi diſtinguit, an illius dubij euentus æſtimatio petatur, an verò petatur, cõdemnationem in toto eo fieri, in quo quis in futurum propter conditionis euentum damnificari
12 poſſet, † & tunc condemnatio fiat, licet differatur exactio, d. l. in lege Aquilia. quam vnà, cum l. ſi ſeruus. ff. de condit. furt. allegat Alexan. in apoſtil. ad Bart. in l. diuortio. §. neque enim. nu. 9. ff. ſolu. matrim. ad hoc, quod vbi aliquid mihi ſub conditione competit, ſemper habetur ratio illius, quod ab euentu conditionis pendet. Malè etiam loqui Neguſan. videtur, dum dicit, venditorem ſcientem rem venditam eſſe ſub conditione obligatam, non conueniri ob dolum, ſed propter

pter culpam, quia in contrarium loquuntur iura per eum allegata, videlicet text. in l. si quis affirmauerit. ff. de dolo. & in l. Iulianus. §. si venditor. ff. de actio. empt. quibus addo text. in l. seruus, quem. §. final. eod. titul. de actio. empt. nam licet in illis casibus non detur actio de dolo, sed ex empto, & sic ex contractu, attamen huiusmodi actio propter dolum tacendo cõmissum datur. Quapropter pro suprascriptæ quæstionis decisione
13 distinguendum puto. † Aut venditor tempore venditionis bona habebat, in quibus per hypothecam indemnitati emptoris in casum euictionis cautũ esse poterat, & tunc non teneatur venditor satisdare: & ita loquuntur, & intelligi debent Doctores pro prima opinione adducti. Aut venditor bona non habebat, ex quibus emptori cautum esse poterat, & tunc de indemnitate emptoris in euentum conditionis fideicommissi satisdare teneatur: & ita Doctores pro secun
14 da opinione allegati loquuntur. † Si verò nec bona habeat, nec satisdare possit, reponendum tunc erit precium in emptionem bonorum immobilium, quæ emptori hypotheca in casum euictionis remaneant, vel apud tertium virũ probum sequestrandum, ad venditoris tamen vtilitatem, donec cautum emptorem fecerit, si fideicommisso locum esse contigerit argumento eorum, quæ notat glos. in l. 4. C. de vsufruct. Areti. in l. 2. col. 5. ff. solu. matrim. Rui. cons. vltimo. num. 25. vol. 2. Et ita censuit Senatus in causa domini Constantini Raphaelis contra Bartolomeum Tondutum, Nicienses, videlicet D. Constantinum venditorem scientem tempore contractus domum, ad cuius precium agebatur, esse subiectam fideicommisso conditionali, teneri emptori tunc ignoranti, vel cauere, si bona non habeat, quæ pro hypotheca in casum euictionis sufficiant, vel si cauere non potest, reponatur precium penes idoneum mercatorem ad vtilitatem venditoris, aut in emptionem bonorum immobilium conuertatur, in quibus cautum emptori sit in casum purificati fideicommissi, & sequutæ euictionis: quæ sententia summam sapere visa est æquitatem, ne secuta euictione propter conditionis fideicommissi euentum, emptorem rem amittere, & precium contingat.

SVMMARIVM.

1 *Appellari, an possit à sententia in possessorio lata.*
2 *Appellatum cum dicitur præsupponitur ritè, & rectè appellatum, & omnis dispositio præsupponit substantiam, & qualitatem suppositi ibidem.*
3 *Appellatio à sententia super possessorio lata, quid operetur post quam, non obstante appellatione, sententia executioni mittitur.*
4 *Possessor ex possessione magna habet commoda.*
5 *Ratio cur à sententia in possessorio lata non appelletur.*
6 *Dominij probatio difficilis est.*
7 *L. vni. C. si de momenta. posse. sue. appel. de qua momentanea possessione intelligatur.*
8 *Sententiam latam in possessione momentanea executioni mandari, ita quòd res sit salua in causa appellationis, intelligitur procedere quando illa causa potest faciliter agitari.*
9 *Appellatio non admittitur in remedio adipiscendæ per hæredem scriptum intentato.*
10 *Appellari à sententia super possessorio lata potest, vbi possessorium annexam habet proprietatis causam.*
11 *Appellari potest à sententia super possessorio, si possessio per hypothecariam actionem, vel ad exhibendum auocetur.*
12 *Proprietatis causa salua esse debet in prolatione sententiæ super momentanea possessione.*
13 *Appellandi ratio in promptu est si ex actis euidens resultet nullitas seu iniquitas.*
14 *Appellatio an admittatur ab aliquo actu præcedente sententiam diffinitiuam.*
15 *Appellatio an in casibus, in quibus admittitur à sententia in possessorio lata impediat ipsius sententiæ executionem, & num. 19.*
16 *Contrariorum contraria est dispositio, & idem operatur oppositum in oppositio, quod propositum in proposito.*
17 *Lex & natura nihil frustra operari debent.*
18 *Iudex à quo appellatum est, si appellationem recipere noluerit, quia appellans verè fuit contumax, vel agitur causa, in qua appellatio non admittitur, nihilominus quicquam innouari non debet.*
20 *Appellari potest in causa alimentorum, quæ iure actionis petuntur.*
21 *Sententia etiamsi in rem transiuisset iudicatam non tollit possessionem facti.*
22 *Sententia in possessorio lata, regulariter executioni demandari potest, non obstante appellatione.*

DECISIO XXV.

Appellari à sententia super possessorio lata an liceat, & appellatione admissa, an impediatur executio dictæ sententiæ.

MOrtuo intestato magnifico Claudio Chialant vtili domino castri, & oppidi Fenicis Ducatus Augustæ, orta est controuersia inter magnificam Carlotam eius sororem, & Magnific. Carolum patruum, petente sorore, se vti hæredem in possessionem quorumcunque bonorum, quæ dictus quondam frater tempore eius vitæ, & mortis tenebat & possidebat, mitti, patruo excipiente eam in possessionem mittendam non esse castri iurisdictionis, ac pertinentiarum

Fenicis

Fenicis veluti feudalium, cum soror ipsa, tum ex dispositione iuris communis, cum Augustanæ regionis consuetudine, dictorum bonorum incapax esset, prout in promptu probaturum se offerebat. Replicante sorore ea bona feudalia minimè esse, quinimo illorum (etiamsi feudalia essent) se capacem tàm ex iuris communis dispositione, cum propriam feudi naturam non haberent, meréq; hæreditaria, & ad quoscunq; hæredes transitoria, essent, quàm ex ipsius vallis Augustæ consuetudine, quam itidem se statim probaturam pollicebatur, cõtendente. Fuit huiusce controuersiæ cognitio Bailiuo Augustæ partium ordinario commissa, qui reiectis patrui capitulis ordinauit sororem ipsam veluti proximiorem, ac ab intestato hæredem, esse in dictorum bonorum possessionem mittendam. Senatum patruus appellauit. Quæsitum fuit, an executioni sententia huiusmodi mittenda sit? qui articulus duo videtur habere capita. Primum, an à sententia in possessorio lata possit appellari. Secundum, an data appellatione impediatur ac differatur sententiæ prædictæ executio. Hos articulos discutiendos ideò existimaui, quòd variè admodum, & confusè scripsisse de ijs Doctores comperiam.

1 Ad primum igitur redeundo, † an à sententia in possessorio lata possit appellari? Dicendum prima facie videtur appellari posse, vt in rubro & nigro. C. si de momen. posse.

2 fue. appellatum: † nam dum dicit appellatum, præsupponendum est ritè & rectè fuisse appellatum, argumento l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. siquidem quælibet dispositio substantiam, & qualitatem suppositi præsupponit, prout pluribus auctoritatibus latè probabimus infra decis. 69. num. 8. quibus addo tex. in l. 2. §. 1. ff. quemad. testa. appe. Ang. in repetitione l. sciendum. col. 2. vers. quarto nota. ff. de verbo. oblig. Craue. de antiquita. temp. part. prima. num. 8. Nec recipienda est interpretatio glos. in d. l. vni. in verbo, Fuerit, dicentis in casu illius l. de facto appellatum fuisse, cum sit diuinatiua. Hancq; partem per dicta iura tuentur, Bart. in l. 2. num. 6. vers. possumus etiam dicere. ff. de appella. recipiendis: Ang. ibidem. col. 1. versicu. subdens, quod non est verum. & in cons. 107. col. fin. versic. nec obstat. & ibi in princi. d. col. refert, Dynum ita tenuisse in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. Alber. d. l. vnica. versic. imò plus rectè intuenti. & Archid. in c. fin. num. 17. 2. quæst. 6. quem sequitur Bal. in l. 2. col. fin. vers. vltimò quæritur. C. de Episcopa. audien. Io. And. in addi-

tio. Specul. tit. de appella. lib. 2. §. 2. vers. sextò non appellatur. in verb. Conquestione. Ab. in c. cum ad sedem. nu. 30. de rest. spo. & in cons. 55. col. 1. vers. limitationem aliam. Gui. Pap. q. 37. in prin. Rip. d. c. sæpe. nu. 3. de rest. spo. affirmans hanc opinionem fortè de iure veriorem esse, Aflict. decis. 269. vbi dicit, ita in consilio Neapolitano iudicatum fuisse, semperq; obseruatum, Maran. de ord. iudic. in 6. par. §. secundus actus. num. 294. in fi. dicens, hanc esse magis cõmunem opinionem, eamq; in d. consilio obseruari, necnon alijs curijs parlamenti. Aufrer. in addi. cap. tollo. quæst. vlt. Ea etiam in Senatu Ducali seruatur, in quo appellatio admittitur à sententia in possessorio lata, cum clausula tamen, si & quatenus iuris sit: & hanc opinionem adiuuat regula l. in maioribus. C. de appella. vbi regulariter à qualibet diffinitiua sententia potest appellari, & in casibus, in quibus appellatio prohibita reperitur, vt in titulo ff. de appella. recip. vel non. & C. quor. appellat. non recip. non legitur prohibita appellatio à sententia lata super possessorio, nisi in casu, quando hæres scriptus petit, se mitti in possessionem bonorũ defuncti, l. fi. ff. de appell. recip. & l. quisquis. C. quorum appella. non recip. & ad hanc sententiam confirmandam adducitur tex. in l. penult. §. sciendum. ff. qui satisda. cog. vbi à sententia in possessorio lata

3 appellatũ fuit. Nec mouet, † appellationem nihil operari, postquam ex suprascriptorum Doctorum opinione sententia exequutioni mandatur, quinimo multum operatur appellatio, argumento nota. per Specu. titu. de appell. lib. 2. §. in quibus. versic. decimoseptimo. quem in materia nostra sequitur Albe. d. l. vni. num. 1. in fi. necnon Aflict. d. decis. 269. num. 4. Siquidem poterit in causa appellationis exceptiones opponere, quas in prima instantia non opposuit, ex quibus primi iudicis sententia, & executio sequuta infirmari possent.

Minus etiam illud obstat, quod dicitur, à sententia in possessorio lata, ideò non appellari, quod modici sit præiudicij: quoniam

4 contrarium verius est, † cum magna possessor ex possessione consequatur commoda, quæ cumulat Rippa in supra relato c. sæpe. col. 2. de restit. spol. & inter cætera illud possessio adfert, quod stantibus paribus probationibus pro possessore pronunciabitur, §. commodum. Institut. de interdic. idq; non paruum est damnum, glos. fina. in d. l. vni. C. si de momen. possess. fuerit appell. vers. item & damnum.

Contrarium tamen, quod à sententia in quolibet

quolibet mero possessorio lata de iure ciuili appellari non possit, glos. tenet in iam dicta l. vnica. in verbo, Momento, circa fin. & in verbo, Effectum. cui alia similis est in l. quisquis. C. quor. appella. non recip. in verbo, Mittantur. quæ idem esse dicit in quocunq; possessorio, glo. 1. in c. 1. de causa poss. & propri. eiusdem sententiæ sunt. Specul. titu. de appella. lib. 2. §. 2. vers. sextò non appellatur. Archid. in d. c. fin. nu. 16. 2. quæst. 6. Bart. Bal. Ang. Saly. & Castren. in d. l. vnica. eamque cõmunem esse conclusionem affirmant Bal. cons. 379. num. 9. vol. 1. Alex. cons. 2. num. 14. & cons. 81. num. 2. vol. 3. Praticus Papien. in forma libelli in causa spoliatæ possess. in verbo, Per nostram sententiam diffinitiuam. Cappella Tolos. quæst. vltima, & ibi Aufrer. in additionibus suis. Dec. cons. 28. & in l. fi. num. 49. C. de ædict. diui Adr. tollen. nec non in l. 1. col. 2. vers. sed tamen. C. de bonor. posse. secund. tabul. ibiq; las. col. 2. qui idem etiam affirmat in consil. 187. col. 1. & 5. vol. 2. Negusan. in tracta. de Pignori. part. 8. membro 1. num. 2. Antonius de Nicellis in libro, cui titulus est, Concordiæ glosarum iuris ciuilis, & Canonici, c. 6. col. 5. vers. sextò fallit. Paris. cons. 108. num. 13. & 14. vol. primo. Socin. Iun. cons. 18. num. 8. & 16. vol. primo. Rebuffus de sentent. execut. articu. 9. glos. 5. num. 8. Neaui. cons. 36. nu. 9. qui omnes vno ore testantur, opinionem hanc de iure ciuili communem esse, per text. in d. l. vnica. C. si de momen. posse. fue. appella. in illis verbis (tamen sententia lata suum sortiantur effectum) quod secundum eos nihil aliud est, quàm sententiam in rem iudicatam transire, quæ appellationem non admittit. Cuiuis rei
5 rationem esse dicunt duplicem. † Primam, ne partes ad arma prorumpant, & ad rixas, dum de possessione litigatur: rationem hanc inter alios Bal. & Salyc. approbant in d. l. vnica hic. col. 3. versic. dicit ergo Baldus. & col. 2. versic. tu dic. Sed enim ratio hæc vera mihi non videtur, quoniam locum habere non posset in recuperandæ, & adipiscendæ remedio, in quo aduersarius possidet, & non actor, minus etiam locum habet lex, æquissimum. ff. de vsufructu. quæ ad rem nostram non facit, cum ibi ingressus vtriq; parti prohibeatur. Item quid si de possessione controuersia esset inter personas, inter quas armorum timor non cadit? profectò locus dispositioni d. l. æquissimum. nõ esset: ergo eo casu appellari posset. Altera ratio, quam Doctores afferunt, ea est, quòd præiudicium ex tali sententia illatum leue reputetur, cum per sententiam in causa proprietatis proferendam reparari possit, in qua de petitorio plenius tractatur, ita Bart. dicit in d. l. 2. nu. 3. ff. de appel. recip. post glo. in d. l. vnica. in verbo, Momento, in fin. vbi Albe. nu. 1. idem omnes alij dicũt, quos supra retulimus hanc tenere opinionem. Mihi autem hæc ratio non minus, quàm supradicta, improbanda videtur, indistinctè eam intelligendo in quolibet possessorio: quandoquidem magnum, non autem leue, reputatur præiudicium, possessionem amittere, gl. in d. l. vnic. in verbo, Reformatione. vers. item & damnum videtur pati magnum. Ang. cons. 107. col. 2. Bal. in l. cõsentaneum. in 6. not. C. quomodo & quando iud. & cum his concordant scripta per Rip. in d. c. sæpe. col. 2. de rest. spo.
6 † namq; difficilis probatio dominij est, Bal. in d. l. vnica. col. 1. & ibi Saly. col. 2. Ea propter
7 † existimarẽ, d. l. vni. de possessione momentanea intelligendam, id est, de ea, quæ longo tempore nõ est penes possidentem permansura, potestq; per probationem in petitorio faciendam facilè reparari: veluti, si fideicommissarius, legatariusue rei legatæ, vel fideicommissæ possessionem auctoritate propria apprehenderent: hæres autem se mitti petat in bonorum prædictorum possessionem, eo quòd ex his Trebellianicam, vel Falcidiam se detracturum dicat, vel si creditor rem sibi à debitore pignoratam restitui postulet, debitor autem contradicat, quia paratum se cõtinuò debitum soluere dicit. Iudex verò primo casu hæredem in possessionem petitam mittendum ordinet, ac secundo casu creditori pignus restituendum, & vtroq; casu appelletur: his casibus appellatio non valet, quoniam missio hæc, seu restitutio leuis præiudicij dici potest, eo q; in causa petitorij reuocari facilè valeat, cuius probatio in prædictis casibus difficilis nõ est. Hinc fit, vt possessio momẽtanea dicatur, i. apta momẽto, durare: ita Archi. tradit in d. c. fi. col. 5. vers. in gl. 1. 2. q. 6. necnon gl. in d. l. vni. in verbo, Momento. in princ. & ibi Bar. nu. 2. & Bal. in 1. oppo. ita in specie sentit Maran. de ord. iudic. in 4. par. §. nona distinctio. num. 44. & in 6. par. num. 307. post Abb. in c. cum ad sedem. col. antep. de rest. spo. quod itidem voluit Bart. in d. l. 2.
8 col. 2. nu. 9. † vbi id, qd dicitur, sententiam in possess. momentanea latam executioni mandari, pcedere intelligit, quando causa illa facilè agitari potest, q; apparet ex dictione illa in tex. posita, Momento, quod si modico labore in causa appellationis à plenario possessorio, seu proprietatis probari non potest, durabit res apud possessorem, donec aliud per iudicem appellationis fuerit iudicatum:

Lab

l. ab exequutione. C. quorum appellat. non recip. facit text. in l. fi. de iudi. Capitius deci. 34. num. 5. Maran. de ord. iudic. in 6. part. nu. 301. post Ang. Abba. Deci. & alios per eum allegatos, licet Dida. lib. pract. quæst. cap. 23. nu. 8. vers. secunda conclusio. improbet Maran. ea ratione, quòd grauamen illatum propter executionem sententiæ breui manu possit reparari per iudicem appellationis, quæ quidem ratio apud me non vrget cum non tollatur difficultas probationis, quæ subest regulariter in petitorio. Et hanc interpretationem comprobat cõmunis conclusio, qua habetur, quòd agenti interdicto adipiscendæ proprietatis exceptio opponi potest, si eius probatio incontinenti offeratur, de qua abundè in sequenti deci. dicemus. Et hoc modo intelligendam puto d. l. vni. & cõmunem opinionem, quam firmissimè teneò, procedere in remedio adipiscendæ per
9 hæredem scriptum intentato, † in quo appellatio non admittitur, l. fin. ff. de appell. recip. & l. quisquis. C. quor. appella. non recipiantur. profusè Castren. in cons. 39. vol. 1. Illud idem sentio in interdicto, quorũ bonorum, quod etiam hæredi ab intestato venienti datur, Bart. in l. 1. in fin. C. quorum bono. glo. in d. l. quisquis. & sic in casu præsenti appellari non potuisset. Didac. loco proximè citato, versicu. tertia conclusio. post Barto. Bal. & Tiraq. per eum citatos. Huiusmodi tamen opiniones vnico verbo in concordiam rediguntur, videlicet, quòd à sententia super possessione lata appellatio nõ admittatur quoad effectum suspensionis executionis, secùs quo ad effectum deuolutiuum iurisdictionis, & cognitionis, arg. nota. per Specul. in prædicto titu. de appellat. lib. 2. §. 2. vers. 17. vbi id ita intelligit quod dicitur, à sententia excommunicationis non appellari, quod declarat quoad effectum, vt sentẽtia suspendatur: sequitur Afflict. iam dicta decis. 269. num. 3. Bal. Nouel. de dote, par. nona. in 7. speciali. Maranta loco suprà proximè allegato, Didac. pract. quæst. c. 23. numer. 8. Et hac communi opinione pro vera constituta, scilicet, à sententia in possessorio lata regulariter appellari non posse, eam notabiliter Doctores limitant non procedere in pluribus
10 casibus. Primò † vbi possessorium habet annexam causam proprietatis, quia tunc appellari posse haud dubium est, Bart. in d. l. vnica. in 3. oppos. post gl. ibi, in verbo, Momento. versic. sed si agatur possessorio. vbi exemplum dat, veluti si in remedio, l. si quis in tantam pronunciari contingat. in quo sententia datur in possessorio, & petitorio. sequitur id etiam Bal. d. l. vnica. col. 3. versicu. sed quæro, quid in conditione legis, si quis in tantam. vbi cautelam dat, nempe quod separato processu agatur, quam ibidẽ Ange. approbat, Dec. d. l. 1. col. 2. vers. & retenta ista communi opinio. C. de bon. pos. secund. tab. Ias. prædicto cons. 187. col. 1. Rebuff. de execu. senten. artic. 9. glo. 5. nu. 10. de qua limitatione vide Rippam, qui copiosius omnium hac de re scripsit in d. c. sæpe. col. vltim. de restitu. spolia. Item in possessorio iurisdictionis, quod quia iuris adminicula desiderat, fundatur in iure aliquo vero, vel præsumpto, propterea mixtum dicitur, & appellari potest, sequitur ibi Salyc. in d. l. vnica. in tertia oppos. Abb. in cap. fina. num. 12. de iudic.
11 † Item si per actionem hypothecariam, vel ad exhibendum possessio auocetur, cum naturam realis iudicij sapiant, Bal. in d. l. vnic. col. 3. ibi, quæro, quid si agatur hypothecaria. & ibi etiam Salyc. colum. fina. nu. 6. Aufrer. in addit. ad quæstio. cap. tollo. d. quæst. vltima. in fi. quod tamen pro constanti non pono, ex his quæ suprà nu. 7. scripsi, nisi fœdere distinctionis concordes, videlicet conclusionem illam procedere, quando creditor possessionem pignoris auocaret à debitore, qui statim potest luere pignus, ita loquitur Maran. d. num. 107. quæ autem hîc dicuntur, locum habeant, quando creditor ageret hypothecaria contra tertium possessorem. Appellari item potest, quando ex vi pacti, seu stipulationis possessio auocatur, veluti si quis vacuam tradere, & expeditam possessionem promisisset, & ex eo contractu ageretur, Bal. eadem col. 3. in eo. versicu. & si quis promisit. Salyc. col. penult. ibi quæro ab extra. Similiter si lata sit sententia in possessorio, vt si bonorum possessio sit iure agnita, nec ne, vel si quæstio sit, an aliquis iure possideat? Bal. d. colum. 3. versic. quæro an à sententia lata in possessorio iuris. Hoc etiam in casu appellatur, videlicet si lata primò sententia sit in petitorio, quæ in rem transierit iudicatam, deinde intentetur possessorium, & super eo feratur sententia, potest tunc appellari, quia remedium aliud non superest, quod expectetur, neq; momentanea possessio diceretur. Similiter dicimus, si lata contra detentatorem esset, cui remedium aliquod in petitorio non competeret, vt Bart. tradit in d. l. 2. num. 4. & 5. ff. de appella. recip. Bal. in d. l. vnica. col. 1. in prima oppositio. & col. 3. vers. quæro quid si non agatur possessorio.

Horum tamen opinionem improbat Salyq. qui dicit, eam esse contra mentem d. l. vnica.

quæ

quæ generaliter & indistinctè intelligi debet in omni possessorio & detentatione, & quod tex. reseruans causam proprietatis, intelligi debet conditionaliter, scilicet si ei, à quo possessio euocatur, ius in proprietate competat. Veruntamen Bart. & Bal. opinio vera est, & communis, applauditq; literæ,
12 quæ in possessione momẽtanea loquitur, † in cuius prolatione semper proprietatis causa salua remanere debet, & sic quod possessionis causa possit per petitorium reparari: & Bar. ac Bal. in hac opinione sequuntur Abb. in d. consi. 55. volu. 1. Dec. in d. l. 1. colu. 2. vers. secundò, quando. C. de bono. possess. secundum tabul. & suprà relato consi. 28. numer. 2. Aufrer. in loco proximè dicto, colu. 2. versic. & idem si agẽs. profusè hac de re scribit Nicel. in dicto tracta. & loco suprà allegato. versic. decimoseptimo moderatur. & versic. sequen. Ias. consi. 60. num. 5. lib. primo. Similiter, si appellandi ratio in promptu sit, appellari potest, Bal. in l. consentaneum. col. 3. ibi, quæro, nunquid à tali missione. C. quomodo & quando iudex. vbi in hanc sententiam allegat Guliel. de Cun. in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. minori. quem non vidi, cum non habeam: & hanc Bald. sententiam sequitur Aufrer. d. quæst. vltima. cap. Tolos. in prin. Nicel. in d. col. 5. ver. sextò fallit, in prima Modificatione. & se remittit ad quindecimam fallentiam. Allegat Alexand. consi. 117. volu. 3. qui mihi id minimè dicit, & puto voluisse citare Alex. in consi. 77. colu.
13 penu. & fin. vol. 2. † dicetur autem, appellandi ratio in promptu esse, si ex actis euidens nullitas, iniquitasúe resultaret, vt in eodem consi. 77. Alexand. concludit, & in consi. 91. nu. 3. volu. 6. post Bald. in sæpe dicta l. vnica, colum. 2. ibi, denuò quæro, nunquid. & post alios, quos refert, idem tradit in consi. 2. nu. 11. & 12. volum. 3. necnon in l. 4. §. condemnatum, colum. 2. ff. de re iudic. Ange. in consi. 107. Bar. in allegata l. 2. num. 5. versi. quare ergo. Dec. in d. l. prima. colu. penul. versi. sextò & vltimò. C. de bon. poss. secun. tab. Abb. d. consi. 55. colu. 1. Bal. in l. quisquis. in princip. C. quor. appella. non recip. dicens à iudice procedente causa non cognita, posse, veluti ex iusta causa, appellari, Ias. suprà relato cõsi. 60. nume. 5. Aufrer. eadem quæst. vltima, in princi. Rebuf. loco suprà adducto, nume. 9. Appellari etiam poterit, si sententia petitorium contineat: nam tunc iusta appellandi causa in promptu esse dicetur, vt Ias. docet in consi. 187. colum. 1. versicu. sextò facit. Idem erit, si à possessore sit opposita exceptio dominij, & eius in promptu, ac continuò oblata probatio sit, & à iudice reiecta, Bald. in d. l. vnica. colum. 2. versicu. quæro, an sit vera ista regula. quod tamen non procedere dicit in hærede, scripto se mitti petente in possessionem bonorum à defuncto possessorum, cui obijci dominij exceptio haud quaquam potest, secundum quosdam, nisi sit eiusdem tituli exceptio: sequitur Nicel. in quindecima Moderatione, qui plures alios casus ponit, quos per te videre poteris, necnon & Maran. in d. 6. par. num. 295. & sequen. ponens quindecim limitationes ad prædictam communem opinionem. Vnum
14 tamen relatu dignum censui. An † scilicet ab actu aliquo sententiam diffinitiuam præcedente appellatio admittatur, veluti à reiectione probationum, aut admissione testiũ non admittendorum? super quo articulo Bal. in d. l. 1. colu. 2. versi. or modò hic quæritur. conludit appellari haud posse, idq; ea ratione ductus confirmat, quòd cum à sententia diffinitiua appellatio remoueatur, debet etiam ab omni eo remoueri, per quod ad ipsam diffinitiuam peruenìri possit, dum modo negotium ipsum tangat, l. oratio. ff. de sponsa. eundem sequitur Salyc. nu. 4. quia ratio eadem prohibendi appellationem à diffinitiua etiam in tali interloquutoria militat: & ad hæc faciunt, quæ notat Nicel. in d. c. 6. fallentia 67.

Contrarium tamen Bal. tenuit sibi in hoc parum constans, in l. post sententiam. colu. 2. versic. pone ergo. C. de senten. & interlocu. om. iud. vbi in terminis loquitur, si iudex recipere testes noluit, idẽ est de alijs probationibus, dicitq; eo casu appellari posse, dictiq; sui rationem addit eam: Quoniam, inquit, huiusmodi grauamen reparari per diffinitiuam sententiam non potest, idq; notatu dignũ scribit, & Bal. pro hac parte Ange. sequitur consi. 46. nu. 5. necnon Ias. d. consi. 60. num. 5. Aufrer. d. quæstio. vltima. colu. 2. versi. idem, si iudex noluit admittere testes. Nicel. in tertia Moderatione, Dec. in d. l. 1. colum. 2. versicu. quintò, ab inordinato processu. & in c. pastoralis. col 3. versicu. vnde licet. post Abb. ibi, de appel. idem Dec. in l. fi. nu. 47. C. de ædic. diui Adr. tol. quia omnes affirmant à quacunque interlocutoria in possessorio iudicio lata appellari posse, si per diffinituam reparari non potest: & ex hoc infero arguẽdo à ratione cessante, quòd ab ordinatione, quæ sæpe fit, vt pendente iudicio pars manuteneatur, appellari non potest, cum illatum, si quod est, grauamen in diffinitiua reparari valeat, argumen. eorum, quæ Bart. scribit in d. l. 2. in prima op-

positio. Bald. in d.l.2. colum.fina.ibi, vltimò quæritur. C. de Episc. audien. Nicel. d.c.6. colum.9. versicu. decimò fallit. licet contrà senserit Maran. d.§. secundus actus. numer.297. post Ange. consi.46. & consi.188. nec non in 4. par. §. nona distinctio. num.45. & in ea dici quidē potest, quòd sit momentanea possessio, leuisq; præiudicij. Et sic expeditum est primum caput primæ quæstionis propositæ.

15 Secundum caput est, † an in casibus, in quibus appellatio à iure ciuili admittitur, à sententia in iudicio possessorio lata impediri eius executio debeat, in quo quidem longè maior versari difficultas videtur, propter mutuas, quæ adducuntur, rationes, & auctoritates. Non las. in allegato consi.187. col.5. & seq. pluribus argumentis demonstrare conatur, executionem sententiæ in possessorio prolatæ impediri in casibus illis, in quibus appellari ab ea potest.

Primò, ex regula id demonstrat, quę ha-
16 bet, † Contrariorum contrariam esse dispositionem, l. & si contrà. vbi glo. ff. de vulg. & pupil. cum qua concordat l. fina. §. fina. ff. de legat. 3. quòd idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, Dec c.2. nume.1. de constitu. in 2. lectura. Sed sententiæ in possessorio latè exequutio non impeditur, quia regulariter ab ea appellari non potest, gl. in c. non solùm. in verbo, Casibus. de appella. lib.6. ergo, vbi appellari potest, impediri eius executio deberet, vt contrariorum eadem sit ratio.

Secundò, ad sententiam hanc iuuandam
17 dicit las. † lex & natura nihil frustra operari debent, l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. nom. caue. glo. in clem. vnica. in verbo, Vnigenitum. de sum̃a Trinita. sed si appellatio admittatur, eaq; sententiæ executionem nō impediat, frustratoria erit, neque iuris adminicula habebit, iuxta Imo. & Bal. in c. pastoralis. §. præterea. de offic. delega. itaque ne ludibrio appellatio sit, eam impedire executionem, dicendum est.

Tertiò, partem hanc confirmat, quia appellatio iudicatum suspendit, necnon iurisdictionem iudicis à quo, c. dilectus filius. & ibi But. & Io. de Imo. de Rescrip. & appellatione pendente nil est innouandum, l. vni. ff. nil nou. appel. penden. at si sententia executioni mittatur, innouari dicitur, glo.1. & ibi Bar. in d.l. vni. ff. nil noui appel. penden. glo. in l.3. super verbo, Nihil. C. de appella. quam refert, sequiturq; Alex. consi.99. nu. 3. volum.5. huiusmodi ergo appellatio impedire exequutionem debet. Et fundamentum hoc idem las. corroborat ex dictis Castren. in d.l.3. C. de appellatio. qui inquit,
18 †Si iudex, à quo est appellatū, recipere appellationem noluerit, quia appellans verè contumax fuit, vel fuit causa, in qua appellatio non admittitur, vt in titu. si de momen. possess. fue. appella. nihilominus quicquam innouari non debet, quòd si contrà faceret iudex per viam attentati reuocaretur, etiamsi casus is esset, in quo verum diceret.

Quartò, in sententiam hanc adducitur tex. in l. sciendum. §. penul. ff. qui satisd. cog. vbi si possessor, à quo fundus petebatur, appellauerit, remanere interim possessor debet, & cum eo tex. gl. concordant in l. Imperatores. in verbo, Aduersario. ff. de appella. Dicitq; idem las. in consi.60. num.4. & 5. lib. 1. per tex. in l. si quis filio exhæredato. §. hi autem. ff. de iniust. rup. & irri. fac. testa. post Bart. Bal. & plures alios, quos allegat, quòd quando à diffinitiua appellatur, licet per iudicem, à quo appellatio ea non recipiatur, eius tamen sententiæ executio differri debere suadet, maximè si sententia in possessorio lata præiudicium afferret irreparabile per diffinitiuā, veluti si de alicuius munitissimi castri executione ageretur, iuxta not. per Castren. in l.2. in fin. C. de ædi. diui Adr. toll. & pro hac opinione videtur decis. Bal. in c. cum super. col.1. ver. in tex. ibi, differatur, de seten. & re iudic. vbi per eum tex. notat, executionem sententiæ pendente appellatione differendam, etiam circa nudam possessionem.

Plura alia pro hac eius opinione fundamenta scripsit idem las. quæ cum generalia ad omnes casus non sint, sed casui suo tantummodo conueniant, omittenda potius cēsui, quàm recensenda. Eiusdem tamen mētis, quòd executio impediri debeat, vbi appellatio admittitur, ante lasonem Alex. fuit in d. consi.99. colu.1. & 2. volu.5. dum inquit, quia de iure canonico à sententia in possessorio lata appellatur: ideo sententia ipsa executioni non mittitur. Bald. quoque consi. 367. volum.1. facit glo. fi. in c. venientes. de iureiuran.

19 Contrariam tamen opinionem, † quòd licet in casibus illis appellatio admittatur, eius tamen sententiæ, à qua appellatum extitit, executio non impediatur, tenuerunt Bar. Bal. Abb. Rip. & plures alij, quos supra retulimus in primo articulo, dum sunt opinionis, appellari posse à sententia in possessorio lata, eius tamen executionem non impediri, quorū quidē opinio, etsi magis cōter re,pbatur, quatenus conueniunt, quòd de

iure

iure ciuili à sententia in possessorio lata appellari possit, attamen in eo non reprobatur, quod dicunt per appellationem sententiæ latæ executionem minimè impediri. Et opinionem hanc tenuit Nicellus in loco suprà sæpe allegato, colum. 8. vbi post moderationes datas ad regulam d. l. vnica. dicit eas executionem non impedire, Aufrer. etiam in addit. ca. Tollos. quæst. vltima, in fi. post Innoc. Io. And. Imo. & Zabarel. quos citat. Et hanc partem sustinendo non obstant, neq; mouent fundamenta in contrarium à Iasone adducta. Et primò argumentum, quod facit contrariorum contrariam esse disputationem, quoniam eius argumenti minor propositio negatur, cum potissima ratio, quare sententiæ in possessorio latæ executio non impediatur, non sit ea, quã Ias. putat, quia ab ea non appellatur, verum quia leue affert præiudicium, quod per sententiam in causa petitorij proferendam facile reparari potest, vt suprà in primo articulo ostensum est. Neque etiam vera est Iasonis consequentia, quod vbi appellari potest impediri executio debeat, ad hanc enim
20 tollendam sufficit dare instantiam. † Nam in causa alimentorum, quæ iure actionis petuntur appellari potest, Bart. in l. fina. num. 1. & sequen. ff. de appella. recip. Nicellus d. c. 6. fallentia 7. attamen sententia executionem paratam habere videtur, iuxta Bald. Nouel. de dote, parte nona, in septimo priuilegio, vbi idem esse dicit in causa dotis similiter in causa excommunicationis, à qua appellari potest, licet executio non impediatur, c. pastoralis. §. verum. de appellationibus. & ibi gl. in verbo, Cum executionẽ. in princip. rationem hanc improbat, si dicatur sententiam habere executionem, quia non appellatur, Specul. d. titu. de appella. §. in quibus. versicu. 17. Felin. latè in c. significauerunt. colum. penult. de excep. Secundum itidem non obstat fundamentum, appellationem nihil operaturam, imò frustratoriam esse, si prima sententia executioni mittatur, quoniam huic obiecto responsum suprà in primo articulo à nobis est, nec repeto. Neque obest regula l. vnica. ff. nil noua. appel. pen. quia locum ea regula sibi non vendicat, quando innouatio à lege fiat, iuxta Bart. ibi in princip. versicu. item lege multa innouantur. In casu autem nostro executio à lege fit d. l. vnica. Ergo regula illa minimè militare potest. Hinc liquido apparet, haud rectè loquutum Castr. esse in l. 3. C. de appel. dum loquitur de appellatione à sententia in momentanea possessione lata.

Minus etiam contra pugnat tex. qui pro ea opinione Iasonis multum vrgere videtur in l. sciendum. §. penultimo. ff. qui satisd. cogan. vbi appellans à sententia in possessorio lata interim est possessor, quia intelligi id debet appellantem in possessione remanere
21 quousque facta executio erit, † cum sententia etiamsi in rem transierit iudicatam possessionem facti non tollat. Ita Castren. intelligit dictum §. penultimum. post glo. & Bal. ibi, pro quo facit l. 1. §. si vir. ff. de acquiren. posses. vbi possessio facti de iure ciuili non infirmatur: non tamen dicitur in eo. §. penulti. per appellationem executionem impediri, imò in contrarium retorqueri posse. tex. ille videtur in illis verbis: Nec ad rem pertinet, quod euinci mihi ea possessio possit.

Responderi etiam potest, in eo. §. penult. non dici sententiam fuisse latam in possessorio, quinimo secundum glo. in d. l. sciendũ. §. si fundus. in verbo, Personaliter, intentata actio realis dicitur in eod. §. penulti. mirum ideo non sit, si pendente appellatione appellans possessor remaneat. Responderi idem etiam potest ad gl. in d. l. Imperatores. ff. de appel.

Non etiam aduersatur, quod Ias. dicit in d. consi. 60. numer. 4. & 5. lib. 1. quoniam tex. & ibi Bar. & alij, quos Ias. allegat, in l. si quis filio exhæredato. §. hi autem. ff. de iniust. rupt. & irr. facto testamen. non loquuntur de appellatione à sententia in possessorio lata, sed à sententia lata in causa status, ideo nimirum, si executio impediatur, quia irreparabilis facta esset.

Non obstat postremo loco Bald. in d. c. cum super. de re iudica. nec Alex. in consi. 99. vol. 5. quia loquuntur de iure canonico, quo quidem iure regulariter appellatio admittitur in possessorio, aliud verò de iure ciuili est, quo nos viuimus, Bart. in l. priuilegia. nu 1. C. de sacros. eccl. Dicendum igitur
22 est sñiam in † possessorio latam, appellatione non obstãte, regulariter executioni demandari posse, d. l. vnica. C. si de momenta. poss. fue. appella. quæ in hoc cauillari non potest. Fallit autem hæc conclusio, si ex actis constet sententiam nullam esse, aut euidẽter iniquam: tunc. n. ꝑ appellationem sñiæ executio impeditur, Alex. d. consi. 77. nu. 15. & seq. vol. 2. post Bar. Bal. Salyc. Inno. & alios, quos refert Ias. d. consi. 60. num. 5. secus verò dicimus, si nullitas altiorem requireret indaginem, quia tunc appellatio executionẽ nõ impediret, Bart. in l. 4. §. comdemnatum. & ibi etiam Ias. in 2. nota. ff. de re iud. Vantius

de nullita. senten. titu. fina. col. 32. Idem si appellandi occasio sit in promptu, quia tunc etiam executio impeditur, Bal. d. consi. 367. volum. primo. Aufrer. in allegata quæstio. vltima. versi. & præterea. Item quando lata est in possessorio mixto causam proprietatis secum habente, Bald. d. consi. 367. num. 9. volu. 1. Iaſ. d. consi. 187. colum. penul. qui in hoc bene dicit: idem dicimus in possessorio iuris, Bald. in d. l. post sententiam. colum. 2. C. de senten. & interloc. om. iudi. Idem dicendum, si sit lata simul super petitorio & possessorio, Castren. in repe. l. si de vi. col. fin. in fi. ff. de iudi. per tex. in c. cum dilectus. de causa posse. & proprie. Iaſ. eodem consi. 187. Et generaliter vbicunque damnum illatum non posset reparari per sententiam in causa appellationis proferendam, tunc semper dicimus, per appellationem, executionem impediri, secundum Iaſ. d. consi. 187. post Alex. & alios, quos ipse refert. Ego addo aliam limitationem, vbi coram iudice seculari intentatum esset aliquod remediū possessorium à iure canonico introductum, puta remedium, c. reintegranda. vel aliud canonicum, quia tunc à sententia appellari potest; ergo impeditur executio ea ratione, de qua per Alciat. respon. 16. nu. 6. post Bal. & Prac. Papien. per eum citatos. Et hanc vltimam opinionem sequutus est Senatus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio proprietatis, quæ incontinenti probanda offertur, opponi potest intentanti remedium, quorum bonorum.*
2 *Agnatus possidens, fœminam defuncti hæredem impedit mitti in possessionem bonorum, si incontinenti se probaturum bona esse feudalia, offerat.*
3 *Filia non potest petere possessionem feudi, quando non est de comprehensis in inuestitura.*
4 *Feudum non venit in petitione hæreditatis, quando ab eo petitur, qui iustè possidet, vtputa à fisco, vel agnato.*
5 *Controuersia si fuerit inter masculum & fœminam de aliquo feudo, masculo dicente illud esse feudum, fœmina verò negante: si pro masculo aliquid sit, quod iudicem moueat, creditur masculo cum duodecim sacramentalibus.*
6 *Sententia super possessorio lata non mandatur executioni, quando agitur de possessione alicuius castri, quod esset difficilis recuperationis, limita vt nu. 18.*
7 *Difficilia imò impossibilia reputantur, quæ in sola Principis voluntate sunt, & de facili concedi non solent.*
8 *Verba, Pro se & hæredibus quibuscunque, restringi debent ad habiles. contra nu. 18.*
9 *Fœminæ in dignitatibus, vt est Comitatus, seu Baronia, sunt inhabiles. quod intellige, vt nu. 19.*
10 *Agnato sufficit, quòd sit hæres primi inuestiti, licet non sit hæres vltimi defuncti, vt succedat in feudo hæreditario.*
11 *Vasallus, si nihil aliud actum est attenta forma iuramenti fidelitatis censetur promittere seruitium personale.*
12 *Interdictum, quorum bonorum, nō datur contra titulo possidentem.*
13 *Bona à iure præsumuntur allodialia.*
14 *Filia instituta hæres à patre, si petat se mitti in possessionem omnium bonorum, quæ pater tempore mortis possidebat etiam inclusis feudalibus, agnatus defuncti non est legitimus contradictor, vt hanc missionem impediat.*
15 *Probatio, quæ incontinenti fieri offertur, si requirat altiorem indaginem, non impediet missionem in possessionem.*
16 *Probatio quando incontinenti fieri dicatur.*
17 *Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis.*
19 *Fœminam non admitti etiam in feudo fœmineo, stantibus masculis ex primo inuestito, intelligitur & procedit, si illud sit verificatum.*
20 *Fœmina habilitata ad feudum, poterit per substitutum præcipuè per maritum seruire.*
21 *Titulus habitus post mortem eius, de cuius hæreditate agitur, habetur pro non titulo, nec impedit missionem in possessionem.*
22 *Legitimus contradictor ad impediendum missionem in possessionem, quis dicatur remissiuè.*

DECISIO XXVI.

Filia an mittenda sit in possessionem bonorum feudalium ipsius defuncti, dato quòd agnatus proximior offerat se probaturum illam incapacem dictorum bonorum esse.

DIscussis præmissis, videndum nunc est, quid ius statuat in secundo articulo, scilicet, an sententia Iudicis à quo mandari executioni debeat in castro, & iurisdictione Fenici, ac alijs bonis à patruo possessis? Et dicendum prima fronte videretur, sententiam exequi non debere: cum eam euidenter iniquam esse proponatur, quo casu executionem eius impediri debere, vt supra in fin. proximè decisionis dictum est: iniquitas autem ex eo ostenditur, quod patruus possidens coram primo iudice inuestituram produxit, secq; statim probaturum obtulit, bona, in quorum possessionem mitti soror petierat, feudalia esse: ac ipsam in eisdem bonis, tùm ex iuris communis dispositione, cùm etiam ex consuetudine illius Vallis Augustæ succedere non posse, quæ quidem exceptio eo modo deducta
1 admittenda erat, † quoniam exceptio proprietatis opponi potest intentanti remediū, quorum bonorum, cum illius incontinenti probatio

probatio offertur, l. fina. C. quor. bonor. & ibi Bar. Bal. ac Salyc. Idem Bar. in l. si de vi. circa finem. post glo. ff. de iudic. vbi etiam Pau. de Cast. col. fi. & in eiusdem legis repeti. nu. 13. Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 2. & ibi Alexan. colum. 6. versi. ex quo infert Barto. ff. de acquir. possess. glo. 1. Bartol. Ange. Pau. de Cast. & Alex. in l. 2. C. de edic. diui Adria. tol. idem Bart. in l. fi. colu. penul. nu. 21. & ibi Dec. num. 20. C. eodem titu. Ange. consi. 135. nu. 2. faciunt nota. per Barto. in l. filiam fratribus. ff. ad Trebel. & in materia
2 feudali, † quod agnatus possidens, impediat fœminam defuncti hæredem in possessionem bonorum mitti, si incontinenti per modũ constat modò agatur se probaturum offerat bona esse feudalia, tenet Iser. in titu. si de feud. fue. contro. inter domi. & agna. in princip. & in §. inter filiam. & vbiq; Laud. & Præposi. Afflic. in d. §. inter filiam. numer. 10. Rippa lib. 1. respon. c. 1. numer. 82. Goz. consi. 12. nume. 8. Bru. consi. 1. numer. 4. & consi. 18. nume. 12. vbi post Alex. in l. si patroni. colu. 5. ff. ad Trebel. & Ias. in vlibus feud. num. 43. &
3 sequen. † concludit filiam possessionem feudi petere non posse, quando non est de comprehensis in inuestitura, & contra comprehensum agit, vt in casu nostro est patruus, & hoc modo limitari dicit §. inter filiam. post Iser. & Præposi. ibi, vt locum non habeat, si constet, aut constare possit de non iure fœminæ, & de iure masculi, & hoc idem sentit etiam Io. Campe. consi 2. nu. 9. versicu. Secus si nullam haberet verisimilitudinem, inter consilia Bru. Ias. in consi. 138. colu. fin. vol. 4. qui post Bar. & Alexand. in d. l. si patroni. ff.
4 ad Trebel. concludit † feudum in petitione hæreditatis non venire, quando ab eo petitur, qui iuste possidet, veluti à filio, aut agnato, & ibi respondet ad allegata in contrarium: eiusdem est etiam mentis in l. fi. num. 26. C. de edic. diui Adr. toll. dum allegat consi. Pau. de Castr. 269. secundum impressionem Papien. vol. 2. sequitur idem Dec. consi. 517. numer. 8. Addo ego in terminis pro patruo textum videri, in c. vnico. de contro. inter
5 masc. & fœm. de benefi. & ibi glo. in verbo, Duodecim, † vbi si inter masculũ & fœminam controuersia existat, puta de aliquo fundo, quem masculus feudum esse asserat, fœmina verò neget, si pro masculo aliquid sit, quod iudicem moueat, eidem masculo cum duodecim sacramentalibus creditur. At in casu nostro producta est à patruo inuestitura, qua constare dicitur, aut saltem ad id credendum Senatum moueri debere castrum, scilicet & iurisdictionem Fenici, cum pertinentijs feudalia esse, ad quod probandum se admitti patruus petijt, ac ipsam fœminam excluſam ex illius regionis consuetudine esse, quo fit, vt interim dicta sententia executioni mandari non debeat, præser-
6 tim in eo castro, † cum sit munitissimum, vt vulgò dicitur fortalitium, cuius difficilis recuperatio esset, iuxta ea, quæ Castren. tradit in d. l. 2. in fi. C. de edic. diui Adria. toll. quem refert & sequitur Alex in d. §. nihil commune. col. 10. versicu. quintò fallit. post Butri. in c. ex parte. de restit. spol. Ias. consi. 60. nu. 4. & 5. volu. 1. loquens de castro Mulazani, & in casu, quo lata fuerat sententia in possessorio, & ab ea appellatum extiterat, appellatioq; reiecta, concludens sententiam non esse executioni mandandam, sequitur etiam Rip. in d. §. nihil commune. nu. 75. & plures alij, quos Neuiza. refert consi. 12. num. 54. inter consi. Brun. Rub. consi. 13. numer. 17. Nec prędictæ conclusioni obstare videtur dictũ Ange. in l. 2. in fi. ff. qui satisd. cog. per quem Iaco. à S. Georg. in l. li de vi. num. 17. & 18. ff. de iudi. prædictam conclusionem Castren. limitat locum non habere, quando vtraque pars esset subiecta eidem Principi, quo casu dicit sententiæ executionem fieri debere, quod sentit etiam Ias. consi. 156. colu. 3. versic. secundò respondetur. vol. 2. quia dictum illud Ange. communiter reijcitur, & reprobatur teste Alexan. in d. l. 2. in princ. nisi defendendo Ange. intelligere velis, quando causa coram Principe agitaretur, cum ipse suam exequi sententiam posset: tunc enim cessare videtur ratio Alexandr in d. l. 2. in princ. Ita Ang. tuetur Sayf. in d. § nihil commune. colu. 3. versic. sed tamen aduerte. Veruntamen iudicio meo defensio Sayf. verbalis videtur, quoniam præsumendum est Principem suorum magistratuum sententiam ita executurum dummodo de iure sit exequenda, ac si ab eo prolata esset, cum iustitiam suis omnibus subditis ministrare teneatur. Responderi & secundò potest, put Ias. respondet consi. 38. colu. 2. versic. nec obstat, si diceretur. vol. 3. qui loquitur de recuperatione castri Serrauallis: dicit enim, dictum Ang. intelligendum esse, quando oppugnari castrum facile posset, secus esse dicens, si difficilis esset expugnatio, quia tunc non attẽditur, quod eidem Principi partes subijciantur: ab hac responsione non dissentit Soci. consi. 87. num. 24. vol. 3. vbi loquitur in causa, quæ coram Imperatore agitabatur: attamen loci illius, de quo agebatur, restitutio impeditur, si dominij probatio incontinenti offeratur, idem sequitur quoq; Paris. consi.

consi.1.nume.177. volu.1. sed castrum Fenici præsupponitur difficilis expugnationis, attenta maximè illius loci natura, ad quem vehi commodè tormenta bellica non possunt, nec ad priuati petitionem facile esset obtinere ab Illustriss. Sabaud. Duce exer-
7 citum ad illud castrum expugnādum: † nam ea quæ in sola Principis voluntate sunt, & quæ facilè non conceduntur, non modò difficilia, verùm impossibilia, nonnunquam reputantur, l. apud Iulianum. §. constat. & ibi Bart. in secundo nota. ff. de lega. 1. l. continuus. §. cum quis. ff. de verbo. obliga. Iacob. à S. Geor. in inuestitura, in verbo, Princeps, speciali. 44. Ergo non est facienda huiusmodi missio in possessionem.

Minus repugnare videtur, quod in prædicta inuestitura dictum sit, pro se, & hæ-
8 dibus quibuscunque, † quoniam verba illa restringi debent ad habiles, l. 1. & ibi glo. Bartol. & alij Docto. C. de sacrosan. eccl. vbi generalis dictio, vnusquisque, ad habiles restringitur, & in materia feudali, ita sentit Dec. consi. 185. numer. 4. & consi. 208. nu. 11. consi. 171. nume. 6. & in c. in præsentia. col. 19. versicu. sed tamen in contrarium. de probat. Afflict. de prohib. feud. aliena. per Feder. in princ. nu. 81. Præpositus de his qui feud. dare poss. §. & quia. numer. 34. Barba. in rubr. de feudis. colu. 2. Iacob. à S. Georg. in sua inuestitura, in verbo, Quibuscunque. col. 1 vers. postea subiungit. & versicu. Ego in quæstione facti. Rub. consi. 110. numero 9. & 10. in fin. itaq; in casu nostro ad masculos, non autem ad fœminas referri illa verba debent, cum de iure communi fœminæ inhabiles sint, §. hoc autem notandum. de his qui feud. dare poss. cum pluribus similibus supra cumulatis, decis. 23. in princ. Et hæc interpretatio in casu nostro confirmatur ex illis verbis in inuestitura positis (de more tamen patriæ capacibus) quibus verbis stantibus attenta allegata consuetudine patriæ, fœmina excluditur, Iaco. à S. Geor. in verb. & quibuscunque, numer. 2. Imò esto, quod feudum, de quo agitur naturam fœminei feudi haberet, stantibus masculis à fœmina primo inuestita descendentibus, non admittitur filia, vel soror, c. 1. de feudo fœmin. & c. 1. de eo qui sibi, vel hæred. mascu. vel fœm. quod locum habere videtur etiam si huius-
9 modi iurisdictio allodialis esset, † quia fœminæ in istis dignitatibus, vt est Comitatus, seu Baronia, prout & in actibus legitimis, inhabiles censentur, Bal. in c. significauit, colum. 1. versicu. nota, quod comitatus. de Rescrip. Lauden. in tracta. de primogenitura. col. 5. Dec. consi. 85. nu. 5. & in l. fœmina. col. 1. & 2. ff. de reg. iur.

Non etiam obstat, quod cum hoc feudū sit hæreditarium, prout illa verba inuestituræ indicant (pro se & hæredibus quibuscunque) admitti patruus non debet, cum non sit hæres nepotis, de cuius bonis agitur, quod in feudo hæreditario requiritur,
10 † quia in agnato sufficit ipsum esse hæredem primi inuestiti, licet non sit hæres vltimi defuncti, Curt. consi. 1. colu. 5. versic. itaque secundam facio principalem conclusionem. post tracta. de feud. Brun. d. consi. 18. numero 13. & 14. & ibi num. 15. alio etiam modo limitat illud non procedere, qñ hæreditas esset alteri delata, post Alua. Præposi. & Archi. quos allegat. Alex. consi. 30. nu. 11. vol. 1. Dec. d. consi. 208. in fi. Capi. decis. 64. nu. 7.

Non etiam patruo aduersatur hoc feudum ligium esse, nullumq; pro eo seruitium personale præstari, & hoc casu succedere in eo fœminam posse, vt dicit Rippa d. responso primo. nume. 75. & ante eum Decius in consilijs per ipsum Rippam allegatis, quibus addo eundem Dec. consi. 269. num. 6. versicu. similiter si esset feudum. & consi. 32. nume. 4. ac consi. 108. nu. 5. & alijs pluribus in locis à Grato cumulatis, respon. 9. nume. 153. vol. primo. Soci. Iun. consi. 77. num. 22. vol. 1. quia intelligi debet, vel quando actum fuit certum seruitium præstari, non tamen personale, vel nullum omnino præstari debere.
11 Alioquin † si nihil actum à contrahentibus fuerit de seruitio præstando, attenta forma iuramenti fidelitatis, censetur vasallus personale seruitium promittere. Ita respondet Alex. dicto consi. 30. num. 21. vbi ad illud etiam respondet, quod de feudo ligio dicitur, volens dictum Speculatoris, in quo Dec. & Rippa eorum dicta fundant, loqui, quando consuetudo extaret, quòd fœmina in feudo ligio succedat. Idem Alexan. consi. 9. num. 7. & 8. vol. 5. quem refert & sequitur Dec. consi. 139. nume. 3. Bru. etiam d. consi. 18. nu. 9. post Bal. & Cur. Sen. quos allegat Dec. consi. 193. colu. pen. in fi. Præterea pro patruo adducitur dato citra veri præiudicium, sororem ipsam ex forma primæuæ inuestituræ vocatā esse: attamen cūsemel per fratrem de cuius hæreditate agitur, excluſa à feudo fuerit, perpetuò remanet excluſa, §. quinetiā. in titu. Episco. vel Abb. Dec. consi. 517. num. 6. cum pluribus alijs supra à nobis cumulatis, decis. 23. nume. 17. & 18. Postremò pro eodem patruo facit, quod inuestitus fuit de feudo à Duce Moderno, & de ea inuestitu-
12 ra facta est fides in actis, † quo fit, vt cōtra eū

tanquam

tanq̃ titulo possidentem, interdictum illud, quorum bonorum, militare, eiq̃ nocere non debeat, glo. fi. in l. fi. C. de ẽdic. diui Adr. tol.

Pro sorore verò, quòd sententia executioni mandari, proinde ipsa in possessionem bonorum omnium per quondam eius fratrem possessorum mitti debeat, facit regula illa, cui semper inhęrendum dicit gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. sententiam scilicet in mero possessorio latã, quale est interdictum, quorũ bonorum, de quo nũc agitur, esse executioni mittẽdam, appellatione interposita non obstante saltem media cautione de restituendo eo, quod restitui ordinabitur, l. vnic. C. si de momenta. possess. fue. appel. Bar. in l. 2. col. 1. & 2. ff. de appell. recip. de quo latè suprà decisi proxima dictum est, quod maximè in casu nostro procedit, in quo filia, siue soror bona illa, in quorũ possessionem missio postulatur, nõ feudalia, sed allodialia esse
13 contendit, † prout talia esse ius præsumit iuxta notata per Doct. in c. 1. §. inter filiam, si de feudo fue. contro. inter dom. & agnatos, pro qua opinione stat text. iuncta glos. 1. in titul. de controuer. inter mascu. & fœm. de benef. vbi glos. dicit, non interesse, Agnatus possideat, an non, quoniam vtroq̃ casu filia mitti in possessionem debet, & glo. illam communiter sequuntur, & approbant, Bal. Laud. Aluaro. & Præpos. ibi. necnon Deci. in quatuor consilijs infrà proximè allegandis, Bru. d. consi. 1. num. 4. Soc. Iun. consi. 75. nu. 26. vol. 1. Gratus responso 10. num. 1. vol. 1. Et dato, quòd constaret bona aliqua in hæreditate feudalia esse, adhuc tamen dicitur fœminam hæredem in eorundem bonorum etiam feudalium possessionem mittendam esse: ita decidit Io. Andr. in additio. Specul. in titulo de testamen. §. penult. in verbo, Personam, vbi post Gulie. de Suza. proposita quæstione, si filia instituta hæres à patre se mitti in possessionem bonorum omnium, quæ pater tempore obitus sui possidebat etiam inclusis feudalibus, an agnatus defuncti sit legitimus contradictor, ad impediendum eam missio-
14 nem, † determinat agnatum cõtradicere non posse, quia inquit multa cum hæreditate, seu vniuersitate transeunt, quæ aliàs non transirent. Hanc decisionem Io. Andr. summopere notandam, dicit Alex. in l. fin. col. fin. versic. aliud nota. dictum C. de ẽdict. Diui Adria. tollen. Curt. Iun. ibi. num. 84. Afflict. decis. 119. num. 4. Dec. in pluribus consilijs, scilicet cons. 424. num. 10. & 11. & seq. consil. 467. num. 10. & 11. cons. 498. num. 3. & cons. 588. num. 10. & 11. in quibus omnibus locis post Io. Andr. & Alexan. tenet, sororem in possessionem bonorũ omnium mittendam esse, quæ defunctus possidebat, etiamsi aliqua feudalia esse constaret, dicto §. inter filiam. vers. defuncto milite, si de feudo fuer. controuer. inter dom. & agnatos. vbi dicitur, filiam in feudi possessione manere debere, donec de feudo probetur, & iudicetur. Idem tenet Curt. in tractat. de feud. in tertia part. 21. quæst. 21. Brun. dicto cons. 1. num. 15. Campez. inter cons. Bruni cons. 2. num. 8. & 9. quod tamen intelligit procedere, si fœmina ad se feudum pertinere alleget, vel ex consuetudine, vel ex feudi natura, vel aliquo alio iure verisimili, & sic de feudi qualitate disceptaretur, quoniam tunc fœmina hæres in possessione esse debet. Hoc idem tenet Curt. Iun. consil. 30. num. 10. & seq. & consil. 41. num. 15. affirmans hanc esse communem opinionem, Socin. Iun. cons. 75. num. 27. & 28. vol. primo. Plures alij suprà citati, decis. 23. num. 36. At in casu nostro soror bona feudalia esse inficiatur, & quatenus feudalia esse constet, illorum se capacem allegat, tam ex forma eiusdem inuestituræ, de qua suprà mentio facta est, quæ quoscunque hæredes vocat, quàm etiam ex consuetudine illius regionis, quam incontinenti se probaturam dixit. Interim ergo donec hinc inde probatur, & iudicatur, debet mitti in possessionem dictorum bonorum. Huc etiam accedit, quod ex iuribus illis pro patruo productis dignoscitur bona, de quibus agitur, quatenus feudalia esse constet, impropria & alienabilia feuda dici, c. 1. de feudo non haben. propriam naturam feudi. latè Curtius cons. primo post tracta. feud. Itaq̃ sententia executioni mandanda venit, sororq̃ in possessionem mittenda.

Et hanc partem tenendo non refragantur in contrarium adducta. Et primò, quòd dicebatur, agnatum possidentem exceptionem dominij opponere posse, quam se incontinenti probaturũ dicat, quia hìc incontinenti probatio fieri non dicitur, cum in inuestitura producta patruus nominatus non sit. Edocere aũt se esse de cõprehensis in eadem inuestitura, & fœminas de consuetudine, seu more illius patriæ exclusas, præcipuè vbi dictum est in inuestitura, Pro se & hæredibus ac successorib. quibuscunq̃, altiorem requirit indaginem, attento maximè, quod etiam ex parte sororis petitum fuit ipsam admitti ad probandum, de consuetudine dicti
15 patriæ capacem esse. † sequitur itaque oblationem illius probationis incontinenti, veluti requirentem altiorem indaginem, missionem, seu executionem impedire non

debere, text. est iuncta glo. & ibi Bart. in l. fi. C. quor. bon. & pluribus alijs in locis suprà in cõtrarium allegatis, & in materia hac feudali Alua. in c. primo, in princ. de controue. inter dom. & agnatos, Dec. d. cons. 424. nu. 19. & 20. & cons. 588. nu. 12. vbi post Baldum rationem esse dicit, quia huiusmodi possessorium est possessorium, quasi recuperandæ possessionis, cum quasi spoliata hereditas fuerit, quæ in persona hæredis restituenda venit, & allegat Afflict. ita tenere decis. 119. in fi. Propterea volunt in casu nostro, probationem
16 dici incontinenti fieri, † si inuestituræ, & alia iura extrinsecam probationem nõ requirentia, exhibeantur saltem infrà triduum, l. fi. C. de erro. aduoca. & l. fi. C. de iud. Firma. in verbo, Probatio. vers. 37. Idem de probatione in promptu, vel saltẽ intra tempus, intra quod expediri debet iudicium summarium, Goz. d. cons. 12. num. 10. post Bar. Alex. ac Moder. in l. fi. C. de ædict. diui Adr. tollen. Dec. in c. sæpe. col. 2. in glos. in verbo, Facti, de appell. vbi probationem esse facilem dicit, si per Instrumenta, confessionem partis, aut per testes fiat præsentes, licet de testibus paululum dubitet.

Non etiam obstat Bart. dictum in l. si patroni. & Iaso. in cons. 138. quia responderi duobus modis potest. Primò quod in petitione hæreditatis procedat, cum sit iudicium petitorium, Bart. in l. fi. C. de ædict. Diui Adr. tollen. nu. 6. post glo. magnam in fi. Latius idem Bar. in l. 5. col. 2. & seq. C. quor. bono. vbi ponit differentias inter petitionem hæreditatis, & hoc interdictum, quorum bonorum.

Secundò responderi potest, prædicta locum non habere in feudis hæreditarijs sim-
17 pliciter † quia huiusmodi feuda in petitione hereditatis veniunt, secũdum Alex. in cons. 19. num. 5. vol. 5. Sed in casu nostro de possessorio agitur, feudumq; hæreditarium dici, & fœminam probaturam se de consuetudine patriæ capacem, ostensum est: ergo in cõtrarium adducta non refragantur.

Non obstat cons. Decij 517. quia in casu, de quo ibi, licet sentẽtia aliquo respectu obscura esset, attamen lata in petitorio fuerat, in cuius executionem agnatus bona possidebat, & de eius dominio per sentẽtiam constabat: nihilq; à fœmina in oppositum deducebatur. Nimirum ergo si ibi missio impeditur, sed hîc nulla sententia in petitorio lata est, minusq; de dominio exactis constat: ergo militare cons. Dec. non potest.

Non etiam repugnat text. in c. vnico. de contro. inter mascu. & fœm. de benefic. quia ibi nulla erat lis in possessorio, verùm in petitorio, & super eo ferenda sententia, ideò dicitur ibi, quod deficiente fœmina in probatione, deferendum est iuramentum agnato, pro quo aliquid apparebat, quod iudicẽ mouere poterat ad deferendum eidem agnato iuramentum, secus verò foret, si actum possessorio esset, quia omni casu, siue agnatus possideat, siue non, filia mitti debet in possessionem, glo. 1. ab omnibus approbata, in d. c. vnico. de controuer. inter mascul. & fœm. de benefic.

Nec in contrarium vrget Castren. in d. l. 2. C. de ędic. diui Adri. toll. cum alijs supra à nobis adductis, quia multis modis limitatur
18 dictũ illud non procedere, præsertim † quando idoneè cautum esset, de restituendo castrum prædictum, si in causa appellationis, vel iudicio petitorio condemnari cõtinget, hæc est singularis limitatio Sayss. in §. nihil commune. col. 4. vers. limitabam etiam. vbi respondet ad id, quod dici solet, non teneri aliquem se fragilitati cautionis submittere, & remedium ostendit, quo euitari scandala facilè poterunt: scilicet, vt Dux Illustrissimus Castrum custodiendum ad saluum ius habentis suscipiat iuxta l. æquissimum. ff. de vsufruct. eumq; refert & sequitur Pari. cons. 22. nu. 100. & seq. vsq; in fin. vol. 1. Grat. respon. 10. nu. 27. & seq. lib. 1. Sed in casu isto idonea cautio præstita dicitur: ergo mittenda est executioni sententia.

Neque subsistit, quod dicitur dictionem illam vniuersalem (quibuscunq;) in inuestitura positam ad habiles restringendam, secundum Iacob. à S. Georg. & alios suprà citatos, quia in oppositum est communis conclusio, cuius meminit Bal. in titu. de prohib. feud. aliena. per Feder. in c. Imperialem. nu. 28. Alex. in d. l. si patroni. col. penult. versic. aliam limitationem. ff. ad Treb. vbi respondet ad notata in l. 11. C. de sacrosanc. ecc. quòd ea locum habeat in dispositione legis, quæ ad habiles restringitur, ne alterius legis correctio inducatur. Et Alexan. refert & sequitur Curt. tracta. de feud. in tertia part. principali, quæstio. penultima, folio mihi 32. necnon in quarta parte principal. in quæst. penult. primæ reg. folio mihi 47. vers. quartò signanter limita. & consil. primo. colum. 2. & 3. post dictum tractatum feuda. & ante eum tenuit Iaso. in vsibus feud. colum. decimaquinta. versicul. tertiò limita. vsque in finem. & in l. quædam. §. nihil interest. numer. 3. ff. de edend. & consil. 9. numer. 7. inter consil. feudalia Campe. consil. 11. colum. tertia. inter consilia Bruni, Socin. consil. 10. numer. 2, & duobus sequent. eodem volum.

dicens

dicens, hanc esse communem conclusionem, quam etiam affirmat Socin. Iun. consil. 72. num. 22. & seq. vol. 1. & cons. 103. num. 28. vol. 2. Rippa in l. ex facto. §. fi. num. 16. & 17. ff. ad Trebellia. Paris. cons. 23. num. 169. & sequen. vol. primo. Alcia. respon. 176. num. 1. & 2. qui omnes æquiparant has clausulas, Cui dederis, & pro hæredibus quibuscunque, plures alios cumulat Cravet. cons. 256. col. pen. & fi. hinc fit, vt hæredes ab intestato venientes vocati censeantur, etiamsi sint extranei. Curt. in eodem tracta. de feudis, part. tertia, in vltima quæstione. & in cons. 4. col. 3. vers. præmissis tamen nõ obstantibus, post ipsum tracta. Rippa responso 1. num. 33. & sequen. Alexan. cons. 7. & cons. 30. num. 15. vol. 5. vbi idem esse dicit, si addatur dictio vniuersalis. Et licet in casu nostro sint illa verba (de more tamen patriæ capacibus) Attamen cum soror de consuetudine se capacem, patruus verò incapacem dicat, & vterq; ad eam capacitatem siue incapacitatem respectiuè probandam admitti postulet, quanquam probandi onus patruo magis, quàm sorori incumberet, prout vult Iacob. à San. Georg. in dicto verbo, Quibuscunque, donec probatur, & iudicatur soror, interim in possessione feudi manere debet, Alcia. respons. 176.
19 num. 7. † dicens, clausulam hanc (de more patriæ capacibus) non excludere alio non facto fœminam: nec etiam illud impedit, fœminam in feudo etiam fœmineo non admitti, stantib. masculis ex primo inuestito prouenientibus, quia ista in casu nostro nondum verificata fuere. Huc accedit quòd prędicta locum non habent, quando feudum est simpliciter hæreditarium, veluti quando dictum est, Pro se & hæredibus quibuscunque: tunc enim est transitorium ad quoscunque hæredes etiam extraneos, vt suprà probatũ fuit: ergo multò minus in sorore agnata, & hærede ab intestato. Nec in cõtrarium vrget Decretum positum sub titulo, quod feudum censeatur esse rectum, fol. 68. quia patria Vallis Augustæ non ligatur decretis, vt habetur in prooemio decretorum, fol. primo. Non obstat, fœminam esse incapacem iurisdictionis etiam allodialis: quia hoc non procedit, quando iurisdictio in hæreditate esset, & sic iure hereditario competeret, prout in hoc casu est: nam tunc fœmina est capax iurisdictionis, siue ea feudalis sit, siue allodialis, etiam si sit dignitatis, Dec. cons. 498. num. 21. & consil. 32. in fin. & in d. l. fœminæ. numer. 3. ff. de regu. iur. vbi Cagnol. plura cumulat. num. 3. Ripp. eodem respon. 1. nu. 69. & sequent. vbi idem esse dicit, si ex consuetudine, vel statuto fœmina admitteretur.

Et responsio data ad id, quod dicitur, patruum admitti non debere, tanquam huiusmodi feudum sit simpliciter hæreditarium, ideò requiri, ipsum hæredem esse, non reluat dicendo sufficere, eum esse hæredem primi inuestiti, licet non vltimi: quia id probatum adhuc non est. Item locum illud non habet, quando feudum est transitorium ad hæredes, etiam extraneos, prout feudũ, de quo agitur alio nõ apparente, præsertim consuetudine patriæ non probata, Soc. latè cons. 10. num. 11. & sex. sequent. inter cons. feud. Curt. Iun. cons. 138. col. fin.

Nec aduersatur pro isto feudo seruitium personale præstare debere, ꝙ fœmina subire non potest, neque illud exhibere, † quia 20 quando fœmina est ad feudum habilitata, poterit tunc per substitutum, & maximè per maritum seruire, Paris. cons. 22. num. 32. & seq. vol. 1.

Similiter non obstat, quod à fratre semel exclusa, perpetuò duret exclusa, d. §. quinetiam, quia ad hoc respondet Paris. d. consil. 23. num. 55. & seq. vol. 1. necnon Goza. consil. 9. num. 58. & seq.

Vltimò non obstat, quod dicebatur, nouissimam inuestituram tribuere titulum possessori, contra quem interdictum, quor. bono-
21 rum, non datur, † quoniam talis titulus post mortem eius, de cuius hæreditate agitur, habitus, pro non titulo reputatur, nec missionem prædictam impedit, Afflict. dicta decis. 119. num. 6. præterea dici etiam posset, dictam inuestituram in præiudicium prędecessoris fieri non potuisse: ex qua sorori ius quæsitum fuerat, Dec. d. cons. 498. num. 17. Curt. cons. 1. col. 5. facit text. in c. 1. §. si quis. quo tempo. mil. Deci. consil. 144. numer. 2. neque præsumitur, Principem voluisse dictam inuestituram in prędiudicium tertij concedere, l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publ. fiat, prout nec voluit, attenta clausula (saluo iure nostro, & cuiuslibet tertij) quæ conseruat ius, quod habet tertius, vt latè Afflict. in titulo, qui succe. tene. colum. 7. & alibi scribit Paris. cons. 5. num. 27. & sequent. & consil. 15. num. 11. vol. 1. post Bart. Bal. Albe. Signo. & Brun. per eum allegatos. Ex præmissis igitur omnibus apparet, casum hunc nostrum in difficili positum esse quæstione, pro cuius determinatione distinguendum putarem: quòd aut agnatus non possidet, & tunc executio, seu immissio impediri non possit, dict. §. inter filiam. aut possidet, quia possessionem feudi vacantem reperit, & eam adeptus est, & tunc subdistinguendum existimo. Aut

mo. Aut incontinenti edocet per exhibitionem inueſtiturarum rem ab eo poſſeſſam, eſſe feudum proprium & rectum, & ſic excluſiuum fœminarum, prout etiam in dubio à iure præſumitur, & fœmina nihil veriſimile adducit, per quod edocere poſsit ſe capacem feudi: & tunc impediet miſsionem, & locum habent dicta pro patruo. Aut verò inueſtituræ exhibitæ obſcuræ ſunt, & incertæ, requiruntq; probationem extrinſecam, vt in caſu noſtro, vbi probatio requiritur conſuetudinis patriæ Vallis Auguſtæ, quæ contraria à partibus deducitur, conflictuſq; inueſtiturarum eſſe poteſt, & tunc cum hæc altiorem indaginem requirant, quæ non admittitur in cauſis ſummarijs, l.3.§. ibidem. ff. ad exhiben. locum habent dicta pro ſorore, vt interim in poſſeſsione feudi manere debeat, donec de eo probetur, & iudicetur, d.§. defuncto. Et huic diſtinctioni adſtipulantur dicta Bart. in d.l.fin. num.21. Dec.num. 40. & tribus ſequentibus, & num.48. C. de
22 edic.diui Adr.tol. vbi diſtinguunt, † quando quis dicatur legitimus contradictor ad impediendam miſsionem ex illius legis beneficio. Senatus autem, cum propter adducta hinc inde ſecta eſſent vota, vtrique parti ſatisfieri poſſe exiſtimans, medium iter elegit, & ideò cenſuit partium capitula eſſe ad probandum admittenda. Interea ſententiam prædictam media cautione eſſe executioni mittendam in omnibus bonis excepto Caſtro, & iuriſdictione, tanquam hæc duo nominatim ſint expreſſa feudalia in inueſtituris exhibitis, & propterea patruus poſsidens intentionem fundatam habeat.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ad eum non pertinet, qui gerere officium non debet.*
2 *Feudum qui retinere poteſt, & acquirere.*
3 *Vaſallus in feudo regulariter per ſubſtitutum domino acceptabilem ſeruire poteſt.*
4 *Clericus vel alius, qui religionem vouit, ſiue in ſacris conſtitutus ſit, ſiue non, vt conuerſus, regulariter feudum retinere non poteſt, quod limita, vt infrà numeris ſequen.*
5 *Clericus ſuccedere poteſt in feudo francho & libero, licet aliquod præſtetur ſeruitium, cuius occaſione dicatur feudum.*
6 *Feudum francham non dicitur, ſi pro eo ſeruitium præſtatur.*
7 *Clericus ſuccedere poteſt in feudo, in quo expreſſe cautum eſt præſtari debere ſeruitium reale, aut etiam perſonale dummodo honeſtè illud per eccleſiaſticam perſonam præſtari poſsit.*
8 *Feudum in dubio rectum, & proprium præſumitur, & per conſequens quod ſeruitium perſonale etiam militare pro eo præſtetur.*
9 *Vaſallus, quando in inueſtitura iuramentum fidelitatis præſtat ſecundum formam antiquæ, & nouæ fidelitatis. tunc vltra ſeruitium reale cenſetur etiam ſeruitium perſonale, & militare promiſiſſe, ad quod religioſus non admittetur.*
10 *Fidelitas vbi promittitur, & vltra fidelitatem promittitur penſio, tunc feudum propter penſionem datum non dicitur, ſed penſio eſt, quaſi cauſa impulſiua.*
11 *Clericus ſuccedere poteſt in feudo, & illud retinere, quando feudum eſt paternum tranſitorium ad quoſcunque hæredes, puta quia in inueſtitura dictum eſt, Pro ſe, & quibuſcunque hæredibus, vel quibus dederit, vel maſculis & fœminis.*
12 *Monaſterium filij vel hæredis perpetui loco non habetur, niſi in caſibus à iure expreſsis.*
13 *Feudum rectum & ſimplex dicitur, quando pro ſe & liberis conceditur.*
14 *Clericus ſuccedere in feudo non poteſt, illudq; retinere, quando per modum ſucceſsionis ad illud admitti vellet, ſecus ſi per viam inueſtituræ tanquam vocatus ex veteri inueſtitura, vel de nouo inueſtitus.*
15 *Fœmina etſi regulariter inhabilis ſit in ſucceſsione feudi, tamen ſcienter inueſtita admittitur.*
16 *Inhabiles ad ſeruiendum, cenſentur inhabiles ad ſuccedendum.*
Inhabiles ad ſeruiendum, ſi fiant habiles ad ſuccedendum, poſſunt per ſubſtitutum ſeruire, num.eodem.
17 *Hieroſolymitani fratres an ſuccedere poſsint in feudo, illudq; retinere.*
18 *Hieroſolymitani fratres, ſeu milites, religioſi dicuntur & perſonæ eccleſiaſticæ.*

DECISIO XXVII.

Clericus in feudo an ſuccedere iure poſsit, & quid in militibus Hieroſolymitanis.

PRolata ſententia, qua ſancitum fuit quondam Io. Mariæ de Aduocatis Caſenouæ ius competiſſe feudum alienatum, à quondam nobili Bernardo proximiore agnato in Nicolaum de Aduocatis Caſenouę longè vlterioris gradus agnatum, non reſtituto precio, recuperare poſſe: defunctoque eodem Ioanne Maria antequam prædicta ſententia executioni mitteretur, nullis relictis liberis, ſed duntaxat Bartolomeo nepote ex fratre, ac ſacerdote proximiore agnato, & hærede ab inteſtato: petijt idem Bartolomeus, ſe mitti in poſſeſsionem dictorum bonorum feudalium, excipiente condemnato eundem Bartolomeum ſacerdotem, veluti incapacem & inhabilem in dictorum bonorum feudalium poſſeſsionem mittendum non eſſe.

Quæſitum fuit, an iure petat Bartolomeus? In qua quidem quæſtione decreueram, communem duntaxat ſententiam referre

ferre, quæ casui huic nostro conueniret, sed cum Doctorum super hoc varia scripta legerim, operæprecium putaui, etsi noui nihil repositurus sim, non extra aleam esse, relatis hincinde opinionibus, calculum Senatus addere. Sequar igitur ordinem Præpos. Mediolanen. qui hunc articulum plenius cæteris tractat, in titulo, qui feud. dare possit. §. & quia. à numero 18. vsq; ad numerum 53. inclusiuè, non omnia tamen, sed vrgentiora duntaxat summatim recensebo, ne videar illius dictis membranas occupare. Partem itaque negatiuam dicit probari ex tex. in ca. vnico. in fin. de vasallo milit. qui bell. arma deposuit, vbi miles vasallus per ingressum religionis retinere feudum non potest, idq; duplici ratione. Prima, quia miles seculi esse desinit, qui factus est miles Christi, huius rationis auctor fuit diuus Paulus ad Timot. 2. cap. 2. in princip. relatus in c. 1. ne Cleric. vel Monach. ac in c. reprehensibile. 23. quæst. vltima: inquit enim, Neminem militantem Deo implicare se debere negotijs secularibus. 1 Altera ratio est, † quia beneficium ad eum non pertinet, qui gerere officium non debeat, §. fin. in quibus cau. feud. amitta. Plura Tiraquell. in suo tractat. cessan. cau. in prima part. num. 46. in verbo, Beneficij. At Clericus, vel alius religiosus seculari domino seruire non potest, & sic vasalli officium gerere, vt in titulo, an mutus, vel aliàs imperfect. præsertim cum armis etiam pro domino, 23. quæst. 8. c. 1. 2. & 3. ergo ad eum pertinere feudum non debet: huc accedit text. in §. quia Clericus, si de feudo fue. contro. inter. dom. & agnatos. ac in d. titulo, an mutus vel aliàs imperfect. quòd si retinere feudum nõ potest, multò minus succedere posse non deberet, argum. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. Et posthabitis omnibus argumentis, pro hac opinione, quòd non succedat, textus videtur clarus in c. vnico, de feudo fœm. in fin. vbi Clericus, & alius quis, qui religionem vouit, succedere in feudo non potest. Hæc sunt in summa, ne de singulis agam, quæ opinionem hanc defendere videntur, quibusq; inseruiunt argumenta alia pro eadem opinione adducta. Neque obstant, quæ in contrarium allegantur, quia eis omnibus Præpos. respondet loco iam citato.

Pro parte verò affirmatiua citatur text. in c. ex transmissa. & c. seq. de for. comp. in cap. 1. de capit. Corradi, vbi Clericus, aut Episcopus vel Abbas feudum ob culpam commissam amittit, ergo culpa non commissa retinet, & sic feudi capax est. Imò si tale sit feudum in quo posset per alium seruire, tunc non obstante culpa poterit per substitutum seruire, glos. in c. latorem, in verbo, Arma. 2 33. quæst. 2. † quòd si feudum retinere potest, ergo & acquirere, cum retentionem necessariò præcedat acquisitio, argum. l. illud. ff. de acquir. hæred. l. precia rerum. in fin. prin. ff. ad leg. Falcid. Neque repugnat text. in titulo de vasal. milit. qui bell. arma depo. cum 3 aliis supra pro altera parte adductis, † quoniam cum in feudis regulariter vasallus possit per substitutum seruire, §. si quis decesserit, si de feud. fue. controuer. inter domin. & agna. & clarius in §. firmiter. de prohib. feu. aliena. per Feder. Clericus autem posit per substitutum seruire, iuxta glo. in verbo, Succedere, de feudo fœm. & in verbo, Non valet, in titulo, an mutus, vel aliter imperfect. & in l. quisquis censibus. C. de Episcop. & Cleric. ergo feudum retinere, & in feudo succedere poterit. Nam etsi arma ipsi sumere iure prohibeantur, alios tamen hortari, & destinare possunt, vt pro defensione domini arma capiant, argumento eorum, quæ notan. in c. quicunque. §. his ita respondetur. in c. suppliciter. §. hoc ergo exemplo. & in c. si vobis. §. licet. 23. quæst. 8. pulchra glos. in c. primo. in verbo, Clericis. 23. quæst. vlt. per tex. in c. si in mortem. §. ecce. versic. porrò alij sunt, eadem quæst. vltima, vbi Episcopi, vel alij prælati, si prædiorum, villarum, castrorum, & ciuitatum occasione, quæ habent à Cesare aliquid ei promiserint, id præstare iubentur. Et his auxiliantur alia argumenta ad hanc opinionem iuuandam adducta per eundem Præpos. in d. §. & quia. & hanc partem tanquam veriorem & communem tenet Laud. in eodem §. & quia. colum. 2. versicu. quæro, an Clericus. & sequen. Iacob. à Sancto Georg. in sua inuestitura, in verbo, Quibuscunque. col. 2. Brun. cons. 38. num. 10. dicens, Doctores communiter ita tenere, quam etiam crebriorem citat Capi. d. decis. 10. num. 4. versic. quinimò. affirmatiuam, quam communem attestatur etiam Zas. in tit. qui feud. dare poss. col. pen. & fin. licet ipse non assentiat, Hieronymus Scurpf. Saxo, cons. 140. inter cons. feu. Laur. Syl. cons. 3. num. 53. & sequen. post plures alios quos refert.

4 Quid dicendum? † vera & cõmunis legistarum, & Canonistarũ conclusio est, Clericũ, aut alium, qui religionem vouerit, præsertim si in sacris constitutus sit, regulariter feudum retinere, vel in eo succedere non posse, text. sunt admodum aperti, qui citra cauillationem tolli non possunt in dicto titul. de

milite

mílite vaſa. quí arma bell. depoſ. & in d. §. qui Clericus. & de feud. fœmin. in fin. Iſer. Bal. & Afflict. in d. titulo de milit. vaſal. quí arma bell. depoſuit. Bart. in l. 1. num. 5. C. de legi. & in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. colum. 1. ff. de dam. infect. Alex. conſ. 10. num. 1. & 2. vol. 5. laſ. in l. de quibus. num. 36. ff. de legi. & in l. 1. num. 54. C. de iure emphyteo. necnon in vſibus feud. num. 120. in conſ. 113. num. 2. vol. 1. & conſ. 117. num. 1. volum. 4. Felin. in c. in præſentia. nu. 44. de probatio. vbi dicit, hoc regulariter procedere: ſequitur Dec. ibi. col. penult. Catel. Cotta in ſuis memorialibus, in verbo, Clericus, libro 2. Curt. Iun. latiſsimè in tracta. de feudis, in 3. parte, in decima queſtione principal. col. 5. verſ. concludo ergo. Brun. ſibi contrarius, conſ. 16. 17. Afflict. deciſio. 320. vbi ita iudicatum fuiſſe ſcribit, copioſè etiam Caſſane. in conſuetud. Burgundiæ, in rubric. des feudes. §. excepte les religieus. col. 3. verſ. quid dicendum. quem refert & ſequitur (etſi plurimis alienis indutum dicat) Ioa. Cirier. de iure primogenituræ, lib. 1. quæſt. 24. col. 16. verſic. vtrum Clericus. & duab. col. ſeq. Zaſ. loco ſuprà citato, Pyrrhus Englebermeus in conſuetud. Aurelianen. titulo de feud. c. 99. & fin. in gloſ. Crauet. conſ. 303. Rui. conſ. 42. num. 9. vol. 1. qui hanc veriorem, & magis communem eſſe atteſtatur, Iacob. à Sancto Georg. ſibi parum conſtans, in ſua inueſtitura, verſ. dictiq; vaſalli promiſerunt non committere felloniam. num. 52. Capitius deciſ. 10. num. 4. & deciſ. 31. num. 2.

Verùm, quia hæc communis concluſio multas fallentias recipit, ex quibus in alijs caſibus firmior redditur: ideò de aliquibus fallentijs, quæ frequentiùs accidunt, omiſſis alijs, non abſurdum erit diſcutere. Prima igitur fallentia ſecundum Feli. in d. c. in præſentia. poſt Bal. in locis per eum adductis, eſt in feudo francho & libero: nam in eo con-
5 cludit, † Clericum ſuccedere poſſe, licet pro eo aliquod ſeruitium præſtetur, cuius occaſione feudum dicatur. Hanc limitationem ſequitur ibi Dec. in 3. fallentia. Curt. in dicta decima quæſtio. col. penult. verſ. quintò ſignanter limita. quib. adde Paridem. de Put. de feud. reding. c. 133. num. 18. loquens in eccleſia Alexan. idem tenet in d. conſ. 10. col. penul. vol. 5. & Barba. in rub. de feudis: idem ſequitur Caſſane. loco ſuprà allegato, colu. pen. verſ. quintò limita. Bru. conſ. 16. in principio. Et licet hæc fallentia communiter recipiatur, attamen aduertendum eſt ad id, quod Feli. dicit, illud procedere, etiamſi pro feudo francho aliquod ſeruitium præſtetur,

6 † quia ſi ſeruitium præſtatur, quomodo franchum dicetur? cum libertas & ſeruitus ex diametro pugnent: & propterea neutrum valere debet, l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. niſi dictionem, Franchum, intelligas, & reſtringas, id eſt, exemptum & liberum à legibus pœnalibus, ne in commiſſum cadat, Bal. in c. inter dilectos. colum. 3. de fide Inſtrum. & in l. ſi plures. col. 1. C. de condi. inſer. Alexan. d. conſ. 10. num. 13. Nam licet remiſſæ ſint leges pœnales, non tamen remittitur debitum, & ſic ſeruitium, cuius reſpectu feudum dicitur: Bal. in authen. niſi rogati. col. 4. circa princ. C. ad Senatus Trebel. Alex. latè conſ. 30. num. 22. volum. primo. Aduertendum etiam puto, in eo quod Feli. indiſtinctè loquitur, Clericum, aliamúe perſonam eccleſiaſticam, ſuccedere in feudo francho, etiamſi aliquod ſeruitium præſtetur, intelligi debere, niſi ſeruitium illud perſonale ſit, & eius qualitatis, quod honeſtè præſtari per Clericum non poſsit, præſertim in ſacris conſtitutum, vtputa deferre arma, & præliari, tunc enim arbitror eum non ſuccedere in huiuſmodi feudo francho, ratione deficientis cauſæ finalis, propter quam datum fuit feudum: §. fina. in quibus cau. feud. amitta. Et de mili. vaſa. qui bell. arma depoſuit. in fin. Ita expreſsè Bald. dicit, in c. quæ in eccleſiarum. col. 2. verſic. imò dicas, de conſtitution. quem refert & ſequitur Alexan. d. conſ. 10. num. 2. volum. 5. Afflict. de milite vaſa. qui bell. arma depoſuit, col. 2. in princip.

7 Secundò fallit dicta concluſio, † quando pro eo feudo, in quo Clericus ſuccedere vult, expreſsè cautum eſt, præſtari debere ſeruitium reale, ſeu etiam perſonale, dummodo honeſtè illud per eccleſiaſticam perſonam exhiberi valeat, veluti ſi dominũ comitari teneretur in aduentu alicuius Principis, vel in acceſſu ad aliquem Principem, & in ſimilibus, in quibus non exercentur arma. In iſs enim ſuccedunt Clerici, & alij in ſacris conſtituti. Hanc fallentiam idem Feli. ponit in d. c. in præſentia. nu. 46. ſequitur etiam Deci. ibi. col. penu. Curt. in loco ſupra allegato, qui eam primo loco ponit, Caſſan. in ſecunda limitatione. Idem ſentit Alex. d. conſ. 10. col. 2. & 3. Barba. in rub. de feud. col. 2. in fin. & colum. ſequen. & in tractat. de præſtan. Cardin. quæſtio. 5. colum. 3. verſicu. & dicit, quòd ſi natura feudi, &c. poſt Cald. quem refert in conſ. 2. de feudis. fuit autem hæc originalis opinio Innoc. in d. c. in præſentia. num. 5. de probat. & Io. Calde. de feud. conſil. 2. num. 1. & quem Canoniſtæ omnes

ſequuti

sequuti fuerunt, excepto Imo. qui. nu. 20. tenet, indistincte ecclesiasticam personam nõ succedere, d. §. qui clericus. & Innoc. refert sequiturq; Archid. in c. si qua mulier. num. 4. 19. q. vlti. dicens, cõiter ita Doctores sentire, Bar. in repe. authen. ingressi. nu. 44. C. de sacrosc. eccl. & ibi Salyc. col. fina. licet de Inno. alijsq; canonistis nullam mentionem faciat. Hinc fit, vt non possim non admirari, Iaco. à S. Geor. in d. verbo, Et quibuscunq;. colu. fi. ac alios eundem sequentes, ex dictis Inno. & aliorum, quos Felin. in dicta 2. fallen. allegat, sumpsisse cõem cõclusionem, quòd clericus etiam in sacris constitutus, possit in feudo succedere, sed limitari illud locum nõ habere, quando pro feudo personale seruitium prestaretur, quod honestè præstari per clericum non posset, vtputa militare, volentes hoc pacto intelligenda esse iura pro parte negatiua allegata, ponentes fallentiam loco regulæ, & regulam loco limitationis, ex qua quidem peruersione, si subsisteret, multum læderẽtur iura directi domini & agnatorum in feudis antiquis. Nam stante opinione Iacob. & sequacium, vbi nulla appareret inuestitura, vel si appareret, specificum aliquod seruitium reale, vel personale non contineret, incumberet hoc casu probandi onus directo domino, vel agnatis, quod pro feudo, de quo agitur, præstari debeat seruitium personale militare, & sic eis tolleretur beneficium à iure communi concessum
§ contra reg. c. indultum. de reg. iur. in 6. † nam feudum in dubio rectum, & proprium præsumitur, & per consequens, quòd seruitium personale, etiam militare præstetur, idq; euidenter probatur, quoniam pro feudo regulariter iuramentum fidelitatis præstatur, secundum formam antiquæ & nouæ fidelitatis, de qua in titu. de forma fidelita. & seq. in qua forma personale etiam militare seruitium promittitur, vt ex ipsorum titulorum lectura apparet: Alex. consi. 30. numer. 21. & seq. vol. 1. & consi. 6. nu. 8. & 9. volu. 5. Affl. in titu. de mil. vas. qui bel. arma depo. colu. 4. in fi. versic. hoc verum intelligo. quæ præsumptio probandi onus in aduersarium trãsfert, Bar. in l. illa stipulatione, si Calẽdis. nu. 10. ff. de verbo. obliga. Hyppo. sing. 451. Alcia. de præsump. in princ. §. veniamus ad præsumptionem iuris. num. 2. & 3. facit regula, c. præsumitur. de reg. iur. in 6. ne itaq; à regulis iuris discedere videamur, constanter suadeo tenendam cõem cõclusionem supra relatam, hoc est, clericum, qui religionẽ professus est, regulariter in feudo succedere non posse: à qua regula excipiendũ est, si probetur, pro feudo, de quo contenditur præstari seruitiũ reale, vel personale clericis honestũ. Hanc li-
9 mitationem sublimita nõ procedere, † qñ in inuestitura præter seruitium reale vasallus iurẽ fidelitatis præstaret, secundum formam antiquæ & nouæ fidelitatis, prout cõiter in inuestituris fieri solet: tunc. n. vt supra diximus, promissum etiam censeretur seruitium personale & militare, ad quod religiosus nõ admittitur: ita Affl. sublimitat in d. vers. hoc verum intelligo. idem sentit Alex. d. consi. 9. colu. 3. vers. præterea D. Ioanninus. & nu. 11.
10 vbi post Alua. quem allegat, scribit, † quòd vbi fidelitas promittitur, & vltra fidelitatem promittitur pensio, tunc feudum datum nõ dicitur propter pensionem, sed ea pensio quasi causa est impulsiua: sequitur id etiam Dec. consi. 139. num. 3. Bru. cons. 18. col. 3. idem sentit etiam Barb. in rub. de feud. colu. 2. n fi. & colu. seq. vult etiam Fel. in d. c. in præsentia. nu. 48. versi. postea subdit. post Aret. ibi, quod est memoriæ commendandum. Hanc tamen sublimitationem locum non habere scias, qñ ex inuestitura feudum transitorium esset ad omnes hæredes, etiam inhabiles, qñ cum tunc seruire per substitutũ vasallus valeat, admittitur religiosus, non obstante iuramento: Alex. d. consi. 10. colu. 2. in fi. & seq. volu. 5. de quo latiùs infrà in sequenti limitatione dicetur.

11 Tertiò, fallit supra scripta conclusio, † qñ feudum esset ad oẽm hæredem transitoriũ, puta quia in inuestitura dictum sit, Pro se & hæredibus quibuscunq;, vel quibus dederit, vel dictum esset, Masculis & fœminis. Limitionem hanc ponit Alex. d. cõs. 10. col. 3. & 4. Feli. in d. c. in pñtia. nu. 48. qui dicit, Doctores ita cõiter tenere: Cur. loco supra allega. colu. fi. in vltima limitatione: Cassa. in octaua, qui refert Barba. contrarium sentire in rubr. de feud. colu. 2. necnon Fel. in d. vltima limitatione, & cum his ipse concurrit, quorũ opin. cõprobari dicũt ex eo, quòd verbũ, quibuscunq;, secũdum subiectã materiã intelligendũ est, & ad habiles restringendum: Barb. in d. rub. de feu. colu. 2. Dec. in d. c. in pñtia. col. 22. & plures alij supra relati in decis. px. præcedẽ. nu. 8. Veruntamen his non obstãtibus existimo fallentiam de iure veriorẽ & crebriorẽ, put idem Fel. testatur in d. c. in præsentia. quę ex alia cõi cõclusiõe cõprobatur, q̃ habet, q; verbũ, quibuscũq;, in inuestitura positum, hæredes cõprehendit etiam penitus extraneos: hanc veram & communem cõclusionem dicit Curt. Iun. consi. 1. colu. 1. & seq. post tracta. feudorum, ibiq; respõdet ad contraria, cui addas, quæ scripsi d. decis.

25. num. 18. in fundamentis pro sorore, quæ breuitati studendo omitto: Goza. consi. 27. nume. 22. in fi. Alex. consi. 30. nu. 15. volum. 5. Neque Felin. in d. c. in præsentia. numer. 48. contrarium dicit, prout præsupponūt Cur.
12 & Cassa. sed ibi tantum dicit † monasterium filij, aut perpetui hæredis loco non habere, nisi in casibus à iure expressis, nec disputat de iuribus illius dictionis, Quibuscunque, vel alterius similis, cum ibi num. 26. constanter teneat, dictionem, quibuscunque, extraneos hæredes amplecti. Minus etiam potest fundamentum fieri in dicto, Barbatiæ, in d. rub. de feud. cum idem contrarium tenuerit in l. cum acutissimi. C. de fideicom. quem refert & sequitur Cur. Iunior d. consi. 1. colu. 3. hanc fallentiam Bru. quoque posuit consi. 16. circa fi. vers. octauò, si aliqua.

Sed in hoc difficultatem nobis facit decretum dominicale, fol. 68. sub rubri. quòd feudum rectum proprium & simplex censeatur: eo etenim cauetur, quod non obstantibus illis verbis, Hæredibus & successoribus quibuscunque, in inuestitura positis, feudum nihilominus rectū & simplex censeri debeat, quo casu certum est, extraneos
13 minimè admitti, aut alias inhabiles, † cum rectum, simplexq; feudum dicatur, quando pro se & liberis fit concessio: Alex. cons. 19. num. 5. volum. 5. & sic verbum, Quibuscunque, in hac Pedemontana patria ad habiles restringitur, iuxta laco. à S. Georg. in dicto verbo, Quibuscunque, & aliorum eum sequentium opinionem, cum per idem decretum interpretatio verbis inuestituræ afferatur, vt in simili voluit Alex. dicto consi. 9. in fi. vol. 5.

Cogitabam dici posse, quòd licet ex eiusdem decreti forma ad successores habiles verba illa trahātur, attamen propter dictionem, hęredibus, in inuestitura positam, dicere non possumus electam fuisse industriam personæ, quo casu præstari & exhiberi per substitutum seruitium poterit: Felin. d. c. in præsentia. num. 46. Ias. d. consi. 117. col. 3. versic. quartò principaliter moueor. lib. 4. Bru. d. consi. 16. versicu. 3. in prædicto feudo, Cur. consi. 62. versicu. tertiò, quia stante. Hierony. Scurpf. consi. 140. num. 17. & seq. in vol. conciliorum feudalium, Capit. d. decis. 10. num. 12. quā responsionem non puto tutam, cum verbū, hęredibus, simpliciter in infeudatione positum, ad masculos hæredes sanguinis, qui tamē sint hæredes primi inuestiti, restringatur, c. vnico. §. cum verò. qui feud. dare poss. d. c. vnico. §. & si clientulus de alie. feud. quibus stantibus, non cēsetur recessum à vera & propria natura feudi, vt per seipsum vasallus seruiat: ideo puto Doctores prædictos intelligi debere, quando dictioni, hæredibus, esset adiecta qualitas, quæ faceret feudum non habere propriam naturam.

Quartò prædicta communis conclusio
14 procedit, † quando clericus, vel qui religionem vouit, admitti ad feudum vellet per modū successionis, secùs, si per viā inuestituræ tāq; vocatus ex veteri inuestitura, vel de nouo inuestitus, cū per inuestiturā posset clericus feudū acquirere ac retinere: Affl. de mil. vas. qui ar. bel. depo. col. 5. in prin. & inuestitus pōt per substitutum seruire, qm̄ ad illud tacitè habilitatus videtur: ita limitat Curt. Iun. loco supra citato, limitatione 8. Cassa. 7. post Aluar. in c. vnico. de feu. fœm. & sic intelligitur §. fi. de capit. Corrad. ibi. n. secundū cōem opinio. de qua per Præpos. in d. §. & quia. nu. 16. Episc. vel Abb. erant de nouo inuestiti. hanc limitationē pariter sentit Alex. d. consi. 10. nu. 16. cui assentit Bru. cōs. 16. in fi.

Huc accedit limitatio, quam Felin. facit in eod. c. in pñtia. num. 47. & sequitur ibi Dec. col. pen. vers. secundò fallit. & ante eos Alex. d. consi. 10. col. 2. & seq. de fœmina. quæ
15 etsi † regulariter in successione feud. sit inhabilis, scienter tñ inuestita admittitur, ita vt p. substitutum seruire valeat, & in materia hac feudali æquiparantur, quoad ius succedēdi, clericus & fœmina: Alex. d. consi. 10. nu. 16. per tex. in tit. an mutus, vel aliàs imperfec.

Neq; repugnat, clericū & fœminā regulariter inhabiles esse ad seruiēdū seruitio perso-
16 nali maximè militiæ, † & inhabiles ad seruiēdū cēsentur inhabiles ad succedēdū, c. vni. in fi. de mil. vas. qui ar. bel. depo. & c. vnico. in fi. an mut. vel aliàs imperfec. qm̄ regula est, quòd inhabiles ad seruiendū, si fiant habiles ad succedēdū, possūt per substitutū seruire, argu. §. si quis decesserit. si de feu. fue. cōtro. inter do. & agna. hanc regu. ponit Bal. post Iser. in fi. in c. vnico. nu. 7. & ibi etiam Affli. col. 4. in princip. de mil. vas. qui ar. bell. depo. Alex. d. consi. 10. nu. 4. & 16. Affl. in §. si quis decesserit. colu. fin. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. & ratio, cur clericus possit per substitutū seruire ea est, quia tunc electa non videtur industria personę, quibus adde in terminis nostris Bru. d. consi. 16. vers. secundò, quod in illo feudo. Curt. Sen. consi. 63. colu. 1. vers. quartò me mouet.

17 Fallit † quintò in feudis ecclesiasticis, ex adductis per Ias. d. consi. 117. colu. 6. versicu. secūdò principaliter. vol. 4. Limitatur sextò communis conclusio prædicta in fratribus Hierosolymitanis, qui feudum retinere, &

in eo

in eo succedere possunt, secundum Barb. in rubr. de feud. colum. penul. versicu. quid si vasallus efficiatur miles. Aluaro. colum. penul. & Præpos. in fin. titu. de milite vasal. qui bel. arma depos. quem refert & sequitur Affli. ibi, in fi. Curt. in d. x. quæst. col. penul. versic. septimò videtur limitanda. post Bal. & Barb. quos ipse allegat: hanc etiam fallentiam tenet Neuiza. consil. 30. in princip. & ante eum Iaco. à San. Georg. in d. inuestitura in versicu. dictiq; vasalli promiserunt non committere felloniam. nu. 53. eiusdem mentis est Curt. Senior consi. 62. & 63. in quibus locis concludit, canonicum regularem in successione feudi habilem esse: quem refert & sequitur hoc in casu Rube. consil. 80. & fallentiæ huius adducitur ratio, quia omnino arma non deposuerunt, cum Deo seruiant in armata militi contra infideles, neque eorum statum perdiderunt, imò in melius commutarunt: & dicit Abb. in rubri. de regula. colum. fina. milites Hierosolymitanos impropriè, & latè sumpto uocabulo religiosos dici, & in c. quamuis. num. 3. de decimis, inquit, eos laicos esse, non tamē dici in seculo, sed quasi religiosos: ergo cessante ratione legis, eius dispositio silere etiā debet, vulga. l. adigere. §. quamuis. de iure patrona.

Quibus non obstantibus existmo iuris communis feudorum dispositione contrariam opinionem veriorē esse. Ad cuius ue-
18 ritatem præmitto, huiusmodi † fratres Hierosolymitanos sancti Ioannis religiosos, & ecclesiasticas personas dici, c. quisquis. & ibi glo. 17. quæst. 4. quam ad hoc Gemin. notat in c. 2. §. laici. versicu. quæro, quæ dicantur personæ ecclesiasticæ. de rebus eccle. non alienan. in 6. bonus tex. in c. qua contingit. §. penult. & ibi glo. in verbo, Militarium. de religio. domi. & in c. ex parte. 1. de decimis, quæ nominat eos fratres, & inter personas religiosas connumerat, glo. in c. sciant cuncti. in verbo, Ecclesiasticas, de electio. in 6. Abb. in c. cum deputati. in primo nota. de iudi. Felin. in c. 2. nu. 8. versicu. item subdunt Moder. de foro compet. vbi expressè dicit, religionem S. Ioannis Hierosolymitani sine dubio esse de foro ecclesiastico, dicens Modernos post Io. Mon. ita tenere, addi potest tex. in c. canonica. de sent. excommu. quod Hono. 3. scribit magistro & fratribus hospitalis Hierosolymitani. Item regulares dicuntur, quia in possessione illius ordinis profitentur castitatem, paupertatem, & obedientiam, quę tria substantialia sunt veræ, & regularis religionis, c. cum ad monasterium. de sta. mona. & cano. regu. Abb. in rub. de regul. nu. 1. Dec. in c. ecclesia S. Mariæ. colu. 7. de constitutionib. & sic dicuntur personæ ecclesiasticæ, & regulares, cum, vt supra dictum est, castitatem profiteantur, paupertatem, & obedientiam. Et quòd verè religiosi dicantur, liquidò patet ex libro constitutionum dictorum fratrum, cui titulus est, Stabilimenta militum sacri ordinis diui Io. Baptistæ Hierosolymitani, præsertim ex procœmio & exordio, quibus in locis se religiosos vocant. Et ex Bulla Innocen. Pontificis, in qua nominat religionem fratrum Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani, necnon ex titulo primo, de regula. c. 1. & seq. & c. 1. de recept. frat. Et propriùs ad rem nostram accedit, quod legitur titu. 12. de fratribus, ac inhibitionibus & pœnis, c. 25. quòd alicui dictorum fatrum non liceat aliquo pacto se homagio confœderatione, aut iuramento alicui personæ adstringere sine superioris licentia: & c. 28. inhibetur fratribus ordinis, ne sese implicent bellis, & gentibus armorū christianorum ad inuicem. Si ergo alicuius homagio, vel iuramento nō possunt se astringere, consequens est, vt non succedant in feudo, cuius occasione prę statur homagium & iuramentū fidelitatis, vt in tit. qualiter iurare debeat vasal. fideli. & duo. seq. latè Iacob. à S. Georg. in tit. de homag. colum. 1. & 2. Nec aduersari videtur constitutio, c. 2. de aliena. qua videtur cauere fratres Hierosolymitanos posse acquirere bona, & iurisdictiones sine magistri, & capituli licentia, & præsertim dum vixerint, quia ex hoc non necessariò: sequitur ergo, possunt succedere in feudo. Nam & clerici & plures alij religiosi, & sacerdotes ac fœminæ possunt acquirere, & pro se retinere dum viuunt, & tamen non succedunt, nec retinent, vt supra probatum est. Et hanc partem tenuit Bal. consi. 23. quod incipit, Ad euidentiam. volum. 1. alias consi. 170. lib. 2. quem refert & sequitur Bru. consi. 17. & dicit Barba. ita tenere in tracta. de prę st. Card. in 5. q. & in rubr. de feud. Sed in hoc fallit, quia in d. rubri. contrarium sentit, & hos omnes sequitur Cra. consi. 303. colu. 3. Cassane. prę allegato loco, vers. nonò limita. Rub. d. consi. 80. num. 3. vbi respondendo ad eum tex. in c. 1. de mil. vas. qui bel. arma depo. dicit, ea procedere volente domino directo: ergo cessante voluntate domini, tenet opinionem hanc per regulam, quia miles seculi esse definit, qui factus est miles Christi, in qua fundatur communis conclusio supra relata, loquens de clerico.

In hac tamen limitatione fratrum Hierosolymitanorum pro nunc subsisto, pleniùs scripturus cum occasio se obtulerit. In quæstione autem principali censuit Senatus dominum Bartholomeum Præsbyterum proximiorem agnatum alio non facto, in eorũdem bonorum feudalium possessionem mittendum non esse, anno 1558.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an censeatur deserta per lapsum primi fatalis, licet appellãs & appellatus prosequuti fuerint causam, & iudex appellationis sententiam protulerit intra secundum fatale, eo tamen expresse non concesso.*

2 *Appellatio si fuerit deserta per lapsum primi anni, nullo iusto impedimento interueniente, an appellatus, vel appellans possit illam prosequi.*

3 *Iudex à quo, lapso primo anno, & non constito sibi de impedimento, potest suam sententiam exequi, citato appellante absente.*

4 *Appellanti, vt biennium concedatur, duo concurrere oportere.*

5 *Interpretatio in dubio fit in meliorem partem, proinde quòd appellatio non sit deserta.*

6 *Appellatione pendente, si compromissum ferit, durante cõpromisso, etiamsi longissimo tempore duraret, non currunt fatalia, nisi præterito termino compromissi, lapsum sit biennium.*

7 *Argumentum à contrario sensu in statutis validum est. Non tamen procedit, si in casu contrario prouisum est. nu. 13.*

8 *Appellans post lapsum fatalium, etsi ex persona sua prosequi appellationem non possit, attamen si appellatus intra fatalia rescriptum impetrauerit, vel prosequi inchoauerit, & prosequatur post lapsum fatalium, poterit ex persona appellati, etiam lapsis fatalibus, suam prosequi appellationem.*

9 *Contra contumacem non proceditur, nisi altera parte instante.*

10 *Impedimentum, si fuerit in primo anno, non est opus adire iudicem, vt declaret impedimentum obstitisse, sed appellans prosequi appellationem poterit, etsi ei opponatur de lapsu primi fatalis replicare poterit de impedimento.*

11 *Impedimenti sex sunt species.*

12 *Appellatus, si dilationem petierit ad probandum de iure suo, hæc dilatio non imputabitur appellanti.*

13 *Casum legis, vbi habemus disputandum vlterius non est.*

14 *Argumentum à possibili per aliud possibile tollitur.*

15 *Impedimentum non præsumitur, sed euidentissimè probari debet antequam secundum fatale concedatur.*

16 *Pacto expresso, non tacitò possunt prorogari fatalia.*

DECISIO XXVIII.

Appellatio an deserta censeatur per lapsum primi fatalis, licet appellans & appellatus causam prosequuti fuerint, & intra secundum fatale iudex appellationis suam protulerit sententiam.

DVbitatum fuit, an per 1 lapsum primi fatalis† appellatio deserta censeatur, licet appellans & appellatus causam prosequuti fuerint, iudexq; appellationis suam protulerit sententiam intra secundum fatale, eo tamen expresse non concesso. Et quòd deserta censeri debeat, probari videtur ex tex. in l. fina. §. illud. C. de tempo. appellatio. vbi Imperator vult appellantem summa ope niti, vt intra primum annum causa ad finem perducatur, & omnia litis certamina impleantur, aliàs primam sententiam in suo robore perdurare, ad effectumq; (tanquam si appellatum non fuisset) produci debere, nisi appellans euidentissimis probationibus ostenderit, se aliqua ex causa inexcusabili impeditum: tunc enim tempus aliud annale, & sic secundum fatale ei indulgetur. Cuius quidem §. dispositio non correcta, verùm iure nouissimo expresse confirmata apparet, vt in authen. de ijs, qui ingrediuntur ad appella. §. hæc nos. versic. hæc itaque. & versi. obseruatio siquidem. iuncta glos. similis: & clarior est tex. in clem. sicut. de appellationibus. vbi summus Pontifex expresse notat appellantem teneri prosequi, & finire appellationem intra annum à die interpositionis appellationis, quòd si non fecerit appellationem desertam censeri, nisi iusto aliquo impedimento fuerit impeditus. Opinionem hanc per iura supra relata, iunctis sex alijs, & quidem vrgentibus fundamentis, sequitur Maran. in tractatu de ordin. iudic. in sexta parte. §. secundus actus. numero 220. & tribus sequentibus, dicens, eandem opinionem tenuisse Innocen. in c. ex ratione. in princip. Imo. numero secundo. versicul. hodie hoc est expeditum. de appellationibus. & Ange. in consi. 310. numero secundo, concludens, hanc opinionem veram sibi videri, vt Euangelium: quibus addo idem sentire Alberi. in authen. ei, qui. numero primo, in fine. C. de tempo. appella. affirmantem, quòd si iudex appellationis lapso anno, vel biennio sententiam proferat, sententia huiusmodi non valet: & ibidem Castren. num. tertio, dicit sententiam esse desertam post lapsum primi anni, si nullum interuenit impedimentum, quoniam alius annus non datur, nisi ex causa impedimenti, Capel. To- 2 los. quæstione 244. vbi querit, † si appellatio per lapsum primi anni nullo iusto, vel legitimo impedimento interueniente, fuerit deserta, an appellatus, vel appellans, eo casu possit

posit illam prosequi: & dicit conclusum fuisse, quòd non, per tex. in clem. si appellationem. de appella. & notata per Collec. in c. ex ratione. eod. titu. de appella. & ibi Io. And. adducens, idem tenuisse Zenze. in eadem clem. si appellationem. idq; tribus rationibus: quia iudex appellationis desinit esse iudex: item, vt sit litium finis, ac propter rei iudicatę auctoritatem. Hanc sententiam sequutus quoque Abb. videtur in d. c. ex ratione. num. 13. & 14. necnon Dec. col. penult. versic. sexta & vltima quæstio. qui præsupponunt, † iudicem à quo, lapso primo anno, 3 nec sibi constito de impedimento, suam sententiam exequi posse, citato appellante. Idē Abb. in c. cum sit Romana. in primo nota. ex tex. in dicta clem. sicut. per quem notat, primum annum à iure dari ad prosequendam, finiendamq; appellationem, idq; corroborat in secundo notabili. quem etiam ibidem sequitur Dec. in tertio nota. vbi firmissimè tenet, † quòd ad hoc, vt biennium con- 4 cedatur, duo concurrere oportet. Primum est, quòd ex causa necessaria, appellationem prosequi, & infra annum finire nequiuerit. Secundum, quòd causa euidens sit, & adeò necessaria, vt euitari non possit, alioquin appellantem non excusari dicit.

In contrarium verò adducitur doctrinā Barto. in d. authen. ei, qui. in fi. C. de tempo. appellat. cuius verba sunt hæc. Nota, quòd post lapsum primum annum sententia non confirmatur, nisi post lapsum biennium: idem etiam tenet in l. vnic. in fi. ff. nihil noui appel. penden. illud etiam dicit Bal. in l. eos. colum. 2. versicu. scias tamen. C. de appella. dicens, rationem esse, quia ante biennium interuenire impedimenta potuerunt, quæ cum in facto consistant, dubium faciunt, an appellatio sit deserta; & Bal. sequitur ibidem Salyc. nu. 6. versicu. de huius tamen. eandem allegans rationem. Alexan. etiam in additio. ad Bar. & Bal. in locis supra allegatis. Felin. in c. ex parte. 2. colum. 6. in fi. versicu. & nota duo. primò, quòd si biennium, & c. de Rescrip. per eandem rationem Baldi, necnon per tex. in d. clem. sicut. de appella. dum de biennio loquitur, tenet Perusi. in c. ex ratione. nume. 5. de appella. & in additio. ad Dec. in d. c. ex ratione. colu. 1. quæ incipit, Et ex hac conclusione. Hanc rationem confirmari posse existimo ex his, quæ dicit Bal. in l. si reus. in 2. notab. ff. de procura. quem refert ac sequitur Cur. Iunior in l. vni. nu. 18. C. de senten. quæ pro eo, quod interest, profer. inquit enim, licet argumentum à possibili per 5 aliud possibile tollatur, † attamen in dubio interpretatio fit in meliorem partem. Sed melior pars est, vt appellatio non censeatur deserta, prout in dubio deserta non præsumitur, Iaſ. in auth. ad hæc. nume. 3. C. de iudi. Ergò præsumptio huiusmodi sumenda est, quòd interuenire potuerint impedimenta in primo anno. Et pro hac sententia videtur tex. in authen. si tamen. C. de tempo. appell. 6 ac in Corpore, vnde sumitur, † vbi si penden te appellatione compromissum fuerit, eo durante, etiamsi longissimo tempore duraret, non currunt fatalia, nisi post terminum compromissi lapsum sit biennium: ergo ante biennium elapsum, appellatio deserta censeri non debet: & Barto. ibi in princi. dicit, biennium incipere currere à die interpositæ appellationis: sequitur etiam Saly. & hoc corroborari videtur ex tex. in auth. ei, qui. C. de tempo. appell. & in Corpore, vnde sumitur, qui, dum dicit, ratam debere manere primam sentētiam, semper præsupponit lapsum biennij: hocq; argumento vtitur, sequendo hanc opinionē, Perusi. in d. c. ex ratione. numer. 85. de appell. quod coadiuuari potest ex tex. in l. 2. §. nulla reparatione. C. de temp. appella. vbi dicitur iudicata executioni demandari, elapsis nonaginta tribus diebus, & glo. ibi intelligit, quòd prædicti nonaginta tres dies sint lapsi post primum fatale, quod erat sex mensium, secundum tempora antiqua, d. l. 2. in princi. Et hæc opinio multò fortiùs debet procedere in hac patria stante decreto Ducali, sub titu. Instantia causarum appellationis est sex mensium. versic. quibus terminis elapsis. si causa appellationis non fuerit diffinita, rata maneat prima 7 sententia: ergo à contrario sensu, † quod argumentum etiam in statutis procedit, Bar. & communiter Docto. in l. 1. §. huius rei. vbi Iaſ. nu. 40. & sequen. ff. de off. eius, cui manda. est iurisd. Idem Bar. in l. omnes populi. nu. 61. & sequen. ff. de iusti. & iure. Euerar. in suis locis legali. c. 4. col. 73. & sequen. his terminis non elapsis, non manebit rata prima sententia.

Addebam, opinionem hanc posse etiam defendi ex communi conclusione, de qua per Abba. & Felin. in c. ex parte. 2. numer. 7. de Rescrip. & Dec. in c. oblatæ. colum 1. versic. quarto nota. de appell. Aufrer. in addit. 8 Cap. Tolos. quæst. 244. † quod licet appellans lapsis fatalibus ex persona sua prosequi appellationem non possit, attamen si appellans intra fatalia rescriptum impetrauerit, vel prosequi inchoauerit, & post lapsum fatalium prosequatur, poterit tunc appellans etiam lapsis fatalibus ex persona

appellati appellationis causam prosequi: si igitur lapsis fatalibus potest appellans ex persona appellati suam prosequi appellationem, multò magis intra secundum fatale illud poterit, si appellatus pariter prosequatur: & hæc opinio præsertim locum habere debet, si appellanti de desertione appellationis non opponatur, argumen. l. 2. §. fina. C. tempo. appell. & notat. per Bar. in dicta authen. ei, qui. circa fin. in versi. venio ad fi. vbi
9 ex eo tex. notat † contra contumacem, nisi altera parte instante, minimè procedi, l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi. itaque si appellatus de fatalium lapsu nõ opponat, sed prosequatur, appellans dici non poterit contumax in primo fatali, quod voluisse videtur Dec. in c. ex ratione. colu. 1. versicu. &
10 stante impedimento. vbi inquit, † Stante impedimento in primo anno non opus esse adire iudicem, vt declaret impedimentum obstitisse, verùm appellantem prosequi posse appellationem, & si de primi fatalis lapsu opponatur, poterit replicare de impedimento: tandem concludit, necessariam esse hoc casu iudicis declarationem, quod ante Decium voluit quoque Perusi. in eodem c. ex ratione. num. 66. Feli. in c. Rodulphus. colu. 24. in versi. limita secundò, de Rescrip. post Domi. Imo. Lapp. & Perus. per eum allega.
11 hac ratione motos, † quoniam stante impedimento, ipso iure secundus annus absq; vlla declaratione competit: cuius quidem impedimenti sex sunt species, quas latè prosequuntur Abb. & Imo. in d. c. ex ratione. nu. 3. & sequen. post Innoc. ac alios, quos allegant, videlicet ex facto iudicis, appellantis, appellati, mixtim, tertij, & casu fortuito, & latiùs de his scribit Perusi. ibi, num. 8. & sequen. Ideo dicebam, hoc in casu fortè dici posse, appellationem desertam non esse: quia quando appellans primo anno durante facto appellati fuit impeditus, eo quòd is capitula deduxit eo tempore, quę admissa fuerunt, pluresq; dilationes ad probandum concessæ, quibus durantibus, appellans causam prosequi non potuit, tunc ei secundus annus ipso iure competit, neque prędictarum dilationum tempus computari debet appellanti, argumen. l. 1. C. de tempo. in integ. restit. per quam legem ita in terminis nostris notat Innoc. in d. c. ex ratione. colum. 2. versicul. si verò peteret. vbi expres-
12 se dicit, † quòd si appellatus dilationem ad probandum de iure suo postularet, hæc dilatio appellanti non imputabitur. Et si per vnum tantum diem postquam appellationẽ prosequi cœpit, impeditus fuit, quo minus intra annum sententiam in causa appellationis petere posset, totus ei secundus annus ipso iure indulgetur: & Innoc. refert & sequitur Bar. in authen. item appellatione. nume. 2. in fi. C. de temp. appel. & ibi Alex. nec non in authen. ei, qui. in additio. quę incipit, Not. limitationem. in versi. secundo ex parte aduersarij. post eundem Innocen. & Io. And. per eum adductos. Ange. in prędicta authen. ei, qui, circa princip. vbi licet variè loqui videatur, attamen in versicu. attende tamen. dicit se stare cum glo. in c. si electio. de electio. in sexto. quæ id expressè dicit: clariùs tenet idem Ange. in l. si ita stipulatus essem abs te, versicu. ideo impedito. ff. de verb. obliga. vbi dicit, se ita Venetijs consuluisse: & eundem refert & sequitur Barb. in apost. ad Abb. in d. c. ex ratione. colu. penult. in additio. quæ incipit, Vide de hoc Roma. in d. l. si ita stipulatus essem abs te. Perusi. in d. c. ex ratione. num. 36. & tribus sequentibus. & ibidem etiam Dec. colum. 12. & licet hæc videatur communis opinio, dicebam tamen ex præmissis negari non posse, quæstionem nostram esse dubiam, quo casu in dubio pronunciandum est, appellationem non esse desertam, Ias. in d. authen. ad hæc. num. 3. C. de iudi. post Specu. Archid. Io. And. Butr. Bal. & Card. quos adducit.

Quid dicendum? loquendo in terminis iuris communis, arbitror primam opinionem de iure veriorem, per tex. in d. clemen. sicut, de appellat. & in d. l. fina. §. illud. C. de
13 temp. appell. † quæ iura hoc expressè determinant, & decidunt, quo fit, vt cum casum lege decisum habeamus, disputandum vlteriùs non sit, l. ancillæ. C. de furt.

Non obstat Bart. in d. authen. ei, qui. in fi. quia opinionem suam erroneo fundamento firmat. Nam in d. authen. ei, qui. in qua Bar. suam collocat opinionem, nulla dictio, Nisi, nec alia ei similis, legitur: quòd si dicatur, Bar. forsan allegare voluisse, authen. si tamen. in illis verbis, nisi biennium censerit? respõdetur, In Corpore, vnde sumitur, d. authen. non legi dictionem, Nisi: vel potest responderi, vt per Ang. in d. authen. si tamen. versicu. nec credo. videlicet id quod ibi dicitur, de concessione biennij, intelligi eo modo debere, de quo in d. authen. ei, qui. scilicet, si appellans fuerit impeditus in primo anno, & quamuis nihil ad hoc alleget, tamen adduci potest tex. in authen. de appella. §. fin. in illis verbis, Secundum constitutiones à nobis factas.

Minus etiam obstat argumentum à contrario sensu, quia illud non valet, quando ex eo legum

eo legum correctio inducitur, vel casus à contrario sensu est à iure decisus: Bart. in l. omnes populi.num.61.ff. de iust.& iur.Feli. in c. significasti.colum.penult.versic. vltimò fallit.de foro compe. Iaſ. in d.l.1. num.40.& 47.ff.de offic.eius.Ripp.in l.si constante.nu. 58.ff.solut.matrimon.latè Euerar. in suis locis legali.c.4. colum.62. in vers. secundò fallit. & colum. 65. versic. tertia dicta regula. nec non colum. 74. & sequent. At in casu nostro per huiusmodi argumentum à contrario sensu correctio induceretur dictę Clemen.sicut.& §.illud.l.fin.C.de tempo.appel. cuius dispositio iure nouissimo confirmatur, & obseruari mandatur, vt in d. authen. de his, qui ingred.ad appel. d. versic. hæc itaque. & versic. obseruatio, siquidem, iuncta glo. in quibus iuribus expressè, & specialiter prouisum est, hoc in casu: ergo non valet argumentum à contrario sensu. Nec dicatur, quòd decretum nihil operaretur in sensu directo, quo casu procedit argumentum, quoniam satis operari dicitur, cum restringat fatalia iuris communis, & statuta intelligi debeant, vt quantò minus possint ius commune lædant, à quo passuam interpretationem recipiunt: Bart. in d.l. omnes. num.56.& 60.in fin.

Neque aduersatur ratio Baldi in d. l. eos. 14 † quia regulariter à potentia ad actum argumentum non valet, l.non hoc.C. vnde legitimi.Bal.in l. de quibus. col.14. ff. de legi. & argumentum à possibili per aliud possibile tollitur, Bal.in d. l. si reus. num.2. ff. de procuratorib. Neque in casu nostro militat præsumptio impedimenti, vt appellatio deser- 15 ta non iudicetur, † quia text. in d.§.aliud.requirit impedimentum legitimè, & euidentissimè probari, non autem præsumi, antequam concedatur secundum fatale. Faciunt ad hoc notata per Abba. & Deci. in c. cum sit Romana.de appella.nempe,quòd ad hoc, vt secundus annus concedatur,debet causa esse necessaria, & euidens: ideò de impedimento dubium esse non sufficit, prout Bal. vult in d.l.eos.& alij eum sequentes supra allegati,qui in hoc non bene dicunt.

Nec dicatur ob opinionem Bart. Bal. & aliorum rem dubiam reddi, quia cum, vt supra dictum est, habeamus iura expressè hoc determinantia,clara res dicitur,d.l. Ancillę. C. de furt. cum similibus. Nec fortasse errabimus,si Bar. intelligemus secundum dicta Paul.de Cast. in d. authen.ei, qui.num.3.hoc est appellatum, sententiæ executionem petere nō debere ob desertam appellationem, nisi biennio elapso, quia licet per lapsum primi anni, si nullum interueniat impedimentum, appellatio possit esse deserta, attamen, quia quolibet paruum impedimentum sufficit, vt secundum fatale concedatur, non erit tutum prius executionem impetrare, quàm lapsum sit biennium,& hoc pacto intelligendo Bart. contrarietates omnes cessant: & hæc procedunt de iure communi, non data prosecutione appellati, sed vbi appellatus appellationis causam prosequeretur in secundo fatali dici posset,appellantem etiam prosequi posse, & instare, definitiuam sententiam ferri ex persona appellati, iuxta notata per Abb.& Felin.in d.c.ex parte 2. de Rescript. & Dec.in d.c. oblatæ.quandoquidem appellatus prosequendo intra secundum fatale,videtur admittere illius concessionem,argu.nota. per Bar. & alios in l. à procedente. C.de dilatio.& in c. interposita. de appel. Aliàs si diceremus,eo quòd appellans, & appellatus,aut solus appellatus processerunt in meritis causæ appellationis post lapsum fatalium, & sic appellationem desertam,partes ipsę renunciauerint rei iudicatæ, & propterea possit iudex appellationis lapsis fatalibus iudicare, esset contra tex. in Clemen. si appellationem. de appel. vbi per processum partium post desertam appellationem non tollitur effectus rei iudicatæ; cui decisioni famulantur text. in Clemen. quandiu, eodem tit.& in l.fi.§.fi.C. de temp. 16 appel. † quibus iuribus nominatim cauetur, compromisso,vel expresso partium consensu & pacto posse fatalia prorogari, secùs tacitè, de quorum text. intellectu abundè scribit Dec. post Perus.in c. ex ratione. col.6. & duab. sequent. de appel. quam opinionem latè prosequitur Maran.d. 6.part. num.225. & sequent.Neuiza.cons.41. num.30. quamuis ipse num.27. & seq. teneat,nec etiam pacto expresso posse prorogari fatalia, affirmans post alios per eum citatos, hanc creberiorem esse sententiam,quod non existimo verum, cum apertè pugnaret contra text. in d.l.fin.§.fin.C.de remp.appella. & Clemen. quandiu, de appell. quibus accedit,quod de sententia, quæ in rem transiuit iudicatam, scribitur, scilicet eam irritari, si pars expressè iniustam confiteatur: Innoc. in c. plerique. de immun. eccles. quem refert, & sequitur Hypp.in rubr.de probat. num.165.post Bar. Bal. & Alexan. quos adducit. Et secundum hanc opinionem censuit Senatus, seu Iudices vltimarum appellationum, in causa Dominici Balbi, & Blasij Folli Astensium.

SVMMARIVM.

1 Veritas vincere semper debet, maximè apud viros graues.
2 Vasallus si feudum, vel feudi partem, aut feudi conditionem ex certa scientia neget, vel crassa, aut supina ignorantia dixerit, se nescire, deinde conuictus fuerit, feudo spoliabitur.
3 Negans rei negatæ commodo priuari debet.
4 Dominij appellatione proprie, & simpliciter loquendo intelligere debemus de directo.
5 Facultas indulgendi in dubio in inuestituris concessa non censetur, cum solis supremis principibus competant.
Regalibus in genere concessis, non veniunt reseruata Principi in signum superioritatis. ibidem.
6 Princeps habere potest locum proprium intra alienum territorium.
7 Præscriptione acquiruntur, quæcunque pacto & priuilegio acquiri possunt.
8 Vasallus inuestitus de iurisdictione, & eius emolumentis, censetur priuatiuè, quoad inuestientem inuestitus.
9 L. 1. C. ne sine iussu Princip. lice. confis. limitatur.
10 Verba in dubio in fauorem proferentis interpretanda.
11 Feudi priuatio ex negatione ipso iure non inducitur, nisi secuta declaratione domini.
12 Lex, quando aliquid in fauorem alicuius annullat, intelligitur, si petatur.
13 Princeps an post mortem vasalli pœnam amissionis feudi declarare possit.
14 Negationem feudi vasallus vsque ad sententiam reuocare potest.
Negationis reuocatione non obstante, tenetur vasallus ad expensas & damna, ex tali negatione sequuta, eodem.
15 Consuetudo, quòd in quibuscunque causis inter fiscum & priuatum expensæ compensentur, quomodo intelligatur.
16 Consuetudo ad vsum restringitur, & proprios terminos facti non excedit.
17 Feudum ex negatione amissum, cui applicetur.
18 Per negationem dubia res efficitur.
19 Dominium difficilis est probationis.
20 In feudo concesso pro se & liberis masculis & agnatis de masculo in masculum descendentibus, pater non potest filijs præiudicare.

DECISIO XXIX.

De vasallo feudum negante, vel alquam eius qualitatem, an feudo priuari debeat, & qualiter dicatur vasallus feudum negasse.

ETsi Iustinianus Imperator in authen. de tabell. §. si verò indignus. scripserit, nihil inter homines sic esse indubitatum, quin sollicitam quãdam dubitationem suscipere
1 possit, attamen † quoniam vincere semper debet veritas, c. veritatem. 8. distinctio. l. eos. C. de testib. Esdr. lib. 3. cap. 4. maximè apud viros graues, quos veritatem semper colere decet, l. 1. C. de dedi. liberta. tollen. & l. cum ita legatum. ff. de cond. & demonstra. Alex. cons. 62. in princ. vol. 4. Ideò omissis sollicitis dubitationibus, in causa hac fisci, & D. Io. Andreę Comitis Crescentini, quatuor propositarum quæstionum veritatem extricare conabor.

Prima ea est. An vasallus, negans rem esse feudalem, vel feudi qualitatem, priuari feudo debeat?

Secunda, an ex verbis quondam D. Ioan. Andreæ Comitis inducatur feudi eiusue qualitatis inficiatio?

Tertia, data feudi eiusq; qualitatis negatione, an ipso iure feudum amittatur, vel declaratoria sententia requiratur?

Quarta, præsupposita feudi amissione ex tali negatione, cui feudum ipsum applicetur, an directo domino, an verò filijs agnatisue D. Comitis?

Redeundo itaq; ad primam, clara est iuris
2 dispositio, † quòd, si vasallus feudum vel feudi partem, aut cõditionem ex certa scientia, & sic dolo vel lata culpa inficiatur, vel crassa & supina ignorantia se nescire dixerit, deinde conuictus fuerit, feudo expoliabitur, §. vasallus 1. & 2. si de feudo fuer. controuers. inter dom. & agna. §. fin. de lege. Corradi. & vbique glosæ & Docto. Felin. in c. cæterùm. num. 18. & 19. de iudic. post Imol. Abb. & Bal. per eum relatos, Ang. & Doct. in l. nec supina. ff. de iuris, & facti igno. Ias. post Aret. in §. omnium. num. 88. institu. de actio. Iacob. à San. Georgio, in sua inuestit. in verbo, Dictiq; vasalli promiserunt, col. 8. vers. vndecima causa est. Curt. de feud. in quarta part. in titul. in quibus cau. feud. amitta. 19. causa. Zasi. de feud. priuatio. col. 90. versic. septima conclusio. Hyppol. in rubri. de fideiusso. num. 326. Moder. Paris. de feud. titu. 1. §. 30. num. 5. Paris de Puteo, de feud. c. 3. quem post hæc scripta vidi. Et ra-
3 tio secundum prędictos Doctores est, † quia negans omni commodo negatæ rei priuari debet, cui rationi famulatur l. fin. cum ibi nota. ff. de rei vend. ac regula cap. ex eo de reg. iur. in 6. quæ quidem negatio in specie, non autem in genere, seu vaga fieri debet, vt Doctores suprà relati dicunt, maximè Zasi. Iacob. à San. Georg. in eodem versic. Dictiq; vasalli. col. 9. versic. addite, quod Mod. Paris. num. 8. Hyppol. sing. 242.

Ad secundum, an ex verbis quondam D. Io. Andreę, feudi eiusue qualitatis negatio inducatur? Videtur dici posse, eam fuisse inductam ex illis verbis in libello dicti Comitis, Coram Cæsareis delegatis producto,

vbi

vbi expresse negauit, iudices delegatos ab illustrissimo Duce aliquam habuisse iurisdictionem in ipsum Comitem, neque delegatam, neq; ordinariam, & sic nullam, arguendo à sufficienti partium enumeratione, quod argumentum validum est, vulgata l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. & per consequens, Illustrissimum Do. Ducem non habere potestatem delegandi, prout id expresse dixit in scedula appellatoria coram D. Præside Mediolani altero ex delegatis Cæsareis, in qua, inquit, acta coram iudicibus ducalibus fuisse coram incompetentibus iudicibus gesta, & vti à non habente potestatem delegatis, & sic negare videtur Illustrissimũ Ducem Sabaudiæ vllam in eum habere iurisdictionem, l. 1. & ibi glos. in verbo, Potestatem, de constitu. Princip.

Secundò in illis verbis libelli, vbi dixit, Burgum, & territorium Crescentini, non fuisse, nec esse inclauatum in dominio Ducali Sabaudiæ, sed fuisse, & esse separatum, & de per se, ex quibus etiam negare videtur Illustrissimum Ducem habere directum
4 dominium in dicto loco: † nam dominij appellatione propriè, & simpliciter loquendo de directo intelligere debemus, l. 1. & ibi glo. ac Bart. ff. si ager vectiga. vel emphyteo. peta. Bart. in l. 1. col. fin. C. de vsufruct. & habita. ergo negando, Illustrissimum Ducem esse directum dominum Crescentini, videtur negare locum Crescentini feudum esse præfati Ducis.

Tertiò, talis negatio probari etiam videtur ex conclusione libelli producti in causa appellationis, qua declarari petijt ipsum Comitem, & suos antecessores fuisse in possessione seu quasi exercendi in ipso loco, & territorio Crescentini merum mixtum imperium, ac omnimodam iurisdictionem, & sic plenissimam, iuxta las. cons. 161. num. 1. vol. 2. & quæcunque alia regalia, etiam maiora. Necnon indulgendi, seu gratias faciendi pro quibuscunque delictis tàm gratis, quàm media pecunia virtute priuilegiorum imperialium, ex quibus negari non potest, quin dictus D. Comes Crescentini saltem feudi qualitatem negauerit, quoad ipsum Ducem attenta reseruatione facta in inuestituris Ducalibus in quondam D. Iacob. Titionum, anno 1435. die 4. Ianuarij, & in ipsum comitem Io. Andream, anno 1520. die 26. Aprilis, coram delegatis Cæsareis Mediolani productis, sub die 19. Nouemb. 1538. in quibus reseruatur ius directi dominij, superioritatis, fidelitatis, homagij, & resorti: & facit ad hoc las. in iam dicto cons. 161. col. 2. Guid. Papien. quæst. 518. & 551. col. 3. vbi concludit, appellatione resorti venire appellationes. Nec ex ipsis inuestituris ducalibus, legitur concessa
5 huiusmodi facultas indulgendi, † quæ solis supremis principibus competit, l. relegati, in fi. l. moris. §. sed enim, cum similibus. ff. de pœnis. Bal. in l. imperium. col. 3. ff. de iurisd. om. iudic. Iacob. à San. Georg. in sua inuestitu. in verbo, Princeps. vers. 17. specialitas. Felin. in cap. cum te. num. 14. & 15. de re iudi. imò concessis regalibus in genere, non veniunt reseruata Principi in signum superioritatis. Afflict. in tit. quæ sunt regaliæ. in verbo, Et bona committentium. num. 21. & 22. post alios per eum relatos, & attentis inuestituris ducalibus, videtur negari non posse, quin saltem qualitas feudi fuerit negata, super qua per delegatos Ducales contra prædictum comitem cognitum, & pronunciatum fuit, qui propterea conuictus de suo mendacio dici potest, iuxta text. in d §. vasallus, el primo.

Sed quoniam materia, de qua agitur, est pœnalis, forsan dici posset ex suprà scriptis verbis non esse inductam negationem feudi, vel eius cõditionis, ita vt ex tali negatione feudum amittatur. Et primò ex illis verbis, neque ordinariam, neque delegatam, non videtur sequi necessario negatio feudi: quia quoad ordinariam iurisdictionem, clarum est, D. delegatos Ducales eam non habuisse: quo verò ad delegatam, cum multa possent opponi, tam contra rescriptum delegatorium, quàm contra personas delegatorum, & maximè quòd sine rescripto delegatorio procederent, non propterea necessariò sequitur, eum negasse, locum Crescentini esse feudalem, & Ducem Sabaudiæ esse superiorem, imò in precibus Cæsari porrectis, super quibus laxatum fuit rescriptum delegatorium datum Villæfrancæ, die 17. Iunij, anno 1538. narrat se multipliciter requisiuisse Illustrissimũ Ducem, vt vellet prouidere super requisitis: ergo videtur eum non negasse Dominum directũ, sed ad eum, vti superiorem, recurrisse. Nec etiam ex illis verbis, Burgum, & territorium non esse inclauatum in ducali dominio Sabaudiæ, quoniam verba huiusmodi secundum communem loquendi vsum intelligendo, qui vsus, attendi semper debet, l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fund. instruct. & l. Labeo. ff. de suppellect. lega. & vbique Bart. intelligi illud debet, non esse inclauatum, id est, circundatum, seu circumcirca septum territorijs Ducalibus, cum, vt asseritur, pro maiori parte circundetur territorijs

Montis-

Montisferrati, licet autē negauerit dictum locum inclauatum, seu circundatum dominijs Ducalibus, non propterea sequitur: Ergo non est feudum Ducale: quoniam inconueniens nequaquam dici potest Principem aliquem intra alienum territorium locum habere iurisdictioni suæ, seu dominio subiectum, Afflict. in lib.3. constitutionum. §. si dubitatio. colum.1.num.8.quem refert & sequitur Paris.cons.101.num.15. volum.1.& dicetur prouincia, seu territorium per se, vt concludit Paul.de Cast. in cons.179. num.2. in antiquis, idq; experientia ipsa docet. Nam intra patriam Pedemontanam Do. nostro subiectam, est locus Centali feudum (vt dicitur) regale, & intra comitatum Astensem locus extat Costiglolarum, quod est Ducale feudum: quæ quidem loca licitè dicere possumus inclauata non esse, videlicet Centalum in dominio Regio, quin potius in dominio Ducali, à quo circundatur, & locum Castiglolarum esse inclauatum in dominio comitali.

Quo verò ad verba, quòd ipse Comes sit, suiq; antecessores semper fuerint, à tāto tempore citra, cuius initij memoria non extat in contrarium, in possessione seu quasi indulgendi pœnas criminum, seu, vt vulgò dicitur, gratias faciendi, ex illis verbis etiam videtur dicendum negationem feudi minimè iuduci, clarum siquidem est, Duces Sabaudiæ antecessores potuisse eorum priuilegio talem concedere facultatem indulgendi, & exercendi quæcunq; alia regalia, etiam Prin-
7 cipi reseruata, † quo casu sequitur, vt quod priuilegio, siue pacto acquiri possit, id tali præscriptione quoque quæratur: Felin. in c. accedentes.num.6. post Ab.ibi, de præscrip. Bal.de præscrip. in tertia parte. colum.28. & 29. Paris. dicto cons.101. num.13. & facit c. super quibusdam.§. præterea. de verborum signific. Alexan. & Ias. latè in l. imperium. ff. de iurisdict. om. iudic. imò fortior nonnunquam est acquisitio præscriptione, quàm pacto, vt abundè concludit Tiraq. de iure primogenit. quæst. 30. fol. 337. Et licet probatum non fuerit, tale ius eidem comiti nec priuilegio, nec præscriptione competere, attamen præmissa saltem procedunt, quoad hoc, vt ex illis verbis inducta negatio feudi non sit, quæ nec etiam inducta dici potest ex eo, quòd confiscationes bonorum & reddituum communitatis, & particularium Crescentini Ducali Cameræ adiudicatas, nec non gratias occasione homicidiorum perpetratorum, in personas quondam D. Comitis Richardi, eiusq; vxoris ac familiæ factas declarari nullas, & in eius præiudi-
8 cium executionem non mereri, † quia clara est iuris decisio, quòd vasallus inuestitus de iurisdictione, & eius emolumentis, priuatiuè quoad inuestientem censetur inuestitus, c. imperialem.§. fin. de prohiben. feud. aliena. per Federi. Bal. in l. 1. quæst. 43. ff. de re. diuis. quem refert & sequitur Curt. de feu. in prima part. in 6. quæstio. princip. colum. 2. & ibidem in consil. 2. colum. 1. Felin. in c. pastoralis. colum. 3. versicu. sexta limitatio. de offic. ordin. Præpos. in c. 1. in fin. de controuer. inter vasallum & Episcop. quos refert & sequitur Brun. cons.31. col.2.& cons. 47.col.2. Paris.cons.2.num.18.& 19. volum. 2. Et per præmissa valere non videtur consequentia. Vasallus dicit, confiscationes factas à domino nō valere in sui prejudicium: ergo feudum negat.

Nec obstare titulus videtur, C. ne sine iussu princip. certis iudic. liceat confisca. † & ibi,
9 l. 1. quia illud locum non habet in iudicibus, merum & mixtum imperium habentibus, prout sunt vasalli de mero & mixto imperio inuestiti, Iacob. à Sanct. Georg. in sua inuestit. in verbo, Cum mero & mixto imperio. num.8. per glo. in d. l. 1. & post Saly. ib. 6. Alex. cons.13. colum.3. vers. sextò præsuppono. vol.6. Brun. latissimè iam dicto cons.31. colum.3. vbi ponit quæstionem. Etiam præsuppolito, quòd de tali crimine dominus directus cognoscere deberet, emolumenta tamen iurisdictionis pertinere vasallo inuestito debent.

Quo verò ad illa verba, de quibus in scedula appellatoria coram altero ex delegatis Cæsareis producta, sub die 27. Iunij, anno 1545. in qua expresse dixit, D. delegatos Ducales processisse vti delegatos à non habente potestatem: profectò negari non potest, quin ex talibus verbis ex certa scientia inficiatus fuerit Ducem Sabaudiæ, delegantem potestatem, seu iurisdictionem habuisse in ipsum comitem, contra tamen formam inuestiturarū per dictum comitem productarum, nec non priuilegiorum Imperialium nomine Ducis Sabaudiæ exhibitorum, ac iuris communis: his enim inuestituris ipsi Duci reseruatum ius fuit superioritatis, & resorti, quod aliud non est, nisi iurisdictionem & superioritatem, ac appellationes non expressas in inuestitura sibi reseruare: Guid. Papien. quæst. 518. & 551. suprà adductis. Sed in hoc dubium facit, quia verba hæc prolata extraiudicialiter fuerunt, nemine nomine Ducis Sabaudiæ acceptante, & coram altero ex delegatis tantum, qui iam

functus

functus officio suo erat per remissionem causæ, quo casu talis confessio siue negatio fortè non obesset vulgata l.certum.§. si quis absente.ff. de confess. & prædictæ interpretationes admittendę in dubio videntur, vt eui tetur delictum per reg.l.meritò.ff.pro socio.

10 † & in dubio in proferentis fauorem interpretari debent,l.si quis intentione.ff. de iud. l.inter stipulantem.§.1.ff. de verbo. obligat. Alex. consi.202. num. 4.vol.2. Deci.consi.28. num.7.sed in contrarium vrgent, quæ appositæ in istis terminis,scribunt Moder. Paris. in d.§.30.num.17.concludentes ex negatione etiam extraiudiciali, dummodo seriosè, & deliberatè fiat,vasallum priuari feudo.

Tertia hinc sequitur quæstio, videlicet esto ex talibus verbis, saltem omnibus simul iunctis feudi, vel eius conditionis negationem resultare, an feudum statim ipso iure amissum,sit absque vlteriore facto hominis? Et omittendo ea, quæ disputationis gratia dici possent, vera est & communis conclu-

11 sio,† feudi priuationem ex huiusmodi negatione minimè induci, nisi hoc dominus voluerit,idęp declarauerit: ita firmat Bal.in l. fi. in fin. C. de reuocand. dona. vbi expressè post glo.ibi inquit, quòd vbicunq; feudum ipso iure ad dominum reuerti dicitur, intelligi id debere,si dominus velit, & hoc petat: sequitur Imo.in c. fin. de donatio. Dec. consi. 138. num.5.6.& consi.442. num.20.& 23. post Bart. in l. 2. C. de iure emphyteo. & in l.2.ff. de excepr.rei iudic.addens ante talem declarationem purgare moram posse, loquiturq; in fortioribus terminis: quando vasallus feudo ipso iure priuaretur, attamen ante declarationem illud non amittere, id etiam ex mente Andreę de Iser. videtur in allegato §. vasallus primo. vers. petijt. Ergo multò magis in casu nostro, vbi per huiusmodi negationem amissionis pœna ipso iure non imponitur: verùm sententia requiritur, prout expressè concludunt Alua. Marti. Lauden. & Præpos. in eodem §. vasallus el primo. in verbo, Spoliabitur.& ad hæc conferunt notata in l. quoties. C. de fideicommiss. Bald. consi. 224. vol. 2. Ias. in l. vniuersa. num.2.C. de præci.imp. offerren. Felin. in c.statutum.

12 col.3.de Rescrip.† vbi quando lex in alicuius fauorem aliquid annullat etiam ipso iure,intelligi id debet, si petatur, aliàs illud remedium sibi non succurrit. His deseruiunt,quę scribunt Dec.consi.604.num.4.& sequen.& Socin.consi.78.col.fin.volum.4. Vnde videmus beneficium l.fi.ff.de rei vend.non competere, nisi quis se mitti in possessionem petat in odium negantis; & faciunt, quæ scribit Curt. de feud. in 4. parte, fol. 51. in quæstione, an in casibus, in quibus vasallus feudo priuatur propter alienationem, requiratur sententia? Marsi.in Rub.ff.ad l.Corne.de fal. nu. 25. & sequen.& in practica. §. aggredior.num.105.& sequen.per duas colum.vbi pœna, à lege siue statuto ipso iure imposita, intelligi semper debet,si sequatur sententia, quæ regulariter non profertur, nisi petatur: quam conclusionem in terminis amissionis feudi ob ingratitudinem, vel aliquam feloniam multis auctoritatibus & rationibus exornant & improbant Moder.Paris.in d.§. 30.num.23.24.& 25. concludentes, regulariter requiri sententiam declaratoriam amissionis feudi, à qua regula duos tantum casus dicunt communiter exceptos,scilicet alienationis feudi irrequisito Domino, & criminis læsæ maiestatis,de quo vltimo dubitant, & nu.106.addentes post Bal.Cepol. Corne. & Dec.id procedere, etiamsi in concessione expressè conuentum sit, quòd res ipso facto cadat in cõmissum,& subdunt,in dubio non præsumi reuocationem, & num. 27. concludentes ius reuocandi feudum ad hæredes

13 non transmitti.Hinc † quæri potest,an Princeps declarare hoc possit, etiam post mortẽ præfati Do.Io.Andreę,ab eiusq; hæredibus petere? Et prima facie dicendum videtur,agi posse contra filiũ seu hæredes, l. si homines. §.1.ff.depositi.l.ex depositi.& l.ex contractibus.ff. de actio. & obliga. per quæ iura notat Bart. in l.1. col.1. ff.de priuat.delict.quem sequitur Aret. in §. non autem. col.3. Insiit. de perpe.& tempora.actio.quòd si delictum purgandum est per actionem ex contractu descendentem, potest contra hæredem agi. At in casu nostro cõtra vasallum negantem feudum agere dominus potuisset condictione ex moribus feudorum:Bal.in titulo,quæ sit prin.ca.benef.amitt.§. porrò. num. 4. & ibi Aluaro. in §. sed nec alia. num. 4. & Bal. de controuer.inue.in princ.col.3.Bar.in l.1.col. 4. num.10. ff. de cond. ex lege. Ergo contra hæredem agi potest actione ex contractu feudi descendente.Et pro hac opinione facit singulare dictum Bal. in d. l. fin. C.de reuoc. dona. in verbo, Ingratus. quem ibi sequitur Salyc. num.4. & Barba. in d. c. fin. colum.11. de donatio. quòd quando donatio reuocatur ob promissa non obseruata,contra hæredem agi potest.

Veruntamen in contrarium decisio in terminis videtur, glos. finalis in d.l.fin.C.de reuocan.dona.& ibi expressè Bal. in fi. Idem Bal.in c. imperialem.§ insuper. col. 2. versic. considera de prohiben. feudi alien. per Federi

deri, quem ibi sequuntur Moderni, & glos. fi. in fi. in d. c. fin. de donat. vbi Abb. col. 2. & pro hac decisione videtur text. in l. his solis. C. de reuoc. dona. & in terminis feudi decidit, Curt. de feud. in 4. par. col. fin. vers. tertia principalis. Iacob. à S. Georg. in verbo, Dictiq; vasalli promiserunt non committere felon. num. 71. Hypp. in l. fi. num. 19. & 21. ff. de quæstio. Scaramp. cons. 107. inter consilia Brun. Moder. Paris. in d. §. 30. num. 128. concludentes, hanc esse cõmunem sententiam, quam duobus modis limitant. Primò, dummodo dominus in vita vasalli habuerit scientiam, & spacium conquerendi, & non conquestus fuerit. Secundò, procedere, si dominus agat, secus, si excipiat, ex regula puto, l. pure. §. fina. ff. de excep. doli mali.

Nec obstare videtur doctr. Bal. in contrarium adducta, in d. l. fi. C. de reuoc. don. quia ea videtur contra text. ibi, in quo inter causas ingratitudinis connumerat inobseruantiam promissorum, cuius occasione feudum reuocari semper dicitur, si fidelitatis formam obseruemus. in qua duplex consideratur ingratitudo: altera videlicet respectu delicti: & altera respectu contractus, vt notat Alua. in titu. quæ sit pri. ca. benefic. amit. §. denique. num. 1. ideò nimirum, si Curt. in d. 4. part. quæst. penult. col. 2. dicit cogitandum esse, an dictum Bal. sit verum: quanquam quæstio hæc superflua fortè sit, cum dictus quondam D. Ioan. Andreas interrogatus à fisco responderit se esse subditum & vasallum Illustriss. Ducis occasione dicti feudi Crescentini, & sic dictam negationem reuocauerit, quod facere ante declarationem potuit, vt concludit Dec. consilijs suprà adductis. Imò † secũdum magis communem opinionem Doctorum liceret vsque ad sententiam reuocare: ita sentit Iacob. de Bel. & post eum Mar. Lauden. Alua. & Præpos. in d. §. vasallus. 1. fateor tamen reuocatione huiusmodi nõ obstante, vasallum teneri ad omnia damna & expensas ob talem negationem passa: Bal. in d. §. vasallus. col. 2. num. 7. & ibi Alua. col. fi. & Prępos. col. 1. poteritq; contra hæredem agi ad has expensas, secundum Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra. col. 1. vers. tertia ampliatio.

Nec obstat, † quòd consuetudo, seu stylus inoleuerit, in quibuscunque causis inter fiscum & priuatum agitatis expensas semper compensari, quia ad id multifariè responderi potest. Primò, quòd de tali consuetudine, seu stylo non constat: secundò, dato, quòd de eo constaret, cum sit contra ius commune, quo regulariter succumbens in expensis condemnari debet, l. properandum. §. & si quidem. & ibi latè Ias. C. de iudic. intelligi debet, vt procedat, quando causæ coram magistratibus Ducalibus agitantur, secùs verò, si coram alijs magistratibus extraneis, quia tunc succumbens ad expensas tenetur secundum ius commune: nec quoad tales causas, stylus, aut consuetudo allegari potest, quia cum sit contra ius, extendi non debet, l. quod non ratione. ff. de legi. Bart. in l. 2. nu. 41. C. quæ sit long. consue. Felin. in c. audi-
16 tis. col. 7. de præscript. tantum † enim habet consuetudo de potentia & effectu, quantum de vsu, & proprios facti terminos non excedit, Bal. in l. fin. col. 3. C. com. vtriusque iudi. consuetudines enim communiter sunt locales, secundum Innocen. in c. dilecto. de offic. Archidia. quem refert, & sequitur Curt. de feud. in princ. col. 1.

Supereſt nunc vltima quæstio, præsup-
17 posito, † quòd ex negatione feudum fuerit amissum, cui applicari debeat. Et prima facie videretur dicendum, Domino directo adiudicari debere, ex text. in titulo, quæ fuit prima cau. benefic. amitt. §. denique. vbi feudum commissum propter culpam in dominum commissam, non ad proximos, sed ad Dominum reuertitur, cui accedit doctrina Bart. in l. prima. ff. de interdic. vbi apertè dicit, quòd quando feudum amittitur ob delictum in personam domini commissum, vel quia aliquid contra formam contractus factum est, tunc delictum, & contrauentio patris filijs, & alijs omnibus sequentibus obest: idem sentit Bal. licet de Bart. mentionem non faciat, & Salyc. in l. 2. col. 2. verfic. item quia. C. de liber. & eorum liber. & in l. adoptiuum. §. patronum. in fi. & ibi Paul. de Cast. num. 4. ff. de in ius vocand. & hoc casu non refert, an feudum sit ex pacto & prouidentia, vel hæreditarium nouum, vel antiquum, quia semper domino applicatur: & ratio est secundum prædictos, maximè Bal. quia fit contra naturam primordialem contractus, à qua recedi non potest, argument. l. lex vectigalis. ff. de pignor. & Barto. refert & sequitur Paul. de Cast. cons. 311. colum. 3. in antiquis. Alexan. cons. 19. num. 12. volum. 5. vbi hanc magis communem opinionem attestatur, pro qua vrgent, quæ idem Alexan. scribit consil. 30. nu. 15. dum constituit differentiam, an vasallus offendat dominum directè, vt hoc casu excludantur agnati, aut indirectè, vt puta per alienationem, & agnati dominum excludunt: hisque alia communis opinio adstipulatur relata per Curt. de feud. in quinta parte principali, in prima conclu-

conclusione, vbi apertè firmare videtur, dicens esse communem conclusionem, feudū simile ob ingratitudinem in personam domini commissam, deperditum domino applicari debere, quia fit cōtra originalem feudi naturam, cum feudum etiam à principio semper remanet affectum, videlicet, vt nemo vasallorum ingratus existat: at negare, feudum est contra naturalia ad esse recti feudi requisita, c.1. quo tempo. miles. & c.1. in princ. quæ sit prima cau. benefi. amitten. vbi quis de feudo inuestituram petere, & fidelitatem polliceri tenetur, profusè concludit Cur. de feu. in prima par. in sexta quæst. colu. 2. vbi inter cætera requirit directum dominium penes dominum remanere, item fidelitatem præstari: ergo feudum propter talem inficiationem amissum applicari domino debet, quia fit contra primordialem naturā feudi & fidelitatis, in qua præter cætera domino vtile & facile promittitur: sed negando feudum domino damnum infertur, quia illum habere directum dominium negat, itē
18 difficilem rem efficit, † quoniam per negationem dubia res efficitur, l. post rem. & ibi glo. & Bar. ff. de transac. l. 3. C. quibus ad liberta. procla. non liceat. Felin. in c. si clericus laicum. in princi. de foro competen. vbi
19 regulam ponit, cū fallentijs, † & dominium haud facilè probatur, Bar. in l. rem alienam. colu. 3. versicu. ad probandum. ff. de pigno. actio. in l. cum res. in secunda lectura. C. de probatio. sequitur Alex. cons. 4. nu. 26. volu. 2. & Aluaro. in terminis nostris in d. §. vasallus. num. 5. ergo talis negans conuentioni per eum factæ contrauenit, neque promissa obseruat, quo nulla maior ingratitudo, §. sed non est alia, quæ fuit prima cau. benefi. amitten. & ibi Aluar. & pro hac opinione videtur tex. in titu. de prohib. feu. alien. per Fed. §. callidis. hāc opinionem etiam sequuntur Moder. Paris. d. §. 3. num. 109. & seq. distinguentes inter abdicationem feudi voluntariam & necessariam.

Contrariam verò opinionem tenuerunt Aluaro. in §. denique. quæ fuit prima cau. benefi. amitten. in primo notab. colum. 5. versicu. 20. conclusio Præpos. in titu. quibus modis feud. amitta. §. aut si libellario. colu. fi. versicu. secundo casu principali. transcribens more suo verba Aluaroti, vbi quando vasallus amittere feudum debet ob ingratitudinem circa contractum commissam, si feudum paternum sit, vel antiquum, domino minimè applicatur, sed filijs, si nihil de paterna hæreditate habeant, seu agnatis, si à primo acquirente descendant, vt in titu. si vas. feud. priu. cui defer. debe. & ibi Alua. & Præpos. Cur. in 5. par. vers. quarta principalis sit conclusio. vbi dicit, istam cōem opin. tradit Dec. cons. 208. colu. 3. & fi. & hæc opinio multò fortiùs procedere in casu nostro videretur, cum simus in feudo recto expa-
20 cto & prouidentia concedentis, † quia exprsse in inuestitura quondam D. Iacobi primi inuestiti dictum est, Pro se & suis liberis masculis & agnatis legitimis & naturalibus de masculo in masculū descēdentibus, & c. quo casu in tali feudo pater præiudicare eis non potest, vt etiam cōcludit Cur. in d. quarta par. in prima regula. q. pen. col. pen. & fin. facitq; quod concludit Alua. in d. §. fin. in 7. conclusione, post Iser. & Bal. in tit. si vas. feudo priue. cui defer. & sequitur Curt. in d. 5. par. colu. 2. versic. limitate nunc primò. quod qñ dictum in inuestitura est, Cōcedo de vno in alium, prout in casu nostro, in quo dicitur de masculo in masculum, &c. tunc delictum patris etiam in personam domini filio non nocet.

Præterea illud nō modicam ingerit difficultatem, in d. inuestitura expresse actū esse, feudum prædictū non cadere in cōmissum, nisi pro manifesta felonia, aut propter manifestam contumaciam, videlicet si & quando contumaciam incurrat in prestando ipsum homagium, & ipsum feudum recognoscendo, postquam ipsi feudatarij fuerint requisiti, & intra tempus à iure statutum, quibus omnibus simul iunctis conclusum extitit, feudum prædictum ex dictis causis non esse deuolutum, anno 1553.

SVMMARIVM.

1 *Veritas omnium fortissima est, & omnia vincit.*
2 *Principes debent pendere ex iudicio sacerdotum, non autem sacerdotes redigi sub Principum voluntate.*
3 *Princeps se immiscere non debet negotijs ecclesiasticis, nec iudicis ecclesiastici iurisdictionem impedire, quod intellige, vt nu. 16.*
4 *Clericus recurrere non debet ad Imperatorem, vt ipse cognoscat, quod intellige, vt nu. 19.*
5 *Clerici & Episcopi quoad temporalia sunt subditi Imperatori, Regibus & Principibus.*
Imperator vicarius Dei dicitur in temporalibus. ibid.
6 *A sententijs Episcoporum, seu eorum vicariorum prolatis in causis temporalibus, in terris imperij appellari ad Imperatorem debet, seu alium Principem, aut Magistratum secularem.*
7 *Episcopus comitali dignitate decoratus, præsumitur eam ab Imperatore habere, tanquam à dignitatum fonte.*
8 *Populi & districtualium appellatione in materia indifferenti & fauorabili veniunt clerici.*

9 *Dictum diui Petri in epistola canonica, c.2. præcipientis electos ecclesiarum esse subditos omni humanæ creaturæ, quomodo intelligendum.*

10 *Dictio, tanquam, & dictio, quasi, aliquando secundum subiectam materiam sunt veritatis expressiua.*

11 *Clerici dicuntur sorte electi, à cleros, quod est sors.*

12 *Christus magistratibus & Principibus temporalibus nõ iniusta præcipientibus obedire voluit.*

13 *Clericus prætendens se oppressum, siue grauatum à iudice etiam ecclesiastico, potest ad imperatorem recurrere, seu alium Principem secularem.*

Principis officium est facere iudicium & iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, præcipuè ecclesiasticas personas. ibidem.

14 *Princeps in pluribus casibus potestatem habet in ecclesiasticas personas, maximè vbi alius superior deest, aut deses est, vbiùe periculum est in mora, quo casu multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*

15 *Princeps inhibere potest episcopis & eorum vicarijs, ne aliquem excommunicent, nisi prius causa excõicationis monstretur & probetur.*

16 *Crimina regulariter non includunt aliquam spiritualitatem.*

17 *Principes seculares in pluribus casibus habent potestatem cognoscendi, & puniendi clericos.*

18 *Querela, siue recursus non impeditur in pluribus casibus, in quibus appellatio non admittitur.*

DECISIO XXX.

Clericus citatus à iudice Ecclesiastico, si prætendat se grauatum, an recurrere possit ad Principem secularem, & an eo casu Princeps rescribere possit iudici eccles. vt informationes, quibus contra clericum procedere intendit, edoceat, & in quibus casibus ad secularem Principem per ecclesiasticos recursus habere possit.

PRoposita fuit quæstio, an clericus citatus à vicario Episcopi, absente Episcopo, vt coram eo personaliter compareat, & respondeat criminibus, de quibus interrogabitur timens sibi iniuriam, & vim fieri à iudice ecclesiastico, possit recurrere ad Principẽ secularem, vt eum defendat, ne iniuria opprimatur, & an eo casu Princeps rescribere iudici ecclesiastico valeat, quod de informationibus, quibus contra clericum procedere intendit, edoceat interea verò, ne eum molestet, nisi prius prędictis informationibus perdeputandum ab ipso Principe visis, in qua
1 quæstione, vt veritas appareat, † quæ omnium est fortissima, & omnia vincit, vt habetur lib. 3. Esdræ, c. 4. & c. veritate. & sequen. 8. distinct. Bal. in l. eos. C. de testib. eaq; mater iustitiæ nuncupatur, Bal. in l. libertini. ff. de stat. hom. plura Paris. cumulat consi. suo 54. nu. 19. vol. 1. Socin. consi. 20. col. 1. inter consi. Cur. Senioris.

Plura etiam de veritate Calcane. scribit consi. 1. nu. 1. ea enim supprimitur, cum non defenditur, c. ego solis. & ibi glo. 91. distinct. & quæ proprium munus prudentiæ, & sapientiæ est, vt Cicero inquit lib. 1. Officio. c. 6. Cum vero disputando & notando magis eluceſcat, l. munerum. §. mixta. ff. de muner. & hono. eademq; crebrius exagitata magis splẽdeſcat, vt inquit tex. in c. graue. 35. quæst. vltima. laſ. in l. 2. numero 8. C. de eden. & Cicero lib. 2. Officio. ſcribit veritatem in diſputatione limari. Ponam fundamenta, quibus vtraque opinio moueri poteſt: poſtremò Senatus calculum ſublatis dubijs, ſi quæ emerſerint, addam.

Pro parte itaque negatiua ſtat tex. in c. certum, cum duobus ſequen. diſtinct. x. vbi ſummus Pontifex ſcribens cuidam Principi, dicit Regiam voluntatem, cum de cauſis Dei agitur eſſe ſacerdotibus ſubdendam, nõ autem præferendam, & in c. ſuſcipitis. ead. diſtinct. Grego. Nazianzenus ſcribens Imperatoribus Cõſtãtinopolitanis, dicit, Principum tribunalia ſacerdotali poteſtati ſubiecta eſſe: quibus accedunt, c. quoniam. ead. diſtinct. c. cum ad verum. & c. duo. 96. diſtinc. vbi diſtincta eſſe poteſtatis officia ſcribitur, & ſicut ſacerdotes immiſcere ſe negotijs ſecularibus non debent, iuxta illud diui Pauli ad Thimo. c. 2. ita viciſſim Principes ſeculares eccleſiaſticis negotijs implicari prohibentur, c. decernimus. & c. nouit. de iudic. Dec. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. numer. 24. de
2 conſtitut. Imò † Principes pendere ex iudicio ſacerdotum debent, non autem ſacerdotes ſub Principum voluntate redigi, dicto c. duo.

Neque enim à poteſtatibus ſeculi, verùm à Pontificibus & ſacerdotibus Deus clericos & ſacerdotes ordinari & diſcuti voluit, c. ſi Imperator. & ſeq. & c. penult. eadem diſtinct. 96. vbi dicitur, quòd Principibus conuenit in his, quæ ad religionem ſpectant, diſcere, non docere, & meritò: nam ſacerdotes, Regum, & Principum, omnium denique fidelium patres, & magiſtri eſſe cenſentur, c. quis dubitet. eadem diſtinct. 96. abſonum enim admodum id eſſe videretur, ſi filius & diſcipulus, hic in magiſtrum, ille in parentem poteſtatem haberet, c. cum inferior. de maiori. & obedien.

Hinc legimus Archadium Imperatorem ab Innocentio, necnon Theodoſium à beato Ambroſio excõicatos fuiſſe, d. c. duo. Et Zacha. Papam è regno Francorum Regem depoſuiſſe, c. alius. 15. q. 6. his famulatur c. eccleſia S. Marię. de cõſtit. & c. ſi. de reb. ec. nõ

alienan.

alienan. vbi secularibus obtemperandi necessitas, non imperandi auctoritas manet, facit præterea tex. in c. omnes. de maiori. & obed. vbi Clemens papa refert diuum Petrum præcepisse, Principes omnes terræ, cæteroscp homines episcopis obedire debere.

Ex his infertur secundò, Ducē rescribere
3 D. Vicario apostolico non potuisse, † quoniam sic rescribendo se immiscere ecclesiasticis negotijs videtur, eiuscp iurisdictionem impedire, quod minimè potest, quo fit, vt rescriptum illud non tenere dicatur: quod autem impedire non possit, probatur in c. 1. de offi. ordi. vbi Episcopus liberam habet potestatem scelera inquirendi, vlciscendi, & iudicandi absep vllo impedimento, quòd si liberam habet potestatem, & absep impedimento, sequitur Principem sic rescribere non potuisse, alioqui liberam, & absep impedimento potestatem habere non diceretur, Abb. in d. c. 1. in secundo nota. de offi. ord. per tex. in c. licet Episcopus. de præben. in 6. glo. in clemen. dudum. §. si verò. de sepul. Card. in clem. fi. in prima. col. de æta. & qualita. Cur. Iun. consi. 2. col. 1. post tract. feudo. Calde. de feud. consi. 11. colu. 1. & videtur decisio eiusdem Calde. consi. 236. inter consi. Anchara. vbi iudex ecclesiasticus inhibere iudici seculari non potest, ne in causa ad secularem pertinente cognoscat: ergo idem econtrario dicendum est, vt contrariorum eadem sit disciplina, & idem operetur oppositum in oppositio, quod propositum in proposito, l. fi. §. fi. ff. de lega. 3. addit præterea Calderi. superiorem inhibere inferiori non posse, ne sua iurisdictione vtatur, argu. c. ab ecclesiarum. de offi. ord. Cur. d. consi. 2. & in casu nostro tex. videtur in c. pen. de immu. eccl. lib. 6. & ibi Gemi. Oldr. consi. 83. num. 3. & seq. quibus iungo Rebuf. in proœ. constit. Reg. glo. 1. nu. 57. & quatuor seq.

4 Tertiò dicebam, † ipsum clericum confugere ad Principem non posse, vt ipse cognoscat, c. placuit. 1. & 2. xi. quæst. 1. eiuscp reiterationem hanc esse, quia de ecclesia male sentire videatur is, qui à seculari iudice auxilium postulat: ad hoc facit c. si quis. 23. q. 8. cum pluribus alijs ibidem in glo. cumulatis, vbi punitur clericus, quod contempto ecclesiastico iudice ad Imperatorem confugit, idcp latè 21. q. 1. per totum. Hęc sunt, quę partem negatiuam firmare mihi visa sunt, scilicet, quòd clericus recurrere ad Principem secularem, ac ipse Princeps rescribere ea forma, qua rescripsit, non potuerit.

Partem autē affirmatiuam in casu nostro veriorem esse aliqui existimauerunt, ad cuius probationem duo ꝓponunt in iure & facto vera & notoria. primum illud est, Ducē Sabaudiæ tam de iure cōi, quàm ex imperialium priuilegiorum forma à sede apostolica confirmatorum eandem habere ptātem in Episcop. & clericos in suo statu degentes, quàm Imperator in eos, qui eius imperium incolūt, eidemcp, eo maximè, quòd vicarius Imperij perpetuus sit, eandem deberi reuerentiam, fidelitatem, & obedientiam, quæ Imperatori debetur & præstatur, las. consi. 227. colu. 8. & consi. 136. nu. 4. volum. 4. Cur. Iun. consi. 100. nu. 3. Rip. lib. 2. respon. c. 3. in fin. Et Soci. consi. 166. num. 1. & 2. vol. 2. hocep multis, vt dictum est, Imperialibus priuilegijs, necnon apostolicis, vsu comprobatis, notorium est.

5 Secundò proponitur, † clericos, episcoposcp omnes respectu temporalium iurisdictioni Principum secularium esse subiectos, testantibus Doct. præsertim Baptista à S. Seuer. in l. 1. colu. 6. de summa Trin. & fide catho. quod expressius habetur in c. nos si. 8. distinct. c. sed notandum. 2. quæstio. 7. vbi expressè dicitur, Reges & Principes in causis seculi sacerdotibus præesse, in causis verò Dei illis subesse, quod glos. allegat in c. Valentinianus, in verbo, Submittimus. 63. distinct. quæ inquit, Imperatorem Episcopis, siue prælatis in temporalibus maiorem esse illis, qui ab eo temporalia recipiūt, adducitcp tex. in c. solitæ. versic. quòd autem sequitur. de maiori. & obedien. bonus & clarus tex. in c. quo iure. 8. distinct. Innocen. in c. nouerit. nume. 2. de senten. excommunica. per tex. in c. cum ad verum. 69. distin. quem refert & sequitur Panor. in c. nimis. colum. 1. versic. & ita potest dici secundū Hostien. de iureiuran. Dec. in c. cum per venerabilem. extra qui filij sint legi. late Franc. Marci. in decis. delphi. quæst. 455. colum. prima. latissimè omnium Antonius Rossellus in suo tracta. de potestate. versicu. Imperator & Papa plus videtur posse. & pluribus sequentibus. & in versicu. quarta ratio. & sequen. Dicitur etiam idem Imperator Vicarius Dei in temporalibus, c. quoniam. distinct. x. & d. c. cum ad verum. & ibi glo. & in auth. quomodo oppor. episco. in princip. & ibi Ange. Bald. in l. 1. colum. 1. C. de iure aur. annulo. quem refert & sequitur Hypp. in repe. l. vnicæ. C. derap. virg. numer 97. & 98. & Michael Valarinus in tracta. de regimine mundi. in 2. par. princ. quæst 2. nu. 86. & 87. & quæstio. 4. numer. 11. vbi etiam expresse affirmat, Imperatorem nemini, nisi summo Pontifici, & proprio sacerdoti

tempore confessionis subesse, alijs verò prælatis in temporalibus præesse, in quibus Dei vicarius dicitur, id etiam firmat glos. 1. & ibi Ange. in authen. de hæred. & falcid. quam ad hoc Bal. citat in titul. de pace constan. in prin. & in c. 1. §. fina. de noua forma fideli. in fin. Idem Bald. in l. digna vox. in secundo nota. C. de legi. dicit imperium immediate à Deo procedere. diciturq; Papa in temporalibus, Bald. in titu. de his qui feud. dare poss. in verbo, Marchio. colum. 2. nec dicitur vicarius papæ, Maria. in c. licet ex suscepto. colum. 1. in princip. de foro compe. quinimo Ange. consi. 17. numero 1. Deum terrestrem eum vocat, & facit quod Bar. inquit in proœ. digestorum, in verbo, omnium, quòd ratione protectionis, & iurisdictionis Imperator totius mundi dominus dicitur, quia totum mundum defendere tenetur, Maran. in 8. disputa. nu. 27.

6 Hinc inferunt nonnulli, † quod in terris Imperij, aliorumq; Principum secularium à sententijs Episcoporum, seu eorum vicariorum in causis temporalibus prolatis appellari ad Imperatorem, seu ad alium Principem, aut magistratum secularem debet, idq; ex authen. vt clerici, apud proprios episcopos primum conueni. & post hoc apud ciuil. iudic. in rubro, & nigro, & ibi glos. in verbo, Causæ naturam. & ex tex. expresso in authen. de sanctiss. episcop. §. si quis contra aliquem clericum. & sequen. relato in c. de persona. xi. quæstio. 1. & ex Io. Andr. in additio. ad Specu. in titu. de iurisdict. om. iudic. §. primo. in verbo, Postoralis. versicu. ex prædictis concludi potest. quem refert & sequitur Paul. de Castr. in consi. 126. colum. prima. volum. 2. secundum impressionem Papien. quos refert & sequitur Ias. consi. 123. volum. 1. per totum, post Nico. de Perusi. aduocatum consistorialem per eum allegatum, abundè & profusè Franc. Mar. in decis. delphi. quæstio. 455. num. 8. & sequen. & ratio secundum Io. Andr. est, quia omnis iurisdictio in temporalibus ab Imperatore prouenìat tanquam à fonte, iuxta Bal. in tit. de natura feud. col. 1. & in titu. de allodijs. colu. 4. Abb. in cons. 82. col. 2. in fin. volu. 1. Ancha. consi. 310. colu. 3. & 4. Thomas Grama. voto. 28. numer. 11. c. quoniam. distinct. 10. licet alteri etiam ecclesiastico concedatur, attamen Imperij ossibus iure superioritatis semper inhæret, & in eodem tanquam origine, integra semper seruatur, argum. c. loquitur. 24. q. 1. Ancha. iam dicto consi. 310. his accedit, quod scribit Bald. in proœ. feud. in verbo, Expedita. in fi. referens Aristo. dictum, quod nullum inferius stantibus terminis discretiuis participat id, quod superius est. Præmissa autem multò fortius
7 dixerunt procedere, † vbi Episcopus Comitali dignitate decoratur, quia præsumitur ab imperatore, veluti à dignitatum fonte habere, teste Bal. in tit. de feu. Marchię. quem refert & sequitur Baptista Seuerin. in d. l. prima. colum. septima. C. de sacrosan. eccle. Socin. dicto consi. 165. numer. 1. & 2. Hostien. in c. licet ex suscepto. de foro competen. loquens de Episcopo Vercellensi. si itaque omnes populi in dominio Ducis existentes sunt eius iurisdictioni, quoad tempo-
8 ralia, subditi, † & appellatione populi, ac districtualium in materia indifferenti, & fauorabili veniunt clerici, secundum Oldr. consil. 32. quem refert & sequitur Felin. in c. Rodulphus. numero 17. & sequen. versic. districtus. de Rescrip. latè Dec. in c. ecclesia S. Mariæ. colu. 5. & 6. de constitut. consequens esse dicunt clericos eidem Duci respectu temporalium esse subiectos. & hæc contendunt probari auctoritate diui Petri apostolorum principis, prima epistola canonica, c. 2.
9 vbi † scribens electis Pōti, Galatiæ, Cappadociæ, Bytiniæ, & Asiæ, præcipit eis, vt omni humanæ creaturæ sint subiecti propter Deum siue regi, quasi præcellenti, siue Ducibus, tanquam à Deo missis ad maleficiorum vindictam, ad laudem verò bonorum, quia sic est voluntas Dei, &c. Et si dicatur Innocen. 3. in d. c. solitæ. de maior. & obed. interpretari diuum Petrum, illumq; scripsisse subditis suis, eos ad humilitatis meritum prouocans, non autem, quod eos subiectos esse cuicunque humanæ creaturæ vellet, alioqui, quilibet etiam seruus imperium in sacerdotes haberet, quod cogitare absurdissimum videtur. Rñderi posse dicunt præuia semper reuerentia summi Pontificis, & salua interpretatione S. matris Ecclesiæ, verba ea diui Petri talem haudquaquam pati interpretationem, si de subiectione in temperalib. loquimur, cū diuus Petrus primus apostol. discipulus, & seruus Domini nostri fuerit, qui eidē, & alijs discipulis dixit, Principes gentiū dominātur eorū, & qui maiores ptātes exercent in eos, nō sic erit inter vos, sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus, Matthæi c. 20. hoc domini præceptum sequutus diuus Petrus in d. epistola, c. 5. scribens presbyteris, siue senioribus dixit, Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior & testis Christi passionum, pascite, qui in vobis est, gregem Dei prouidentes non coactè, sed spōtaneè secundum Deum, neq; tur-

pis

pis lucri gratia, sed voluntariè, nec vt dominantis in clericis, sed forma facti gregis ex animo & c. quæ verba sunt relata in c. esto. §. recordemur. 95. distinct. dicendum itaque non videtur Diuum Petrum subditis suis scripsisse, intelligendo de subiectione temporali, sed de spirituali, cuius occasione ipsi Petro, eiusq; successoribus omnis anima subdita est, quo fit, vt sumenda sit sanctorum patrum interpretatio, quæ est, quod illa verba generalia (omni humanæ creaturæ) ex verbis statim subsequentibus declarationem recipiant, ex quibus intelligitur quæ sit illa humana creatura. i. siue Regi, quasi præcellenti, &c. ita interpretatur Augustinus, & post eum Venerabilis Beda in eod. c. 2. Nec facienda vis est in dictionibus illis,
10 Quasi & tanquam, † quia aliquando, secundum subiectam materiam, sunt signa veritatis expressiua. c. parrochianos. & ibi glo. de decimis. Fel. in c. gratum. in fi. de off. deleg. & videri id etiam potest in eiusdem Petri epistola 1. c. 1. in illis verbis, Quasi filij obedientiæ, &c. Item in illis, Sed redempti estis precioso sanguine, quasi agni inmaculati, & dictum illud diui Petri refert & sequitur tex. in c. quo iure. 8. distinct. & comprobat Apostolus & doctor gentium Pau. ad Roma. c. 13. relatus in c. omnis anima. de censi. vbi scribens sanctis, qui Romæ erant, inquit, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo, & qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, c. qui resistit. 11. quæstio. 3. nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Neque dicatur, prout nonnulli dicere tentarunt, dictum Pauli non loqui de sacerdotibus & clericis, nisi fortè respectu rerum, vt tributa soluant, quia cum loquatur generaliter intelligi quoque generaliter debet, vt expressè Ambrosius tradidit, scribens contra Auxentium, relatus in c. magnum. 11. quæstio. 1. nec distinguere nos debemus, vbi lex non distinguit, l. 1. & ibi glos. ff. de aleæ lusu & aleato, l. Iulianus. ff. de legat. 3. & in d. c. solitæ. in fine. loquitur autem Paulus de subiectione respectu personę, dum ait, Nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali: non vis timere potestatem, fac bonum, si autem malum feceris, time. non enim sine causa gladium portat. Hęc etenim verba conuenire nequaquam possunt rebus inanimatis & insensatis, sed his subsequentia verba adaptantur (ideo tributa præstatis, & cui tributum tributum, cui vectigal vectigal) & quod diuus Paulus sacerdotibus scriberet & clericis liquidò patet, quia scribit electis, vt in primo c. ad Ro-
11 ma. † quorum appellatione veniunt clerici, cum cleros Græcè idem sit, quod sors Latinè, & clerici dicantur sorte electi, c. cleros. 21. distinct. & c. duo. 12. quæstio. 1. & ita expressè interpretatur Chrisostomus in d. c. 13. dicens Paulum loqui ne dum secularibus, sed etiam monachis & sacerdotibus, subdens hanc subiectionem nō corrumpere pietatē, siue apostolus quis sit, siue Euangelista, siue quiuis alius, cum instituta à Deo fuerit, hæc Chrisostomus, quem videre melius est, quàm referre: & facit c. quę contra. 8. distinct. vbi dicitur, generale quippe pactum societatis humanæ, Regibus & Principibus obtemperare, cum constituti à Deo sint, ad maleficiorum vindictam, ad laudem verò bonorum: hinc legimus Prouerbio. c. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, per me Principes imperant, & potentes iustitiam decernunt: & prędicta omnia comprobantur exemplo Domini nostri IESV CHRISTI, cuius vestigia sequi debemus, d. c. 2. prima Petri: Omnis enim eius actio nostra est instructio.

12 † Voluit namque D. noster, etsi summus esset sacerdos secundum ordinem Melchisedech, Psal. 109. Paulus ad Hebr. c. 5. & 7. cum adhuc esset in ventre beatissimæ Virginis, & exijsset edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, ascendere in ciuitatem, & profiteri, iuxta formam edicti: Luc. cap. 2. & alibi soluit didracma exactoribus Cæsaris, Matthæ. 17. item confessus fuit Pilatum vti præsidem prouinciæ Iudęæ habere in ipsum à Deo potestatem, Iohan. c. 19. si ergo Dominus & Magister noster Principibus & magistratibus non iniusta præcipientibus obedire voluit, multò magis obtemperare Episcopi, & eorum vicarij debent, c. Imperatores. & c. quid ergo. 11. quæstio. 3. c. magnum. vndecima, quæstio. 1. nec enim esse debet discipulus maior magistro, aut seruus maior domino suo, Matthæ. c. 10. in lege quoque veteri sacerdotes Principibus parebant, vt de Aaron legimus, qui licet constitutus sacerdos esset, Exod. c. 28. Moysi tamen obtemperabat, qui frater eius erat iunior, & dux populi Israel, imò eum dominum suum vocabat, Exod. c. 32. similiter Ioiadas Ponfex paruit Ioas Regi Israel, Reg. 4. c. 12. Paruerunt nonnunquam summi Pontifices Imperatoribus, vt in c. Salonitanæ. 63. distinct. & d. c. nos si. in princip. secunda, quæstio. septima. c. reprehensibile. & ibid. glos. 23. quæst. 8. vbi expressè dicit glos. quòd Regi

magis quàm metropolitano obedire debent episcopi in temporalibus, his conueniunt quæ scribuntur in c. Adrianus. & in c. in synodo. 63. distinct. innumera alia adduci possent id genus exempla, quæ breuitati consulendo omittuntur.

13 † Quod verò ecclesiastica persona se grauatam, siue oppressam, etiam à iudice ecclesiastico prætendens, confugere pro defensione possit ad Imperatorem, aliumue Principem secularem, adducebant tex. in c. administratores. 23. quæstio. 5. vbi administratores secularium dignitatum, qui ad ecclesiarum defensionem, rapaciumq; refrenationem cõstituti esse debent, quoties ab ecclesiasticis viris conuenti fuerint, eorum querimonias attentiùs audiant, & secundum quod necessitas exposcerit absq; negligentia examinent, & ratio ea est, quia Principis officium proprie est liberare de manu calumniantium vi oppressos. c. 1. de pace tenen. in princip. Bar. in procem. ff. in verbo, Omnem. colum. 2. & 4. præcipuè vero ecclesiasticas personas & res. c. Princeps. & c. regum. 23. quæstio. 5. Res autem personæq; ecclesiasticæ in tuto esse nequaquam possunt, nisi eas & regia & sacerdotalis potestas defendat. c. res eadem. 23. quæstio. 5. c. fina. 96. distinct. Afflict. decis. 24. & notat Bald. in d. c. 1. de pace tenen. & eius viola. versicul. si clericus. quòd sicut boni clerici sunt sub protectione Imperatoris, ita mali sub terrore, quomodo ergo Princeps clericum defendet & tuebitur, nisi clericus recurrat & conqueratur, videatq; princeps an grauetur, opprimatur, aut calumniam patiatur. concessa etenim defensione in necessariũ antecedens omnia censentur concessa, per quę peruenitur ad eam, l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procurato. l. 2. ff. de iurisdict. om. iud. c. quoniam. de senten. excomm. libro sexto. l. illud. ff. de acquir. hæred. per quam ita tenet Abb. in c. accedens. el 1. numero decimoseptimo. vt lite non contest. non proced. his etiam adstipulatur, quod scribitur in d. c. nos si. in princ. 2. quæstio. 7. vbi subditi ecclesiæ, & sic etiam clerici conquesti apud Imperatorem fuerant, quod Papa incompetenter, & non seruato legis tramite, aliquid contra eos fecerat: eapropter Imperator nuncios ad summum Pontificem destinauerat mittere ad præmissa disquirendum, cui summus Pontifex rescribit, quod nuncios ad prædicta inuestigandum mitteret, & si quid incompetenter actum in subditos fuisse compereri, id emẽdare volebat

14 missorum iudicio, † si quidem in pluribus casibus Princeps potestatem habet in ecclesiasticas personas, maximè vbi alius superior ecclesiasticus, vel defes est, vel deest, d. c. Princeps. & ibi gl. 23. quæstio. 5. c. filijs. & ibi glos. in verbo, Regis. 16. quæstio. 7. c. nec licuit. & ibidem etiam glos. 17. distin. & in authen. vt clerici, apud prop. episco. §. si vero. & alijs pluribus in casibus relatis per Aufrer. de potesta. secul. super eccle. regula 1. idq; maximè verum est, vbi in mora periculum est, quo casu multa permittuntur, quæ non permitterentur, argumen. c. cum ab ecclesiarum. iuncta glos. de offi. ord. c. baptizarem. distinct. 5. & dicit glo. in c. sacro. §. caueat. in verbo, Periculo moræ. de senten. excommun. propter periculum moræ quandoq; aliquem subijci iudici non suo. Hinc videmus diuum Paulum, qui timens à iudæis in eius necem conspiratis occidi, misit adolescentem, qui indicaret Tribuno iudæorum consilium perdendi & occidendi eum, vt legitur actuum Apostolo. c. 23. & c. Maximianus. 23. quæstio. 3. Alibi etiam metuens duci Hierosolymam ob pharisæos æmulos, Cæsarem appellauit, actuum Apostolo. c. 25. Si itaque Paulus metuens pharisæorum iudicium & consilium misit ad Tribunum, vt defenderetur, Cæsaremq; appellauit, cur non poterit clericus ad Principem recurrere, vt eum defendat ne indebite grauetur, præcipuè vbi à iudice ecclesiastico suspecto inquiritur. Et si licet clericis in auxilium imperiales leges assumere. c. si in adiutorium. distinct. 10. cur non itidem licebit Imperatorem, aliumue Principem adire, cum sit lex animata in terris. §. omnibus. vbi glo. in authen. de consul. Citabant præterea Corsetum de potestate regia. in 4. par. nume. 8. post Bal. & Alexan. quos allegat, concludentem

15 Principem interdicere, siue inhibere episcopis, & eorum vicarijs posse, ne quenquam excommunicent, nisi prius excommunicationis causa ostendatur, probeturq;, vt in authen. de sanctis. episco. d. §. omnibus. quod etiam concilio generali prohibitum est, ne quis in aliquem excommunicationis proferat sententiam absque manifesta & rationabili causa. c. sacros. §. caueat. de senten. excommun. c. nemo episcopus. 2. q. 1. Huc accedit, quod Bald. scribit in l. fina. colu. 1. C. de edic. diui Adri. toll. iudicem secularem pati non debere spiritualia beneficia de facto occupari. ergo à fortiori minus pati etiam debet ecclesiasticas personas de facto grauari, arguendo à re ad personas, quod validum in iure est. glos. in l. cum quid. in verb, Nouum. ff. si cert. pet. l. qui furere. & ibi Albe. ff. de statu. hom. bonus tex. in l. si quis inquilinos.

linos.§.si ita legatum. ff. de leg. primo. Iaſ. in l. ſi ſe non obtulit. in princ. num.26. ff. de re iudic. Adferebant vltimò conſuetudinem antiquam, qua ſemper Duces Sabaudiæ ab immemorabili tempore citra fuerũt, & ſunt in poſſeſsione, ſeu quaſi ita reſcribendi, quæ poſſeſsio vim habet conſtituti, & priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſti. c. ſuper. §. præterea. de verbo. ſignifi. & quod priuilegio acquiritur, poteſt & conſuetudine acquiri, Dec. conſ. 586. num. 2. & conſ. 649. num. 2. ſed per priuilegium Papa concedere poteſt laico capacitatem ſpiritualium, ſecundum Aufrer. in d. prima reg. in 12. fallen. Gratus conſ. 61. num. 22. & 23. vol. 1. vbi expreſsè dicit, quòd conſuetudo tribuit ius Principibus etiam conferendi beneficia.

Et hac eorum ſtante opinione dicebant, ad
16 contraria reſponderi poſſe. † Et primò ad c. certum. cum alijs ſequent. reſpondent ea iura loqui, quoad ſpiritualia, & ratione peccati, in quibus clarum eſt, Imperatores, alioſq; omnes eſſe poſtponendos ſacerdotib. eiſq; ſubditos eſſe, d. c. nouit. de iudic. ſecus verò in temporalibus, maximè in terris imperij, ſeu Ducis, quia vt ſuprà probatum eſt, Clerici Principibus laicis in temporalibus ſubijciuntur, ita reſpondetur in tracta. de poteſtate ſeculari, & eccleſiaſtica, incerto auctore,
17 c. 71. in prima part. † & crimina regulariter non includunt aliquam ſpiritualitatem, iuxta Cald. d. conſ. 230. colum. 1. pro quo facit text. in authen. vt Clerici apud proprios Epiſc. §. ſi tamen. & §. ſequent. & in authen. de ſanctiſ. Epiſcop. d. §. ſi quis contra Clericum. verſ. ſi verò pro criminali. vbi differentia fit inter crimina ciuilia, & eccleſiaſtica à Clerico commiſſa.

Minus etiam obſtare, quòd Innocentius Archadium, Ambroſius Theodoſium, Zacharia Regem Francorum excommunicarunt: quia illud fuiſſe dicunt ratione peccati, quoad ſpiritualitatem. Nec multum vrgere
18 illud argumentum, † quia etiam Principes ſeculares pluribus in caſibus poteſtatem habent cognoſcendi ac puniendi Clericos, gl. in dicto c. Princeps. & c. ſi quis pecunia. 79. diſtinct. & c. ſi Papa. 40. diſtinct. Bar. in l. 1. ff. de pœnis, ſicut legimus de Salomone Rege, qui de ſacerdotio abiecit, occidiq; fecit Abiathar ſacerdotem propter eius delicta, 3. Reg. 2.

Non etiam aduerſari putant, quod ſecundo loco dicebamus, Principem ſecularem ſic reſcribendo impedire iuriſdictionem eccleſiaſticam, contra text. in d. c. 1. de offic. ordin. quia ad id multipliciter reſponderi poſſe arbitrantur, primò illam liberam facultatem regulari debere ſecundum Canones d. c. 1. & ſecundum regulas iuriſgentium, ac naturalem æquitatem, Bar. in Extrauag. ad reprim. in verbo, Videbitur. ſed vt ſuprà demonſtratum eſt, poteſt Princeps ſecundum Canones petere, vt exhibeantur informationes, ne indebite Clericus excommunicetur, aut iniuria afficiatur: ergo impedire non dicitur. Secundò illud locum non habet, vbi cauſa eſſet inter iudicem Eccleſiaſticum, & Clericum, & periculum eſſet in mora, vt ſuprà dictum eſt, argu. nota. in c. paſtoralis, in princ. & §. 1. de offic. ordin.

Tertiò, quia per talem inhibitionem ad tempus, & cui ſatisfieri ſtatim poteſt ablata iuriſdictio non dicitur, quia quod differtur non aufertur, l. quoties. C. de precibus Imp. offeren.

Non obſtat tertiò c. placuit. 11. quæſtio. 1.
19 † quia in caſu noſtro non recurritur ad Principem, vt ipſe de cauſa contra Clericum intentata cognoſcat, ſed ſolùm ad eum effectũ ne indebite, & de facto nullis exiſtentibus informationibus grauetur, & per modum extraordinariæ defenſionis, ne indebite opprimatur, ſecundum Afflict. deciſ. 24. & 85. num. 2. quemadmodum dicimus de eo, qui perhorreſcens potentiam, & forſan ſeueritatem iudicis timet coram eo comparere, ideò ad ſuperiorem recurrit per viam extraordinariæ defenſionis, quod facere poteſt ſecundum Afflict. d. deciſ. 85. num. 2. Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. num. 5. ff. de no-
20 oper. nuncia. & Guid. Pap. quæſt. 326. † & in pluribus caſibus, in quibus non admittitur appellatio, attamen non impeditur querela ſiue recurſus, Soci. conſ. 39. num. 12. vol. 4. Alexan. in authen. quæ ſupplicatio. C. de preci. Impera. offer. pulchra glo. in c. ex literis. in verbo, Supplicauit, de in integ. reſtit. Pariſ. conſ. 164. num. 18. vol. 4. Dec. conſ. 533. num. 1. Archid. in c. anteriorum. colum. 1. 2. quæſt. 6. Franc. in c. dilecto. col. 48. quæſt. 26. de appel. Marſ. ſing. 88. Archid. in c. Romana. col. 1. de appella. in 6. Bal. in l. nemo. C. de iuriſd. om. iud. idq; argu. tex. in l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. vbi licet dominorũ poteſtatem in ſeruos ſuos illibatam eſſe oporteat, nec cui quam hominum ius ſuum detrahi, attamen dominorum intereſt, ne auxilium contra ſeuitiam vel intollerabilem iniuriam denegetur his, qui iuſtè deprecantur.

Secundò poteſt etiam reſponderi illud locum ſibi vendicare, quando lis eſſet conteſtata coram eccleſiaſtico, aliàs ſecus ſecun-

dum magis communem intellectum glosæ & Docto. in allegato c. placuit. pro qua adducunt tex. in l. nemo. arguendo à contrario sensu, C. de iurisd. om. iud. Et sic ex præmissis conclusum extitit, licuisse, & licere Canonico diui Eusebij à vicario Episcopali Roberto Claro citato: cuius præsentiam perhorrescere se dicebat, ad Principem confugere, vt defendatur ne indebitè opprimatur, ipsique Duci rescribere, prout rescripsit, ne Clericus iniuria grauetur, stante maximè sic rescribendi consuetudine, absentiaque Episcopi. Et post hæc scripta huius sententiæ esse comperi doctissimum virum Didacum Hispanum Archiepiscopum sancti Dominici in suo libro pract. quæstionum, c. 35. num. 3. & 4. post alios etiam Theologos, quos ibidem adducit, dicentem omnes ferè Principes ita rescribere consueuisse sub pœna amissionis bonorum temporalium, quæ in regnis habent: ergo multò magis si sic rescribatur, sub pœna reductionis bonorum temporalium ad manus Principis, vt rescribere mos est. Hæc tamen scripta sint salua semper determinatione sanctæ matris ecclesiæ.

SVMMARIVM.

8 Reuerentia, quæ debetur marito, eadem debetur & vxori.

2 In ius vocare generaliter eas personas non possumus, quibus reuerentia est præstanda.
Nouerca in ius vocari sine venia non potest, quod pluribus auctoritatibus confirmatur ibidem.

3 Actio de dolo contra parentes non datur: quod in nouerca limitatur.

4 Prohibita, quæ non sunt in dubio, censentur esse permissa.

5 Regula l. in omnibus causis. & c. priuilegium, de reg. iur. declaratur.

6 L. 1. C. de in ius vocan. generaliter locum habet in vxoribus omnium personarum, quibus ex edicto reuerentia debetur.

7 Aequiparata à lege veteri vbi duo sunt in eadem materia, dispositum à lege noua in vno, locum habet in altero.

8 Ratio diuersitatis Decij inter vxorem patroni, & nouercam confutatur.

9 L. 4. ff. de inoffic. testa pluribus auctoritatibus confirmatur, dum de nouercali odio loquitur.

10 Extensio in exorbitantibus limitatorijs, siue pœnalibus licita est, vbicunque identitas rationis interuenit.

11 Lex quantumuis pœnalis loquens in viro, trahitur ad vxorem.

12 Edictum de in ius vocando partim odiosum, partim fauorabile esse dicitur.

13 Hæres quamuis extraneus repræsentat personam defuncti.
Filius eadem persona censetur cum patre. num. eodem.

14 Vxori priuilegia tributa ratione dignitatis, & reuerentia mariti, durant etiam soluto matrimonio.
Priuilegium, ne quis conueniatur vltra quàm facere possit, æquiparatur priuilegio impetrationis venie, num. eodem.

15 In exorbitantibus dispositum in casu vero, non habet locum in ficto.

16 L. 1. C. de in ius vocan. nouo & eleganti modo inducitur.
Omnes personæ, quæ iuris dictione sunt loco patris, non possunt vocari in ius sine venia, num. eodem.

17 Edictum de in ius vocando, cum sit pœnale, respectu pœnæ ad eas tantum personas trahitur, quæ in edicto expressæ sunt.

18 L. de his. C. de furt. dupliciter declaratur.
Lex vbi non distinguit, nos tamen distinguere debemus auctoritate alterius legis, num. eodem.

19 Libertus vocans in ius patronum actione famosa in casibus etiam à iure permissis veniam petere debet, quod ampliatur etiam in filio.

20 Omnis dispositio substantiam & qualitatem actus præsupponit, de quo loquitur.

21 Exceptio veniæ non petitæ censetur exclusa, vbi pars in primo actu iudiciali eam non opponit.

22 Petitorium coram eodem agitari debet coram quo possessorium fuit decisum, vbi actor & reus eiusdem sunt fori.

DECISIO XXXI.

Nouerca an sine venia in ius vocari per priuignum possit, & plura de ijs personis, quæ in ius vocari non possunt sine venia.

ANdrieta vxor quondam Amedei Candiæ eo mortuo petijt iure dotium suarum se manuteneri in possessione bonorū dicti Amædei in odium Francisci Candiæ eius priuigni, & obtenta sententia in remedio intentato eandem prædictus priuignus, coram Senatu, qui de possessorio cognouerat, petitorio iudicio occasione maternarum dotium nulla petita venia conuenit, quam tamen non opposuit nouerca in primo actu iudiciali, sed petijt causam petitorij remitti coram ordinario. Hinc de duobus quæritur. Primò, an priuignus vocans nouercam mortuo patre in iudicium teneatur veniam petere. Secundò, an causa petitorij intentata debeat coram ordinario remitti.

Quoad primum articulum, qui sollicitam dubitationem recipit, prima fronte videbatur dicendum, nouercam non sine venia in 1 ius vocari posse, † quia ea reuerentia, quæ debetur marito tam in faciendo, id est, assurgendo, quàm in non faciendo, id est, in ius sine venia non vocando debetur etiam vxori, l. 1. C. de in ius voca. l. mulieres. C. de inco. lib. 10. repetita in l. mulieres. C. de dignitat. lib. 12. sed patri, marito, nouercæ, ea reueren-

tia de-

tia debetur, vt non vocentur etiam à filio emancipato in ius sine venia, l.4.§. parentes. ff. de in ius vocand. & l.fi.C.eod.tit.§.pœnales. instit. de actio. ergo pariter debetur vxori patris & sic nouercæ. Accedat, † quia generaliter eas personas, quibus reuerentia præstanda est, sine iussu prætoris in ius vocare non possumus, l. generaliter. ff. de in ius vocan. sed nouercæ etiam viduæ præstanda est reuerentia, quoniam loco matris habetur, §. socrum. instit. de nupt. ergo sine venia in ius vocari non potest. 2

Et hanc opinionem videtur tenere glos. in d.l. generaliter, in fin. dum allegat d.§. socrum. qui etiam loquitur de nouerca, quam in omnibus partibus sequitur Ioan. Andrę. post Specul. in titulo, de actore. §.1. num.21. in verbo, Generaliter. Fulgo. in d. l. 1. Ias. in §. pœnales. num.75. instit. de actio. post Alexan. & Imo. per eum allegatos. Do. Purpuratus mihi semper obseruantissimus in suo tractatu, de in ius vocan. quem posuit post titulum C. de eden. num.11. & 12. dicens, ita tenere Alex. & Aquen. ibi, quam opinionem dicit communiter approbari Curt. Iun. in d.l.1. num.3. & 7.

Contrariam opinionem tenuerunt Fulg. in d.l. generaliter. & ibi Alex. col.2. ver. quid in nouerca. & Soci. in 10. quæstio. post Tho. & Ias. in finalibus verbis, Riminaldus latè disputans hunc articulum, & Rom. ibi per l. licet. iuncta l. falsi. C. de falsis. Dec. num.3. & 4. Ias. in princ. & idem tenet Firma. in verbo, Nouerca, allegans Alex. in eadem l. generaliter. dominus, & socer meus Nicol. Balbus præses meritissimus in additio. ad tex. in d.l. 4. ff. de inoff. c. testa. qui mouentur duobus fundamentis: primò per tex. in l. de his. C. de furt. iuncta l. non debet. ff. de dolo malo. 3 Nam † licet actio non detur de dolo malo contra parentes d.l. non debet. attamen datur contra nouercam d.l. de his, & alijs legibus. quæ tamen indistinctè loquuntur, nec requirunt petitionem veniæ, ideò indistinctè sunt intelligendæ, l.1. ff. de lega. præstan.

Secundò, quia nullibi reperitur expressè prohibitum nouercam in ius vocari sine venia: † ergo quod nō prohibetur, stare permittitur, l. necnon. §. quod eis. ff. ex quibus cau. maio. l. ab ea parte. ff. de probatio. l. præcipimus, in fin. C. de appella. glos. fin. in §. fina. in authen. neque virum, quod ex dote. 4

Tertium addit Decius de lege 1. §. fi. ff. de postulan. inducendo, vt per eum in d.l.1. nu. 4. C. de in ius vocan. cuius inductionem breuitatis gratia non transcribo, ex quibus refricatur in dubium, quæ opinio sit crebrior.

Aliam opinionem, & quodammodo mediam viam amplectentem, tenuerunt Alex. in dict. l.1. C. de in ius vocand. & ibi Curt. Sen. numer. 2. & 3. & Curt. Iun. numer. 14. distinguentes, quòd patre viuo non licet sine venia in ius vocare propter reuerentiam mariti, secus patre mortuo, tanquam cesset tunc maritus, qui est causa priuilegij, quo casu cessare priuilegium debet, vulg. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. c. cum cessante, de appellatio. pulchra glos. in l. sed hoc. ita in verbo, Succurrendum, de re iudica. & hanc distinctionem in socero siue in socru facit Aretin. in §.1. in princip. Institut. de patrim. potesta. in §. socrum. Institut. de nupt. & in §. pœnales. col.5. Institut. de acti. vrget doctrina Bar. in l. Titia. §. vsuras, de lega. 2. quorum opinioni adstipulatur regula l. in omnibus. ff. de regul. iur. cap. 5 priuilegium de regul. iur. in 6. † quod in omnibus causis id obseruatur, vt vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi ea deficiente beneficium quoque deficiat, quod intelligitur, quando persona est causa proxima beneficij, vt ibi per Dec. & communiter Doct. in d.c. priuilegium. Sed in casu nostro pater est causa proxima, propter quam præstatur reuerentia nouercæ, d.l.1. C. de in ius vocando. ergo eo mortuo debet cessare reuerentia. Vides igitur acutissime lector, quàm variè in hoc articulo scripserint Doctores: gratia tamen veritatis indagandæ, putarem primam opinionem de iure veriorem iuribus pro ea allegatis. Quibus non obstant responsiones, & alia adducta in contrarium. Et primò dum Alexan. in d.l. generaliter. col.2. Riminal. & Deci. in d.l.1. C. de in ius vocand. respondent ad d.l. quod non loquatur in nouerca, sed in vxore patroni tantum, inter quas diuersitatis rationes allegantur, vt ibi per Riminaldum, & Deci. 6 † quia replicatur d.l.1. habere locum in vxoribus omnium personarum, quibus ex edicto prætoris debetur reuerentia, ita expressè dicit glos. fin. in d.l.1. per tex. in l.4. §. Prætor. & l. generaliter. ff. de in ius vocan. vbi communiter Doct. Tiraquel. de nobilit. c.18. nu. 2. Curt. Sen. in d.l.1. num.2. Purpur. nu.5.6. & 11. Accedat, quia eadem ratio militat in vxore patris, sicut in vxore patroni: in vtroque enim casu dicuntur socij diuinæ, & humanæ domus, l. aduersus. C. de crimi. expilatæ hæredi. l. fin. C. de nupt. alioquin deterioris esset cōditionis pater, quàm patronus, quod non est dicendum: & ad hoc facit regula l. vt tantum. §.1. ff. de ser. corrup. iuncta l. si quis seruo persuaserit. & ibi glos. final. C. de furt. & ser.

7 & ſer.corrup. † vbi quando duo ſunt æquiparata à lege veteri in eadem materia, lex noua diſponens in vno, habet etiam locum in altero, Rippa in l. ſi conſtante. num. 51. ff. ſoluto matrimo. ſed à lege veteri æquiparantur quoad ẹdictum de in ius vocand. parentes & patroni, d.l.4.§. prætor. ergo ſicut diſpoſita in patrono extenduntur ad eius vxorem, ſic diſpoſita in parente, etiam in patris vxore locum habere debent.

Nec obſtare videtur ratio diuerſitatis inter vxorem patroni, & nouercam adducta per Dec. in d. l. 1. num. 3. & Curt. Iun. num. 16. videlicet, quòd per matrimonium contractum cum nouerca, videtur illata iniuria priuignis, §. fin. in authen. neque virum, quod ex dote eſt. Item, quia cum nouerca odium præſumatur, l.4.ff. de inoffic.teſtam.

8 † quoniam ſalua reuerentia Decij & Curt. text. in d.§. fin. non probat id, ad quod allegatur per eos, fateor tamen animam primæ vxoris triſtari ex ſecundis nuptijs mariti, argument.§. nos igitur. in authen. de nupt. & dato, quòd dici poſſet fieri aliquomodo iniuria priuignis, cum pater videatur negligere charitatem filiorum ex tranſitu ad ſecunda vota, argumento §. ſi autem tutelam. in authen. de nupt. attamen patri tranſeunti ad ſecundas nuptias, & non ipſi nouercæ imputandum eſt. Si igitur pater tranſiens ad ſecunda vota retinet hoc priuilegium, vt non poſsit in ius vocari ſine venia, hoc idem habere debet nouerca ex perſona mariti, d.l.1. C. de in ius vocand.

Non obſtat ratio præſumpti odij, de qua

9 in l.4. de inoffic.teſtam. † cui concordat tex. & ibi glo. in verbo, Nouerca, in Clem. paſtoralis. §. verùm quia. de re iudic. Dec. conſil. 279. num. 3. Paul. de Caſt. 164. num. 7. vol. 1. Tiraq. de legi. connub. l. 9. num. 149. Boer. deciſ. 318. num. 3. & ſeq. Rui. conſ. 34. num. 3. vol. 2. Cagnol. latè in l. 2. num. 9. & ſequent. ff. de inoffic. teſtam. quia cum habeat huiuſmodi priuilegium reuerentiale ex perſona mariti, & ſic patris, non autem ex perſona propria, ideò huiuſmodi odium præſumptũ iudicio meo non videtur conſiderabile, & propterea etiam tollitur obiectum Rimin. de regula, l. ſi verò. §. de viro. cuius materia ſatis diffusè tractatur per Imol. & Roma. ibi & Docto. maximè laſ. Alexan. & Ripp. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrimo. concludentes,

10 † quòd in exorbitantibus, ſiue limitatorijs, etiam pœnalibus, ex identitate rationis licita eſt extenſio. Accedat, quod dicit Alexan. in d. l. 1. poſt Bal. & Salyc. & ſequitur Curt. Sen. num. 4. & in l. 2. num. 9. & ſequent. laſ.

11 num. 9. & Curt. Iun. nu. 10. C. eod. tit. † quod lex quantumcunque pœnalis, loquens in viro, trahitur ad vxorem in his, quæ à marito tranſeunt ad vxorem, & ratio eſt ſecundum prædictos poſt gloſ. communiter approbatam in dict. l. 2. in verbo, Liberis. in fi.

12 † quia licet ex parte liberti, ſeu filij, & ſic perſonæ vocantis in ius ſit odioſum, ideò reſtringendũ, vt ad alias perſonas vltra ipſum libertum, ſeu filium non extendatur, attamen quoad patronum, ſiue patrem, & ſic perſonas vocandas in ius edictum eſt fauorabile, ideò extendendum, concordat gloſ. in l. ſed ſi hac. §. final. in verbo, Interueniat. ff. de in ius vocand. laſ. in d. l. generaliter. num 4. in fin. Gomeſ. in §. pœnales. num. 35. Inſtitu. de actio. poſt gloſ. ibi. Alexand. in d. l. ſed ſi hac. §. fina. verſic. in gloſ. prima. ff. de in ius vocan. Curt. Sen. in l. venia. num. 9. C. eod. titu. Rimin. latè in d. l. venia. num. 3. col. 3. verſicu. circa tertiam partem. Purpura. in d. tracta. num. 15. & ſequent.

Sed contra prædicta vrgere videtur, quòd etiamſi in edicto, de in ius vocand. æquiparentur pater & patronus, cum vterque ſine venia non poſsit in ius vocari, attamen diſpoſitum per legem nouam in patrono non habet locum in parente, l. venia. C. de in ius vocan. vbi lex illa extendit priuilegium conceſſum patronis ad eorum hęredes etiam extraneos, quod tamen locum non habet in extraneo hærede patris, Rimin. in d. l. 1. col. 1. circa fin. C. eodem titu. niſi fortè velimus dicere, rationem diuerſitatis eſſe apertam:

13 † nam ratio propter quam libertus debet petere veniam, agendo contra hæredem patroni extraneum ea eſt, quia hæres, etſi ſit extraneus, repręſentat perſonam defuncti, & ſic patroni. §. 1. in authen. de iureiurand. à morien. præſtito. Cagnol. in l. 2. num. 25. & ſequent. C. de pact. inter empt. & vend. quæ ratio locum etiam habet in filio, cum non quidem ſolum repręſentet, ſed cenſeatur eadem perſona cum patre, imò vna caro, l. fin. C. de impub. & alijs ſubſtitut. l. cum ſcimus. & ibi Bartol. C. de agricol. & cenſi. c. contradicimus. §. auctoritate. 35. quæſt. 3. c. quid ergo quod dicitur. de pœni. diſtinct. 4. Ideò nimirum, ſi non debeat veniam petere agendo contra hæredem patris, ſiue ſuum, ſiue extraneum, cum in vtroque ſint eędem qualitates, quo fit, vt vnus non dicatur maior altero, argumento l. nam magiſtratus. ff. de recept. arbit. & poſt hæc ſcripta reperi, hoc ſenſiſſe Dec. in l. fina. in fi. C. eod. titu. ſed libertus nullo modo repręſentat perſonam patroni, & inferior eſt ipſo hærede extraneo,

in quem

in quem huiusmodi ius patronatus transit, vt notant cõmuniter Doct. in d.l.2. Cur. Iun. in d.l. 1. in fin. ergo non est inconueniens, quòd in hoc capite petendę veniæ diuersum ius statuatur in liberto, quàm in filio, quo casu non habet locum reg. l. si quis seruo. C. de furt. & ser. corrup. Socin. in l. 1. col. penult. vers. quantumcunque actor. ff. de exceptio. Non obstat alia responsio, quam adducunt Alex. Curt. & alij suprà relati in tertia opinione, videlicet dispositionem, d.l.1. C. de in ius vocan. non habere locum mortuo patre, cum eo tempore non sit amplius nec vxor, nec nouerca, sed vidua, quæ propriè non dicitur vxor, vt etiam latè concludit Alexa. d. cons. 207. num. 8. & pluribus seq. vol. 6. quia
14 vera, & communis est conclusio, † quòd priuilegia attributa vxori ratione reuerentiæ vel dignitatis, ex persona mariti durant etiam solut. matri. & soluta affinitate, l. alias. §. eleganter. & l. seq. §. fin. cum seq. ff. solut. matr. d.l. mulieres. C. de incolis. lib. 10. l. quotiens. C. de priuileg. Schola. lib. 12. Alex. in d.l. generaliter, in princip. & col. 2. & cons. 20. col. 2. vol. 1. Rimin. in d.l.1. col. 1. versicu. nec obstat, & ibi Iaſ. colum. 3. Purpura. num. 12. Dec. & ambo Curtij ibi, Marsil. num. 47. & 48. C. de rap. virgi. latissimè Tiraq. de nobilitate, c. 18. num. 5. & quinq; sequent. vbi in numero 8. dicit hoc procedere etiam in priuilegijs exorbitantibus, & idem repetit in tractat. cessan. cau. in prima parte, num. 107. Nec obstat, quòd d. §. eleganter cum alijs iuribus suprà allegatis loquantur in priuilegio, ne quis conueniatur vltrà quàm facere possit, quia idem est in priuilegio impetrationis venię, cum hæc duo æquiparentur, l. parens. & duab. sequen. ff. de obseq. à liber. & eorum liber. præstan. Gomes. Instituta de actio. d. §. pœnales. num. 31. Dec. in l. 2. in fin. C. eodem. Iaſ. in l. cum quædam puella. ff. de iurisd. om. iudic. Maria. Socin. in rubri. de foro competen. num. 13. Socin. cons. 12. num. 18. vol. 1. & ex hoc fundamẽto tolluntur omnia
15 obiecta, quibus dicitur † dispositionem exorbitantem loquentem in casu vero non habere locum in casu ficto, l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gesto. vbi Bar. & alij allegati per Rimi. in d.l.1. in fin. C. de in ius vocan. Nam cum, vt suprà conclusum fuit, vidua sicut vxor retineat huiusmodi priuilegia, & sic æquiparentur in hac materia casus verus, & casus fictus sequitur, quod dispositum in casu vero locum habeat in casu ficto, argumen. notatorum per Iaſ. in l. qui se patris. num. 52. C. vnde liberi. post alios per eum relatos, & potest etiam in casu nostro accommodari falsa lentia, quam Iaſ. in d.l. qui se patris. num. 55. ponit ad doctrinam Bart. in l. quicquid adstringendæ. ff. de verbo. oblig. quòd in statutis verba debeant propriè, & strictè intelligi, vt locum non habeant in statutis fauorabilibus, non aduersantibus iuri communi, quia tunc intelliguntur etiam largè & impropriè, sed in casu nostro edictum, de in ius vocando, respectu parentum, patronorum, & aliarum personarum, quæ in ius sine venia vocari non possunt, est fauorabile, gl. in l. 2. in verbo, Liberis. C. de in ius vocando. Doctores cõmuniter in l. 1. eodem titulo, vt suprà latè probauimus: ergo etiam extendetur ad illas personas, quæ fictè & impropriè dicuntur tales: & licet Iaſ. in d.l. qui se patris. num. 55. dicat, quòd Caripenderet inuenire aliquem, qui ponderaret ad hoc, vel alibi, qui istud diceret, ego non egredien-
16 do materiam nostram † adduco text. in d.l.1. & ibi communiter Doct. C. de in ius vocan. inducendo hoc modo, edictum prætoris de in ius vocando sine venia vocat duntaxat parentem, patronum, liberos, parentesq; patroni, patronæq;, l. 4. §. prætor. ff. de in ius vocan. inter quos non connumerat vxorem patris seu patroni, quæ iuris fictione censetur eadem persona, imò eadem caro cum patre siue patrono, Genes. c. 2. in fi. Matth. c. 19. Paul. ad Ephes. c. 5. in fi. c. debitum de bigam. Dec. in d.l. 1. in princ. & Curt. Iun. nu. 19. Verùm quia, vt prædictum est, prætoris edictum respectu patris, aut patroni est fauorabile, ideò extenditur ad vxorem, quæ fictè dicitur eadem persona, & caro patris seu patroni. Huicq; opinioni adstipulatur id, quod passim ab omnibus ferè Doctoribus, præcipuè Iaſ. & Alex. in d.l. generaliter. & in d.l.1. C. de in ius vocand. & Iaſ. in d. §. pœnales. dicitur, videlicet, quòd socer, socrus, patrinus, defensor ciuitatis, & aliæ personæ, quæ iuris fictione sunt loco patris ex interpretatione extensiua, non possunt in ius vocari sine venia: & ad hoc facit dictum Iaſ. in d. §. pœnales. num. 55. in materia quantumcunq; exorbitanti extensionem, fieri de casu proprio ad improprium honestatis seruandæ causa, ad quod miror Rimin. & alios non animaduertisse.

17 Minus etiam obstat, † quod dicitur, huiusmodi edictum pœnale esse, l. penult. C. eod. titul. ideò restringendum c. in pœnis. & c. odia, de reg. iur. in 6. quia licet extendatur respectu personæ, quæ in ius vocatur, vt huiusmodi persona in edicto non expressa vocari non possit in ius sine venia, cum, vt suprà dictum, est respectu personarum vocandarum

candarum in ius sit fauorabile, attamen vocando sine venia non propterea committitur pœna in edicto posita, & sic non fit extensio respectu pœnæ edictalis, vt concludit Purpur. in d. tracta. col. 3. versic. declaretis tamen. post Io. Fabr. Iaſ. Felin. & alios, quos refert, ita etiam Tiraq. tenet de legi. connub. in verbo, Post leges. num. 62. Curt. Iunior in d. l. 1. num. 9. Iaſ. in §. pœnales. numer. 86. latiſsimè omnium Gomeſ. num. 39. post glo. ibi, in verbo, Impetraſſet. verſic. nos quod non.

Non obſtat l. de his. C. de furt. in qua potiſsimum partis negatiuæ conſiſtit fundamentum, quoniam multipliciter reſponderi poteſt. Primò, ibi non fuiſſe intentatam actionem furti à priuigno, ſed à tutore, de quo edictum non loquitur, & cum ſit perſonale, reſpectu perſonæ vocantis in ius, ad alias perſonas non extenditur, iuxta Alex. in d. l. 1. C. de in ius vocand. cum alijs ſuprà adductis. Facit text. in d. l. ſed ſi hac. §. fi. ff. eodem titu. vbi libertus poteſt agere contra tutorem patroni ex cauſa propria abſque venia. & in l. quæſitum. eodem titu. vbi libertus tutor nomine ſui pupilli poteſt agere contra patronam ſuam ſine venia: ergo multò magis, ſi extraneus tutor priuigni agat contra nouercam, agere ſine venia poterit: & ratio ea eſt, quia magis fundatur ius ex perſona propria ipſorum tutorum, quàm ipſius pupilli, argument. l. neque. C. de procurat. Et hanc reſponſionem ad d. l. de his. decerpſi ex dictis Gomeſ. in d. §. pœnales. num. 37. poſt glo. in verbo, In ius vocaſſet, in fine.

Vel reſponderi poteſt, quòd licet in illa l. de his. dicatur, quòd aduerſus nouercam detur actio furti, & famoſa, nihilęꝰ dicatur de impetratione veniæ, attamen non ſequitur, quin hoc poſsit diſtingui, & intelligi ſecundum aliam legem, l. quamuis. & ibi latè Iaſ. num. 1. 2. & ſequent. poſt Bald. ff. de in
18 ius vocan. dicitꝙ ibidem Alber. † quòd vbi lex non diſtinguit, nos tamen diſtinguere debemus, auctoritate alterius legis, plura ad hoc Iaſ. in l. triticum. nu. 6. ff. de verbo. obligat. facit Bar. in l. vnica. circa princip. C. quor. legato. Caſtren. in l. ſciendum. in prin. num. 5. ff. qui ſatiſd. cogan. & ſimili reſponſione vtitur Alex. in d. l. generaliter. in princ. dum inquit, gl. in d. l. ſed hoc ita. in verbo, Succurrendum. ff. de re. iudic. debere intelligi ſecundum diſtinctionem, l. penult. ff. de iure dotium. quod coadiuuari poteſt ex tex.
19 eo, † quod dicitur, vocantẽ in ius patronum actione famoſa in caſibus ei à iure permiſſis veniam petere debere, l. ſed ſi hac. §. prætor. verſic. nam interdum. ff. de in ius vocan. & l. ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto. ff. ad leg. Iul. de adulte. glo. penult. in l. ſi. C. de his, qui accuſ. nõ poſſ. Idem in filio etiam in poteſtate exiſtenti, cum de caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi, & alijs ſibi permiſsis agit, de quibus in l. iis nulla. ff. de iudic. quæ indiſtinctè loquitur, tamen ſemper intelligitur cauſa cognita, id eſt, venia petita, l. adoptiuum. in princ. & ibi gloſ. in verbo, Cauſa cognita. ff. de in ius vocan. gloſ. in d. §. pœnales. in verbo, Impetraſſet. Inſtit. de actio. & ibi Iaſ. nu, 83. poſt Aretin. Curt. Sen. in l. fin. num. 1. & Dec. num. 2. poſt Rimin. ibi, in primo notab. Iaſ. in princ. Curt. Iun. num. 2. Gomeſ. in eodem §. pœnales. num. 43. vbi iſtam communem eſſe atteſtatur: licet glo. in d. §. liberto. in verbo, Non facilè. videatur velle, in caſibus exceptis non requiri veniam, quam ſequitur Gomeſ. in d. §. pœnales. num. 25. reprehendens Iaſ. & malè.

Nam in caſibus, in quibus prætor voluit, libertum poſſe in ius vocare dominum ſine venia, hoc expreſsit, vt in l. adoptiuum. verſicul. ſed ſi ad iuſiurandum adegi. & l. ſed ſi hac. §. fi. in fi. & in l. quæſitum. cum ſimilibus. ff. de in ius vocand. Et hac reſponſione tolli poteſt obiectum d. l. licet. iuncta l. falſi. C. ad leg. Corne. de falſ. imò in dict. l. licet. hoc videtur innui ex illis verbis (impletis ſolennibus) quæ verificari potius debent in hac ſolennitate impetrationis veniæ, quàm in alijs ſolemnitatib. de iure ciuili introductis, de quibus per Barto. & Docto. in l. libellorum. ff. de accuſa. quia cum dicimus, permitti accuſationem regulariter intelligere debemus, etiamſi non dicatur, quod ritè fiat,
10 ſecundum qualitates à iure requiſitas: † nam omnis diſpoſitio, vt ſæpe dictum extitit, præſupponit ſubſtantiam & qualitatem actus, de quo loquitur l. 4. §. condemnatum. ff. de re. iudic. Bart. in d. l. diuus. ff. de milita. teſtam. Calca. conſ. 87. num. 3. Dec. conſ. 458. num. 1. & 4. Alexan. conſ. 166. nu. 3. volum. 2. ſed huiuſmodi ſolemnitas petendi veniam vocandi in ius eſt exorbitans à ſolemnitatibus à iure communi requiſitis in accuſatione, vt ſuprà oſtenſum eſt: ergo intelligi de ea debet, ne Imperatorem redarguamus de ſuperfluitate, contra §. quibus. C. de nouo C. faciend.

Non etiam mouet §. affinitatis. in l. cui eorum. ff. de poſtulan. quia locum is non habet, vbi aliquid à principio affini conceditur reſpectu reuerentiæ, & dignitatis: non enim illud extinguitur cum affinitate, Alex.

in d. l.

in d.l. generaliter. in princ. colum. 2. versicul. quid in nouerca. Curt. Iun. in d.l. 1. numer. 12. C. eodem.

Non obstat quoque l. 1. §. fin. ff. de postul. inducendo secundum Dec. in l. 1. C. de in ius vocan. quia fateor, quod nouerca non erat nominata in edicto prætoris, sed hoc fit per extensionem ex l. 1. C. de in ius voc. vt per Doctores ibidem; nam nec hæredes extranei, de quibus in l. venia. C. eod. titu. & socer aç alij, de quibus per Alexan. & Ias. in d.l. generaliter. non erant nominati in ædicto prætoris. Sed per extensionem legis nouę, & tamen illi vocari in ius non debent sine venia. Itaque ex præmissis apparet opinionem tenentium nouercam, etiam viduam in ius vocari non debere sine venia, esse de iure sustentabilem. Verùm quia Senatus solet in iudicando communes opiniones sequi, & coaceruatis eorum votis, qui tenent mortuo patre, necessariam non esse veniæ petitionem cum opinione tenentium nusquam esse necessariam, in casu nostro magis communis videtur opinio non esse necessariam veniæ petitionem. Ideo censuit veniæ impetrationem agendi aduersus nouercam necessariam priuigno non esse, & propterea processum tenere eo maximè, † cum citata comparuerit, & in specie non opposuerit in primo actu iudiciali exceptionem veniæ non petitæ, quo casu remissa censetur necessitas huiusmodi petendi veniam, Bart. in l. quamuis. num. 2. Ange. in fin. Alexan. col. 2. versi. vltimò nota. & ibidem Ias. in fi. ff. de in ius vocan. & in l. fina. in fin. C. eodem titulo. Alexand. consi. 166. numer. 2. volu. 2. Cur. Senior in l. fin. num. 5. C. eodem titu. & ibidem Dec. num. 4. Cur. Iun. num. 10. & 13. Purpura. num. 37. & 38. Gomes. in §. pœnales. nume. 31. & sequen. vbi dicit, hanc esse communem opinionem.

Videntur tamen innuere Curt. & Ias. exceptionem hanc opponi posse vsque ad litem contestatam, imò plus inquit Curt. generalem sufficere oppositionem. An verò hæc dispositio petendi veniam locum habeat, vbi proceditur summariè, simpliciter & de plano, sola facti veritate inspecta, dicendum videretur, quòd non, cum per dictam clausulam sublatę censeantur omnes solemnitates à iure ciuili introductæ, vt suprà latè dictum fuit decis. prima.

Quo verò ad secundum articulum, † an huiusmodi causa petitoria debeat ordinario partium remitti, prima fronte videbatur dicendum, esse remittendam ex scriptis in his terminis per Afflict. decisio. 155. numer. 5. & 6. vbi post Bald. in l. fina. in fine. C. si non à competen. iud. dicit, quòd iudex, qui cognouit de possessorio, non cognoscet de petitorio, si per hoc alterius iurisdictio lædatur. Sed in casu nostro læderetur iurisdictio ordinarij: ergo non potest cognoscere Senatus. In contrarium vrgere videtur decisio Abb. in c. fina. col. 6. vers. si autem reus. de iudic. quem sequitur ibi Felin. num. 8. quòd vbi partes eiusdem sunt fori, & reus, qui succubuit in possessorio agit postea petitorio, debet tunc iudicium agitari coram eodem iudice, coram quo agitatum fuit possessorium, etiamsi reus, qui primò fuit actor, habeat priuilegium eligendi forum: faciunt nota. in c. 1. de cau. possess. & proprieta. & in l. nulli. C. de iud. Neuiza. consi. 97. num 2. & sequen. & consi. 80. in fin. per regulam l. quoties. de iudi. Rebuf. de cau. benefi. possess. articu. 8. glo. 2. num. 3. Et ita Senatus censuit causam prædictam remittendam non esse, sed retinendam, attenta præsertim natura causæ, & qualitate personarum litigantium.

SVMMARIVM.

1. *Clerici solo victu & vestitu contenti, nullam proprietatem habere debent.*
2. *De fructibus ecclesiæ idem iudicandum, quod de re ipsius ecclesiæ.*
3. *Clericus conuenire laicum potest coram iudice ecclesiastico pro rebus ecclesiæ, vel suis, siue reali, siue personali actione experiatur.*
4. *Episcopus testari non potest de fructibus prouentis ex agris ecclesiæ.*
5. *Fructus, siue obuentiones ecclesiasticæ inter temporalia magis quàm spiritualia connumerantur.*
6. *Vbi agitur de rebus ecclesiæ, siue clerici, tam actione reali, quàm personali, poterit quis coram iudice ecclesiastico, vel seculari conueniri.*
7. *Ducale decretum, ne subditi conueniantur de re merè prophana coram iudice ecclesiastico, iure sustinetur.*

DECISIO XXXII.

Laicus ratione fructuum præbendæ sibi locatæ, an conueniri coram iudice ecclesiastico possit, vel eiliceat petere causam iudici seculari remitti.

REuerendus dominus Ludouicus aduocatus à Valdengo canonicus Vercellensis, locauit eius prębendam Ioanni Scanzeto vti colono partiario, illumq; ad traditionem fructuum partis dominicæ coram iudice

ecclesiastico conuenit, cuius iurisdictionem declinauit Scanzetus ad Senatum recurrens, à quo petijt clericus causam remitti iudici ecclesiastico. Quæsitum fuit, an legitimè coram ecclesiastico possit conueniri, ita vt eidem remittēda sit causa? Et prima facie dicēdum videbatur, ecclesiasticum iudicem esse
1 competentem, † quia clerici solo victu & vestitu contenti, nullam proprietatem habere debent, Pau. ad Thimo. 1. c. 6. c. duo sunt genera. 12. quæstio. 1. Socin. consi. 32. numer. 2. & sequen. Si igitur proprietatem nullius rei habent: ergo, nec proprietatem fructuum, argu
2 men. l. Iulianus. ff. de legat. 3. vtuntur † enim rebus ecclesiæ non vti suis, sed tanquam ad dispensationem sibi creditis, c. expedit, & c. res ecclesiæ. 12. quæstio. 1. c. Episcopus. 14. q. 1. Vnde dicit glo. in c. res ecclesiæ. æquum emptum, de re. ecclesiæ ementis non effici, nisi respectu vsus, quo fit, vt idem iudicandum sit de huiusmodi fructibus, ac de re, ecclesiæ. Sed pro re ecclesiæ laicus coram ecclesiastico conuenitur, c. si clericus laicum, de foro competen. ergo pariter debet conueniri pro fructibus præbendæ. Et pro hac opinione videtur decisio Innocen. quem sequitur Abb. in
3 c. si clericus laicum. in primo nota. & colum. 4. de foro competen. † vbi inquit, clericum posse conuenire laicum coram iudice ecclesiastico pro rebus ecclesiæ, vel suis, siue agat actione reali, siue personali, vtputa ex legato vel locato. conuenitq; id, quod scribit Felin. in c. causam. de præscrip. quòd licet fructus non sint quid spirituale, attamen cum à re ecclesiæ dependeant, idem de eis iudicatur, quod de re ecclesiæ, c. si annum. de iudic. libr. 6. & ibi Anchar. Philip. Franc. & Archi. in gl. in verbo, Dependentibus. His addo tex. in c. episcopi. 17. quæstio. 1. & glo. ibi, ac Ar-
4 chid. in c. quia nos. de testamen. † vbi Episcopus non potest testari de fructibus ex agris ecclesiæ prouentis, sed omnia in iure ecclesiæ reseruantur. Item tex. in d. c. si clericus. de foro competen. arguendo à contrario sensu, quod in iure est fortissimum, l. 1. in prin. vers. huius rei. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. vbi clericus laicum de rebus suis, vel ecclesiæ petierit, & laicus non esse ecclesiæ, aut clerici, sed suas proprias assceuerauerit, debet de rigore iuris ad forensem iudicem trahi: ergo si non negauit fructus esse ecclesiæ, aut clerici, poterit coram ecclesiastico conueniri: & facit tex. in cap. postulasti. de homicid.

Contrariam opinionem amplexi sunt nōnulli Senatorum. Primò, ex regula, qua dísponitur, actorem sequi debere forum rei, l. iuris ordinem. C. de iurisdict. omnium iudic. quæ etiam locum habet, si clericus laicum in iudicio postulet, d. c. si clericus laicum. & c. cum sit. de foro competen. & c. experientiæ. & sequen. & c. clericus. xi. quæstio. 1. Maran. de ordin. iudi. in 4. par. q. 11. nu. 2.

5 Secundò, † quia fructus, seu obuentiones ecclesiæ non sunt quid spirituale, quinimo temporale, cum possint per prolatum vendi & locari, c. vestra. de locato. Abb. in c. fin. in fine. de rerum permuta. & Archidia. in c. alienationes. colum. 3. in princip. 12. quæstio. 2. vbi allegat c. fina. & ibi glo. fina. ne prælati vices suas sub annuo censu concedant, per quem tex. ita respondet Federicus de Sen. consi. 245. quem refert Felin. in d. c. causam. numer. 15. de præscrip. latè Bello. consi. 3. numer. 2. & sequen. vbi post plures per eum citatos concludit beneficiatum in vita æquiparari vsufructuario, quo casu facit fructus suos, quamuis in morte æquiparetur vsuario.

Quid autem tenendum sit ambigitur, & de iure communi magis communis opinio
6 canonistarum est, † quòd priuilegium hoc habeat ecclesia, quòd cum agitur de rebus ecclesiæ, seu clerici, siue agatur actione reali, siue personali, possit conuenire coram iudice ecclesiastico, siue seculari. Ita enim sentiunt Innocen. Abb. Zabarel. Io. Andr. & Marian. Socin. in d. c. si clericus. colum. antepenultima, & sequen. de foro compet. Felin. in d. c. causam. numero decimoquinta. & propterea sit in electione actoris agendi coram eo iudice, quem voluerit, secundum Maria. in dicto c. cum sit. colum. secunda. de foro competen. licet contrarium teneat Decius in c. decernimus. colum. 22. de iudic. vbi colum. 21. ponit quatuor limitationes. Si verò agatur mera actione personali, vtputa ex locato ad mercedem, in qua non veniat restitutio rei ecclesiæ, vel clerici, tunc conuenire debeat coram iudice laico ex vulgata regula, de qua suprà; ita sentiunt, Innoc. Felin. & Marian.
7 in dicto c. si clericus. in fine. † Stante autem forma Ducalis decreti prohibitorij, ne subditi Ducales conueniantur pro re merè prophana coram iudice ecclesiasticō, quod fieri à Principe potest, l. 2. §. sed iudex. ff. de iudic. quam ad hoc notat Socin. in cap. significasti. colum. 20. & sequen. de foro competen. non potuit Scanzetus conueniri tali actione coram iudice ecclesiastico, argumen. c. ex tenore. & c. ex transmissa. de foro competen. quod etiam expressè voluit Didacus in suo libro practica quæstio. c. 35. colum. 10. versicu. quintò non video.

& fa-

& faciunt notata per Bal. in titul. de prohib. feu. alien. per Feder. §. præterea. colu. penult. nu. 21. & 22. & ibidem Aſflic. nume. 28. & 29. Et propterea in caſu propoſito cenſuit Senatus rectè fuiſſe oppoſitam declinatoriam à Scanzeto, & cauſam non eſſe iudici eccleſiaſtico remittendam.

SVMMARIVM.

1 *Abſenti ex contractu alterius ius aliquod non acquiritur, niſi ſequuta ratificatione.*
2 *Caſus ſpeciales, in quibus per procuratorem quæritur actio ſine ceſſione.*
3 *Stipulatio notarij quid magis operetur, quàm ſtipulatio priuati.*
4 *Abſenti ex ſtipulatione notarij, etiam ante ratificationem ius, & actionem acquiri cõmuniter tenent Doctores.*
5 *De conſuetudine officium ſtipulandi cum officio ſcribendi coniunctum eſt, & conſuetudo efficit, vt alteri per alterum ius acquiratur.*
6 *Confeſſio an acceptata à parte, vel à notario nomine abſentis ſit, nulla datur differentia.*
7 *Per notarium acquiritur ignoranti poſſeſſio & actio.*
8 *Ex ſtipulatione notarij acquiritur ius abſenti, maximè ſi interueniat iuramentum in contractu.*
9 *L. ſi ego. ff. de nego. geſt. declaratur.*
10 *Quod per notarium nobis acquiritur, non tã per ipſum, quàm per legem acquiri dicitur.*
11 *Tex. in §. generaliter. auth. quib. mod. natura efficia. ſui declaratur.*
12 *Diuerſæ Doctorum opiniones ad communem doctrinam rediguntur in eo articulo, an ex ſtipulatione notarij ante ratificationem ius abſenti acquiratur?*

DECISIO XXXIII.

An ſtipulatione notarij acquiratur abſenti aliquod ius, vel actio vtilis, non facta ceſsione, vel ratificatione ſubſequuta.

EX proceſſu agitato inter Ioanninam quondam Chriſtophori agentem & Michaelem Ferrerium conuẽtum Hipporedienſes, non indifficilis ſubortа eſt quæſtio. An ſtipulatione notarij acquiratur abſenti ius & actio, ſaltem vtilis non facta ceſsione, nec ſubſequuta ratificatione. In quo articulo varie ſenſerunt ſcribentes: opinionem enim negatiuam ſequuti ſunt quamplurimi Doctores non mediocris auctoritatis, & doctrinæ, adducentes duo iura principalia, videlicet l. ſi ego. ff. de nego. geſt. & §. generaliter. in au-
1 then. quibus modis natu. effici. ſui. † ex quibus liquido ſecundum eos probari dicitur, abſenti ex contractu alterius aliquod ius non acquiri, niſi ſequuta ratihabitione quorum opinio adiuuari videtur tribus alijs fundamentis.

Primum illud eſt, quia notarius non eſt publica perſona in ſtipulando, ſeu contrahendo, ſed tantum in ſcribendo, & rogando Inſtrumentum, vt in authen. de tabellio. per totum titulum, Bal. in l. 1. colu. 4. C. per quas perſon. nob. acquir. Secundum, quia ſi poſſet notarius alteri ſtipulari, idem eſſent contrahens & tabellio, quod incongruum videtur.
2 † Tertium, quia ſpeciale dicitur in prætorijs ſtipulationibus, l. in omnibus. ff. de præt. ſtip. Item in mutuo, vt alteri etiam ignoranti per alterum actio acquiratur, l. certi conditio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pe. ergo in contrarium eſt ius cõe. Accedat, quia pro hac opin. eſt regula l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig. & Inſtit. de inut. ſtip. §. ſi quis alij. & §. alteri. & hanc opin. ſequutus eſt Innocen. in c. dudum. nu. 1. arguendo à contrario ſenſu de conuer. coniug. & videtur de mente glo. in c. ꝯꝯ. in verbo, Poſsint acquirere. de vſur. lib. 6. quam ibi ſequuntur Io. Andr. & Barb. quem refert & ſequitur doctiſ. Purpur. in d. §. ſi nummos. num. 81. & 82. Ang. in l. non enim. ff. de adop. & in conſi. 73. in fin. & Io. Fab. in §. ſi quis alij. col. 7. Inſtit. de inut. ſtip. Caſtren. in conſ. 172. & 193. col. 7. in nouis. & in l. illud. nu. 7. C. de ſacroſan. eccle. quos refert & ſequitur Dec. conſ. 226. nu. 7. & 8. & in conſ. 247. 432. 598. & conſ. 464. num. 3. & in l. contractus. nume. 16. & ſeq. ff. de reg. iur. Curt. Iun. conſ. 52. nu. 12. & 13. & conſ. 55. numer. 9. & 10. & in conſ. 120. in princ. vbi dicit iſtam eſſe cõem opin. Alci. in repeti. c. cum contingat. num. 329. cum ſeq. de iureiur. vbi etiam ipſe atteſtatur hanc eſſe cõem opin. Galliau. in rubr. ff. de verb. oblig. col. 42. firmans eam eſſe de iure veriorem. So. Iun. conſ. 126. num. 12. & ſeq. vol. 2. addens par eſſe dicere notarium ſtipulari nomine meo, & dicere, quod gerat negotium meum ratihabitione, glo. in l. ſi pupilli. §. item quæritur. in verbo, Ipſo geſtu. circa med. ff. de neg. geſt. ſed gerens negotium abſentis ei non acquirit, niſi ſequuta ratihabitione, d. l. ſi ego. ergo ſtipulatione notarij ante ratihabitionem actio abſenti non acquiritur, Soc. conſ. 53. nu. 12. vol. 4. Natta conſ. 253. nu. 8. & conſ. 315. nu. 1. Non obſtat, quod ſecundum hanc opin. ſti-
3 pulatio † notarij nihil magis operaretur, quã alterius priuati, quia operatur, vt ſaltem ſequuta ratificatione acquiratur vtilis ſine ceſſione, quod ſecus eſt in ſtipulatione priuati, ita reſpondent Caſtr. & Dec. conſ. ſupra allegatis.

Nec etiam obſtat l. 2. & 4. ff. rem pupil. ſal. fore. quia ſpeciale eſt in ſtipulationibus

prætorijs, vt supra dictum est, maximè fauore populi, secundum gl. in d. c. quanquam.

Minus obstant leges loquentes de stipulatione serui publici, quia intelligi debent de seruo reipublicæ, iuxta titulum, ne serui reipub. manu. nō autem de notario, qui non potest esse seruus, l. generaliter. C. de tabul. lib. x. & plures tenentes hanc opinionem cumulat Tiraq. de constitu. possess. in 3. par. limita. 30. nu. 8. 9. 10 & 17.

4 Contraria autem opinio affirmatiua, videlicet † ex stipulatione notarij ius & actionem absenti acquiri, etiam ante ratificationem verior visa fuit, & magis communis, pro qua adducuntur tex. in l. non. n. aliter. ff. de adoptio. & in §. cum autem. Instit. de adoptio. & ibi Aret. col. 2. & in l. 2. C. eodem titu. nec non in l. 2. cum duabus sequen. ff. rem pupil. sal. fore. ¦glo. magna in §. si quis alij. circa medium. & in §. alteri. Instit. de inuti. stipula. & in l. nec ei. §. eorum. in fi. ff. de adoptio. pulchra glo. in l. peto. §. fina. in verbo, Cauere. ff. de lega. 2. & in l. generaliter. C. de tabul. lib. x. vbi æquiparat stipulationem notarij & serui. Et hanc partem tenuerunt Oldra. consi. 30. num. 2. dicens, dubitandum de hoc non esse, Dyn. in l. 1. §. exigere. ff. de magi. conue. & Barto. post Gul. de Cug. in d. §. eorum. num. 2. & in d. l. 2. num. 3. ff. rem pup. sal. fore. & in l. stipulatio ista. §. si stipuler. col. 2. versic. tertiò fallit. ff. de verborum oblig. in l. cum quis decedēs. §. codicillis. nu. 5. ff. de lega. 3. Bal. in d. §. eorum. in versicu. satisdatio. colum. 1. & in d. l. non enim. circa prin-

5 cipium. ff. de adoptio. † vbi dicit de consuetudine, & de facto, coniunctum esse officium stipulandi cum officio scribendi, & consuetudinem facere, vt alteri per alterum recta via ius acquiratur, d. §. si nummos. in l. per diuersas. quæstio. 14. C. manda. in l. cum socero. C. de iure dot. in l. rationes. colum. 2. versicu. reuocatur in dubium. C. de probatio. consi. 146. nume. 8. & consi. 200. num. 2. & 3. volum. 2. Saly. in dicta l. 2. num. 2. C. de adoptio. vbi dicit, sic se habere communem opinionem consuetudine approbatam: & est de mente Ange. in d. l. secunda. ff. rem pupil. sal. fore. Paul. de Castro in d. l. stipulatio ista. §. alteri. colum 3. versic. fallit hoc in pluribus. asserens nos quotidie videre hoc fieri, quòd notarius stipulatur tanquam persona publica nomine omnium, quorum interest, & valet huiusmodi stipulatio, vt acquiratur actio sine cessione, & ibi Imo. colum. prima, versicu. & dicit sic Petr. & in l. huiusmodi, in principio. ff. de lega. 1. dicit ita seruari in practica, Io. Faber secum dissidens in d. §. cum autem. Instit. de adoptionib. Roma. consi. 513. & in d. §. si stipuler. & ibi Alexan. colum. 3. in princi. dicit communem opinionem & obseruantiam esse cum Barto. & consi. 185. nume. 3. volum. 6. & in additionibus ad Barto. in l. secunda. ff. rem pupil. sal. fore. Ancharanus consilio 20. in tertio dubio. Idemq; firmat Ias. in d. §. si stipuler. nume. 14. & 15. post Anto. de Butr. in procem. Gregoria. post glo. in c. quoties. 1. quæst. 7. & ibi Abb. num. 22. & sequen. & in c. si cautio. colum. quinta. versicu. fortius

6 etiam. de fide Instrumento. † vbi æquiparat confessionem esse acceptatam à parte vel à notario nomine absentis: quod etiam idem Ias. in l. tale pactum. colum. 1. versicu. tertiò intellige. ff. de pact. & in authen. sacramenta puberum. num. 75. C. si aduer. vend. Dec. sibi contrarius in l. quæ in testamento. §. nec paciscendo. ff. de regul. iur. & consi. 31. nume. 4. & consi. 58. nume. 3. & consil. 245. num. 3. consil. 239. num. 5. 6. & 7. consi. 293. colum. 2. versicu. & licet. consil. 607. num. 9. & 12. post Bar. Bald. Specu. Areti. & Alexan. per eum citatos, dicens non esse dubitandum de hac conclusione, & approbari per practicam totius mundi, & consi. 407. nume. 14. vbi dicit notarium ratione officij posse stipulari pro omnibus, quorum interest, istamq; esse communem opin. dicit Socin. consil. 125. in fin. &

7 cons. 262. num. 13. † vbi scribit per notarium acquiri ignoranti possessionem, & actionem, id etiam voluit Rube. consi. 73. num. 8. & consil. 117. nu. 3. & sequen. affirmans hanc esse communem, Dominus & socer meus Præses Balbus, consil. 87. nondum impresso, num. 13. & 14. Corne. consil. 10. colum. 3. volum. primo. consi. 130. in fi. volum. 3. & consi. 2. colum. 2. versic. præterea. volum. 4. affir-

8 mans † ex stipulatione notarij etiam ante ratificationem absenti ius, & actionem acquiri, quem refert & sequitur Gozad. consi. 87. nume. 14. Guid. Pap. quæst. 49. inquiens ita fuisse iudicatum per parlamentum, Paris. consi. 82. nume. 1. & 2. volum. primo. Idem Paris. cons. 60. nu. 135. & seq. consi. 88. nu. 90. vol. 3. asserens ex huiusmodi stipulatione res donatas acquiri absenti, & istam esse verā & communem conclusionem, quod etiam attestatur Sylua. cons. 22. nu. 12. Bertr. d. cons. 156. nu. 1. vol. 1. Cassa. cons. 53. nu. 51. Neuiz. consil. 35. nu. 22. Roll. à Valle, quem post hæc scripta vidi consi. 19. nu. 22. Io. de Amicis consi. 126. num. 5. Hyppo. sing. 663. Rui. subtiliter consi. 119. nume. 7. & 8. & consi. 126. nume. 10. dicens, id procedere reuocabiliter ante ratihabitionem. & consi. 172. nu. 15. & 16. vol. 1. &

consi.

consi.47.colum.2.& consi.43.nume.5. volu.5. Socin.Iun.consi.127.nume.8.& seq. volum.3. vbi seipsum retractat ab his, quæ dixerat d. consi.126. volum.2.& consi.118. numer.13.& 14.volum.secundo.post Aretin. in l. qui Romæ.§.Flauius.colum.penultima.& consi.74. in tertio dubio. Ripp. libro tertio responso. c.11. nume. 6.& 7.& id sequitur Cagnol. in l. id quod nostrum.numero 15.& 16.ff.de regu. iuris. Afflic. decis.135.numero 5.& 6.& deci. sio.393. numero octauo. Boer. decisio.172. numer.5.& 32.post Guid.Pap.consi.12.& 60. idem Boer. decis.284. in fin. & multò plures alij cumulati per Tiraquel.in dicta tertia par. limitatione 30. numero 23.& 49. vbi dicit, non esse de hoc dubitandum, ex quibus omnibus manifestè apparet, hanc secundam opinionem esse communem, & propterea obseruandam in iudicando, & consulendo.

Non obstant in contrarium adducta. Et
9 primò l. si ego. de nego. gest. † quia loquitur in negotiorum gestore, qui stipulatur vti persona priuata, quæ non acquirit alteri, nisi sequuta ratificatione: secus ergo in notario, cum sit seruus publicus ratione officij, secundum glos. & communiter Docto. per d. l.non enim. de adoptionibus.iuncto §. cum autem.Institu.de adoptio. & glos. fina.in l.libertas. ff. de statu. homi. in l. cum cognatos. C. de postlimin. reuer. & propterea regula, quòd alteri stipulari nemo potest, fallit in notario publico, secundum glos. & ibi Aretin. in §.ex his.in verbo, Acquiri.Institu.per quas person. nob. acquir. & in d.§.si quis alij. & Docto.suprà allegatos. Guid. Pap. quæstio. 317. quæ fallentia sublimitatur, nisi notarius non vti notarius stipularetur, quia tanquam priuatus stipulando non acquirit, Hyppol. d.sing.663.

Non obstat etiam, quòd notarius non sit persona publica in stipulando, sed in scribendo, quia contrarium est verum, d.l. non enim.& d.§. cum autem.Institut.de adoptio. Secundò potest responderi, vt dicit Bald.in d.l.non enim.quod de consuetudine est coniunctum officium stipulandi cum officio scribendi, & sicut consuetudo in mutuo induxit, vt alteri absenti per alterum acquiratur, d.§. si nummos. ita per consuetudinem potest induci, vt per notarium stipulantem nobis absentibus acquiratur, las. in d.§.alteri. numero 2. quod autem ea sit notariorum consuetudo, & obseruantia absentibus stipulari, attestantur supra scripti Doctores, nosq; id quotidie videmus, quo fit, vt quod
10 † per notarium nobis acquiritur, non tam per ipsum, quàm per legem dicatur acquiri, glos. in l. prima. in verbo, In domino. & ibi Bald.in fin.ff.de his, qui sunt sui vel alien.iur. quem sequitur Alex. in d.§. eorum.Rube.d. consi.117.nu.7.

Non quoque obstat, speciale esse in prætorijs stipulationibus, quia ad hoc respondet Bartol. in d.§. eorum. Nec mouent consilia Castren.& Dec.in contrarium adducta, quoniam sibijpsis contrarij sunt, tam in lecturis, quàm in consilijs, & alijs locis suprà citatis, & contra eos est communis opinio & obseruantia: aliter etiam respondet Socin.Iun.d. consi.118.nu.17.vol.2.

11 † Minus obstat §. generaliter, in authen. quibus mod. natu. effic. sui. quia ibi tex. loquitur de redigendo filium naturalem in potestatem patris, & sic de ipsum obligando, ideo nimirum, si requiritur eius ratificatio: non enim potest notarius alium obligare. Ita Barto.inquit in §.eorum.numero quarto. & sequitur eum Rube.consi.117. numero
12 5.& 6. † Vnde redigendo prædictas opiniones ad veram & communem doctrinam, dico, quod ex stipulatione notarij, nec per constitutum, neque per veram traditionem ipsi notario factam nomine absentis acquiritur aliqua possessio, ante ratihabitionem ex cumulatis per Tiraquellum, de constituti. possessio. in dicta tertia parte. limita.30.numero 53.cum sequen. & ratio est, quia in acquirenda possessione requiritur animus illius, cui acquiri debet, l.prima.§. adipiscimur.& l. tertia.in princip.ff.de acquiren. possess. & ob id nec pariter ante ratihabitionem acquiritur dominium, l.traditionibus, cum concordantibus. C. de pactis. quod tamen fallit fauore donationis, quia stipulatione notarij ius efficaciter acquiritur absenti, & dominium vtile transfertur sine cessione, l. quoties. C. de donationibus. quæ sub modo, Dec.consil. 239. numero septimo & octauo. Cassane. consi. 53.numero 53.& sequen. Crauet. consi.19. numero nono. Ius verò & actio personalis bene acquiritur absenti ante ratihabitionem. Idem dicendum videtur in hypotheca, cum ea sit accessoria ad actionem personalem, & possit nobis acquiri sine traditione vera vel ficta, sitq; à dominio separata, l.1. §. cum prædium. ff. de pignorib. Ange.in §.item Seruiana. colum. vltima. Institu. de actionibus. de qua latiùs alibi dicemus. Et sententiam hanc affirmatiuam sequutus est Senatus in prædicta causa.

SVMMARIVM.

1 Debitor, qui propria auctoritate fundum ingredi poterat, si eius possessionem sine licentia iudicis, & parte non vocata, fuerit ingressus, parte citata postea per iudicem in ea erit confirmandus, & nu. 2.

2 Executio facta auctoritate iudicis perperam interposita non reuocatur, si illud, quod solutum est, appareat debitum fuisse.

4 Sententia notorium inducit.

5 Hæres propria auctoritate possessionem rerum vacantem ingredi potest.

6 Executionem non seruato iuris ordine irritari debere, quomodo intelligatur.

7 Possessio ex causa non valida, & minus sufficienti transfertur.

8 Quæ fiunt ad continuandum & conseruandum operantur ad acquirendum.

9 Fideicommissarius bona agenti interdicto, quorum legatorum, restituere tenetur, vbicunq; falcidiæ detractioni locus esset.

10 Circuitus inutilis & vanus euitandus est.

11 Conditio nihil ponit in esse.
Missio concessa de facto, quod de facto reuocari possit, quomodo intelligatur. nu. eodem.

12 Quod nullum est, rumpi, seu confirmari non potest.

13 Nullius entis nullæ sunt qualitates.

14 Possessionis origo, non continuatio, spectanda est.

15 Executio sententiæ contra successorem condemnati fieri non potest, nisi summaria cognitione præmissa.

16 In executionem sententiæ petens se immitti, diligenter inquirere debet, quis sit possessor, & curare, vt citetur.

17 Missus in possessionem ex vno titulo, non potest illam ex alio retinere.

18 Viam, quam quis semel elegit, eandem sequi debet.

19 Iudex mittens aliquem in possessionem alicuius rei, parte non citata, nihil operatur.

20 Occupans possessionem vacantem per mortem, plus delinquit, quàm si occupet possessionem vacantem per negligentiam.

21 Hæreditati iacenti dandus est curator, contra quem esset facienda executio iudicati.

22 Fideicommissarius ratione incertitudinis proprietatum res fideicommisso subiectas occupare non potest, quemadmodum nec filius legitimam.

23 Quod idem & in fideicommissario particulari dicendum est.

24 Legitimam etiam de fideicommissis particularibus detrahi posse, communi Doctorum opinione receptum est.

25 Possessio naturalis ex actu nullo, & vera traditione acquiritur, secus autem in iusta, & irreuocabili possessione.

26 Possessio per executorem minus legitimè data, non efficit, vt missus incurrat in pœnam, l. meminerint. C. vnde vi.

27 Interdictum, quorum legatorum, respectu æris alieni & legitimæ detrahēdæ, necnon & aliorum onerum hæredi competere contra fideicommissarium potest.

28 Dilatione pendente in reliquis officium iudicis conquiescit.

29 De dubio casu & pendenti idem iudicatur, quod de casu certo, quoad actum impediendum.

DECISIO XXXIIII.

Missio in possessionem nulliter facta, si de nouo concedi debeat, an confirmanda sit.

EX actis causæ vertentis inter Frāciscum Ferrum agentem, & Francischeta m, ac Andrietā sorores de Richerijs Nicienses conuentas, plures propositi fuerunt articuli, præsertim is, an fideicommissarius, in cuius fauorem censuit Senatus, locum esse restitutioni fideicommissi particularis detractis detrahendis, dicatur acquisiuisse possessionem rerum fideicommissarum ex missione executoris nulliter procedentis, à cuius gestis fuerat appellatum, ita quòd huiusmodi missio cōfirmanda sit, ex quo in executionem dictæ sententiæ esset de nouo concedenda? an verò compellendus sit ad restitutionem prædictorum bonorum hæredi grauato agenti interdicto, quorum bonorum, seu legatorū? Et videbatur dici, posse dictā missionem confirmari debere, idq; ex dictis Bart. in l. creditores. colum 8. versic. mihi vi-
1 detur. C. de pignori. † vbi si is, qui fundum debitoris propria auctoritate ingredi potest, iudicem ex vrbanitate adierit, qui ei talem ingrediendi licentiā contulit, parte non vocata, possessionem ex licentia iudicis non acquirit, sed perinde est, ac si possessionē propria auctoritate intrauerit, ideo per iudicem postea erit parte citata confirmandus, cui adstipulatur doctrina Angeli in l. si finita. in
2 princ. ff. de dam. infec. † quod si petitur reuocatio tenutæ, quæ de nouo danda esset, reuocanda ea non est, sed confirmanda: hanc Ange. doctrinam sequitur ibidem Alex. col. antepen. & penul. post Castren. Imo. Salyc. & alios, per eundem relatos. Aret. in §. quadrupli. colum. 19. versic. ego autem. Institu. de actio. Abb. consil. 29. in fi. volum. 2. Socin. consil. 113. in fi. Ias. in l. si pacto quo pœnam. num. 11. C. de pact. & in l. fina. nume. 18. C. de edic. diui Adria. tollen. Dec. consil. 191. in fi. & consil. 449. num. 17. & sequen. & in c. cum cessante. colum. fina. de appella. Curt. Iun. in l. fi. nu. 75. & 85. C. de edic. diui Adri. tollen. & in consil. 127. nume. 5. Gozad. consil. 21. col. 7. Grat. respon. 37. num. 27. vol. 1. Ruin. consil. 91. num. 7. vol. 5. præmissis isq; deseruit, quod legitur in l. fin. §. fin. ff. de eo, quod met. cau.
3 † vbi executio facta auctoritate iudicis perperam

peram interposita, non reuocatur, si illud quod est solutum, appareat debitum fuisse. At in casu nostro missio in possessionem rei fideicommissæ in executionem sententiæ Senatus concedi deberet: ergo iam facta debet confirmari, maximè cum fideicommissarius, rerum fideicommissarum vacuam possessionem reperiendo, illam auctoritate propria apprehendere, & apprehendendo possessor effici potuerit, l. prima. in princip. ff. quor. legato. latè Paris. cons. 12. num. 118. volum. 2. quo fit, vt hæredi possit legitimè contradicere, cum sit paratus de iure suo incontinenti edocere, Bart. communiter approbatus in d.l.fin. num.22. C. de edic. diui. Adrian. tollen. Dec.cons.467.num.4. & sequent. Imò dici posset, iam esse de iure fideicommissi cognitum, † attentis actis, & sententia, quæ notorium faciunt, c. significauerunt, de testim. & c. quoniam contra. de probatio.c. cum olim, de verbo. sig. copiosè in addition.ad Bart.in l.1. in princ. num.8. ff. de noui operis nuncia. Paris. cons.98.num. 25.vol.3.cons.111.num.7.vol.4.cons.53. num. 105.vol.3.latè Neuiz.cons.81. num.31. & seq. post Alex.Peruf.Felin.Dec.Bru. & Afflict. per eum citatos, & pro veritate habetur, l.res iudicata.ff.de reg.iur. & l.1. C. de re iudic.si quidem apprehendendo possessionem rerū legatarum, quādo earum possessio vacabat, videtur gessisse negotiū proprium, & etiam hæreditatis, quia eam liberat à traditionis onere, sibiq; profuit nemini nocendo, ita Bal. notat in d. l. fin. col.10. vers. quintò opponendo, quem refert, & sequitur Curt. ibi num.72 † Neque in huiusmodi possessionis adeptione citandus erat Ferrus, quia is non possidebat, Bar.in d.l.fin.nu. 16. Bal ibidem col.2.vers. scias tamen. necnon Dec.num.4. hæcq; opinio corroborari ex his potest, quæ Inno.scribit in c.ex ratione.num.1.de appell. inquit enim, id quod dicitur † executionem non seruato iuris ordine à lege, vel ab homine statuto, irritari debere, procedit quando certus ordo statutus procedenti est, isque omittitur. Sed in casu nostro nullus statutus est ordo: ergo tenent executionis gesta: & quod ex tali immissione actuali licet nulliter facta censeatur acquisita possessio, probatur argumento textus in l.1.§. si vir. ff. de acquir. posses. ex quo Bar. & communiter Doctores notant, ex contractu nullo, secuta traditione, veram acquiri possessionem, quoniam res facti infirmari nullo iure ciuili potest. Infertq; ex hoc Alex.in l. quod meo. col.4. vers. vnde dum quærit.ff.eo.titu. † ex causa non valida, & minus sufficienti possessionem transferri, dicens, hanc esse communem opinionem, quæ alia cōmuni conclusione corroboratur, de qua per Bar.in l. 3. in princ.ff.de acquir.posse. & in l. sequitur. §. item Labeo. & §. de illo. ff. de vsucap. & Bar.refert, & sequitur Aret.in l.is, qui putat, in secundo not.de acquir.hæredi. Alex.cons. 146.nu.10. & 11.vol.5. Cassiod. de restit. spol. decis.4. Gomes.in regu.de trien.posse.quæst. 46. quòd si alicuius rei possessionem continuo, quam rectè mihi traditam arbitrabar, quæ tamen non erat, acquiro ex tali continuatione possessionem, † quoniam quæ ad continuandum, & conseruādum fiunt, operantur ad acquirendum, l.2.C.cōmu.vtriusq; iudic.cum similibus, quod maximè procedit in possessione, cuius continuatio, & perseuerantia animo consistit, l.3.§. in amittenda. ff.de acquir. posse. Bar.in l.eum, qui.§.in popularibus.num.7.ff.de iureiuran.

Nec aduersari videtur, quod dicitur, huiusmodi possessionem confirmandam minimè esse, seu de nouo dandam, imò annullandam, † cum ipse fideicommissarius prædicta bona restituere teneatur hæredi grauato interdicto, quor. bonor. seu legato. agenti. quod interdictum licet sit adipiscendæ, attamen restitutorium est, l.1.in princ.ff. quor. legato. & l. vnica.C.eod. tit. & vbique Bart. quia hoc procederet, vbi Falcidiæ seu alterius rei detractioni locus esset, secus autem, si nihil est detrahendum, quod in casu nostro præsupponitur: tunc enim restitutio hæredi non fit, glo.in d.l.vnica.in verbo, Ex retentione. Bart in l.1. in princ. & ibi Ange.ff. quor.lega.vbi etiam Ripp.num.24.Alex.in d.l.fi.colum.10.post Castren.Curti.ibi.num. 72.C.de edicto diui Adr. toll. copiosè Paris. cons.53. num. 113. & sequent.volum.3.eiusq; rei rationem esse dicunt, † vt euitetur circuitus inutilis & vanus, iuxta notata in l.singularia. ff. si cert. petat. quod præcipuè locum habere debet, vbi proceditur summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, cuius clausulæ vigore solemnitas omnis ciuilis remittitur, prout abundè de hoc scripsimus suprà decis.1. & in terminis id tradit Paris.d.cons.53.num.115.

Non etiam ea verba obstant, de quibus in sententia, videlicet detractis detrahendis, quæ cum sint ablatiui absoluti, in conditionem regulariter resoluuntur, Bar.in l.ab emptione. ff. de pact. in secundo nota. l.à testatore. ff. de cond. & demonst. & licet loquatur in contractibus, attamen idem in iudicijs dicendum est, cum à contractibus ad iudicia argumentum valeat: glos. ordinaria in

authen. sacramenta puberum. in verbo, Contractibus, in fi. & ibi Bart. C. si aduers. vend.

11 † conditio autem nihil ponit inesse, l. proinde. ff. si cert. petat. & l. cedere diem. vers. vbi sub conditione. ff. de verbo. signific.

Non etiam mouet, quod obijcitur, missionem de facto concessam, de facto reuocandam, vt Alex. concludit in d. l. fin. col. 6. quia id minimè procedit, quando missus petit se in possessione confirmari, ita prædictam doctrinam limitat Curt. in eadem l. fin. num. 85. Sed in casu nostro confirmatio petitur, & missio de nouo: ergo confirmari debet. & pro hac opinione facit regula l. 1. §. is autem. ff. de superfic. & l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. cui damus actionem, multò magis exceptionem, siue retentionem, argum. notato. in l. per retentionem. C. de vlu. Deci. cons. 498. num. 4.

Contrariam opinionem in casu nostro proposui de iure veriorem, ex illa videlicet missione nulliter facta nullam acquisitam fuisse possessionem, & propterea confirma-

12 ri nō posse, seu debere: † quoniam quod nullum est, rumpi seu confirmari non potest, l. obligari. §. tutor. ff. de aucto. tuto. l. nam si sub conditione. vers. post defectum. & ibi glos. ff. de iniust. rup. & irri. fac. testam. l. non dubium. C. de legi. Bal. in l. si vt proponis. 2. C. quomodo & quando iud. Imol. in terminis tenutę nulliter datę, cons. 128. & faciunt, quæ de testamento nullo scribit Curt. Iun. cons. 100. num. 6. Secundò, quia paria sunt, non fieri aliquid, vel perperam fieri, l. nulla. ff. de auto. tuto. l. quoties. ff. de his, qui satisd. cogat. in casu nostro missio fuit nulla, & perperam facta: ergo ex ea acquiri possessio, & confirmari minimè potest, argum. notato. in l. 3. §. sciendum. & l. si eum, qui. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi traditio, quæ fit propter donationem inter virum & vxorem factam, nihil valet, nec donatarius iure ciuili possidere intelligitur, cum donatio huius-

13 modi sit nulla de iure ciuili, siquidem † non entis nullæ sunt qualitates, nulla causa, nulla substantia, nec recipit auctoritatem, c. bonæ. el 1. & ibi glo. in verbo, Per rerum naturam. de elect. c. ad dissoluendum. & ibi etiam pulchra glo. in verbo, Accusari. de desponsa. impub. Bald. in l. fi. C. si propter public. pensita. Cardin. cons. 139. col. 3. Balb. in l. Celsus. col. 10. in 5. nota. ff. de vsucap.

14 Tertiò, opinionem hanc confirmat, † quòd non continuatio, verùm origo possessionis est exquirenda, l. clàm possidere. in princ. ff. de acquir. poss. Roman. cons. 314. col. 2. sed missio, de qua nunc agitur, vitiosa ab initio fuit: ergo confirmari nequaquam potest: quod autem inualida fuerit & vitiosa, liquidò constat, cum facta aduersus hæredem condemnati fuerit, ipso non vocato, necalia qua saltem summaria cognitione interueniente, quæ omnimodo interuenire debebat, Innoc. in c. quia gu. in fi. de iudic. quem refert & sequitur Ang. in l. 1. in fin. C. de iud. & in l. creditores. colum. penult. in fi. C. de pignori. Alexan. in l. à diuo Pio. §. in venditione. col. penult. versic. secundò fallit. ff. de re iudic. Castren. in l. postulantem. in prin. ff. ad Trebel. Felin. in d. c. quia gu. nu. 4. de iud. & in c. ex ratione. num. 10. de appellat. Rui.

15 cons. 102. num. 5. vol. 5. concludentes, † quod quando sententia est lata pro aliquo, & reus condemnatus ad restitutionem moritur, huiusmodi sententia non mandabitur executioni, nisi præmissa aliqua summaria cognitione, & sic vocato hærede, quo fit, vt quemadmodum de facto parte nō citata facta fuit prędicta missio, ita reuocari de facto debeat, l. 1. §. necessariò. ff. si mul. vend. no. missa fue. vbi Bart. Bal. in l. si pacto quo pœnam. col. 1. in quinto nota. C. de pact. & in apostil. ad eundem in l. 2. C. si prop. publ. pensita. Curt. Iun. in d. l. si pacto. num. 8. vbi respondet ad l. fin. §. fin. ff. de eo, quod met. cau. Feli. cons. 49. num. 16. & seq. latissimè Sigismun. Neap. cons. 47. colum. penult. Alexand. cons. 179. num. 8. vol. 6. Rebuf. de literis oblig. artic. 9. glo. 4. num. 2. & 3. Idęq; eò maximè procedit, si iudici constat, nullam parti defensionem competere, Deci. in d. l. si pacto. num. 3. & sequent. Alexan. in d. §. in venditione. col. penult. versic. addatis. & cons. 5. num. 8. vol. 2. Dec. cons. 400. col. 3. in princip. Grat. responsi. 50. num. 37. vol. 1. Plura cumulat Tiraquell. de legi. connubia. in verbo, Contracter. num. 15. Roma. cons. 220. colum. 1. Bertran. cons. 16. num. 8. & 9. & cons. 172. num. 3. & consil. 187. numer. 2. volum. 1. Anchara. cons. 292. vbi post Bal. in l. meminerint. C.

16 vnde vi. dicit, † quod tenebatur is, qui se mitti in executionem sententiæ petebat, diligenter inquirere, quis sit possessor, & eum facere citari, aliàs puniri debeat: quod etiam voluit Felin. in c. cum olim. colum. 9. versic. per illum text. ostendi, post Domi. in c. fin. in fi. de elect. in 6. idipsum sequitur Hyppol. in l. de vnoquoque. num. 29. ff. de re iudic. quibus accedunt, quæ latè congerit Neuiza. cons. 81. num. 8. & pluribus sequen. Et in terminis videtur decisio Bal. in l. 1. colum. 1. in princip. C. de Carbo. edic. quod si cui sine ordine decreta bonorum possessio est, tunc ea infirmanda est, non autem confirmanda.

hoc

hoc idem dicit Felin. in c. cum olim. col. 8. circa fi. de re iudic. post Cardi. cons. 77. & Roma. cons. 79. & prius idem Bal. cons. 135. vol. 2. expresse inquiens, ad hoc vt quis possessionem per iudicem consequatur, iudicis decretum valere requiritur, quod si non valeat, de facto missus dicitur, nec possidere dicetur, quoniam possidendi animum habere non videtur, nisi tanquam ritè missus: succeditq; regula l. multum. C. si quis alteri vel sibi. quæ est, quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui: idem sentire etiam Bal. videtur, in authen. ei qui. col. 6. in fin. C. de bon. auctorit. iud. possiden. & ibi Saly. in
17 12. quæst. ait enim, † missum in possessionem ex primo decreto, retinere eandem possessionem ratione hypothecæ non posse, quoniam missus eo nomine non fuit. Crau. cons. 171. nu. 17. quod ego affirmare non auderem, cum aduersetur ijs, quæ Bart. tradit in l. 3. §. fi. in fine. ff. de acquiren. possess. quem sequitur Dec. cons. 449. num. 22. Præmissis autem famulatur regula l. si mulier. §. fi. ff. de eo, quod met. causa. & l. cuius bonis. ff. de cura. furio.
18 † quam viam sibi quis elegit, hæc eidem pateat, hanc regulam ad hoc notat Dec. cons. 246. num. 6. post Bal. in l. prima. in prin. in 2. nota. C. de execu. rei iudica. vbi si creditor, qui propria auctoritate ingredi possessionem potest, si iudicem adeat simpliciter, sibi præiudicat. Præterea confirmari hæc opinio videtur ex Bartoli doctrina in d. l. creditores. C. de pignori. quæ ipsi eum retorquetur
19 † quod is constanter affirmet, iudicem mittentem aliquem in possessionem alicuius rei, in executionem iudicati, idq; parte non citata, nihil operari, & licet affirmare idem Bar. videatur, possessionem talem cõfirmari parte citata posse, attamen idipsum ibi procedit, quia ex conuentione possessionem propria auctoritate ingredi licebat, secus inquit ipse, si propria auctoritate ingredi non potuisset, quod in casu nostro cõtingit. Nam quod istis sororibus de Richerijs ingredi possessionem rerum fideicommissarum hæreditate nondum adita, & sic incente, non licuisset, tenet Bal. in l. fin. col. 1. C. de edic.
20 Diui Adr. tollendo. † vbi plus delinquere ait, occupantem possessionem per mortem vacantem, quàm qui vacantem per negligentiam occupat, quia hæreditate iacente merè, & omnino vacare possessio non dicitur, cum hæreditas ceptam vsucapionem compleat, & fructus acquirat, l. cum hæreditas. C. depositi. & Baldum refert, & sequitur Dec. d. cons. 400. col. 3. in princ. & cons. 424. col. 3. vers. non obstant allegata in contrarium. Rip. in c. cũ ecclesia Sutrina. nu. 131.
21 de cau. possess. & propriè. † nam dandus est curator hæreditati iacenti, contra quem facienda est executio iudicati, iuxta Bart. in l. si bona, in fin. C. de bon. auctо. iud. possi. & Dec. d. cons. 400. col. 3. & hoc, quod scilicet rerum fideicommissarum possessionem adipisci propria auctoritate non potuerint, locum maximè habet in casu nostro, attentis illis verbis positis in sententia (detractis detrahendis) iuncta ordinatione, seu declaratione subsecuta, legitimam videlicet esse detrahendam: ex his enim verbis clarè constat, ipsas fideicommissarias non esse omni-
22 no certas de proprietate, † quo casu occupare licitè non potuerunt res fideicommissas, vt sentit Bart. in l. 2. num. 34. C. quando & quib. quar. pars debea. quem Aret. refert & sequitur in l. 3. §. incertam. col. 2. ibiq; Iaf. nu. 10. ff. de acquir. possess. Alex. cons. penult. nu. 2. & 3. vol. 4. Boer. decis. 156. num. 2. & 3. Dec. cons. 236. num. 9. Rui. cons. 39. num. 4. vol. 4. Nam sicut filius ratione legitimæ, licet in se certa sit propria auctoritate, occupare non potest possessionem vacantem rerum hæreditariarum, cum sit incerta ratione loci, quia pro indiuiso possidetur, l. Meuius. §. duobus. ff. de lega. 2. Dec. d. cons. 236. nu. 9. Item ratione quottæ fundi, quia nescitur propter æs alienum ante legitimam detrahendum an tertia vel alia pars ipsi filio in fundo debeatur, teste Bart. & alijs supra adductis, & additione ad gl. in verbo, Exigere. in l. omnimodo. C de inoffic. testa. Curt. cons. vlt. col. fin. Rippa in l. in quartam. nu. 13. ff. ad l. Falci.
23 † Ita fideicommissarius etiam particularis propter eandem incertitudinem causatam ex detractione legitimæ, & æris alieni ratione loci, & quottę, non potest propria auctoritate possessionem vacantem talium bonorum ingredi, vt correlatiuorum eadem sit dispositio, l. fin. ff. de accepti. & l. 1. C. de Cupress. ex luco Daph. lib. 11. quod si ingressus propria auctoritate fuerit, nullam eum acquirere possessionem certum est, l. 3. §. incertam. ff. de acquir. posse. Inno. in d. c. ex ratione. num. 1. de appella. Alex. cons. penul. num. 2. & 3. vol. 4. imò pœna amissionis fideicommissi plectitur, l. non est dubium. C. de lega. l. 1. ff. quorum lega. Iaf. in l. ait prætor. §. si iudex. num. 9. ff. de re iudic. Neui. cons. 33. num. 13. & 51. Iacob. Concenatius re non satis digesta lib 3. suarum quæst. c. 13.
24 Minimè etiam obstare illud videtur, † legitimam de fideicommissis particularibus non esse detrahendam, sed ab vniuersalibus hæredibus tantum eam deberi, vt in authen. vt

cum

cum de appell.cogno.§.hæc autem disposuimus.& videtur de mente Bald.in l.1.col.1.ff. de rer.diuis.Castr.cons.178.num.3.in antiq. quoniam in contrarium est vera & communis opin.fundata in l.si ex patronis.in princ. & l.si libertus.§.libertus.ff.de bon.liber.& in l.scimus.§.sancimus.C.de inoffic.testam.& per hæc iura ita sentit Bart.in l.in quartam. col.fin.ff.ad leg.Falcid.& in cons.34.num.3. Ang.cons.131.Aretin.cons.156.col.penult.in fin.Alexan.cons.penul.num.3.vol.4.qui dicit, hanc esse communem,& in d.l.in quartam. Dec.cons.81.num.6.vbi respondet ad dictum Bal.in d.l.1.ff.de rer.diuis.Rub.cons. 156.num.9.Viui.in suis commun.concluſ. in verbo, Legitima.col.1.Bened.Cap.in suis regul.c.109.num.23.& seq.vbi ponit conclusionem cum quinque fallentijs.hanc tamen intellige locum non obtinere, vbi ex alijs bonis penes filium institutum ex substantia testatoris, salua esset legitima, quia tunc integra legata soluuntur,ita declarat Bal.Ang. & Dec.locis suis proximè adductis,& latè de hoc Ripp.in d.l.in quartam.num.211.& 212.Crauet.cons.109.num.6.Ruin.cons.27. num.11.vol.primo.quod refert & sequitur D.Roll.à Valle, quem post hæc scripta vidi cons.12.num.1.& seq.

Minus etiam impedit regula d.§.cui damus actionem.quia ea in remedijs possessorijs nõ procedit,maximè in interdicto, quorum legatorum,secundum glo,in d.l.prima. in verbo,Multò magis.ff.de superfic.& d.§. cui damus.Postremò non etiam obstant alia contraria, quia ex distinctione, quæ subsequitur ad ea,responsio patebit.

Quid igitur tenendum? inter tam varias, & inter se pugnantes Doctorum opiniones
25 distinguendum existimo,† quod aut de ipsa naturali & actuali missione loquimur, & tunc vera est prima opinio,ex actu nullo & traditione vera naturalem acquiri possessionem, quoniam res facti infirmari iure ciuili nequit,d.§.si vir,cum cæteris suprà allegatis. & hoc modo possidet prædo,d.l.si ex stipulatione.ff. de acquiren. possessio.& l. cum quærebatur.C. vnde vi. vnde si talis possessio incerta esset ratione loci,& quottæ, tunc non acquireretur d.§.incertam. Aut verò de possessione iusta & irreuocabili, ciuiles & naturales effectus producente, loquimur, & hæc ex actu nullo minimè acquiritur,secundum Bart.in d.§.si vir.in princi.sequitur Dec.cons.467.num.18.imò ea reuocari & annullari potest,d.l.1.§.sciendum.& l.si eum. & ibi glo.in verbo, Ciuili.ff.de donat.inter vir.& vxo.l. improba.C.de acquir.possess. d.l.si ex stipulatione.& l.cum quærebatur, & l.1.ff.& C.quor.legat.& hoc casu adepta possessio non videtur, l.non videtur.ff.de acquiren.possess.Alexan.cons.52.num.4. volum.7.conueniuntq; scripta à Crau.cons. 182.num.2.& de hac reuocabili possessione loquuntur iura suprà pro secunda opinione adducta: nam non acquiritur ex possessione nulliter facta. Ideò confirmanda non est, verùm irritanda & annullanda, vt concludit Alexan.in d.l.si finita.in princip.col.fin. in fin.& in cons.53.num.17.vol.5.vbi inquit possessionem nullam non posse pronunciari aliquam, nisi habili causa superueniente, Ias.d.l.2.num.113.C.de iure emphyt.& dicit Angel.in d.§.quadrupli.colum.19.vers.sed
26 si per executorem.† quòd si per executorem possessio minus legitimè detur, missus non incurrit pœnam, l. meminerint. C. vnde vi. sed expulso per appellationem succurritur: cum enim possessio istarum sororum sit viciosa, siue capta propria auctoritate fuisset, siue executore nulliter procedente, confirmari non deberet: Alexan.in l.filiam fratribus.ff.ad Trebel.Dec.in l.fina.num.48.C. de edic.diui Adri.tol.& cons.84.colum.2. post Bald.in d.l.fin.col.9.vers.septimò oppono.Roma.cons.158.colum.1.versic. tertiò, quia iniustè & violenter priuatus.& c. possessionem enim iniustam non tuetur prætor, l.communi,.§.inter prædones.ff.commu.diuid.& l.2.& 3.ff.vti possid.d.l.improba.C.de acquiren.possess.quinimo tenentur legatarij talia bona restituere,d.l.1.ff.& C. quorum legato.Dec.latè cons.243.num.4. & cons.424.numer.14.& 15.& consil.467. num.12.& sequent.vbi respondet ad obiectum de probatione incontinenti,de qua per Bart.& Alexand.in d.l.filiam fratribus.An autem cõcedenda de nouo esset, dicas quod non,nisi seruata forma sententiæ,scilicet de-
27 tractis detrahendis,videlicet † legitima habita ratione ad omnia bona hæreditaria,æris alieni,& aliorum onerum, de quib.in actis, quorum omnium prætextu, competere hæredi potest interdictum,Quorũ legatorum, iuxta Corne.cons.309.colum.4.in litera l. & R.volum.1.Rippa in l.1.in princ.col.fin. ff.quorum lega.imò etiam retentio daretur, Guid.Papien.quæst.496.Et propterea Senatus in casu proposito censuit gesta executoris inualida, tenutam siue possessionem nulliter datam, hæredemq; grauati mittendum esse in possessionem bonorum fideicommissorum,& consequenter ipsas sorores esse compellendas ad restitutionem dictorum bonorum,cum fructibus perceptis

à die

à die dictæ possessionis nulliter datæ, & sic occupationis, & rectè quidem secundum Gallian. in l. Centurio. col. 7. in princ. ff. de vulg. & pup. sub. & facta missione hæredis, ac eidem fructibus restitutis, ipsas sorores esse mittendas in possessionem bonorum fideicommissorum detractis detrahendis, & seruata forma sententiæ, admittenda capitula ferri hæredis concernentia ea, quæ essent deducenda.

Hinc quæsitum fuit, an satisfacto iudicato ab ipsis sororibus, & pendente termino hæredi ad publicandum assignato debeant sorores indistinctè mitti in possessionem bonorum fideicommissorum, saltem media cautione ad formam auth. quæ supplicatio. C. de precib. impera. offeren. Et videbatur dicendum, quod non. Primò, † quia pendente assignatione ad publicandum debet in reliquis officium iudicis conquiescere, l. siue pars. C. de dilatio. glo. in c. significasti. in verbo, Peruenire. de appellat. Secundò, † quia ad impediendum actum idem iudicatur de casu dubio, & pendenti, quod de certo, l. pecuniam quam. ff. si cert. petat. l. sufficit. & l. Iulianus. ff. de cond. indebi. & in l. 1. §. si pendeat. ff. ad Macedo. per quæ iura ita notat Dec. in l. edita. num. 60. & ibidem Curt. nu. 156. C. de eden. facit tex. in l. qui seruius. & ibi glo. fin. in fin. ff. de cond. ca. da. Dec. cons. 107. num. 2. In contrarium verò adducitur doctrina Bart. in dicta l. Iulianus, in fi. quem refert & sequitur Socin. Iaf. & Dec. in d. l. pecuniam. num. 8. facitq; glos. communiter approbata in l. 2. ff. de in diem adict. non obstant in cõtrarium adducta, cum cautio danda suppleat prò securitate detrahendorum. Et secundum hanc vltimam opinionem iudicauit Senatus in prædicta quæstione.

28

29

SVMMARIVM.

1 *Constitutum censetur annullatum resoluto contractu & hypotheca, cuius est accessorium.*
2 *Præcarium sine titulo non transfert possessionem.*
3 *Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris.*
4 *Præcarium rei pignoratæ dissoluatur resoluto pignore per pecuniæ solutionem.*
5 *Emptio nõ resoluitur nuda voluntate post traditionem interpositam, nisi actus retro similis interueniat.*
6 *Regula l. cum principalis. ff. de reg. iur. limitatur.*
7 *Constitutum non dicitur accessorium obligationis, sed traditionis, & translationis dominij. Idcoq; resoluta obligatione non resoluitur constitutum.*
8 *Nullitas potentius operatur à principio ad impediendum quàm ex post facto ad resoluendum possessionem.*
9 *Pactum resolutiuum vbicunq; interuenit, tunc transfertur dominium absq; traditione verâ vel fictâ.*
10 *Emptoris ius potentius est propter titulum emptionis, quàm creditoris propter pignus.*

DECISIO XXXV.

An constitutum possessorium adiectum hypothecæ bonorum censeatur sublatum, resoluta hypotheca.

VIgaris, quidem, sed difficilis est, quæstio, an constitutũ possessorium hypothecę bonorum adiectum resolutum censeatur, sublata hypotheca, ita vt ad acquirendam possessionem non requiratur actus retro similis traditionis veræ vel fictæ. Et partes affirmatiuas tuetur regula l. cum principalis. & l. nihil dolo. §. cum principalis. ff. de regu. iur. vbi cum principalis causa non consistit, nec ea, quæ sequuntur, locum habent, quia ea, quæ accessionum locum obtinent, extinguuntur, cũ principales res fuerint peremptę, l. 1. & 2. ff. de pecul. lega. & l. 3. ff. de rescin. vend. nam eorum naturam, & qualitates sequuntur, c. accessorium, de regul. iur. lib. 6.

1 † At constitutum accessorium est hypothecæ siue cõtractus, Bal. in l. ex testamento, in fi. C. de fideicommiss. quem refert Natta cons. 188. num. 1. ergo annullato contractu siue hypotheca etiam annullatum censetur constitutum: huic opinioni conueniunt, quæ scribunt Alex. & cæteri Docto. in l. 1. §. si vir. ff. de acquiren. possess. de constituto adiecto contractui inualido. & Socin. cons. 78. col. 1.

2 volum. 3. † vbi ait præcarium sine titulo non transferre possessionem, quem refert Decius in d. l. cum principalis. nu. 1. nec non Iaf. in l. certi condictio. §. si nummos. nu. 37. ff. si cert. petat. Craue. cons. 299. num. 3. Nat. cons. 373. nu. 42. Huicq; opinioni conuenit quod dicitur, valere argumentum à destructione antecedentis, c. cum officij de præscript. Bal. in l. conuenticulam. C. de Episc. & Cle. col. 4. Item regu. l. lex vectigali. ff. de pig. & l. 1. C. si

3 pignus pig. dat. sit. † quòd resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, cui adstipulatur gl. in l. si patronus. §. patronum. in verbo, Fauianã. ff. si quid in frau. patro. expressè enim ea inquit, quòd si rescinditur principale, id est, donatũ: ergo & accessorium, vtputa pactũ euictionis seu pœnæ, & prò hac opinione consuluit acutissimus Ruin. cons. 173. nu. 19. vol. 1. fretus auctoritate dictæ gl. & Bald. in l. 1. col. penult. C. de inoffic. testam. & in l. si absentis. C. si certum petat. Alex. in d. l. 1. §. si vir. col. 3. ff. de acquir. possess. faciunt & ea, quæ notat Dec. cons. 187. num. 4. & 247. col. 2. Hanc opinionem comprobare videtur

tex.

4 l. si debitor, & ibi Bar. ff. de præca. † vbi si debitor, qui rem pignoratam præcario rogauerat, pecuniam soluerit, precarium etiam soluitur, & Bart. in l. qui pignoris. in fin. ff. de acquiren. possess. & in l. si rem alienam. la 2. ff. de pignora. actio. concludentes, quòd quando pignoris obligatio finitur solutione, vel alia congrua satisfactione, quæ pareret debitori pignoratitiam, tũc finitur precarium, d. l. si debitor. cui deseruit regula l. generaliter. C. de Episco. & Cler. & c. cum cessante. de appella.

Contrariam tamen opinionem dictum fuit esse veriorem, per text. in l. 1. C. quando liceat ab empt. discedere. & ibi Bal. versic. quæro,

5 quid si venditor. † vbi post traditionem interpositam nuda voluntas non resoluit emptionem, si actus priori similis non intercesserit. & in l. ab emptione. & ibi glos. Barto. Bal. & Ang. ff. de pact. per quæ iura in quæstione proposita hanc partem sequitur Soci, in d. l. 1. §. si vir. vers. notabitis tamen. ff. de acquiren. possess. & ibi Aretin. col. 3. & Saysel. col. 2. in fi. Idem Aret, cons. 21. col. 2. & 3. Alex. cons. 92. num. 2. vol. 1. Ruin. cons. 32. num. 14. & sequent. vol. 1. glo. fi. in fi. in l. 1. C. de inoffi. dona. Alex. cons. 10. col. 2. vol. 1. & in hypotheca, quòd sublata hypotheca, non censeatur sublatum constitutum, Afflict. post alios decis. 139. num. 5. & seq. & pro hac opinione videtur text. in l. si rem aliquam bona fide. ff. de pigno. actio. Et facit ad hoc regula l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & l. quemadmodum. ff. de acquir. possess.

Non obstant in contrarium adducta, & primò regula l. cum principalis. cum similibus: † quia procedit, vbi eadem est ratio, &

6 natura, secus, si diuersa, secundum Dec. & Cagnol. ibi Felin. in c. cum olim. num. 5. de maiori. & obedien. & in c. treugas. num. 8. de treug. & pace: vbi dicit, id quod dicitur idem iudicari de additamento, quod de principali, procedit cæteris paribus, vt quia habent similitudinem in origine & natura, secus si accessorium requireret specialem prouisionem: & hoc etiam voluit Dyn. in d. c. accessorium. quem refert, & sequitur Lucas de Penna in l. agros. col. 2. C. de fund. limit. lib. 11. Sed in casu nostro diuersa est natura & origo constituti à principali obligatione, seu contractu: ergo resoluta principali obligatione non resoluitur constitutum, † quia

7 non est accessorium obligationis, sed traditionis & translationis dominij, secundum Bal. in d. l. ab emptione. colum. 3. vers. item non obstat. & facit l. traditionibus. C. de pact. Nam in acquirenda possessione requiritur animus & corpus, l. 1. §. 1. l. 3. in prin. & l. quemadmodum. ff. de acquiren. possess. quæ non requiruntur in obligatione.

Non etiam aduersantur Bal. in d. l. ex testamen. C. de fideicommiss. & Alex. ac cæteri Docto. in d. §. si vir. Ias. in d. §. si nummos. Crau. cons. 299. quia loquuntur, quando contractus à principio erat inualidus & ineffi-

8 cax. nam tunc per constitutũ, quod est ficta traditio, non transfertur possessio, sed cum ipso principali annullatur: secus vbi contractus ab initio esset validus, † quoniam potentius operatur nullitas à principio ad impediendum, quàm ex post facto adresoluendum possessionem acquisitam, ita Socin. respondet in d. §. si vir. col. 3. & Saysel. col. 3. Tiraq. de constit. possess. limit. 7. num. 40. & duobus sequen. estq; de mente aliorum Doctorum, in eodem §. si vir. qui omnes communiter concludunt constitutum adiectum causæ inhabili, seu contractui inualido non transferre possessionem, quando traditio est ficta, secus, si traditio sit vera.

Nec mouet l. si debitor. quia ibi expressè actum fuerat, vt tolleretur præcarium soluta pecunia: ideò nimirum si resoluitur sublata hypotheca, ita Aret. respondet d. cons. 21. col. 3. post Bart. in d. l. ab emptione. col. 3. num. 8. Idem dicendum est, si in prima obligatione esset pactum resolutiuum cum clausulis, de quibus per Dec. cons. 187. num. 4. post Bal. Domi. Paul. de Cast. & Corne. per eum allegatos, Rub. cons. 58. num. 2.

Vel potest responderi, aliud esse in præcario, de quo in d. l. si debitor. quia nunquam possidet simpliciter per se, sed ad vtilitatem creditoris, secus autem in emptore, qui ad

9 sui vtilitatem possidet: ita respõdet Bar. in d. l. ab emptione. nu. 8. † quia potentius ius est emptoris propter titulum emptionis, quàm creditoris propter pignus, quod faciliùs resoluitur: & Bart. refert & sequitur Aret. in l. qui pignoris. in fi. ff. de acquiren. possess. quæ responsio non est tuta ex his, quæ scribit Tiraquel. de constit. poss. limita. 29. num. 9. qui hanc opinionem sequi videtur, quam secutus est Senatus in causa Iorij Fazolij, & Petri Mazuchi ciuium Hepporediæ.

Primam tamen opinionem puto de iure veriorem ex ratione, l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquir. rer. dom. & §. interdum. Instit. de rer. diuis. quib. disponitur, dominium rei alienę penes aliquem existentis nuda voluntate domini sine traditione acquiri detentori, quia eo ipso, quòd dominus patitur ex aliqua causa rem suam apud aliquem esse, eius efficitur, patientiaque loco traditionis habe-

habetur, quæ ratio multò magis locum habere debet in debitore, penes quem res creditori hypothecata remansit, non obstante constituto, cum semper apud eum fuerit dominium rei hypothecatæ, ita tenet Natta d. consil. 373. nume. 41. & seq. post Alb. Fulgo. Castren. Imo. & Ias. per eum citatos, quos ante Nattam retulit Tiraq. in d. limi. 29. nu. 5. quibus addo Deci. consil. 614. nu. 8. vers. & cum Saluator prædictus. Purpura. in l. certi condictio. §. depositi. col. 1. ff. si cer. pet.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, qui se constituit possidere nomine emptoris, ab actione ex vendito liberatur, quod late hic disputatur.*

2 *Constitutum, licet ficta traditio esse dicatur, per illud tamen vera possessio acquiritur.*

3 *Factio, quando idem operatur, quod veritas, licet arguere de casu ficto ad casum verum.*

4 *Glo. in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. empti. declaratur.*

5 *Venditorem per constitutum non liberari actione ex empto, communi opinione receptum est.*

Venditor vbi tenetur rem venditam præstare, & tradere intelligitur de vera, actuali, & propria traditione, non de ficta. nu. eodem.

6 *Legatarius agere actione personali potest, vt res ei legata realiter tradatur, licet in eum translatum ipso iure fuerit dominium.*

Stipulatio fundum tradi intelligitur de vacuo, & à nemine detento.

DECISIO XXXVI.

Emptor an agere possit ad actualem, & realem traditionem rei emptæ, non obstante constituto in contractu apposito.

IN causa Iacobini Pichi ciuis Alexandrini aduersus D. Antoniū de Aduocatis Vercellensem, quęsitum fuit, an emptor agere ex empto possit, vel excipere rem emptā non realiter, seu actualiter traditam fuisse nō obstante constituto possessorio, quo venditor se tenere, ac possidere rem venditam nomine emptoris constituit? Et pro parte negatiua tex. videtur in l. quod meo. ff. de acquiren. possess. & in c. cum venisset. de restit. spolia. vbi per constitutum is possidere dicitur, cuius nomine possidetur, & tunc tradita res dicitur, iuxta glo. in l. 2. in verbo, traditam. C. de acquiren. possess. glo. fi. in prin. in l. ab emptione. ff. de pac. & ibi Bart. nu. 7. vbi expressē tenet † venditorem, qui se possidere rem 1 venditam constituit nomine emptoris actione ex empto conueniri amplius non posse, à qua liberatus per constitutum fuit, sed rei vendicatione, vel interdicto, vti possidetis, quod expressē sentit gl. fi. in l. si cum fundum. ff. de contrahen. emp. & Bar. sequitur Ias. nume. 13. qui dicit, idem sensisse Bal. Saly. & Fulgo. Mathes. sing. 170. post Butri. in d. l. ab emptione. Alexan. consil. 27. nume. 5. volum. 1. & in l. Pomponius. §. si is, qui. col. 3. versic. quid econtra. ff. de acquiren. possess. dicens, glo. illam esse magis communiter approbatam, Ias. in §. actionum. nume. 148. admonet emptorem in practica, ne stante constituto actione ex empto agat ad tradendum, sed rei vendicatione, publiciana, aut interdicto, vti possidetis, alias succumberet, quem refert Tiraq. de constit. possess. in prima par. nume. 35. & ita tenet Vital. in tractatu clausularum. versicu. clausula constituit se precario. nume. 12. col. 64. Bello. consi. 35. nu. 12. Neuiza. consil. 37. num 19. concludens per constitutum venditorem dici impleuisse. huic opinioni famulatur communis conclusio, de qua per Ias. in l. quotiens. nume. 14. C. de rei vendic. vbi inquit, quod si venditor duobus rem eandem vendat, & primi emptoris nomine se constituat illam possidere, postea verò secundo emptori eam actualiter tradat, attamen primus emptor secundo præferretur, tanquam eidem primo tradi- 2 ta per constitutum fuerit, & ratio est, † quoniam licet constitutum sit ficta traditio, attamen non minus operatur, quàm vera, & per illud vera, ac propria possessio acquiritur, l. certè. §. 1. ff. de prœca. Ias. in §. actionum. num. 149. post Bal. Imo. & Butri. quos allegat Tiraq. de constit. possess. prima par. nu. 2. † quando autem casus fictus idem operatur, quod 3 verus, licet tunc ex casu ficto ad verum arguere, l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. ita Ias. arguit in terminis nostris in d. l. ab emptione. nu. 11. ff. de pac.

Non obstat gl. in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. emp. quæ in contrarium allegatur, quia † secundū Ias. in l. ab emptione. proprie 4 ea loquitur, quoniā venditor se precario possidere nomine emptoris constituit, quo casu liberatus venditor non est ab actuali traditione, cum in emptorem translata non fuerit possessio naturalis, sed ea penes precario possidentem remanserit, l. habet. §. eum, qui precario. ff. de prœca. in rū ideo non est, si conueniri ad tradēdum actualē possessionē potest, secus verò, vbi simplex cōstitutum esset, quia tūc ciuilis, & naturalis est translata, & hęc interpretatio est de mēte Bal. in d. l. ab emptione. col. 3. Alex. verò d. cōsi. 27. nu. 5. & in l. Pōponius. §. si is, qui precario. dicit illā gl. intelligendam, qñ emptor precario rogatus esset

à venditore, quia tunc cum ad eius libitum reuocare possessionem valeat venditor, propterea à reali traditione liberatus venditor non dicitur, cum emptor in possessione potior non sit, & hanc Alex. interpretationem ad illam glo. sequuntur Bal. & Castren. conuenitq; textui, qui intelligi necessariò debet de præcario, & sic naturali possessione emptoris, qua causante habet facultatem faciendi fructus suos, & ob id ad vsuras tenetur. In casu autem nostro negari non potest, quin inter se pugnent Alex. & Ias. hic enim vult venditorem præcario ab emptore possidentem, ab actione ex empto non liberari ad tradendum actualiter rem venditam propter naturalem possessionem, quæ apud eũ remansit, d. §. eum, qui præcario. Ille autem dicit venditorem liberari, cum possit emptor ad libitum reuocare, & per consequens sit potior in possessione. hanc tamen opinionem, quatenus vera sit, limita, vt in addit. ad Ang. in d. l. ab emptione. col. fi.

Contraria autem opinio visa fuit de iure verior, & frequentiori calculo recepta, pro qua allegatur glo. notab. in l. Iulianus. §. ex vendito. in verbo, Precaria. ff. de actio. emp. quam sequuntur Bald. in d. l. ab emptione. col. pen. Ange. col. fi. Pau. de Cast. in fi. Alexan. consil. 28. num. 5. vol. 2. dicens, hanc esse magis communem, & veram opinionem,
5 per tex. in l. ex empto. ff. de act. emp. † vbi venditor rem venditam præstare tenetur, id est tradere, & intelligi debet de vera, naturali, & propria traditione, non autem de ficta, ciuili & impropria, l. fi. vbi Bal. C. de his, qui veni. ætatis impetr. l. pen. §. doceri. ff. ne quis eum, qui in ius voca. est. & l. non aliter. ff. de lega. 3. sequitur Deci. consi. 281. num. 3. Corn. consi. 343. col. 3. vol. 1. addens, ab hac opinione in decisiuis recedendum non esse, quos refert & sequitur Tiraq. pluribus aliis additis de constitu. poss. parte prima. nu. 10. Eandem opinionem corroborat Ias. in d. l. ab emptione. nu. 12. vnde argumento simili, †
6 licet rei legatæ dominium à morte testatoris in legatarium transeat, l. à Titio. ff. de fur. nihilominus potest etiam agere legatarius actione personali ex legato, vt res legata ei actualiter tradatur, & sic per naturalem actum acquiratur eidem verum & proprium dominium, l. 1. & 2. C. commu. de legat. quod fundamentum, quamuis Ias. sibi adscribat, fuit tamen Bal. in d. l. ab emptione. col. pen. vbi allegat glo. expressè hoc dicentem in §. nostra. in verbo, Pro hypothecaria. Institu. de lega.

Non obstat glo. in d. l. ab emptione, cum aliis suprà in contrarium adductis, quia intelligi debent respectu traditionis iuris, à qua liberatus per constitutum censetur, secus verò, quo ad actualem traditionem facti, quia ab ista liberatus non est, & ita respondent Bal. Ang. Castren. Deci. & Tiraq. locis proximè allegatis, quibus addo Rui. consi. 94. nu. 1. vol. 1. Franc. Viuium in suis communibus conclus. in verbo, Venditor nõ tenetur. concludens hanc esse communem opinionem Bapt. Villalobos in suis communibus conclusionibus, in verbo, Venditor. nu. 12. quos post hæc scripta vidi, & adstipulantur notata per Bar. in l. datio. §. si emptor.
7 in primo not. ff. de actio. emp. quòd † qui stipulatur fundũ tradi, intelligitur vacuum, & à nemine detentum seu possessum. Et hanc partem tenuit pract. Papien. in forma libelli in causa vẽditionis, in verbo, Ad tradendũ, per tex. in l. fundi partem. ff. de contrah. emptio. & in l. si hæres. ff. de actio. emp. Et ita censuit Senatus admittendam esse actionẽ, multò magis exceptionem prædictam ab emptore, vel eius hærede rei non actualiter traditæ non obstante constituto.

SVMMARIVM.

1 *Tabellio per se audire negotium, & per semetipsum scribere, non alteri delegare debet.*
2 *Protocollum suspectum redditur propter diuersitatem manus.*
3 *Subscribens, virtualiter omnia præcedentia scribit, de quibus notitiam habuit.*

DECISIO XXXVII.

An instrumenta aliena manu conscripta fidem faciant, & possit notarius Instrumentum scribendum alteri delegare.



Vidam notarius de pluribus Instrumentis rogatus in quodam protocollo plura Instrumenta aliena manu conscripta inseruit, & in fine eius voluminis posito signo tabellionatus in hunc modum subscripsit: Suprascripta Instrumenta, licet aliena manu pro maiori parte scripta rogatus recepi, &c.

Quæsitum fuit, an Instrumenta aliena manu scripta fidem faciant? Et videbatur dicen-
1 dum, fidem non facere, † cum tabellio per se audire negotium, & per semetipsum scribere, non alteri delegare debeat, auth. de tabel. in prin. & §. nos autem. & ibi Ang. quem refert & sequitur Feli. in c. inter dilectos. nu. 28. de fide Instrum. Lanfran. in repe. c. quoniam cõtra. in verbo, Instrumentorũ productiones,

tiones, vbi ponit duas regulas, alteram negatiuam, quod notarius rogatus de Instrumento, non potest alteri suam rogationem, nec etiam imbreuiaturam scribendam committere. Altera est affirmatiua, quòd notarius, qui Instrumentum perfecit, potest alteri notario scripturam Instrumenti mandare ab eo extrahendam, si impeditus fuerit, hāc etiam distinctionem facit Bald. in rub. C. de fide Instrum. col. 7. versic. sed hic dubitatur. quæriens, an notarius de aliquo Instrumento rogatus, committere alteri possit, quod scribat Instrumentum, seq; subscribere. Et distinguit. Aut loquimur de protocollo: & tunc non potest, vt in d. auth. de tabell. in prin. aut loquimur de sumpto à protocollo: & tūc potest, si fuerit impeditus instante necessitate, vel negociorum multiplicitate, dum tamen se subscribat & signo muniat: idq; est etiam de mente Bar. in l. quædam. §. nihil interest. nu. 4. Castren. nu. eodem. & Ias. num. 9. ff. de eden. Alexan. consil. 41. nu. 2. & 3. vol. 1. cons. 139. nu. 4. & 5. & consi. 153. num. 15. vol. 2. Idem firmat Bart. in l. diuus. §. Item Senatus. ff. ad leg. Cor. de fal. per tex. in l. fi. §. quòd si ignarus. in illis verbis, Vel subscribere impeditur. C. de iure delib. facit etiam glo. fi. in c. cū tabellio. de fide Instru. & quæ scribit Boer. decis. 36. nu. 9. vbi post alios per eum citatos dicit esse communem opinionem legistarū & canonistarum, alteri etiam notario non posse committi ingrossationem alicuius Instrumenti. Imò † ob diuersitatem manus protocollum suspectum redderetur, argu. §. & quod sæpe. in authen. de trien. & semis. per quem ita Bald. notat in l. contractus. col. 4. versi. deinde quæro. C. de fide Instru. quē sequitur Alex. d. consi. 41. in prin. vol. 1. Rui. consil. 51. nu. 12. volu. 5. Natta in repeti. auth. quod sine. nu. 6. C. de testa.

Contrariam opinionem dixi posse defendi ex tex. in c. cum redemptor. 12. quæst. 2. quem ad hoc citat Ab. in d. c. inter dilectos. col. 6. versi. oppono tertiò, de fide Instru. addens ita consuluisse Cardi. videlicet notariū posse etiam per alium priuatum Instrumentum scribere, dummodo ipse, qui fuit rogatus, se subscribat, quia tabellionis industria non in scribendo eligitur, verùm vt fidem gestis det, quam satis præstat se subscribendo, & ita multis in locis de consuetudine obseruari dicit. Pro hac opinione vrget doctrina Ange. quem sequitur Alex. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. col. 1. ff. de verbo. obliga. vbi latissimè Alcia. post Ias. Natta in d. auth. quod sine. quæst. 24. C. de testa. dicēs, Docto. ita communiter tenere, † quòd subscribens dicitur virtualiter scribere omnia præcedentia, de quibus notitiam habuit, cū quo concordat Domini. in c. si propter. de Rescript. in 6. quem sequitur Barba. in addi. ad Abb. in d. c. inter dilectos. confert etiam vulgata regula, Qui per alium facit, per seipsum facere videtur, c. in fi. de iureiuran. lib. 6. Et hanc partem tenuit Bal. in authen. sed nouo iure. col. 2. versic. tertiò quod notarius. C. si cer. peta. Alex. quoq; cōsi. 14. nu. 14. vol. 6. post Anchara. consi. 240. siue 243. quos refert & sequitur Dec. consi. 11. nu. 16. & consil. 447. nu. 9. & 10. dicens, ita de consuetudine obseruari, & in authen. si quis in aliquo. nu. 16. C. de eden. eam etiam sequitur Feli. in d. c. inter dilectos. nu. 27. & in c. quoniam cōtra. nu. 43. & seq. de probat. vbi ponit regulam cum sex limitationibus, & ibi etiam Dec. col. 28. & 29. late Paris. consil. 2. nume. 120. & consil. 28. nu. 28. & seq. vol. 2. vbi ad adducta in contrarium respondet post Abb. Alexan. Castren. & alios, quos allegat: idem sentit Rub. consil. 94. Cra. consil 72. nu. 3. Et iuxta hanc opinionem censuit Senatus in causa domini Bertoni ab Azelio contra Eusebiū Syrium, stante præsertim forma Ducalis decreti sub rubr. de modo seruando, contra oppositiones, quas contra Instrumenta fieri contingit, fol. 62. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Tertius opponens se ratione suæ possessionis, an impedire possit executionem sententiæ.*
2 *Tertius non vocatus turbari in sua possessione non debet, nec Principis rescripto, nec iudicis interlocutoria.*
3 *Res inter alios acta, aliis præiudicare non debet.*
4 *Executio vbi fit in re petita à conuento possessa, tunc tertius se opponens executionem non impedit.*
5 *L. fi. C. si per vim vel alio modo. declaratur. nu. eodem.*
6 *Regula, Res inter alios acta, limitatur.*
7 *In summario remedio sufficit semiplena probatio, prout in remedio executiuo.*
8 *Executio sententiæ propter præsumptam malitiam impediri non debet.*

DECISIO XXXVIII.

Executio sententiæ an impediri possit per tertium se opponentē vigore suæ possessionis.

Obtenta sententia in interdicto recuperandæ, seu reintegrandæ possessionis aduersus conuentum intentato, quem insolidum possidere cōstabat, quæsitum fuit, an tertius se opponens ratione suæ possessionis, ad quam probandam se admitti petebat, possit impedire executionem dictæ sententiæ?

1 Et †prima fronte visum fuit, posse impedire, l.fi.C.si per vim vel alio modo absen. posse.
2 fue. pertur. iuncta glo. 1. † vbi non vocatus turbari in sua possessione non debet, nec Principis rescripto, nec iudicis interlocutoria, per quem tex. ita tenet Barto. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. colum. fi. versic. quæro secundò, post glo. in verbo, Fiat. ff. de re iudi. & sequuntur ibidem communiter Doctores. Et pro hac opinione videtur decisio Rotæ 149. & 438. in nouis, secundum antiquam impressionem, quam refert & sequitur Ab. in c. veniens. col. 3. versi. quid autem, si sententia lata sit in possessorio recuperandæ. & ibi Areti. col. 4. versi. quintò adde dictis. Feli. colum. 4. versi. quarta conclusio. de testi. concludentes, tertium prætendentem interesse, posse executionem impedire aduersus petentem se restitui in possessionem rei, qua fuerat spoliatus.

3 Nec obstare videtur dicta sentētia, † quia res est inter alios acta & iudicata, quæ alijs nocere & præiudicare nō potest, C. quib. res iudi. non noce. & C. res inter alios acta. l. sæpe. & ibi latè Alex. ff. de re iudica. & in terminis nostris videtur tex. in c. cum super. de senten. & re iudi. Boer. decis. 79. nu. 1.

Contraria opinio visa est in casu nostro de iure verior, per ea, quæ Inno. scribit in d. c. veniens, de testi. quem Bar. refert & sequitur in d. l. à diuo Pio. §. si super rebus. col. 2. num. 3. versi. si verò illa res non vacabat. ff. de re iud. & ibi Ias. nume. 17. Abb. in allegato c. veniens. col. 3. versi. quandoq; retentis illis terminis. & ibi etiam Feli. col. 3. versic. quar-
4 ta conclusio. † vbi quando executio petitur in re petita à conuento possessa, tertius se opponens executionem non impedit, saltem præstita cautione de restituendo rem, seu possessionem illi tertio in casum victoriæ, l. is, à quo fundus. & l. seq. ff. de rei vend. Abb. consil. 82. col. 4. in fi. volum. 1. Boer. d. decis. 79. nu. 2. quam conclusionem post hæc scripta legi diserte tractatam à Dida. lib. practi. quæst. c. 16. nu. 2. vers. quo fit. affirmante post Aret. & Feli. istam esse communem opinionem, Rebuf. in tit. de Arest. & opposi. contr. artic. 1. glo. 1. num. 22.

Non obstant in contrarium adducta. Et primò l. fi. C. si per vim vel alio modo, cum alijs supra adductis, quia intelligi debent, quando constabat saltem summariè, tertium se opponentem possidere, & sic de interesse opponentis, iuxta ea, quæ notabiliter Fe-
5 li. tradit in d. c. veniens. nu. 13. in fi. † inquit enim petentem se admitti ad impediendam iudicati executionem pro suo interesse, ante omnia debere edocere de suo iure apparenter, huiusmodi autem interesse intelligi debet respectu executionis. Ab. cons. 3. col. 10. vol. 2. At in casu proposito constabat condemnatum possidere, & non tertium: ergo impediri talis executio non debet. & hæc responsio videtur de mente gl. in d. §. super rebus, in verbo, Fiat.

Non etiam obstat decisio Rotę 438. cū alijs concordātibus suprà allegatis: quia intelligi ea debet in terminis, in quibus loquitur, hoc est, vbi procederet periculum animarū, quia tunc differtur executio, Ias. in d. §. super rebus. nu. 18. Vel responderi secundò potest, & iudicio meo melius, quod saltem semiplenè, & apparenter cōstabat de iure ipsius tertij, vt suprà dictum fuit, secundum Feli. in d. c. veniens. nu. 13.

6 Nō obst. regula, res inter alios acta, † quia debet intelligi, quoad plenum & irreparabile præiudicium, secus, quoad semiplenum præiudicium, l. 2. & ibi glo. in verbo, Præiudicari. C. quib. res iudi. non noce. & glo. in l. si duo, in prin. in verbo, Habiturum. ff. de iureiuran. Alex. in d. l. sæpe. col. 23. & seq. ff. de re iudica. & in consi. 86. col. 2. lib. 2. Dec. cons.
7 42. nu. 11. † quæ semiplena probatio sufficit in tali remedio summario, prout est huiusmodi executio, maximè vbi etiam saltem semiplenè non constat de iure tertij se opponentis, Feli. in d. c. veniens. nu. 13. & seq. quo casu talis executio est modici præiudicij, cum retractari facile possit cognitis iuribus opponentis, Feli. in eodem c. veniens. et ex hoc respōdetur ad c. cum super. vbi sententia fuit lata super statu rei, de qua litigabatur, & sic super petitorio: nec. n. constabat victum possidere: & ita Senatus censuit in causa R. D. Scipionis Agatiæ contra Franciscum Ritium de Auigliana, videlicet dictam executionem impediendam non esse, saltem media dicta cautione, cum non appareat de aliquo iure ipsius D. Scipionis, nec concludat eius possessorium per eum allegatum fuisse ante iudicium ceptum, quo fit, vt præsumptio sit, conuentum dolo desijsse possidere cum sit frater D. Scipionis, vt in simili casu conclu-
8 dit Guido Pap. q. 81. † Et ob talem præsumptam malitiam non debet impediri executio sententiæ, Feli. in c. licet causam. col. 3. de proba. c. suscepta. de in integ. restit. Fel. in d. c. veniens. nu. 10. Dida. loco supra citato, nu. 1. in fi. & nu. 2. fuit tamen admissus ad probandum possessorium deductum.

SVMMARIVM.

1 *Immunis ab oneribus militaribus nullus, quouis priuilegio suffultus, esse dicitur.*

2 Ab vniuersitate ad hoc, vt legitime aliquid factum esse appareat, requiruntur duæ partes de tribus ipsius ordinis decurionum.

3 Vniuersitas ad hoc, vt obligetur, requiritur, vt simul congregati sciuerint & consenserint.

4 Relatio, in qua sciri specificè non potest, quid in instrumento conuentionis contineatur, ad quod laudum se refert irreleuatoria est.

5 Arbitrorum potestas à compromisso pendet, quæ ex tẽporis longitudine non præsumitur, nisi probetur.

6 Confessio procuratoris, aut syndici non nocet domino, nec vniuersitati, præsertim, quando est facta per modum voluntariæ iurisdictionis.

7 Productio scripturæ facta in parte & pasibus pro se tantum facientibus, quid operetur.

8 Confessio resultans ex productione alicuius scripturæ non præiudicat producenti, nisi ab aduersa parte acceptata sit scriptura.

9 Confessio ex productione resultans non præiudicat, quoad ea, quæ enunciatiuè in scriptura sunt posita.

10 Producens instrumentum, non videtur omnia simpliciter fateri, sed catenus tantum, quatenus instrumentum probat.

11 Confessionis tacitæ, siue expressæ reuocatio fieri potest.

12 Quod nullum est, confirmari non potest.

13 Confirmatio præsupponit præexistentiam iuris quæsiti, & illi commensuratur, quod confirmatur.

14 In priuilegio immunitatis, quantumuis generali Princeps non præsumitur casum belli insolitum, & necessariam defensionem status concernentem comprehendisse.

15 Immunitas ab ordine ciuitatis Doctoribus & Medicis concedi potest.

16 Geminatio arguit validitatem actus, qui geritur.

17 Priuilegia etiam inualida, si sint confirmata ex certa scientia Principis valent.

18 Princeps potestatem habet concedendi exemptiones à quibuscunque muneribus.

19 Immunitas concessa domino extenditur ad colonos.

20 Communis Doctorum conclusio in l. si ex toto. de lega. 1. vt scilicet non extendatur immunitas ad onera belli, limitatur & nu. 21.

21 Mandatum ex antiquitate temporis præsumi, Bal. sibi contrarius tenuit.

23 Ex productione scripturæ aduersarius iuuare se potest, cum producens contenta in ea dicatur approbare.

24 Instrumenti nullitas dependens ex causa proueniente à voluntate producentis tollitur, cũ producendo instrumentum quis dicatur illud approbare.

25 Appellans à sententia lata contra falsum procuratorem, gesta falsi procuratoris ratificare videtur.

26 Productio instrumenti facta cum protestatione in parte & pasibus, non obstat, quo minus instrumentum fidem faciat contra producentem, quæ opinio communis iudicatur. et nu. 33.

27 Probationem suam fundans ex epistola ab alio facta, si consentit in his, quæ erant contra se, statur epistolæ, alias secus.

28 Protestatio declaratoria voluntatis nullum habet effectum in his, quæ à voluntate protestantis non dependent.

29 Capitula connexa, & separata, quæ dicantur.

30 Verba enunciatiua, prolata à partibus, inter quas negotium geritur, probationem inducunt, idem & in verbis enunciatiuis necessarijs ad actum.

31 Doctrina Bar. in l. post legatum. ff. de his, quib. vt indig. declaratur.

32 Producens testamentum solemne, illud approbare videtur, licet fuerit præteritus.

34 Procuratoris confessio domino præiudicat, in quo Bal. lectura emendatur.

35 Procuratoris falsi confessio domino non nocet.

36 Syndici confessio vniuersitati nocet.

37 Procuratori cum libera contrahere est permissum.

38 Confessiones ex libello & positionibus resultantes in modum contentiosæ iurisdictionis factæ dicuntur.

39 Confessio procuratoris, & propria reuocari potest, dum modo error & res aliter se habere probetur, quod tamen in republica, & minore locum non habet.

40 Confessio resultans ex productione Instrumenti, reuocari non potest, nisi falsum Instrumentum probetur.

41 Instrumentum in actis productum, dicitur esse de actis, & sic commune.

DECISIO XXXIX.

Vniuersitas, an ciues cogere possit ad solutionem onerum militarium, non obstante priuilegio, siue transactione cum illis inita, & verbis generalibus concepta, quòd ab omnibus muneribus immunes sint.

EX actis vertentibus inter magnificam vniuersitatem Vercellarum petentem medicos, & chirurgos ciuitatem incolentes ad solutionem onerum militarium, & à bello dependentium pro rata æris, & registri vniuscuiusq; compelli, contradicentibus medicis, & chirurgis, se non teneri prædicta onera subire, stantibus transactione laudo, ac priuilegio Ducali, de quibus in actis quæritur, an iustificata sit vniuersitatis petitio, an verò exceptione aliqua elisa? Et prima facie dicebatur, actionem esse iuris dispositione probatam, & non exceptione vl-
1 la elisam, † quoniam regulariter nullus quouis priuilegio suffultus, etiam domus ipsa Augusta ab huiusmodi muneribus immunis est, l. sunt munera. ff. de vaca. muner. l. vacuatis. C. de decur. lib. x. l. 1. 3. & fin. C. de mune. patrim. & toto titulo. C. quibus muneri. seu præsta. nemi. liceat se excusa. lib. x. in titu. vt nemi. liceat in empt. specie. se excusa. & de immuni. nemi. conceden. eodem. lib. Docto. communiter in l. si ex toto. ff. de lega. 1. quibus addo, quæ cogerit Neuiza. cons. 66. nume. 5. & seq.

Nec obstare videtur prædictum Instrumentũ conuentionis, Anno 1528. factæ, quia de mãdato, seu potestate trãsigentiũ nomine

vniuersitatis, non constat: licet enim in dicto Instrumento appareat de quadam prouisione ex decreto ordinis sapientum dictæ
2 ciuitatis facta, attamen † non apparet fuisse duas partes de tribus dicti ordinis, prout requirebatur, l. nulli. & l. sequen. ff. quod cuiusq; vniuersi. nomi. & dato, quòd duæ partes interfuissent, non propterea liquet, prædictos transigētes fuisse sollicitatores, & ex deputatis (vt aiunt) vniuersitatis, prout ex dictæ prouisionis forma requiritur, Deci. cons. 434. nu. 3. & 4. & ad id faciunt cumulata in additio. Felin. in c. examinata. num. 5. de iudi. & Hyppo. in practica. §. quoniam. nu. 52. vbi plura de probanda qualitate in aliqua dispositione requisita scribunt.

Non etiam officit, quod dici fortasse posset, vniuersitatem habuisse scientiam dictæ conuentionis, & non contradixisse longo
3 tempore, & consequenter consensisse: † quia ad hoc, vt ex huiusmodi scientia, & consensu vniuersitas obligetur, requiritur, quòd simul congregati sciuerint, & consenserint, Dec. d. cons. 437. num. 3. post Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Feli. in c. cum omnes. de constitu. nume. 14. Imò eodem consil. Dec. inquit, versic. tertiò respondeo. quòd talis scientia, & taciturnitas articulari, & probari debet. At in casu nostro non apparet, quòd in vniuerso congregati consenserint, neque articulata aut probata fuit taciturnitas: ergo non est inducta obligatio, nec ratificatio vniuersitatis. Nec releuat, huiusmodi conuentionem esse relatam in Laudo, de quo in actis per annum, mensem, & diem, & cum nomine notarij, qui conuen-
4 tionem recepit: † quia cum relatio eo modo non fiat, quo possit specificè sciri, quid in ipso conuentionis Instrumento contineatur, non videtur releuatoria, ita nos docet Pau. de Cast. consil. 139. num. 5. in antiquis. quem refert & sequitur Cra. de antiqui. tempo. in 2. part. nu. 4.

Minimè etiam obstat assertum laudum, quia similiter non constat de potestate proferentium ipsum laudum, & sic de compro-
5 misso, † à quo auctoritas omnis & potestas arbitrorum dependet, l. non distinguemus. ff. de recept. arbit. cum similibus: nec ea ex cursu longi temporis, etiam mille annorum præsumitur, Bal. & Saly. in l. 1. C. de reb. alie. non alienan. & in l. 2. C. si ex fal. Instrumen. Alexan. in l. sciendum. colum. 4. ff. de verborum obligatio. & cons. 1. num. 19. vol. 4. Dec. consil. 437. Afflic. decis. 368. nu 9. & alij citati à Viui. in dicto verbo, Mandatum. num. 2. adeò quòd ad probationem talis potestatis non defertur iuramentum suppletiuum. Iaf. in l. admonendi. num. 112. in secunda lectura. ff. de iureiuran.

Nec nocere videtur eiusdem laudi productio à syndico ciuitatis facta, quasi ex ea tacita resultet iudicialis confessio contentorum in dicto laudo, vulga. l. cum precum.
6 C. de liberal. cau. † quoniam procuratoris confessio domino obesse non debet: Bal. in c. suborta. in primo nota. per illum tex. de re iudi. latissimè in l. 1. col. 15. vers. his præmissis. C. de confess. præsertim cum ea à syndico facta fuerit per modum voluntariæ iurisdictionis, Bar. in l. certum. §. sed an ipsos. num. 2. ff. de confessis. quem refert ac sequitur Aufrer. in addit. Capel. Tolo. quæstio. 391. Alexan. consi. 86. num. 4. & consi. 222. col. 4. circa finem. vol. 2. & consil. 66. nu. 22. vol. 6. Feli. in c. 1. nu. 15. post Abb. vt lite non contesta. non proceda. latissimè omnium Paris. consil. 115. nume. 21. & sequen. vol. 1. Flo. in l. proinde. §. 1. ff. ad leg. Aquil.

Responderi etiam potest, prędictam productionem fuisse in parte & passibus, prov-
7 niuersitate tantum facientibus, factam, † quo casu in alijs capitulis contrafacientibus separatis productio non obest, vt concludit Bar. in l. Aurelius. §. idem quęsijt. versi. quare dic latiùs. ff. de libera. lega. quem sequitur & dicit communiter approbatum Iaf. in. §. item si quis postulante. nu. 21. & seq. Instit. de actio. Guid. Pap. quæst. 503. & in terminis productionis, cum ea protestatione, Produco in parte & passibus. Alberi. in l. 1. §. æditiones. nu. 13. ff. de æden. Specu. in titu. de Instru. æditio. §. sciendum. versi. quid si produco. Feli. in c. cum venerabilis. nu. 23. de excep. & in c. imputari. in fi. de fide Instrumen. vbi post Inno. ait, hanc communem esse opinionem, quæ præsertim procedit, quando aduersarius protestationi non contradicit: Dec. in c. cum venerabilis. colum. 15. in prin. de exceptio. Rippa in c. cum M. Ferrariensis. nu. 79. de constitu.

8 Vel dici etiam potest, † confessionem, ex dicti laudi productione resultantem, Medicis & chirurgis non prodesse, cum ab eis acceptata non fuerit, quinimo ei contradixerint, & opposuerint de scriptura priuata laudi: ita concludit Paris. d. consil. 115. num. 31. post Bar. Bal. Alex. Innoc. & Feli. per eũ allegatos, adducens reg. c. ex eo. de reg. iur. in 6. & dato, quòd ex huiusmodi productio-
9 ne resultaret cõfessio, † attamen ea non procedit, quoad ea, quæ ibi enunciatiuè posita leguntur, Alexan. consil. 16. colum. 3. versic. præterea etiam scriptura. volum. 5. Felin. in c. cum

c. cum venerabilis. nu. 23. de except. Iaſ. in l. contra. §. 1. num. 13. & 14. ff. de pact. & in l. ſi cui. la 2. ff. de lega. 1. poſt Bart. ibi. & ad hoc facit doctrina Bar. in l. poſt legatum. col. 1. in
10 fi. ff. de his, quib. vt indig. † dicens, producentem Inſtrumentum non omnia ſimpliciter confiteri, ſed eatenus, quatenus Inſtrumentum probat: hanc Bar. doctrinam refert, & ſequitur Alex. conſ. 124. num. 4. verſ. non obſtat. vol. 7. & in conſ. 108. col. 2. verſ. quia reſpondeo. vol. 5. At Inſtrumentum laudi minimè probat compromiſſum, ſeu poteſtatem, vt ſuprà latè dictum eſt, nec etiam conuentionem relatam de ſe inualidam probat: ergo ex illa productione fateri non dicuntur, argum. nota. per Afflict. deciſ. 25. num. 5. & 6. quem refert Crauet. de antiq. tempo. in prima part. num. 119. in fin.

Huc præterea accedat, † quia præmiſſis
11 omnibus ceſſantibus, dicitur videri ſublatam aſſertam tacitam confeſsionem, & expreſſam ex renouatione inde ſubſecuta, quæ fieri potuit, Innoc. in c. 1. num. 17. vt lite non conteſta. non proceda. & ibidem Feli. num. 16. Aufrer. in additio. Capellæ Tolloſ. quęſt. 391. Alex. conſ. 86. num. 4. vol. 2. & conſ. 91. num. 7. vol. 6.

Nec aduerſatur Innocen. dictum in c. cum olim, de cenſibus, vbi tenere videtur, confeſsionem tacitam ex Inſtrumenti productione inductam reuocari non poſſe, niſi Inſtrumentum falſum probetur: quia illud intelligi debet, quoad ea, ſuper quibus Inſtrumentum fidem facit, cum ſublata confeſsione remaneat Inſtrumentum, aliàs non, Bellamer. deciſ. 395. quam refert & ſequitur Felin. in d. c. 1. num. 19. vt lite non conteſta. non proceda.

Non obſtat ſimiliter enunciatum priuilegium dictæ conuentionis confirmatorium, quod eſt, Quondam Ducis Caroli proximè defuncti: quia cum dicta conuentio ſit nulla, vt pote non ſeruatis ſeruandis facta, vt deductum ſuprà fuit: ergo confirmari eadem non potuit: nam quod nullum eſt, confirmari nequit, l. obligari. §. tutor. ff. de auctio. tuto. l. non dubium. C. de legi. Accedat, quia paria ſunt non fieri, & perperam fieri, l. nulla. ff. de
12 auctori. tuto. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. † & quod non eſt cõfirmari minimè poteſt, cum non entis nullæ ſint qualitates, l. eius, qui in prouintia. ff. ſi cert. petat. At hæc conuentio perperam facta fuit, vt ſuprà probauimus, quo fit, vt pro infecta haberi debeat, nec
13 confirmari poſsit: confirmatio † enim præexiſtentiam iuris quæſiti præſupponit, ad illudq; commenſuratur, quod confirmatur, Pariſ. conſ. 25. num. 8. poſt Bal. & Alexan. per eum citatos, vol. 1. Quòd ſi dicatur confirmationem ſaltem in vim noui priuilegij, & nouæ exemptionis valere, vt per plura iura latè Ancha. concludit conſ. 260. vel etiam, quòd
14 confirmari ea potuiſſet, † attamen per verba, quantumuis generalia, comprehendiſſe non videtur huiuſmodi caſum belli omnino inſolitum, & neceſſariam ſtatus defenſionem concernentem, cui ſuccurrere Princeps non poteſt, niſi ſubditos ſuos grauet, ideò non præſumitur Princeps de eo, veluti publicæ vtilitati contrario, ſenſiſſe: ita decîdit notanter Rippa in l. ſi ex toto. num. 16. & 17. ff. de legat. 1. poſt Dyn. Bart. Bal. Anchar. Panor. Barb. Alex. Socin. & Iaſ. per eum allegatos: plures cumulat Viui. in ſuis commun. opin. in verbo, Immunitas. 1. à me poſt hæc ſcripta viſus.

Contraria verò opinio, ſtantibus actis, prout ſtant, viſa eſt in caſu propoſito verior. Siquidem vera eſt, & communis concluſio,
15 † immunitatem ab ordine ciuitatis Doctoribus & medicis à quibuſcunq; onerib. etiam merè patrimonialibus concedi poſſe, l. 1. C. de decre. decurio. lib. 10. Bar. in l. ij, qui. num. 3. ff. de iure immunita. & in l. euacuatis, in fin. vbi Angel. Lucas de Penna. Ioan. de Platea. C. de decurio. lib. 10. Alex. conſ. 30. num. 8. vol. 5. ſed ex Inſtrumento immunitatis producto anno 1528. conſtat, ab ordine decurionum ciuitatis cõceſſam fuiſſe immunitatem medicis, & chirurgis collegiatis ciuitatem incolentibus: ergo obſeruanda eis eſt, eò maximè, quòd approbata fuerit laudo ſubſecuto, & à partibus emologato, prolato anno 1541. quod à tribus ſyndicis vniuerſitatis productum ſæpius legitur: ex quibus
16 conuentione, & laudo ſubſecuto, † veluti ex actu geminato, enixè ad validitatem actus, qui geritur, arguitur, Bar. in l. cum ſcimus. in fi. C. de agrico. & cenſi. lib. 10. quem refert & ſequitur Dec. conſ. 10. nu. 5. poſt Bal. & Roma. per eum allegatos. nam qui bis eundem actum facit, videtur velle, nihil contra eum opponi poſſe, quia vbi ſecunda interuenit conſideratio, ibi plena præſumitur adeſſe deliberatio, Bal. in tracta. ſchiſmatis, in titulo C. ſi quis aliquem teſta. prohib. colum. 10. verſ. præterea poſt hæc. & col. 12. verſ. vbanum namq; per tex. in authen. vt nulli iudices. §. & hoc vero iubemus. quem refert & ſequitur Dec. conſ. 15. num. 1. in fin. & conſ. 588. num. 12. Feli. abundè in c. nonnulli. num. 14. de Reſcrip. & in c. ſi cautio. nu. 39. & ſeq. de fide Inſtru. faciunt etiam nota. in l. Baliſta. ff. ad Trebellia. Deciſ. conſ. 23. num. 4. Ruin.

consl.196.num.5.vol.1. Quæ quidem Instrumenta conuentionis, & laudi emologati ex certa scientia, & de plenitudine potestatis Principis firmata leguntur, quo casu, cum prætudicium medicorum, & chirurgorum respiciat, propter onus eis iniunctum, & fauorem publicum, non posset ab vniuersitate reuocari, Seuerí. in l. omnes populi. col. 45. ff. de iusti. & iure. post Bal. & Abba. per eum adductos. Alex. d. consl. 30. col. 1. vol. 5. Grat. responso. 61. num. 17. & 18. vol. 1. hinc tradit Bar. in l. priuilegia. num. 1. C. de sacros.
17 eccles. † priuilegia etiam inualida, si sint ex certa scientia Principis confirmata, sine dubio valere, Dec. consl. 516. num. 12. & consl. 534. num. 3. Quinimo concessa legitur immunitas à Principe ex certa scientia, & de plenitudine potestatis ab omnibus, & quibuscunque muneribus & functionibus publicis, etiam propter bellum contingentibus, quæ omnino ex hoc etiam solo capite eis obser-
18 uanda veniret, † cum Princeps potestatem habeat huiusmodi exemptiones concedere, l. sunt munera. in fi. ff. de vacat. muner. quam ad hoc citat Bar. in d. l. ſi, qui. num. 1. ff. de iure immunita. & in l. vnica. C. de decre. decurio. lib. 10. & ibi Alex. Abb. in c. accedentes. colum. 3. in fin. de præscrip. post Io. And. in c. 2. de immunit. eccles. quem refert & sequitur Iacob. à. San. Georg. in tracta. de homag. num. 60. copiosissimè Barb. consl. 26. colum. 1. & 2. & ferè per totum consilium, lib. 2. loquens de Duce Mediolani, & Marchione Montisferrati, & in eo respondet ad plura, quæ in contrarium adduci possent, Alex. d. consl. 30. num. 8. & 9. volum. 5. Rippa lib. 2. responso. c. 7. num. 11. plenè Paris. consl. 69. volu. primo, scribens de Marchionibus
19 Mantuæ, concluditq́, † immunitatem domino concessam extendi ad colonos, Grat. d. responſ. 61. volum. 1. Portius in d. verbo, Immunitas, in fin.

Non obstat l. vacuatis. C. de decur. lib. 10. cum alijs suprà in contrarium adductis in primo fundamento, quia non procedit, vbi illi legi, alijsq́ in contrarium facientibus derogatum extitit, & adest clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, Bar. Bal. Angel. & Io. de Plat. in eadem l. vacuatis. Barba. & Alexand. in consilijs suprà adductis.

Non etiam mouet doctrina, de qua in l. si
20 ex toto. ff. de lega. 1. † quia ea locum habet in immunitate generaliter & simpliciter concessa, secus verò, si concessa immunitas fuisset ab oneribus belli: quia hoc casu ob expressionem locum non obtinet prædicta communis conclusio, d. l. sunt munera. in fi. ff. de vaca. mune. quam allegat glos. in l. 3. & ibi Lucas de Penna, C. de mune. patrimo. & ita loquuntur Doctores in d. l. si ex toto. Imò
21 plus dicunt, † quòd si coniectura aliqua præuideri potest cogitatum de bello in genere fuisse, vt puta, si concedatur immunitas tempore belli, vel concessa sit à quibuscunque oneribus cogitatis, & incogitatis, solitis, vel insolitis, huiusmodi exemptio ad onera bellica extenditur: Alexand. d. consl. 30. colum. 1. in fin. versic. & quia satis est, quòd in genere cogitauerit. volum. 3. Neuiza. d. consl. 66. num. 39. Iaſ. in d. l. si ex toto. num. 8. Ripp. nu. 16. & faciunt, quæ scripsi infrà, decis. 91. vbi aliam limitationem adduxi ad prædictam communem conclusionem, de qua in eadem l. si ex toto. quam pluribus auctoritatibus exornat conciuis noster Neuizanus consil. suo 12. num. 29. inter consilia doctiss. Iurisconsulti etiam conciuis nostri Alber. Bruni, videlicet locum eam non habere in immunitate habita ex contractu, & ex causa onerosa: quam etiam firmat Rui. consl. 196. nu. 8. volum. 1.

Minimè etiam aduersatur defectus mandati contra conuentionem & arbitramentalem sententiam oppositus, ex doctrina Bal.
22 in d. l. 2. C. si ex falſ. Instrumen. † quoniam dictum Baldi verum non videtur, & contrarium ipsemet Bal. tenuit consl. 289. volum. 3. quem refert & sequitur Dec. consl. 199. num. 5. & consl. 638. num. 4. & 5. post Alex. & Curt. quos adducit: ijsq́ famulantur dicta Alexand. in l. qui in aliena. in princ. & Iaſ. ibi. num. 9. & 10. & 35. cum seq. ff. de acquir. hæred. præsertim vbi in arbitramentali sententia enunciatum & designatum est: quod tamen pro constanti non pono.

Præterea cum Hieronymus Vgatius syndicus vniuersitatis constitutus cum libera, larga, & generali, imò speciali prædictam arbitramentalem sententiam produxerit, & ea vtendo illam obseruari, spectabilesq́ medicos onera compelli subire, iuxta illius formam petierit, censetur omnia in dicto laudo comprehensa, etiamsi contra vniuersi-
23 tatem sint facta, approbare, † fateriq́ vera ea fuisse, & consequenter aduersarium illis se iuuare posse, vulga. l. cum precum. C. de liber. cau. bonus tex. in §. illud. & §. sequent. in authen. de his, qui ingrediuntur, ad appel. ex quibus desumpta est authen. ad hæc. C. de fide Instrum. & c. cum olim. in fin. de censibus. & vbiq́ glo. vbi quis iuuare se potest documentis, siue scripturis etiam priuatis ab altera parte productis: idem etiam expresse

presse sentit glos. in l.1.§.editiones, in verbo, Dic. & consule, circa finem. vers. item quid si sponte produxerit Instrumentum. ff. de eden. quam sequitur ibi Bar. in fin. Bal. col. penul. vers. subsequenter quæro. dicens, eam esse perpetuò notandam. Ang. circa finem. Albe. num. 10. post Richar. & Odofred. Castren. num. 7. & 8. Alex. col. fin. Ias. num. 11. & seq. & cons. 57. col. 4. vers. quod autem. vol. 1. Cravet. de antiq. temp. num. 118. vers. contrariam opinionem. & pluribus seque. Afflict. decis. 14. num. 6. & allegatur Bart. communiter approbatus in l. post legatum. num. 2.

24 ff. de his, quib. vt indi. vbi concludit, † quòd quando nullitas Instrumenti deducitur ex causa, quæ ex voluntate producentis depen det, tunc producendo Instrumentum illud approbare dicitur, & ratificare: hoc idem sentit Innoc. in c. cum olim. num. 1. de censibus. Abb. ibidem num. 11. Idem Innoc. in c. cum venerabilis. num. 2. vers. imò idem videtur. & vers. secus autem. num. 4. de exceptio. vbi etiam Abbas num. 8. & 31. ac pluribus sequent. vsque ad numerum 39. inclusiuè, & num. 52. & 53. vbi pulchrè Innoc. dictum declarat, Cardi. colu. 2. in fi. Imo. num. 10. & 25. Felin. num. 22. & 26. & in c. imputari. num. 7. de fide Instrum. nectson in c. examinata. nu. 2. de iud. cõcludentes, quòd quando Instrumentum est authenticum, licet deficiat aliqua solemnitas extrinseca, vt puta consensus capituli, vel vniuersitatis, præsertim quãdo sumus in materia verisimiliter nota producenti, tunc producens censetur fateri, & ratificare Instrumentum, & in eo contenta, Dec. in d. c. cum venerabilis. col. 13. vers. successiuè Abb. vbi plures cumulat. & col. 18. vers. quarta conclusio. licet ipse ibi aliquantulum dubitet de dicta quarta conclusione, quæ tamen est communis, vt ibi sentit Paris. num. 17. & 61. vbi Decij opinionem improbat, & latè cons. 125. num. 20. vol. primo, sequitur Roma. cons. 294. & ad prædictam Bartoli doctrinam in d. l. post legatum. pertinent scripta Felin. in c. significasti. col. 3.

25 vers. adde etiam, de foro competen. † de eo, qui à sententia contra falsum procuratorem lata appellauit, quia appellando gesta falsi procuratoris ratificare dicitur.

26 Nec contra pugnat, † productionem Instrumenti laudi fuisse cum solita protestatione factam, videlicet in parte, & passibus pro vniuersitate facientibus tantum, quo casu non præiudicat in his, quæ contra faciunt, iuribus suprà in contrarium adductis, quia contraria opinio in iure verior est, & receptior, pro qua adducitur glo. in d. §. editiones. vers. ècontra. quam ad hoc singularem ibi appellat Bolog. post Bal. in l. vnica. col. 2. vers. iudex tamen. C. vt quæ desunt aduoca. part. iudex supple. quem sequitur Castren. num. 5. & ibi Curt. in additio. Alex. col. pen. vers. aut producitur scriptura, quæ fidem facit, & legas negatiuè, cum Innocentius, quem ipse allegat in d. c. cum olim. num. 1. & 4. in fin. sic sentiat, idem dicit omnes tenere in cons. 124. num. 5. vol. 7. & Innoc. etiam sequitur Rom. cons. 433. col. fi. post Rotam, decis. 282. in nouis. Innoc. in d. c. cum venerabilis. num. 26. Ioan. Andre. in additio. Specul. in additio. pen. in titulo, de Instrum. editione. §. videndum in verbo. vers. primo. Feli. in c. 1. num. 9. vers. fallit primò, de probatio. vbi notabiliter ait, protestationem illam nõ procedere, quando iura, quæ producuntur, sunt cum producente confecta, secus, si inter alios: de quo tamen vide eundem Felin. in d. c. cum venerabilis. num. 23. Ias. in d. §. editiones. num. 18. & in l. non solum. §. morte. ff. de noui oper. nuncia. post Salycetum in d. §. editiones. & d. cons. 57. colum. 4. vol. 1. Paris. d. c. cum venerabilis. num. 17. & 19. vbi hanc opinionem esse de iure veriorem testatur iuribus, & rationibus per eum allegatis: pro qua adduco gl. finalem iuncto textu, in l. Publia.

27 §. fin. ff. depositi. † vbi si fundans probationem suam ex epistola ab alio facta, consentit in his, quæ etiam contra se erant, statur epistolæ, aliàs non: & Dec. in l. fin. num. 26. C. de eden. vbi istam veriorem affirmat, rationem addens, quia in potestate partis non est, vim probatiuam Instrumenti coram iudice pro-

28 ducti restringere: † & quia protestatio voluntatis declaratoria nullum habeat effectũ in his, quæ à protestantis voluntate non dependent, vt Bar. notat post gl. in l. alimenta. ff. de nego. gestis. Vel tenendo alteram opinionem huic contrariam, scilicet huiusmodi protestationem prodesse, responderi potest, illam non procedere in capitulis ei connexis: Felin. in d. c. cum venerabilis. nu. 25. vers. secundus casus. & in c. imputari, in fi. de iureiuran. post Bar. Bal. Butr. & Imol. quos adducit, Alex. cons. 186. num. 7. vol. 2. idq; per vulgatam Bartoli doctrinam in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de libera. lega. vbi decla-

29 rat, † quæ dicantur capitula connexa & separata. Sed in casu nostro, capitulum concernens fauorem ipsorum medicorum, est vnũ & idem, aut saltem connexum, & ad eiusdem subiecti determinationem tendẽs, prout ex lectura illius dignosci facilè potest: ergo protestatio non prodest.

Similiter illud non obstat, quod dicebamus,

mus, confessionem ex productione resultantem, non porrigi ad verba enunciatiua iuribus in contrarium adductis, & sic non fateri enunciatam laudantium potestatem, nec Franciscum Titionum enunciatum syndicum vniuersitatis talem esse: † quia limitatur illud locum non habere in verbis enunciatiuis à partibus prolatis, inter quas negotium gestum est. Item nec in verbis enunciatiuis ad actum, qui geritur necessarijs: Felin. in d. c. cum venerabilis. num. 23. Deci. colum. 14. versic. primò limita. Paris. num. 58. in fin. Dec. cons. 389. num. 9. Crauet. cons. 134. num. 8. Socin. cons. 158. num. 5. & 6. Port. lib. 1. commu. conclu. c. 13. vers. primò limita. & facit regula l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procuratorib. nam qui vult consequens, videtur velle etiam necessarium antecedens.

Nec præmissis repugnat Bar. in d. l. post legatum. colum. 1. versic. item contra. ff. de his, quib. vt indig. cum alijs eundem sequentibus, quia responderi multis modis potest: † primò in d. l. in princ. nullum extare verbũ, ex quo argui possit, quòd qui legatum acceptauit, testamentum produxerit in iudicio, & esto, quod id textus diceret, aut ex eo eliceretur, debemus Bartolum intelligere de defectu solemnitatis, cuius approbatio, vel improbatio à potestate producentis non dependet, non autem de ea, quæ in eius potestate erat, & hæc intelligentia rectè intuenti ex illa differentia desumitur, quam text. ille facit, an producens testamentum voluerit deinde falsum dicere, vel nõ iure factum. An verò inofficiosum, vt primo casu venire contra testamentum possit, vel uti eius validitas in producentis potestate non sit: secundo verò casu, quando inofficiosum dicere vellet, non potest, tanquam exceptio hæc in eius potestate fuerit, l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irri. fact. testam. † producendo enim testamentum solemne, videtur illud approbare, licet in eo præteritus fuerit: & ad hæc faciunt, quæ scribit Felin. in d. c. cum venerabilis. num. 26. & Craue. de antiq. tempor. in prima part. num. 119. & 120. post Bald. in l. alia. col. 2. versic. attende. C. de his, quib. vt indig. & nisi prędicto modo Bartolum intelligamus, cogimur fateri dicta Bart. repugnantiam in se continere, contra l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. Item ipsum voluisse incontinenti se corrigere ab ijs, quæ proximè dixerat, in versicu. quando volo dicere. Vel Bartolum intellige loqui de probatione facienda aduersus Instrumentum, & contenta in eo, vt illo in casu non obsit confessio ex productione resultans: ita enim intelligit Craue. d. prima par. num. 143. post Alex. & Bal. quos allegat: hoc idem sentit etiam Felin. post Abba. in eodem c. cum venerabilis. num. 26. versi. intellige secundò. in verbo, Reprobetur.

Præterea vltra laudi ipsius productionem, & eam tacitam confessionem ex productione resultantem, adest etiam expressa confessio contentorum in dicta arbitramentali sententia: quo casu, dato, quòd Instrumentum esset inualidum, vt pote minus solemne, tamen tenet, ac præiudicat confessio, de qua in precibus sub die 22. Iunij, 1555. productis, & alijs ab vniuersitatis syndico narratis, per ea, quæ Abb. scribit in d. c. cum venerabilis. num. 35. & 36. versic. potest dici. post Innoc. ibi, quem Felin. sequitur num. 26. Alexan. cons. 184. num. 2. vol. 7. post Bal. in l. alia. C. de his, quib. vt indig. & hoc refert ac sequitur Crauet. de antiq. tempor. in prima part. num. 143. in fin.

Huc etiam illud accedit, quòd prædicta tacita confessio iuuatur ex expressa prædicti syndici vniuersitatis, fatendo in memorialibus sententiam arbitramentalem latam inter agentes pro ipsa communitate fuisse ex vna, & ipsos dominos medicos, & Chirurgos ex alia. Illud quoque non impedit, quod dicitur, prædictas productiones non fuisse à procuratore physicorum acceptatas, verùm impugnatas, quoniam contrarium ex actis apparet, sub die vltima Octobris, 1554. vbi procurator medicorum acceptando producta ex aduerso in partibus vtilibus petijt illorum obseruantiam, & in memoriali, quod sequitur, idem repetit, in quo Instrumenta pronunciata fuerunt publica, & authentica, quoad formam extrinsecam, & clarius sub die 22. Iunij, 1555. reproducendo sententiam arbitramentalem, † quo casu productio producenti nocet, non obstante protestatione: Alberic. in d. §. editiones. nu. 13. Ias. num. 18. Alexand. d. cons. 124. num. 5. vol. 7. Dec. d. c. cum venerabilis. col. 15. in principio. Rippa in d. c. cum M. Ferrariensis. num. 79. in fin. de constitu. Paris. d. cons. 125. num. 22. & 23. vol. primo, post alios, quos refert.

Minus etiam impedit, quod dicebamus, confessiones tam tacitas, quàm expressas vniuersitati non obesse, ex doctrina Baldi in c. suborta. de re iudica. quia tex. ille in c. suborta. & ibi glo. prima dicunt cõtrarium, † videlicet confessionem procuratoris nocere domino, ideò existimo lecturam Baldi esse defectiuam, & affirmatiuè eam intelligendam

dam, nisi lecturam negatiuam sustinendo, eam intelligas in falso procuratore, id est, sine mandato: † quia tunc eius confessio minimè nocere potest domino, l. si defensor, in princ. ff. de interroga. actio. quam ad hoc notat glo. fin. in l. non solum, in prin. in verbo, Tenebitur. ff. de procurato. & Bar. in d. l. certum. §. sed an ipsos. num. 2. ff. de confes. Aufr. in d. additi. Capellæ Tolosanæ, 391. in principio. & Paris. d. cons. 115. num. 19. post Abba. & Butri. per eum allegatos. At in vero procuratore dispositum est, eius confessionem præiudicare domino, d. l. non solum, in prin. & ibi gl. Bar. & communiter Doctores, nec non in d. l. certum. §. sed an ipsos. Oldradus cons. 126. Capella Tollo. quæst. 395. Et † in syndicó vniuersitatis, quòd eius confessio vniuersitati obsit, tenuit Alex. cons. 68. num. 10. lib. 2. quem refert, & sequitur Deci. cons. 221. num. 2. & 3. & cons. 297. num. 6. post Bar. Abba. & Butri. per eum allegatos, idq; per tex. in c. fi. de confessis. & in c. præsentium, de testibus, in 6. Felin. in d. c. 1. nu. 14. & 16. vt lite non contesta. non proceda. vbi hoc esse regulare scribit, Natta cons. 142. nu. 21. quod præsertim, & sine difficultate in casu nostro procedit, in quo Hieronymus Vgatius constitutus fuit syndicus vniuersitatis tanquam de veritate, & eiusdem vniuersitatis negotijs instructus, cum plena, libera, ampla, generali, & speciali, ac omnimoda potestate, auctoritate, & administratione, & specialiter ad porrigendum petitiones, tam verbo quàm scripto, producendum iura, confitendum, aliaq; faciendum, quæ ipsa vniuersitas posset, † quo casu talis procurator cum libera contrahere potuisset, l. mandato generali. & ibi Bar. ff. de procurato. Idem Bar. in d. §. sed an ipsos. vers. secundo casu. laf. in l. iusiurandum, quod. §. fin. num. 2. ff. de iureiuran. & producendo contrahere dicitur, Roma. dicto cons. 433. in fin.

Minimè etiam præmissis repugnat doctrina Bar. in d. §. sed an ipsos. dum differentiam facit inter confessionem per modum voluntarium factam, vel in modum contentiosæ iurisdictionis, quia in casu nostro confessiones prædictæ tam tacitę, quàm expresse, dicuntur factæ in modum contentiosæ iurisdictionis per syndicos vniuersitatis dominos litis. Nam † sicut procurator, seu syndicus, præsertim quando est dominus litis porrigens libellum, vel positiones, licet sponte porrigat, vel ponat, confessiones tamen ex huiusmodi libello, & positionibus resultantes in modum contentiosæ iurisdictionis factæ dicuntur, Bal. in d. l. vnica. col. 16. vers. porrò si confiteantur. C. de confessis. & in l. 2. colu. fin. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Sic procurator, seu syndicus, qui sponte pro iustificatione intentionis suę Instrumenta producit, confiteri videtur, & præiudicare domino, idq; facere in modum contentiosæ iurisdictionis. Accedat, quod hoc in casu constat de mandato speciali ad porrigendum iura, & confitendum, quo casu etiam voluntaria confessio syndici vniuersitati præiudicat, Bar. in d. §. sed an ipsos. num. 2. vers. si habet speciale. & ibi Castren. num. 2. Imol. in d. c. 1. num. 17. vt lite non contesta. non proceda. & ibi Felin. num. 16. vers. si autem procurator habuit. vbi idem dicendum esse dicit de illa confessione, quod de propria, Aufrer. in dict. additio. ad Capell. Tolosa. 391. versic. sed si habet mandatum speciale.

Postremò non obstat, prædictas productiones, ac confessiones tacitas, & expressas reuocatas fuisse, quod fieri potuisse dicitur iuribus suprà in contrarium allegatis, quoniam multifariè responderi potest. Primò quidem, reuocationem factam ab Antonio de Aduocatis nõ valere, quia licet is legatur constitutus syndicus vniuersitatis, vnà cum prædicto domino Vgatio, & alijs nominatis: attamen cum in eisdem Instrumentis syndicatus apposita nõ fuerit clausula (ita quod melior occupantis conditio non sit, & quod vnus inceperit, alius prosequi & finire posset) prædictusq; Vgatius prœuenerit, effectusq; fuerit dominus litis, non potuit Antonius de Aduocatis stante oppositione partis, confessionem alterius syndici domini litis reuocare, l. pluribus. ff. de procura. cap. si duo de procura. in 6. Felin. in c. 2. num. 36. de testi. vbi dicit istud esse notabilissimũ. Nam confessionem à se factam tantum reuocare is potuit, probando errorem, Alex. d. cons. 91. num. 7. vol. 6.

Item responderi etiam potest, Doctores in contrarium adductos secũ afferre responsionem, quia dum inquiunt, aliquem confessionem propriam, & etiam procuratoris reuocare posse ex interuallo, † declarant hoc procedere, probando errorem, & rem aliter se habere, licet in minore & republica crederem sufficere probari, rem aliter se habere, quia ex huiusmodi probatione præsumeretur error, Bal. in l. 1. col. 12. circa fin. C. de confessis. Alex. cons. 55. num. 16. vol. 5.

Posset & tertiò responderi, † de iure confessionem reuocari non posse, quæ fit per productionem Instrumẽti, nisi illud falsum probetur: Innocen. in d. c. cum olim, in fi. de censibus,

censibus, quem refert & sequitur Felin. in d. c. imputari. num. 7. post Specu. Ioan. Andr. Butr. Imo. Bald. & Abb. per eum allegatos. Imol. in c. G. perpetuus. num. 6. de fide Instrument. vbi Innocent. respondendo tacitæ obiectioni, quæ fieri poterat de reuocatione confessionis expressæ, rationem ponit, quia plus est confessionem tacitam habere coadiuuatam Instrumento, quàm expressam confessionem. cui rationi alia addi potest, de qua per Bal. in l. 1. §. ędiciones. col. 2. de ędend.
41 dicentem, † Instrumentum in actis productum esse de actis, & sic commune, d. l. 1. §. ędenda. ff. de ędend. Doctores in l. 2. C. de ędc. & in c. quoniam contra. de probatio. Paris. in d. c. cum venerabilis. nu. 17. quo fit, vt etiam facto producentis tolli nequeat, maximè si à parte fuerit acceptatum, vt in casu nostro Roman. d. cons. 433. col. fin. vers. quoad vltimum. post Innocen. & Bal. per eum citatos, quem refert & sequitur Crau. cons. 80. num. 6. & sequen. His etiam conuenit, quod notat glos. prima, ex illo tex. in l. rura. C. de omni agro deser. lib. 11. desiderium, scilicet apud acta publicatum corrigi non posse.

Sed prædictis in hac tertia responsione nō obstantibus, teneo, quod probando rem aliter se habere possit corrigi confessio ex productione Instrumēti resultans, tanquam errore facta, per ea, quæ scribit Alex. d. cons. 91. num. 7. Maran. de ordin. iudic. in 6. par. de posit. num. 6. Deci. in d. c. cum venerabilis. col. 15. circa fin. & Doctores in l. error. C. de iuris & fac. ignoran. & in c. fin. de confes. in 6. Aufrer. loco suprà allegato. versic. dicit tamen. Siculus, Portius d. c. 13. in prima ampli. Et ita censuit Senatus prædictos spectabiles medicos non esse molestandos, præter & vltra formam dictæ sententiæ arbitramentalis, non obstante assertа restitutione in integrum petita, veluti minus legitimè propolita.

SVMMARIVM.

1 *Condictio furtiua contra eum competit, qui sciens rem alienam pignori accepit.*
2 *Res eorum esse præsumuntur, quorum sunt signacula.*
3 *Signatum ex signo cognoscitur.*
4 *Officium iudicis detinentibus tantum veluti conductoribus, & similibus competit ad recuperandam tenutam rei detentæ*
5 *Vbi probatur, rem apud aliquem semel peruenisse, si is dicat, se amplius non habere, ei incumbit onus probandi.*
6 *Condictio incerti competit ei, qui ius aliquod habet in re.*
7 *Officium iudicis competit non habentibus ius in re, nec possidentibus, sed tantū destitutis omni actione.*
8 *Condictio furtiua soli domino competit.*
9 *Possessio quando probetur de præterito in præsens.*
10 *Possessio rei mobilis facilè amittitur.*

DECISIO XL.

De eo cui pignori res mobilis tradita fuerat, si deinde ad alium res illa bona fide peruenerit, quo remedio recuperare possit.

DOminus Asprimontis Nicienſis, qui argēteam lancem à quæstore Ducali pignori acceperat, contra Honoratū Brandum, ad quem peruenerat, egit, illum ad lancem restituendam, vel ad eius valorem, si ea non extabat, condemnari petens, & ad fundandam eius intentionem (probata prius identitate lancis) produxit Instrumentum receptionis ipsius lancis in pignus à dicto quæstore, necnon eiusdem Brandi apocham, qua is confitetur lancem pignoris causa à Melchione Malleto recepisse, promisisseq; solutis sibi quandocunque triginta aureis mutuò traditis dictam lancem restituere: opponente autem ipso Brando reo exceptiones deficientis actionis, eo maximè, quia lancem pignori acceperat à prædicto Malleto viro magna amicitia, & affinitate eidem domino Asprimontis coniuncto: & quia reus lancem non habebat, quia cuidam tertio eam pignori dedisset, quæsitum fuit, an aliqua actio competat domino Asprimontis, ita vt obtinere possit? Et aliquibus Senatoribus visum est conditionem furtiuam competere, cum ipse Brandus scienter pignori receperit rem alienam, † quo casu furti tenetur, l. seruus. ff. de condic. inde. vbi Bal. Castren. & Ias. quæ actio etiam ei competit, qui dominus non est, dummodo sua interſit, Institutio. de obligat. quæ ex delicto nascun. §. furti. Quod autem dictus Brandus scienter alienam rem pignori acceperit, probari id videtur, quia in lance pignori accepta erant insignia, seu arma Ducalia, ex quibus verisimiliter potuit & debuit credere, lancem non esse prædicti Malleti pignori eam dantis, sed Illustriss. Caroli Ducis, Bald. in authen. dos data. colum. 1. in verbo, Signaculo. C. de dona. ante nup. & ibi And. Barb. in additio. & in l. distrahente. C. de re-
2 bus alie. non alienan. † vbi ait, eorum res præsumi, quorum sunt signacula, l. stigmata. & ibi Bar. C. de fabricen. lib. 11. vbi Lucas de Penna plures auctoritates etiam sacrarum scripturarum cumulat, c. si iudex laicus. §. idem censemus. de senten. excommun. in 6.

Ias.

Iaſ.conſi.170 col.3.verſic.ſeptimò conſideratur.volum.2.& in l.ſi mora.nu.12.ff.ſolu.matrim. Afflic. deciſ.23. nu.3. & 4.Bal.in c.cauſam.col.2.de proba.lo.de Ana. in c. nonnul-
3 lis.nu.1.de ludæis, † vbi inquit, Ex ſigno cognoſci ſignatum, & ibidem Feli. Rippa.in l. 1.nu.74.ff.ſi cert.pet.id etiam probatur ex illo Matthæi, c.22. Oſtendite mihi numiſma cenſus.cum concordantibus.

Aliquibus verò competere viſum fuit officium iudicis, arg. l. Attilius Regulus. & eorum, quæ ibi in fi.ſcribit Bart. ff. de dona.quem refert & ſequitur Rip.in c.ſepe.nu-
4 me.17.& 24. de reſtitu.ſpolia. † vbi conductori & ſimilibus non poſſidentibus,ſed detinentibus tantum pro recuperanda tenuta rei detentæ iudicis officium competit: ergo competere ſimiliter poteſt D. Aſprimontis.

Nec obſtare videtur, quod dici poſſet, non conſtare Honoratum Brandum tempore litis motæ habere,ſeu poſsidere dictam lancem,prout requiri videbatur, iuxta tex. iuncta glo. in l. non ignorabit. C. ad exhib.
5 † quia ex quo per apocham recognitam,probatur ſemel ad ipſum peruenisſe lancem, ſi dicat, ſe amplius eam non habere, probare id debet, glo.in l. creditor.§. ſi inter.in verbo,Negetur.ff.manda. quam ad hoc citatio. de Ana.conſi.64. num.2. poſt Bald. & alios quos refert, præcipuè Abba.in c. cum ad ſedem.col.2. num.16.de reſtit.ſpolia.& id propter facilem occultationem rei mobilis.His adde quæ Alcia. ſcribit de præſumpt. reg.2. c.21.nu.6.& tex.in l. in ciuilem. C.de furt.vbi glo.& Barto.in l.ſi creditor. nume. 4. in 2. lect. C.de pig.actio. quem ſequitur Alex. in l.ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait.colum.2. ff. de æden.

Ego verò cum acta Brandi vidiſſem, eius fui ſententię, nullam domino Aſprimontis competere actionem ſtantibus actis, prout ſtabant, & quatenus aliqua actio compete-
6 re eidem poſſet, † non quidem furtiuam, vt proponitur,ſed condictionem incerti competere dixi, propter ius, quod ipſe agens in re habebat,glo.in l.ſi pignori.in prin.in verbo,Condictione.ff.de pigno. actio. per tex. in l.& ideo.§.fi.ff.de condic.fur.

7 Nec etiam iudicis officium competit, † cum illud detur non habentibus ius in re, nec poſsidentibus tanquam deſtitutis omni actione de iure communi, vt concludit glo. ſi.in d.l.& ideo. §. fi. quòd autem nulla competat actio aduerſus Brandum patet, arguendo à ſufficienti partium enumeratione, l. patre furioſo.ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur.Nam rei vendicatio competere non poteſt, quia regulariter ei non datur, qui dominus non eſt, & contra non poſsidentem, vel eum,qui dolo non deſijt poſsidere, l. in rem. in princip.& l. officium.& l.qui petitorio. in princip.ff.de rei vend.

Nec etiam aliqua perſonalis, cum nullus contractus, ſeu quaſi maleficium, ſeu quaſi interceſſerit inter ipſum agentem & reum, quo hunc dare, vel facere oporteat, §. omnium autem. verſic. namq. Inſtit. de actio. Minus etiam competere eidem poteſt con-
8 dictio furtiua, † cum ea ſoli domino competat,l.1.ff.de condict.fur. Iaſ.in d. §. omnium. nume.49. nec etiam, vt dixi, condictio incerti d.l. & ideo. §. fin. quia illa contra eum datur,ad quem res cum vitio peruenit. Bar. in eodem §. fin. Sed in caſu noſtro non peruenit res cum vitio:ergo actiones, & condictiones prædictæ non competunt. & pro hac opinione facit doctrina Pau. de Caſt. in l.ſi minorem. nume.4. C. de in integ. reſtit. mino. & in l. non ignorabit. nume. 4. C. ad exhibendum. & vtrobiq; Salyce.poſt glo.vbi ſi contra te ago ad aliquam rem, quam penes te eſſe dico,tu verò neges, licet probem, quod aliquando fuit, non propterea fundo
9 intentionem meam, † quia non valet conſequentia,erat aliàs penes te:ergo hodie eſt niſi probarem tẽpore litis motę, vel paulò antè penes te fuiſſe, vel niſi tu cauſam à me haberes, quia iſtis duobus caſibus præſumitur ex præterita poſſeſsione in præſentem. At in caſu noſtro nequaquam probatur, Brãdum tempore litis motæ, vel paulò antè, lancem poſſediſſe,nec cauſam ab actore habuiſſe,ergo probata actoris intentio non dicitur, ma-
10 ximè in re mobili, † cuius poſſeſsio facilè amittitur, l.3.§. Nerua filius. & l. ſi rem mobilem. ff. de acquiren. poſſeſſ.glo.in l. ciuile.in verbo, Fuiſſe.C.de fur. Sayſſ.in l.Celſus.col. antepenultima. verſic. quid autem in rebus mobilibus. & Balb. ibi colum. 46. verſicu. tertiò limita.ff.de vſucapio.poſt Areti. conſilio 120.

Cum itaque Honoratus Brandus auctorem nominet, videlicet Malletum, à quo lancem pignori bona fide accepit, negetq; ſe nunc eam habere, nominando pariter illum,cui pignori dedit,ſitq; vir probus, non poteſt alio non facto condemnari ad reſtitutionem lancis, ſed actori remedia alia competunt, vt ſentit Barto. in dicto §. Neratius. ff. de condic. furti. & ita cenſuit Senatus in ſupraſcripta cauſa Brandum alio non apparente eſſe abſoluendum.

N SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non dicitur habere comites suos veritatem, iudicium, & iustitiam, vbicunque super contractu interponitur, in quo quis enormissimè læditur.*
2 *Læsio enormissima censetur à iuramento excepta.*
3 *Dolus à quocunque iuramento exceptus censetur.*
4 *Hæres non afficitur iuramento defuncti, intellige, vt nume. 15.*
5 *Iuramentum in contractu appositum recipit conditiones, exceptiones, subauditiones, & limitationes, quas recipit contractus, super quo interponitur, quod declaratur nu. 11.*
6 *Iuramentum non se extendit plusquàm conuentio principalis.*
7 *Maior iurans non contrauenire contractui, licet non posit vti remedio. l. 2 de rescin. ven. potest tamen petere precium iustum suppleri.*
8 *Iuramentum excludere maiorem à beneficio, l. 2. C. de rescind. vend. communis est, & receptior opinio, quæ multis auctoritatibus roboratur.*
9 *L 2. C. de rescin. vend. expresse renunciari posse.*
10 *Hæres contra factum defuncti venire non potest, nec defunctum de mendacio arguere.*
11 *Scienti & consentienti non fit iniuria.*
12 *Minor iurans non repetere, etiam quod esset deceptus vltra dimidiam iusti precij excluditur à remedio, l. 2. C. de rescin vend.*
13 *Pactum de retrouendendo facit rem esse minoris precij.*
14 *Hæres iuramento defuncti ligatur, quoad obseruantiam contractus, non quoad pœnam periurij.*

DECISIO XLI.

An contractus iuratus ex capite enormissimæ læsionis rescindi possit remedio, l. 2. C. de rescin. vend.

ANtonius Corradus à Lignana, Anno 1538. & 1539. vendidit iugera triginta terræ aratoriæ Margaritæ matri & tutrici Francisci de Ast Vercellensis, precio scutorum 290. iurans omnia conuenta esse vera, eaq; obseruare, & illis nullomodo contrauenire velle, renunciando dispositioni, l. 2. & omni leg. auxilio, qua venditione facta, emptrix ex interuallo pactum de retrouendendo, durantibus quatuor annis, fecit, dummodo lusitio fieret intra festum S. Martini, & Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, cuiuslibet anni, eo tempore durante locauit venditori dicta iugera sub mercede annua saccorum triginta partim frumenti, partim siliginis. defuncto autem venditore, & relicto Io. Angelo filio pupillo, & hærede, eius tutores causam instituerunt, & contractus paternos ex capite enormissimæ læsionis, beneficioq;, l. 2. C. de rescind. vend. petierunt rescindi, ac declarari eos illicitos, & simulatos, in fraudemq; vsurarum factos.

Quæsitum fuit, an non obstante iuramento competere possit remedium ex capite enormissimæ læsionis, vel saltem ex beneficio d. l. 2? Et quoad caput enormissimæ læsionis, cum illud à multis tractetur, visum fuit, sat esse crebriorem sententiam referre, quæ habet huiusmodi remedium, posse competere, non obstante iuramento & renunciationibus prædictis, quia quando † iuramentum est appositum super contractu, ex quo quis grauissimè læditur, dicitur non habere comitos requisitos, scilicet veritatem, iudicium, & iustitiam, c. animaduertendum. 22. q. 2. & c. & si Christus, de iureiu. cum similibus. Deficit enim veritas propter dolum partis, iudicium id est discretio iurantis, idem & iustitia eius, quod iuratur propter enormissimam læsionem: ergo non ligat, & contrauenire potest, non obstante iuramento, etiamsi promiserit non contrauenire, & renunciauerit, vt suprà, † cum talis enormissima læsio videatur à iuramento, & renunciationibus excepta: Dec. consi. 31. nume. 2. & consil. 38. 139. 176. 180. 181. 183. 203. 216. 479. col. fin. 551. col. 2. post Ancha. in c. 1. in 11. artic. de constitu. Fede. de Senis. Cald. & Butri. per eum citatos. Guid. Pap. q. 519. Cur. Iun. consi. 141. num. 8. Cassiod. decis. vnic. de emp. & ven. Iasi. consi. 133. nume. 8. versi. item paria. & nu. 9. & col. antepe. vol. 4. Benedic. Capra in suis reg. c. 87. nu. 126. & sequen. doctis. Did. varia resolu. c. 4. num. 5. vbi referens, & sequens Cassio. dicit, ita iudicatum fuisse Romæ, & in Regio Granatensi Prætorio, & in tertia par. relectio. c. quamuis, de pact. in 6. §. quartus. nu. 3. & 5. Afflic. decis. 80. num. 5. 6. & 7. Cagno. in repet. d. l. 2. nu. 98. concludens post plures ibidem citatos, non esse necessariam absolutionem à iuramento, quod etiã voluit Neuiza. consil. 21. nume. 5. & 15. versi. secundò potest responderi. adducens multos Docto. hanc conclusionem sequentes, quam enixè defendit consi. 22. num. 18. & multis sequen. vbi ad contraria respondet Socin. Iun. consi. 98. nume. 20. 25. & sequen. volum. 2. Alcia. in c. cum contingat. nu. 77. versicu. quartò infertur. & num. 85. in fin. & sequen. Alba. consi. 81. nume. 99. & quinque sequen. plures ad id citans. Gram. decis. 76. num. 12. & seq. Baptista à Villalobos in suis communibus conclusio. in verbo, Iuramentũ. nu. 137. & seq. ex quibus omnibus patet, istam esse crebriorem sententiam. & ratio secũdum prædictos duplex est: prima, quod iurans non videatur in tantam læsionem con-

consentire, quam rationem refert Dida. post alios d. §. quartus. num. 5.

3 Secunda ratio adducitur, † quia à quocunque iuramento dolus excipitur, cap. quamuis, de pact. in 6. & quo ad rescissionem contractus æquiparantur, secundum magis cõmunem opinionem, dolus re ipsa & dolus ex proposito, vt cõcludunt suprascripti Doctores, quibus addo Cagno. in d. l. 2. nu. 81. Aquen. de feud. qui feud. dare poss. col. 3. in 4. ampliã. pro quorum opinione adducuntur duo vrgentissima iura, videlicet l. si quis cum aliter. in prin. ff. de verb. oblig. & l. si superstiti. C. de dolo. plura alia citat Neuizan. d. consi. 22. nu. 30. Sicut igitur defunctus pręsuppositа enormissima læsione potuisset, nõ
4 obstante iuramento, contrauenire, † multò magis posset eius hæres. Corne. consil. 301. litera R. volum. 1. glo. in l. 2. in verbo, Non habet. C. si aduer. vendi.

At quoniam ex actis non apparet, enormissimam læsionem fuisse probatam, dictũ fuit, vanum esse super huiusmodi articulo disputare, sed duntaxat discutere, an remedium l. 2. C. de rescind. vend. competat maiori non obstante dicto iuramento, & promissione. Et primo aspectu videbatur dici,
5 posse non obstare, † cum iuramentum in cõtractu appositum recipiat omnes conditiones, exceptiones, subauditiones, & limitationes, quas recipit contractus, super quo interponitur l. fin. C. de non nume. pecu. vbi communiter Docto. late Tiraq. de constitu. poss. par. 3. limi. 7. nume. 35. & in repe. l. si vnquam, in præfa. nume. 165. nam sicut ibi iuramentum nõ operatur, quo minus possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, & quin habeat locum l. si vnquam. C. de reuo. dona. ita in casu nostro efficere non potest, quin competat remedium d. l. 2. à iure concessum, hoc argumento vtitur Imo. in c. penult. num. 22. versic. sed contra istam opinionem. de emp. & vendi. quem sequitur Burgos ibi, Cassiod. de empt. & vend. decis. vni. nu. 7. Moder. Paris. licet Imo. & Cassio. non citent in addi. ad Alex. consi. 133. num. 11. vol. 5. & videtur de mente D. Crauet. consi. 192. nu. 8. in fi. & num. seq. quibus addo duodecimum fundamentum adductum per Neuiz.
6 d. consi. 22. num. 44. † quòd iuramẽtum non se extendat plusquam conuentio principalis, l. conuenire. ff. de pact. dota. & d. l. fi.

7 Præterea † posito, quod maior iurans nõ contrauenire contractui non possit vti remedio d. l. 2. poterit tamen petere precium iustum suppleri, ita nominatim scribit Bald. in l. quæ sub conditione. §. 1. ff. de condit. insti. quem refert & sequitur Fel. in c. inter cæteras. circa fi. de Rescript. dicens, illud esse in æternum menti tenendum: sequitur Burgos in d. c. penult. fol. pen. limita. 8. quos refert & sequitur Cassio. d. decis. vni. nu. 7. de emp. & vend. Cagno. in d. l. 2. nume. 99. Port. post hæc scripta visus in suis commu. opin. lib. 1. c. 36. ampli. 24. qui erroneè citat Bal. ponens l. quæ sub conditione. ff. de hæred. insti. cum sit posita in titu. ff. de condi. institu. & id videtur de mente glo. in dicta l. 2. versicu. nos contra.

Prædictis tamen non mouentibus, con-
8 traria opinio, videlicet, † maiorem iurantẽ, vt suprà, excludi à beneficio, d. l. 2. C. de rescin. vendi. crebrior apud legistas & canonistas visa est: ita tenet glo. communiter recepta, in d. l. 2. in verbo, Iudicis. vers. nos contra. quam sequitur Bar. ibi, colum. 2. versic. quid si maior. concludens maiorem iurantem perdere beneficium, d. l. 2. nisi dolo, metuúe inductus fuerit. & ita tenet glo. fin. circa fi. in c. penul. de empt. & vendi. vbi Imo. num. 22. versic. sed vbi est persona. Iaf. consil. 76. nu. 2. vol. 1. Cra. consi. 188. nu. 3. Imo. cons. 14. vbi istã communem esse ait opinionem, & ab ea non recedendum in iudicando, & consulendo, sequitur eum Castr. in ead. l. 2. nu. 15. Alex. consil. 42 nume. 20. & consi. 125. nu. 13. vol. 1. consil. 127. vol. 2. consil. 53. vol. 3 & 133. vol. 5. consil. 1. vol. 6. & consil. 18. vol. 7. Caccialup. in tracta. de transact. quæst. 12. col. 4. Cur. consi 43. Soci consi. 155. nume. 54. & seq. & consi. 48. vol. 4. Capra d. c. 87. num. 113. Corne. consil. 189. vol. 1. & consil. 11. & 56. vol. 3. Barba. consil. 21. vol. 4. Calca. consil. 25. nume. 1. & 2. Cagno. in d. l. 2. nu. 91. dicens Docto. ita communiter tenere Soci. Iun. cõs. 50. col. 2. nu. 5. vol. 1. Dida. in d. tertia par. relectio. §. quartus. nu. 4. & alij cumulati à Por. d. c. 36. limi. 11. Et huic adstipulatur alia com-
9 munis conclusio, quę habet, † posse d. l. 2. beneficio expressè renunciari, Bal. in ea. l. 2. col. 5. versic. nonò quæro. & ibi Barb. in additio. Afflic. decis. 210. nume. 1. Fabia. in tracta. de empt. & vend. quæstio. 8. col. 5. Dida. d. c. 4. nume. 1. lib. 2. varia resolu. Cagno. in d. l. 2. nume. 134. Capra d. c. 87. num. 105. At in casu nostro fuit expressè renunciatum, & cum iuramento: ergo idem & in hærede dicendum
10 est, † cum is contra factum defuncti venire non possit, vulg. l. cũ à matre. C. de rei vendi. & l. 2. C. si aduer. ven. p. g. l. ea, quæ à patre. C. de restit. mili. cum alijs cumulatis in glo. nec defunctum de mendatio arguere. Bart. in l. rẽ alienã. in fi. ff. de pig. actio. in l. cũ vir. col. 3. ff. de vsuca. & in l. Lucius. ff. solu. matrim.

accedat etiam reg.l. ex qua persona. ff. de regu.iur.Cagno. in l. si quis maior. nu.207. C. de transact.Quibus sic stantibus, supereſt ad contraria respondere : & profectò apud me vrgẽtiſsimum eſt primum argumentum de l.fina.C.de non nume. pecu. cum alijs similibus suprà allegatis, quod iuramentum regulariter recipiat conditiones contractus, super quo interponitur, & sic super venditione positum recipiat conditiones venditionis,proinde, quod data læsione vltra dimidiam, competat actio ex d. l.2.nam Imo. d.c.pen.nu.22. versicu. & propter prædicta. expreſſè dicit,non posse negari hunc passum esse dubium,& respondendo nihil adducit, nisi,quod glo.ibi, & in d.l.2.ac vbiq; Docto. communiter tenent contrarium, quo fit, vt non reprehendendus sim, cum non sim dignus libros post Imo. deferre, si ea responsione sim contentus, prout ea etiam contentus fuit, Dida.d.§.quartus.nume.4.nisi dici
11 possit † verum esse, iuramentum non se extendere vltra consensum & intentionem iurantis, & ita intelligi d.l.fi. C.de non nume. pec. Neuiza.d. consil.22.nu.49. sed quando maior, qui præsumitur sciens, iurat, & renunciat beneficio d.l.2.non dicitur esse contra suum consensum,& intentionem, sed secundum intentionem: ergo non habent locum opposita.

Non obstat doctrina Bal. in d.l.quæ sub conditione. §. 1. ff. de condi. institu. quia in contrarium dicit esse communem opinionem: ita nominatim respondet Cagno.in d. l.2.nu.96.quam puto veram, quia semper erit verum dicere, quod cõtraueniet proprio iuramento & promissioni de non contraueniendo contractui, etiam quod supplimentum precij tantum petat, cum clarum sit hoc casu illum non stare contractui. Et licet constanter putem primam opinionem, vbi grauissima datur læsio,esse crebriorem.

Attamen in casu nostro res omni penitus difficultate caret, cum huiusmodi venditio facta à maiore fuerit ex certa scientia, & qui expreſſè renunciauit exceptioni enormis læsionis, etiam vltra dimidiam iusti precij, & doli mali,& omni legum auxilio, nec est probata enormis læsio, quo casu remedium d. legis 2.nequaquam competit, secundum Bal. ibi, colum.5. versic. tu autem ad cautelam.& colum.sequen. versi.nonò quæro.sequitur Fabia. d. quæstio.8. colum. 6. versic.
12 illud autem est certum.† scienti enim & consentienti non fit iniuria, neq; dolus,c. scienti,de reg.iur.in sexto. l.nemo videtur fraudare.ff.de reg.iur. facit glo. fi. in fi.in d.c.penul. de emptio. & venditio. vbi expreſſè inquit,
13 † quod si minor iurauit non repetere, etiam quod deceptus esset vltra dimidiam iusti precij, tunc vtraq; via est ei præclusa propter iuramentum,idem vult etiam Alberic. in d.l.2. nume.9. C. de rescind. vendi.& ibidem Cagno.nu.110.Imol.in d.c. cum contingat.quem refert & sequitur Georgius Natta in c.quamuis.colum.10.de pact.in 6.pulchertex. in l. venditor. C. de rescind.vendi.cum similibus adductis per Cepol.de simula.contract.præsump.2.nume.24.

Præterea, vt omnis tollatur difficultas in casu nostro non est probata aliqua læsio vltra dimidiam iusti precij,propter pactum de retrouendendo conuentum inter partes,
14 † quod facit rem esse minoris precij, Abb.in c. in aliquibus. in secundo notab. de decim. quem refert & sequitur Dec. consil.167. nu. 2. cum igitur defunctus venire contra huiusmodi iuramentum non posset, ergo nec
15 eius filius, & hæres, † cum iuramentum defuncti seruare teneatur, & eo ligetur, quoad obseruantiam contractus, licet non quoad pœnam periurij, Barto.in l. cum quis decedens.§.codicillis. nu.10.ff. de lega.3.quem sequuntur Ange.Imol. Roma.& Areti.in l. qui superstitis.ff. de acquirenda hæredi. Affli.decisio 381. nu.8.& 9.Socin. Iun.d. consil. 67. nume.34. volum.2. Ex quibus omnibus censuit Senatus non competere hæredi beneficium dictæ l. 2. necalicuius enormis læsionis.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio contractus, an ex his duobus tantum arguatur ex modicitate scilicet precij, & pacto de retrouendendo.*

2 *Simulatio probari potest, non solum per præsumptiones legis,sed etiam hominis.*

3 *Originalis causa mutui plurimum facit ad præsumendum contractum vsurarium.*

4 *Simulatio contractus in venditione præsumitur.si læsio in tertia parte probetur.*
In iudicis arbitrio consistit, an precium iustum sit, vel modicum.ibidem.

5 *Aestimatio rei venditæ consideratur tempore venditionis.*

6 *Absolutio à iuramento non requiritur, quando hæres iurantis agit ad rescissionem contractus simulati.*

7 *Iurans omnia & singula in instrumento contenta esse vera, simulationem contractus allegare non potest.*

8 *Contrahentibus tam de iure ciuili, quàm canonico,licitum est se in precio circumuenire.*

9 *Contractus simulatus redditur ex modicitate precij, & pacto de retrouendendo appositò, vbicunq; excessus precij immoderatus esset, vbi etiam contrariæ Doctorum opiniones conciliantur.*

2 Pactum de retrouendendo oppositum ex interuallo non inducit præsumptionem fraudis.

3 Ad simulationem contractus probandam debet edoceri, quod à principio contractus simulatio interuenerit.

DECISIO XLII.

Simulatio contractus an præsumatur ex modicitate precij citra dimidiam, iuncto pacto de retrouendendo intra certum tempus apposito.

QVæsitum pariter fuit, an huiusmodi contractus, saltem tanquam in fraudem vsurarum facti, & proinde simulati, rescindi debeant? Et prima facie videbatur dicendum, eos simulatos præsumi, idq; ex varijs & multiplicatis præsumptionibus, videlicet ex modicitate, precij citra dimidiam, iuncto pacto, de retrouendendo intra tamen festa S. Martini & Natiuitatis Domini nostri durantibus quatuor annis, quæ duæ præsumptio-
1 nes sufficere videntur ad præsumendam † contractuum simulationem, tex. videtur expressus in c. ad nostram. de empt. & vendi. & ibi Abb. nume. 9. & 10. post Archi. & Butri. per eum allegatos, glo. in c. cõquestus, in fi. de vsur. Cepol. in tracta. de simula. contrac. præsump. 10. Abb. consi. 76. vol. 1. Alex. consi. 46. vol. 3. vbi dicit hanc opinionem esse magis communem, Afflic. decis. 65. & 339. hos refert & sequitur Paris. pluribus alijs cumulatis consi. 54. nu. 62. & consi. 55. nu. 29. & 30. vol. 1. dicens pariter hanc esse magis communem opinionem, Boer. decis. 102. nu. 2. & 4. latissimè Cra. consi. 156. nu. 4. & 7. dicens Senatum alias Taurini residentem, ita iudicasse. Capra d. c. 87. nu. 171. Et hęc opinio maximè in casu nostro procedere debet, in quo pactum huiusmodi luendi conceptum simpliciter non fuit, sed cum qualitate, videlicet quod redemptio fieret intra festum S. Martini, & Natalis Domini nostri, cuiuslibet anni, ex quo apparet, emptorem animũ habuisse lucrãdi fructus, ipsumq; certum esse voluisse de lucro, quo casu duo sufficiunt ad arguendum contractum simulatum & vsurarium, Bald. consi. 487. vol. 1. & 114. vol. 3. quẽ refert & sequitur Cravet. d. consi. 156. num. 5. multoq; magis locum habet, quando vltra precij modicitatem & pactum de retrouendendo intra certum tempus concurreret immoderata quantitas redituum, siue possessionis, prout in casu nostro, in quo soluũtur ad rationem de duodecim saccis grani pro quolibet centenario scutorum, vigore locationis factæ de dictis iugeribus triginta emptis: ita Abbas & Alexan. concludunt in
2 consilijs supra allegatis. Nam † in probanda simulatione sufficiunt non solum præsumptiones legis, sed etiam hominis, quia si solum legis præsumptiones, & coniecturæ attendendæ essent, fieri vix posset, vt contractus aliquis simulatus probaretur, cũ dictæ præsumptiones euitari facilè possint, tanquam à doctis cognitæ, vt in prouerbio vulgi fertur (fatta la legge, trouato lo inganno) ideo etiam hominis prudentis coniecturæ sumi possunt, & id sentit Rodul. de vsur. in secunda par. quæst. 60. nume. 2. Felin. in c. si cautio. nu. 70. de fide Instrumen. ea propter eleganter Dec. ait consi. 167. colum. 2. in fin. post Bal. in l. emptione. C. plus valere, quod
3 agitur, &c. † originalem causam multum facere ad præsumendum contractum simulatum & vsurarium, quæ præsumptio etiam inducitur, si alteretur natura contractus, qui agitur, Felin. in d. c. si cautio. num. 70. Ias. in l. testamentum. in vltimo notab. C. de testamen. idẽ dicens, si ponantur clausulæ insolitæ, quod etiam sentit Felin. in c. 3. nume. 16. 17. & 18. de Rescript. Socin. consil. 137. colum. 5. volum. 3. Curt. consil. 59. col. 5. & consil. 74. colum. antepenul. Tiraq. de retract. fol. 805. nu. 3. conuen. in præfat. nu. 31. & seq.

Neque obstare videtur, non probatam esse precij modicitatem citra dimidiam iusti precij, attento pacto de retrouendendo, quod facit rem minoris valere & vendi. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. Deci. consil. 167. nume. 2. quoniam pactum huiusmodi de retrouendendo non videtur, quòd possit amplecti tertiam partem iusti precij,
4 sed quoad pręsumendum † cõtractum simulatum in venditione sufficit læsionem in tertia parte probari, & in locatione, in sexta. Cepol. de simula. contract. §. verum. nu. 109. & sequen. & hoc est arbitrarium iudici, an precium sit iustum vel modicum, vt latè cõcludit Afflic. d. decis. 40. & Paris. d. consi. 54. nu. 63. vol. 1.

Non etiam obstat in casu nostro nõ considerari minoritatem precij ex pacto de retrouendendo, veluti apposito ex interuallo,
5 & † sic post venditionem puram, cum æstimatio tempore venditionis consideretur, l. si voluntate. C. de rescin. vendi. Cagno. latè in d. l. 2. quæst. 47. C. de rescin. vendi. quia ex hoc non tollitur præsumptio fraudis, maximè si modicum fuit interuallum, Cra. d. consi. 156. num. 17. Tiraq. de retract. conuentio. in præfatione, nu. 8. & 12.

Non etiam obstat clausula iurans omnia, & singula esse vera, quia potest multifariè responderi. Primò, locum illud non habere quando à iurante petita est absolutio iuramenti. Secundò, quando iurans fuit admissus ad probandum simulationem. Tertiò, quando hæres iurantis agit ad rescissionem
6 contractus simulati, † quo casu non requiritur absolutio, vt per multa iura concludit Paris. d. consi. 54. col. pen. & fi. & ibi respondet etiam ad clausulas renunciationis, & sequitur id etiam consi. 55. col. pen. & fin. volu. 1.

Et licet contraria opinio, videlicet, quod quando venditor iurat omnia & singula esse vera, non possit allegare simulationem, sit magis communis, vt concludunt communiter Doct. in l. nemo potest. ff. de lega. 1. & in c. cum contingat. de iureiuran. Imo. & Alexan. in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falci. Soci. Iun. consil. 50. nu. 2. vol. 1. post Ias. Soci.
7 & Cepol. per eum allegatos. Attamen † non procedit respectu tertij, vel hæredis, qui nõ iurauit, quoniam ipse poterit dicere contractum simulatum, quia effectus periurij ad hæredem non transit. c. veritatis. de iureiur. ita limitat Rip. post Salyce. Areti. & Ias. per eum relatos in d. l. nemo potest. nu. 78.

Contraria opinio visa fuit verior, maximè in casu nostro, pro cuius comprobatione vltra fundamenta, quòd contractus præsumatur validus & verus, l. cum precibus. vbi Bal. C. de prob. & q̃ nemo præsumatur delinquere. l. merito. ff. pro soc. Dec. d. cons. 167. col. 1. in fi. Adducebam vnum apud me
8 multum vrgens. † Nam in emptione & venditione, locatione & conductione, licitum est de iure ciuili & canonico contrahentibus se in precio circumuenire, & circumscribere l. in causa. la 2. §. penul. de minor. & l. item si precio. §. fi. ff. loca. & vsq̃ ad dimidiam iusti precij. l. 2. C. de rescind. vend. c. pen. de emp. & vend. Ancha. consi. 157. nu. 5. Alberi. d. l. 2. nume. 3. & in additio. Salyc. col. secunda. litera B. Castren. consil. 303. vol. 2. & ratio quare vsq̃ ad dimidiam tolleratur læsio, vltra verò non, est, quia cum res participat de pluribus, regulatur à potentiori, sed vbi læsio non est vltra dimidiam, tunc precium conuentum est maius, vel æquiualens ipsi læsioni, & sic fauore contractus, vt sustineatur, precium attenditur, non læsio, secus vbi præponderaret læsio, quod est, quando est vltra dimidiam: hanc rationem ponit Capra in suis regu. c. 87. nu. 62. & sequen. vbi ponit regulam cum limitatio. Item permissum est facere pactum de retrouendendo. l. C. de pac. inter empto. & vendi. ergo contractus simulatus dici non potest ex istis duobus cum iure permittente contrahatur: & licet Doctores varie scripserint, adeo, vt difficile sit seligere, quenam magis communis
9 sit opinio, an prædicta duo sufficiant, videlicet modicitas precij, & pactum de retrouendendo, an verò requiratur tertium, scilicet, quod venditor sit solitus fœnerari, vt latissime scribit Cagno. in repe. 2. l. 2. nu. 50. & seq. C. de pac. inter empto. & vendit. vbi cumulate citat Doctores primam opinionẽ, & alios secundam sequentes, tamen hanc secundam sententiam dicit esse de iure veriorem, & respondet ad iura in contrarium allegata, & eam dicit magis communem Tiraq. in titu. de retrac. conuentio. in præfatio. nu. 5. vbi more suo hanc materiam tractans cumulat, & eã tenet Beatus Antoninus Archiep. Flor. in sua summa, secunda parte, tit. primo. de vendit. ad terminum. nu. 88.

Primam tamen opinionem putarem verã, quando excessus in precio esset immoderatus, vtputa, si excedat dimidiam, & sic læsio esset enormissima, quia tunc argueretur contractus illicitus, vt idem Cagno. in d. l. 2. nu. 59. 81. & 98. C. de pac. inter emp. & vendito. post Roma. Barba. Corn. & Dec. quos allegat. Gram. decis. 76. nu. 15. Tunc enim æquiparantur dolus re ipsa, & dolus ex proposito, vt supra in præcedenti decis. latè probauimus, quibus addo Castren. in d. l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. Cagno. in d. l. 2. nu. 11. Abb. in c. cum causam. col. 2. de emp. & vend. Moder. in c. cum dilecti. col. 6. de emp. & vend. Soc. consi. 263. Ias. consi. 183. volu. 4. Afflic. decis. 32. nu. 9. & seq.

10 Præterea in casu nostro † pactum de retrouendẽdo fuit ex longo interuallo positum, quo casu non inducit præsumptionem fraudis, vt concludit Bart. in d. l. nemo. nu. 11. & ibi communiter Docto. relati per Rippam nu. 73. & seq. & alij citati per Tiraq. in d. tracta. de retract. conuentio. in præfatio. nu. 6. & 7. quæ etiam excluditur ex eo, quod mulier emit tutorio nomine, vt concludit Cepol. de simulatione. in 6. casu. col. 5. in fi. Corne. consi. 4. col. penul. volu. 1. Accedat, quia non fuit probata minoritas precij, minusq̃ fuit expressum, in qua parte esset simulatum,
11 † nec edoctum, quod à principio contractus simulatio interuenit, quod fieri debebat, Bal. in l. ab Anastasio. & ibi Alex. in apostil. C. manda. & secundum hanc opinionem iudicauit Senatus, & pronunciauit contractũ non esse simulatum, nec in fraudem vsuratum.

1 Interdi-

SVMMARIVM.

1 Interdicto retinendæ agens, inter cætera probare debet se tempore turbationis, & litis contestatæ possidere: quod intellige, vt num. 4.
2 Qui olim possedit, & nũc allegat se possidere, præsumptio pro eo facit, vt possidere dicatur.
3 Possessio per fructuum perceptionem probatur.
4 Probatio vera, vel præsumptiua possessionis tempore litis contestatæ, sufficit in interdicto retinendæ.

DECISIO XLIII.

In interdicto Retinendæ possessionis, Actor probare debet verè vel præsumptiuè se tempore litis contestatæ possidere.

ANtonius Ferrerius Astensis cum tam vigore constituti in Instrumento emptionis adiecti, quàm actu ipso in quorundam bonorum possessione, & cum eisdem bonis sub securitate, & saluaguardia Ducali constitutũ se esse proponeret, in eorundem bonorũ possessione manuteneri petijt, nobilibusque fratribus de Bullis conuentis interdici, ne vllam molestiam ipsi agenti in dictis bonis inferrent: reis intentionem agentis negantibus ac contendentibus se iure velle dicta bona tueri, actor possessionem suam in dictis bonis per fructuum perceptionem pluribus annis ante huiusmodi litem motam probauit, item & venditorem constituentem tempore constituti possedisse, quæsitum fuit, an obtinere debeat actor in huiusmodi remedio retinendæ: † Et primo intuitu dicendum videtur non debere, idq; ex text. in §. hodie institu. de interdic. & doctrina Bar. in l. 1. §. fin. num. 18. ff. vti possidetis. vbi expresse ait, actorem agentem remedio retinendæ inter cætera probare debere, se tempore turbationis & litis contestatæ possedisse, & quia in causis coram Senatu lis non contestatur, probari possessio debet illius temporis, quo lis contestari debuisset iuxta Bal. in disputatione incipiente, Accusatus de vi turbatiua. col. pen. quem refert Alex. cons. 88. col. prima. volum. 5. sed ex actis non constat actorem tempore litis contestatæ possedisse: ergo obtinere neutiquam potest.

Prædictis tamen non obstantibus, contrarium decisum in casu isto fuit, & hoc ex vulgata, & communi conclusione, quæ habet, † eum, qui olim possedit, & hodie se possidere allegat, præsumi nũc possidere, & sic possessionem præsentem ex præterita probari, vt notat gl. Bar. & communiter scribentes in l. siue possidetis. C. de probatio. & in l. non ignorabit. C. ad exhib. & communiter Doctores Canonistæ, in c. cum ad sedem, de restitu. spolia. plura allegat Alciat. in tractat. præsumptio. regula 2. præsumptio. 21. vbi ponit regulam cum octo limitationibus, & per prædicta ita in terminis nostris determinat Alex. eodem cons. 88. num. 18. vol. 5. & cons. 80. num. 1. vol. 2. At pars agens possessorium suum probauit per perceptionem
3 fructuum annorum præcedentium, † per quem modum perceptionis fructuum possessionem probari dicit Baldus in prælegata sua disputatione, col. penult. Bar. in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. de acquir. posse. & in l. quamuis. §. 1. ff. eod. tit. Alexan. cons. 133. col. 3. vol. primo, latè Dec. in c. bonæ. col. 8. de appella. ergo præsumptiuè de possessione tempore litis motæ probauit.

Non obstant in contrarium allegata, quo-
4 niam intelligi debent, † actorem debere possessionem probare tempore litis motæ, scilicet verè, vel præsumptiuè, quæ præsumptio locum sibi vendicat, quando reus non probauit se possidere, vel saltem detinere: ita enim sentit Bar. in d. l. 1. §. fin. ff. vti possi de. necnon Alex. prælegato cons. 88. num. 18. Rippa quoque in c. cum Ecclesia. col. 8. vers. tertiò ampliari potest, de causa posse. & proprie. Afflict. decis. 394. quem omnino videas.

SVMMARIVM.

1 Plures in dubio obligati viriliter intelliguntur, non autem insolidum.
2 Pater vbi bona filij administrat, & eum gubernat, tunc ad restitutionẽ dotium insolidum tenetur, & ibi Cyni distinctio affertur.
3 Quæ facti sunt non præsumuntur, nisi probentur.
4 Argumentum à communiter accidentibus fortißimum est in iure.
5 Maritus, & vxor licet confiteantur precium rei venditæ recepisse, præsumitur tamen totum precium ad maritum peruenisse.
6 Pater officio iudicis cogi potest ad recipiendum, & recognoscendum dotes pro filio.
7 Pater & mater, vbi simul pro filia dotem promittunt, tunc mater præsumitur magis intercedendi animo pro marito promittere, quàm vt de suo aliquid præstare velit.
8 Pater, quando consentit matrimonio filij, obligat se & eius bona pro restitutione dotis.
9 Pater obligationi bonorum suorum pro restitutione dotium tam contractæ, derogare non potest, subijciendo ea fideicommisso.
10 Paria sunt, quod filius dotem recipiat cum voluntate patris, vel iussu eius.
11 Paria sunt, alicui dare, vel soluere, seu alij, de eius voluntate.

Pater & filius in receptione dotalis pecuniæ, si præ-

sentes sunt, duo rei debendi iudicantur, quod est speciale num. eodem.

12 *Angeli opinio confutatur, dum vult, patrem tanquam fideiussorem obligari, vbicunque filius eius voluntate dotem recepit.*

13 *Excussionis exceptio, cum dilatoria sit, opponi ante litem contestatam debet.*

14 *Excussionis exceptio opponi non potest, stante iuramento.*

15 *Consensus appellatione regulariter de expresso intelligi debet.*

16 *Regula l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. limitatur.*

17 *In aduentitijs obligatio inter patrem, & filium consistere potest.*

DECISIO XLIII.

Pater & filius, qui dotem recepisse confessi sunt, an viriliter ad eius restitutionem obligentur.

ANno 1493. præcedentibus sponsalib. inter Ludouicum Richerium filium Bertrandi, & Aymonetam filiam Honorati Buscheti Nicienses, promisit idem Honoratus Bertrando, & Ludouico præsentibus & stipulantibus coniunctim, vel diuisim, statutis temporibus soluere nomine dotis prædictæ Aymonetæ florenos 1800. Econtrario autem Bertrandus, & Ludouicus coniunctim, seu diuisim, recognoscere, securamúe facere super omnibus bonis eorum, cum iuramentis, & hypothecis apponi solitis, necnon promiserunt omnia recepta dotis nomine, eueniente casu restitutionis ipsius dotis, restituere: contractus deinde matrimonio Bertrandus pater, & Ludouicus filius eodem Instrumento confessi fuerunt recepisse dictos florenos 1800. quos Bertrandus, & dictus Ludouicus filius cum licentia, & auctoritate patris voluerunt esse cautos & securos, in & super omnibus bonis eorum. Nunc quæritur, an hæredes Ludouici grauati ex testamento Bertrandi restituere quædam bona, possint integras dotes detrahere de rebus fideicommisso subiectis, an dimidiam imputare teneantur, quam Ludouicus confessus fuit recepisse?

Et in hac quæstione duas comperio principales opiniones esse. Prima est, vnumquemque, Bertrandum scilicet, & Ludouicum pro dimidia obligari, ex vulgata regu. l.
1 reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. † vbi in dubio plures obligati viriliter censentur, nō autem insolidum. Hancq; partem tenuit Bart. in l. si constante. col. 6. vers. octauò quæro. & ibi Bal. in princ. Sayf. col. 8. vers. item circa octauam. ff. solu. matrim. Bal. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. vers. tertiò quæro, & ibidem Imo. & Alex. col. 2. vers. & prædicta faciunt. ff. eod. titu. Corn. cons. 303. in litera F. & L. vol. 4. Campe. de dote in tertia parte, quæst. 169. Bal. Nouel. in septima part. quæst. 38. Cassa. in consuetu. Burgun. fol. 224. nu. 3. Lupus in repeti. c. per vestras, in 5. nota. num. 11. fol. 107. de donatio. inter vir. & vxo. Cuma. cons. 40. col. fin. Rui. cons. 186. nu. 7. vol. 1. & alij citati per Tiraq. de retract. §. 31. glo. vni. num. 4. & dicit veram & communem, Boer. decis. 23. num. 10.

2 Alia † fuit opinio Cyni in d. §. transgrediamur. quod aut pater administrabat, seu gubernabat filium, & omnia bona: & tunc insolidum pater teneatur, cum præsumantur dotes ad eum peruenisse: aut filius administrabat, & eadem præsumptione filius teneatur: aut vterq; seipsum administrabat & gubernabat, & tunc quilibet pro dimidia tenetur. In dubio autem præsumitur alere pater, & gubernare filium, & sic dotalis pecunia ad eum peruenisse, idq; triplici ratione.

3 Prima, quia † quod filius seipsum gubernet, & bona administret est facti, ideò hoc non præsumitur, nisi probetur, l. 1. in princ. ff. si quadru. paupe. fe. dica. & ibi glos. in verbo, Dicatur. conuenit enim cum hac præsumptione primæuus status naturæ, quo pater filium educat & gubernat, Institut. de iure natura gen. & ciuili, in princ. Secunda ratio ea est, quia regulariter patri acquiritur vsufructus bonorum, quæ filius acquisiuit l. cum oportet. C. de bon. quæ libe. cum similibus: ideò non præsumitur voluisse iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probatio. & sic alterius dimidiæ vsumfructum amittere. Tertia est, quia secundum communem contingentiam, patres filiorum bona administrant, † ergo præsumuntur nuruum dotes
4 ad eos peruenisse, cum argumentum à communiter contingentibus sit fortissimum in iure. l. nam ad ea. & l. & ideò. vbi glos. ff. de legi. alia glos. in l. neque natales. C. de proba. & in obscuris inspicimus, quod verisimilius est, & plerunq; fieri solet, c. inspicimus. de regul. iur. in 6. Abb. consil. 82. colum. 3. volum. 1. latissimè Euerar. in locis legali. c. 56. vbi circa fin. post Roman. sing. 402. dicit argumentum à cōmuniter accidentibus esse vtile: quia illud probandi onus in aduersarium transfert.

Hanc autem opinionem Cyni sequitur Ange. in prædallegato §. transgrediamur. & ibi Alexan. licet is probationem communis

con-

contingentię requirat, & in apostillis ad Bar. in l. 3. §. fi. in fi. Et comprobari potest arguendo à simili, & ex identitate rationis, & æquitatis, quod est validissimum, l. non possunt. & l. sequent. ff. de legi. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. & l. à Titio. ff. de verb. oblig. † Nam sicut si maritus, & vxor fateantur recepisse precium rei venditæ, totum precium peruenisse ad maritum præsumitur, vt concludit Alex. consil. 172. col. 4. vers. similiter non obstat. vol. 6. post Bal. & Imo. per eum relatos. Bal. Nouel. in d. tracta. in septima parte. in primo priuilegio. col. 9. vbi ita communiter teneri scribit, Afflict. decis. 209. Capi. decis. 78. num. 9. Craue. consil. 91 nu. 11. istam cõmunem esse ferens, ac reliqui cumulati per Tiraquel. de retracta. d. §. 31. nu. 5. & 6. & Boer. decis. 23. num. 6. dicens, fuisse ita iudicatum Bononiæ, & hoc, quia maritus vxorem gubernat & administrat, imò dotis dominus is dicitur, nec vxor eius voluntati resistere potest, ad eumq; spectat negocium. Idem ergo in confessione patris & filij iudicandum est, præsertim quando pater omnia gubernat & administrat, prout id ita præsumitur arguendo à communiter contingentibus, † cum ad eum spectet dotes pro filio recipere & recognoscere, & ad hoc compelli saltem officio iudicis possit, secundum Bar. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. & in authen. res, quæ. C. commu. de lega. Bald. in iam dicto §. transgrediamur. vers. iuxta hoc quæro. & ibi Ange. vers. in tex. ibi, socer tenebitur. Castren. num. 9. Ang. Aret. §. est & aliud. col. penult. vers. & aduertas. Institu. de dona. dicens, se ita cõsuluisse apud Regium, quod si pater, & filius confiteantur recepisse dotes vxoris filij, tota pecunia præsumitur ad patrem mercatorem peruenisse, Bal. Nouell. in 6. parte, priuilegio 6. conuenitq; id quod idem Bal. Nouellus scribit in sext. par. in tertio priuile. col. 2. vers. vidi etiam consultũ. dicens, † quod si pater & mater simul dotem pro filia promittunt, obligando se ipsi marito, quod tunc mater magis intercedendi animo promittere pro marito videtur, quàm de suo quicquam donare, & sic repeteret, cum totũ negocium ad virum suum pertineret.

Tertiò, pro hac sententia facit doctrina Bar. communiter approbata in d. §. transgrediamur. col 2. vers. quæro, an pater cogatur. vbi concludit, † quod quando pater filij matrimonio consensit, & quòd filius dotem reciperet, se, & eius bona pro dictæ dotis restitutione obligat, & Bar. sequitur Castren. consil. 80. Aret. in §. fuerat. col. penult. versic. quæro, an eo ipso. Instit. de actio. Soci. consil. 269. num. 3. & est decisio Specula. in titulo de dote post diuor. restitu. §. formatis. vers. sed quid si filius familiàs. nu. 11. vbi expresse ait, quod si filius familiàs dotem recepit de voluntate, & parabola patris (vt ipse inquit) tunc bona patris sunt pro dicta dote à filio recepta obligata, d. §. transgrediamur. vbi est text. ad literam. & Specula. refert. Alex. in d. §. transgrediamur. col. 1. vers. item dum Bar. sequitur Campe. de dote in tertia parte quęst. 168. Bal. Nouell. de dote in 6. par. in septimo speciali, in princ. Castren. consil. 219. nu. 3. vol. primo, iuxta impressionem Papien. Negusan. de pignori. in quarto membro secundæ part. nu. 36. & Prati. Papien. in forma libelli, quando vxor agit ad dotem, col. 7. & 8. & Corn. consil. 256. col. 5. vol. primo, in quo consil. dicit communem opinionem cum Bar. esse in d. §. transgrediamur. & respondet ferè ad omnia, quæ possent in contrarium adduci, latissimè Lup. in repetitio. rubricæ de dona. inter vir. & vxo. §. 21. incipien. Hodie. col. 1. & 2. his famulantur, quæ scribit Viuius in suis communib. conclusi. in verbo, Pater interueniens. Cum itaq; secũdum proposita † filius dotem receperit de voluntate patris, non potest pater, qui bona sua obligauit pro restitutione dictarum dotium tali obligationi derogare, subijciendo bona sua restitutioni, quo minus ob dictam causam dotis restituendæ fideicommissi diminutio fieri possit: ita decidit Deci. consil. 376. in fin. post Paul. de Castr. per eum allegatum consil. 13. quod secundum impressionem Papiensem est consil. 80. Bal. Nouelli in 6. part. priuileg. 13. & 20. vol. 2. Negusan. loco suprà citato, num. 38. ita in terminis nostris pro hac opinione concludit Curt. Sen. consil. 54. dicens, ab ea non esse recedendum in iudicando, quem refert, & sequitur Tiraq. de Retract. d. §. 31. glo. vni. num. 7. & Mod. Paris. in Tract. de vsuris. num. 291. quinimò corroborantur præmissa, † quia paria sunt filium totam dotem recipere, seu partem voluntate patris seu eius iussu, d. §. transgrediamur. & ibi. Bal. post Dyn. & sequitur etiam Ang. in vers. sin autem. Imo. ibidem in verbo, In glo. absolute. & Paul. de Cast. num. 1. Aret. in iam dicto §. fuerat. col. finali. vers. tamen Rapha. his non obstantibus. Corne. d. consil. 257. col. 5. post Specula. in d. §. formatis. titu. de dote post diuortium restitu. quos refert, & sequitur Negusan. in d. quarto membro secundæ part. num. 36. & 41. & similis interpretatio legitur in titulo, de feudo sine culp. non amitten. §. miles. & ibi glos. & Bal. Aretin. in l. si

quis

quis mihi bona. §. iussum. col. 5. ff. de acquir. hæredi. At quando soluitur filio de iussu pa-
11 tris, pater insolidum tenetur, † cum paria sint alicui dare seu soluere, vel alteri de eius mandato seu iussu, d. §. transgrediamur. & ibi communiter Doct. maximè Bal. & Castr. in prin. num. 5. latè Bal. Nouel. in d. 7. par. in 37. & 38. priuileg. vbi expresè tradit, quemlibet insolidum obligari, licet diuersis actionibus, imò fortius in fine dicti priuile. 37. & 38. ait, quod quando filius recipit pecuniam iussu patris & in illius receptione vterq; est præsens speciale est in dote, vt censeantur duo rei debendi, l. fin. C. de dote cau. non numer. & ibi Bar. & Bal. dum illam legen simpliciter loquentem de confessione patris cum filio intelligunt, quod sint duo rei debēdi, qui possint in dote constitui, sequitur Ias. in l. si constante. col 9. vers. & ad tex. in d. l. fi. & ibi Rip. num. 55. concludentes, hanc esse cōmunem opinionem contra Bar. in d. l. si constante, in octaua quæstione. Ergo idem dicendum, si filius cum voluntate patris recipiat: porrò Bertrandus pater etiam obligatur insolidū, & pariter eius bona sunt insolidum hypothecata, cum Ludouicus filius de patris licentia, consensu, & auctoritate dimidiam partem dotis receperit, quo casu idem dicendum est, ac si totam recepisset, argu. l. quæ de tota. ff. de rei vendic. & d. gl. in titul. de feud.
12 sine culpa non amittendo. † & si dicatur, quod quando filius recipit dotem de iussu, seu voluntate patris, tunc pater obligatur accessoriè, vt fideiussor, veluti visus est tenere Ang. in sæpe dicto §. transgrediamur. in vers. in tex. ibi, socer tenebatur. & ibi Paul. de Cast. num. 1. in fin. & Alex. col. 2. vers. sed respondeo. Corn. in iam dicto cons. 256. col. 7. in princ. vol. 1. Ideò eidem competeret beneficium excussionis, authen. præsente. C. de fideiuss. Ad id duobus modis respondetur. Primò veram non esse eam opinionem per tex. in d. §. transgrediamur. vers. planè. & in l. 1. ff. quod iussu. & per ea, quæ scribit Bal. Nouellus in d. priuileg. 37. & 38. necnon Camp. d. quęst. 168. post Aretin. in d. §. fuerat. col. fi. Secundò responderi potest, quod dato non tamen concesso patrem tali casu accessoriè obligari, potest nihilominus is, vt principalis conueniri, nec excussionis beneficio iuuatur, secundum Bar. in l. cum filius famil. in princ. ff. de verbo. oblig. & ibi Ias. num. 12. & Socin. col. 1. in fi. post Bar. in l. si seruus. §. an filius. ff. eod. tit. & hoc per text. in l. 1. §. quod ergo. ff. quod iussu. & in l. 3. §. sed vtrum. vers. proinde, el primo. ff. de minor. Nec pater tali casu recuperare à filio potest, secundum Bar. in d. l. cum filius familiàs. col. 2. versic. quarto in modo recuperandi. Tertio admisso citra veri præiudicium filium primo excutiendum, hoc intelligitur si à parte opponatur,
13 aliàs iudicium tenet: † nam cum hęc exceptio excussionis dilatoria sit, debet opponi ante litem contestatam & specifice, Bar. in l. fin. in fin. princ. ff. si cert. petat. Alex. cons. 32. col. 1. num. 9. vol. 4. Gozadi. cons. 42. num. 12. Ias. in §. item si quis in fraudem. num. 81. Instit. de
14 actio. quem omnino videas. † Item ea opponi non potest stante iuramēto, Alex. d. cons. 32. num. 13. Hypp. in rubrica de fideiuss. num. 9. & 314. licet contrarium tenuerit Felin. in c. ex rescripto. num. 19. de iureiuran. qualiter autem fieri excussio debeat, Aretin. docet in l. decem. col. 2. ff. de verb. oblig.

Non obstant in contrarium allegata, quia illa procedunt, quando pater & filius simul confessi simpliciter fuerunt se dotem recepisse, nec interuenit expressus consensus, & voluntas patris, secus verò in casu proposito, in quo facta solutio fuit partis dotis filio de consensu, & expressa voluntate patris: ita enim Bal. Nouel. distinguit priuileg. 38. vers.
15 potest tamen distingui. † & facit, quia regulariter appellatione consensus intelligi de expresso debet, secundum Aret. in l. 2. §. voluntatem. col. 1. ff. solut. matrimo. & sequitur Corne. cons. 256. col. 7. in litera R. lib. 1. dum negat in ipsa confessione simplici interuenire consensum, saltem in genere, quod vltimum non affirmo per ea, quæ Cuma. scribit d. cons. 40. col. fi.

Non etiam obstat regula §. cum in tabu-
16 lis. † quia non procedit in his personis, quæ obligari inter se non possunt, Afflict. d. decis. 209. num. 4. nec in casibus, in quibus negocium principaliter ad alterum spectat, iuxta Crau. d. cons. 91. num. 11. cuius dicta collaudat & cōprobat, dicens ita se habere communē opinionem Ronchegal. de duo. reis, l. 9. nu. 59. & seq. sed iure ciuili inter patrem & filium nulla saltem ciuilis consistere potest obligatio, Bar. in l. frater à fratre. vbi Ias. num. 30. ff. de condi. indeb. in prima lectu. facitq; l. lis nulla. ff. de iud. & ad patrem spectat consentire, ac se pro restitutione dotis obligare, ad idq; compelli potest, vt suprà memorauimus: ergo locum non habet regu-
17 la d. §. cum in tabulis. † in aduentitijs tamen inter patrem & filium extare obligatio potest, vt concludit Ripp. in ead. l. si constante. in fi. ff. solut. matrim. Et iuxta hanc opin. attenta forma obligationis censuit Senatus dotes integras esse soluendas super bonis paternis, non obstante fideicommisso.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Confessio siue liberatio cedentis facta post cessionem an præiudicet cessionario.
2 Transactio facta inter debitorem, & hæredem præiudicat emptori hæreditatis.
3 Cedens non potest in præiudicium debitoris hoc facere, ne possit eum gratis liberare, nisi debitor consentiat censioni, quod dictum confutatur in fi.
4 Vbicunq; cessio fit ad commodum cedentis, tunc eius factum nocet cessionario, & ibi communis Docto. distinctio affertur, & num. 5.
6 Castren. opinio confutatur, dum vult, debitorem cessum posse ignorare cessionem, etiam interueniente aliquo ex requisitis, in l. 3. C. de nouatio.
7 Cessio, etiamsi sit facta periculo cedentis, eius confessio non nocet, nec prodest cessionario.

DECISIO XLV.

Cedentis confessio, siue liberatio facta post cessionem, an cessionario noceat.

FRanciscus Luchatus, anno 1548. titulo permutationis, seu venditionis cessit Ioachimo Chiandoni, annuum censum sextariorum duodecim siliginis, debitum à Petro Vdriento, ponēdo ipsum Chiandonum in locum suum ad habitis alijs clausulis apponi solitis, qua permutatione facta, cedens confessus fuit recepisse à debitore cesso scientе cessionem, quicquid idem debitor cedenti vsque in diem factæ confessionis tenebatur: prædictum Vdrietum debitorem propterea liberando, qui inde à cessionario cōuentus, excepit de dicta confessione, & liberatione facta ante litem motam. Quæsitum fuit, † an talis exceptio, seu liberatio noceat cessionario: & prima facie dicendum videbatur nocere, cum non interuenerit vnum de tribus requisitis in l. 3. C. de nouatio. & deleg. & per Bal. & Sal. in l. 1. C. de actio. & oblig. videlicet litis contestatio, aut denunciatio debitori, vel receptio partis debiti.

Secundò facit tex. in l. fi. ff. de transact. † vbi transactio facta inter debitorē, & hæredem præiudicat emptori hæreditatis, per quem tex. ita tenet glos. in l. si cum emptore. ff. de pactis. quam refert & sequitur Afflict. decis. 335. num. 22. & seq. vsq; in fin. vbi post Fulgo. ibidem relatū tenet, non sufficere scientiam debitoris cessi, nisi sciat alio de tribus modis, de quibus in l. 3. C. de noua. & ibi Alber. nu. 3. & ratio esse potest secundum Io. Andr. in additio. Specul. in titu. de procur. §. sequitur. vers. sed quid si debitor, quia cum l. 3. C. de noua. ponat regulam, à qua excipit tres casus, non est tutum addere quartum.

Tertiò videtur decisio in terminis Bal. in rub. C. de reuoc. ijs, quæ in frau. credi. aliena, sunt. col. 1. vers. considera, quod ego dico. 3 vbi expresse dicit, † quod cedens non potest in præiudicium debitoris hoc facere, ne possit eum gratis liberare: & sic concludit Bal. cedentem posse liberare debitorem scientem, etiam in præiudicium cessionarij, glos. in l. 2. in princ. in verbo, Suspectum. verlic. item non poterit. ff. solu. matri. & hanc opinionem tenuit Saly. in l. fi. nu. 4. C. de procu. dicens, eam procedere, vbi periculum ad cedentem pertineret, Ang. in l. si cum emptore. in fi. ff. de pact. & in l. facta. §. si hæres. circa fi. ff. ad Treb. tamen se remittit, vt ibi per eum, Fulg. expresse cons. 4. num. 3. & seq. & pro hac opinione adducebam, Alex. cons. 46. nu. 5. vol. 5. dicentem, ita esse cōmunem opinionem, quem ibi sequitur Mol. pluribus citatis, quòd si cedens post factam cessionem confiteatur aliquid circa ius cessum, non præiudicat cessionario, quando damnum, & incommodum spectat cessionario, vt quia non est habiturus regressum aduersus cedētem: ergo vbi esset habiturus regressum, vt in casu nostro, ppter permutationem seu venditionem, præiudicat cessionario.

Sed præmissis non obstantibus contraria opinio visa est de iure verior, pro qua retorquetur tex. in l. fin. ff. de transact. arguendo à contrario sensu, attenta scientia debitoris cessi. Nam sicut transactio, de qua in d. l. fin. nocet, quia debitor cessus causam ignorabat, ita à contrario sensu non debet nocere, vbi debitor sciebat: & ita notat ibi glos. 1. & fin. in d. l. si cum emptore. communiter approbata, quæ tamen recipit declarationem ex doctrina Bar. in d. l. si cum emptore. & in l. facta. §. si hæres. num. 5. ff. ad Treb. vbi 4 distinguit, † quòd quandocq; cessio fit ad cōmodum cedentis: quia quod exigitur, debet verti in eius vtilitatem: & tunc eius factum nocet cessionario, nisi cessus habuerit scientiam vno de tribus modis, de quibus in d. l. 3. C. de nouatio.

Ego tamen putarem, quod quando cessio fit ad commodum cedentis, non est curandum, quomodo sciat debitor cessus, vel vno ex tribus casibus, de quibus in d. l. 3. C. de nouatio. aut alio modo: quia semper poterit opponi cessionario, Tua non interest, postquam omnia reuersura sunt in cōmodum cedentis, cui semper nocebit eius pactum, vel confessio: & hoc videtur sentire Paul. de Cast. in d. l. facta. §. si hæres. vers. in secundo

casu

casu intellige. ff. ad Trebel. Nec obstat d. l. 3. quia ibi cessio erat facta ad commodum cessionarij, quod colligitur ex illis verbis, solutionis causa. Item ex illis, vel aliquid ex debito accipiat, Rub. in repe. §. morte. nu. 660. cogita tamen propter auctoritatem Bartol. qui cõmuniter approbatur: & quia Doctores communiter tenent d. l. 3. loqui. quando cessio erat facta ad commodum cedentis, quandoq; cessio fit ad commodum cessionarij, & tunc quoquomodo debitor sciat factum cedentis, non nocet cessionario, & idem sentit Bar. in d. l. facta. §. si hæres. versic. quæro, vtrùm confessio. quem refert & sequitur Rui. cons. 177. num. 4. & 6. vol. 1. & est de mente Specul. in d. §. sequitur. versic. sed quid si debitor. & sequitur Bal. in d. l. si cum emptore. Roma. cons. 102. in princip. Ange. in §. præterea. col. 24. Institu. de except. Paul. de Cast. in d. §. si hæres. nu. 4. & in d. l. si cum emptore. col. penult. & fina. qui optimè declarat hanc materiam, & in omnibus meo
6 iudicio bene dicit, † nisi inquantum præsupponit, debitorem cessum posse ignorare cessionem, etiam postquam interuenit vnum de tribus casibus, de quibus in l. 3. C. de nouatio. quia si interuenit vnum de dictis tribus requisitis, scilicet, aut litis contestatio inter cessionarium & cessum, aut solutio partis debiti à cesso facta ipsi cessionario, vel quòd cessionarius eidem cesso denunciauerit cessionem, profectò non potest debitor cessus prætendere ignorantiam cessionis. Et quod huiusmodi confessio non noceat cessionario, tenet Corne. cons. 139. litera B. volum. 3. Afflict. decis. 163. in fin. post Paul. de Cast. Alex. & Cyn. per eum allegatos: quos omnes etiam alijs pluribus relatis refert & sequitur Paris. latè cons. 19. col. penul. & fin. volum. 3. vbi dicit, hanc esse communem opinionem, & respondet ad allegata in contrarium, præcipuè ad decisionem Afflic. 335. quam improbat. hanc opinionem tenet Alcia. respons. 136. num. 3. Quinimo Alber. de Ros. in l. fin. num. 9. C. de procu. sequendo opinionem Richar. Iac. de Are. & Cyn.
7 tenet, † quod etiamsi cessio esset facta periculo cedentis, eius confessio non noceret cessionario, nec prodesset: & ita dicit fuisse iudicatum Bononiæ, & idem tenet in l. seruum filij. §. 1. num. 3. ff. de lega. faciunt dicta Paul. de Cast. in cons. 334. colum. 1. in princ. secundum impressionem Papiensem, & prædicta multò magis locum habent, quando in Instrumento cessionis sunt posita illa verba, ponendo cessionarium in locum suum, & similia, prout in casu nostro, quia tunc cedens non poterit agere, nec exigere, licet cessionarius nil fecerit de contentis in d. l. 3. C. de noua. ita notan. dicit Ange. in d. l. si cum emptore. vers. per hoc iam consuluit. ff. de pact. & licet Ias. in d. l. si cum emptore. num. 9. improbet Ang. attamen comprobatur à Ioan. Croto cons. 1. num. 12. 14. & sequent.

Non obstat dictum Bal. in rubr. C. de reuoc. his, quæ in frau. credi. alie. sunt. quia sine lege loquitur, imò contra tex. in d. l. 3. C. de nouatio. & l. si cum emptore. ff. de pactis. & in l. fin. ff. de transact. contraq; communem conclusionem suprà allegatam, & glos. super qua se fundat, communiter reprobatur, & contra eam retorquetur tex. in l. cum marítus. §. fi. ff. de pact. dot. & Bal. in l. pro hæreditarijs. col. 3. & fina. C. de hæred. actio. vbi dicit, quòd mulier non potest de dote testari, quando ad alium est applicata vigore contractus, & illius interest non reuocare. Non obstant Alexan. d. cons. 46. vol. 6. & alij eum sequent. quia non apparet cessum ibi fuisse scientem, & si de eo loqueretur, diceret contra tex. & glos. in d. l. fina. ff. de transactio. Et ita censuit Senatus in fauorem cessionarij, condemnando debitorem cessum, non obstante allegata confessione à cedente facta, ius omne aduersus confitentem competens ei reseruando. De materia huiusmodi confessionis cedentis vidi post hæc scripta, Rochegal. de duob. reis, l. 3. num. 63. & pluribus sequent. quem per te videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Testibus an expensa tantum victus, vel mercedes operum præstari debeant, latissimè hic disputatur.*
2 *Expensarum appellatione non veniunt damna.*
3 *Testes vltra quindecim dies in loco iudicij stare non coguntur, & l. si quando. C. de testib. à contrario sensu inducitur.*
4 *Testimonium ferre munus publicum esse dicitur.*
5 *Merces eis non debetur, qui inuitt ad aliquid faciendum cogi possunt.*
6 *Testis damna temporis à litigantibus petere nõ potest, quod declara, vt not. num. fi.*
7 *Labor nemini in damno esse debet.*
8 *Officium damnosum cuiq; esse non debet.*
9 *Testis expensas in eundo, stando, & redeundo, repetere potest.*
10 *Mater tenetur alere filium intra triennium, nisi non habeat, vnde se alat.*
11 *Damna repeti possunt, quæ ex eo proueniunt, quod à suis negotijs quis auocetur.*
12 *Regula l. cum prætor. de iudic. limita. multis modis. & num. 13. & 14.*
13 *Argumentum à contrario sensu sumi non potest, quando resultaret sensus contrarius rationi alterius legis.*
16 *Officia publica damnosa esse non debent.*

DE-

DECISIO XLVI.

Testibus à longinquis partibus venientibus ad locum iudicij, an expensæ victus proprij tantum, vel operarum mercedes, etiam persolui debeant.

1 QVæsitum fuit, † an testibus procul venientibus debeantur non solum expensæ victus proprij, sed etiam operarum mercedes, quas dietim industria percipiũt maximè vt propriam familiam alant? Et prima fronte visum fuit expensas victus duntaxat deberi, l. quoniam liberi. C. de testib. & c. statutum. & c. veniunt. 4. quæstio. 3. gl. in c. non licet. 11. quæstio. 3. l. eos. §. si quis autem. C. de appellationibus. vbi solum de sumptibus, siue expensis ministrandis fit mentio: ergo mercedes operum, siue alia damna non vi-
2 dentur deberi, † cum non veniant appellatione expensarum, cap. in nostra, de iniur. vbi ponuntur tanquam diuersa, ideo de vno ad aliud inferri non potest, vulgata l. fina. ff. de calum. quinimo includendo expensas videtur damna alia prohibuisse, argu. c. nonne, de præsumpt. & l. cum prætor. ff. de iudi.

Secundò, hæc opinio videtur comprobari ex subtili ratione, l. si quando. C. de te-
3 stibus. † vbi testes non possunt cogi stare in loco iudicij vltra quindecimum diem, ne pro alienis commodis suas inueniant difficultates: ergo intra quindecimum diem cogi possunt pati suas difficultates, id est damna: & arguendo à contrario sensu innuit, quòd damna non debentur intra quindecimum diem, nec etiam post, quia si deberentur, non diceretur iacturam pati: hinc videmus, quòd si testis in itinere spoliatus à latronibus fuerit, non recuperat damnum à producente, secundum Bald. quem ibi sequitur Fel. in c. 1. de testib.

4 Tertiò facit, † quia ferre testimonium est munus publicum, glo. in l. sed si quis ex signatoribus. in verbo, Obsignentur. ff. quem admod. test. aperian. & in dicta l. si quando, in glo. 1. C. de testibus. per tex. in l. secunda. §. primo. & ibi Ias. in 4. nota. ff. si quis cau. Felin. latè in rubri. de testi. cog. & propterea cogitur ad dicendum testimonium, l. inuiti. ff. de testibus. & dicta l. si quando. & extra de testi. cog. quod tamen gratis ferre debet glo. in c. ab omni, in verbo, Gratis.
5 de vita, & honestate clerico. † si igitur inuiti possunt cogi: ergo merces eis non debetur, argumen. tutoris, cuius officium etiam publicum est, Institu. de excusa. tuto. §. primo. & tamen ei non debetur salarium, quia est gratuitum, glo. penultima, in l. prima. ff. mandati. Guido. Pap. quæstione 68. in principio.

Quartò hanc opinionem sequuti fuerunt Bald. in l. fina. in fine. C. de fruct. & lit.
6 expen. † vbi dicit, quòd testis damna temporis petere non potest, quia hoc esset litigantibus nimis onerosum, & ib. sequitur Salyce. etiam in fine. Alberic. in l. quoniam liberi. num. 4. in fine. C. de testibus. vbi vtitur dictione taxatiua, tantummodo Philip. Franc. in c. statutum. §. penultimo. colum. secunda. de Rescriptis. in sexto. & allegant Cardin. in c. placuit. 4. quæst. 3. Nellus de Sancto Geminiano in tract. de testib. in verbo, Cedens. in fine. & hanc opinionem tenet D. Augustinus Molignatus vir doctissimus patronus huius causæ, nunc Episcopus Britonorum meritissimus in suis quisquilijs propediem cudendis alijs rationibus motus.

Sed in contrarium videtur facere, quod scribitur duodecima, quæstio. 2. c. charitate.
7 videlicet, † iustum esse, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum reperiuntur commodare obsequium, cap. cum ex officij. de præscriptio. & cap. precariè. el primo. decima quæstio. secunda. vbi nemo propriis stipendijs debet militare, & de suo cogi alijs facere beneficium: pulchra glo. in cap. fina. septima quæstio. prima. vbi labor non debet esse sine fructu, & mercede. Vnde illud Catonis, *Cum labor est damno mortalis crescit egestas*: quem allegat glo. in verbo, Pedaneis. in §. ne autem. in authen. de iudic.

Secundò, pro hac opinione videtur tex. in l. si quis ex signatoribus. ff. quemadmodum testam. aperiantur. iuncto tex. in l. locum. §. hoc interdictum. versicu. exhibere. el secundo. ff. de tabu. exhiben. & iuncta glo. in verbo, Cogat. in l. cum ab initio. eod. tit. quemadmodum testam. aperian. vbi sicut signatores testamenti, qui tanquam testes possunt cogi ad recognoscendum signa: ita à rebus eorum auocan-
8 di non sunt, ne damnum sentiant, † cum sit iniquum, damnosum cuiq; esse officium suum, ergo videtur ibi tex. ad literam, quòd testi non debet eius officium esse damnosum, cui adstipulatur tex. in dicta l. si quando. C. de testibus. in eo, quòd vult testes non debere pati iacturam pro alienis commodis: pulchra glo. post tex. in l. si seruus

communis. §. iuſtiſsimè. in verbo, Damnoſum. ff. de furtis. quæ allegat præfata iura, & ibi Bartol. & ita notat Bald. in dicto c.
9 1. de teſtibus, vbi expreſsè dicit, † quod teſtis pōt recipere expenſas, quas fecit in eundo, ſtando, & redeundo, d. l. quoniã liberi. & d. c. ſtatutum. §. penúlti. & ſi quid vltrà recipiſunt, non valet eorum teſtimonium, niſi fortè in recompenſationem operum, quia à rebus ſuis reuocantur: nec enim debent pro alieno commodo iacturam ſentire, iſta ſunt verba Bald. quem ibi ſequitur Felin. numero ſecundo. & concordat tex. in l. 3. §. idem diuus. in verſicu. tecum ergo. ff. de teſtib. vbi dicitur, producentem teneri eis dare impendia, quorum appellatione etiam veniunt, ſi teſtis ipſe ex operibus ſuis, vel artificio ſuo ſolebat ſe alere, l. ſed ſi hæreditas. §. quod autem. & §. ſequen. ff. ad exhibend. gloſ. in l. ſi res mobilis. ff. de rei vendica. & præmiſsis conuenit regu. l. nam hoc natura. ff. de condic. indeb.

Tertiò facit in argumentum id, quod di-
10 citur de matre, † quæ tenetur alere filium intra triennium, iuxta gloſ. in l. ſi competenti. C. de alend. libe. & l. nec filium. C. de patria poteſta. nam ſi non habet, vnde ſe & familiam ſuam alat, niſi ex operibus ſuis, à quibus oporteret eam ceſſare, ſi filium alere vellet, tunc pater, non ipſa mater, tenetur alere, & eo caſu poſſet recuſare filium alere, Bald. in l. ſed & ſi hæreditas. § quod autē. ff. ad exhibend. idem ergo in teſte, qui licet poſsit cogi, vt veniat ad deponendum, attamen ſi operibus ſuis parat ſibi victum, & familiæ, recuſare poſſet, niſi ſibi ſatisfiat pro dictis operibus, à quibus propter teſtimonium ferendum cogitur vacare: ita ſcribit Flor. in l. teſtium. §. Sabino. ff. de teſtibus. & allegat tex. in dicta l ſed & ſi hæreditas. §. planè. ff. ad exhiben. addens, quòd non ſolum debet habere impendia, ſed etiam mercedem dierum, quibus ſtetit occupatus pro teſtimonio ferendo, per tex. in dicta l. ſi quando. in verbo, Difficultates, poſt Butr. ibi.

Quartò vrget doctrina Bartol. in l. ſi procurator. ff. rem ratam habere, in fine. vbi di-
11 cit, † quod quis repetit id, in quo damnificatur, ex eo quod à ſuis negotijs auocatur, & Bartol. in l. 1. ff. de aliena. iudic. muta. cau. dicit, ſuccumbentem in expenſis teneri ad damna ratione perſonæ, vtputa, ſi victor ſolebat lucrari operibus ſuis: & Bartol. refert & ſequitur Laſ. in l. 1 §. hoc iudicium. numero decimoquarto. ff. ſi quis iuſdi. non obtemp. Abb. in cap. finem litibus. nu. 30. de dolo & contu. loquens in ipſo principali litigante.

Quintò, quia tenentes primam opinionem, maximè Alberic. in dicta l. quoniam, volunt, quòd ſi teſtis habeat equum, quem ſit ſolitus locare, quod producens teſtes, teneatur ſoluere mercedem talis equi. adde Sylua. nuptia. lib. 3. in verbo, Monitorie, in quinta amplia. fol. 104. iuxta impreſsionem Papienſem. ergo multo magis dicendum eſt, eum teneri ad ſolutionem mercedis operarum, quas teſtis ſolebat alijs locare, vt ſe & ſuos aleret.

Sextò, hanc ſecundam opinionem tenuerunt Cynus, Iacob. Butri. & Salyce. intelligendo eos ſecundum leges, quas allegant in dicta l. quoniam liberi. Iacob. de Belui. in ſua pract. crimin. in verſicu. de teſtib. num. 21. Bald. quem refert & ſequitur Felin. in dicto c. 1. de teſt. Flor. in l. ex hac lege. ff. ſi quadrupe. paupe. fec. dica. & in dicto §. Sabino. quem refert & ſequitur Firma. in tracta. de epiſco. in ſecunda par. lib. 4. colum. 6. quidam Albericus, quem manu ſcriptum habeo in tracta. de teſti. §. videndum eſt nunc. colum. 16. vbi reprehendit Alberic. in dicta l. quoniam liberi. dicens, eius opinionem eſſe iniquam. Bea. Anto. Archiepiſco. Flor. in ſua ſumma, in ſecunda parte, titu. primo, c. 19. §. 7. colum. 2. Guid. Pap. quæſtione 68. nu. 3. & 4.

Supereſt ad contraria reſpondere, & primò ad regulam l. cum prætor. & c. nonne.
12 de præſumptio. † quia procedit, quando plu ribus propoſitis vnum admittitur, ſeu prohibetur, ſecus, quando plura non fuerunt propoſita, & dictum eſt tantum de vno: quia tunc caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, vulgata l. commodiſsimè. ff. de liber. & poſthum. & c. ſuſceptum. de Reſcriptis, in ſexto. vbi vacatio beneficij per ceſſum eſt, quid diuerſum à vacatione per deceſſum, & ex prouiſione reſpectu vnius, non infertur ad aliud, & tamen caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis: ita reſpondet Felin. in c. nonne. numero primo. de præſump. & Ruin. conſil. 115. numero ſecundo & nono. volum. 5. ſic ergo, licet iura ſuperiùs allegata in primo fundamento partis negatiuæ ſolum loquantur de expenſis, non propterea excludunt damna operarum, de quibus alia iura loquuntur, vt in ſimili habemus, in l. ſancimus. iuncta glo. in verbo, Damna. C. de iudici. & in quibus operibus eadem vrget ratio, & æquitas: quo caſu ſuccedit pulchra doctrina Bald. in l. ſi mater. C. de inſtitutio-
13 nib. & ſubſtitutio. vbi dicit, † quòd licet

caſus

casus omissus habeatur pro omisso, attamen vbi est eadem æquitas in casu omisso, tunc habetur pro expresso, & Bal. refert & sequitur Barb. inter consi. Alex. volum. 4. cons. 52. nu. 43.

Vel secundò potest responderi, quod in d. l. quoniam liberi, & alijs concordantibus fuit dictum de expensis ratione maioris frequentiæ, quo casu non habet locum regula d. c. non ne. secundum Felin. ibi nu. 5. versic. fallit quinto. Ias. in consi. 166. in fin. vol. 4. vel
14 & tertiò potest responderi, † quod licet aliquod specialiter includatur, non propterea excluditur illud, quod alia via includitur, Dec. consi. 110. nu. 6. versic. secundo quod licet. & consi. 190. nume. 4. versicu. nec obstat, quod aliqua. Nec mouet l. si quando. C. de testib. sic arguendo, disponitur ibi testem non posse cogi stare vltra quindecimum diem, ne pro alienis incommodis suas inueniat difficultates. ergo intra quindecimum diem potest cogi stare, & pati suas difficultates, quia omissa disputatione, an hoc argumentum à contrario sensu sit formiter factum, respondeo, illud non procedere, vbi resultaret absurdus intellectus, & contra rationem naturalem. l. 2. C. de condic. inser. & l. conuenticulam. C. de episc. & cler. sed absurdū & contra naturalem æquitatem esset, quod quis iocupletaretur cum iactura testis. l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. & quod officium suum esset ipsi testi damnosum, d. l. si quis ex signatoribus. ergo nō pōt sumi tale
15 argumentum, † nec etiam quando resultaret sensus contrarius rationi alterius legis, vt latè concludit Euerar. in suis locis legalibus, titu. 4. post alios per eum relatos, sed illud argumentū esset rationi contrarium, alijsq; legibus, de quibus supra in primo & secundo fundamento partis affirmatiuæ: ergo, &c.

Nam licet sit cōcessum priuilegium, quod testes possint compelli stare quindecim diebus, iuxta d. l. si quando. attamen non debet fieri interpretatio, quòd cogantur damnum pati intra dictos quindecim dies, quia priuilegia debent intelligi sine iniuria alterius. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loc. pub. satis. n. est, quod testes compellantur absq; eo quod id fiat cum damno & incommodo eorum, secundum Alberi. in d. tracta. de testib. loco supra allegato.

Non obstat, quod dicitur de teste spoliato à latronibus, qui non recuperat damna à producente de rigore iuris, secundum Bal. & Felin. in d. c. 1. de testib. argumento ambasciatoris, siue legati: quia potest duplici modo responderi. Primo, quod dicta opin. non sit simpliciter vera, sed cum distinctione, de qua per Bart. in l. si seruus communis. §. quod vero ad mandati. ff. de furtis. & latius per Bald. in l. inter causas. §. non omnia. ff. mandati. & Crot. de testib. numero 421. vel aliter & secundo potest responderi, contraria procedere in damnis, quæ fortuito casu accidunt, argumento dict. §. non omnia.

Non obstat, quod testimonium ferre sit
16 munus publicum, quia ex hoc non sequitur, ergo debet ei esse damnosum, sicut dicimus de legato, & iudice, quorum officia sunt publica, vt l. fina. §. legati. & §. iudicandi. ff. de mune. & hono. & l. quippe. ff. de iudic. & tamen legatis viaticum, dicto §. leti. iudicibus salaria de publico, vel à Principe debentur, vt in authen. vt iudices, sine quoquo suffrag. in fine. & §. sit igitur. & si pedanei sint etiam sportulę debentur, vt in authen. de iudi. §. si quis autem glorioſiſsimorum. & Barto. in dicta l. si seruus communis. §. quod vero ad mandati. ff. de furtis. & ratio est euidens, quia cum sint munera personalia, sufficit quod animi prouisione, & corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento perficiantur, dicta l. fin. in princip. ff. de mune. & hono. Nec nocet argumentum de tutore, quia non militat eadem dispositio. nam ei non debentur expensę, & aliter prouisum fuit in teste, nec nocet, quod officium testis debet esse gratuitum, quia illud intelligitur, vt nihil recipiat, ad hoc, vt deponat, secundum Docto. communiter in d. c. 1. de testib.

Non aduersantur vltimò auctoritates Doctorū, tenentium primam opinionem, quia Bald. & Saly. in dicta l. fina. C. de fruc. & lit. expen. loquuntur de damno temporis, nos autem loquimur de damno, quod patitur testis ex eo, quod auocatur ab operibus suis, quibus victum sibi, & suis quærit, & sic ex præmissis remanet hęc secunda opinio in iure verior, & æquior: quam sequutus est Senatus in causa magnifici domini Lanfranchi de Aduocatis Cerreti contra Moschinum.

SVMMARIVM.

1 *A sententia lata in iudicio possessorio habente annexam causam proprietatis, licita est supplicatio.*
2 *Petitorij causa videtur absorbere causam possessorij.*
3 *Petitorio, & possessorio, quando simul est actum, tunc super vtroque est pronunciandum.*

4 *Remedium recuperandæ ei non competit, qui facto suo & culpa à possessione cecidit.*

5 *Proprietas & possessio nihil commune habent.*

DECISIO XLVII.

An sententiæ latæ super possessorio, à qua appellatum fuit, executio impediatur.



Intentato remedio recuperandæ possessionis, videns actor posse opponi, huiusmodi remediũ non competere, quoniam à possessione facto suo propter contractum societatis inter partes initum cecidisset, in eodem libello etiam contractum annullari & rescindi petijt, factisq; super petitis probationib. pronunciatum fuit, agentem esse reintegrandum in possessionem, rescisso contractu veluti inualido, à qua sententia indistincte supplicatum extitit, † quod fieri potuit, cum haberet annexam causam proprietatis. l. si quis in tantam. C. vnde vi. quam ad hoc notat Bal. in l. vni. C. si de momen. possess. fuerit appell. iunctis his quæ supra scripsimus dec. 1 2 5.

Nunc quæritur, an pendente appellatione impediatur exequutio respectu possessorij, & videbatur dicendum posse impediri ex reg. l. 1. C. nil noua. pend. appell. & l. 1. C. de bono. possess. secun. tabu. Item † quia causa petitorij videtur absorbere causam possessionis. l. post sententiam. C. de senten. & interloc. om. iud. c. cum dilectus. & c. pastoralis. de cau. possess. & proprie. Achar. cons. 146. Cra. cons. 248. numer. 5. & causa proprietatis vti maior trahit ad se causam possessionis tanquam minorem, Bald. in d. l. vnic. colu. 3. versi. quæro quid si possessorium non est verum. C. si de momen. possess. fue. appell. Pulchra glo. fin. in c. cum dilectus. de cau. poss. & proprie. Cassio. de cau. poss. & proprie. decis. vlti. nu. 6. & 7. Addebam, pro hac opinione facere tex. in d. c. cum dilectus. de cau. poss. & proprie. quem refert & sequitur Bal. 3 in d. l. incerti. col. mihi 8. in princ. † vbi quando possessorio & petitorio simul est actum super vtroque est pronunciandum, sed præmittitur possessio in terminando, petitorium verò in exequendo. Et Bal. loco proximè citato expresse dicit, non fieri eo casu exequutionem possessorij, quod videtur corroborari, † quia cum remedium recuperandæ non competat ei, qui cecidit à possessione facto suo, vt concludit Alex. in cons. 6. vol. 3. & cons. 9. vol. 5. relatus à Rippa in c. sæpe. nu. 15. de restitu. spol. Dec. cons. 449. nu. 31. & 32. Bru. cons. 19. nu. 26. & pars agens ceciderit facto suo propter contractum societatis initum cum reo, sequitur, quod tale remedium sibi non competat, nisi prius cognito super rescissione dicti contractus, qui in casu nostro non potest dici rescissus, cum à sententia Senatus fuerit supplicatum, quæ supplicatio suspendit effectum sententiæ, reducitq; rem ad primos terminos, cum simus in locis terræ veteris, quæ non subijciuntur priuilegio præfecti prætorio, quo fit, vt de meritis cognoscendum sit, Dec. cons. 34. nu. 5. dicebam videri in terminis decis. Bru. cons. 19. nu. 21. vbi expresse dicit, quod si intentatum fuerit simul possessorium & petitorium, etiam probato spolio non fiet restitutio. d. c. cũ dilectus. de cau. poss. & proprie.

Præterea, quod cum ex forma decretorum Dominicalium procedatur summariè, sola facti veritate inspecta, huiusmodiq; ordo cognitionis fuerit introductus mero iure ciuili. Cra. cons. 182. post Alex. & Bru. per eum citatos, non erit exequenda dicta sententia.

In contrarium facit regu. l. naturaliter. §. 5 nihil commune. ff. de acqui. possess. † vbi nihil commune habet petitorium cum possessorio, & videtur decisio in terminis Alberic. post Odoff. in l. ordinarij. in fin. versicu. item quæritur. C. de rei vend. & in l. incerti. nu. 4. C. de interd. ac Abbas in d. c. cum dilectus. nu. 12. & 13. de cau. possess. & propri. vbi respondet contrarijs, & in c. accedens. el primo. nu. 58. in fine. & 19. vt lit. non contesta. non proced. quem omnino videas. Non obstat Bru. dicto cons. 19. num. 21. quia ibi nulla erat lata sententia super possessorio.

Nec aduersatur clausula, sola facti veritate inspecta, quia licet huiusmodi ordo cognitionis sit à iure positiuo introductus, nihilominus nititur æquitate. cap. pastoralis. circa fin. de cau. poss. & proprie. quæ æquitas suadet, vt reducatur actor ad primum statũ, & ita fuit conclusum in quadam causa Ferrerij de Riparolio, videlicet appellationem nõ esse admittendam, sed sententiam Senatus esse exequendam respectu possessorij.

SVMMARIVM.

1 *Casus euictionis contingentis post perfectam venditionem, ad emptorem, non venditorem, pertinet.*

2 *Violentia, vel iniuria emptori facta, venditori non nocet.*

3 *Publicatione facta post traditam vacuam possessionem rei venditæ, non competit actori actio ad restitutionem precij.*

4 *Venditor*

4 *Venditor pro facto auctoris sui singularis non tenetur.*
5 *De natura venditionis est, vt venditor de euictione teneatur respectu sui, & pro facto auctorum suorum.*
6 *Traditio rei in consideratione, non habetur, nec impedit quo minus venditor saltem de euictione ad restitutionem precij teneatur.*
7 *Exules si ex forma legis ad bona restituuntur, tunc venditor de euictione tenetur.*
8 *Promissio de conseruando, & præstando aliquem indemnem ab omnibus contradictionibus operatur, vt quocunq; modo quis de euictione teneatur.*

DECISIO XLVIII.

An bonis alicuius publicatis, & eorundem bonorum venditione facta cum generali promissione de euictione, si contingat Principis rescripto dominum admitti ad generalem illorum bonorum restitutionem, emptor agere possit de euictione contra venditorem.

ANno 1501. edicto Christianissimi Ludouici 12. Francorum Regis, tũc possessoris Ducatus Mediolani, fuerunt proscripta omnia bona Comitum Vermensium, eo quòd partes quondam Illust. Ludouici Sfortiæ Ducis Mediolani hostis prædicti Regis sequuti fuerint, quæ bona quondam Ill. Carolus Amboysa, tunc in dicto Ducatu Prorex, vendidit D. Sebastiano Ferrerio eiusdem regis quæstori, qui deinde Anno 1518. dicta bona pro dotibus Margaritæ eius filiæ, dedit æstimata quondam D. Octauiano Comiti Raudensi precio librarum 20000. Imperialium, cum constitutio. & promissione de tradendo vacuam possessionem dictorum bonorum, & de euictione semper & omni tempore secundum dispositionem iuris, quodq; dictum D. Octauianũ indemnẽ præstabit, & conseruabit ab omnibus & singulis conditionibus causa, & facto ipsius domini dotem dantis, & cuiuslibet alterius personæ, cuius fuissent, & dicerentur fuisse dicta bona in dotem data impositis, & imponendis. Contingit, quòd de Anno 1519. seu 1520. fuerunt inita quædam fœdera facta inter Cæsarem, & Regem Francorum, ac etiam Illust. tunc Ducem Mediolani, & inter cætera conuentum, vt omnium proscriptorum bona pleno iure eis restituerentur, quarum conuentionum vigore prædicti Comites Vermenses præfata bona confiscata recuperarunt, ad eaq; restituti fuerunt, eiecto domino Comite Octauiano.

Nunc quæritur, an præfato domino Octauiano, aut hæredibus suis competat actio agendi de euictione, ad solutionem 20000. librarum, aduersus hæredes dicti domini Sebastiani Ferrerij? Et prima facie dicendum videtur, hæredes domini Sebastiani non teneri de euictione, minusq; ad solutionem 20000. librarum, per tex. in l. Lucius. ff. de euictio. vbi emptor prædiorum, quæ post contractum emptionis ex Principali dispositione ab ipso emptore fuerunt auocata, & alijs assignata, non potest aduersus venditorem agere de euictione, nec ad restitutionẽ precij, nec etiam illius retentione vti, & ratio
1 est, secundum Iureconsultum, † quia futuri casus euictionis post perfectam venditionem, non ad venditorem, sed ad emptorem pertinent, & facit tex. in l. 1. C. de peric. & commo. rei vend. & l. necessario. ff. eod. titu. & l. fina. C. de actio. emp. & l. si per imprudentiam. in prima nota. ff. de euict. † vbi
2 violentia, siue iniuria, quæ fit emptori, vel alia causa superueniens non nocet venditori, Ias. in l. stipulatio ista, in princ. numer. 14. ff. de verborum obligatio. Saly. in l. fin. C. de actio. emp. sed in casu nostro ex pactis fœderis, & sic rescripto principali ablata fuerunt domino Octauiano bona æstimata in dotem data: ergo dominum Sebastianum auctorem non debet hoc afficere, concordat tex. in l. si fundus. versicul. nunc etsi vendideris mihi fundum. ff. locati. arguendo à contra-
3 rio sensu, videlicet, † si publicatio, de qua ibi, fuit facta post traditam vacuam possessionem rei venditæ, non competit emptori actio ad restitutionem precij, sequitur Alberic. in d. l. Lucius. item facit doctrina Ange. in l. si filio. §. si vir in quinquennium. ff. sol. matrimo. quem refert & sequitur Ias. in d. l. stipulatio ista. vbi determinat, quod Florentini, quibus fuerunt vendita certa loca, quæ paulo post fuerunt per Pisanos ablata, contra venditorem de iure nullum possunt habere regressum d. l. fin. C. de act. emp. cum similibus: & ratio est, quia per venditorem transfertur omne commodum, & incommodum in emptorem.

Nec obstare videtur, quod ex facto Regis, & sic auctoris saltem mediati prædicti
4 domini Sebastiani sint euicta, † quia pro huiusmodi facto auctoris singularis non tenetur venditor, secundum glo. fina. in l. si cum fundum. ff. de verborum significatio. quam dicit singularem Franc. Crem. singula. 158. quem sequitur Ioan. Baptista Cast. ad singula. eiusdem Franc. Crem. numero 3. & Alcia. in dicta l. si cum fundum. in fine. ff. de verb. signi. Tiraq. de retrac. conuen. §. 1. glos. 6. numer. 5.

In contrarium videtur facere tex. in l. emptorem. §. qui autem. & ibi glo. in verbo, Per omnes. ff. de actio. emp. & in l. inter stipulantem. in princ. & ibi glo. in verbo, Habere lice
5 re. ff. de verb. oblig. † vbi de natura contractus venditionis est teneri venditorem de euictione respectu sui, & pro facto auctorũ suorum, etiam extraneorum, sed in casu nostro bona in dotem data euincuntur à prædicto Comite Octauiano, per Comites Vermienses facto Regis Francorum auctoris saltem mediati dicti venditoris paciscentis: ergo ad solutionem dictarum 20000. librarum tenetur venditor, vel eius hæredes d. l. si fundus. ff. loca. versicu. nam & si vendideris. & ibi Alb. post glo. vbi venditor fundi publicati post venditionem, licet non teneatur de euictione respectu interesse, tenetur tamen restituere precium, & in hoc, à pa-
6 ri procedunt locatio & venditio, † nec traditio in hoc casu videtur considerabilis respectu translationis periculi, l. 1. & l. necessario. ff. de pericu. & commo. rei vendi. & l. 1. C. eodem titu. & ibi Ange. in primo nota. Alb. in l. euicta re. num. 2. ff. de euict. Item pro hac opinione videtur decisio in terminis Ange. in d. l. 1. in secundo nota. C. de peric. & commo. rei vend. † vbi si extitit ij ex forma legis,
7 siue pactorum restituuntur ad bona, tenetur tunc venditor de euictione, quia causa euictionis iuris fictione præcessit cõtractũ.

Secundò, intentionem domini agentis videtur corroborare promissio de præstando & conseruando indemnem patrem agentis
8 ab omnibus conditionibus, † propter quam promissionem tenetur dans in dotem de euictione quomodocunque res euincantur, Ab. consi. 43. volum. 1. quem refert & sequitur Dec. cons. 323. nu. 4. Paris. cons. 76. nu. 21. volu. 3. Grat. respon. 7. nu. 24. vol. 2. Natta in repeti. clem. sæpe. in princ. in verbo, Causas. colum. fina. de verbo. sign. & tenetur de casu fortuito, secundum Salyce. in l. 1. in 2. not. C. commo. perinde enim est, ac si promisisset facere, quod damnum non euenisset, & sic tenetur ad omne interesse, Soc. Iun. consil. 78. nu. 20. volu. 2. post Saly. in l. 2. q. 2. C. de sen. quæ sine certa quan. profer. Dida. lib. 3. varia. resolu. c. 17. num. 7. vbi latè de promissione euictionis cum verbis vniuersalibus, & generalibus, & ex præmissis patet responsio adducta in contrarium, quia non habent locum in casu nostro: nam Franciscus Crem. d. sing. 158. & alij eum sequen. loquuntur, quando venditor pacto noluisset teneri de euictione, nisi pro suo facto tantum, quo casu non tenetur pro facto auctoris singularis, sed in casu nostro non est huiusmodi pactũ: ergo non habent locum in contrarium adducta. Et ita censuit Senatus in causa Mag. D. Comitis Raudensis contra Illust. Marchionem Messerani.

SVMMARIVM.

1 *Vt quis in mora constituatur interpellatio requiritur, quæ multo magis in facto negatiuo locum habet.*
2 *Fideiussor promittens aliquem repræsentare infra octo dies, non dicitur esse in mora per lapsum octo dierum, nisi fuerit requisitus.*
3 *L. magnam. C. de contraben. & committen. stipula. limitatur.*
4 *Iuramentum recipit eas qualitates, & conditiones, quas recipit contractus, cui adijcitur.*
5 *Absurdum reputatur, quod quis vno, & eodem tempore obligetur, & in mora constituatur.*
6 *Interpellatio non requiritur, vbi in contractu opposita est dies, vel pœna.*
7 *Iuramentum habet vim continuæ interpellationis.*
8 *L. si pœnam ff. quando dies leg. ced. limitatur.*
9. *Paul. de Cast. consi. 101. volum. 2. pluribus modis declaratur.*
L. fi. C. de non nu. pecu. limitatur nu. eodem.
10 *Promissionis verba attendenda sunt, vt intelligatur, an interpellatio requiratur.*
11 *Doctrina Bar. in l. si insulam. in fi. de verbo. oblig. communiter approbatur.*
12 *L. sancimus. C. de fideiuss. an habeat locum, quando iuramentum interuenit in promissione.*
13 *An tempus in d. l. sancimus. datum ad purgandam moram sit tantundem, atque primum.*

DECISIO XLIX.

De eo, qui promisit intra certum tempus aliquem in iudicio exhibere, an elapso dicto tempore, ipso iure sine aliqua interpellatione in mora constituatur, & an mora talis purgari possit.



Vm pater filium absentem varijs criminibus inscribi intellexisset, promisit illum intra octauum diem certa pœna adiecta exhibere, quam in casum inobseruantiæ donauit fisco, iurans præmissa obseruare, elapsis octo diebus, & accusata contumacia patris non exhibentis, post aliquot dies filium pater exhibuit. Quæsitum fuit, an mora commissa dicatur, ex eo quod infra octauum diem non exhibuit: item dato quod mora fuerit commissa, an potuerit quandocunq; purgari? quoad primum vi-
debatur dicendum, moram non fuisse com-
1 missam: † quia promittens aliquid dare, vel facere sub pœna, ad hoc, vt constituatur in mora, proinde in pœnam incidat, requiritur

tur interpellatio. l. si penum. ff. quando dies lega. ced. l. fideiussor obligari. §. fin. ff. de fideiusso. per quæ iura ita notat Bart. communiter approbatus in l. ita stipulatus. in 6. quæsi. princ. num. 53. ff. de verb. oblig. quem refert & sequitur Dec. cons. 2. colum. 2. versic. sed his non obstantibus. quem refert & sequitur Crau. cons. 64. num. 1. distinguens inter pœnam & interesse, quam distinctionem citat Villalobos in suis communibus opinionib. in verbo, Iuramentum. num. 122. dicens, ita tenuisse Bal. Alexan. & Boer. Curt. Iun. in l. quod te. num. 28. ff. si cert. petat. & hac monitio multò magis requiritur in facto negatiuo, Dec. cons. 605. num. 2. post Innoc. Bal. & Alex. per eum allegatos. & in c. præterea. il 2. col. 1. de appellatio.

Secundò videtur in terminis decis. Paul. de Castro in cons. 101. volu. 2. secundum impressionem Pap. † vbi fideiussor promittens aliquem repræsentare intra octo dies, non dicitur esse in mora per lapsum octo dierum si non fuit requisitus, quem refert & sequitur Felin. in c. si autem. col. 4. vers. quas limitationes, de Rescript. Dec. d. cons. 2. col. 2. in fin. Ias. in l. vniuersa. col. 2. vers. decimò facit. C. de precib. Imper. offer. & in l. si ex legati causa. num. 15. ff. de verbo. obliga. Hippo. in rub. de fideius. in 18. quæst. num. 144. & seq. & pro hac opinione facit glo. in c. quomodo frequenter. §. porrò, in verbo, Canonibus, vt lite non contesta. vbi Canonicus absens ad certum tempus de licentia Episcopi si non redeat tempore statuto, non constituitur in mora, nisi fuerit interpellatus, & tenentes hanc opinionem respondent ad ea, quæ in contrarium adducuntur, præcipuè † ad text. in l. magnam. C. de contrah. & commis. stipu. videlicet illam habere locum, quando ante diem nata est obligatio, aliàs secus: ita respõdet Dec. d. cons. 2. num. 5. vel potest responderi prout respondent Felin. & Ias. locis suprà allegatis, scilicet dispositionẽ l. magnam limitari nõ habere locum, quando obligatio ad aliquid faciendum esset præparatoria ad aliquod iudicium, vel ad aliquem actum per iudicem explicandum, & Felin. refert & sequitur. Hippo. in l. vnius. §. cogniturum. col. 4. vers. vltimò tenementi. ff. de quæst.

Nec obstat iuramentum, † quia recipit eas qualitates, & conditiones, quas recipit contractus, super quo interponitur c. quemadmodum, de iur. iura. Abb. in cap. fin. de Eccles. ædifi. & regulatur secundum eius naturam, l. fi. C. de non num. pecun. & sic quod interueniat requisitio, ad hoc, vt promittens constituatur in mora, & pœnam incurrat, & ita tenuit Alex. in l. quod te. colum. 5. ff. si cert. petat. & facit doct. Bart. in l. eum qui. §. si iurauero. ff. de iureiuran. quem refert & sequitur Ias. in l. quotiens. col. 2. ff. de verb. obligat. Curt. Iun. in l. quod te. num. 26. & 27. ff. si cert. petat. † vbi dicunt quod iura reputant iniquum & absurdum, quod quis vno & eodem tempore obligetur per iuramentum, & constituatur in mora.

In contrarium facit text. in d. l. magnam. C. de contrahen. & commit. stipu. & ibi Bar. Bal. & communiter Doctores, † vbi quando in contractu est apposita dies & pœna, non requiritur interpellatio: quia dies interpellat pro homine, c. potuit, in fin. & ibi glos. de loca. glos. in c. cupientes. §. si verò. in verbo Contempserint, in fi. de electi. in 6. Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium, in prima oppos. ff. de dam. infec. Aret. in l. si ex legati causa. col. 8. ff. de verbo. obliga. Ancha. cons. 65. in fin. Bal. in l. & si post tres. colum. antepenult. versic. vltimò quæritur. ff. si quis caut. Felin. in c. prohibeas. num. 4. de magi. Afflict. de cis. 150. num. fin. & decis. 399. num. 12. Deci. cons. 452. num. 8. & 9.

Secundò facit, quia in casu nostro interuenit iuramentum, quod † habet vim interpellationis continuæ, Io. And. & Abb. in c. breui. num. 5. de iureiurand. Ias. in l. quod te. nu. 22. & 24. ff. si cert. pet. Dec. num. 11. vbi dicit, ita communiter Doctor. tenere Saysel. in l. non solum. §. morte. colum. 16. ff. de nou. ope. nunciatio. Bauer. de virt. iura. priuil. 7. Rippa in l. 4. §. cato. nu. 59. & in l. si insulam. nu. 91. ff. de verb. oblig. Goza. cons. 57. num. 11. post Io. And. Imo. & Alex. per eum allega. Crauet. d. cons. 57. num. 2. Afflict. decis. 174. num. 5. quem refert & sequitur Viui. in suis commu. conclus. in verbo, Mora, dicens, istam esse commun. opinion. Villalobos loco suprà citato. pro hac opinione videtur tex. in terminis in l. sancimus. C. de fideiusso. vbi aduersus spondentem alium intra certum tempus exhibere, lapso tempore datur actio pœnalis, & sic constituitur in mora per lapsum primi temporis, licet infra idem tempus possit moram purgare. Non obstat l. si pœnum, cum alijs allegatis in primo fundamento in contrarium allegato, † quia illa iura loquuntur, quando dies erat incerta, quo casu non constituitur in mora, nisi per interpellationem, argumento à cõtrario sensu in d. l. magnam. Ias. in d. l. quotiens. col. 2. ff. de verb. oblig. Nec aduersatur distinctio, quæ fit inter pœnam & interesse, quia est contra tex. in d. l. magnam. & communem conclusionem suprà citatam.

Non obstat consilium Paul. de Castro, & aliorum sequentium, quia tripliciter potest responderi. Primò, quòd non sit verum per tex. in d. l. magnam. & in d. cap. potuit. Secundò quod in suo casu non erat expressum initium octo dierum. Tertiò, quia loquitur quando præsentatio erat facienda intra octo dies ad beneplacitum tamen iudicis, siue curiæ, vt dicitur ibi in versic. & hoc maximè. ita respondet Deci. in cons. 145. col. fin. in fin. imò retorquetur Paul. de Castro, in vers. an
9 verò censeatur apposita. vbi dicit, † quod quando tempus est appositum causa differendæ præsentationis, tunc per lapsum temporis constituitur in mora d. l. magnam. & eum refert & sequitur Rippa in d. l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 10. Vel quartò potest responderi, quod in casu nostro interuenit dies, & iuramentum, quod facit incidere contrauenientem in pœnam. l. si quis maior. C. de transact. Curt. Iun. in d. l. quod te. num. 27. & Dec. ibi. num. 11.

Non obstat glo. in d. c. quoniam frequenter, quia illa glo. reprobatur ibi per Butr. & Imo. & sequitur Aret. in d. l. si ex legati causa. col. 3. vers. in glos. 3. vel defendendo glos. potest responderi, vt per Dec. in l. vinum. num. 19. ff. si cert. petat.

Non obstat, quòd iuramentum debeat regulari, secundum naturam contractus super quo interponitur, d. l. fin. C. de non num. pecun. quia illud procedit secundum naturam primordialem, & originariam dispositionis, super qua apponitur, non autem secundum accidentalem, vnde quod mora committatur per interpellationem, & non ante, non respicit naturam contractus, sed est quoddam accidens extrinsecum: ita respondet Sayf. in d. §. morte. colum. antepen. post Aret. in c. 1. de iud. & Ripp. in d. l. si insulam. num. 91. & limita, vt per Cagno. in l. 2. num. 131. C. de pact. inter empt. & vend. Did. lib. 3. varia. resolu. c. 17. num. 5. Quare puto
10 esse attendenda verba promissionis, † aut. n. tempus est appositum gratia differendæ exhibitionis, siue præsentationis, & tunc dies interpellat, aut gratia finiendæ obligationis, vel est collatum in voluntatem iudicis, & tunc requiritur interpellatio intra tempus, vel quandocunque si temporis non est statutum initium, secundum Paul. de Cast. in d. cons. 101. Dec. cons. 145. Ripp. in d. §. hoc autem iudicium. num. 11.

Circa secundum articulum, dato quod
11 † pater fuerit constitutus in mora propter lapsum temporis præfixi ad præsentandum, an possit moram purgare; etsi articulus sit disputabilis, attamen ne videar velle ex dictis aliorum chartas implere, ero contentus in hoc articulo doctrina Bar. communiter approbata in d. l. si insulam. colum. fin. vers. vltimo in materia nostra. vbi more suo distin-
12 guendo ponit pulchram theoricam, † & in casu nostro est tex. in d. l. sancimus. C. de fide iussor. vbi erat dies certa, & pœna, & tamen admittitur purgatio moræ intra tempus, ibi statutum. Sed difficultas in duobus consistit: primo, an dispositio illius legis habeat locum, quando promissio de exhibendo fuit iurata? Bart. in d. l. si insulam. colum. fin. tenet quod non, & sequitur Rippa ibi. num. 62. & 91. Iaf. num. 35. dicentes istam esse communem, per tex. in d. l. si maior. Alex. consil. 76. num. 8. & 9. volum. 5. vbi dicit: Doctores ita communiter firmare, Bau. de virt. iur. priuileg. 6. Parpa. in d. l. si quis maior. versic. 23. not. C. de transact. quem videas, Rub. cons. 113. num. 1. dicens, istam esse communem opinionem. Contrarium tamen tenuit in terminis illius l. sancimus. Bal. in l. qui ad crimen. colum. 3. versic. vndecimò quæritur. C. qui accu. non poss. quem refert & sequitur Alex. in apostil. in d. l. sancimus. Iaf. in l. 2. §. 1. num. 7. ff. qui satisd. cog. & Institut. de actio. §. item si quis postulante. num. 16.

Secundò, an l. sancimus. requirat indifferenter omni casu tempus semestre? & in hoc variæ fuerunt opiniones, Bart. ibi tenuit indistinctè, quod detur semestre, & eum sequitur Ripp. in d. l. si insulam. num. 62. sed Bal. Ange. & alij Doctores in d. l. sancimus. eam
13 intelligunt, † vt tempus datum ad purgandum moram sit tantundem, prout primum erat, vtputa, si quis promisit repræsentare aliquem infra octo dies, tantum quoq; temporis ei concedatur ad purgandum moram, & ita etiam intelligit Paul. de Cast. in d. cons. 101. in princip. de qua re doctè scribit Alciat. parerg. lib. 3. c. 21.

Cum igitur in casu nostro fuerit cõmissa mora, nec infra tantundem tempus purgata, censuit Senatus pœnam submissionis esse exequendam: & ita iudicauit contra egreg. Achiardum Sospitalensem fideiussorem de præsentando filium.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis prohibitio, vt res in familia relinquatur, inducit fideicommissum.*
2 *Quod tanto magis procedit, vbi accedit ratio, quod velit bona remanere in agnatione.*
3 *Verba, quæ continent vtilitatem alterius personæ, quam ipsius grauati causam finalem important.*
4 *Fideicommissum absolutè inducitur etiam non interueniente*

tiente casu alienationis, vbicunq; habita ratio fuit agnationis conseruandæ.

3 *Prohibitio alienationis hæredi nominato facta, licet non comprehendat hæredem hæredis, vbicunq; tamen opposita est ratio agnationis conseruandæ, ad hæredes hæredis extenditur.*

6 *Ratio generalis ampliat dictum particulare.*

7 *L. peto. §. fratre, de leg. 2. inducitur, & declaratur, & num. 8. vbi communiter receptam dicit Bar. in d. §. fratre, apparet.*

9 *Verba cui non conueniunt, non etiam conuenit dispositio.*

10 *Verbum dubium declaratur ex verbis sibi adiunctis alternatiuè, vel copulatiuè.*

11 *Alienationis prohibitio odiosa esse dicitur, & strictè intelligenda.*

12 *Conditione deficiente fideicommissum sub conditione positum deficere dicitur.*

13 *Voluntatis mutatio, siue correctio incontinenti non præsumitur.*

14 *Fideicommissum, quando absolutè censeatur inductum, vel in casu tantum interuenientis alienationis notabili distinctione ostenditur.*

DECISIO L.

Alienatione prohibita à testatore bonorum omnium immobilium, qui voluit ea perpetuò remanere in agnatione, an censeatur inductum fideicommissum inter agnatos.

TEstator institutis filijs hæredibus ita subiunxit, si contingat aliquem ipsorum fratrum, vel eorum hæredes velle vendere, vel aliter alienare aliqua de bonis suis immobilibus, teneatur illa offerre fratribus, & non alijs personis extraneis, ac etiam ipsa bona vendere, volens prædictis suis fratribus dare pro decima parte minus quàm potuisset habere ab alia extranea persona, & si aliter factæ fuerint alienationes, non seruatis præmissis, sint nullæ, nulliusq; valoris, & hoc quia idem dominus testator dixit, iussit, & ordinauit, ipsa bona perpetuò remanere in agnatione, & eius posteritate, nunc euenit quendam ex descendentibus dicti testatoris petisse ab intestato, relictis agnatis, & cognatis in eodem gradu succedendi de iure communi, nulla tamen facta alienatione inter viuos, quæsitum fuit, an in omnes agnatos inductum fuerit fideicommissum exclusis cognatis? & pro parte affirmatiua videtur tex. in l. peto. §. fratre. & ibi Bar. & communiter Doctores, ff. de leg. 2. † vbi prohibitio alienationis vt res relinquatur in familia inducit fideicommissum, & omnes de familia ordine successiuo vendicare possunt & quasi in terminis nostris facit text. in l. cos dicillis, §. instituto, ff. de leg. 2. vbi pater instituto filio, & hæredibus nepotibus, prohibuit quasdam domos alienari, sed voluit eas remanere firmas filijs, & nepotibus per vniuersum tempus, & si quis contrafecerit sit inutile atq; infirmum, quia vetando alienationem videtur induci fideicommissum; vt etiam ibi dicit gl. in verbo, Filijs suis. & concordat Bar. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. oblig. nam cum testator voluerit bona perpetuò remanere in agnatione, & eius posteritate, videtur inductum fideicommissum in fauorem omnium agnatorum, quod maximè procedit stantibus illis verbis geminatis, quia idem testator dixit, iussit, & ordinauit, ipsa bona perpetuò remanere in agnatione, vt concludit Io. Crot. cons. 13. num. 14. & seq. Dec. per plura fundamenta cons. 23. col. 2. & 3. vbi inter cætera dicit post Aret. & Bar. per eum allegatos, † quod quando prohibitio alienationis est facta cum ista ratione, quia vult quod bona remaneant in agnatione, dispositionem inducit, quia talia verba de se absque alia prohibitione hoc importare videntur, & prohibitio, si interuenit, videtur facta ad fortificandum fideicommissum, non autem quòd faciat illud cõditionale, videlicet in casum alienationis: † nam illa verba, quia idem testator dixit, iussit, cum contineant vtilitatem alterius, quam grauati inducunt causam finalem. l. Titio centum, in fi. ff. de condit. & demonst. & l. quibus dieb. §. fi. eod. tit. Bar. in l. 2. §. fi. ff. de don. ac clarius, & magis in terminis Dec. cons. 38. col. 2. & 3. vbi respondet ad ea, quę in contrarium adduci possunt, & maximè in casu nostro, videlicet, quod huiusmodi prohibitio non simpliciter facta sit, quinimo censeatur cõcessa facultas alienandi, facta tamen prius oblatione fratribus, & seruatis seruandis ex dispositione testatoris, quia hoc argumentum à contrario sensu non habet derogare expressæ dispositioni testatoris, quæ postea sequitur, nec habet locum in dispositione negatiua testatoris, & Dec. refert & sequitur Paris. cons. 17. num. 11. & 12. & cons. 18. num. 48. & cons. 30. num. 22. vol. 2. † vbi concludit inductum esse fideicommissum, etiam non facta alienatione, & solum admittuntur hi in quorũ fauorem fuit facta prohibitio exclusis ijs, qui possent succedere ab intestato, vtputa cognatis: quia negari non potest, quin testator voluerit bona sua remanere in agnatione, quo stante dicitur inter eos inductum fideicommissum fauore agnationis conseruandæ, secundum Bal. in l. quotiens, la. 1. col. 1. C. de fideicom. Socin. cons. 12. col. pen. vol. 3. quos refert, & sequitur Socin. lun. cons. 168. num. 78. vol. 2.

Gozad.

Gozad. consil. 102. num. 9. & 10. D. Cravet. cons. 130. num. 9. & 10. sed per cognatos non conseruatur agnatio: ergo non debent admitti. Et hanc opinionem sequitur Soc. Iun. cons. 117. col. 2. & 3. vol. 1. & præmissa corroborantur ex ijs, quæ scribit Ias. in l. filiusfamiliàs. §. diui. colum. penult. num. 113. ff. de
5 legat. 1. † quòd licet aliàs prohibitio hæredi nominatim facta non comprehendat hæredem hæredis, tamen si addatur ratio, quia testator velit bona remanere perpetuò in agnatione, tunc prohibitio comprehendit
6 hæredem hæredis in infinitum: † nam ratio generalis ampliat dictum particulare, l. nomen debitoris. §. fin. ff. de lega. 3. & econtra, dictum generale restringitur per rationem particularem, l. cum pater. §. dulcissimis. ff. lega. 2. Bar. in l. pater. §. fundum. ff. de lega. 3. sequentia enim habent declarare præcedentia, l. si seruus plurium. §. fina. & l. qui filiabus. in princip. & ibi nota. Barto. ff. de lega. primo. & restringunt præcedentia, eisque præstant intellectum, l. si cum fundum. ff. de verborum significatio. vbi Barto. Cepol. & Alciat.

Contrariam autem opinionem, videlicet fideicommissum non fuisse in casu nostro inductum, nisi in casu alienationis, non facta oblatione, iuxta dispositionem testatoris, esse veriorem, aliqui dixerunt, pro qua retorquetur tex. in d. l. peto. §. fratre. ff. de le-
7 ga. 2. † vbi testator instituto fratre hærede ab eo petijt, ne domus alienaretur, sed vt in familia relinqueretur. Quæsitum fuit, an omnes, qui in familia fuerint, fideicõmissum petent? Papinianus respondit: Si non paruerit frater hæres voluntati testatoris, sed domum alienauerit, vel instituto extraneo hærede decesserit, omnes qui in familia fuerint fideicommissum petent: ergo neutro istorũ
8 interueniente, † videlicet hærede non alienante inter viuos, nec hæredem extraneum instituente agnati fideicommissum non petent, argumento text. in l. fideiussor. §. fin. ff. pigno. & l. Lucius. §. tutelæ. ff. de administr. tuto. & ita tenet expresse glos. in verbo, Vel extraneo, in fin. & Bart. in d. §. fratre. col. 2. vers. aut prohibitio est facta limitatiuè respectu personarũ. & ibi Bal. Paul. de Cast. Cum. & Alex. cons. 59. num. 10. volum. 3. vbi dicit, istam esse communem opinionem, & in l. qui Romæ. §. cohæredes. colum. 3. versicu. in contrarium. ff. de verbo. obliga. quos refert & sequitur Socin. cons. 227. colum. 4. vbi etiam dicit, se mirari, aliquos intelligere illum tex. quòd ibi absolutè inducatur fideicommissum, quod est falsum, & pro hac opinione allegat casum in terminis, iuncta glos. & notatis per Bart. in l. pater. §. filiam. ff. de leg. 3. idem Socin. in supra allegato cons. col. 6. post responsiones ad contraria, dicit istam opinionem esse veram & cõmunem, quam etiam communem dicit Dec. cons. 377. col. fin. addens, quòd cum sit communis, non esse vlteriùs laborandum: & idem repetit cons. 422. num. 7. & Ias. cons. 4. colum. 1. vers. quarto deueniendo. vbi dicit doctri. Bart. in d. §. fratre. esse communiter approbatam, & cons. 120. colum. 1. in fin. & cons. 142. colum. penult. lib. 1. Rui. cons. 92. num. 28. vol. 3. Soc. Iun. cons. 163. num. 3. & 8. volum. 2. item pariter retorquetur text. d. l. codicillis. §. institito. ff. de lega. 2. dum requirit alienationem, & sic contrauentionem ad hoc, vt fideicommissum locum habeat: pro hac opinione videtur facere, quia prohibitio alienandi in casu nostro solum videtur comprehendere casum alienationis inter viuos, quod pateret illis verbis, Teneatur, Vendere, vel Alienare volens, Offerre alijs fratribus, & Dare pro decima parte minus, quàm potuisset habere ab alia extranea persona: quæ verba pro veritate non possunt adaptari alienationi in vltima voluntate: ergo ad illam non trahi-
9 tur prohibitio, † quia cui verba non conueniunt, nec pariter dispositio, vulgata l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. his accedunt, quæ in terminis nostris scribit Ioa. Crot. cons. 61. num. 10. & sequent. nam licet verbum, Alienare, sit verbum dubium, aptum comprehendere dispositionem in vltima voluntate, d. §. fra-
10 tre. † Attamen tale verbum dubium declaratur ex verbis sibi adiunctis alternatiuè, vel copulatiuè: Socin. Iun. d. cons. 163. num. 28. & 29. & in l. 1. ff. de rebus dub. post Roman. cons. 231. Socin. Iun. d. cons. 112. num. 13. 14. sic in casu nostro illud verbum, Alienare, quod est aptum comprehendere alienationem in vltima voluntate declaratur per alia verba adiuncta, Vendere, Offerre, & Dare, per quæ verba prohibitio alienationis videtur debere restringi ad alienationem inter viuos, Socin. cons. 13. num. 9. volum. 3. prout
11 restringi debet, † cum huiusmodi prohibitio alienationis sit exorbitans, & strictè intelligenda ad casum, de quo agitur, vt concludit Dec. cons. 625. num. 7. & cons. 626. num. 5. post Bar. Bal. & Ang. per eum allegatos. Socin. Iun. d. cons. 112. num. 11. & cons. 163. num. 23. Cum igitur in casu nostro tantum in facta prohibitio alienationis inter viuos: ergo nõ videtur prohibita alienatio in vltima voluntate ex testõ, vel ab intestato, secundum glo. in d. §. fratre. & ibi Bart. & communiter

Docto.

Docto. per tex. in l. pater. §. fundus. ff. de leg. 3. quibus addo tex. in l. cum pater. §. cum inter. ff. de lega. 2. & in authen. de restitu. fideicommiss. Alcia. Respons. 134. num. 9. & 10. & Respon. 249. nu. 15. Item facit, † quia in testamento, de quo agitur, fideicommissum videtur inductum sub conditione, videlicet, si aliter factæ fuerint alienationes non seruatis præmissis. Sed in casu proposito nulla fuit alienatio inter viuos, nec etiam ex testamento: ergo non habet locum fideicommissum, † cum deficiente conditione, deficiat fideicommissum, l. qui hæredem. & l. Mœuius. ff. de cond. & demon. Soc. in d. cons. 112. num. 5. & 6. Non obstat tex. in d. §. fratre. & §. instituto. quia vt suprà dictum est, non habent locum, nisi in casu contrauentionis.

Non obstat, quod prohibitio alienationis sit facta cum illa ratione generali adiecta per modum causæ finalis, quia voluit, quòd ipsa bona remanerent perpetuò in agnatione, vt concludit Deci. d. cons. 23. quia hoc procederet, vbi ratio illa siue causa esset simpliciter posita: secus autem, si referatur ad aliquod capitulum, prout in casu nostro, in quo dicitur adiecta capitulo contrauentionis proximo: videlicet, si aliter factæ fuerint alienationes nõ seruatis præmissis, ipsæ alienationes sint nullæ, & nullius momenti, & hoc quia voluit ipsa bona remanere in agnatione: nam illa verba, Et hoc, nil aliud sonant, nisi quod suprà dixit, alienationes factas non seruatis præmissis esse nullius momenti, quia voluit ipsa bona remanere in agnatione, nec est facienda interpretatio, quòd per illam generalem rationem voluerit statim corrigere, quod in præcedentibus capitibus concesserat, videlicet, alienationes posse fieri seruatis tamen præmissis, id est, facta oblatione, & venditione pro decima parte minus quàm potuisset habere ab alia extranea persona: † talis enim correctio, & mutatio voluntatis non præsumitur, maximè incontinenti, l. non ad ea. ff. de condit. & demonst. l. cum hic status. ff. de donat. inter vir. & vxo. ita in specie respondet Iaf. cons. 173. colum. 2. in fin. quem refert, & sequitur Socin. Iun. d. cons. 163. num. 34. 35. & 38. vbi etiam respondet ad doct. Bar. in l. pater. §. fundum. ff. de leg. 3. quæ non procedit, quando dispositio testatoris sonat manifestè in contrarium, prout in casu nostro, in quo expresse permittitur alienatio seruatis præmissis. Contrarijs adductis per Dec. d. cons 23. & relatis à Socin. d. cons. 227. per eum respondetur, ad quem, ne eius dicta transcribam, me remitto.

Quid dicendum? inter tot pugnantes opiniones reperio vnam distinctionem, quam ponit Socin. in d. §. cohæredes. colum. septima. vers. præterea prohibitio. post Bart. Bal. Paul. de Castro, Cuman. Aretin. & Alexan. per eum relatos, quem refert, & sequitur Curt. Iun. cons. 167. num. 2. & cons. 43. 114. 143. Alba. cons. 45. num. 1. Quod † aut præcessit prohibitio alienandi non simpliciter, sed cum illis verbis, Extra familiam, & subsecuta est ratio, quia bona remanere vult in agnatione seu familia, & tunc resultat absolutum fideicommissum, etiam quòd nulla fuerit facta alienatio, aut verò prohibitio alienationis est simplex, & sine adiectione illorum verborum, Extra familiam, sed tamen cum ratione, quia voluit dicta bona remanere in agnatione, & tunc non inducitur fideicommissum, nisi in casum alienationis, & hoc casu habet locum, l. peto. §. fratre cum similibus. ff. de lega. 2. In casu verò nostro, de quo agitur, vt dictum est, non fuit prohibita alienatio, sed permissa, licet cum ea qualitate, vt prius fieret oblatio fratribus: ergo non videtur inductum fideicommissum, nisi in casum alienationis non seruatis præmissis. Ita censuit Senatus in causa D. Ioan. Anton. Richardini à Gatinaria contra hæredes domini Christophori à Casa noua. Post hæc scripta legi Viui. in suis communib. conclusionibus, lib. 1. c. 37. ponentem conclusionem cum ampliatio. & limit. non tamen casum nostrum respicientibus.

SVMMARIVM.

1 *In exceptionibus reus partibus actoris fungitur, & eas probare tenetur, quod declaratur. num. 18.*

2 *Patientia in dubio præsumitur fuisse præsumitur in incorporalibus.*

3 *Conductori dicenti se impeditum vti frui re conducta, incumbit onus probandi.*

4 *Patientia in iuribus incorporalibus pro traditione habetur.*

5 *Cessio in incorporalibus pro traditione habetur, & numer. 21.*

6 *Emens prouentus alicuius pedagij soluere tenetur precium etiam cessantibus transeuntibus ad solutionem obligatis.*

7 *In locatione iurium incorporalium cessio præsumitur, & locatio pro traditione habetur.*

8 *Locator ad factum tenetur, vt patiatur conductorem frui re conducta.*

9 *In contractibus vltro citroq; obligatorijs agens ex contractu, tenetur ea ex parte sua adimplere, quæ ad ipsum spectant, & probare eorum implementum.*

10 *Locatori petenti mercedem obstat exceptio rei non traditæ.*

11 *Vbi legem expressam in aliquo contractu non habemus, recurrimus ad similem contractum.*

12 Locator

16 Locator in libello suo, necessariò patientiam ex sui parte præstitam inserere debet.
23 Patientia, quæ in incorporalibus præstatur, duobus modis considerari potest, & trib. sequent.
27 Neganti factum per rerum naturam nullum incumbat onus probandi.
29 Exceptio resultans ex natura contractus, & actionis propositæ censetur ipso iure probata, ex quo actor proponendo actionem, eam cum sua exceptione proponere intelligitur.
30 Exceptio prouenies ex natura contractus, etiam iuramento in contractu interueniente non excluditur.
32 Cessio, & simplex concessio, siue locatio, inter se differunt.
33 L. 3. §. dare ff. de vsufruct. declaratur.

DECISIO LI.

De eo, qui vendidit, seu locauit oblationes, seu vt vulgò vocant, quæstas sub certa mercede, an ei incumbat onus probandi, patientiam fuisse præstitam percipendi huiusmodi obuentiones, seu eleemosynas, an verò conductori.

GEorgius Ponzetus presbyter à Castromonte oriundus, vendidit seu locauit Iacobo Henrieto, vt vtar verbis Instrumēti, viagia quæstarum sanctorum Iacobi, & Bernardi, diœcesis Astensis, & Aquensis, Anni 1553. sub mercede scutorum quatuordecim soluendorum terminis conuentis, quibus elapsis, petijt locator conductorem ad solutionem mercedis condemnari, qui excepit, locatorem vtendi, & fruendi rebus locatis patientiam non præstitisse. Quæsitum fuit, cui incumbat onus probandi, an locatori patientiam fuisse præstitam, vel conductori non fuisse præstitam? pro cuius articuli cognitione, primò sciendum est, qualis sit locatio, vel venditio, de qua disputatur: & propono in hoc contractu censeri locatam, seu venditam quandam perceptionem, seu commoditatem percipiendi emolumenta, siue commoda quæstarum, secundum Bart. in l. cotem. §. qui maximos. numer. 5. & 6. ff. de publica. & in quæstio. incipiente, Publicanus. num. 14. Bal. in addit. Spęcul. in titul. de loca. in princip. Alexan. consil. 107. numer. 15. & sequent. volum. 3. Bertac. de gabel. in 2. par. col. 3. & 4. versic. quartò quæro. latissimè Rip. de priuileg. contra. cau. pestis. nu. 61. & sequent. Bos. de remiss. mer. publi. colum. 1. & sequent. Io. Crot. consil. 96. nu. 18. & sequent. & sic esse locatum ius aliquod. Quo stante, videretur dicendum, reo competere onus probandi exceptionem suam, videlicet, patientiam non fuisse præstitam;

1 † cum in exceptione fungatur partibus actoris, & teneatur illam probare, l. in exceptionibus, cum similibus. ff. de probatio. etiamsi esset negatiua, secundum Barto. in l. in illa stipulatione. la 1. num. 4. ff. de verbo. oblig. Corne. consil. 181. in litera R. prima. vol. 2. vi dicit, quod etiam non præsumitur aliquid non fuisse factum, maximè, quando est fundamentum intentionis negantis factum. his

2 conuenit, quod dicitur, † in dubio præsumi patientiam fuisse præstitam, l. 2. & ibi glo. fin. & Bar. in princ. C. de acquiren. possess. Socin. consil. 15. num. 7. vol. 4. & diceretur probari fuisse præstitam, ex eo, quia non probatur contradictio, l. qui patitur. ff. mand. & l. sem-

3 per, qui non prohibet. ff. de regu. iur. † nam conductori dicenti se impeditum vti frui re conducta incumbit onus probandi, non autem locatori, Alex. consil. 127. col. 2. vol. 5. & facit tex. & ibi Bart. in l. quibus diebus. ff. de condi. & demon.

Tertiò, pro hac opinione adduci potest

4 vulgata regula, † quòd in iuribus incorporalibus patientia habetur pro traditione, l. 3. versic. dare. ff. de vsufruct. l. quoties. la 1. §. fin. ff. de serui. & l. 1. in fin. ff. de serui. rustic. præd. l. datio. §. si iter. ff. de action. empt. l. si ego. §. 1. ff. de publici. vbi glo. in verbo, Patientia, quam sequitur Bart. in l. quoties. 2. ff. de serui. & in d. §. si iter. Ias. in l. si priusquam. col. 6. vers. in octaua oppositione. ff. de nou. oper. nuncia. vbi dicit, quòd in iuribus quasi possessio inducitur per solam patientiam d. §. si iter.

5 Quartò, † quia cessio in incorporalibus habetur pro traditione, l. final. & ibi glos. C. quando fisc. vel priua. Bart. in l. is, cui. §. fina. ff. vt in possess. leg. & in l. fina. in princ. ff. de dona. & in l. 1. num. 8. C. de actio. & oblig. Angel. consil. 179. col. 5. vers. concludo igitur. & cons. 208. circa medium. Signo. cons. 71. colum. 5. versic. sed incorporalia. Bal. in l. per diuersas. colum. penult. quæst. 14. C. mand. Dec. consil. 251. num. 4. & cons. 446. numer. 5. Sayf. in l. 1. §. si vir. in princ. ff. de acquir. poss. ergo locator cedendo iura sua, & ponendo conductorem in locum suum, videtur tradidisse, seu quasi, & sic adimpleuisse pro parte sua.

Quintò, pro hac opinione addebam subsequens fundamentum apud me multum vrgens: nam in casu nostro, vt præsupposuimus, censetur conducta commoditas percipiendi emolumenta quæstarum, & sic quædam spes exigēdi eleemosynas ab oblaturis,

6 quę exactio pendet à casu, seu fortuna, † sicut dicimus

dicimus de eo, qui emit, vel conduxit reditus pedagij tenetur soluere precium, etiam cessantibus transeuntibus soluere debentibus, quia contractus isto casu dicitur perfectus, impletusq; parte venditoris, secundum Bal. in l. si ea lege. col. 2. circa fin. & medium C. de vsur. ergo non tenetur locator in casu nostro probare patientiam, cum contractus dicatur eius parte impletus.

Nec videtur obstare, quòd nulla fuerit in dicto contractu facta cessio, † quia huiusmodi venditione, siue locatione iurium incorporalium cessio tacitè intelligitur, & locatio habetur pro cessione, & sic pro traditione: ita expressè dicit Bal. in d. l. si ea lege. colu. 2. in fin. & etiam in fin. commen. per tex. in l. creditor. in princ. ff. de act. emp. quem refert & sequitur Alex. consi. 107. num. 4. & 13. volum. 3. & facit, quod dicit Saly. in l. 1. num. 7. C. de act. & oblig. Iaf. in l. si cum emptore. in secundo nota. ff. de pac. glos. in l. 2. C. de act. & oblig.

Contrariam opinionem dixi videri de iure veriorem. Primò, † quia locator tenetur ad factum, id est, pati conductorem vti re cõducta, & eam præstare, vt fruatur, l. si quis domum. vbi Bar. & l. ex conducto. in princi. ff. loca. Bartol. in l. 1. in prima oppo. C. de iure emphy. Aret. in §. item quæritur. & §. fin. Insti. de actio. Iaf. in l. 1. nu. 93. C. de iure emphy. † sed qui tenetur ad aliquid faciendum in contractu, præsertim vltro citroq; obligatorio, si ex eo vult agere, tenetur probare, maximè, si opponatur adimpleuisse à se adimplenda, l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. & l. ædiles. in fi. & ibi glo. ff. de ædil. edi. Roma. consi. 244. Dec. consi. 421. Iaf. in §. actionum. nume. 134. & seq. Instit. de actio. ergo locator agens ad mercedem tenetur probare se patientiam præstitisse, ad quam, vt prædictum est, tenebatur.

Secundò, pro hac opinione videtur tex. in l. ex conducto. in princ. ff. loca. & ibi Bal. not. † quòd exceptio rei non traditæ obstat locatori petenti mercedem: nam sicut venditor agens ad precium, si opponatur rem traditam, vel quasi, tenetur probare rem tradidisse, vel quasi, dicto §. offerri. & l. ex empto. ff. de actio. emp. sic pariter locator agens ad mercedem, tenetur probare se patientiã continuam præstitisse conductori, vt vti liceat re conducta, quia locatio proxima sit venditioni, eisdemq; iuris regulis consistat, l. 2. ff. de loca. & Instit. eod. titu. in princ. Bar. in dicta quæst. incipiente, Publicanus. nu. 13. & hoc argumen. vtitur Cald. consi. 5. de loca. quem refert & sequitur Socin. consi. 156. nu. 10. & 11. † nam vbi non habemus aliquam legem expressam in aliquo contractu, recurrimus ad similem contractum, l. 1. §. si quis seruum. ff. depo. quam ad hoc allegat Bald. in dicta l. si ea lege. columna finali, C. de vsuris. vbi arguit de locatione ad venditionem.

Tertiò videtur decis. Aret. in d. §. sequens. col. fin. Insti. de actio. post Barto. in l. si quis domum. ff. loca. † dicentis, de necessitate requiri, quòd locator in libello ponat se patientiam accommodasse, quia locator non dicitur adimpleuisse ex sola locatione, & ex simplici consignatione, & videtur sequi Iaf. in §. actionum. numer. 187. Instit. de actionibus. Si igitur tenetur allegare patientiam: ergo tenetur eam probare: glos. in l. 1. ff. si quadrup. paupe. fecis. dica. scilicet & probetur.

Quartò, pro hac opinione videtur facere, † quia quando quis vendit, vel locat aliquod ius incorporale, tenetur, vt supra dictum est, ad factum, id est, ad patientiam præstandam, quæ duobus modis potest considerari. Primò, vt inducatur traditio, seu quasi, ad hoc, vt venditor, seu locator dicatur adimpleuisse contractum pro parte sua, & sic liberetur ab vlteriori traditione, seu quasi, à qua per simplicem locationem, seu venditionem non liberatur, secundum Barto. in l. 2. §. & harum. colum. 2. versic. & ideo glos. ff. de verborum obligatio. per glo. in l. corruptionem. C. de vsufruc. † & hæc patientia prima inducitur per vsum iuris locati, siue venditi, etiam per vnicum actum, ita sentit Barto. in l. quod meo. nume. 6. 7. & 8. ff. de acquiren. possess. quem ibi sequitur Areti. colum. penul. & Alcia. latè in l. 2. §. & harum. nume. 37. ff. de verborum obliga. per tex. in l. quoties. ff. de serui. vbi expressè dicit, quòd † non dicitur aliquod ius reale constitutum, nisi saltem sequuto primo actu vtendi, & quòd ad inducendam traditionem resultantem ex patientia requiratur vsus, declarat tex. in dicta l. si ego. §. 1. ff. de publicia. in illis verbis, Vel per patientiam fortè, si per domum quis suam passus est aquæductum transduci, & tenet expressè Pau. de Castren. & Floria. per illum tex. in dicta l. quoties. 2. ff. de serui. Bartol. in l. 1. §. huius autem interdicti. colum. 2. versicul. secundo modo. ff. vti possid. Secundo modo, † consideratur patientia in iuribus incorporalibus successiua, qua venditor, & locator semper tenetur pati emptorem, seu coductorem vti frui re empta, siue conducta, glos. Bartol. & Doc. in l. corruptionem. C. de vsufr.

Bartol. in l. si quis domum. in princip. ff. loca. & ibi Pau. de Castr. & in dicta l. quoties. Alcia. dicto §. & harum. numero 73 Iaſ. in d. l. 1. nume. 93. C. de iure emphyt. Alex. conſ. 112. colum. fina. verſicu. ad allegata. volum. 1. Io. Crot. dicto conſi. 96. numer. 14. Fateor tamen, quòd tam primæ, quàm ſecundæ patientiæ ſatisfit, ſi per emptorem, vel conductorem præſtetur à principio cautio, per eum, hæredeſue eius non fieri, quo minus emptori, ſeu conductori vti & frui liceat re empta, ſiue conducta, dicta l. quoties. & dicta l. datio. §. ſi iter. ff. de actio. emp. facit tex. in l. harum. & l. egi. ff. ſi ſer. vendi. ſed in caſu noſtro nulla fuit præſtita cautio, nec de vſu aliquo apparet: ergo non poteſt dici inducta traditio.

Quintò, pro hac opinione facit regula l. actor. C. de probatio. & c. quoniam contra.
17 extra eodem tit. † quòd negami factum per rerum naturam nullum incumbit onus probandi.

Nec obſtat, quòd præſumatur in dubio patientiam fuiſſe præſtitam, l. 2. & ibi glo. fin. C. de acquiren. poſſeſ. quia id intelligi debet, data prius poſſeſsione, quæ præſumitur ex cauſa præambula, l. quædam mulier. ff. de rei vend. Alexand. conſi. 127. volum. 5. & ſic aduerſario patiente, ita loquitur gloſ. in dicta l. 2. Soc. in dicto conſi. 15. Alioquin non data aliqua poſſeſsione, ſeu quaſi, non debet probari patientia: quia pati, vt ſupra probatum fuit, eſt factum, & facta non præſumuntur, niſi probentur, l. ſi emancipati. C. de collatio. & c. 1. de conſtitu. in ſexto.

Non eſt impedimento, quod dicitur, patientiam non fuiſſe præſtitam, eſſe fundamentum intentionis excipientis, & propterea hanc negatiuam debere per eum probari, dicta l. in exceptionibus, cum alijs
18 ſimilibus, † quia iſta procedunt, quando reus excipit affirmatiuè, ſecus, ſi negatiuè, maximè, ſi negatiua non ſit coarctata tempore, & loco, glo. in dicta l. actor. C. de probatio. & ibi Salyce. Secundò procedunt, quando talis exceptio non facti non reſultat ex natura contractus, nec ineſt ipſi obligationi primæuæ, ſecus, ſi reſultet ex natura contractus, & inſit ipſi primæuæ obliga-
19 tioni: † quia tunc actor proponendo actionem, intelligitur eam proponere cum exceptione, quæ ſibi ineſt ſui natura: vnde actionis expreſsio ſufficit aduerſario, cui etiam ſatis eſt, ſi talem exceptionem alleget tempore allegationis iuris. Ita expreſſe ſentit Barto. in l. eum, qui ita. §. qui ita. numero quarto. & ibi Andr. Poma. in addi. ff. de verborum obligat. Bart. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. numero 20. ff. de pact. Alexand. & laſ. in l. licet filiæ. C. de collatio. laſ. in §. omnium. numero 128. Inſtitu. de actio. Pariſ. conſi. 33. numero 57. volum. 1. nota. Felin. in c. cum ordinem. numer. decimoſexto. de Reſcrip. quod etiam locum habet, ſi in
20 contractu interuenit iuramentum: † quia per illud nunquam excluditur exceptio proueniens ex natura cõtractus ſecundum veram & communem concluſionem, de qua per laſ. in l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. nume. quarto. ff. de iureiuran. Roma. dicto conſil. 244. ſed exceptio patientiæ non præſtitæ venit ex natura contractus locationis, vt ſupra probauimus: ergo non tenetur excipiens eam probare.

Non obſtat, quòd ceſsio in incorporalibus habeat vim traditionis, ſecundum gloſ. in dicta l. fina. C. quando fiſc. vel priu. cum
21 ſimilibus. † quia illa regula procedit, quoad ius actionis meræ perſonalis: ita loquitur tex. & gloſ. in dicta l. fina. & hanc differentiam videtur facere Bartol. in l. quod meo. numer. 5. & 6. ff. de acquiren. poſſeſ. vbi conſtituit differentiam, quòd conſtitutum adijciatur conceſsioni vſusfructus, & ſic ſeruitutis perſonali, vel conceſsioni ſeruitutis realis, vt primo caſu per conſtitutum inducatur illa naturalis poſſeſsio, quæ antè non erat: in ſecundo verò caſu non conſtituatur aliqua poſſeſsio, nec aliquod ius, niſi per vſum, & patientiam, dicta l. quoties. ff. de ſerui.

22 Secundo modo poteſt reſponderi, † in inſtrumento locationis nullam eſſe factam ceſsionem, ſed locationem, & conceſsionem exigendi dictas quæſtas, quæ verba inter ſe differunt: Bar. in l. fin. in princip. ff. de dona. & in l. 1. numero octauo. C. de actio. & oblig. & ceſsio regulariter, ac titulus requiritur ad translationem iuris incorporalis, & non ſufficit titulus, vel conſenſus, vt expreſſe dicit Bal. in l. eius. in princip. C. de cõpen. gloſ. ibi & Alexan. in apoſt. ad Bart. in l. per diuerſas. in verbo, Ponuntur. C. mand. Dec. d. conſi. 251. numero 4. Alb. in l. 2. C. de act. & oblig.

23 Non obſtat l. 3. §. dare. ff. de vſufr. † quia ſola dictio Ve, quæ eſt coniunctiua ſubiunctiui ordinis, debet intelligi copulatiuè poſita, i. vt vtrunq; requiratur, ſcilicet inducere legatarium in poſſeſsionem, & eum pati vti frui: ita declarat d. §. dare. Bar. ibi, dum dicit obligatũ ad vſumfructũ teneri ad vtrunq; l. dare, & pati, & clarius Aret. in l. 3. in prin. col. 2. & in l. quod meo. col. 3. ff. de acq. poſ. Soci. cõſ. 156. nu. 10. & ſecundũ hanc opinionem cenſuit

Sena-

Senatus locatorem agentem ad mercedem teneri probare patientiam à principio fuisse præstitam.

SVMMARIVM.

1 *Dictionis, vltra, natura est implicatiua, & inclusiua dicitur, & nu. 15.*
2 *Conditio apposita in testamento non censetur repetita in codicillis.*
3 *Qualitates nouæ appositæ in secunda dispositione attendi debent, reiectis ijs, quæ in prima dispositione ponuntur.*
4 *Qualitas adiecta in sequenti legato, quando censeatur repetita in primo.*
5 *Repetitio ex mente præsumpta testatoris inducitur.*
6 *Legatum proprietatis plenius censetur legato vsusfructus.*
7 *Dictio, Alia, adiecta dispositioni vniuersali, includit maiora expressis.*
8 *Testator quanto minus potest, hæredes grauare præsumitur.*
9 *Mariti anima ex secundis nuptijs contristatur.*
10 *Testatoris mens in vltimis voluntatibus maximè inspicienda est.*
11 *Præfationes causam finalem dispositionis demonstrant.*
12 *Verba, Hoc ideo, causam important.*
13 *Dictio, Alius, similitudinem denotat.*
14 *Si aliquid in testamento adimatur, in reliquis firmum remanebit testamentum.*

DECISIO LII.

Vsufructu bonorum vxori relicto in testamẽto in casum viduitatis, si in codicillis illa conditio viduitatis reiecta fuerit, in quibus nonnullorum bonorum proprietas relicta sit, an proprietatem & vsumfructum vxor habere debeat.

FRanciscus Bardonus, ciuis Vercellensis, testamento suo legauit eius vxori in hæc verba: Item voluit, iussit, & ordinauit, quòd nobilis domina Maria Paula eius dilecta vxor sit, & esse debeat vsufructuaria domus prædictæ habitationis eiusdem domini testatoris, eiusq; apothecarum, viridarij, ac aliorum locorum suorum, & ædificiorum in eis existentium, vsque in vias publicas, & eius partis, seu partium sibi spectantium, & pertinentium Molendinorum Carezanæ Rueris & Fornatijs finium Vercellarum, ac omnium eius bonorum mobilium, vtensiliumq;, & suppellectilium domus, suarumq; collanarum, vestium, & iocalium, eius vita naturali durante absque aliqua molestia dictarum suarum hæredum vniuersalium, & sine ratione de ipso vsufructu reddenda. Quoniam ipsum vsumfructum eidem dominæ Mariæ Paulæ eius dilectæ vxori legauit, & iure legati reliquit, ducente tamen ipsa vitam honestam, & vidualem, & non aliter, nec alio modo, & vbi vellet transire ad secunda vota, eidem legauit, & iure legati reliquit eius dotes, & augmentum per eundem dominum testatorem sibi factum, de quibus dixit constare Instrumento suo dotali rogato, per tunc quondam dominum Ioan. Antonium de Biamino notarium publicum Vercellensem, videlicet per notarium subsignatum sub anno & die in eo contentis, ad quod condigna, vbi expediat, habeatur relatio. Necnon vltra ipsas dotes, & augmentum, etiam eidem nobili suæ vxori iure legati reliquit dictã domum, apothecas, viridarium ac omnia loca & ædificia in eis existentia, vsq; in vias publicas, capsam vnam cipresi, collanam vnam suam valoris scutorum decem vel circa, vnam aliam collanam valoris scutorum viginti duorum etiam vel circa, suosq; omnes annulos, duas zoias suas, alteram fultã aureo, & vno iacynto, & aliam auri in totum dandas, & tradendas per infra nominatas eius hæredes vniuersalis. Deinde codicillis ex interuallo factis, ita cauit, cum inter cætera legata in testamento facta legauerit dilectæ vxori ea transeunte ad secunda vota domum habitationis, voluntasq; hominis sit ambulatoria vsque ad mortem, hoc ideo omni meliori modo, quo potuit, & potest, codicillando idem dominus Franciscus testator legauit eidem suæ dilectæ vxori vltra alia sibi legata facta in primo suo testamento dictam domum, apothecas, loca, ædificia quæcunque, ac viridarium in eis respectiuè existentia, ipsa domina Maria Paula eius dilecta vxore transeunte, vel non transeunte ad secunda vota. Quæsitum fuit, cum in testamento legatum vsufructus sit tantum factum in casum viduitatis, & in codicillis qualitas viduitatis per illa verba, Ipsa transeunte, vel non transeunte, ad secundas nuptias, dicatur adempta, an vigore codicillorum legatum vsusfructus, & aliorum bonorum, quorum proprietas non fuit ipsa transeunte ad secunda vota legata, censeatur repetitum, ita quòd possit non solum proprietates sibi legatas, sed etiam vsumfructum prædictum petere ipsa transeunte ad secundas nuptias? Et prima facie videbatur dici posse, deberi legatũ vsusfructus propter dictionem, Vltra, in co 1 dicillis positam, † de cuius natura est implicare, seu includere legata in testamento relato facta, l. si vltra. C. de fideiussori. l. cum

vltra. C. de non num. pec. Bar. in l. qui ita. ff. de dote præleg. & alij latè cumulati per Dec. in l. actione. nu. 6. C. de transac. & l. filias. C. de colla. Tiraq. de retrac. in prima par. §. 1. glo. 11. nu. 68. & huiusmodi inclusio, & petitio in casu nostro, attētis nouis qualitatibus in codicillis appositis, non debet censeri facta cum qualitate viduitatis, de qua in testamento, quia ex illis verbis, Positis in codicillis, Ipsa transeunte, vel non transeunte ad secunda vota, legata censentur purè facta,

2 † quo casu non dicitur repetita conditio viduitatis in testamento posita, secundum Bar. in l. in repetendis. colum. 1. ff. de legat. 3. per tex. in l. nam ad ea. ff. de cond. & demonst. Alexan. consi. 96. in fin. volu. 7. adducentem l. si tibi certam. ff. de adim. lega. vbi si quis legauit alicui rem aliquam sub conditione, deinde eidem eandem rem simpliciter relinquat, debetur quidem legatum ex nouissima dispositione reiecta conditione à principio posita, sic in casu nostro; cum legata facta in testamento sub conditione viduitatis, repetita fuerint in codicillis cum qualitate, videlicet, vxore transeunte, vel non transeunte ad secunda vota, quæ qualitas facit legatū videri purum, vt suprà diximus. ergo legatum vsusfructus debitum ex testamento in casu viduitatis, debetur purè ex codicillis, ex quibus adempta videtur dicta conditio viduitatis.

3 Secundò, pro hac opinione facit, † quia quando in secunda dispositione, vt puta codicillis pronuntur nouæ qualitates, siue cōditiones, tunc qualitates positæ in præcedenti dispositione, non censentur repetitæ, sed reiectæ, & debent attendi nouæ qualitates, l. translatio. in fi. & l. alumne. in princ. ff. de adimen. lega. Ange. ferè in terminis nostris consi. 394. nume. 5. 6. & 8. Alexan. consi. 66. volu. 3. concludentes, quod per nouas qualitates, & conditiones adiectas in codicillis intelligitur esse recessum à primis qualitatibus, & concordat tex. in l. quod traditum est. ff. de condi. & demonstra. imò cōgruè, & citra repugnantiam non posset qualitas viduitatis adiecta in testamento censeri eo modo repetita in codicillis, quia in testamento legatum vsusfructus non debetur, nisi in viduitatis casum, in codicillis verò etiam in casum secundarum nuptiarum deberetur: quæ qualitates simul stare non debent, quo casu non inducitur primæ qualitatis repetitio, secundum Barto. in dicta l. in repetendis. colum. secunda. ff. de legat. tertio. & in l. Seiæ. §. Caio. numero secundo. ff. de fund. instruc. & Instrumen. leg. Ias. in l. talis scriptura. col. pen. vers. secundò fallit. & vers. quæritò fallit. ff. de lega. 1.

Tertiò, pro hac opinione, videlicet, quòd vsusfructus legatus in testamento, censetur pariter legatus in codicillis, etiam ipsi vxore transeunte ad secunda vota, videtur decisio Bar. in dicta l. in repetendis. colum

4 fina. versicul. sed an qualitas adiecta. † vide quæritur, an qualitas adiecta in sequenti legato censeatur repetita in primo? & distinguit: aut repetitio inducitur per dictionem, item, & non censetur repetita in primo. aut per verba; Hoc amplius, & dicitur repetita in primo legato: & idem tenet Bartol. in l. si tibi pure. colum. fina. versicul. sed quæro, an inducat. ff. de lega. 3. per tex. in l. Aurelius. §. testator. & ibi glo. & Bart. ff. de libe. lega. & Bart. in dicta l. Seiæ. §. Caio. in prima oppositio. ff. de fund. instruc. & instrumen. leg. Areti. consi. 1. colum. 3. versicul. sed dubitatur. & consi. 67. colum. 2. sequitur Ias. in l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. vbi exponit dictionem, Amplius, id est vltra, & sic in casu nostro qualitas secundarum nuptiarum posita in codicillis in legato proprietatis domus, debet etiam censeri repetita in legato vsusfructus repetito, virtute dictionis, Vltra, quæ est repetitiua, vt probauimus in primo fundamento: quibus addo Paris. consi. 2. nume. 65. & seq. & consi. 109. numer. 48. & sequen. vol. 3. Soc. Iun. consi. 71. nume. 5. & 6. & consi. 107. numer. 8. vol. 3. & hæc repetitio multò magis procedit, quando sumus in eadem ratione, vt concludit Bar. in d. §. Caio. in princip. pro quo facit regu. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. quòd vna determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare: Duran. de arte testa. titu. 6. de leg. caut. 58. nu. 2. & 3.

Quartò, prædicta opinio videtur corro-

5 borari, † quia huiusmodi repetitio etiam inducitur ex præsumpta mente testatoris resultante ex identitate rationis, secundum Bart. in d. §. Caio. nu. 2. Bal. in l. Titius. C. de ope. lib. vbi summatim ponit casus, ex quibus inducitur repetitio: Alex. consi. 47. nu. 3. vol. 5. Areti. d. consi. 1. colum. fina. sed in casu nostro sunt expressè repetita, & aucta legata domorum, & aliorum bonorum, quorum est legata proprietas, cuius legatum plenius dicitur, quàm legatum vsusfructus: ergo legatum vsusfructus, tanquam minus cēsetur legatum, vulgata authen. multò magis. C. de sacrosan. eccle. cum simi. Pau. de Castr. consi. 11. in fin. in nouis, secundum impressionem Papiensem.

6 Quintò, huic opin. adstipulari potest, † quia codi-

codicilli dicuntur facti in fauorem & augmentum legatorum factorum vxori, quod patet ex ademptione viduitatis in testamento posita: ergo non debent operari contrarium, l. si mancipia, in princ. ff. de fun. instru. & instr. leg. & l. quod fauoris. C. de legi. Alex. consi. 214. nu. 12. vol. 6. las. in l. legata inutiliter. nu. 8. ff. de lega. 1.

Nec videtur obstare dictio, Alia, posita in
7 codicillis, † quia cum addatur dictioni indefinitæ, quæ æquipollet vniuersali, vulgata l. si pluribus. ff. de lega. 2. veniunt maiora expressis, vt concludit Dec. in l. si fugitiui. nu. 34. C. de ser. fugit. post glo. & Imo. per eum allegatos.

Contraria opinio visa fuit aliquibus verior: primò, † quia testator præsumitur, quantò minus potest, velle grauare hæredes, l. Titia. §. si in vita. & l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de lega. 2. latè Crau. consi. 167. numer.
8 14. sed si illa qualitas ademptionis viduitatis censeretur etiam adiecta legato vsusfructus, magis grauaretur hæres, quia teneretur præstare proprietates legatas, & vsumfructum aliorum bonorum: ergo non est huiusmodi facienda relatio, maximè cum illa verba, Ipsa transeunte, vel non transeunte, possint congruè, imò debeant referri & restringi ad proxima, & sic ad domum, & alia ædificia, quorum est expressè legata proprietas. Nec dici potest, quòd hoc casu in codicillis esset inutile legatum, tanquam eadem proprietas domus, & aliorum bonorum fuisset in testamento legata: quia in testamento proprietas domus, & aliorum bonorum non erat in casum viduitatis legata, sed tantum in casum secundarum nuptiarum: in codicillis verò legata est proprietas, ipsa transeunte, vel non transeunte ad secunda vota, & in codicillis addita est etiam qualitas viduitatis, vt per eam vxor magis alliceretur in viduitate remanere, & sic vt maiora haberet legata ipsa remanente in viduitate, quàm transeunte ad secunda vota, † quo
9 vltimo casu tristatur anima mariti, §. nos igitur videntes. in authen. de nup. Pau. de Castro dicto consi. 11. in fin. Alexan. consi. 21. nume. 8. volum. secundo: ergo ademptio qualitatis viduitatis non videtur repetita in legato vsusfructus.

Secundò, † quia in vltimis voluntatibus
10 mens testatoris potissimum locum obtinet, vulgata l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstra. Ange. in dicto consi. 294. in princip. quæ colligitur ex præfationibus, l. cum pater. §. dulcissimis. & ibi glos. in verbo, Discordijs. ff. de lega. 2. l. item quia. §. fina. ff. de pact. quæ præfationes probant causam finalem dispositionis, & inducunt præsumptionem, quod codicillans aliter non fuisset relicturus, Barto. & communiter Doctores in l. fina. in principio. ff. de hæredi. institu. & in l. regula. ff. de iuris & fac. ignoran. quem refert & sequitur pluribus relatis, Brun. de statu exclu. fœm. in articu. 6. quæst. 27. colum. 1. Tiraquel. cumulatissimè in suo tracta. cessante causa cessat effectus, in prima limitatione, nu. 64. & 65. pulcher tex. in l. 1. §. fina. C. de imponen. lucr. descri. vbi à primordio tituli posterior formatur euentus, & dicit Bartol. in l. cum ij. in princip. ff. de
11 transactio. † quòd dispositio sequens restringitur per præfationem, & conuenit, quod scribit Lanfrancus in cap. quoniam contra. in secundo notabili: quod vbi non habet locum præfatio, nec etiam locum habet statutum, sed in casu nostro ex præfatione codicillorum, causa finalis fuit legatum domorum & aliorum bonorum factum vxori, ea transeunte ad secunda vota, prout apparet ex illis verbis, Cum sit, quòd dominus Franciscus Bardonus suum fecerit testamentum, in quo inter cætera legauit dominæ Mariæ Paulæ ea transeunte ad secunda vota domum: ergo ad talia proprietatis legata debet referri dispositio, & non ad legatum vsusfructus in casum viduitatis factum, & hæc corroborantur ex verbis, Hoc ideo,
12 subsequentibus, † quorum natura est inferre causaliter ex præcedentibus proximis: Barto. in l. demonstratio. §. quod autem. colum. 2. versicul. item puto. ff. de condictio. & demonstra. iuncta l. nemo dubitat. & ibi Bart. ff. de hæredi. instituen. vbi pronomen, Hic, hæc, hoc, est demonstratiuum ad oculum, Bart. in l. Mœuius. nu. 7. ff. de leg. 1.

Tertiò, premissa comprobantur ex di-
13 ctione, Alia, † quę propriè denotat similitudinem, secundum glo. fina. in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. & ibi Dec. nume. 33. Alexand. consi. 19. numer. 6. volum. 2 latè Fel. in c. sedes. num. 6. de Rescript. Soci. consi. 23. num. 3. volum. 4. facit tex. in l. fina. §. fina. ff. de vino, oleo, triti. leg. & l. hęres meus. in princip. ff. de lega. primo. Rui. consi. 68. numer. 3. volum. 5. vbi expressè dicit, dictionem alias esse repetitiuam & repręsentatiuam eius qualitatis, cuius est id, de quo est expressè facta mentio: ergo legatum vsusfructus, quod est quid penitus diuersum à legato proprietatis, non venit virtute prędictę dictionis, Alia, quę debet intelligi de alijs legatis similibus expressis, scilicet de legatis proprietatis, prout sunt expressa.

Quartò, huic opinioni famulatur, quia in testamento legauit vsumfructum bonorum mobilium, & suppellectilium domus, & in codicillis de dicta suppellectili legauit lecticam, necnon lectum, copertam, & quædam linteamina, & adijcit, quod in reliquis volebat testamentum viribus subsistere: si
14 † ergo de legato vsusfructus quædam ademit, quæ in codicillis pleno iure legauit, sequitur, quòd in reliquis non ademptis remanet firmum testamentum, l. si legatum purè. ff. de adimen. lega. pulcher tex. in dicta l. alumnæ. §. qui filias. eodem titu. & ibi Bart. vbi dispositio prima testatoris per sequentem videtur reformata in ijs tantum, in quibus expressè reformatur, secus in alijs: & ad hoc facit regu. l. cum prætor. ff. de iud. quæ multò magis procedit in casu nostro, in quo expressè voluit in reliquis testamentum valere.

Nec videtur obstare dictio, Vltra, in codicillis posita, de cuius natura est includere,
15 l. si vltra. C. de fideiuss. † quia dato citra veritatis præiudicium, quòd dictio, Vltra, in casu isto esset inclusiua, attamen debet intelligi, vt includat, & repetat in eo statu, & eo modo, prout fuerant legata in testamento, & sic legatum vsusfructus intelligatur includi cum qualitate viduitatis, argumen. l. legatum. ff. de adimen. lega. & cum qualitatibus, & conditionibus suis, per nota. in l. in repetendis. ff. de lega. 3. Dec. consi. 190. nume. 7. & in l. actionem. num. 8. C. de transac. & hanc opinionem veluti hæredi minus damnosam sequutus est Senatus.

SVMMARIVM.

1 Emphyteusis contractus, an scripturam requirat.
2 In ore duorum, vel trium stat omne verbum, & nu. 14.
3 Contractus, & distractus tanquam diuersa iudicantur.
4 Sententia probari potest per testes, licet in se scripturam requirat.
5 Statuta, quæ disponunt, contractus mulierum non valere sine insinuatione, non habent locum in simplici liberatione.
6 Donatio causa mortis quinque testibus probatur, ad cuius reuocationem sufficiunt duo.
7 An contra scripturam, quæ de necessitate iuris in aliquo contractu requiritur, admittatur probatio per testes, & ibi l. testium. C. de testib. declaratur.
8 Emphyteusis propriè non dicitur, vbicunque canon fructibus respondet, seu potius locatio iudicatur.
9 In locatione necessariò scriptura non requiritur.
10 Solemnitas, quæ requiritur in contractu, pariter & in distractu interuenire debet, vt eiusdem naturæ esse iudicetur. & nu. 11. & 12.
13 In contractu minoris quemadmodum requiritur decretum, ita etiam in distractu.
14 Solutio contentorum in inuentario, nisi per scripturam probari potest, vel per quinque testes.
15 Bal. in l. testium. C. de testibus. sibiipsi contrarius ostenditur.
Ea, quæ tendunt ad obseruantiam contractus, possunt per testes probari, secus, si ad resolutionem. nu. eodem.
16 Emphyteusis licet in vna parte alteretur, tamen in reliquis retinet suam propriam naturam.

DECISIO LIII.

De contractu emphyteutico, & eiusdem dissolutione an scriptura requiratur.

DEduci in quæstionem cõtingit, an in probanda dissolutione contractus emphyteusis requiratur probatio per scripturã, an verò sufficiat probare liberationem siue dissolutionem contractus per testes, præcipuè, si emphyteusis ipsa non sit vera, & propria, quia census siue canon correspondeat fructibus, pro cuius declaratione quærendum est, an necessariò requiratur scriptura in confectione contractus emphyteusis, in qua quæstione gl. in l. 1. in verbo, Scriptura, in vltima
1 parte C. de iure emph. † tenet q̃ cõtractus emphyteusis põt fieri sine scriptura: & Bar. ibi nu. 6. dicit, opinionem d. gl. approbari cõsuetudine: & idẽ tenet Spec. in tit. de emph. vers. quintò quæritur. quem refert & sequitur Roma. consi. 103. circa fin. & Barb. consi. 14. col. pen. volu. 2. Bal. in addi. ad Spec. de loca. col. 4. vbi dicit, quòd scriptura non requiritur ad esse emphyteusis: & sequi videtur Ang. in d. l. 1. in 3. not. & alij relati per Iaſ. ibi nu. 61. in princ. & Soci. consi. 169. vol. 2. num. 11. ac consi. 120. nu. 24. vol. 4. licet dicat, Doc. magis communiter tenere contrarium: quẽ refert, & sequitur Paris. consi. 77. numer. 16. volum. 3. & nouissimè Moderni Parisien. in consuetud. Parisien. tit. 2. in princip. nu. 38. & seq.

Contrariam opinionem, quòd requiratur scriptura, tenuit gl. in d. l. 1. in verbo, Alienationis, circa medium. & Bal. ibi in 2. lectura, col. 2. dicit, hoc communiter teneri, & gl. ordinaria, ad quam semper recurritur in cap. 1. §. postquã. in verbo, In scriptis, de censi. lib. 6. Alex. consi. 112. in fi. vol. 1. hanc opinionem sequitur etiam pluribus alijs relatis, Iaſ. in d. l. 1. numer. 61. 62. & 63. vbi hanc opinionem communem dicit, & Bald. in l. testium in §. nor. & ibi Salyce. in 6. oppo. C. de test. Aret. in §. adeò autem. col. 4. vers. ad vnum tamen

aduer-

aduertas. Institu. de loca. & cond. vbi dicit, quòd ita communiter tenetur, & semper vidit obseruari. Afflict. decis. 72. nu. 7. pro qua videtur text. expressus in auth. de aliena. & emphyt. §. si verò non sint chartularij. in illis verbis, Contractum fieri in scriptis. & Alex. cons. 94. num. 2. vol. 7. vbi addit, quasi possessionem iuris exigendi Canonem emphyteuticum debere etiam probari per scripturam, & arbitrari eam seruari de consuetudine ab omnibus recepta, quòd de huiusmodi contractibus fiant Instrumenta: Crauetta cons. 112. num. 8. qui profectò non debuit ita acerbè redargui à Molineo loco suprà citato: tum quia crebriorem sententiam secutus est dominus Crauetta, vt idem Moli. testatur: cùm etiam, quòd Molinei inductio, etsi prima facie aures demulcere videatur, attamen re plenè digesta, vana reperitur. Nam si accuratè legantur præcedentia §. Anastasius, in authen. de non alien. reb. Eccles. videbitur cautum fuisse à Leone Imperatore, qui Zenonem præcessit, in alienationibus rerum ecclesiasticarum documenta requiri, vt in §. ad hoc autem & tabellionem. & in versic. quia verò didicimus sic effusè, & impiè ab aliquibus fieri documenta. ideò etiam quoad emphyteusim priuatorum, secutus est Zenon in dicta l. 1. C. de iur. emphy. quod autem Anastasio visum fuerit distinguere inter emphyteusim temporalem, & perpetuam, vt hæc cum gestis, illa sine gestis fieret, nihil faciendum est, cum veluti inutilis, & imperfecta correcta fuerit Anastasij constitutio à Iustiniano, d. §. Anastasius autem. & §. sequenti. & clarius in auth. de aliena. & emphyt. §. si verò non sunt chartularij, in illis verbis, Contractum fieri in scriptis. ex quibus fit, vt communis proinde Crauettę sententia sit vera, Molinei autem opinio paradoxa: sequitur hanc opinionem Roland. à Valle, consil. 87. numer. 9. quem post hæc scripta vidi. Hoc igitur admisso, quòd requiratur scriptura in contractu emphyteuticario, videtur tamen dicendum in quæstione proposita, eam non requiri in distractu.

Primò per regulam, de qua scribitur in sacris Scripturis, Deut. cap. 17. & Matth. c. 18. quòd † in ore duorum vel trium stat omne verbum, c. in omni negocio. de testi. & c. relatum, de testam. & in terminis statuti prohibentis solutionem debiti probari per testes, Io. de Ana. cons. 64. dicit, quòd non habeat locum in promissione de faciendo Instrumentum absolutionis, quem refert Dec. in c. 2. col. 14. in fi. de proba. Idem sentit Salyc. in l. si quis argentum §. fin. in fin. C. de donat. vbi dicit, quòd licet mutuum ex forma statuti non possit probari per testes, attamen promissio de faciendo Instrumentum absolutionis poterit testibus probari, & sequitur Cepol. cau. 253. incipiente, Statuta disponunt. & ad hoc facit tex. & ibi Bar. in l. fi. C. si
3 tutor vel. cur. inter. † vbi contractus, & distractus ponuntur tanquam diuersa: ergo ex vno ad aliud non infertur. Item facit, quod decidit Rot. decis. 409. in nouis. per tex. in c. Albericus. de testibus. & in c. sicut. de re iud. quam refert & sequitur Paris. cons. 77. nu. 21.
4 vol. 3. † quòd sententia potest probari per testes, licet videatur requirere scripturam, c. quoniam contra. de probat. & huic opinioni conuenit Bal. in l. liue apud acta. in quinto nota. C. de transact. dicens, se consuluisse,
5 † quòd constitutiones, seu statuta, quæ dispo nunt contractus mulierum non valere sine insinuatione, non habent locum in simplici liberatione: & Bal. refert & sequitur Alex. in l. more. in princ. ff. de acquir. hæred. & ratio est, secundum Bald. ibi, quia constitutio, siue statutum in contractibus scripturam requirens exorbitata regulis iuris communis: ideò strictè debet intelligi, & non extendi ad distractum.

Secundò, huic opinioni adstipulatur id, quod dicitur de donatione causa mortis, in
6 qua † facienda requiruntur quinque testes, l. fina. C. de donat. cau. mor. & tamen in reuocatione sufficiunt duo, vt concludit Dec. in l. non omnis. colum. 3. versic. ex quo infertur. ff. si cert. per. & facit tex. in l. non statim. ff. de pecul. vbi in concessione peculij requiritur traditio vera, vel ficta, in reuocatione verò sufficit sola voluntas domini: & infert Ang. ibi, quòd si pater concessit filio, vt donationem causa mortis faceret, potest sola voluntate eum reuocare.

Tertiò, pro hac opinione etiam videtur decisio Bal. in l. testium. col. 1. verf. dubitatur hîc de quibusdam scripturis. C. de testib. vbi
7 quærit, † an contra scripturam, quæ ex necessitate iuris requiritur, admittatur probatio per testes, vtputa, in inuentario, sententia, & emphyteusi: & concludit, quòd solutio potest probari per testes, respondetq; ad tex. in d. l. testium. quòd procedat in scriptura conuentionali: & Bal. refert & sequitur Afflict. decis. 13. num. 25. & 26.

8 Quartò, † quando Canon in emphyteusi respondet fructibus, non est propriè, & verè emphyteusis, sed de ea iudicatur, vti de
9 contractu locationis, † quo casu admittitur probatio per testes, nec necessariò requiri-

tur ſcriptura, vt concludit Barba. d. conſil. 14. col. penult. Sed in caſu noſtro penſio correſpondet fructibus: ergo non eſt contractus emphyteuſis: & tenentes hanc opinionem reſpondent, regulam in contrarium allegatam non procedere, quando per diſtractum res reduceretur in priſtinum ſtatum, & ad ius commune primœuum: ita videtur declarare Felin. in dicto c. cum acceſsiſſent. numer. 5. de conſtitut. & in cap. cum omnes. num. 7. & 8. eodem titu. laſ. in d. l. omnium. num. 10. C. de teſtament. Curt. in tracta. de feud. in 5. parte. in 5. quæſt. col. final. Io. Bapt. de S. Seuer. in l. omnes populi. col. 44. in fi. ff. de iuſti. & iur. ſed per diſtractionem emphyteuticæ rei redit res ad primœuam naturam, qua quælibet res præſumitur libera, l. altius. C. de ſerui. ergo poteſt huiuſmodi diſtractus per teſtes probari.

Contraria opinio viſa fuit de iure verior per regulam, de qua in authen. ẽcontra. C.
10 de reſpud. † vbi ſolemnitas, quæ requiritur in contrahendo, requiritur pariter in diſſoluendo, quam ponit Alexan. conſ. 209. num. 23. volum. 2. & in l. centeſimis. §. final. in fi. ff. de verbo. obligat. laſ. conſ. 141. num. 2. vol. 4. & Felin. in c. cum acceſsiſſent. numer. 5. de conſtitu. vbi poſt gloſ. & Bal. per eum allegatos concludit, quod quando ex forma ſtatuti requiritur ad probationem actus certa probatio, eadem requiritur ad deſtructionẽ eiuſdem actus: & dicit Barto. in l. actor. nu. 9. ff. rem rat. hab. quòd ea, quæ requiruntur neceſſariò ad alicuius actus cõſtructionem, pariter, requiruntur ad deſtruct onem eiuſdem, ſecùs, ſi voluntariè requirantur, & Bar. refert & ſequitur Paul. de Caſtro, in l. tria prædia. num. 5. ff. de ſerui. ruſtico. prædio. & Dec. in c. cum omnes. colum. 5. verſic. aut in primo actu, de conſtitut. laſ. in l. omnium. num. 9. C. de teſta. & conſ. 141. num. 2. vol. 4. & ſcribit Barr. in l. & ideò. ff. de condi. fur.
11 nu. 2. † quod reſolutio contractus iudicatur eiuſdem naturæ, cuius eſt contractus: ſequitur Afflict. deciſ. 232. col. 1. & 2. latè Euerar. in locis legali. c. 19. & ad hoc facit regula, l. prout quiſquis. ff. de ſolutio. c. 1. de reg. iur. lib. 6. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & ibi Dec. num. 3. adducens in terminis noſtris, Ancha. conſil. 350. vbi concludit, quòd ſi ex forma ſtatuti debitum debet per Inſtrumentum probari, ſolutio, ſeu liberatio debiti ſimiliter per Inſtrumentum probanda erit: ſequitur idem Dec. in c. 2. colum. 12. verſic. poſtremò. de probatio. & in terminis emphyteuſis, ita concludit Bal. conſ. 220. vol. 1. &
12 facit alia regula, quòd † contrariorum eadem eſt diſciplina. Et pro hac opinione videntur facere, quæ ſcribit laſ. in l. ſiue apud acta. col. 2. C. de tranſact. & text. in l. ſi ad reſoluendam. C. de præd. mino. quem citat Bal. in l.
13 in princ. C. ſi aduerſ. tranſ. vbi dicit, † quòd ſicut in contractu minoris requiritur decretum, ita in diſtractu: & eum refert & ſequitur Hippol. in rub de probat. num. 345. cum quatuor ſequentibus, vbi plures citat auctores ad hoc propoſitum: & in caſu noſtro videtur caſus l. teſtium. C. de teſti. vbi enim debitum eſt contractum in ſcriptis, eius ſolutio debet probari per aliam ſcripturam, vel ſaltem per quinque teſtes idoneos, & dicit ibi
14 Salyc. † quòd ſolutio contentorum in inuentario non poteſt probari, niſi per ſcripturam, vel quinque teſtes integræ opinionis, & eſt de mente Bar. in l. generaliter. num. 8. & 9. C. de non num. pecun.

Non obſtat regul. c. in omni negocio, de teſti. quia ſpeciale eſt in emphyteuſi, & alijs: ad quorum probationem requiritur ſcriptura, ſecundum laſ. in d. l. 1. num. 61. C. de iur. emphyt. cum alijs ſuprà allegatis.

Non aduerſatur Io. de Anan. d. conſ. 64. & doctrina Salyce. in l. ſi quis argentum. §. fin. ſuprà allegata: quia contrarium tenuit Ancha. dicto conſil. 350. cuius opinionem dicit ſibi magis placere Dec. in d. c. 2. colum. antepenult. & penult. de proba. vbi inquit, dictum Saly. non eſſe verum, & reſpondet ad allegata in contrarium: pro quo facit reg. Quod non licet directo, nec admittitur per indirectum: dicit tamen Bal. in conſil. 415. vol. 2. quòd ſi promiſsio de faciendo Inſtrumentum ſolutionis contractus fiat à primo tempore contractus, poterit talis promiſsio probari per teſtes, quia tendit ad obſeruantiam contractus.

Non nocet doctrina Bald. in d. l. teſtium.
15 † quia ſi accuratè ponderetur, Bald. videtur aliquantum ſibipſi contrarius, cum in verſicu. quintò nota. dicat, quòd quando exceptio ſe compartitur cum petitione, vt quia vtrunque poteſt eſſe verum, ſcilicet, quòd fuerit debitum, & quòd fuerit ſolutum, *tunc* contractus reſolutio poterit probari *per modum* traditum in d. l. teſtium. id eſt, per ſcripturam ſimilem, vel per quinque teſtes. At in verſic. ſed vt dixi. tenet, quòd quando ſcriptura eſt neceſſaria ex neceſsitate iuris, vt in emphyteuſi, tunc ſolutio poterit probari per duos, vel tres teſtes, non obſtante dicta l. teſtium. quæ habet tantum locum, quando ſcriptura requiritur ex conuentione partium.

Contrarium tamen tenuit in terminis emphyteu-

phyteusis, Bal. d. conf. 220. volum. 1. vbi dicit, idem iuris esse, quoad solemnitatem probationis, quòd contractus celebretur in scriptis ex iuris dispositione, vel ex partium conuentione. Vel potest responderi, Bal. rectè loqui in casu suo, quia loquitur de solutione census, cuius solutio non tendit ad resolutionem contractus, sed ad confirmationem. Ideò nimirum si potest probari testibus, vt expressè voluit idem Bal. d. conf. 415. vol. 2. vbi dicit, † quòd ea, quæ tendunt ad obseruantiam contractus, possunt per testes probari, secùs verò ea, quæ tendunt ad illius resolutionem: & ideò malè locutus fuit Bal. in d. conf. 220. dum dixit, solutionem census, siue Canonis non posse probari per testes minores quinque.

Non obstat, quòd in casu nostro contractus emphyteusis non sit proprius, cum Canon correspondeat fructibus, quia licet in ea parte respectu Canonis dicatur emphyteusis impropria, non habens propriam naturam emphyteutici contractus, attamen in alijs qualitatibus non alteratis retinet adhuc propriam naturam emphyteusis, † arguendo de emphyteusi ad feudum, quod argumentum regulariter validum est, vbi non datur ratio diuersitatis, las. in l. 1. num. 60. C. de iure emphyt. latè Euerard. in locis legalibus, c. 17. sed in feudis licet respectu alicuius qualitatis alteretur eorum natura, & aliquo respectu efficiatur impropria, attamen in reliquis non alteratis retinet propriam naturam feudi, c. 1. de feudo non haben. propri. natur. feud. latè Paris. conf. 23. num. 26. vol. 1. ergo idem in emphyteusi dicendum est, vt in alijs non alteratis retineat propriam naturam emphyteusis, & propterea ad eius contractus vel distractus probationem requiratur scriptura, vel quinque testes, iuxta d. l. testium. C. de testibus. & secundum hanc opinionem censuit Senatus in causa Riboti & Lanzaur Hyporediensium. Verùm quia articulus iste visus mihi fuit satis dubitabilis, volui iam scriptis præmissis omnes ferè meos mutos magistros perquirere, an reperirem aliquem ex eis, qui huiusmodi nodum disputando, & notando solueret: sed neminem reperio, qui magis ad amussim discreuerit, quàm doctissimus ac consumatissimus ille nunquam satis laudatus Andreas Tiraquellus in tract. de leg. connub. in verbo, Contracter, à princ. vsque ad num. 28. qui respondendo ad multa, quæ in contrarium adducuntur, residet cum prædicta secunda opinione.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatem qui adit ab intestato, an eam repudiare ex testamento videatur, & num. 4. & 5.*
2 *Eligens vnam ex duabus actionibus contrarijs alteri renunciasse censetur.*
3 *Agens ex vna causa, si ex alia probet intentionem suam, succumbit.*
6 *Eligens vnum ius, non videtur alteri renunciasse, quod ignorabat sibi competere.*
7 *Dispositio inter liberos an valeat vt testamentum, vel vt alia vltima voluntas, & num. 9.*
8 *Doctorum opiniones diuersæ iustam causam dubitandi præbent.*
10 *Dispositio §. ex imperfecto. l. hac consultissima. an locum habeat in testamento nuncupatiuo.*
11 *Ignorantia in mulieribus rusticis præsumitur.*
12 *Eligens remedium incompatibile non dicitur alteri renunciasse, quando remedium intentatum ab aduersario impugnatur.*

DECISIO LIIII.

De eo, qui hæreditatem ab intestato adijt, an variare possit, & successionem ex testamento petere.

PAter graui infirmitate affectus, præsentibus quatuor testibus interrogatus respondit, velle filias suas, quæ aderant, æqualiter in bonis suis succedere, nullo tamen de prædicta voluntate patris rogato Instrumento, quo defuncto, possessionem bonorum apprehenderunt filiæ, & precibus narrarunt, patre ab intestato defuncto, ipsas possessionem bonorum, quæ pater possidebat, apprehendisse, in qua petierunt, se manuteneri, & contradicente patruo veluti proximiore agnato, ac excipiente, prædictas filias non esse ab intestato admittendas, tam ex dispositione statuti excludentis filias à successione paterna stantibus agnatis, quàm ex renunciatione hæreditatis, & bonorum paternorum ipsi patri stipulanti pro se, & hæredibus facta, replicarunt se ex voluntate, & dispositione paterna succedere, quastante sublatas esse exceptiones patrui dicitur.

Quæsitum fuit, an licuerit ipsis filiabus variare, & relicta causa intestati proposita, venire ex dispositione paterna? Et videbatur dici posse non licuisse, per tex. in l. filium emancipatum. & ibi Bar. ff. de acquiren. hæred. † vbi institutus, qui adit ab intestato, 1 videtur repudiare ex testamento: qui licet loquatur in emancipato, idem tamen etiam locum habet in filio constituto in potestate patris, glos. ibi in verbo, Bonorum: cui adstipulatur doctri. Bar. in l. ex sextante, in princ. ff. de

ff. de except. re iudic. vbi agens ab intestato sciens se ex testamento vocatum, videtur testamento renunciasse: concordat reg. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. c. vt quis
2 duas. de elect. in 6. † vbi duobus remedijs, siue actionibus contrarijs competentibus, altera electa, alteri censetur renunciatũ: sequitur Roman. cons. 125. in princ. latè Ias. per illum tex. in l. fina. C. de codicil. col. 2. Paris. latè cons. 77. volum. 4. sed via agendi ab intestato est contraria via testati, l. antequam. C. commun. de succes. & l. quandiu potest. ff. de acquiren. hæred. ergo via testati censetur ferè repudiata: & in istis terminis consuluit Alexan. cons. 121. vol. 1. vbi loquitur in casu, in quo agebatur ad successionem patrui ab intestato, cum competeret ex testamento. Sed in casu nostro istæ filiæ fuerunt præsentes dispositioni paternæ, & sic sciuerunt testamentum paternum: ergo illud repudiasse videntur, postquam intentarunt ab intestato. Et facit text. in cap. Abbate sanè.
3 de senten. & re iudic. in 6. † vbi agens ex vna causa succumbit, si ex ea non probat intentionem, nec ad aliam admittitur, l. habebat. ff. de instito.

Contraria opinio videtur etiam in casu nostro fortissimis fundamentis munita: pro qua allegatur text. in l. si is. versic. nam vt si quis. & ibi glos. in verbo, Non erit. ff. de acquiren. hæred. vbi agnatus proximus hæres institutus ex testamento, cum existimaret patrem familiàs intestatum decessisse, omnia pro hærede ab intestato gessit, non propterea videtur repudiasse ex testamento: & his accedit l. mater. §. nec enim. ff. de inoffic. testamen. quæ iura ad hoc not. Barto. in d. l. ex
4 sextante. vbi expressè dicit: † Quòd si egi ab intestato, postea volo agere ex testamento, possum: & in dicta l. filium emancipatum. ff. de acquiren. hæred. & clariùs in l. Clodius. vers. tu dicas. & versic. secundo casu, quando quis. ff. de acquiren. hæred. & ibi Paul. de
5 Castro, cõcludentes, † quòd quando agitur, vt quis priuetur iure quæsito, vtputa, quia filius suus hæres, cui hæreditas patris est ipso iure quæsita, licet possit, si velit, abstinere, l. 1. §. prætermittere. ff. si quis omis. cau. testa. glos. in l. vnica. in verbo, Transmittere. C. de his, qui ante aper. tab. tunc siue ius, siue factum ignoret, agendo ex vno remedio, non videtur ex alio repudiare propter ignorantiam iuris, siue facti: & ad hoc multum facit text. in l. fina. §. si quis verò ex parentibus. C. de codicil. vbi ascendentes, descendentes, & collaterales vsque ad gradum, ibi numeratum, possunt vti remedijs contrarijs ex eadem scriptura: ergo multò magis ex diuersis scripturis & dispositionibus. Nam tunc agendo ex vna, non induceretur repudiatio respectu alterius: & ita expresse tenuit Barto. in d. l. Clodius. versicu. sed si ex diuersis. quem sequitur Alexan. in apostil. His conuenit doctrina Bar. per illum tex. in l. final. §. sed quærebatur, in tertio notab. C.
6 de fur. † quòd qui eligit vnum ius, non videtur renunciare alteri iuri, sibi competenti, quod ignorabat, vel de quo dubitabat, per tex. in dicta l. mater. ff. de inoffic. testam. & Alex. in apostil. ad Bart. ibi, in verbo, Dubitat. Paul. de Cast. in d. l. filium emancipatum. in fi. vbi dicit, quòd institutus putans testamentum non valere, si adeat ab intestato, non videtur repudiasse ex testamento, quia non facit hoc animo repudiandi: Aret. in l. nec his. §. hæres. colum. 1. ff. de acquir. hæred. Afflict. decis. 53.

Non obstat d. l. filium emancipatum. quia ibi filius sciebat & ius & factum, secundum glos. fin. Bar. & communiter Docto. in dicta l. Clodius. in fi. in casu autem nostro istæ mulieres, licet fuerint præsentes, tamen habuerunt iustam causam dubitandi, an ex tali vltima dispositione minus solemni dicerentur hæredes ex testamento, vel ab intestato,
7 † cum aliqui Doctores non mediocris auctoritatis tenuerint, quòd talis dispositio inter liberos non valeat, vt testamentum, sed vt alia vltima voluntas: ita refert glos. in §. ex imperfecto. l. hac consultissima. C. de inoffi. testa. quam sequitur Specul. in titu. de Instr. editio. §. compendiosè. num. 12. versicu. incipiente, Et nota, quòd cum vltima voluntas, per text. in l. filij patris. & in l. fin. C. fam. hercis. quæ iura hoc apertè videntur dicere, & clariùs text. in dicta l. hac consultissima. sequitur Hostiens. in summa, de testa. §. qualiter conficiatur. versic. quandoq; duo. † quo
8 fit, vt opinio & auctoritas tantorum patrum iustam causam dubitandi præbeant. Bar. per iura per eum allegata, in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 3. num. 9. ff. de verborum obliga. maximè in casu nostro, in quo pater non fuit vsus verbis directis, significantibus institutionem, sed alijs verbis communibus.

9 Nec apparet, † quòd potius voluerit testari, quàm aliam vltimam dispositionem facere, quo casu licet huiusmodi vltima voluntas effectum testamenti habeat, tamen non est propriè testamentum, vt concludit Alexan. in d. §. ex imperfecto. colum. 1. versic. limita, prædicta esse vera. post Ange. & Bald. per eum allegatos: & in l. si filius. colum. 3. in fi. ff. de libe. & posthu. doctissimus Natta

conciuis noster in repet. d.§.ex imperfecto. col.1. vers. limita in primis. quæst.46.sed est quædam tertia species mixta, ita vt non propriè dicatur testatus, nec intestatus, secundum Ias. in §.ex imperfecto.col. fin. vers. puto concludendum: & multò fortiùs procedit hæc dubitatio in casu nostro, quia de tali voluntate nulla cõfecta fuit scriptura, † quo casu dubitabile est, an dispositio §. ex imperfecto. haberet locum in testamento nuncupatiuo, quia licet communis opinio sit, quòd locum habeat, tamen istud est per interpretationem, seu extensionem, vt concludit Natta in d.§.ex imperfecto, in princ. quæst. 37. post alios per eum relatos. †& ignorantia huiusmodi siue dubitatio maximè locum habere debet in istis mulieribus rusticis, quæ præsumuntur iura ignorare, l. cum de indebito. ff. de proba. Paul. de Castro, in d.l. Clodius, in fin.

Non obstat l. fin. C. de iur. & fac. ign. quia nos sumus in casu, in quo iuris ignorantia operatur, vt intentans remedium incompetens, non videatur renunciare alteri competenti, vt concludunt communiter Doctor. post Bart. in d. l. Clodius. Paul. de Cast. in l. mater decedens. ff. de inoffic. testam.

Vel potest responderi id, quod dicitur, quòd per electionem iuris ab intestato censeatur, quis repudiasse dispositionem testamentariam, limitatur non procedere, quando remedium intentatum esset nullum, vel inefficax propter oppositionem aduersarij, qui dicit esse renunciatum primo iuri per actum secundum, & sic actus secundus non habuit effectum: ita limitat Aret. in dicta l. filium. col. 2. versic. primò limita. per rex. in l. nihil interest. §. si cum filius. ff. de inoffi. testa. & in dicta l. Clodius. colum. 1. vbi allegat doctrinam Barto. in l. naturaliter. §. nihil commune. colum. 4. num. 2. ff. de acquir. pos. † vbi eligens remedium incompatibile non potest dici renunciasse alteri, quando tale remedium intentatum fuit impugnatum ab aduersario per reg. c. ex eo. de regu. iur. in sexto. ita etiam nominatim ad prædictam regulam respondet Soci. Iun. cons. 84. num. 33. & ex præmissis iudicauit Senatus in fauorem prædictarum filiarum, eis saluam esse replicationem ex prætensa dispositione paterna.

SVMMARIVM.

1 *In interdicto retinendæ it debet obtinere, qui de antiquiori possessione probauit, absque titulo. & numer. 7.*

2 *Quod maximè locum habet, quando deductum esset iuniorem possessorem clàm possidere, respectu suæ antiquæ possessionis.*

3 *In interdicto retinendæ nõ obstat exceptio defectus proprietatis.*

4 *Beneficium ecclesiasticum non potest licitè sine Canonica institutione obtineri.*

5 *In beneficialibus possessoria interdicta mixtam in se habere causam proprietatis dicuntur.*

In beneficialibus agens remedio reintegrandæ, siue remedio attentatorum, quod fauorabilius est, possessionem suam colorato titulo iustificare tenetur.

Iudex secularis super possessorio beneficiorum cognoscere potest. num. eodem.

6 *Titulus coloratus quis dicatur. & num. 7.*

DECISIO LV.

In interdicto retinendæ in beneficialibus, an sufficiat probare antiquiorem possessionem, an verò requiratur probatio tituli, saltem colorati, ad iustificationem ipsius possessionis.

DVo Canonici ecclesiæ diui Eusebij Vercellensis mutuò permutarunt eorum præbendas, & permutatione à capitulo ipsius ecclesiæ confirmata, dictarum præbendarum possessionem inuicem acceperunt, ac per aliquod tempus continuarunt. At altero prædictorum Canonicorum defuncto, fuit auctoritate summi Pontificis collatus canonicatus in tertium, qui vigore collationis, & bullæ Apostolicæ possessionem canonicatus apprehendit, necnon & præbendæ Canonicatui ante dictam permutationem spectantis: qua de re dicitur ab vtroq; intentatum remedium retinendæ. Quæritum fuit, quis debeat obtinere? & prima fronte videretur dicendum, permutantem esse manutenendum, cum probet antiquiorẽ possessionem titulo permutationis, quo casu obtinere debet c. licet causam, de proba. quem text. ad hoc notat Bar. in l. 1. §. fi. in fi. ff. vti pos. & in l. si duo. col. 2. vers. quandoq; vterq; probat se possidere. ff. eodem titu. & ibi Alex. in additio. in verbo, Sunt æquales. in fin. & cons. 110. num. 1. volum. 1. & cons. 88. num. 7. vol. 5. vbi post Bald. in disputatione, accusatus de vi turbatiua. col. fin. vers. tertio modo. expresè dicit, † quod in interdicto vti possidetis, is debet obtinere, qui de antiquiori possessione ostendit absq; titulo, etiamsi aduersarius habeat iuniorem possessionem cum titulo acquisito post illam antiquiorem possessionem, argumen. l. si fundum. ff. de fund. dot. & sequitur ibi Dec. latè in d. c. licet causam. colum. 8. versic. tertio in interdicto. & cons. 56. colum. 2. in fin. & cons. 162. num. 2. & cons.

conſ.303.num.8.Dida.præct.queſt.c.17.verſ. duodecimo merito.prædictaq; ſine ſcrupulo
2 viderentur procedere, † quando per antiquiorem poſſeſſorem fuiſſet deductum & probatum iuniorem, & titulatum poſſeſſorem clàm poſsidere ab ipſo reſpectu poſſeſſionis antiquioris, ut concludit Bart. communiter approbatus in l.fi de eo.§.fina.in fi. ff.de acqui.poſſeſ.& ſequitur ibi Imo.Pau.de Caſt.& Alex.in conſ.ſupra allegatis,& conſi.118.nu.2.vol.2.Ang.in.§.quadrupli. col. fi. Inſti.de actio.laſ.conſ.6.col.fi. vol. primo,&
3 ratio præmiſſorum eſſe poteſt, † quia in interdicto retinendę non obſtat exceptio defectus proprietatis,ſeu dominij etiã in beneficialibus, vt concludit Abb. in c. literis.num. 27. de reſtitu. ſpoliat. poſt Bart.in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſ. Guid. Pap.conſ.292. poſt Ange.in d.§.quadrupli. col. fin. Inſtitut. de actio. Abb. in c. cum veniſſent. col.antep.in 1. lectu.de inſtit. quem refert, & ſequitur Ferretus conſ.1.nu. 12.& conſ. 7. nu. 3. & 6. iis adſtipulatur reg. Qui prior eſt tempore, potior eſt iure: ſed Canonicus permutans probauit poſſeſsionem ſuam antiquiorem firmatam titulo permutationis confirmato à capitulo, apparetq; titulum aduerſarij eſſe acquiſitum poſt dictam permutationem,& poſſeſsionem:ergo debet obtinere.

Contrarium tamen in caſu noſtro videtur verius primo per tex. in c. 1. de reg. iur.
4 in 6.† vbi beneficium Eccleſiaſticum non poteſt ſine inſtitutione Canonica obtineri, alioquin vitioſus dicitur ingreſſus, c. vnico, de eo,qui mit. in poſſe. cauſa rei ſeru. in 6. &
5 ibi glo.& ratio eſt, † quia in beneficialibus poſſeſſorium continet proprietatis cauſam, cum ſit mixtæ naturæ, ſecundum Rotam deciſ.14.in nouis, argu. tex.l.2 §. quædam.ff. de interdic. & deciſione 4. circa fin. vbi expreſsè dicit,in beneficialibus poſſeſsionem non poſſe acquiri ſine tit. & latè comprobat Oldrad.conſ.1.Caſsiod.de reſtit.ſpol.deciſ.1.
6 num.10. Hinc fit, † quòd in beneficialibus agens remedio reintegrandæ, & per viam attentatorum, quod valde priuilegiatum, & fauorabile eſt, debet illud iuſtificare cum titulo ſaltem colorato, potiſsimè ſi aduerſarius edoceat de proprietate ſua: Pariſ. latiſſimè conſ. 12.colum.1.& 2.vol.4. poſt Feli. & Bellamer. per eum relatos. Caſsiod. de cauſa poſſ. & proprie. deciſ. 8. & de reſtit. ſpol. deciſ.3. & 4. num.7. & deciſ.8.in princ. vbi poſt Card. Alexan.& alios per eum relatos, dicit hanc eſſe communem opinionem, quicquid dixerit Abb. in d.c. in literis. qui etiam atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, & in terminis huius interdicti retinendæ eſt deciſio Anto.de Butri.in c. in cauſa. col. 16. & ſequent. de cauſa poſſeſ. & proprie. & in d. c. in literis. col. 6. & titulus tunc coloratus dicitur, quãdo eſt habitus vel à Pontifice, vel ab Ordinario, Guid.Pap.deciſ.85 Abb. & communiter Docto. in c. 2. de conceſſ. præben. Dec. conſ. 220. Ferre. d. conſ.1. num. 5. non autem ſi habeant à capitulo, vel ab alio habente ius conferendi virtute alicuius priuilegij: Gomeſ. in regula de trien. poſſ. quæſt.37.

Non obſtant in contrarium allegata: & primò not.per Dec.in d.c.licet cauſam.quia ibi etiam erat iuſtificata poſſeſsio ex titulo.

Non obſtant doctrinæ Bar. Bal. & alio-
7 rum ſuprà allegatorum, † quia non procedunt in beneficialibus, in quibus oportet iuſtificare poſſeſsionem ex titulo ſaltem colorato, ne detur materia peccandi. Ita reſpondet Oldrad.dicto conſ.7.num.6.& 10.Butri. in d.c.in literis.col.8. Caſsiod.d.deciſ.3.num. 5.de reſtit.ſpolia.Pariſ.d.conſ.12.num.7.vol. 4. Alex.conſ.45.num.8.vol.3. vbi reſpondet ad dictum Bal.in diſputatione, accuſatus de vi turb. colum. fin. & titulus coloratus dicitur, quando proceſsit ab habente poteſtatem. Innoc.in c bonæ.el 2. de poſt. præla. & in d.c.in literis. & ibi Butr.col.6. Rot.deciſ. 393.num.3. Caſſ.deciſ.4.num.5. de cauſa poſſ. & propri. Ripp. in rub. de cau. poſſ. & proprie.num.37.Franc.in c.1.in 2. not. de conce. præb.in 6. Dec.in l.fi.num.19.C. de edic.diui Adria. toll. & conſ.220. Rip.lib.2. reſpon.c.
8 fin. † vbi etiam dicunt, iudicem ſecularem poſſe ſuper tali poſſeſſorio cognoſcere: Guido Pap.conſ.182.in fin.Ferr. dicto conſ.1. nu. 15. & ſecundum hanc opinionem cenſuit Senatus in cauſa Rainerij, & Cernolæ Canonicorum Vercellenſium, ſcilicet Rainerium titulatum poſſeſſorem eſſe manutenendum in odium prædicti Cernolæ, de cuius titulo, niſi aſſertæ permutationis, non conſtat.

SVMMARIVM.

1 *Petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum, an competant contra titulo poßidentem.*
2 *Petitio hæreditatis, & interdic. quorum bonorum pariá iudicantur, quo ad hoc, vt contra titulo poßidentem non dentur, quod amplia, vt nu. 3. & 4.*
5 *Titulus prouriens ab eo, qui nullo titulo poßidebat, inualidus reputatur.*
6 *Diuiſionis titulus petitionem hæreditatis non excludit.*
7 *Petitioni hæreditatis non præſcribitur, niſi ſpacio 30. annorum nu 9. declaratur. vt 11.*
8 *Præſcriptioni longi temporis requiritur titulus, & bona fides.*

Aucto

9 *Auctoris mala fides nocet singulari successori, quod limitatur, vt nu. 10.*

12 *Hæreditas iacens dicitur, vbi rerum hæreditariarum dominium à nemine adhuc est acquisitum.*

DECISIO LVI.

Petitio hæreditatis an detur contra singulares, & titulatos possessores.

IN causa domini Io. Antonij Richiardini à Gathinaria aduersus dominum Christophorum de Aduocatis Casanouæ, & Gratum Iussianã ius habentem à dicto domino Christophoro de plurimis dubitari contingit.

1 Primò, † an petitio hæreditatis, vel interdictum, quorum bonorum, competat eidem domino Io. Antonio contra prædictos reos singulares, & titulatos possessores? & prima facie videbatur dicendum, non competere, obstante regula, l. hæreditatis. C. de petitio. hæred. l. regulariter. ff. eodem titulo. l. hæreditatem. & ibi glo. C. in quibus cau. cess. long. temp. præscrip. vbi petitio hæreditatis regulariter non datur contra possidentem titulo, latissimè Dida. practi. quæstio. c. 12. Baib. in repeti. l. Celsus. colu. 5. ff. de vsucap. Natta consi. 16. nu. 11. Soci. Iun. consi. 75. nu. 6. & 11. & idem dicendum est in interdicto, quorum bonorum, † quod in hoc concordat cum petitione hæreditatis, secundum Bart. in l. 1. in fi. C. quorum bonorũ. & in l. 1. nu. 3. ff. eodem titulo. Alex. consi. 4. nu. 1. volum. 2. Rui. consi. 25. nume. 2. volu. 4. Natta consi. 15. num. 10. & consi. 448. nume. 22. Aret. in §. quadrupli. colu. 11. versicu. & datur istud remedium. Institu. de actionib. Ias. in §. actionum. colu. 35. Instit. de actio. Rip. in d. l. 1. nu. 2. ff. quorum bono. Soci. Iun. consi. 75. numer. 6. & 11. volum. 1. † quæ regula ampliatur, vt locum habeat, etiamsi titulus esset acquisitus post mortem eius, de cuius hæreditate agitur, Areti. Institu. de actioni. §. sed iste. colum. 8. versic. principaliter adde. & colum. seq. Ias. in d. §. actionum. colu. 33. vers. item datur. & seq. vbi dicit, istam esse communem opinionem, & in l. fina. colum. fin. versi. & ideo Bal. C. de edic. diui Adria. tollen. reprehendẽs Bal. aliter sentientem, & affirmans communem esse in contrarium, Alexand. consi. 73. & 184. nu. 3. & 186. nu. 1. & 4. volu. 5. dicens, Doctores communiter tenere contra Bal. † quod etiam locum habet, si titulus fuerit habitus ab eo, qui potuisset conuenirí petitione hæredi. secundum Bart. in l. 3. §. opus. ff. de alie. iud. mut. ca. fac. Ias. in d. §. actionum. colu. 34. nume. 197. versicu. ego tamen hodie nouiter ponderaui. Instit. de actio. quos refert & sequitur subtilis Dida. pract. quæst. c. 1. num. 5. quo capite latè hanc quæstionem tractat.

2 3 4

Non obstat, quod dicit Bart. in l. cogi. in vltima quæstio. C. de peti. hæred. quia loquitur, quando titulus erat acquisitus pendente iudicio in petitione hæreditatis, prout etiam respondet apost. Ias. in d. §. actionum.

Prædictis non obstantibus in casu, de quo agitur, conclusum fuit, petitionem hereditatis, & interdictum, quorum bonorum, competisse aduersus prædictos conuentos: tùm quia petitio hereditatis, & interdictum, quorum bonorum, datur contra titulo possidentem, quando titulus est acquisitus post mortem testatoris, seu defuncti ab intestato, Bal. in d. l. fina. colum. 6. in 9. & 10. oppositio. C. de edic. diui Adria. toll. quem refert & sequitur Alex. consi. 90. nume. 9. vol. 2. Soci. in tracta. fallentiarum, reg. 196. incipien. Petitio hæreditatis, in secunda fallen. latissimè Barb. consi. 65. volu. 2. post Ancha. per eum citatum asserens Bononiæ seruari opinionem Bal. Corn. consi. 207. col. 3. versicu. omitto. vol. 1. & ita dicit fuisse determinatum, Affli. decis. 119. num. 6. quem sequitur Dec. consi. 588. nu. 12. idem Affli. decis. 228. post Pau. de Castr. consi. 321. versicu. tertiò quæritur. & consi. 390. colu. penul. versic. nec obstat titulus. volum. 2. quem etiam refert & sequitur Cra. consi. 277. colum. 2. versicul. similiter quia titulus. Rollan. à Valle, quem post hæc scripta vidi consi. 48. nume. 11. cùm etiam dictus dominus Christophorus habeat causam ab ijs, qui petitione hereditatis poterant conueniri, quo casu potuit agi petitione hæreditatis, vel interdicto, quorum bonorum, vt concludit Bart. in l. Neratius. ff. de peti. hæredi. & in l. cogi. in fin. C. eodem titu. & hanc limitationem ad prædictam regulam dicit esse verissimã, Ias. in d. §. actionum. nu. 220. Pau. de Castro consi. 139. in nomine, Alexan. dicto consi. 184. colu. 2. volum 5. & ratio

5 est, † quia eorum titulus habetur pro non titulo, cum proueniat ab eo, qui nullo titulo possidebat, Barto. in l. si rem & precium. ff. de peti. hæredit. faciunt nota. per Bart. in l. 1. num. 1. & 2. C. de inoff. testa. Io. Crot. consil. 47. nu. 21. & consi. 75. nu. 10. Natta consi. 448. nu. 23. & seq.

Secundò, dubitabatur, an contra talem petitionem hæreditatis competeret præscriptio longi temporis ex persona possidentium pro hærede, qui bona hæreditaria diuiserant, saltem pro portionibus obuen-

tis ipsis diuidentibus ex titulo diuisionis, & videbatur dicendum, competere, l. 1. & ibi glo. & communiter Doctores. C. commun. vtriusq; iudi. & pro hac opinione facit, quod dicit glo. in dicta l. hæreditatem. circa medium. C. in quibus cau. cef. long. tem. præscrip. quam ordinariam dicit Balb. in repe. l. Celsus. colum. 4. versicul. amplia secundò. ff. de vsucap. quòd possidens titulo vniuersali pro hærede, quando interuenit iustus error facti, talis titulus putatiuus, quo quis putat se hæredem, cum non sit, sufficit ad præscribendum longo tempore petitionem hæreditatis.

Contrarium tamen decisum fuit in casu nostro per doctrinam Bar. & Ang. in l. Pomponius. ff. de rei vendi. & Ange. in l. penul.
6 ff. si pars hæredi. pet. † vbi titulus diuisionis non excludit petitionem hæreditatis, & ad glo. in l. hæreditatem respondet, vt per Balb. in d. l. Celsus. colum. 4. in fin. vbi dicit, quòd licet iustus error habeatur pro titulo, quantum ad vsucapionem, & præscriptionem, attamen non habetur pro titulo, vt repellatur agens petitione hæreditatis, aut interdicto, quorum bonorum, quod nominatim dixit Bar. in l. 1. nu. 3. ff. quorum bon.

Tertiò, an talis emens à possidente pro hærede, vel pro possessore possit opponere præscriptionem longi temporis ex persona
7 sua, videbatur dicendum, quòd non, † quia petitioni hæreditatis non præscribitur, nisi spatio triginta annorum, vt latissimè concludit Balb. in tracta. de præscrip. in 4. par. quartæ partis principa. quæst. 16. & pro hac opinione adducebam iudicio meo fortissimum argumentum, maximè in casu nostro. Nam si petitio hæreditatis datur contra istos habentes titulos ab ijs, qui poterant petitione hæreditatis conueniri, eo quia eorum titulus habetur pro non titulo, vt dicit Barto. in d. l. si rem & precium. sequitur, quòd tales non potuerunt præscribere spatio lon-
8 gi temporis, † cum in tali præscriptione requiratur titulus, & bona fides, secundum Bar. in l. Celsus. in princ. ff. de vsucap. las. in l. fi. colu. fi. C. de edic. diui Adr. toll. & ad hoc
9 facit, † quia mala fides auctoris nocet etiam singulari successori, authen. malefidei. C. de præscrip. lon. tem.

Contrarium tamen fuit iudicatum per doctrinam Barto. in dicta l. etiam. §. quòd si quis. ff. de petitio. hæredi. quæ primo fuit, glo. in dicta l. hæreditatem. C. in quibus cau. cess. long. temp. præscrip. & glo. fina. in l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. vbi quando petitio hæreditatis excedit suos terminos, vtputa si detur contra titulo possidentem, tunc exceditur à non suis terminis, & sic præscribitur longo tempore, Crauet. consi. 277. col. 2.

Non obstat dicta authen. malefidei. quia non procedit in mala fide præsumpta, vt concludit Balb. de præscrip. in tertia par.
10 principa. quæst. 6. 12. in fin. † sed mala fides possidentis pro hærede dicitur esse præsumpta, vt concludit glos. in l. 2. C. de vsuca. pro hærede. ergo non potest nocere singulari successori. Aduerte tamen acutissime lector, quia Doctores in hoc articulo variè sentiunt, vt ex dictis Alex. & Ias. in dicta l. fi. & in glos. fina. potest legi, quorum dicta putarem sic posse concordari, sequendo distinctionem Pau. de Castren. cum modificatio-
11 ne infra scripta: † quòd aut agitur petitione hæreditatis contra possidentem titulo vniuersali, puta eum, qui emit à possidente pro hærede totam, vel partem hæreditatis, & tunc ad repellendum agentem petitione hereditatis, vel interdicto, quorum bonorum, requiritur præscriptio tringinta annorum: aut agitur contra possidentem titulo singulari, & tunc sufficiat præscriptio decennalis, seu vicenalis: & ratio diuersitatis est, quia quando agitur contra possidentem titulo vniuersali, is contendit agentem non esse hæredem, sed auctorem suum, & contra huiusmodi reum datur vtilis actio petitionis hereditatis, dicta l. etiam. §. 1. ff. de petit. hered.

Qui verò possidet titulo singulari, non contendit agentem non esse hæredem, nec contra eum datur vtilis petitio hæreditatis, sed nititur titulo singulari, quo casu habet locum doctrina, quòd quando petitio hereditatis excedit suos terminos, quia datur contra titulo possidentem, excedituri suis terminis, vt possit repelli præscriptione decem annorum: & ita loquitur glo. in d. l. hereditatem. & in d. l. fina.

Sed huic rationi quoad singularem successorem videtur obstare regula l. nemo plus iuris. ff. de regul. iuris. nisi respondeas, prout in glos. ibi in fin. quòd successor singularis præscribit ex persona sua. Resultat tamen alia difficultas, quòd dicta præscriptio non potuerit inchoari hereditate iacente, secundum Doctores, & maximè Pau. de Castro, in l. licet. C. de iure delibe.
12 † quę hęreditas dicitur iacens, quando dominium rerum hereditariarum non est adhuc acquisitum alicui vera persona: contrà tamen facit decisio Balb. de præscrip. 4. parte prin. quæst. 19. in. fi.

Et

Et secundum hanc ultimam opinionem iudicauit Senatus, videlicet Richardino agenti competijsse dicta remedia petitionis hereditatis, seu quorum bonorum, attento præsertim titulo habito post mortem testatoris à prætendente ius vniuersale in dicta hæreditate.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non cogitur ædere Instrumentum ei, qui non rogauit, licet de eius interesse appareat.*
2 *Decretum Dominicale sub rub. quod notarij grossent declaratur.*
3 *Statuta, siue decreta debent ita interpretari, ut, quanto minus possint, lædant ius commune.*
4 *Interesse petentis æditionem fieri, an solo iuramento probetur & num. 5.*
6 *Iuramentum calumniæ à quocunque petente æditionem fieri exigitur.*
7 *L. thesaurus. ff. ad exhibendum. declaratur numero eodem.*
8 *Æditio iudici facienda Instrumenti est, vt ex eius inspectione cognoscat, an partis interfit tale Instrumentum habere, vbi Decij opinio contra Castren. confutatur.*

DECISIO LVII.

Notarius an cogatur Instrumentum exhibere tertio, de cuius interesse non tractatur, & quomodo huiusmodi interesse petentis æditionem fieri probetur.

QVidam, cuius mandato non fuerat rogatum Instrumentum, eo quòd notarius amicè rogatus recusauerat illud ædere, petijt notarium cõpelli ad exhibendum dictum Instrumentum in forma authentica, iurans sua interesse illud exhiberi. Quæsitum fuit de duobus, primò, an teneatur notarius ædere Instrumentum huic tertio? Secundò dato, quòd compelli posset illud exhibere, an interesse allegatum probetur iuramento petentis, vel requiratur alia saltem summaria probatio dicti interesse? Quoad primum, quia de eo plenè scripserunt, Ange. consi. 399. Paul. de Castren. & Iaf. in l. prætor ait. in principio. & in l. quædam. in princip. ff. de æden. Dec. latè in c. primo. colum. mihi 55. cum duabus sequentib. de probatio. post alios per eos relatos, concludentes communem esse conclusionem, & q notarius non possit cogi tradere Instrumentum ei, qui non rogauit, licet prætendat interesse: quam conclusionem sex modis limitat Decius loco suprà allegato: ideo vlteriùs non insistam, contentus suprà dicta conclusione communi, & tenendo hanc opinionem, non videtur obstare decretum sub rubrica, quod notarij grossent, quo cauetur, quòd notarij, postquam fuerint requisiti à personis, quarum interest, teneantur infra mensem tradere Instrumentum in publica forma, † quia huiusmodi decretum recipere debet interpretationem, seu declarationem à iure communi, Bart. in l. omnes populi. in tertia quæst. sextę quæst. princi. ff. de iustit. & iure. Areti. in §. ius autem ciuile. colum. 10. in fi. Institu. de iure natur. gen. & ciuili. & sic intelligi debet de personis, quę rogauerint fieri Instrumentum, & quarum interest illud habere.

2

Nec obstat, quòd statutum nihil operaretur, quia satis operatur statutum propter tempus mensis præfixum notario ad tradendum Instrumentum in forma publica, † & statuta, siue decreta debent ita interpretari, vt quanto minus possint, lædant ius commune, sed cum eo conueniant, vt in terminis nostris consuluit Roma. consil. 83. qui etsi videatur tenere contrarium in casu suo, attamen illud est propter clausulam alternatiuam in statuto positam, qua clausula cessante videtur velle, quòd notarius non esset cogendus ędere, licet in statuto essent illa verba, cuiuslibet interierit, sed dato quod decretum istud generaliter debeat intelligi, videlicet q vnusquisq; cuius interierit, possit petere ędi Instrumentum, prout forsan verius est, cum statuta regulariter non recipiant interpretationem restrictiuam de iure communi, vt dicit idem Barto. in d. l. omnes. in 2. q. 6. quæst. principalis.

3

Videndum nunc est de secundo articulo, quomodo probetur, quod interfit petentis, † & videtur dicendum posse probari per iuramentum requirentis, per tex. in l. thesaurus. ff. ad exhiben. in l. fina. C. de fide Instrumen. in l. 3. C. quemadmod. testa. aper. glo. in l. 1. §. sciendum, in verbo, Summatim. ff. ad exhiben. Barto. in l. 1. in princip. num. 5. ff. quemadmod. testa. aper. in l. de tabulis. in fi. ff. de tab. exhiben. & in dicta l. thesaurus. Ange. consi. 164. versi. nec obstat, quòd hęc filia. Paul. de Cast. in d. l. quędã, circa fi. prin. Roma. d. consil. 83. in fi. & Alex. in l. si fideiussor. 2. §. fi. col. fi. ff. qui satisd. cog. concludens, q vbi agitur de modico prętudicio, interesse poterit probari per iuramentum, per d. l. thesaurus. ff. ad exhib.

4

Contrariam opinionem, quod non sufficiat probare interesse per iuramentum, tenuerunt Angelus in l. si quis ex argentarijs. §. exigitur. & in l. quędam. in prin. ff. de

ędẽd. quem refert & sequi videtur Alex. in apostil. ad Bar. in d. l. 1. in princip. ff. quemad. testa. aper. in fin. vbi facit differentiam inter actionem in factum, & actionem ad exhibendum Instrumentum, vti certum corpus, quod agens intendit vendicare: & hoc vltimo casu dicit, quòd interesse potest probari per iuramentum: ergo videtur velle, quòd in primo casu non probetur per iuramentũ,
5 argu. l. cum prætor. ff. de iudi. † pro hac opinione adducebam tex. in d. l. 1. §. si mecum. vers. eleganter igitur definit Neratius. ff. ad exhib. vbi expresse Iureconsultus vult, iudicem, coram quo petitur, fieri ędition, debere cognoscere, an iustam & probabilem habeat actor causam, per quam exhiberi sibi desideret: sed clarum est, quòd per solum iuramentum eius, qui iurat sua interesse cum hoc in animo consistat, non diceretur iudici constare summariè de iusta, & probabili causa petendæ ędition: ergo per iuramentum solum non dicetur probari huiusmodi interesse, cum requirat aliquid extrinsecus fieri. Et tenendo hanc opinionem, respondeo ad tex. in l. thesaurus. ff. ad exhiben. & in l. fi. C. de fide Instru. & in l. penul. C. quemad. testi. aper. & ad glo. Bar. & alios suprà pro prima opinione allegatos: quia omnes d. ll. loquuntur in iuramento calumniæ. Ita dicit tex. in d. l. thesaurus. iuncta glo. in verbo, Iuranti. & in d. l. penul. C. quemad. test. aper. & in d. l. fin. C. de fide Instrum. iuncta glo. in verbo,
6 Existimas. † nam regulare est, vt à quocunq; petente sibi ędi Instrumentum exigatur iuramentum calumniæ, l. si quis ex argentarijs. §. exigitur. ff. de ędend. ideo nimirum si dictę ll. requirant huiusmodi iuramentum. Vel potest responderi, quòd l. thesaurus. loquitur de alia ędition, quàm Instrumentorum: ita respondet Alex. in d. l. 1. C. quemad. testa. aper. l. verò fi. C. de fide Instrum. loquitur, quando ędition petebatur ab eo, qui volebat redarguere Instrumentum de falso, quo casu speciale est, vt admittatur cum iuramento: & faciunt, quæ scribit Dec. in c. 1. colu. 55. versic. secundò fallit, de probatio. sed prima respõsio, quòd prædicta iura loquantur de iuramento calumnię, est solidior: pro qua adduco pulchram doctrinam Barto. in l. si is, à quo, in fi. princ. versi. dicitur hic, quod cognoscitur summariè, quæro qualiter fiat.
7 ff. vt in poss. leg. † quòd id, quod dicit glos. in verbo, Sufficit. quod iuramentum est summaria probatio per tex. in d. l. thesaurus. est verum in illo casu tantum, an per calumniã petatur exhibitio, vel non, quia in hoc sufficit probatio per iuramentum; sed an legatũ debeatur, vel non, & sic in casu nostro, an interfit, vel non debet probari per Instrumentum, vel per testes. Quapropter dicebam vltra iuramentum à parte requirente æditionem præstandum, esse exhibendum à
8 notario † protocollũ, seu Instrumentum iudici, qui perspectis verbis Instrumenti cognoscet, an interfit petentis, habere huiusmodi Instrumentum publicum, & si cognouerit aliquam iustam, vel saltem probabilem causam faciendæ ędition, coget tunc notarium media mercede Instrumentum publicum ędere, aliàs non: & hoc idem dicit Bartol. in d. l. 1. in princip. versicul. fateor tamen. ff. quemadmo. testa. aper. Pau. de Castr. in d. l. quędam. in fin. princip. ff. de ęden. & est de mente Bal. in dicta l. penul. versicul. idemq; faciat tabellio mandato iudicis. ff. quemad. testam. aper. quod etiam suadent verba decreti, si & prout earum interest, & pro eis faciant, quòd iudex ex visione discernet Instrumenta, quo fit, vt malè reprehendatur Pau. de Castr. per Dec. in d. c. 1. col. 57. versicul. vltimò nota. & ita rescripsit Senatus iudici Cunei ad preces cuiusdam mulieris contra Franciscum Paserium notarium.

SVMMARIVM.

1 *Mater & soror æquis portionibus infanti succedere possunt.*

2 *Filius ratione suitatis hæreditatem paternam non aliam ad matrem transmittere potest, vbi de communi attestatur.*

3 *Cessionarius Instrumentum cessionis ante litem contestatam ædere debet, aliàs processus inualidus redditur. & nu. 4.*

4 *Mater propter transitum ad secunda vota non petens tutorem filijs, nec rationem reddens, aut inuentarũ non conficiens repellitur à filij successione.*

5 *Mater transiens ad secunda vota, nullo tutore liberis petito, eisdem pœnis subijcitur, quibus mulier nubens intra annum luctus, imò & maioribus. nu. 21.*

6 *Mater ad petendum tutorem intra annum admittitur, qui terminus ad inuentarium conficiendum non datur, & ratio diuersitatis redditur. nu. 19.*

7 *Aequiparatorum eadem esse debet dispositio. limitatur nu. 27.*

8 *Mater ad hoc, vt excludatur à successione filij, quæ probari debeant.*

9 *Inuentarij confectio legitimæ administrationis nomine continetur.*

10 *Generalis liberatio. siue quitatio extenditur ad omnia, quæ administrationem respiciunt, super qua tales liberationes fiunt.*

11 *Ratificatus actus fingitur à lege factus ab ipso ratificante.*

12 *Alienatio rerum minoris illegitimè facta retractari non poterit per minorem, maiorem effectum.*

Tract.

28 *Transigens cum cum tutore, vel curatore, adiecta clausula, quòd non vult cum posse conueniri, videtur etiam dolum præteritum remisisse. & declaratur nu. 35.*
14 *Tutori permissa est transactio.*
15 *In transactione non inspicitur iustitia, nec iniustitia causæ, quando transigens scientiam ipsius causæ iniustæ habebat. & nu. seq.*
17 *Actio de dolo per lapsum biennij censetur extincta.*
18 *In dubio solutio videtur facta ex causa præambula, & præexistenti contractu.*
19 *Mater tutrix inuentarium conficere tenetur, etiamsi testator prohibuerit, quod si non fecerit, quas pœnas incurrat.*
20 *Iurari in litem contra matrem potest, quæ inuentarium non confecit.*
22 *Inuentarium non conficiens in dolo esse præsumitur, necnon & res pupillares subtraxisse, poteritq; vt suspectus remoueri.*
23 *Inuentarium non faciens magis delinquit, quàm is, qui tutorem intra statutum tempus non petit.*
24 *Dictio Mox posita in l. tutores. C. ad Tertul. quomodo intelligatur.*
25 *Inuentarium conscribendi tempus, quo temporis spatio præfinitur.*
26 *Inuentarij descriptio nõ differtur, nisi ex causa legitima, & necessaria.*
28 *Tex. in §. consequitur. I. 2. ff. ad Tertul. declaratur.*
29 *L. sciant. C. de leg hæred. limitatur.*
30 *Argumentum a contrario sensu ex dictis glo. vel alterius Doctoris sumi non potest.*
31 *Tutor gratuito remittere, nec donationem facere potest.*
32 *Ex ratificatione expressa siue tacita nunquam conualidatur actus dolosus.*
33 *Dolus in quocunque contractu censetur exceptus.*
34 *Legum præsumptiones liquidissimæ probationes dicuntur.*
35 *Glo. in l. actione. C. de transac declaratur.*
36 *Ex dolo, & improbitate nemo lucrum consequi debet.*
37 *Geminatio actum efficatiorem reddit.*
38 *Mulier non excusatur in ijs, quæ inducta sunt ad rigorem iuris conseruandum.*

DECISIO LVIII.

Mater tutelam filiorum gerens, si ad secunda vota transierit nullo confecto inuentario, tutore filijs nõ petito, nullaq; ratione administratorum reddita, an filij defuncti successione excludatur.

MAter suscepta tutela trium filiorum primi viri, nullo tamen legitimè cõfecto inuentario, post transitum ad secunda vota, petijt tutorem filijs dari, quo decreto, cum eo nulla legitimè reddita de administratis ratione transegit, pactoq; adiecto de vlterius quicquam ab ea non petendo, liberata fuit, cui etiam promisit tutor soluere aureos 50. pro legitima filij infantis prędefuncti, item singulis annis aureos decem occasione interesse donationis propter nuptias, quę omnia tam per prędictum tutorem, quàm per filiũ superstitem etiam post annum 25. soluta fuerunt, nunc superstes masculus maior effectus cessis sibi iuribus à sorore, tanquam hæres fratris insolidum, petijt matrem cogi ad reddendum rationem administratorum, & sibi iuramentum in litem deferri, matremq; priuari legitima filij prędefuncti, ac donatione propter nuptias ob inuentarium non cõfectum, durante eius administratione, transitumq; ad secunda vota ante petitum tutorẽ, rationemq; redditã, & reliqua nõ restituta.

Quæritur, an iure petat filius? & videbatur dicendum, filium iure non agere præcipuè insolidum. §. si quis agens. & §. sequen. Insti. de actio. † nam cum mater, & soror successerint æquis portionibus filio infanti prę- 1
mortuo, §. si verò cum ascendentibus. in authen. de hære. ab intest. veni. & in auth. cum cessante. C. de leg. hær. Ang. in l. mater quæ C. ad Tertul. non videtur potuisse insolidum agere, l. 2. ff. si pars hære. peta.

Nec obstare videtur, quòd dictus filius decesserit hæreditate non adita, & sic eius portio accreuerit filio superstiti adeunti, l. vnica. C. quando non petentium partes petent, accre. † quia cum præsupponatur, filium 2
prædefunctum in infantia perijsse, dicitur hereditatis paternę portionem non aditam ex potentia suitatis ad matrem transmisisse ex communi sententia, de qua per Bar. in l. ventre. colu. 4. vers. tertia regula. ff. de acqui. hæred. Dec. consi. 245. num. 1. & consi. 250. & 331. Pariſ. consi. 36. nu. 14. vol. 3. Alex. consi. 113. col. 2. vol. 3. consi. 79. vol. 6. Soc. Iun. consi. 119. vol. 1. Ruin. consi. 88. num. 10. vol. 2. & stante forma statuti ciuitatis Vercellarum, saltem succedit in legitima.

Nec suffragari videtur allegata cessio, cum cessionario nomine non fuerit actum 3
& quatenus vtili actione actum fuisset, † Instrumentum cessionis ante litem contestatam edi debuit, aliàs processus redditur nullus, Bal. in l. qui stipendia. in fin. C. de procu. Dec. in consi. 303. col. 1. & consi. 536. colum. 1. Mars. in sing. 26. & in l. si quis nec quęsti. nu. 9. ff. de quęst. Aret. in §. prętera. col. 25. Insti. de excep.

Contrarium visum fuit vrgere in casu, de quo agitur, videlicet, quòd insolidum agere potuerit, tam ex vulgata regula, quando non petentium partes petentibus accrescãt, cũ ex transmissione & potentia suitatis respectu portionis fratri infanti prędefuncto debitę, iuncta cessione à sorore facta.

4 Nec obstare contraria, † quia quoad matrem, dicitur ipso iure amisisse legitimam, propter transitum ad secunda vota, non petito tutore dari filijs, ratione non reddita, inuentarioq; non legitimè perfecto tempore susceptæ per eam tutelæ, vt in auth. eisdem pœnis. C. de nup. cum ibi notatis.

Nec impedimento sororem esse, cum cesserit, & remiserit iura sua in fauorem fratris agentis, ideo vlteriùs ad ea regressum non habere, vulgata l. quæritur. §. si venditor. ff. de edil. edic. & l. si quis iusiurandum. C. de reb. credi. & iure iur. pulcher tex. in l. fin. C. de remis. pigno. & propterea potuit vtiles actiones sibi competentes nomine proprio intentare, l. emptor. & l. ex nomine. C. de hære. vel act. ven. Dyn. in c. pro possessore. in fine. de regu. iur. in 6. Soci. consi. 18. nume. 16. vol. 1.

Non obstat, quòd fidem ante litem contestatam de cessione non fecerit, qua cum cessionarius egerit vtili actione potest quandocunque ante conclusionem in causa ædere Instrumentum cessionis, teste Bartol. in d. l. qui stipendia. in fin. C. de procura. & in l. si duo. in fin. ff. de solutio. Bal. in l. 1. colum. 4. versicu. quartò quæritur nunquid. C. de act. & in l. 1. §. æditiones. colum. 3. versicu. venio ad secundum. ff. de edendo. post Specu. & Rayn. per eum allegatos. Felin. post Aret. in c. 1. nume. 28. de proba. & rationem adfert Bald. in dicto §. æditiones. quia talis cessio potest etiam probari per testes, & in hac opinione fuit Senatus præsertim attenta clausula decreti, sola facti veritate inspecta.

Tota igitur difficultas huius causæ pendet ex sequenti articulo, an dicta mater censeatur exclusa à legitima filij & donatione propter nuptias, propter inuentarium non perfectum, tutorem non legitimè filio superstiti petitum, & rationem ante transitum ad secunda vota non redditam, reliquaq; non restitutas? Item an sit cogenda rationem reddere, & reliqua restituere, deferriq; possit contra eam iuramentum in litem? & videbatur dicendum, non censeri exclusam, nec à legitima, nec ab alijs iuribus, primò per tex. in l. 1. §. fina. iuncta authen. eisdem pœnis.
5 versi. item &c. C. de secun. nup. † vbi mulier transiens ad secunda vota tutore filijs primi matrimonij non petito, ratione non reddita, reliquis non restitutis, subijcitur eisdem pœnis, quibus subijcitur nubens intra annum luctus. Sed nubens intra annum luctus potest vendicare hæreditates ab intestato, vel legitimas, vel honorarias, intra tñ tertium gradum, & sic filio succedere, arguendo à contrario sensu, d. §. fin. ergo idem dicendum est in casu nostro.

Secundò non videtur exclusa à successione Hieronymi filij prædefuncti propter inuentarium non confectum, quia cum non probetur, ipsum Hieronymum decessisse post annum à morte patris, quod erat fundamentum intentionis filij agentis ad exclusionem matris, sequitur quòd actore non probante, mater absolui debeat, l. qui accusare. C. de ædendo. Quod autem agentis ad exclusionem matris propter inuentarium non vel minus legitimè confectum incumbat onus probandi, filium decessisse impuberem, & intra annum à morte patris, probatur, quia æquiparantur à lege antiqua, quoad exclusionem, tutorem non petere, seu minus idoneum, & inuentarium non conficere: nam vtrunque confestim fieri debet, l. 2. §. si mater. & §. seq. ibiq; glo. in verbo, Nec legitimè. & §. non solum. ff. ad Senatusconsul. Tertulian. Roma. consi. 118. Fulgos. consi. 52. Guid. Pap. consi. 43. 44. & 50.
6 Sed † in petendo tutore mater habet annum d. l. 2. §. confestim. & l. sciant. C. de leg. hære. & ibi communiter Doctores, Bal. Ange. & Saly. Bal. consi. 140. vol. primo. Pau. de Castr. consi. 147. vol. 1. Aret. in §. fi. Insti. ad Tertul. & in §. actionum. col. mihi 24. Insti. de actio. vbi dicit, q; §. cõfestim. refertur ad omnes paragraphos præcedentes: ergo pariter debet habere annum ad confectionem inuentarij, vel perfectionem, si minus legitimè fecit,
7 † cum æquiparatorum eadem sit dispositio, & dato, quòd annus ad tutorem petendum esset de iure Codicis, dicitur dispositum in vno ex æquiparatis in l. veteri censeri dispositum in altero, vulgata l. vt tantum. ff. de ser. corrup. iuncta l. si quis seruo. & ibi glo. C. de fur. & ser. corr.

8 Et † q; agens ad exclusionem matris à successione pupilli debeat non solum probare filium impuberem mortuum, & tutorem non petitum, sed etiam, q; filius superuixit patri post annum, & intra annum non petitum fuisse tutorem, apertè tenet Alexand. consi. 185. num. 10. vol. 6. post Bald. consi. 289. volum. 1. & pro hac opinione adducebatur Corn. consi. 84. litera H. & 113. litera F. volu. 4. vbi dicit legitimum tutorem se ingerentem administrationi non confecto inuentario priuari successione per lapsum anni, non quia tutorem non petijt, cum ipse sit legitimus, sed quia nõ legitimè administrauit, non confecto inuentario. Et sic videtur velle Corn. q; per non confectionem inuentarij non priuetur legitimus tutor successione, nisi

ne, nisi per lapsum primi anni, & præmissis adstipulatur Paul. de Cast. in l. omnem. in princ. C. ad Tertul. vbi dicit, matrem etiam habere annum ad assumendum tutelam: ergo & ad confectionem inuentarij, † cum eius confectio veniat legitimæ administrationis appellatione, d. §. quòd si pater. & ibi gl. Tertio non videtur posse excludi à dicta legitima, nec à donatione propter nuptias, minusq; cogi ad reddendum rationem administrationis, nec iurari in litem contra eam, attenta liberatione, & quitatione generali à secundo tutore in transactatione facta, & per 10 verba prægnantia, † quæ debent generaliter intelligi, & extenduntur ad omnia, quæ dictam administrationem respiciũt, l. emptor. §. Lucius. & ibi glo. Bar. & communiter Doctores. ff. de pact. Imo. in c. 1. de transact. nec non & solutionibus subsecutis, per ipsum agentem maiorem annis vigintiquinque, ex quibus inducta dicitur approbatio, & ratificatio d. liberationis. l. sed Iulianus. §. fi. ff. ad Mace. & l. cum fidem. C. de non num. pecu. & l. 3. §. fin. & l. Paulus. ff. rem rat. hab. pulchra glos. in c. dilecti. de appell. † propter talem enim ratificationem lex fingit actum ratificatum fuisse à ratificante factum, glos. in l. Pomponius. in verbo, Probauero. ff. de nego. gest. & in terminis nostris videtur tex. iuncta glos. in l. 1. & 2. C. si maior. rem rat. habuer. quam ad hoc notat Aretin. in consil. 127. colum. 2. in fin. vbi contractus nulliter factus à minore vel eius tutore, conualidatur, si maior factus ratum habuerit verbis, vel facto. Sed in casu nostro agens maior factus ratum habuit per solutiones factas post maiorem ætatem: ergo firma manet liberatio. Accedit text. in l. fina. C. si maior factus alien. rat. hab. † vbi alienatio rerum minoris illegitimè facta ex causa onerosa, si minor maior factus per quinque annos conquestus non fuit, non potest retractari: sequitur Bal. cons. 111. incipiente, Quandoque. vol. 2. alias 184. ad intelligentiam quæsitorum. versicul. nunc venio. eod. lib. 2. Alex. cons. 117. num. 2. vol. 5. quos refert, & sequitur Dec. cons. 232. col. 2. vbi dicit, hoc procedere etiamsi minor fuisset deceptus. Quartò, pro hac opinione videtur glos. fin. in l. actione. C. de transact. † vbi si aliquis transegit cum tutore vel curatore suo, dicendo, quòd non vult, eum posse conueniri, & remittat ei actionem, videtur omnia, etiamsi aliquid in administratione malè gesit, & sic dolum præteritum, remisisse, l. Aurelio. in princip. ff. de lib. leg. cum alijs per eam allegatis. & illam glos. dicit signandam & notandam Bar. ibi in secunda lectura, quam sequitur Bal. ibi in fin. sequendo opinionem Petri, Paul. de Cast. Aretin. Alex. Iaf. & communiter Docto. ibi, Alex. cons. 62. nu. 4. & 9. vol. 4. Bar. in l. tutores. §. ab eo. ff. de admin. tut. & adstipulatur tex. in l. cum te. 2 C. de transact. vbi pupillus maior factus transigens cum tutore vel tutoris hærede non potest recedere à dicta transactio- 14 ne. Sed in casu nostro tutor transegit, † quod facere posuit Bal. in l. Præses. colum. 2. C. de transact. Bar. in l. cum ij. §. si cum is. ff. de transact. & transigendo liberauit matrem ab administratis cum pacto de vlteriùs non petendo, quod idem videtur significare, ac si dixisset, quòd vlteriùs non conueniretur mater. Itidem & ipse pupillus maior factus approbauit tacitè dictam transactionem soluendo prædictos scutos decem pro interesse donationis propter nuptias, secundum glos. in d. l. 1. C. si maior fac. rat. hab. & talis liberatio est generalis, sub qua potest comprehendi dolus commissus in administratione tutelæ: ergo si quid malè gesit mater, huiusmodi quitatione videbatur remissum.

Nec obstat, quòd causæ, propter quas fuit 15 facta transactio, erant iniustæ, † quia iustitia causæ principalis non attenditur in transactione, l. 2. & ibi Bald. in primo nota. C. de transact. maximè, quando remittens, seu liberans sciebat dolum aduersarij, quia tunc omnino censetur remissus dolus, glo. 2. in fi. in l. Pomponius. la 1. ff. de nego. gest. quam notat Bar. in d. l. Aurelio. § fi. nu. 6. ff. de libe. lega. Bal. in d. l. 2. vers. vel dic. C. de transact. 16 vbi dicit, † quòd quando dolus aduersarij est notus, tunc non potest rescindi transactio ratione doli. Sed in casu nostro remittens sciebat, seu saltem scire debebat, quæ paria sunt, l. quod te. ff. si cert. pet. matrem suscepta tutela filiorum non perfeciſſe inuentarium, tutorem dari filijs superstitibus non petijsse, & sic dolum, præcipuè non restituendo reliqua (saltem præsumptione iuris, quod nemini licet ignorare) cõmisisse: ergo talis transactio ratione prædicti doli rescindi non potest, & dato, quòd actione de dolo rescindi potuisset huiusmodi transactio, attamen hoc 17 non habet locum in casu nostro, † cum extincta dicatur talis actio per lapsum biennij à die commissi doli, & sic factæ transactionis, l. fin. C. de dolo.

Nec obstare videtur, quòd filius per solutionem dictorum scutorum decem pluribus annis etiam post maiorem ætatem factam, non videatur ratificasse dictam transactionem, cum dicta solutio potuerit fieri ex alia causa, videlicet ex dispositione iuris

communis, quod conseruat vsumfructum donationis propter nuptias mulieri transeunti ad secunda vota, vulgata l. fœminæ. C. de secund. nupt. quia respondetur, quòd cum soluerit scutos decem propter dictam donationem, propter nuptias, & ius commune non disponat, eo modo deberi vsum-
18 fructum, † præsumendum est ex causa præambula, & sic ex illa transactione fuisse solutum, ex doctrina glos. in l. quædam mulier. ff. de rei vend. l. 2. C. de acquir. poss. & l. qui negotiationem. & ibi Bar. ff. de admin. tut. Bar. in l. cum solus. colum. fina. ff. de vsucap. Socin. cons. 153. num. 26. & in solutione, quod præsumatur facta ex contractu præcedenti, Dec. cons. 618. num. 2. post Socin. cons. 220. num. 10. vol. 2.

Non obstat, quod inuentarium non perfecit, quia videtur excusabilis propter imperitiam, propter quam mulieri parcitur, secundum Bal. in l. 1. §. solent. in secunda lectura. ff. de offic. præfec. vrb. Socin. cons. 39. num. 16. & 17.

Contraria opinio in casu nostro visa fuit de iure verior, pro cuius cognitione præ-
19 mittendum est, † quòd mater tutrix tenetur facere inuentarium, §. fin. iuncta glos. in verbo, Descriptiones. in authen. vt sine prohib. matres. alias non potest administrare, l. fi. §. fina. C. arbit. tut. & ibi communiter Docto. Spec. de tutore. §. fina. in princ. Corne. cons. 236. vol. 3. & hoc procedit etiamsi esset testamentaria, à testatore eq; fuisset ei remissa confectio inuentarij, Alex. cons. 62. col. 2. vol. 4. Socin. cons. 2. lib. 1. Io. And. in addi. Specu. in titu. de tutore. §. fina. num. 1. in fin. Rip. in l. nemo potest. num. 85. ff. de lega. 1. Cap. Tolo. quæst. 288. Socin. lun. cons. 115. num. 21. & sequent. & cons. 148. num. 5. & sequent. vol. 1. Nicol. Arelat. respon. vltimo. num. 13. quem post hæc scripta vidi, & debet omnia bona maximè mobilia describere, argumen. l. qui tutores. C. de admin. tuto. Bal. in consil. 117. volum. 2. Corne. cons. 198. colum. 1. volum. 1. & non conficiens inuentarium, quod mox facere potest, priuatur successione filiorum, per text. in l. 2. §. quod si pater tempore. iuncta glos. in verbo, Legitimè. ff. ad Tertullia. & ibi Bar. in l. 2. colum. 2. ff. qui pet. tut. Fulg. consil. 52. Neuiza. cons. 3. num. 6. post Barto. Bald. Paul. de Castro, & Curti. per eum citatos.

Item priuatur dicta successione, si transeat ad secunda vota, tutore non petito, ratione non reddita, & reliquis non restitutis, l. 2. §. si mater. ff. ad Tertul. l. omnem. C. eod. titu. Paris. cons. 84. num. 21. & sequent. vol. 2. Socin. lun. cons. 8. num. 1. & seq. volum. 1. licet in casu suo respondeat contrarium, propter minorem ætatem matris: & vsufructu donationis propter nuptias, patiturq; alias pœnas, de quib. in l. 1. & 2. & in auth. eisdem pœnis. & in Corpore, vnde sumitur. C. de secundis nup. & ibi latè Io. de Garro. & l. fi. §. fi. C. arbit. tut. & maximè, quòd contra eam præsumatur dolus, ac bonorum subtractio, & propterea etiam priuatur tutela pupilli, l. tutor, qui repertorium. vbi Bar. Paul. de Cast. cons. 342. secundum impressionem Papiensem, volum. 1. & in l. 3. §. tutores, qui. ff. de suspect. tuto. Roma. cons. 118. Guid. Papi. cons. 43. & 50. post Barto. cons. 215. Saly. in l. tutores. num. 12. C. de administ. tuto. Gozad. cons. 17. colum. 1. & 2. Rub. cons. 161. Socin. consil. 213. numer. 3. & 12. Io. Crot. consil. 151. num. 50. & inuentarium debet facere mox, cum creata fuit tutrix, l. tutores. la 2. C. de administ. tut. & cõmuniter Docto. exponunt, Mox, id est, quamprimum fieri potest, Bart. in d. l. tutor, qui repertorium. colum. 2. versic. quæro, quando debeat fieri inuentarium. & dicit Specul. in titu. de tutore. §. generaliter. num. 3. vers. item fiet inuentarium mox, ab initio, quàm citò potest. puta infra triduum incipient facere: sequitur Alberic. in l. tutores. num. 7. C. de admin. tuto. & dicit Angel. in d. l. tutores. quòd debet incipi, & perfici vna vice, si est possibile. Sed in casu nostro mater tutrix non perfecit inuentarium, cum potuit, imò apparet, apud eam fuisse alia bona tam immobilia, quàm mobilia preciosa, quæ in repertorio non descripsit, proinde eius dolus arguitur dicta l. fina. §. fina. & ibi glo. C. arbit. tute. ergo priuari debet successione filij, & vsufructu donationis pro-
20 pter nuptias, † iurariq; potest in litem contra eam, tanquam inuentarium de dictis bonis non fecerit, Bart. cons. 150. Alberic. in d. l. tutores. num. 3. & 4. Socin. cons. 46. colum. 2. & 3. glos. communiter approbata in l. in libellis. in verbo, Non etiam. ff. de in lit. iur. & dicit Bal. in authen. eisdem pœnis. colu. 2. quod mater incidit in pœnas, d. auth. si defi-
ciat in vno ex tribus requisitis, id est petere tutorem, rationem non reddere, vel reliqua non restituere: sequitur Socin. d. cons. 39. nu. 11. & sequent. latè Nicol. Aret. in d. respon. fi. num. 16. & pluribus sequ. Bal. in l. 1. in princ. C. si aduer. solu.

Non obstant in contrarium adducta, & primò text. in l. 1. §. fina. iuncta auth. eisdem pœnis. C. de secun. nup. vbi arguendo à contrario sensu, dicitur matrem in illis casibus posse vendicare successionem filij, quia licet ma-

mater, quæ ſuſcepta tutela filiorum ad ſecunda vota tranſiuit non petito tutore, ratione non reddita, nec reliquis reſtitutis, patiatur pœnas, quas patitur mulier nubens intra annum luctus, attamen non eſt bonum argumentum: ergo non patitur alias pœnas, quia de iure authenticorum, vt in authen. de nup. 11 §. ſi autem tutelam. & ſequent. † mater tutrix tranſiens ad ſecunda vota, non petito tutore, ratione non reddita, nec reliquis reſtitutis, non ſolum patitur pœnas nubentis intra tempus luctuoſum, de quibus in l. 1. & 2. C. de ſecundis nuptijs. ſed etiam mediam portionem rerum ſuarum dare tenetur filijs, & ſucceſsione eorum priuatur, vt in authen. de nupt. §. ſi autem tutelam. & hoc etiam iure digeſtorum cautum erat, d.l.2.§. ſi mater ad Tertulia.

Neque aduerſatur, quòd mater habet annum ad conficiendum inuentarium, & quòd non ſit probatum, filium deceſsiſſe intra annum à morte patris, argum. l. ſciant. C. de leg. hæred. & d.§. pen. Inſtit. ad Tertul. quia diuerſa eſt ratio in non petendo tutorem, & in non conficiendo inuentarium, ideò diuerſum ius debet eſſe, vulgata l. à Titio. ff. de ver. oblig. & l. interpoſitas. C. de tranſact. & diuerſitatis ratio patet, † quia contra tutorem 2 adminiſtrantem, & non facientem, vel perficientem inuentarium de rebus exiſtentibus apud eum, eſt præſumptio doli, & ſubtractionis rerum pupilli, & poteſt remoueri vt ſuſpectus, d.l. tutor, qui repertorium, in princ. & ibi Bar. d.l.3.§. tutores. & l. fi. §. fi. C. arb. tut. Paul. de Caſt. d. conſ. 342. col. 2. Guid. Papien. d. conſ. 43. & argu. §. hinc nobis, in authen. de hæred. & falc. in illis verbis, Surripiunt, & malignantur. Barto. in l. eos. ff. de teſt. tu. per illum tex. quem refert, & ſequitur Are. in d.§. actionum. col. 21. dicens, quòd qui in inuentario omittit ponere omnia bona pupilli, punitur extraordinariè, & poterit, vt ſuſpectus remoueri, quod fieri non poteſt in matre, non petente tutorem intra annum, Bal. in l. precibus. col. 5. verſ. & ſcias. vbi dicit, quòd licet mater non petens tutorem intra annum præiudicet ſibi, quoad ſucceſsionem, non tamen præiudicat, quoad tutelam, quin poſsit eam aſſumere poſt annũ: & ſequitur ibi Alexan. in apoſtillis, & dicit ibi Bar. in l. matres. C. ad Tertul. col. 1. in fi. quòd aliud eſt, haberi vt ſuſpectus, aliud eſt per negligentiam excludi: & ex hoc appareret, † quòd magis delinquit, qui non facit inuentarium, vel minus perfectè, quàm qui non petit tutorem, prout expreſsè dicit Sylua. nupt. in rubri. viduæ non nubendum. verſ. 3. limita. Gozad. in conſ. 17. num. 5. & 8. Corne. dicto conſil. 113. litera F. & tamen huiuſmodi præſumptio doli, & ſubtractionis, non videtur procedere in matre, non petente tutorem dari, nec adminiſtrante, vt ſentit Bar. in d.l. tutor, qui repertorium. col. 2. verſicu. contrarium puto. per tex. in l. hæ enim. §. fin. ff. de ſuſpect. tut. ergo de vno ad aliud non poteſt inferri, l. fin. ff. de calumni. & l. Papinianus exuli. ff. de minori. & ideò nimirum, ſi Imperatores in petitione tutoris dederunt annum expreſsè, intra quod matri, vel alij non petenti nulla mora imputari poteſt, d.l. ſciant. C. de leg. hered. Ang. in d.§. penu. Inſtit. ad Senatuſconſul. Tertul. & tamen, quoad confectionem inuentarij, concludunt Doctores, quòd tutores mox, poſtquam ordinati ſunt: inuentarium facere te-24 neantur, d.l. tutores. † & illa dictio, Mox, cõmuniter intelligitur, cum primùm facere poſſunt, vt ibi glo. & Bar. in d.l. tutor, qui. col. 2. verſ. quæro, quando debeat fieri. Salyc. in d.l. tutores. numer. 4. vbi eſt deciſio caſus noſtri, ſi accuratè ponderetur, dum poſt glo-25 ſam dicit, † quòd tutores nõ habent tempus ad conficiendum inuentarium per hęredem, videlicet triginta dierum ad inchoandum à die aditæ hæreditatis, & ſexaginta ad perficiendum, iuxta l. fin. C. de iure deli. ſed debent ſtatim, cum poſsint, illud conficere: ergo ſi nõ habent tempus datum hæredi, quod non excedit trimeſtre, ſequitur, quòd multõ minus habent annum. Nam Imperatores Archadius, & Honorius, qui d.l. tutores. condiderunt, cum ſcirent diſpoſitionem dictæ l. ſciant. maximè cum à Theodoſio eorum patre promulgata eſſet, vtiq; annum confectioni, & perfectioni inuentarij præfigere ſciuiſſent, ſi voluiſſent, Arg. glo. pen. in c. ſi poſtquam, de el ec. in 6. c. inter corporalia, de transla. præla. & l. vni. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. toll. ſicut & petitioni tutoris ſtatutum fuit, & tamen non intra annum, ſed quàm mox ordinati fuerint tutores, voluerunt eos curare facere inuentarium, quod & Iuſtiniani Imperatoris l. fin. C. arbit. tut. comprobatum eſt, vbi pœnis legalibus afficit tutores, ſi neglexerint conficere inuentarium, & eos quaſi ſuſpectos ab officio dicit eſſe remouendos: concordat text. in d.l. hæ enim, in fin. ff. de ſuſp. tut. in quibus iuribus nullum tempus eſt definitum ad conficiendum inuentarium, aliàs ſi mater tutrix haberet ita annum ad conficiendum inuentarium, ſicut ad petendum tutorem, poſſet abſque incurſu pœnæ alicuius differre confectionem inuentarij vſq;

in finem

in finem anni, & sic negligere administrationem bonorum filij, cum ea non possit administrare, nisi prius confecto inuentario, d.§. finali. l. final. C. arb. tut. sicut potest differre petitionem tutoris, absque eo, quòd aliqua mora ei imputetur, argum. d. l. sciant. C. de leg. hæred. nec posset reuocari à tutela, quod absurdum esset, & nimis pupillis damnosum: † nec enim iure video cautum, licere tutoribus impunè differre confectionem inuentarij, nisi ex causa legitima, & necessaria, glos. in d.§. tutores. & d.l. tuto. & d.§. fin. C. arb. tut. & si dicatur, annum non dari ad conficiendum inuentarium, sed tantum id operari, quòd si contingeret pupillum intra annum perire, excusetur mater, si non confecerit inuentarium intra annum, argumento d. §. confestim. Hoc iure non probatur: nam hic §. loquitur in petitione tutoris, quo casu mater punitur de negligentia tantum, d. l. sciant. secus est in non confectione inuentarij, vbi mater punitur propter dolum præsumptum, & à negligentia ad dolum, regulariter non valet argumentum.

Non obstat regula l. si quis seruo persuaserit. C. de fur. & seru. corrup. cum similibus, † quia non procedit, nisi ostendatur æquiparatio in casu, de quo agitur, iuxta glo. penul. in c. si postquam. de elect. in 6. Rip. in c. sæpe. num. 23. de restit. spol. latè Brun. de sta. excl. fœm. in 8. articu. quæst. 22. col. penult. Sed in casu nostro non sunt æquiparata ista duo, petere tutorem, & facere inuentarium, respectu temporis, hoc est, vt tempus datum ad petendum tutorem, quod est vnius anni, d. l. sciant. censeatur esse concessum tutori ad conficiendum inuentarium: imò secundum Barto. in d. l. tutor, qui repertorium. & Salyc. in d. l. tutores. non etiam habet trimestre concessum hæredi, iuxta l. fin. C. de iur. delib. bene autem æquiparantur respectu priuationis successionis, non petere tutorem, & non legitimè administrare, d.§. quòd si pater. Accedat, quia diuersa est ratio in vno, quàm in altero, vt suprà dictum est, quo casu non procedit regula æquiparatorum.

Non repugnat, quòd §. confestim. referatur ad omnes paragraphos præcedentes, secundum Aret. in d.§. fin. Institu. ad Tertul. & in §. actionum. Institu. de actio. † quia illud non fuit dictum Ang. sed ipse refert dictum cuiusdam Guliel. de Perusio, sequentis intellectū Bar. cuius opinionem improbat Ang. & quod dict. §. confestim. non referatur ad omnes paragraphos præcedentes, tenuerūt Ang. Paul. de Cast. & Salyc. in d.l. sciant. C. de leg. here. dum dicunt dictum §. confestim. non loqui, nisi in casu, cum tutor remouetur, quod etiam patet, quia non refertur ad d.§. quod si cum prægnans. cuius dispositio non tollitur, etiam si partus nascatur, & intra annum pereat.

Non obstat consil. Corne. 113. volum. 4. quia in casu suo erat quæstio, an auus, qui malè administrauerat non confecto inuentario, nec intra annum petierat tutorem, fuerit exclusus à spe successionis propter moram anni: & concludit, quòd priuatur per lapsum anni, non quia tutorem non petijt, quia non tenebatur, cum ipse esset legitimus, sed quia malè administrauit ingrediendo administrationem nullo confecto inuentario: & in hoc rectè scribit, † quia dispositio l. sciant. non habet locum in legitimo tutore, qui successurus est ab intestato, allegat Bart. in l. 2. colum. 1. ff. qui pet. tut. nec dicit Corne. quòd ante lapsum anni propter inuentarium non confectum non priuetur tutor successione, nisi velimus sumere argumentum à contrario sensu ab eius † dictis, quòd non valet, secundum Alex. in l. 1. col. 11. num. 28. in fi. ff. de leg. 1. quem refert & sequitur Euerard. in suis locis legali. c. 4. col. penult. versic. vltimo, circa hanc materiam. vbi concludunt, quòd argumentum à contrario sensu non potest sumi ex dictis glos. nec alterius Doctoris, & pro hac opinione pondero Bar. in d. l. 2. col. 1. vers. item aduerte. ff. qui petat tuto.

Nec mouet liberatio à secundo tutore facta, & ratificatio ipso facto subsecuta, etiam post legitimam ætatem, d. l. 1. C. si maior factus ratum habuerit. & l. final. C. eodem tit. l. b. 5. quia omissa disputatione, † an teneat dicta remissio gratuita, & pactum de non petendo à tutore factum. Cum donationem sapiat, quam non potest facere tutor, l. pactum curatoris. C. de pact. & l. contra ciuilis. in princ. & §. fina. vbi glos. ff. de pact. Socin. d. cons. 92. num. 19. in fi. vol. 4. faciunt notata per Alex. cons. 22. num. 8. & sequent. vol. 1. Item prætermissa quæstione, an ex solutionibus subsecutis occasione legitimæ, & donationis propter nuptias, censeatur *inducta* etiam ratificatio prædictæ remissionis gratuitæ penitus separatæ, cum separatorum separata sit natura, & ex vno ad aliud inferri non possit, l. fi. ff. de calum. Iaf. in l. si ex falsis. num. 4. C. de transact. ad quæ alludit regula l. in agris. ff. de acquiren. rer. domin. sed præsuppositio, quòd pariter censeatur ratificata liberatio.

Responderi potest, prædicta iura in contrarium allegata locum habere, dummodo dolus

dolus in ipsa administratione non interue-
32 nerit: † nam tunc nunquam conualidatur actus dolosus ex simplici ratificatione expressa, siue tacita, d.l.1. & ibi glos. C. si maior fact. rat. habuer. lib. 2. Bart. in l. Pomponius scribit. num. 7. ff. de neg. gestis. Curt. Iun. in terminis nostris, cons. 50. col. penult. & fi. per regul. de qua in l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. † vbi in quocunque contractu semper
33 intelligitur exceptus dolus, qui non censetur remissus per illam generalem liberationem, l. Aurelio. §. fi. ff. de liberatione legata. glos. in l. Pomponius. in verbo, Absit. ff. de nego. gest. Sed in casu nostro cõtra matrem tutricem ob inuentarium non confectum, rationem non redditam, & reliqua non restituta, est præsumptio doli, iuris, & de iure, d.l. fi. C. arbit. tut. & ibi Bal. Nicol. Arelat. d. respon. vltimo. num. 17. cum alijs suprà allegatis, † quæ præsumptio est liquidissima, l.l.
34 cet Imperator. ff. de lega. 1. latè Marsil. in l. fin. in princ. C. ad l. Corne. de fica. ergo non potest se mater iuuare prædicta liberatione dolosa, etiamsi diceretur ratificata per solutiones subsecutas in maiori ætate, ex notatis per Socin. in cons. 159. qui decidit quæstionem nostram post Ancharanum, & alios, per eum allegatos: quorum dicta non transcribo, ne membranas occupem, quem refert, & sequitur Arelat. d. respon. vltimo.

Non obstat glo. in l. actione. C. de transact. 35 † quia non procedit in liberatione gratuita, Bal. in l. si vnus. §. illud nulla. verlic. tertiò quæro. ff. de pact. nec etiam locum habet, quando in ipsa liberatione, & ratificatione dolus intercenit: quod etiam cõtingit, quando illi, qui liberatur, aliquid adest, ei verò, qui liberat, abest. Ita distinguit Bar. in dicta l. Aurelio. §. fin. ff. de liber. lega. per tex. in l. si quis rationes. & in l. Lucius. eodem titulo, & in l. tres fratres. ff. de pact. quem refert & sequitur Socin. dicto consil. 159. numer. 19. & 30. & cons. 72. colum. 2. volum. 3. & consil. 92. num. 19. vol. 4. post Bal. Ange. Saly. Paul. de Cast. Fulgo. & Modernos per eum citatos, dicens, hoc etiam locum habere, si liberatio esset iurata: Nicol. Arel. d. respo. vlti. num. 12. Iaf. in l. sub prætextu. num. 2. C. de transact. ex quibus patet, hanc esse receptam conclusionem: & ratio est secundum Bal. in d. l. sub prætextu. relatum, per Socin. quia hoc casu dolus habet causam permanentem, cum semper sit in dolo is, qui liberatur, non restituendo rem alienam, l. si procuratorem. §. fin. & l.
5 dolus. ff. mandati. cupit enim semper cum alterius iactura locupletari, contra l. nam hoc natura. ff. de condit. inde. † & ideò ex dolo, & improbitate sua non debet lucrari, l. siue hæreditaria. ff. de nego. gest. l. itaq; Fullo. ff. de fur. Saly. in d. l. sub prætextu. num. 2. Alia etiam ratio reddi potest, videlicet ne inducatur donatio, quæ non præsumitur, l. cum de indebito. ff. de proba. Sed in casu nostro constat penes matrem tutricem fuisse bona filij ratificantis liberationem, & sic de dolo matris: ergo non habet locum glos. in dict. l. actione.

Non obstat, quòd in casu nostro est actus geminatus, primò liberatio tutoris, secundò ra-
37 tificatio in maiori ætate, † quo casu propter geminationem remissio actionis redderetur efficatior, vt per plura in materia geminationis concludit Felin. in c. si cautio. num. 39. & sequent. c. de fid. Instrum. quia in casu l. 1. & 2. C. si maior factus rat. hab. lib. 3. iuncta glos. ratificatio actus in minori ætate, siue ab ipso minore, siue à tutore, aut curatore gesti, fuit facta in maiori ætate, & sic est ibi actus geminatus, & tamen huiusmodi ratificatio, seu confirmatio simplex, licet generalis, non auget liberationem, nec per eam censetur remissus dolus, nisi exprimatur, Bar. in d. l. Pomponius. num. 18. & 19. & sequitur in terminis nostris Socin. in d. consil. 159. num. 30. & sequen. dicens, hoc præcipuè procedere, data ignorantia ratificantis, quæ præsumitur regulariter in facto alieno. cap. præsumitur ignorantia, de regn. iur. in 6. & maximè in casu nostro, in quo adhuc nunc mater constanter affirmat, omnia in inuentario posuisse, rationem reddidisse, & reliqua restituisse: & tamen in processu constat de contrario.

Non obstat, quòd actioni de dolo sit præscriptum per lapsum biennij, l. fi. C. de dolo. quia cum, vt suprà dictum est, mater semper sit in dolo, donec retinet rem filij, nunquam currit præscriptio, c. fi. de præscrip. facit gl. in l. itaque. §. fi. in verbo, Perpetuò. ff. de dolo. quam sequitur Curt. Iun. cons. 51.

Nec excusatur mater tutrix, propter imperitiam resultantem ex sexus fragilitate, l. matris. & l. fin. C. qui per. tut. & ibi Angel. l. omnem. & ibi Alber. C. ad Tertul. Nam in
38 ijs, quæ † inducta sunt ad rigorem conseruandum, non excusatur mulier, l. iuris ignorantia. C. qui admitt. Bar. cons. 154. Iaf. in l. fin. in princ. num. 2. C. de iure deliber. & Bal. in l. fi. C. de iuris & facti igno. quem refert & sequitur Felin. in c. cum causa. nu. 4. ff. extra de offic. deleg. dicit, quòd mulier non excusatur iuris ignorantia, nisi in casibus à iure expressis. Sed mater tutrix tenetur ex dispositione iuris petere tutorem, inuentarium perficere,

perficere, & rationem reddere, reliqua restituere, ante transitum ad secunda vota, vt suprà probatum fuit: ergo non excusatur per sexus fragilitatem, maximè vt sibi lucretur cum iactura filij.

Nec obstat cons. Socin. 39. num. 16. & 17. quia non militat in casu nostro, per ea, quæ scribit Paul. de Cast. in l. 2. num. 3. C. de in ius voc. & ea, quæ dicit Arela. respon. 1. num. 5. & sequen. Et secundum hanc secundam opinionem contra matrem, quæ non perfecto inuentario ad secundas transiuit nuptias, nullo filijs prioris matrimonij tutore petito, nec ratione administrationis legitimè reddita, censuit Senatus iuramentum in litem esse filio agenti præuia taxa deferēdum. His scriptis, ad me peruenit Philip. Portius, qui in suis communib. conclus. nuperrimè editis, lib. 5. conclusio. 4. latissimè hanc materiam tractat.

SVMMARIVM.

6 *Hypotheca ex illis verbis inducitur, Promitto censum super tali prædio.*

2 *Condictio ex lege, vel statuto quando oriatur.*

3 *Verba legis, vel statuti vbi conueniunt, ibi & eius dispositio conuenire potest.*

4 *Statuti verba diligenter sunt obseruanda, & ijs tenaciter est inhærendum. & num. 14. declaratur.*

5 *Ex præfatione statuti mens statuentium & finalis causa declaratur, & sequens dispositio restringitur. & num. 6.*

7 *Statuentium mens semper est consideranda, & quanam ratione ad id statuendum moti fuerint.*

8 *Statuta generalia ita interpretanda sunt, ne comprehendant casum absurdum, vel ne indebitè quis damnum patiatur.*

9 *Ad statuti rationem cognoscendam, inspiciendum est, quidnam verisimiliter statuentes disposuissent, si de eo, de quo dubitatur, fuissent interrogati.*

10 *Ratio naturalis in statutorum interpretatione potissima est.*

11 *Altare vnum discooperire non debemus, vt alterum cooperiamus.*

12 *Statuta contra ius commune strictè debent intelligi, vt quantò minus possint, lædant ius commune.*

13 *Statutum, quando duo posset operari contra ius commune, sufficit quòd effectum sortiatur in vno.*

15 *Alexandri consilium 101. numer. 15. volum. 3. declaratur.*

DECISIO LIX.

Stante statuto, quòd possidentes prædia rustica, vel vrbana, quæ mouentur de directo dominio alicuius, vel alicui sunt hypothecata, aut obnoxia teneantur soluere censum, siue Canonem illis, cui hypothecata sunt, an primus creditor possidens rem secundo creditori hypothecatam vigore huius statuti conueniri possit à secundo creditore.

Statuto Eporrediæ sub rubri. de censerijs non perdendis, cautum legitur, possidentes prædia vrbana, seu rustica, quæ mouētur de directo dominio alterius, aut alicui personæ sunt hypothecata, teneri singulis annis soluere censum, siue Canonem illi, à cuius directo dominio mouentur, vel cuire periuntur hypothecata, aut obnoxia, & latiùs, prout in ipso statuto continetur, contigit cuiusdam prædij rustici dominum promisisse se soluturum Sempronio singulis annis duo sextaria frumenti, & pro obseruatione promissionis hypothecam in dicto prædio rustico constituisse, eo mortuo, vnus ex hæredibus promisit soluere Titio quolibet anno sextarium vnum frumenti, super dicto prædio rustico iam hypothecato. Quæsitum fuit, an Titius, secundus creditor, possit agere contra Sempronium primum creditorem seu alium habentem causam ab eo, possidentem iure prioris hypothecæ prædictum prædium, & petere illum condemnari ad solutionem census, tam præsentis, quàm futuri temporis, iuxta formam dicti statuti? Ad cuius quæstionis cognitionem duo præmitto: primum, † quòd illa verba super dicto 1 prædio inducunt hypothecam, teste Bar. in l. fundus, cui. ff. de annu. lega. & in l. codicillis. §. instituto. ff. de lega. 2. Bal. in l. 1. colu. versic. item nota. C. communia de lega. Roman. cons. 388. & cons. 508. Io. Fab. latè in § item Seruiana. colum. penult. & final. Inst. de actio.

Secundò præmitto, quòd ex huiusmodi statuto competit actio, siue condictio ex statuto, Bar. in l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran. in l. vnica. colum. 1. & 3. ff. de cond. 2 ex lege. & Bal. ibi in fin. dicit, † quòd quando lex dirigit verba ad reum, arctando ipsum ad aliquam præstationem, non præcedente aliquo contractu, vel quasi, delicto vel quasi, tunc datur condictio ex lege. Et sic in casu nostro ex statuto tanquam ex quadam lege municipali actio oritur, sequitur Ias. in d. l. vnica. colu. 3. & ista actio, siue condictio ex statuto dicitur personalis in rem scripta, cum detur contra quemcunq; possidentem rem hypothecatam, prout etiam dantur actiones personales in rem scriptæ, vt Ias. dicit in §. 1. col. 2. & §. quædam. col. 4. Instit. de actio. Cepol. in cons. 65. num. 3.

Istis sic præmissis, prima fronte videretur dicendum, creditorem possidentem prædium debere condemnari ad solutionem dicti

dicti census petiti, cum in casu nostro con-
3 ueniant ipsius statuti verba, † quo casu con-
sequens est, vt etiam adaptetur eius dispositio, argumento à contrario sensu, l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. Alexan. consi. 54. colu. 2. versic. quibus tamen non obstantibus. volu. 4. plura cumulat Felin. in cap. nonnulli. in princ. colum. 71. de Rescrip. & Hyppo. ling. 339. incipien. Cui non conueniunt verba. Quod autem verba statuti conueniant casui nostro, patet euidenter, quia probantur requisita à statuto, videlicet hypotheca actoris, & quod reus possidet, seu tenet rem hypothecatam, quo fit, vt à verbis statuti non sit recedendum, l. quod constitutum. & ibi Bartol. ff. de mili. testamen. & quantumuis durum debet obseruari, Dec. in l. si fugitiui. nu. 65. & sequen. C. qui admiti. vbi etiam addit, † quòd iudex debet tenaciter illius verbis inhærere, cuius ratio non attenditur, sed casus formatus, nec illius verbis licet aliquid addere, vel detrahere: & plura consimilia congerit Tiraquel. in l. si vnquam. in verbo, Libertis. numero 4. C. de reuocan. donatio. Hinc dicit Alexan. in consi. 101. nu. 15. volum. 3. quòd verba generalia legis, vel statuti, non debent restringi cessante ratione etiam si quis indebitè lucri ū perderet, per tex. in l. prospexit. ff. qui & à quibus. Natta consi. 49. numer. 13. post Barto. Bald. & Imo. per eum allegatos. Nec videtur obstare prior hypotheca, quia alio non facto non tollit actionem personalem resultantem ex statuto aduersus possidentem rem hypothecatam.

Contrariam tamen opinionem arbitratus sum esse veriorem & æquiorem. Primò,
5 arguēdo ex præfatione dicti statuti, † ex qua probatur mens statuentium, & causa finalis ipsius dispositionis, siue statuti, vt not. Bart. C. de nouo cod. facien. nu. 6. in l. fina. num. 3. ff. de hæred. instit. & in l. 1. in princ. ff. ad Macedo. Alex. consi. 7. num. 5. volu. 2. & d. consi. 7. num. 5. vol. 4. & d. consi. 54. nume. 11. Soci. consi. 165. num. 6. & 7. latè Barb. consi. 19. col. 1. volu. 1. Dec. consi. 10. numer. 2. & consi. 532. num. 9. consi. 660. nu. 5. & consi. 444. nu. 8. Brun. in tracta. de statuto excluiuo fœm. in 6. articulo. quæst. 27. colum. 1. hinc dicit Barto. in l. cum hi. in princ. & §. eam transactionem. num. 1. ff. de transactio. † quòd sequens
6 dispositio à præfatione restringitur, & declaratur, Roma. consi. 16. colum. 2. Aretin. consi. 132. colum. 4. & adstipulatur ijs, quod not. Lanfran. in c. quoniam contra. in secundo notab. extra de probationib. quòd vbi non habet locum præfatio, nec etiam habet
7 locum statutum. Semper † enim consideranda est ratio, quare statuentes fuerunt moti ad statutum condendum, vt concludit Paris. consi. 83. num. 13. & sequen. volum. 3. post Bar. Ange. Alexan. Socin. per eum relatos, & Alexand. d. consi. 54. nu. 9. & sequen. vol. 4. vbi dicit, plus esse attendendam rationem & mentem statuentium, quàm ipsius statuti verba, Paris. consi. 22. nume. 52. volu. 2. hinc dicit Bal. in l. omnes populi. colum. 3. de iust. & iure. quòd vbi ratio motiua statuti non potest saluari, tunc non debemus sequi sensum literalem & planum ipsius statuti: nam ratio restringit, limitat, & regulatur statutum, l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. Curt. in apostil. ad Alexan. in rub. ff. sol. matrimo. colum. 5. Roma. consi. 16. colum. 2. circa medium. Est enim anima statuti, eius ratio, Dec. consi. 64. nume. 6. & ratio dicti statuti, quę ex præfatione colligitur, est, ne quis locupletetur cum iactura aliena, vtq; res transeat cum onere suo. Sed in casu nostro primus creditor possidet rem iure prioris hypothecæ, & sic ex causa onerosa: ergo non potest dici, quòd locupletetur cum iactura posterioris creditoris.

8 Secundò, pro hac opinione facit, † quia statuta generalia semper debent interpretari, & restringi, vt non comprehendant casum absurdum, per quem indebitè & sine causa quis damnum pateretur, Bar. communiter approbatus in l. Cæsar. ff. de publica. & in l. omnes populi. in secunda quæstione, sextæ quæstio. principalis. ff. de iusti. & iure. quem refert & sequitur Alexand. in dicto consi. 101. numero 7. & 14. volum. 3. Dec. in c. pastoralis. colum. 1. de appellatio. Paris. latè consi. 59. numer. 23. & sequen. volum. 3. Tiraquel. de iure primogenit. quæstio. 40. nume. 85. vbi dicit, quòd si statutum diceret, quòd mortuo primogenito admittatur sequens, tale statutum recipit interpretationem à iure communi, & debet intelligi, si primogenitus decedat sine liberis, ne eius filius indebitè damnum patiatur. Nam cum huiusmodi statutum sit correctorium iuris communis, quo iure non teneretur primus creditor possidens ad talem præstationem, debet stricè intelligi & restringi, vt tertio damnum non inferatur, iuxta nota. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delibe. Alexand. in l. prætor. in principio. ff. de dam. infec. quem refert & sequitur Paris. consi. 12. numero 44. & sequen. volum. 2. & consi. 110. numero 36. vol. 3.

9 Tertiò, huic opinioni conuenit, † quia non est verisimile, quòd si statuentes fuerint

interrogati de casu nostro voluissent primũ creditorem possidentem iure prioris hypothecę prędium, postea alteri hypothecatum, teneri soluere censum secundo creditori, & sic prodesse alteri in præiudicium alterius, imò verisimiliter tanquam æquitati & iustitiæ consentaneum decreuissent esse vnicuiq; conseruandum ius suum, iuxta glo. communiter approbatam, in l. tale pactum. ff. de pactis. ad quam plura suo more congerit Tiraquel. in repeti. l. si vnquam, in præfatione. numero quinquagesimosexto. C. de reuoc. don. Cra. consi. 205. numero 30. quod autem sic statuissent, ex verbis præfationis apparet, quibus voluerunt neminem cum iactura alterius locupletari: nam hoc natura dictat, l.
10 nam hoc natura. ff. de condict. indeb. Et † ratio naturalis potissima est in statutorum interpretatione, las. in l. si is, qui pro emptore. nume. 302. ff. de vsucapio. ratioq; statuti talis esse debet, & præsumitur qualis esse tenetur, Bal. in d. l. omnes populi. colum. 10. ff. de iusti. & iure.

Quartò, pro hac opinione videtur tex. in l. assiduis. §. exceptio. C. qui potio. in pigno. hab. vbi licet tex. prouiderit nouercis dando hypothecas contra anteriores creditores, excipit tamen filios prioris matrimonij, quia in pari causa, qui prior est tempore, potior est iure. Et ijs accedunt, quæ ibi notat Barto.
11 in tertio notabili, vbi dicit, † quòd non debemus discooperire vnum altare, vt alterũ cooperiamus: quod etiam not. Bald. in l. fina. §. sed si quis. colum. 3. C. commun. de legat. per illum tex. & in titu. de pace constan. in verbo, Amplius consueuerit. numer. 2. pulcher tex. ad hoc in c. denique. 14. quæstio. 5. vbi, si vni subueniri non potest, nisi alter lædatur, neutri subueniendum est. Luc. de Penna in l. actores. in fin. C. de exactionib. trib. lib. 10. & dicit Abb. consi. 55. colum. penul. volum. 2. quod statutum tollens ius vni, & dans alteri, non valet.

Quintò, prædicta opinio corroboratur,
12 † quia statuta contra ius commune strictè debent intelligi & restringi, vt quantò minus possint, lædant ius commune, vt suprà probauimus, quibus addo Socin. consi. 38. colum. 2. versicul. quartò principaliter. volu. primo. Calcan. consi. 87. nume. 3. Paris. consi. 16. nume. 92. & 93. & 106. volum. 2. Tiraquel. de retract. colum. 185. numer. 180. & sequen. Sed si prædictum statutum haberet locum in casu nostro, diceretur esse correctorium iuris communis duobus modis. Primò, quia tertius emit rem hypothecatam à primo creditore, qui nullo modo de iure communi obligatur secundo creditori ex contractu, vel quasi, aut delicto, vel quasi. Et propterea non poterat inquietari à secundo creditore, l. 3. ff. de distract. pignor. & l. 1. C. si antiq. credit. pign. vendide. ergo nec tenetur ex dispositione statuti ad solutionem census. Secundò, quia posterior creditor habens prædium hypothecatum præferretur creditori priori contra regulam, de qua in titulis, ff. & Cod. qui potio. in pigno. hab. ergo non est sumenda hæc latissima in-
13 terpretatio. Sed † si nos dicimus, huiusmodi statutum non comprehendere casum nostrum minus corriget, & lædet ius commune. igitur huiusmodi interpretatio ampliectenda est, vt concludit Paris. dicto consi. 16. numero 106. & sequen. volum. 2. & latiùs dicto consi. 110. numero 37. & sequen. volum. 3. post Alexandr. & Corneum per eum allegatos: & ad hoc multum facit, quod decidit Roma. consi. 199. colum. 2. versicu. nunc considerata constitutione. quem refert & sequitur Gratus consi. 46. numero 7. & sequen. volum. primo. concludentes, quòd quando statutum posset duo operari contra ius commune, sufficit, quòd sortiatur effectum in vno, vt minus lædat ius commune: & sic in terminis statuti nostri satis est, si statutum operetur vt tertius habens iura posteriora, & possidens teneatur primo creditori ad prælationem census, ad quem de iure communi non tenebatur.

Sextò, negari non potest, quin stantibus præmissis, in dubio versetur casus noster, quo casu facilè possumus errare, & indebitè afferre damnum primo creditori possessori, sed interpretando, statutum habere tantum locum in eo, qui non habet priora iura, erimus in casu claro & certo, & non possumus errare, quo fit, vt in dubio secundum hanc opinionem iudicandum sit, vt in simili dicit Paris. d. consi. 110. num. 21. & sequen. vol. 3. & ijs conuenit regula in ambiguis, melior est causa possidentis.

Non obstant in contrarium adducta, § primò, quòd verba statuti conueniant, & ideo locum habere debeat dispositio, d. §. roties. quia retorquetur, cum ratio statuti, de qua in præfatione non conueniat: ergo nec eius dispositio, per ea, quæ dixi in primo fundamento, quæ non repeto.

Nec mouere debet Bartol. in l. quod constitutum. ff. de milit. testamen. cum alijs simi-
14 libus, † vbi dicit, non esse recedendum à verbis statuti, quia debet intelligi de verbis statuti claris, & nullam difficultatem ingerentibus, Dec. consi. 333. numero 3. & consi. 303.

nu. 4.

nu.4. & Bal. in d.l. omnes populi. colum. mihi 10. versi. sed an econtra. ff. de iusti. & iure. vbi distinguit: aut certissima est mens statuti, & tunc standum est præcisè statuto: aut non est certa qualitas mentis statuti, & tunc recurritur ad granum salis, id est, ad ius commune. Sed in casu nostro res non potest dici clara ex argumentis pro hac parte factis: ergo non habet locum dictum Bartol. ad quem, & ad alia suprà adducta respondet plenè Iaſ. consi. 182. colum. 4. versicul. quartò respondetur. & sequen. colum. penulti. versic. non obstat inquantum. volu. 2. dicens, quòd statuta generalia debent intelligi, moderari, & restringi, ne sequatur absurdum, & rationi contrarium, vtq; euitetur, quantum fieri potest, iuris communis correctio. Et idem dicit latè Socin. consi. 38. num. 6. vol. 1. post plures Doctores per eum relatos.

Non obstat consilium Alexand. 101. nu. 15. volum. 3. qui allegat Barto. in dicta l. omnes
5 populi. in 6. quæstio. † quia vt suprà dictum est in secundo fundamento, doctrina Bar. multum stringit pro hac opinione, dum constituit differentiam, an tractetur de damno tertij, an de lucro perdendo, vt primo casu sit facienda interpretatio restrictiua, ne tertius indebitè damnum patiatur. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. Secundo vero casu, quando agitur de lucro amittendo, nō fiat restrictio. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. & ita sentit Alexan. dicto consi. 101. numer. 14. & 15. & idem dicit Bartol. in l. non dubium. nume. 9. C. de legibus. Natta consi. 157. nu. 12.

Nec contra vrget, quod dicitur per hypothecariam non tolli actionem personalem ex statuti dispositione resultantem, quia respondetur, quod statutum non habet locum in casu nostro, vt suprà probauimus. Præterea non dicitur esse mere personalis, sed est in rem scripta, & datur propter hypothecam, sequiturq; naturam realium, vt concludit Iaſ. in §. quædam. colum. 4. Institu. de actio. in quibus, qui prior est tempore, potior est iure, &c. Et secundum hanc vltimam opinionem iudicauit Senatus, mentem statuti diligentissimè expendendo, primum creditorem à petitis esse absoluendum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier partum occidens quam pœnam incurrat, latissimè hic disputatur.*

2 *Mulieri medicamentum præbens, ex quo generare, aut concipere non possit, tanquam homicida reputatur.*

3 *Partum formatum occidens maiori pœna plectitur, quàm si informem interficiat.*

4 *Partus formatus esse dicitur post quadraginta dies à conceptione.*

5 *L. diuus. ff. de extraordinarijs criminib. pluribus auth. ornatur.*

6 *Qui in vtero est, homo adhuc esse non dicitur, sed esse speratur.*

7 *Partum occidens antequam edatur non tenetur pœnâ l. Cornelia. de sicar. sed alia leuiori.*

8 *Mulieris minor ætas, & imprudentia, præbent iustam causam mitigandi pœnas.*

9 *Confessio qualificata operatur, vt ad mortem quis condemnari non debeat, sed potius vt pœna mitigetur.*

DECISIO LX.

De muliere, quæ ventris doloribus impulsa latrinam accesserat, & partum in cloacam effuderat, asserens nesciuisse se fuisse prægnantem, qua pœna puniri debeat.

MVlier quædam prægnãs impulsa doloribus futuri partus, è cubili surgens cloacam adiuit, puerũq; masculum enixa est, qui per fistulam cloacæ in colluuiem cadens, inde mortuus (proh dolor) inuentus est. Capta mulier, & interrogata, respondit nesciuisse se fuisse prægnantem, & quod affecta maximis ventris doloribus latrinam petijt, ignoran-
1 rans partum edidisse. Quæsitum † fuit quam pœnam subire deberet, an mortis, vel aliam mitiorem? & causam dubitandi præbuerunt iurisconsulti de huiusmodi materia varie loquentes. Nam Marcellus in l. 1. ff. ad legem Pomp. de parricid. dicit mulierem filium, vel filiam occidentem, pœna illius legis puniri, cui conuenit l. penul. C. ad leg. Cornel. de sicar. intelligendo eam, secundum gl. quæ interpretatur dictam legem, siue natus esset infans, siue non, quam sequitur ibi Albe. & Ang. quinimo dicit Pau. in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. quod qui abortionis poculum dat, & si dolo malo non faciat, si ex eo homo, vel mulier moriatur, vltimo supplicio afficitur. Si autem mors sequuta non fuerit, & si non dolo præbuerit, quia tamen res est mali exempli, si quidem honestiores fuerint, qui deliquerunt, in insulam amissa tertia bonorum parte, relegantur: humiliores vero in metallum damnantur. Et quod teneatur, vt homicida, multum vrget tex. in c. si aliquis. de
2 homicidio voluntario vel casuali, † vbi tenetur tãquam homicida, qui mulieri aliquid

fecerit, cur non posset generare, aut concipere, vel nasci soboles: ergo multo magis vt occideret fœtum. Et hanc opinionem sequitur diuus Augustinus in c. quod vero. & in c. Moyses. 32. quæstio. 2. vbi proposita quæstio. diltinguit, quod, aut fœtus erat formatus, & det animam pro anima: quia tunc censetur animatus, cum anima in corpus nō infundatur, nisi ipso formato. Exemplo adde, Aut erat informis, & pœna pecuniaria plectetur. Hoc idem sequitur ibi glos. & in c. sicut ex literarum. de homic. vbi Hostien. & Ioan. Andr. in c. consuluisti. in verbo, Per arbortum. 2. quæstio. 4. Idem sentit glos. in l. diuus. ff. de extraordina. criminib. respondens ad iura in contrarium allegata, addens
4 † dici partum formatum post quadraginta dies à conceptione, quam sequitur ibi Bart. Ange. Alb. & in l. si mulierem. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & in dicta l. penul. C. de eodem tit. vbi Salyc. in fi. Alexan. in additio. ad Bart. in dicta l. diuus. Ab. in d. c. sicut. & ibi Felin. numer. 4. de homicid. Io. de Ana. consi. 1. colum. fina. Barba. consi. 23. colum. 8. volum. 2. Alber. latè in l. qui in vtero. colum. 2. & 3. ff. de statu homin. summa Ange. in verbo, Abortum. Ange. de malefic. in versicu. & ex interuallo dictus Titius mortuus est. nu. 10. Hyppol. in allegata l. si mulierem. latissimè M. Anto. Blanc. in sua pract. §. impossibilitate, vsque in fi.

In contrarium, quod non mortis pœna, sed alia mitiori plecti debeat, primò facit tex. in c. 21. Exod. vbi dicitur, quod si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, quæ abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Si autem mors eius fuerit subsequuta reddet animam pro anima. Et ideo bene dicit glo. in d. c. consuluisti. quod de lege Mosayca non est homicidium, idem tenet Innoc. in d. c. sicut. de homicidio, post glo. ibi, & cum lege diuina concordat tex. in l. si seruus. §. si mulier. ff. ad leg. Aquiliam. & in dicta l. diuus. ff. de extraordina. crimi. vbi Martianus Iureconsultus expressè di-
5 cit, † eam mulierem, quæ data opera, & sic dolo malo partum abegerit in temporale exilium esse dandam. Et idem sentit Vlpia. in l. si mulierem. ff. ad leg. Corne. de sicar. & Triphonius in l. Cicero. in fine. ff. de pœnis. hanc opinionem sequitur glos. in d. c. si aliquis. in verbo, Vt homicida. & Innocen. in d. c. sicut. dum allegat d. §. qui abortionis. & dicta l. si mulierem, quibus iuribus in exilium damnatur mulier, quæ partum abegerit, sequitur Bald. in l. quod dicitur. ff. de li-
6 be. & posthum. sumpta ratione ex eo, † quia ille, qui est in ventre, non est homo, sed effici speratur. l. cum inter. C. de fideicommiss. liber. facit tex. in l. vetat. ff. de mortuo infer. Ange. in dicta l. penulti. C. ad leg. Corne. de sicar. Alberic. in dicta l. qui in vtero. nume. 8. & 9. pulcher tex. in l. in lege Falcidia placuit. ff. ad leg. Falcid. & alia cumulatè allegata per Tiraquel. in repeti. l. si vnquam. colum. 373. numer. 148. C. de reuocan. donatio. sequitur Pau. de Castro in dicta l. quod dicitur. nume. 2. vbi allegat suprascriptas leges,
7 & Areti. ibi expressè dicens, † quòd interficiens partum antequam edatur, etsi partus sit animatus non punietur propriè pœna l. Cornelia. de sicarijs. sed alia leuiori dicta l. si mulierem. & Alexand. ibi dicit opinionem Bald. esse veriorem, motus suprascripta ratione, & in apostil. ad Salyce. dicta l. penulti. Bolog. in additio. ad Anan. dicto consi. 1. intelligendo eum, prout intelligi debet, secundum legem, quam allegat, videlicet dicta l. si mulierem. ff. de sica. & Bal. refert, & sequitur Dec. in consi. 535. numer. 2. qui respondet ad iura in contrarium allegata, Alciat. in l. non est pupillus. ff. de verborum significa. ex quibus patet casum hunc esse valde dubitabilem.

Quapropter Senatus mitiorem partem
8 amplectendo, † & maximè in casu nostro propter mulieris minorem ætatem, & imprudentiam. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minorib. l. si adulterium cum incestu. §. fratres. ff. ad leg. Iul. de adulte. Dec. dicto consi. 535. numer. 5. latissimè Tiraquel. de pœna tempo. aut remitten. caus. 7. Et quia nullæ sunt probationes, nisi ex ipsius mulieris
9 confessione, † quæ cum sit qualificata operatur secundum communiter Doctores, vt ex ea sequi non possit condemnatio ad mortem, etiam quod habeat vehementes præsumptiones iuris & facti contra se, & sit de genere prohibitorum, per ea quæ tradit Abbas in c. auditis. colum. penult. & ibi Felin. de præscriptionib. latè Thom. Ferrat. cautel. 5. Hyppol. in sua pract. §. postquam. nu. 23. & 24. Alexand. consi. 115. num. 8. & 9. volum. 3. Thom. Gram. decis. 5. nume. 13. & 14. censuit Alaxinam de Ripis inquisitam, à pœna mortis esse liberandam. Verùm attenta qualitate delicti & mulieris, quia humilis sit

illam palàm, & publicè esse fustigandam, & in perpetuum exilium dandam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti delati & relati eadem debet esse dispositio.*
2 *Iuramentum iudiciale delatum, & præstitum, alijs probationibus non est retractandum.*
3 *Appellare sine grauamine nemini licet, quod declaratur nu. 6. & alijs sequen.*
4 *A iuramento appellandum non est.*
5 *Actum ex necessitate facienti magis succurritur, vbi necessitatis species duplices enumerantur.*
6 *Appellare regulariter à quacunque sententia licet.*
7 *Referens iuramentum illud de necessitate, & coacte facere dicitur.*
8 *Stante statuto, quod de damno dato stetur iuramento damnum passi, nihilominus contrarium non obstante iuramento probari poterit.*
9 *Delatio iuramenti, antequam à iudice approbetur parti non concludit.*
10 *Aequiparatorum regula locum non habet vbi diuersa est ratio.*

DECISIO LXI.

Appellatio an admittatur aduersus iuramentum litis decisiuum.

ACtor iuramentum litis decisiuum iudice approbante reo detulit, is iusiurandū actori retulit, qui iurauit iuxta oblata, cuius vigore reus condemnatus extitit. Quæsitum fuit, an non obstante iuramento possit appellare? & videbatur dicendum non posse appellare. l. 1. C. de rebus credit. & iureiuran. vbi causa iuramento delato, & præstito decisa, non retractatur, & glos. ibi in verbo, Deferente, dicit, vel referente: nam qui refert, defert. Et hoc videtur comprobari ex l. actori. eodem titulo, † vbi idem disponitur in iuramento delato, vel relato actori, dummodo iuret. Cum igitur æquiparentur delatio, & relatio iuramenti, & in delatione iuramenti non admittatur appellatio. l. generaliter. §. sed iuramento. C. eodem titu. ergo idem dicendum in relatione, cum æquiparatorum idem sit iudicium, secundum glo. penulti. in c. si postquam. de electione, in sexto. & in l. si quis seruc. C. de furtis.

2 Secundò facit, † quia aduersus iuramentum iudiciale delatum, & præstitum, non admittitur regulariter probatio, nec aliquid propter quod retractetur huiusmodi iuramentum, vt nota. in d. l. 1. C. eodem titu. l. postremo. ff. de re iudi. Ias. in l. ait prætor. §. iurari. nume. 6. ff. de iureiuran. imò ex eo oritur exceptio litis finitæ. l. 1. & 2. & ibi Alexan. & alij Moder. ff. de iureiuran. ergo non videtur admittenda appellatio, sed reijcienda tanquam frustratoria, & superfluis vti non debemus. l. ad probationem. C. de probationibus. Felin. in c. 2. col. 2. de proba.

3 Tertiò, quia sine grauamine appellare quis non potest. c. cum cessante. de appellationib. Specu. de appellatio. §. in quibus. nu. 26. sed ille qui refert iuramentum non grauatur, cum ponat se in illa necessitate. l. si fideiussor. §. 1. ff. qui satisda. cogan. glos. in c. imputari, circa medium. de regu. iur. in 6. volenti enim non fit iniuria: ergo non potest appellare. Quare pro hac opinione stat regula, de qua per glo. in l. 2. ff. de iureiuran. & ibi Ias. nume. 8. qui dicit glo. bene dicere,
4 videlicet, † quòd à iuramento non prouocatur: & hanc partem tenuit Io. glossator in d. l. generaliter. §. siue autem illatum. in verbo, Detulit, vt refert Accur. ibi, qui videtur sequi opinionem Io. cum sit vltima, vt concludit Curt. in consi. 45. colum. 7. in fine. & idem videtur tenere glos. in d. verbo, Referente. l. 1. C. de iureiuran. & in l. 2. in fi. ff. de iureiuran. & Alb. in summa de rebus credi. nu. 6. Saly. in dicta l. generaliter. in princ. nu. 7. dicens eandem rationem esse in referente, quæ est in deferente: ergo idem ius vulgabit. illud. ff. ad leg. Aquil.

Nec obstare videtur, quod obijci posset, referentem iuramentum id facere ex necessitate. l. illud. §. 1. ff. de constit. pecu. quo casu
5 † fauendum est ei, qui actum facit ex necessitate. l. si fideiussor. §. 1. ff. qui satisda. cogan. quia cum necessitatis causa capiatur duobus modis, scilicet præcise, & sic per prius, & causatiue, & sic per posterius, secundum glo. in l. 2. in verbo, Suspectum. ff. solu. matri. & in l. fina. ff. de separationib. Paul. de Castr. in l. Gallus. §. 1. numer. 6. ff. de libe. & posthu. debemus intelligere de necessitate præcisa, & sic per prius, secundum Bart. in l. hoc legatum. ff. de lega. 3. sed in casu nostro necessitas consideratur causatiue, quia cogitur referre iuramentum casu quo nolit iurare, ergo huiusmodi necessitas non est attendenda.

In contrariam opinionem adducebatur.
6 Primò, † quòd regulariter à quacunque sententia appellari potest. l. & in maioribus. C. de appellationi. glo. reputata ordinaria in l. qui restituere. in fin. ff. de rei vendica. Socin. consi. 195. numer. 1. & consilio 300. nume. 9. Dec. consi. 34. numer. 2. post Specu. Bald. ac Ange. per eum allegatos, & consi. 49. nu. 1. dicit, quod iura prohibentia appellationem debent strictè intelligi.

Secundò, facit regu. quam not. glo. ex illo tex. in l. 1. in verbo, Actio. C. de arbitr. quod ab illa sententia potest appellari, ex qua

oritur actio, seu exceptio iudicati, quam sequitur Iaſ.in l.arbitro,nume.4.ff.qui ſatisda. cogan.Sed ex ſententia lata virtute iuramenti delati, ſiue relati, & præſtiti, oritur actio, ſeu exceptio rei iudicatæ.l.2. ff. de iureiuran. l.actori. C. eod. tit.l.illud. §.1.& ibi Caſtren. ff. de conſti. pec. Alex. in d. l.1.ff. de iureiur. Iaſ.in l.3.§.iurari.col.1.eod.titu.ergo ab ea poteſt appellari.

Tertiò, hanc opinionem tenuit Placen. prout refert gloſ.in allegata l.generaliter.in verſicu. detulit.C.de iureiur.motus ea ratio-
7 ne, † qua is qui refert dicitur facere ex neceſsitate. l. illud.§. fina. ff. de conſti.pec.cum qua concordat tex. in l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. ait prætor. ff. de iureiuran. & l. delata. C. eodem titu. vbi is cui defertur iuramentum cogitur facere vnum ex tribus ſcilicet iurare, vel referre, aut ſoluere:ergo ſi referat, dicitur coactè facere. Et ad hanc rationem alludit id quod dicitur, non poſſe appellari à ſententia arbitri ex voluntate electi.l.1.C.de recep.arbi.Roma.conſi.27. colu. 2. ſecus vero ſi arbiter eligatur ex neceſsitate iuris communis, vel municipalis.c. ab arbitris. de off. deleg. lib.6.& ibi Philip.Fran. in fin.lmo.in c.Quintauallis.nu.43.& 44.de iureiur. & rō rationis eſt, quia lex magis fauet & ſubuenit ei, qui actum ex neceſsitate, quàm ei qui ex voluntate facit,d. l. ſi fideiuſſor. §.1. & ibi Iaſ.nu.9.poſt Bart.ff.qui ſatiſd. cogan. Accedant ſcripta Iaſ. in l.3. §. iurari.
8 colu.2.ff.de iureiuran.† quòd ſtante ſtatuto, quod de damno dato ſtetur iuramento damnum paſsi, licet ea caſu cogatur quis ſtare dicto iuramento, tamen poterit probare cōtrarium, & hanc opinionem, quod referens iuramentum poſsit appellare, tenet glo. fin. in d. c. ab arbitris, quæ allegat d. l. generaliter.in fin. primi reſpon. & eam refert, & ſequitur Abb.in c.fi. nu.2.de iureiuran. vbi dicit dictam glo.communiter approbari, ſecūdum Io.Andream,& ſequitur ibi lmo.nu.4. poſt Pet.& Cyn.in d.l.ſi fideiuſſor. §. qui neceſſariam.

Et hac ratione reſponderi poteſt ad iura in contrarium allegata,æquiparantia, & idē diſponentia in iuramento relato,quod in iuramento delato, vt intelligantur in relatione iuramenti voluntaria, quæ eſſe poteſt, ſi reus non expectata ordinatione iudicis approbantis delationem iuramenti illud refer-
9 ret actori, † quia ante approbationem iudicis delatio iuramenti non concludit parti, Bal.in d.l.generaliter.§. ſed iuramento. verſi.nota,in verbo, Approbatum,quo caſu militaret eadem ratio,quæ in deferente,d. l. generaliter. §. ſed iuramento. & §. ſiue autem. C. de iureiuran. ſcilicet, vt non admittatur prouocationis remedium ab eo actu, quem ipſe facere procurauit. Et ita reſpondet Panormita. in d. c. fi. nume.11. de iureiuran.cui adſtipulatur quod no.Bar.in d.l.ſi fideiuſſor. §.1. num.2. ff. qui ſatiſd.cogan. vbi habetur quod id quod dicitur, ſeruum vel excommunicatum admitti ad eius defenſionem, non habet locum,quando defenſio eſſet voluntaria.

Non obſtat,quòd æquiparatorum eadem
10 ſit diſpoſitio, † quia non procedit vbi diuerſa eſt ratio, argumento l. interpoſitas.C.de tranſactio. & argumento à contrario ſenſu l.illud. ff. ad leg. Aquil. item non procedit, niſi æquiparatio fiat in illa materia, de qua agitur, vt ſuprà probauimus deciſio.60. quibus addo Iaſ.in l.2.num.2.ff.de iureiuran.ſed in caſu noſtro diuerſa eſt ratio in referente, quam in deferente, cum hic ex voluntate deferat, ille vero ex neceſsitate referat:ergò de vno ad alium caſum non infertur, vulgata l.fin. ff. de calumniato. Et ſecundum hanc opinionem cenſuit Senatus in cauſa Antonij Mondellæ Bugellenſis, contra eius ſororium.

SVMMARIVM.

1 *Ceſsione facta, an cedens contra debitorem ceſſum agere poſsit, an verò exceptione ceſsionis alteri factæ excludatur,latiſsimè hic tractatur.*

Doctrina Bar.in l.ſi cum emptore.ff.de pac.nu.2.declaratur,& auctoritate Doct. confirmatur.nu.eod.

2 *L.3.C.de nouatio. ſecundum vnum intellectum declaratur.*

3 *L.nomen.C.quæ res pig.oblig poſſ.inducitur.*

4 *Actiones directæ adeo infixæ ſunt oſsibus cedentis, vt vix ab eo poſsint ſeparari.*

5 *L.ſi procurator.§.1.ff. de procura. noua inductione declaratur.*

6 *Ceſſus debitor de iure ceſsionarij contra cedentem excipere non poteſt.*

7 *Ceſsio tunc dicitur fieri periculo ceſsionarij, quando nomen debitoris ſimpliciter inſolutum datur, ſecus verò,quando ceduntur actiones ſolutionis cauſa, quia tunc periculo cedentis facta dicitur ceſsio.*

8 *L.3. C. de nouatio. nouo intellectu declaratur.& nu.9. poſitis aliorum Doct.declarationibus.*

10 *L.ſi cum emptore.ff.de pac.declaratur.*

Ceſsi nominis periculum in caſu l. pupilli.§.ſoror.ff.de ſolutio. cur ad ceſsionarium ſpectet, demonſtratur. nu.eodem.

11 *Mulier dans nomen debitoris in dotem marito contra debitorem ceſsum agere poteſt.*

12 *Ceſsi nominis periculum principaliter ad mulierem ſpectat,niſi culpa menti interuenerit.*

Marito vergente ad inopiam poterit mulier debitoribus ceſsis denunciare,ne ſoluant marito,nu.eodem.

13 *Alienare qui non potest, non etiam litem mouere poterit.*

14 *In Paraphernalibus vxor absq; consensu mariti contrahere potest.*

15 *In iudicijs quasi contrahi dicitur, & validum est argumentum de contractibus ad quasi contractus.*

16 *Procurator in rem suam reuocari à mandante poterit, nisi vnum ex tribus requisitis in l.3.C.de nouationibus. interueniat.*

17 *Actiones vtiles habens adeò præfertur habenti directas, vt etiam executionem sententiæ ab eo obtentam impedire possit.*

18 *Approbatum semel amplius reprobari non potest.*

19 *Consensus præstitus alicui actui, quem quis impedire poterat præiudicat consentienti.*

20 *Actio de dote, quæ communis est patri & filiæ, non potest in præiudicium filiæ sine eius consensu à patre intentari.*

DECISIO LXII.

Cedens an contra debitorem cessum agere possit, & cessi nominis periculum ad quem spectat.

MVlier primi viri hęres existens, omnia eius bona mobilia, & immobilia, nominaq; debitorum inæstimata in dotem secundo viro dedit, & eo consentiente egit aduersus quendam debitorem cessum, qui excepit ipsam sine actione agere: cum ipsius conuenti nomen in dotem secundo viro dedisset, lite contestata consensum vxori ad agendum præstitum reuocauit maritus: quæsitum fuit, an mulier iure agat, non obstante exceptione opposita, & an maritus potuerit proprium cōsensum reuocare. Quo ad primum reperio Bart. in l. si cum emptore. num.2. ff. de pactis, & in l. facta. §. si hæres. num.3. ff. ad Trebel. post Iacob. de Arctio. & Oldrad. di-
1 stinguentem, † quod aut cessio est facta ad commodum cessionarij, & eius periculo, & tunc agere non potest cedens, quia obstat exceptio cessionis alteri factæ, l. in causæ, cum l. seq. §. 1. & l. procuratore in rem suam dato. ff. de procuratoribus.

Si verò cessio est facta ad commodum cedentis, & eius periculo, quia quicquid exigitur in eius vtilitatem vertitur, & tunc agere potest, non obstante exceptione cessionis, nisi interuenerit vnum de tribus requisitis in l. 3. C. de nouationibus, & Bar. sequitur Bal. in d. l. 3. vers. & in prædictis sequere & ibi Ang. & in d. l. si cum emptore. vers. & pro hoc iam consului, & in d. §. si hæres. in vltimis verbis, vbi proposita hac quęstione dicit, vt per Bart. hic. & ibi Imol. dicens, quod distinctio Bar. videtur sibi iuri consona, & in fi. d. §. si hæres, quem refert & sequitur Alex. in d. l. si cum emptore. col. pen. & fin. vbi impugnat distinctionē Cast. & opinionem Bart. etiam sequitur Aretinus in §. præterea. col. 24. Instit. de exceptionibus, Guid. Pap. cons. 4. num. 7. & cons. 118. num. 3. vers. & fatetur etiam pars, post Prati. Papien. quem refert in forma libelli in causa venditionis, in glos. super verbo, Cessit, & mandauit, eamq; dicit communem esse, Roman. cons. 102. in princ. & Bar. refert Socin. cons. 18. num. 16. Cruet. cons. 191. num. 3. pro cuius opinione videtur text. in l. si conuenerit, la 2. ff. de pignorat. actio. vbi prætor tuetur exceptione debitorem cessum, si eum eo experiatur.

2 Nec obstat l. 3. C. de nouationib. † quia secundum prædictos Doct. intelligi debet de cessione facta in commodum cedentis, & eius periculo, quod etiam tenuit Bal. in d. l. si cum emptore, versic. hoc verum, & versic. extra quæro.

Pro contraria opinione videtur vrgere tex. in d. l. si cum emptore, argumento à contrario sensu, vbi si emptor hæreditatis, qui habet vtiles actiones. l. emptor cum similibus. C. de hære. vel actio. vend. pactum cum debitore fecerit de non petendo, & venditor agat, poterit exceptione submoueri: ergo cessante pacto, si venditor petat, iure petere dicetur, & tamen ibi cessio actionum dicebatur facta ad commodum, & periculum cessionarij. l. 1. C. de euictionibus, & l. 2. ff. de hæred. vel act. vend. & ibi glos. cum qua concordat text. iuncta glos. in l. nomen.
3 C. quæ res pig. oblig. possunt. † vbi debitor, cuius nomen pignori datum est creditori creditoris sui, liberatur soluendo creditori suo, non interueniente vno de tribus notatis in d. l. 3. si ergo liberatur soluendo creditori suo, & sic cedenti in necessarium antecedens cogimur fateri, quod ipse creditor non obstante cessione potest exigere, & sic agere d. l. 3. & ibi glos. in verbo, Exigere, & hanc opinionem per illum text. tenuit Paul. de Castr. in d. §. si hæres. & in d. l. si cum emptore. num. 1. & col. fin. vers. aut verò quærimus si agat, & ibi Ias. in fin. dicens, d. Barto. reprehendi per Paul. de Castro, Fulgos. & Moderniores. Et Albericus in d. si cum emptore. nu. 3. dicit cōmunem opinionem esse, quod exceptis dictis tribus casibus, de quibus in d. l. 3. potest venditor nominis facere quicquid velit, & idem sentit in d. l. 3. col. 2. circa medium Salycet. in l. 1. colum. 11. versic. quæro decimosexto. C. de actio. & obligat. post glos. & Butr. per eum allegatos, faciens solum distinctionem, an actiones directę re-

manserint apud cedentem efficaces, & tunc opponi non possit, an verò inefficaces, & tunc opponi possit, & idem tenet Salyc. in d.l.3. in fin. C. de nouatio. & Alexan. in d.l. si cum emptore. colum. fi. versic. quærit Barto. ibi, dicens Bal. Fulgo. & Paul. de Cast. fuisse sequutos hanc opinionem: cuius ratio est
4 secundum prædictos Docio. † quia quando aliquis est principalis creditor, obligatio, seu actio, adeò est infixa ossibus ipsius, vt ab eo sicut Caracter separari non possit. l. quis ergo casus, & ibi glos. ff. de peculio. & l. 3. & ibi glos. ff. pro socio. quæ iura ad hoc not. glos. in verbo, Exigere, in fin. in d.l. 3. C. de nouat. & ibi Bal. Ang. & Salyc. & latè Bart. in l. 4. nu. 4 ff. de seruitu. Socin. d. cons. 18. num. 16. Aflict. decis. 335. num. 23. Ego pro hac opinione in casu nostro ponderabam text. in l. si procurator. § 1. ff. de procurat. vbi est casus,
5 † quod si procurator meus ad litem constitutus stipulatus fuit ab aduersario iudicatum solui, acquiritur mihi ex tali stipulatione vtilis actio, etsi ipse procurator agat me inuito, & non consentiente, poterit exceptione repelli. Ergo si me non inuito, & consentiente agat, non poterit repelli propter huiusmodi exceptionem: si igitur consensus habentis vtiles actiones impedit exceptionem opponi aduersus procuratorem habentem actiones directas, licet inefficaces, d.l. in causæ. in fin. ff. eod. titu. multò magis huiusmodi consensus impediet exceptionem opponi aduersus cedentem, penes quem remanserunt directæ actiones efficaces. Et ad hoc facit dictum Bal. in l. si pater. C. manda-
6 ti. † vbi debitor cessus non potest excipere aduersus cedentem penes quem remanserunt directę actiones efficaces de iure cessionarij, quia exciperet de iure tertij.

Quid dicendum? certè mallem in hoc articulo alios audire, quàm ego scribere: video enim omnes ferè Doctores confusè, varieq; loquutos fuisse, quod attestatur Paul. de Cast. in d. § si hæres. in fin. & in d. l. si cum emptore. Nam Bart. post Iacob. de Arer. distinguit, vt suprà dictum fuit, Bal. in d. l. si cum emptore. versic. vnde concludamus, alludens ad distinctio. Bart. aliter distinguere videtur, videlicet, quod aut per cessionem fuit eneruatus effectus directæ actionis, & tunc non possit agere cedens, aut non fuit eneruatus, & tunc subdistinguit. Quod aut ad cedentem pertinet vtilitas: & hoc casu agere potest, nisi interueniat vnum de tribus notatis in d. l. 3. aut cedens nullam percipit vtilitatem, sed est nudus minister, & procurator, & tunc agere non potest in prę-

iudicium cessionarij. Et idem dicit in fine sub alijs verbis, videlicet, quod aut negocium pertinet principaliter ad cessionarium, & hoc casu locum non habet d.l. 3. nec agere potest, Alb. autem in d.l. 3. aliter distinguit, vt ibi per eum, Ange. verò in d. § si hæres. quem ibi sequitur Paul. de Cast. distinguit, aut cessio fuit facta ex necessitate, vt in restitutione ex Trebelliano, & in procuratore simplici, & tunc agere non potest, quia actiones remanerent inefficaces apud cedentem. Aut cessio fit ex voluntate, & tunc, quia semper iura directa remanent efficacia apud cedentem potest agere, nisi interuenerit vnum de tribus requisitis in d. l. 3. & reprobat distinctionem Bar. at Imol. in d. §. si hæres. col. 2. sequendo distinctionem Barto. dicit putare solum esse distinguendum, an cessio fuerit facta periculo cessionarij, an verò periculo cedentis, quia tunc dicetur ad eius commodum facta, cuius periculo facta esse apparebit: quod dictum mihi visum fuit nõ posse subsistere, cum existimem magis ad commodum cedentis dici posse, si exactio debitoris cessi fiat periculo cessionarij, ita quod siue totum exigat, siue non, liberetur cedens, quam si non liberetur, nisi integra exactio fiat.

Nec obstat l. si mandato. §. fina. ff. manda. quia ibi expressè conuentum fuerat, quod periculo mandantis, siue delegantis fieret exactio, aliàs si nõ ita expressum fuisset, liberaretur delegans, & omnia essent periculo stipulantis, & sic retorquetur d.l. si. mandat. §. fin. vnam tamen distinctionem ponit Imo. in se veram, quam sequitur Alexan. in d.l. si cum emptore. colum. penult. quod aliud est, quando nomen datur insolutum simpliciter, & ad eum effectum ceditur actio, aliud
7 est, † quando creditori ceduntur actiones solutionis causa: quia primo casu cessio fit periculo cessionarij, d.l. si mandato. §. fin. in fin. & l. 1. C. de nouat. & l. pupillis. §. soror. ff. de solutionib. Secundo casu periculo cedentis principaliter, d.l. 3. C. de nouatio. vt infrà patebit. Videtis igitur doctissimi lectores varias Doctorum opiniones, & doctrinas, à quibus facilè se extricare non est, nisi eleuemus oculos ad Christum Iesum Dei veritatem & sapientiam, qui dirigat gressus meos in viam veritatis, & iustitiæ.

8 Tota † igitur difficultas huius articuli iudicio meo consistit in intellectu materię, d.l. 3. C. de nouatio. quam variè, vt prædictum est, interpretati sunt Doctores. Nam glo. ibi & in d.l. si cum emptore. de pactis. in l. fin. ff. de transact. in l. quæ omnia. §. fin. in verbo,

Lite-

Lite.in l.procuratore in rem ſuam dato.ff. de procuratorib. in l. in rem ſuam. ff. de compenſat.& in d.l.nomen.C.qui potiores hab. & in l.emptor.C.de hæred.vel actio. vendi. indiſtinctè tenent,d.l.3.locum habere in quacunque ceſsione ſiue ſit facta ad cõmodum cedentis ſiue ceſsionarij, aut vtriuſque idem videtur ſentire Alber.in d.l.ſi cum emptore. & in d.l.3.poſt Iacob. de Beluiſio. & Oldra. idem ſentit Angel.in d.§. ſi hæres. vbi dicit, d.l.3. eſſe generaliter, & indiſtinctè intelligendam,Bart.verò in prædictis locis, & alij eum ſequentes ſuprà citati dicunt eam debere intelligi,quando ceſsio erat facta ad cõmodum cedentis, quinimo dicit Io.de Imol. in d.§.ſi hæres, quem ſequitur Alex. in d.l. ſi cum emptore.col.penul.quod in d.l.3.fuerat actum,quod quicquid exigeretur, verteretur in commodum cedentis,quod eſt diuina re.Bald.in.d.l. ſi cum emptore,& in d.l.3. dicit debere intelligi,quando cõmodum principaliter ad cedentem pertinet, ſecus verò, ſi ſolutionis periculum principaliter pertineat ad ceſsionarium,vt dicit Iacob.de Aret. & Barto. intelligit l.3. quando ceſsio fit ad communem vtilitatem cedentis ſcilicet, & ceſsionarij. Et ita refert Salyc. in d. l. 1. num. 21.C.de actionib. † Quapropter ex omnibus prædictis diſtinctionibus putaui poſſe facilè elici intellectum verum ad d.l.3. videlicet, eam loqui,quando debitor creditori ſuo voluntariè debitoris ſui nomen ſolutionis gratia inſolutum dedit, cedendo ad eum effectum actiones vtiles aduerſus debitorem ceſſum. Quo caſu huiuſmodi ceſsio cenſetur facta ad communem vtilitatem cedentis, & ceſsionarij, principaliter ad commodum cedentis,quia liberatur ab obligatione pro rata nominis ceſsi, & exacti in conſequentiam verò ad vtilitatem ceſsionarij, quia ſibi ſatisfit: & ita intelligi debet,quod dixi ſuprà deciſ.45.num.4.verſ.non obſtat l.3.ſed periculum pertinet ad ipſum cedentem, eo quia ſi nihil vel minus à debitore ceſſo exigatur, id totum cedit ad incommodum cedentis,d. l. ſi conuenerit. ff. de pig. act. & d.l. nomen. C. quæres pignori oblig. poſ. Dec.conſ.99. in cauſa Iohannis. num. 4. hinc apparet non rectè ſenſiſſe Cuma.conſ.4. domina ſtella in fi. dum vult in caſu d.l.3. periculum ſpectare ad ceſsionarium, quia verum illud eſſet vbi venditum eſſet nomen debitoris, prout ita loquitur l. ſi nomen. ff. de hæred. vel. actio. vend.per eum allegata, ſecus verò in ſimplici ceſsione cauſa ſolutionis, quia tunc cum cedere non ſit ſoluere ſecundum gloſ.in l. legaui,in gloſ. magna circa finem. ff. de liber. leg. ideò datur regreſſus ceſsionario aduerſus cedentem,ſi exigere non potuit, & ob id dici non poteſt periculum ad ceſsionarium pertinere,& ita diuerſificat Dec.d. conſ. 99. num.4. Aduertendum etiam eſt quod dum ſuprà deciſ.45.num.3.allegatur Fulgo. conſ. 4. debuit allegari Cumanus,quo errore notatur etiam Afflict.deciſ.335.num.24. quo fit vt apud eum remaneant directæ actiones efficaces,quarum prætextu poteſt agere, niſi vnum interuenerit de tribus requiſitis in d. l.3. & hoc eſt, quod volunt Bald. Imol. Alex. & Iaſ. locis ſuprà allegatis, ſequentes
10 diſtinctionem Bartoli. † Tota difficultas eſt reſpondere ad l. ſi cum emptore, quæ iudicio meo obſtare non videtur,quia cum apud venditorem hæreditatis remaneant actiones directæ efficaces actiue, & paſsiue. l.2. & l. emptor. & vbiq; gloſ. C. de hæred. vel act. vend. Alex. in d.l. ſi cum emptore.col.2. verſic. non ſic eſt in venditore hæreditatis, item cum teneatur de euictione reſpectu vniuerſitatis,id eſt,docere ſe hæredem,& etiã aliquando de euictione rerum ſingularium ſecundum gl.in d.l.1.in verbo, In ſingulis.C. de euictio.& in l.2.in princ.in verbo, De euictione.ff.de hære.vel actio. vend. poterimus dicere aliquo reſpectu periculum hæreditatis ceſſæ pertinere ad venditorem.Et ſic eum aggre poſſe,cum apud eum remaneant directæ actiones efficaces.

Non obſtat l. pupilli. §. ſoror. ff. de ſolutionib. vbi dicitur,periculum nominis ceſsi pertinere ad ceſsionarium, quia duob. modis poteſt reſponderi: primò, prout reſpondet Alex. in d. l. ſi cum emptore. col.penult. poſt Imol.quod ibi nomen debitoris ſimpliciter fuit datum inſolutum pro legato, & ſic æſtimatum. Et hoc elici poteſt ex illis verbis, Vt nomine debitoris contenta legatum ſoror non peteret, quo caſu periculum pertineret ad ceſsionarium, vt d.§. ſoror. & in l. ſi nomen.cum l.ſequen.ff. de hære. vel actio. vend.Bart.in l. Mæuia.in princ.ff.ſolu. mat.

Secundò poteſt reſponderi , ſecundum Bart.ibi,& in d. l. Mœuia debere intelligi de periculo inopiæ debitoris ceſsi ſubſequutæ poſt ceſsionem, & hoc modo intelligendo euitabimus multas amaritudines , & difficultates reſultantes ex varijs diſtinctionibus Doctorum.

11 Vtrum † autem diſpoſitio d.l.3. locum habeat in caſu propoſito, videtur dicendum locum non habere, cum maritus ſit dominus dotis & vxor agere non poſsit,l. doce ancillam.C.de rei vend. in contrarium tamen facit l.2.iuncta glo.in verbo,Conteſtatio.C.de actionib.

actionib. & obligat. vbi text. expresse dicit, quod, quando nomina debitorum fuerunt marito data in dotem, tunc vtiles actiones competunt marito ad similitudinem eius, qui nomen debitoris emerit, sed venditor nominis potest agere propter actiones directas, quæ penes eum remanserunt, cum vtiles tantum sint translatæ, vt nota. in l. postquam. & l. sequen. C. de hæred. vel act. vend. & in d. l. si cum emptore, quarum vigore dicitur dominus, secundum glos. fina. in l. 1. ff. si ager vectig. vel emphyt. pet. ergo pariter poterit agere constituens nomina debitorum in dotem, vt æquiparatorum eadem sit dispositio: & hoc suadetur ea ratione, quia non ipsa quantitas est data in dotem, sed ipsum ius agendi vtile, seu ipsa actio vtilis, & sic in restitutione dotis non venit, nisi id tantum quod in effectu fuit exactum, vt concludit Salyc. d. l. 2. in fi. Et propterea periculum nominis huiusmodi debitoris principaliter pertinet ad mulierem, † dummodo aliquis dolus, seu culpa non possit imputari marito, cur non exegerit. l. Mœuia. in princ. ff. solut. matrimo. & ibi Bar. & d. l. si nomen. cum l. sequen. ff. de hæred. vel act. vend. Roma. cons. 46. vers. nec excluditur vxor, quo fit, vt propter tale periculum dicatur facta ad commodum cedentis, secundum Imo. in d. §. si hæres. colu. 2. ff. ad Trebel. cum saltem principaliter respiciat interesse mulieris, & per consequens locum habeat d. l. 3. C. de nouatio. Et huiusmodi interesse attento, si maritus vergeret ad inopiam, ita vt non esset cautum vxori in casum dotis restituendæ, putarem mulierem dantem nomina debitorum in dotem, posse vigore directarū actionum denunciare debitoribus cessis, ne marito soluant, saltem donec dotes in tuto fuerint collocatæ, argum. l. hæres cum debuerat. ff. ad Trebel. & ibi Alex. in fin. post Bart. Imo. & Raph. Cuma. quem refert & sequitur Iaſ. in d. l. si cum emptore. num. 10. & facit text. in l. filiusfamiliàs. §. sed & filia. ff. de procurator. Roman. d. consil. 46. & Afflict. decis. 221.

42

Quo verò ad secundum articulum, an maritus potuerit reuocare consensum præstitum mulieri intentanti eius directas actiones. Primò, distinguendum est, aut dicere volumus, has actiones directas fuisse etiam in dotem datas, & tunc sicut vxor non potest de dote contrahere, l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxo. actio. quia constante matrimonio maritus sit dominus dotis, d. l. doce ancillam. & l. in rebus. C. de iure dot. multò minus sine consensu mariti potest litigare, † quia qui non potest contrahere, vel alienare, nec litigare potest, Bart. in l. ait prætor. ff. de iure delibe. Bald. in l. fin. col. 2. vers. item regula. C. de petit. hæredi. Deci. consil. 441. num. 24. & sequitur Tiraq. de legib. connub. in verbo, Contracter. num. 194. & sequen. & in verbo, De son mari. nu. 3. Aut verò prædictæ actiones directæ nō fuerunt in dote datæ, sed remanserunt penes ipsam mulierem cedentem, quod verius puto, per supra dicta in primo articulo, quo casu, † sicut de ijs, tanquam extra dotem existentibus, vellet paraphernalibus posset vxor contrahere etiam inuito marito, cum ipse in eis nullum ius habeat. l. hac lege. C. de pac. conuen. & l. velles. & ibi Bal. C. de reuocan. donat. Iaſ. in d. l. maritus. §. fina. C. de procu. ita potest sine consensu mariti litigare, cum in iudicio quasi contrahatur. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. † & valeat argumentum de contractibus ad quasi contractus, & sic ad iudicia, glo. in authen. sacramenta. & ibi Bar. & Bal. C. si aduer. vend. Euerar. in locis legalib. c. 18. in fi. Tiraq. loco proximè citato. num. 196. nec legi esse prohibitum de iure communi, mulierem agere sine consensu mariti, quare si non requiritur consensus, vana est quæstio reuocationis, sed dato citra veritatis præiudicium, quod consensus mariti requireretur, & fuerit præstitus, an potuerit reuocari? cebam duplici fundamēto videri talem consensum posse reuocari.

Primò, † quia sicut constitutus procurator in rem suam potest reuocari à mandante, nisi interuenerit vnum ex requisitis in. 3. C. de nouatio. secundum glos. in l. sicut. §. si procurator. in verbo, Hanc exceptionem. ff. quib. mod. pig. vel hypot. solu. quam ad hoc not. Bal. in l. 1. colum. 3. vers. c. secundò quæro. C. de actio. & obligat. Roman. cons. 350. colum. 2. in princ. ita videtur dicendum, si huiusmodi procurator consentiat mandatum intentare suas actiones directas, vt possit talem consensum reuocare, nisi interuenerit vnum de tribus, de quibus in d. l. 3. correlatiuorum eadem sit dispositio, l. 1. C. de cupres. ex luco Daph. lib. 11. late Euerar. in locis legalib. c. 76.

Secundò, pro hac opinione facit, quod scribit Alexan. in cons. 15. num. 3. vol. 6. post glos. in verbo, Eo modo. & ibi Doctores in l. 3. C. de nouationib. vbi concludit, † quod si habens directas egit, & obtinuit sententiam, attamen si habens vtiles superueniat, potest impedire executionem, & debet præferri; si ergo habens vtiles potest impedire executionem sententiæ obtentæ ab habente directas,

ctas, multò magis videtur dicendum, quod posſit reuocare ſuum conſenſum, & impedire ſententiam ferendam. Sed in cõtrarium facit l. Pomponius. la 1. ff. de nego. geſt. &
18 ibi gloſ. † vbi reprobare, ſeu reuocare non poſſum quod ſemel probaui, vel conceſsi, cui adſtipulatur regu. l. non poteſt mutare. ff. de regu. iuris. c. quod ſemel. eod. titu. in 6. quod maximè locum habere debet poſt litem conteſtatam, & ſic re non integra, nec forſan à iure alienũ erit dicere maritum, qui habet actiones vtiles, vigore ceſsionis, ſibi præiudicare, vt amplius contra debitorem ceſſum agere non poſsit, ex quo conſenſit habentem directas actiones agere, d. l. ſi procurator. §. 1. ff. de procurato. & ibi Bart. verſ. contra prædicta. & l. præced. §. cæterum, arguendo à contrario ſenſu. Et ad hoc facit tex. in l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pignor. cum alijs
19 ibi not. in gloſ. † vbi conſenſus præſtitus alicui actui, quem poterat quis impedire, præiudicat conſentienti, cui arridet regu. l. creditor. vbi Cagnol. ff. de reg. iuris. & l. ſicut. §. ſi voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſoluit. vbi creditor, qui permittit rem venire. pignus dimittit. Faciunt adducta per Paris. conſ. 76. col. fin. vol. 4. poſt Bar. & Doct. in l. quæ dotis. ff. ſolut. matrim. vbi dicitur,
20 † quod conſentiens, iura ſua perdit, & fortificat aliena. Item facit tex. iunctis ibi notatis, in l. 2. §. quod ſi in patris. & §. fin. ff. ſolu. matr. vbi actio de dote profectitia, quæ communis eſt patri, & filiæ, non poteſt in præiudicium filiæ ſine eius conſenſu à patre intentari, quæ ſi conſenſerit ſibi præiudicat. Sic videtur dicendum in caſu noſtro. Nam licet maritus, qui habet vtiles, eſſet præferendus vxori habenti directas, d. l. procuratore in rem ſuam dato. ff. de procuratorib. Alex. d. conſ. 15. num. 2. vol. 6. attamen ſibi præiudicauit conſentiendo vxorem intentare ſuas directas: his famulantur, quæ ſcribit Bart. in l. ſæpe. num. 10. ff. de re iudic.

Non obſtat gloſ. in d. l. ſi procurator. quia loquitur de reuocatione, quæ fit re integra, diuerſum eſt in caſu noſtro, attenta litis conteſtatione, qua conſiderata poſſumus dicere interueniſſe vnum de requiſitis in d. l. 3. & propterea poſſent gloſ. & Bart. retorqueri in contrarium, quorum tamen dictum nunc non pono pro conſtanti, d. l. Pomponius, ff. de nego. geſt. cum ſimilibus aliàs ſuo loco deducendis.

Non obſtat Alex. d. conſ. 15. quia in caſu ſuo non interuenit conſenſus habentis vtiles, prout in caſu noſtro adfuit. &c. & ſecundum hanc vltimam opinionem iudicauit Senatus, videlicet, vxorem potuiſſe agere aduerſus debitorem ceſſum.

SVMMARIVM.

Ceſsio iurium, an duobus fieri poſsit, breui diſtinctione hic declaratur.

DECISIO LXIII.

Ceſsio quando duobus fieri poſsit, & quando non.

SVccesſit in caſu propoſito quæſtio, an ceſsio iurium poſsit fieri duobus? Reſpondi Bar. ponere hanc quæſtio. in l. non quocunque. §. qui Gaium. de leg. 1. num. 1. poſt Iacob. de Aretio. vbi diſtinguit, quod aut in primo contractu fuit ceſſa actio vtilis, remanente directa efficaci penes cedentem, quia non interuenit vnum de tribus requiſitis in l. 3. C. de nouatio. & tunc vtilis non poſſet iterum in alium transferri, ſed directa, quæ remanet penes cedentem, licet ea non poſsit transferri, cum ſemper inhæreat oſsibus cedentis, poteſt tamen eius exercitium cedi, & conſtitui procurator in rem ſuam. Si verò non eſſet alteri translata vtilis ex primo contractu, tunc arguendo de corporalibus ad incorporalia poſſet alteri cedi vtilis actio, ſicut res vni vendita, & nondum tradita poteſt alteri vendi, & eius dominium transferri. l. quoties. C. de rei vend. & Bart. refert, ac ſequitur Salyc. in l. 1. col. penult. verſ. quæro 19. C. de actionib. & obligatio. Alex. conſ. 15. num. 1. vol. 6. Guid. Papæ ſing. 606. Afflic. deciſ. 335. num. 22. & ſeq. vſque in finem. vbi dicit Bart. eſſe communiter approbatum. Rubeus conſ. 117. num. 6. Cagnolus in repetit. l. 2. num. 203. C. de pactis inter empt. & vend. plures cumulat Tiraq. d. Retractu. §. 26. glo. 1. num. 55. & ſecundum hanc diſtinctionem Bartoli, veluti communiter approbatam, iudicauit Senatus, an autem ceſsionarius poſsit alteri cedere ſuã vtilem? Bar. in l. Modeſtinus. num. 2. ff. de ſolution. tenet poſſe, ex l. 1. §. de illo. l. ex aſſe. ff. ad Trebell. l. emptor. C. de hæred. vel acti. vendi.

SVMMARIVM.

1 Ex *ſententia verbis plus inferri non poteſt, quam neceſſariò importet ipſorum verborum ſignificatio, & num. 5. declaratur.*
2 *Omiſſum penitus cenſetur quicquid in condemnatione expreſſum non eſt.*
3 *Sententia includit in ſe ea, quæ ex actis deſumi poſſunt.*
4 *Iudicia claudicare non debent.*

6 *In contractibus venit id, quod verisimiliter inter contrahentes conuenisset.*

7 *Glo. in l. tale pactum ff. de pact. in qualibet materia locum habet.*

DECISIO LXIIII.

An sententia Senatus, in qua condemnatus fuit venditor ad precij restitutionem faciendam emptori afficiat emptorem, licet non condemnatum in sententia, vt etiam rem emptam venditori restituat.

VEnditor arbitratus se vltra dimidiam iusti precij læsum, egit contra emptorem remedio l. 2. C. de rescind. vend. qui consensit precium recipere, & rem restituere, quapropter Senatus venditorem condemnauit ad restituendum precium emptori intra mensem proximè secuturum, quo elapso, & precio non restituto emptio firma maneret. Emptor intra dictum mensem solutioni adiectum non obstante oblatione, & depositione precij eidem facta à venditore, prædium prædictum eodem precio, quo emerat alteri vendidit, & eius possessionem transtulit, contra quem primus venditor, facto iterum depositio prædicti precij, petijt sententiam aduersus primum emptorem latam exequi, & ipsum secundum emptorem condemnari ad relaxandum prædium emptum, seq; mitti in possessionem dicti prædij. Quæsitum fuit de duobus. Primo, cum sententia non condemnauerit primum emptorem ad restituendum prædium emptum, an ad id posset iure compelli? Secundo dato, quod iure potuisset compelli primus emptor, an huiusmodi sententia possit contra secundum emptorem exequi? Quoad primum videtur dicendum non fuisse condemnatum primum emptorem ad restituendum prædium emptum: & propterea agi non posse modo intentato, l. penult. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. l. 1. C. de ordin. iudic. & l. 2. C. de ordin. cogni. per quæ iura not. Bart. in l. Iulianus. num. 5. ff. de condict. indeb. quem refert & sequitur Dec. cons. 43. numer. 4. cons. 322.

1 num. 1. Alex. cons. 108. num. 2. vol. 5. † quod ex sententia plus inferri non debet, quàm ex ea necessario inferatur, bonus tex. in l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de lib. agnos. Verba enim sententiæ debent intelligi, prout sonant, & strictè, nec extendi ad intellectum, quem ex lata significatione habere possent. l. 1. C. si plur. vna senten. fuer. condem. Abb. in c. dilectus. num. 2. de offic. ordi. Cepol. in rub. de verb. signifi. num. 151. Ias. in l. centesimis. §. fi. col. penult. ff. de verbo. ob. ig. Rip. in l. 2. nu. 26. C. de eden. Curt. Sen. cons. 74. col. fin. & Curt. Iun. cons. 153. nu. 19. & facit quod scribit Dec. cons. 442. num. 8. & cons. 60.

2 num. 7. † quod omnino censetur omissum quicquid in condemnatione non est expressum, strictiq; iuris est, l. 1. iuncta glo. C. si aduer. rem iud. cum alijs cumulatis à Tiraq. de retract. ligna. §. 1. glo. 19. num. 182.

Contrarium tamen verius videtur in casu nostro: quia parta sunt aliquid esse expressum, vel necessario præsupponi, vel subintelligi, Paul. de Cast. in l. 1. num. 1. C. quando prouoc. non est necess. & dicit Bal. in l. penult.

3 ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. † quod sententia includit id, quod necessario est præsupponendum, & sumitur ex mente actorum, referturq; ad casum, qui sumitur ex actis, Bart. in d. l. Iulianus. colum. 2. versicu. prædicta vero. ff. de condic. indeb. & declarat Dec. in c. cum venerabilis. in princip. de exceptio. Fel. n. in c. significauerunt. num. 7. de exceptio. dicens. post glo. & Barto. in l. si quis ad exhibendum. ff. de exceptio. rei iudi. quod verba sententiæ restringuntur & limitantur ex actis. Accedit quod idem Decius scribit cons. 388. num. 4. & sequen. quod verba sententiæ debent intelligi secundum subiectam materiam, etiamsi improprientur quod etiam firmat Crauet. cons. 186. num. 5. & cons. 188. num. 2. Sed si diceremus sententiam non condemnare emptorem conuentum ad restitutionem prædij, esset contradicta, & prosequuta, & sequeretur quod venditor teneretur restituere precium, & ex sententia nõ posset consequi rem venditam.

4 † quo casu sententia redderetur illusoria, & claudicans contra l. fi. & ibi glo. C. de fruct. & lit. expen. Dyn. in regula in iudicijs. de reg. iur. in 6. & l. in sacris. la 2. & ibi Bar. nu. 7. C. de prox. sacro. scrin. lib. 12.

5 Non obstant in contrarium allegata: † quia non procedunt in ijs, quæ in necessariam consequentiam veniunt, & tacitè subintelliguntur, maximè ne resultet iniquitas, & absurdum à quo euitando validissimum est argumentum ad interpretationem cuiuscunque dispositionis, glo. in c. dudum, in verbo, Absurdum. de præben. in 6. Euerar. latissimè in locis legalib. c. 8. accedat, quia in iudicio quasi contrahitur, vulgata l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. & ibi Bar. & valet argumentum de contractibus ad iudicia, & econtra, secundum glo. communiter approbatam in authen. sacramenta puberum. in verbo, Contractibus. C. si aduer. vendit. l. omnem. ff. de iudi-

iudi. Bal. in l. 1. colum. 1. verſicul. ſimile dicimus. C. de ſenten. & interlo. om. iudi. & in l. ab executione. C. quor. appella. non recip.
6 † ſed in contractibus venit id, quod veriſimiliter inter contrahentes conueniſſet, ſecundum gloſ. fina. in fi. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis. Dec. conſi. 64. colum. fina. & conſil. 70. colum. penult. ergo idem dicendum
7 eſt in ſententia, † quia diſpoſitio illius gloſſæ habet locum in qualibet materia, vt concludit laſ. in l. ſi extraneus. colum. 2. verſic. quartò nota. ff. de condic. cau. data. cau. non ſeq. poſt Bal. in l. 1. C. quæ res pign. ob. non poſ. Et in hanc opinionem deſcendit Senatus reſpectu huius articuli.

SVMMARIVM.

1 *An venditori petenti exequutionem ſententiæ contra ſecundum emptorem ſufficiat proponere alienationẽ doloſè factam fuiſſe per primum emptorem, an verò reuocatoria actio requiratur, latiſſimè hic tractatur, & pluribus nu. ſeq.*

2 *Vendens rem cum pacto retrouentionis, ſi emptor rem illam alteri obliget, non ſuſtinetur talis obligatio in præiudicium venditoris.*

3 *Sententia inter partes ius facit, & pro veritate accipitur.*

4 *Bartoli diſtinctio affertur, quibus caſibus contra ſingularem ſucceſſorem poſſit fieri exequutio ſententiæ: & eius opinio pluribus Doctorum teſtimonijs confirmatur.*

5 *In actione perſonali regulariter & ſecundum communem opinionem reuocatoria actione contra tertium poſſeſſorem agendum eſt.*

6 *Senatus Pedemontani obſeruata conſuetudo, quando tertius executioni ſententiæ ſe opponit, hic notatur.*

7 *Emptor licet vigore pacti de retrouendendo rem emptam reſtituere teneatur, quia tamen remanet dominus, poterit in alium ſecundum emptorem res emptas transferre.*

8 *Argumentum de contractibus ad quaſi contractus, & iudicia, validum in iure reputatur.*

9 *Remedium l. 2. C. de reſcind. vend. datur contra emptorem ſecundum, quando ſecunda emptio eodem morbo laborat, quo prima.*

10 *Alienans & poſſeſſor quodo eodem genere actionis tenentur, tunc exequutiuè contra tertios poſſeſſores procedi poteſt.*

11 *Argumentum à contrario ſenſu in ſententijs fortiſſimum eſt.*

12 *Clauſula reſolutiua contractus operatur, vt ipſo iure transferatur dominium abſque traditione.*

13 *Litigioſa res per litis conteſtationem efficitur.*

14 *Litigioſi vitium an duret lapſa inſtantia.*

DECISIO LXV.

An ſententia lata contra primum emptorem poſsit executioni demandari contra ſecũdum emptorem.

SVpereſt nunc de veritate ſecundi articuli diſcutere, videlicet, an ſententia lata contra primum emptorem in caſu proximæ præcedentis quæſtionis, poſsit exequutioni mandari contra ſecundum emptorem: ſed quia ad eius cognitionem non nihil confert ſcire veritatem illius quæſtionis, de qua per Barto. in l. creditores. nu. 23. C. de pigno. & in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. col. fi. verſ. modò formo tibi vnam quæſtionem. ff. de re iudi. ideo de eius veritate hic tractandum putaui. Et conferendo eam ad caſum noſtrũ,
1 quæritur, † an venditori petenti exequutionem ſententiæ contra ſecundum emptorem poſsidentem, ſufficiat proponere, quòd primus emptor dolo deſijt poſsidere alienando prædium poſt ſententiam, vel neceſſe ſit, ipſum venditorem agere primo reſciſſoria? Et in hac quæſtione duæ fuerunt opiniones. Prima Cyni in l. vnica. in 8. quæſt. C. de alie. iudi. mut. cau. fac. quí tenet, ſufficere hanc propoſitionem, vt obtineatur exequutio contra tertium poſſeſſorem, l. certa eſt forma. C. vt in poſſeſſ. leg. & l. ſi legatorum. ff. eodem titu. quam opinionem ſequitur Bald. ibi in fin. dicens, eam procedere, quando actio quæ daretur contra alienantem, poſſet intentari contra emptorem: idem tenet ibi Salyc. nu. 13. & Pau. de Caſt. in d. §. ſi ſuper rebus. dummodo probetur emptorem ſciuiſſe litem motam, aliàs ſecus, poſt Bal. in l. maritorũ. in fi. C. ne vxor pro marito. Guid. Pap. quæſtio. 81. Et tenendo opinionem Cyni, non obſtat reſponſio Bartol. ad iura per Cynum allegata, quòd loquantur in vltimis voluntatibus, in quibus eſt ſpeciale, quia non adducta ratione ſpecialitatis & diuerſitatis, valet argm̃ ab vltimis voluntatibus ad contractus, l. pactum inter hæredem. & ibi Bar. ff. de pact. latè Euerar. in locis legali. c. 17.

Secundò, pro hac opinione videtur deciſ. Bar. communiter approbata in l. diem. nu. 2. ff. de aqua plu. arc. quem refert & ſequitur Dec. conſ. 53. numer. 2. & conſi. 88. nu. 3. &
2 conſ. 239. in fi. † vbi ſi aliquis vendat rẽ pacto adiecto, quòd teneatur emptor illã retrouendere venditori intra certũ ip̃s, & certo pretio, & interim emptor alteri obliget, non tenet talis obligatio in p̃iudiciũ venditoris, ad quẽ res reuerti debet ex neceſsitate: Guido Pap. cõſ. 49. loquẽs in venditione, q̃ etiã p̃cedit, ſi res reſtitueretur vẽditori agẽti remedio l. 2. C. de reſc. ven. Bal. ibi, col. 8. verſ. ſed cõtrà videtur, quẽ ſequitur plurib. relatis

Cagno.nu.120. quibus addo Boer. decis. 75. & 182.nu.47.in fi.Tiraq. de retract. conuen. gloss. vnica.§.3.num.11.sed in casu nostro at-
3 tenta sententia, † quæ ius facit inter partes, & pro veritate accipitur, vulgata l.res iudicata.ff.de reg.iur. l.ingenuum. & ibi glos. ff. statu. homi. & l. si seruus plurium.§.1.in illis verbis, Et cum ius facit pronunciatio.ff. de lega.1. emptor tenebatur remittere prædia empta, soluto seu restituto sibi precio: ergo non potuit illa alienare in præiudicium venditoris.

Contrarium tenet Bart.in d.l.creditores. col.6.versi.videamus ergo, an istud ius exequendi. C. de pigno. vbi reprobata opinio-
4 ne Cyni distinguit. † Aut quærimus de executione sententiæ prolatæ in actione personali, & tunc executio non potest fieri cõtra singularem successorem possidentem, nisi prius alienatione rescissa per reuocatoriam. §. item si quis in fraudem. Instit. de actio. & in tit. de reuocan. his quæ in frau. cred. ff. & Codice. Aut quærimus de executione sententiæ in actione reali prolatæ aduersus causam habentem à condemnato: & hoc casu distinguit, ponendo tria capita: videlicet, aut alienatio est facta post sententiam prolatam, & tunc potest fieri executio, cum ius exequendi esset iam in esse deductum; aut alienatio est facta lite pendente: & hoc casu subdistinguit. Aut quæstio erat de dominio, & potest fieri exequutio propter vitium litigiosi: sequitur Dec. consi.187. colum.fina. Ias.in §. omnium.nume.84. Institu. de actionib.licet Afflic.decis.396.nume.9.dicat Doctores communiter tenere contrarium, & malè. Aut non erat quæstio de dñio, sed de hypotheca, & non potest fieri exequutio, sed opus est nouo processu, ita debet intelligi Barto.cuius scriptura est corrupta. Tertiò, aut alienatio fuit facta ante litem cœptã, & sic antequam ius exequendi esset iam in esse productum per sententiam, vel in actu producendi, cum nulla lis esset, & tunc licet postea litigetur, & sententia feratur, ius exequendi non transit in singularem successorem. Et hoc est, quod dicit Bart.in versic. tertio casu. qui tamen obscurè loquitur. Et hanc opinionem tenuit Bar. licet non ita plenè in d.§. si super rebus. quæst. pen. & in l. si. missum. §. iudex.num.3. ff. de dam.infec. & in l. quanquam.§.1.ff de aqua plu.arc.in l.1.§. necessariò.in fin.per illum tex.ff.si mul.vent.nomi. in pos. mis.fue. cuius doctrinam clarè reperi explicatam post hæc scripta per Neuiz. consi.20.numer.13. vbi ad tertium casum dat duas limitationes, quas videre poteris, & opinionem Bar.quando exequutio deberet fieri in actione personali, sequitur Bald.in l. ob maritorum. circa fin.C.ne vxor pro mari. Castren.in d.§.si super rebus.col.fi. Alex. ibi col.4.Ang. in d.l. vnica.in fi.C.de alien.iud. mut.cau.fac.in d.l.2.col.pen.C. de pign. Roma.consi.246.col.fin.& consi.270. & alij. mulati per Ias.in consi.43.num.2.vol.1. Soc. consi.13.nu.2.vol.4.post Alex.in d.§.si super rebus.col.4.in princ.Ruin.consi.87.nume.2. vol.4.dicens, Doct. ita communiter tenere, Rip. in l.1.§.si hæres. numer.20, & 21. ff.ad Trebel.

Ias.verò in dicto §.si super rebus.num.10. post Bald.in d.l.ob maritorum.& Pau.de Castro in d.§.si super rebus. fœdere distinctionis, videtur velle concordare dictas opiniones, quòd aut debitor alienauit in fraudem exequutionis sententiæ, vtputa post litem contestatam, & tunc procedat opinio Cyni, quòd non sit necessaria reuocatoria, sed recta via possit fieri exequutio contra tertium possessorem, sequuntur Moder. Paris.consi. 25.nu.7.aut debitor alienauit, & desijt possidere ante litem motam: & tunc procedit opinio Bartol. quòd via ordinaria agere debet actione in factum reuocatoria. Et hanc distinctionem refert & sequitur Ias. latiùs in d.§.si super rebus. colu.3. quæ videtur comprobari ex l.si superatus. §. fin. & ibi Bart. ff de pignor. & l.si mater. §. fina. & l.iudicato iuncta glos. & Pau. de Castr. ff. de except. rei iudic. vbi sententia prolata contra aliquem nocet ei, qui post sententiam, à condemnato causam habet super eo, super quo lata est sententia, sequitur Roma.consi.311. col.1. in fin. Soci.consi.266.nu.2. quæ distinctio fuit Bar. si rectè ponderetur in d. l. creditores. Sed aduertendum est, quòd Barrol. ibi loquitur in actione reali, & iudicio meo, Ias. non bene scrutatus est distinctionem Bal.in dicta l. ob maritorum. dum in primo membro distinctionis ponit exemplum, si alienatio per debitorem fiat post litem motam, quia tunc agendum est reuocatoria in actione personali, secundum communem opinionem Bartol. de qua suprà. Sed Bald. in dicta l. ob maritorum. loquitur, quando erat lata sententia, & in fraudem paratæ executionis, siue missionis, puta quia res erat pro pigore capta, & sola supererat missio, debitor in fraudem alienauit: nam tunc fit executio recta via contra emptorem sine nouo processu.

Et sic erit prima, & communis conclusio,
5 † quòd in actione personali regulariter agendum est reuocatoria contra tertium possessorem.

forem. Fallit, si alienatio fiat in fraudem patratæ executionis. Rip. in d. l. 1. §. si hæres. nu. 21. & 22. ff. ad Treb.

6 Solet tamen excellentissimus Senatus, † si tertius se opponat ratione hypothecæ, partibus consulere, & excutere, an alia extent bona debitoris sine controuersia, & tunc in illis executionem fieri debere, nullis vero alijs bonis existentibus, siquidem bona, de quibus est controuersia, eius sunt æstimationis, ex qua possit vtrique parti satisfieri, venduntur, vt creditoribus satisfiat, seruata temporis prioritate, & residuum precij restituitur condemnato, quod quidem decretum summa æquitate niti videtur sumpta ex l. à diuo Pio. §. si super rebus. versicul. sed & illud. cum §. sequen. vbi Paul. de Castr. ff. de re iudic. Sed dicebam difficultatem in casu nostro ingeri ex eo, quod & si ex contractu promisisset emptor rem emptam restituere, iuxta l. 2. C. de pact. inter empto. &
7 vendito. Attamen, † quia adhuc promissor remanet dominus, l. fina. §. Lucius. ff. de donatio. Barto. in l. 1. nu. 9. C. de iure fisci. lib. 10. Dec. consi. 239. nume. 6. potuit alteri vendere, & iste secundus emptor, cui tradita fuit res, præfertur ei qui actionem habebat aduersus obligatum ad rem restituendam, vulgata l. quoties. C. de rei vend. Alexan. consi. 228. col. 2. volum. 6. Dec. consi. 226. & consi. 247. Iacob. à S. Georg. in l. si tibi decem. §. pactum. in secunda lectura. nu. 7. ff. de pact. Cagno. in repeti. d. l. 2. quæstio. 26. & 30. & in l. 2. num. 114. & 120. C. de rescind. vend. facit tex. in l. fina. §. fina. ff. de contrahen. empt. ad quem plura cumulat Tiraq. de retrac. digna. §. 8. glo. 5. num. 7. & latius de retrac. conuen. §. 1. glo. 7. nu. 11. & duob. seq.

Secundò dicebam videri incontrarium communem conclusionem, de qua per Innocen. Io. And. Zaba. & alios in c. fi. de alie. iud. mut. causa fac. quod si emptor sciuit causam agitari cum venditore, non sibi præiudicat, cum sententia non mandabitur executioni contra eum. Sic dicendum videtur in eo, qui est obligatus restituere vigore sententiæ, & sic ex quasi contractu. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. Alex. in l. Pomponius. §. si iussu. colum. 4. versic. secundo sufficit. ff. de
8 acquiren. poss. † cum valeat argumentum à contractibus ad quasi contractus, & ad iudicia, l. apud Iulianum. §. fi. & l. sequen. ff. ex quib. cau. in pos. ea. & glo. in verbo, Contractibus. in auth. sacramenta puberum. & ibi Bar. & Bal. C. si aduer. vendi.

Nec in casu nostro videtur obstare decretum dominicale sub rub. ementes res aliquas, sub relato lib. 3. quia, cum huiusmodi decretum sit contra ius commune, in eo non procedit argumentum de contractibus ad quasi contractus, secundum Alb. de statu. in prima par. quæst. 100. Euerar. in locis legali. cap. 18.

Quid dicendum? argutissime lector articulus iste profectò apud me valde dubitabilis est: quare cogitabam si in casu nostro dicere possumus, quod cum laboret secunda emptio eodem morbo, quo prima, videlicet, quia eodem precio fuit secundo empto
9 ri vendita, † quo casu contra secundum emptorem datur remedium d. l. 2. C. de rescin. vend. secundum Bar. ibi nu. 13. Bal. q. 13. Fab. de empt. & vendi. q. 8. vers. quæro septimo. Balb. de præscrip. in 4. par. q. 26. & hoc casu possit fieri executio contra hunc secundum emptorem, iuxta doct. Bal. in d. l. vnica. in fi. C. de alie. iudi. mut. cau. fac. vers. aduerte. &
10 ibi Saly. num. 18. dicens, † q; quando alienans & possessor tenentur eodē genere actionis, tunc pōt procedi exequutiue contra possessorem, & Bal. ac Sal. refert Dida. lib. 2. varia. resol. c. 3. nu. 10. vbi post Tiraq. quem refert, dicit ab eis neminem dissentire, & hoc idem videtur sentire Barto. in l. si tertius. §. si quis prius. colu. fi. versic. quæro circa hoc. ff. de aq. plu. arc. quem, cum sit corruptus, emendabis, vt per Las. in l. 4. §. Cato. nu. 26. ff. de verbo. obli. Sed quia hæc responsio redditur periculosa ex ijs, quæ notat Saly. in d. l. 2. nu. 18. C. de rescin. vend. & ibi Paul. de Cast. nu. 16. Alex. consi. 92. nu. 8. vol. 1. Cagno. in d. l. 2. C. de rescin. vend. nu. 114. & 120. & in l. 2. C. de pac. inter empt. & ven. q. 30. Tiraq. de retrac. conuen. §. 1. glo. 7. nu. 12. & Boer. d. decis. 182. nu. 50. in quibus locis concluditur venditorem agentem remedio d. l. 2. C. de resc. ven. non posse auocare rem à tertio possessore. Ideo ad aliam rōnem transire visum fuit, videlicet, quod ex quo in sōia dicitur, quod non restituto precio intra mēsem emptio fir
11 ma maneret: ergo † arguendo à contrario sensu, quod est fortissimū etiam in sōijs, l. Pomponius. §. sed & is. in fi. ff. de procura. & l. si inter me & te. ff. de excep. rei iud. si restitutū fuerit precium intra mensem, emptio nō sit
12 firma, & sic si res inēpta remanet, † sequitur quod dominium in venditorem fuit ipso iure translatum sine traditione propter clausulam resolutiuam, vt concludit Dec. consi. 298. nu. 6. post Bal. Pau. de Ca. Alex. & Corne. per eum allegatos, Boer. quæst. 182. num. 46. in fi. latè Tiraq. de retract. conuent. d. §. 1. glo. 7. nu. 14. & 15. post Cuma. Pau. de Castr. Cur. & Boe. per eum alleg. quo casu in eius

præiudicium non tenet alienatio, sed ab emptore euocatur. l. rem alienam. ff. de contrah. emp. & l. nemo, C. eod. tit.

Vel responderi, & tertio potest, quod cũ actum fuerit remedio d. l. 2. C. de rescind. vend. & sic ex vendito ad restitutionem rei, vel ad supplendum iustum precium, secundum communem opinionem, de qua latè per Cagnol. ibi in prima quæst. nu. 40. & in decima quæst. nu. 113. in medioq; litis consenserit emptor restituere prædium, restituto
13 sibi precio, † dicitur prædium prædictum effectum fuisse litigiosum, propter litis contestationem, secundum Bart. in l. 1. §. si inter, in fin. ff. de litigiosis. & in l. censemus. numer. 1. C. eod. tit. quem sequitur ibi Alex. & Imol. in l. si quis missum. § iudici. in princ. ff. de damno infect. Socin. consi. 13. numero 1. vol. 4. concludentes, quod si contenditur de ipsa re actione personali tunc res ipsa, & actio efficitur litigiosa propter litis contestationem, & Bart. sequitur Ias. consil. 43. colum. 2. versicu. circa secundum dubium, vol. primo, vbi post alios per eum relatos loquitur in casu in quo agebatur contra aliquem ex promissione de vendendo, & sic actione personali, & concludit alienationem esse nullam propter vitium litigiosi: ergo idem dicendum est in casu nostro, in quo secundum Bald. in d. l. 2. colu 8. versi. sed contra videtur: potius considerare debemus id quod est ex natura actionis reuocatoriæ, quæ competit ad rem, quam illud quod est in nuda facultate emptoris, scilicet supplendi precium. Dato igitur quod prædium prędictum fuerit effectum litigiosum, poterit executio fieri contra istum secundum emptorem, Bart. in d. l. creditores. & Ias. in d. §. si super rebus.

Nec obstat quod remedium l. 2 non datur contra singularem possessorem iuribus supra ex aduerso allegatis, quia prędicta iura loquuntur, quando alienatio fuit facta ante litem contestatam super remedio d. l. 2. quo casu nec actio, nec prædium poterat dici litigiosum, ideo nimirum si contra singularem successorem non datur, secus vero in casu nostro in quo alienatio fuit facta non solum post litem contestatam, sed etam post ipsam sententiam. Nec officiunt dicta per Inno. & alios canonistas in d. c. fi. de aliena. iud. mut. causa fac. quia in contrarium est communis opinio legistarum, ut ex supradictis patet, ita respondet Neuiza. d. consi. 20. num. 25. de qua quęstione vide late Dida.
14 lib. pratic. quęstio. c. 15. nu. 6. & 7. † An autẽ vitium litigiosi duret lapsa instantia. vide Bart. in l. 2. col. pen. & ibi Docto. præsertim Rip. numero 28. C. de edendo.

Quarto & vltimo potest responderi, quod attenta forma decreti dominicalis, lib. 3. c. 16. istud prædium ab isto secundo emptore auocari potest, vt concludit Cagnol. in l. 2. C. de rescind. vend. numer. 114. & in d. l. 2. C. de pactis inter empt. & vend. nume. 127. 135. & 199. Tiraq. de retractu conuentio. §. 3. gl. vnica num. 1.

Nec obstat quod decretum loquatur in contractibus, nos autem sumus in quasi cõtractibus, quo casu in statutis non licet de vno ad alterum arguere, quia respondetur, quod attento consensu emptoris consentientis prędium restituere, restituto pretio, possumus dicere nos esse in contractu, seu pacto. l. 1. ff. de pact. & ita censuit Senatus, exequutionem sententiæ latę contra primum emptorem esse faciendam contra secundum emptorem, qui post latam sententiam emit, in causa Pollæ & Scaffæ.

SVMMARIVM.

1 *Sanguinem suum redimere cuicunq; licet, & nu 9.*
2 *Positioni criminosæ quis non tenetur respondere, ne turpitudinem suam detegat & nu 10.*
3 *Incarceratus indebitè si iuret ad carceres redire, & non redijt periurus non efficitur & nu. 12.*
4 *Infamia morti aliquando præponderat. & nu. 13.*
5 *Iuramentum ei deferendum non est, qui verisimiliter deieraturus sit.*
6 *Iudex pœnam imponere parti de veritate dicenda, nec non & eam exigere potest.*
7 *Iuramentum de veritate dicenda reus præstare tenetur in criminalibus.*
8 *Pro stylo, & consuetudine præsumendum in dubio est.*
9 *Pœna partium conuentione adiecta committitur etiam si non intersit.*
10 *Periurium varijs pœnis punitur.*
14 *Nemo præsumitur velle iuramentum contemnere, & propriam offendere salutem.*
15 *Negationis pœnas euitat, qui nondum conuictus seipsum corrigit.*

DECISIO LXVI.

An pœna imposita inquisito de respondendo interrogatorijs per fiscum proponendis prout verum esse sciuerit, exigi iure possit, si inquisitus deierauerit.

IN causa fisci & nobilis Dominici Masini Vercellensis inquisiti, quæritur, an pœna à iudice reo imposita, vt interrogatorijs eidem faciendis prout verum esse sciret responderet, cum constet ipsum Dominicum deierasse, exigi iure possit.

Et prima facie videbatur dicẽdũ pœnã veluti nõ cõmissam exigi nõ posse. l. 1. vbi Bar. ff. de

ff. de bo. eorum qui ante sen. sibi mor. consci. in qua lege dicitur, † ignoscendum esse ei qui qualitercunque sanguinem suum voluerit redimere, ex qua l. Alex. ibi in post. ad Bar. notat respondentem inquisitioni cum iuramento contra veritatem non puniri periurio, dicens ita fuisse consultum per quosdam peritos Doctores: & Alex. refert Neuiz. in Sylua nuptia. in verbo, Monitorie. colu. 4. affirmans non legisse alibi: sequitur Angelica in verbo, Confessio delicti. nu. 1. Bos. in tit. de periur. nu 3. vbi post Ab. & Feli. quos refert, dicit quod licet talis peccet, attamen in foro contentioso non punitur, & quod ita practicantur, Bero. quæstio. antepen. nu. 3. & 9. dicit istam esse cõem opinionem, & rñdet ad l. de periurio. ff. de crim. stel. cui opinioni adstipulatur illa conclusio, † quòd positioni criminosæ quis non tenetur respondere, ne cogatur detegere turpitudinem suam, quam conclusionem referunt, Spec. in titu. de positionib. §. septimo. versi. decimonono. num. 40. Bar. in l. qui iurasse. §. si pater. & ibi Alexa. & Ias. ff. de iureiuran. propter calum. latè Cur. de positio. 21. breuiloquio. Abb. in c. 2. num. 16. & seq. vsque in finem. de confes. Dec. in l. fi. num. 6. C. de eden. & latè Georg. Natta in repet. clem. sæpe. §. & quia. col. 7. de verb. significa. vbi ponit regulam cum octo fallentijs, quæ conlusio fundatur ex illa ratione, quia nemo tenetur seipsum prodere, c. ijs auctoritatibus. versicu. non tibi dico. de pœniten. distinct. 1. cui conuenit, quod dicit glo. in clem. pastoralis. §. quid enim auderet. in verbo, Per violentiam. de sent. & re iudic. quam refert & sequitur Ias. in l. si duo patroni. §. fin. nume. 4. ff. de iureiuran. & alij cumulati à Didaco libro variarum resolutionum, c. 2. nu. 7. concludentes, † indebitè detentum iurantem custodi carceris eius relaxationi annuenti se rediturum ad carceres, & non redeuntem, non esse periurum, & licet videantur loqui, quando esset periculum vitæ, attamen idem dicendum videtur, si solum agatur de infamia, † quæ aliquando præponderat timori mortis, l. isti. in fin. ff. de eo quod met. cau. Prædictaq; opinio corroboratur ex not. in l. ambiguitates. C. de ind. vid. tollen. & in c. clericos. de cohabi. cler. & mul. Ias. in l. 1. colu. fi. vers. quintò limita. ff. qui satisd. cog. † vbi iuramentum non est deferendum ei, quem verisimile est deierare: sed præsumendum est, quod reus inquisitus potius deierabit, quam quòd seipsum prodat: ergo nõ debuit ei iuramentum deferri, ita expressè dicit Mersil. per supradicta iura in l. quæstionis habendæ. nu. 33. ff. de quæstio.

Istis tamen & similibus non obstantibus, secundum ea quę proponuntur sustineri, potest talem pœnam fuisse commissam, & ideo posse exigi. l. ius alimentorum. §. sed si non constat. in versic. & comminati. ff. vbi pupil. educ. deb. & l. 1. §. quid ergo si non respondere rit. & §. cogenda. ff. de ventre insp. per quæ iura Bald. post Archid. & Nico. de Neap. in d. § sed si non constet, dicit, † quòd iudex potest imponere & exigere impositam pœnam mendacij: sequitur Cagno. in repet. l. vnicæ. num. 91. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Maran. de ordi. iudi. in 6. parte. §. quartus actus. numer. 18. & hæc coadiuuari possunt ex ijs, quæ scribit Bar. in l. Marcellus. §. 1. num. 1. ff. rerum amot. in l. inter omnes. §. rectè. in fi. ff. de furt. l. genero. num. 2. ff. de his qui not. infa. & in d. §. quod obseruari. in fi. quem refert & sequitur Ange. in tracta. malefic. in verbo, Comparuerunt dicti inquisiti, & negarunt, numero 1. vbi † in criminalibus reus debet iurare dicere veritatem iudici interroganti, ita etiam firmat Aret. post Ioan. Andr. Gof. & diuum Thomam, per eum allegatos in c. qualiter & quando. §. debet. colum. 4. versic. tu aduerte. de accusatio. & diuum Thomam sequitur Aeneas de Falconibus in addit. 2. ad Abb. in c. fina. de solutionib. quorum opinionem dicit communem, Marsil. in dicta l. quæstionis habendæ. nume. 72. & obseruat generalis consuetudo, seu stylus totius Italiæ, vt etiam attestatur Soci. in c. qualiter & quando. quæstio. 75. & 85. de accusatio. maximè in patria nostra, vt rei compellantur cum iuramento veritatis ad respondendum aduersus crimina, quibus inscribuntur, & ita obseruari dicit Cur. in l. 1. in princip. C. de iureiuran. propter calum. † Pro qua consuetudine, seu stylo præsumendum est, vt sit legitima, argum. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. peta. & c. constitutus. vbi Abb. de religio. domib. faciunt quæ cumulat Marsil. singu. 1. si ergo tenentur iurare, quod veritatem dicẽt, & ita iurant, sequitur necessariò, quod si mentiantur, possint puniri, maximè pœna à iudice imposita, alioquin ludibrio, frustraue præstarentur huiusmodi iuramenta, & remedia, contra l. hæc stipulatio. §. fin. ff. vt lega. nom. cauęa. Et hæc opinio in casu nostro multo magis videtur procedere, cum pœna de qua agitur à iudice fuerit imposita, imò magis dici potest adiecta partium conuentione, † quæ committitur etiamsi non interfit, l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obligationibus. & exigi potest, Roma. consil. 143. & consil. 510. colum. prima. & secunda.

Non obstant in contrarium allegata: & primo l.1. ff. de bon.eorum, qui ante sen. sibi mor. consci. vbi vnicuique licitum est proprium sanguinem qualitercunque redimere, quia glo. in verbo, Qualitercunque. & ibi Bartol. interpretantur, & restringunt illam dictionem, qualitercunque, id est per pecuniam, cum id liceat lege permittente, vt ibi per eos, secus autem, per calumniam, quia tunc esset contra suum iuramentum, quo casu non licet, & similis glos. est in l.1. in princ. C. de iureiuran. propter calumniam, in verbo, Quicquam. Vel secundo potest responderi, legem illam loqui in criminibus, pro quibus imponitur pœna sanguinis, & ad effectum, vt habeatur pro confesso, ita loquitur l.2. & ibi glo. in verbo, Defensione. quam sequitur Barto. ff. de his qui ante senten. sibi mort. consciue. & Barto. in dicta l.1. in principio, numer. 6. C. de iureiuran. propter calum. & tex. expressus in l. fina. ff. de præuaricatoribus.

Et propterea non etiam nocet dictum Alexan. in d.l.1. ff. de bon. eorum. cum sine lege loquatur, quinimo contra iura suprà adducta, quod etsi verum esset, locum non habet in casu nostro, in quo pœna, seu mulcta est imposita à iudice, & de qua partes conuenerunt, vt suprà diximus, secundum glo. in l. si cum militaribus. in verbo, Distraxerint. C. de restit. milit. Corset. in singula. 1. in verbo, Pœna.

Vel potest intelligi, quod non punitur de periurio, scilicet ordinaria pœna periurij,
10 † quæ varie imponitur, vt l. de periurio, quæ est, l. fin. ff. de crimi. sicl. & per Bal. Ange. & Salyce. in l.2. C. de reb. credi. & glos. in c. illud. de excessib. præla. Luc. de Penna, in l. si vacantia. colum. 4. C. de bon. vacan. lib. 10. Guid. Pap. consi. 89 numer. 2. & seq. & decis. 178. Soci. consi. 7. colum. fin. versic. vnde periurus. lib. 1. sed alia mitiori, & sic extraordinaria, vt per glos. fina. in d.l. de periurio. & in l.2. C. de reb. credit. Bauerius in tracta. de iureiur. nota. 71.

Non obstat, quod positioni criminosæ quis non tenetur respondere ex illa ratione, quia nemo tenetur seipsum prodere, d.c. his
11 auctoritatibus. versi. non tibi dico. † quia illud procedit, quando responsio fieret ad instantiam partis, secus autem si interrogatio fieret à iudice ex officio, Bal. in l.2. colum. fina. C. de exhib. reis. glos. & Ange. in l. ampliorum, in princi. C. de appellatio. quos refert & sequitur Natta in d.§. & quia. colum. 7. versic. & fallit secundo. Aret. in d.c. qualiter & quando. §. debet. colu. 4. & 5. de accusa. vbi etiam respondet ad tex. in d. §. non tibi dico. dicens illud non procedere in casu nostro, in quo delinquens non se prodit, sed proditur à iudice, pro qua responsione faciunt nota. per Bartol. in d.l. Marcellus, cum concordan. suprà alleg.

Nec est impedimento glo. in d. cle. pastoralis. in verbo, Violentam, cum alijs suprà in
12 contrarium allegatis, † quia illud procedit, quando detentio fuisset iniusta, & imminebat periculum mortis: ita respondit Abb. in c. inter alia. in fi. de immunit. eccle. post Bart. in l. relegari. in princip. ff. de pœnis. Anto. Bauerius in tracta. de virtute iuramen. not. 60. Marsil. singu. 177. incip. Malicijs hominum. Secus autem si iuste erat carceratus, & nō imminebat periculum mortis, vt ibi per eos: & Dida. loco suprà citato, nu. 8.

Vel responderi potest, aliud esse iuramentum promissorium de non redeundo ad carceres indebitos non obseruare, aliud ad eum tandam pœnam, præsertim pecuniariam aduersus Deum cui iuratur mentiri, & veritatem corrumpere. Illud enim licitum est aliquo casu quoties iuramenti exequutio in dispendiū salutis spiritualis, vel temporalis fierer. c. non est obligatorium. de regu. iur. in
6. hoc vero nunquam licitum est, cum tendat ad veritatis corruptionem, ita docte respondet Dida. loco suprà citato, nu. 7.

Non obstat, quod infamia præponderet
13 timori mortis, † quia hoc non est passim verum, nisi in casibus, in quibus infamia habet secum effectum iuris. vt in d.l. isti. in fine. ff. quod me. cau. iūcta l. nec timorem infamiæ. & ibi glo. cod. tit.

Nec mouet, quod dicitur non esse viam periurijs aperiendam, iuxta nor. per Marsil.
14 in d.l. quæstionis habendæ. nu. 73. † quia nemo præsumitur velle peierare, seu offendere in perniciem propriæ salutis. l. fina. C. ad leg. Iul. repetun. & l.2. C. de reb. cred. & iureiur. & c. sancimus. 1. q. 7. & ibi glo. nam in lege Decalogi præceptum legitur: Non periurabis, neque pollues nomen Dei tui. Leuitic. 19. & Matthæi, c. 5. & conuenit quod scriptū est de Susanna, quæ potius sine delicto voluit incidere in manus illorum testium falsorum, quam peccare in cōspectu Domini, vt in lib. Daniel. c. 13. Luc. de Penna, in l. nec ipsi. colu. 1. C. de incol. lib. 10. peccat enim reus interrogatus à iudice super crimine, si mentiatur, quando interrogatio iusta est, etiamsi confitendo mortem incurreret.

Vel potest responderi communem opinionem esse in contrarium, vt ipsemet Mar-
15 sil. attestatur loco suprà citato. † Item debet intel-

intelligi procedere, si mendax nondum conuictus, correxerit responsionem suam, quia tunc euitat pœnas negationis. Ange. de malef. in verbo, Comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum. num. 21. Roman. latè cons. 59. col. fina. Aret. in l. 1. §. si quis simpliciter, colum. 2. vers. sed primum membrum. ff. de verborum obligat. Bal. in tit. quænam sit prima cau. benefic. amit. §. porrò. colum. 4. versi. vel melius dic. Iaf. in l. duobus. ff. de iureiuran. & in §. ex maleficijs. num. 27. Institu. de actionib.

Et secundum hanc opinionem iudicauit Senatus in prædicta causa mitigata pœna seu mulcta, iuxta doctrinam Iacob. de San. Georg. in vers. dictiq; vasalli promiserunt recognoscere. colum. 4. versic. vnum tamen aduerte.

SVMMARIVM.

1 *Statuta iuris communis correctoria non extenduntur ad casus in statuto non comprehensos, & à iure communi decisos.*

2 *Incitans aliquem ad aliquod maleficium committendum non debet puniri ordinaria pœna delicti, sed extraordinaria.*

3 *Statutum loquens in faciente non habet locum in consulente, & num. 4. & 5. vbi consultus non censetur ita delinquere quemadmodum principalis.*

6 *Reipub. fauore ne delicta remaneant impunita suprà dicta conclusio limitatur. vt scilicet statutū puniens facientem, extendatur ad fieri facientem, & num. 7. ampliatur. & num. 11. distinctio affertur.*

8 *Extensio in pœnalibus admittitur ex identitate rationis.*

9 *Statuta in materia quantumuis stricta comprehendunt casum ad quem lata verborum significatio extendi potest.*

10 *Mandans eadem pœna punitur, qua mandatarius vbicunque absque mandato delictum illud facturus non erat.*

12 *Statuentium mens potius quam verba, est spectanda.*

13 *Statuti vna pars per aliam intelligitur, & declaratur.*

DECISIO LXVII.

An decretum Ducale disponens fieri facientes falsa Instrumenta damnari amputatione pugni, & confiscatione bonorum locum habeat aduersus eum, qui persuasit alteri vt falsum deponeret.

DEcreto Ducali posito sub titulo de falsis Notarijs, auctoribus, & testibus, & pœna eis infligenda sancitum legitur falsos testes eadem lege damnari, qua à dicto decreto Notarij falsum Instrumentum facientes puniuntur. Sed cum ex dicti Decreti forma, qui falsa Instrumenta fieri faciunt, damnentur amputatione manus, confiscationeq; bonorum, quæsitum fuit, an locum habeat aduersus eum, qui persuasit vel mandauit alteri, vt falsum deponeret, cuius quæstionis disputatio non sine difficultate erit, vt ex infra scriptis patebit.

Nam pro parte negatiua adducitur hoc decretum esse correctorium iuris communis, à quo huiusmodi criminibus imponitur pœna deportationis, & omnium bonorum publicationis, l. 1. §. fina. ff. ad leg. Cornel. de
1 falsis. † Sed statuta iuris communis correctoria non extenduntur ad casus in statuto non comprehensos, & à iure communi decisos teste Bart. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure, in l. non dubium. num. 8. C. de legibus. Et in l. si constante. in 9. quæst. Rip. num. 57. ff. solut. matri. Abb. in c. translato. in fi. & ibi Felin. de constit. ergo non habet locum decretum in consulentibus, & persuadentibus falsum deponi, huic opinioni deseruit Ang. in l. non ideò minus. C. de accusat.
2 dicens, † suggerentem vel inflammantem aliquem ad aliquod maleficium, non debere puniri ordinaria pœna delicti, sed extraordinaria. pro qua opinione facit doctri. Bart.
3 in l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cornel. de sicarijs. † vbi statutum loquens in faciente non habet locum in consulente: sequitur Felin. in c. 1. nu. 9. versic. limita 2. de offic. delegati. Dec. in l. consilij. num. 15. de regu. iuris. post Bal. Alex. & Abb. per eum relatos. & in c. 1. colum. 6.
4 de offic. deleg. vbi dicit, † quod consulens non punitur eadem pœna, quia non tantum delinquit sicut principalis. Sequitur Cagnol. in d. l. consilij. num. 2. Afflict. decis. 21. num. 5. & seq. & decis. vlt. num. 6. 7. & 17. dicens statuta pœnalia non extendi ad casus non expressos, seu ad casus fictos. Et idem tenet Iaf. in l. si quis id quod. col. penul. ff. de iurisd. om. iud. vbi disputat hunc articulum ad partes post Alex. cons. 65. col. 2. volum. 4. concludentes, quod mandans aliquid fieri non dicitur verè facere, sed interpretatiuè, quod non habet locum in statutis, & propterea dicunt doctrinam Barto. in l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. lib. 11. esse falsam, aut saltem restringi debere, quando statutum loquitur in rem, & eum sequitur Afflict. d. decis. vlt. nu. 6. & 7. & dictum Barto. in dicta l. quemadmodum. ita declarat, & intelligi debere dicit Deci. in l. is damnum dat. num. 5. versic. & ista conclusio videtur procedere. ff. de reg. iur. & ibi etiam Cagnol. num. 2. & facit quod scribit Alex. in l. 1. in princ. col. 2. & 3. ff. de verbo. obligat. vbi dicit, quòd magis communis opinio est,
5 † quod statutum puniens facientem, non ex-

tendatur ad fieri facientem Bald. in tract. de statuto. in verbo, Mandare. Angel. de male. in verbo, Et Sempronium Rudolphi. nu. 32. Felin. in c. quanto in princ. de sent. excommunica. Carer. in Pract. §. circa tertium. nu. 59. & 62. Grammat. decis. 28. nu. 27. & pluribus seq. & voto 15. num. 6. & seq. Afflict. in const. regni, §. qui falsitatem, & §. eos, qui scienter. num. 22. & 23. lib. 2. & hanc partem latissimè defendit Decius in d. l. si quis id quod in 7. no. ff. de iurisd. om. iud. non tamen respondet ad doctrinam Barto. in d. l. quemadmodum, sed illi respondet ibi Saysc. col. pen. vers. quæ solutio non videtur vera, Bos. de pœnis. num. 14. & 15. quibus adstipulatur regula l. si præses. & l. interpretatione. ff. de pœnis. & c. odia. de regu. iur. in 6. cum similib. At decretum nostrum punit pœna corporali falsum cõmittentes: ergo non debet extendi ad consulentes, vel mandantes falsum deponere.

In contrarium allegatur doctrina Barto. communiter approbata in d. l. quemadmodum. num. 4. post glos. in verbo, Vendi. C.
6 de agric. & censi. lib. 11. vbi concludit † fauore reipub. ne delicta remaneant impunita, statutum puniens facientem maleficium, extendi ad fieri facientem. l. si quis id quod. ff. de iurisdict. om. iud. quam sequuntur Dyn. Iacob. de Aret. Imol. Alexan. Paul. de Cast. Ang. & Roma. allegati per Ias. in d. l. si quis id quod. numer. 36. vers. quinto est ad literam. & in d. l. 1. num. 14. ff. de verbo. obliga. & in l. si is, qui pro emptore. num 387. & seq. ff. de vsucapio. vbi octo fundamentis tenet, quod statutum loquens in faciente, habet locum in fieri faciente, & in num. 372. & 382. dicit hanc opinionem esse de iure veriorem: sequitur ibi Crot. & Ias. in l. 1. num. 4. ff. solu. matrimonio. dicens hoc etiam procedere,
7 † si statutum respiciat vtilitatem publicam: Secundario, Felin. in c. nonnulli. colum. 21. de Rescript. & in c. translato. num. 11. de constitutio. Alex. in l. si ex toto. colum. fina. versicul. sed si velles. ff. de lega. 1. Dec. cons. 10. num. 2. cons. 13. num. 6. cons. 65. num. 3. cons. 520. colum. 2. in fi. & cons. 660. num. 6. Marsil. in practica, §. aggredior. num. 58. & 61. in l. vnica. C. de rapt. virg. num. 229. & sequen. post Imol. Paul. de Cast. Ias. Corset. Ang. de Arim. per eum allegatos, Cagnol. in l. 2. nu. 82. C. de pact. inter empto. & vendito. Sylua. nupt. in verbo, Seni non est nubendum. fol. 65. colum. 2. in fi. secundum paruam impressionem. Alciat. in l. 1. num. 2. ff. de verborum obligat. Et hanc opinionem sequutus est Alb. de statu. in 3. parte. quæstio. 44. & in l. si per alium. ff. ne quis eum, qui in ius voca. est vi ex. & in l. lege Cornelia. ff. ad leg.
8 Corn. de fal. concludens † statuta loquentia de homicidijs locum habere in mandantibus homicidia cõmitti propter identitatem rationis, & eum sequitur Ange. de Ar... addit. ad Ang. de maleficijs, in verbo, Et... pronium Rudolphi. num. 33. prædictam doctrinam Barto. in d. l. quemadmodum refert & sequitur Lancellot. Dec. in d. l. si quis id quod. colum. 2. vers. in tex. ibi alijs mandat. dicens post Bald. & Paul. de Castro in loco per eum allegatis, quod in pœnis maleficiorum proceditur de similibus ad similia, & quod omnis lex, quæ respicit publicam vtilitatem, prout sunt leges pœnales, dicitur fauorabilis & pia, & per consequens extendenda, idem dicit Roch. de Curt. in reper. c. fin. l. colum. 47. versicu. secundus casus, char. 16. vbi dicit cõsuetudinem punientem maleficia esse fauorabilem & cõtinere fauorem publicum, seu odium rationabile, ideò extendendam: & præmissis adstipulatur Bar. in l. transigere. in fi. C. de transact. & ... Bald. & communiter Docto. Io. de Imo. in l. Gallus. §. & quid si tantum, colum. 3. vers. & hæc faciunt. ff. de liber. & posthum. Dec. in c. 1. colum. 15. in fin. de probationib. Quod in pœnalibus ex identitate rationis etiam fit extensio, imò dicit Panormit. in c. at si Clerici. num. 40. de iudi. quod eadem ratio non facit extensionem, sed facit videri tacitè cautum, & comprehensum, Crot. consil. 13. num. 34. & sequent. Socin. cons. 129. num. 5.
9 volum. 1. dicens, † quod in materia quantumcunque stricta statuta comprehendunt casum, ad quem possunt extendi lato sumpto vocabulo, subsistente eadem ratione, Alio loco suprà allegato, Rip. in d. l. si constante. num. 63. & sequen. Hyppol. in d. l. sed sciendum. colum. fina. ff. ad legem Pomp. de parricidijs. Pro hac opinione addebam communem conclusionem, quod quando à iure communi duo parificantur per modum regulæ, statutum disponens in vno habet locum in alio, vulgata l. si quis seruo persuaserit. C. de fur. & ser. corrup. Socin. in l. 1. col. 2. ff. de lega. 1. Viui. in suis commu. conclus. in verbo, Statutum alicuius. vers. quando duo per modum regulæ. at in deli...tis parificantur per modum regulæ, mandans & mandatarius. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. Carer. in d. §. circa tertium. num. 123. cum similibus: ergo statutum loquens de mandatario locum habet in mandante.

Quare putarem posse pro concordia adduci conclusionem communem, de qua per Bar.

Bar. in l. non solum. §. si mandato. num. 16. & sequent. ff. de iniur. Salyce. in l. non ideò minus. num. 4. C. de accusatio. Felin. in d. c. 1. num. 8. & sequent. de offic. delega. vbi distinguit, † quod aut ille, cui mandatur, vel persuadetur erat aliàs facturus delictum, & tũc mandans, seu persuadens non punitur pari pœna. Aut non erat facturus, prout in dubio non præsumitur. l. merito. ff. pro socio. & tunc eadem pœna puniatur, quam distinctionem sequuntur Dec. in d. l. consilij. num. 4. Cagno. num. 6. ff. de reg. iur. Carer. in sua pract. §. circa tertium. num. 163. Boer. quæst. 262. versic. sed si ex consilio. post plures per eos adductos.

Vel possumus distinguere, prout distinguit Barto. in l. 2. §. exercitum. ff. de his, qui no. infa. quòd † aut delictum, de quo agitur remaneret impunitum, si ad illud non fieret extensio statuti, & tunc fit extensio propter publicam vtilitatem, ne delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus. §. quod si quis absurde. ff. ad leg. Aquil. c. vt famæ. de sentent. excommu. aut delictum non remaneret impunitum, quia à iure communi, vel alio statuto puniretur, & tunc mitior pœna est eligenda. l. si præses. & l. interpretatione. ff. de pœnis. & Bar. refert & sequitur Curt. Iun. in l. 2. num. 70. & sequen. C. de eden. dicens, ita esse concordandam doctr. Bar. in l. quemadmodum. C. de agric. & censi. lib. 11. cum regula, quod in materia pœnali debeamus stricte procedere: & hoc etiam sentit Alex. in d. l. 1. colum. 3. versicu. sed vbi non reperitur. ff. de verbo. obligat. post Bart. in d. l. omnes populi. num. 60. sequitur Dida. lib. 1. variarum resolutio. c. 2. num. 5. versic. deinde quamuis. Præmissis stantibus, cum in casu nostro procurans falsa testimonia fieri, puniatur à iure communi pœna l. Corneliæ. de falsis. Decretum imponens pœnam corporalem falso testi, non debet extendi ad persuadentem alteri, vt falsum testimonium dicat. In casu tamẽ nostro mouebar ex ijs, quæ dicit glos. communiter approbata in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. quod statutum in casu expresso habet locum in alio casu omisso, quando statuentes, si fuissent interrogati verisimiliter idem statuissent in casu omisso, quod in expresso, † quia mens statuentium potius attenda est, quàm verba: vt latè scribit Hypp. per illam glos. iunctis alijs per eum allegatis, in l. sed sciendum. ff. ad leg. Pomp. de parricid. sed in casu decreti idem statuisset Princeps in procurante dici falsum testimonium, prout in deponente falsum, cum eadem in vtroque militet ratio: ergo idem statutum censetur, faciunt notata per Roma. cons. 105. colum. fina. & hoc probatur, quia decretum in Instrumentis, idem expressè disponit in fieri faciente falsum instrumentum, quod in ipso fabricante: ergo idem censetur dispo- 13 suisse in falsis testibus: † cum vna pars statuti per aliam intelligatur, iuxta nota. in l. qui filiabus. ff. de legat. 1. maximè vbi diuersitatis ratio vrgens assignari non potest. Sed contrarium mouent dicta ab Imol. in rub. de fide Instrument. & Ias. in l. admonendi. num. 123. & sequent. ff. de iureiuran. quod appellatione Instrumentorum in statutis pœnalibus non veniunt testes, quapropter Senatus omnibus plenè discussis sequutus est secundam opinionem, motus præsertim ea ratione, quia in rub. dicti decreti fit etiam mentio de auctoribus, quo casu vana videtur disputatio de extensione Salyc. in l. non ideò minus. num. 19. versic. ego dico latius. C. de accusatio. & condemnauit Eusebium de Eurali de Cossato inscriptum de subornatione testis falsi in pœnam decreti.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticæ personæ an teneantur collectas soluere respectu onerum militarium. & num. 4.*
2 *Consecratum domino, siue homo, siue animal, siue quid aliud sit sanctum sanctorum erit domino, & ad ius pertinet sacerdotum.*
3 *L. ad instructiones. C. de sacros. eccles. an sit correcta per authen. item nulla communitas. C. de episcopis & Cler.*
5 *Aurum ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus.*
6 *Ecclesia ad onera bellica, & reparationes, seu munitiones murorum tenetur. & num. 11.*
7 *Clerici ad collectarum solutionem compelli possunt pro expellendis deprædatoribus.*
8 *Ecclesiæ generaliter ab ijs oneribus immunes non sunt, in quibus non publica versatur vtilitas. & num. 10.*
9 *Mœnia vrbium securitatem habitantibus æqualiter præstant.*
12 *Laici ex rebus ecclesiarum, & clericorum subsidium habere debent, pro quorum custodia, & saluatione inuigilant.*
13 *Genesis caput 47. declaratur.*
14 *Psalm. 104. vers. noli tangere Christos meos. declaratur, & Christus quid significet.*
15 *Caput 7. lib. 1. Esdræ declaratur.*
16 *Clerici an ad collectas teneantur pro rata facultatum, an secundum eorum arbitrium.*
17 *Possessores prædiorum pro modo eorum tenentur.*
18 *Collecta, quæ imponitur pro oneribus patrimonialibus, & mixtis, debet imponi ad æs & libram.*
19 *Arbitrium à iure regulari debet.*
20 *Pontifex. an consulendus sit pro exactione horum onerum militarium.*
21 *Necessitas, vel periculum vbi imminet, tunc Romanus Pontifex consulendus non est.*

22 *Clerici an in negligentiam iudicum ecclesiasticorum possint auctoritate Ducis compelli ad soluendum onera, & num. 23.*

Laicus nullam videtur habere iurisdictionem in ecclesiasticos, etiam in negligentiam prælatorum. nu. cod. & seq. & num. 28. declaratur.

24 *Ecclesiæ bona inconsulto Rom. Pontifice alienari possunt, vbi belli necessitas immineat. & num. 25.*

26 *Necessitas licitum facit, quod alias illicitum foret. & num. 27. & 29.*

28 *Ecclesiæ incastellari, siue in castelli formam reduci in casum necessitatis possunt, quod alias illicitum est.*

30 *Principes seculares contra ecclesiasticas personas extraordinarie procedere possunt, compellendo eas ad solutionem collectarum.*

31 *Famulus cui dominus mercedem persoluere denegat, subtrahere pecunias, & res domini poterit impune.*

DECISIO LXVIII.

Ecclesiasticæ personæ an compelli possint ad solutionem onerum militarium, vel à bello dependentium. Et an teneantur pro modo facultatum, vel pro eorum arbitrio. Et an si recusent soluere compelli possint auctoritate Principis secularis.

CVm Anno 1554. feruente bello inter christianissimum Gallorum Regem & serenissimum Ducem Sabaudię in consilio procerum serenissimi Ducis Sabaudiæ à ciuibus Vercellensibus, post multas extraiudiciales postulationes petitum fuisset, ecclesiasticas personas compelli ad subeundum instantia onera militaria, à belloúe dependentia, producereturq; ad comprobandam vniuersitatis petitionem prudentissimi Nicolai Balbi Præsidis meritissimi, & soceris mei honorandissimi responsum infrà insertum, & contradicentib. ecclesiasticis auditi fuerint hinc inde aduocati, coactus pro Ducis Illustriss. iussibus, recusare non potui aliqua in casu proposito in medium afferre: & quamuis compertum habeam, si ad prædicti consumatissimi Iurisconsulti soceris mei responsum aliqua addere coner, me superuacuis laboraturum impendijs, ac si solem facibus certem adiuuare. c. si omnia. 6. quæst. 1. Attamen, vt maiorum votis obtemperem, veluti post disertissimum messorem spicas colligens, numine diuino prius implorato, scribam in articulis propositis, quid mihi iuri consentaneum esse videatur, omnia submittens iudicio sanctissimæ matris Ecclesiæ: & quia diuisio faciliorem, plenioremúe rei, de qua agitur, præstat scientiam, l. 1. & ibi glos. ff. de excep. doli. §. sed non vsque. Institu. de lega. glos. in §. igitur. in procem. Institu. in verbo, Partiri: ideò, vt clarius propositis quæstionibus respondeam, eas in quatuor articulos diuidam.

Primus erit, an Clerici teneantur conferre pro bonis ecclesiasticis, quæ in agro Vercellensi possident, in oneribus militaribus præsertim in reparatione mœnium & fossatis Serui. Secundus, dato quod teneãtur, pro modo facultatũ, an verò ex arbitrio Clericorum. Tertius, an in istis oneribus sit consulendus Roma. Pontifex, vel sufficiat Episcopum, seu eius vicarium requirere. Quartus, admisso quod sufficiat Episcopum, vel eius vicarium requirere, an si recusent compelli possint ecclesiastici auctoritate Ducali.

1 Quoad primum defendi posset, † ecclesiasticas personas non teneri pro bonis ecclesiasticis contribuere in collectis, quæ prætextu dictorum onerum imponuntur, quod omni iure diuino scilicet, & humano videtur comprobari, c. quanquam de censib. in 6. Diuino quidem Genelis, c. 47. relato in c. tributum. §. quamuis. 23. quæst. vltima. vbi Pharao cum tempore famis, & sic necessitatis, ministerio Ioseph vniuersam terram Aegypti emisset, eam tradidit venditoribus sub conditione, quod quinta pars fructuum Regi solueretur: & hoc factum fuit quasi in legem, absque terra sacerdotali, quæ libera absq; tali conditione fuit, cui conuenit quod scribit Dauid psalmo 104. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et habetur Esdræ lib. 1. c. 7. vbi dicitur: Vobis quoq; notum facimus de vniuersis Sacerdotibus, & Leuitis, & Cantoribus, & ianitoribus, Nathineis, & ministris domus Dei huius, vt vectigal & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. & lib. 3. c. 8. vobis autem dicitur, vt omnibus sacerdotibus, & leuitis, & sacris cantoribus, & seruis templi, & scribis templi huius, nullum tributum, nec vlla alia indictio irrogetur, neque habeat potestatem quisquam obijcere eis. Nam quamplures libertates in ædificatione Templi rex Salomon obtinuit à Deo, vt 3. Reg. c. 8. & 9. & Exodi 19. ait Deus: Mea est omnis terra, in qua disposuit, vt ecclesiæ, & sacerdotes earum essent liberi ab omni potestate secularium. & Machab. 2. c. 3. Deus noluit quod ecclesia violaretur etiam in bonis temporalibus secularium, quæ erant solum in templo deposita pro custodia: multò ergo minus in bonis clericorum & ecclesiarum, auth. multò magis. C. de sacros. eccles. Et ratio curita

2 cautum fuerit in promptu est, † quia omne, quod domino consecratur, siue homo, siue anima,

anima, siue aget, vel quid aliud sanctum sanctorum erit domino, & ad ius pertinet Sacerdotum. c. nulli liceat. 12. q. 2. & c. conuenior. 23. q. vlti. l. in tantum. §. sacræ. ff. de rer. diuis. & Instit. de rer. diuis. §. nullius. & seq. glos. 1. in d. c. tributum. vnde sequitur illud Diui Matthei. 22. reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.

Et hoc pariter iure Canonico, sacrisq; generalibus concilijs decretum legitur, videlicet Parisiensi, c. secundum Canonicam, & in c. sancitum, 23. quæst. vlt. vbi de agro ecclesiastico non cogitur presbyter censum persoluere, nec aliquam redhibitionem temporalem præstare. Item in Lateranensi concilio, c. non minus, & concilio generali, c. aduersus, de immunit. Eccles. item in Viennensi. Clem. vnica de immunit. eccles. c. 1. & c. Clericus, eod. titu. lib. 6. c. pen. & ibi glos. in verbo diuino de censibus. in 6. Abb. in cap. peruenit, & in d. c. non minus, & cons. 3. parte prima, † vbi dicit, l. ad instructiones. C. de sacros. eccles. esse correctam per authen. item nulla cõmunitas. C. de episcop. & cler. quod etiam affirmat Ruinus, cons. 3. num. 16. vol. 5. Guid. Pap. quæst. 381. quos refert, & sequitur pluribus relatis Aufr. de potestate secul. super eccles. person. in secunda regul. falle. 27. summa Angelica in verbo, Immunitas, num. 37. vers. sed dubitatur. vbi dicit hanc esse magis communem opinionem Canonistarum, quæ etiam à iure ciuili videtur adiuuari. l. placet. C. de sacros. eccles. & in auth. item nulla communitas. C. de epis. & Cler. glos. in l. fin. C. quib. munerib. nem. liceat se excus. lib. 10. & in d. l. placet. & ibi Bart. & in l. rescripto. §. fin. ff. de munerib. & honorib. & in l. vnica. C. de mulierib. & in quo loco. Dec. cons. 285. num. 4. post alios per eum relatos, Cald. cons. 2. de censibus. Petrus Antil. tract. munerum, fol. 26. & sequitur Ias. in l. placet, in 2. lectura. num. 16. C. de sacros. eccles. vbi per illam l. reprobat Bar. in l. nullus. C. de curs. publi. lib. 12. & quatenus teneatur ad aliqua, non posse compelli, nisi seruata forma c. non minus, & c. aduersus de immun. eccles. latè Ben. Capr. in suis regulis, c. 96. num. 73. & seq.

4 Sed in contrarium dicitur, † quod etiam iure diuino, Canonico, & ciuili, naturalique ratione ecclesiastici teneantur prædicta onera subire. diuino quidem, vt apud Esdram, lib. 2. c. 2. vbi Nehenias Artaxerxis Regis Persarum pincerna veniens in Hierusalem & videns murum ciuitatis dissipatum, & portas igne consumptas, dixit Iudæis, & sacerdotibus: Vos nostis afflictionem in qua sumus, quia Hierusalem deserta est, & portæ eius igne consumptæ sunt, venite, & ædificemus Hierusalem, & non simus vltra opprobrium, & c. sequent. in princ. & surrexit Eliasib magnus sacerdos, & fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt portam Regis, & c. quinto, cum clamaret populus propter famem, adiurauit Nehenias sacerdotes, iuxta quod dixerat, videlicet, ne & ipsi exigerent à populo centesimam frumenti, vini, olei, quam exigere solebant, quin potius darent, ne fame periret populus, & hoc iure Canonico approbatur c. aurum Ecclesia habet, 12. quæst. 2. vbi dicitur, † Ecclesiam habere aurum, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus, & in c. sequ. in princ. scribitur: Gloria Episcopi pauperum necessitatibus prouidere, & ignominia sacerdotis est proprijs studere diuitijs, & quod Ecclesia pro bonis suis teneatur ad onera bellica, videtur dictum in Concilio Guarmacien si, de quo in c. sancitum. versic. de ijs, 23. quæst. vlt. c. peruenit. de immun. eccles. Innoc. in d. c. non minus. num. 5. quem refert & sequitur Abbas in c. peruenit. num. 3. & seq. Gofred. in summa. colum. 2. vers. sed hoc fallit. & quoad reparationem, & munitionem murorum, glos. in d. c. non minus, in verbo, Releuandas, & ibi Innoc. num. 6 An char. cons. 96. Abb. in d. c. peruenit. Beatus Anto. in sua summa, in tertia parte, titul. 12. §. 2. Incip. de immunit. personarum, concludentes, † Ecclesiam teneri ad talia onera: & vtrunque scilicet, Ecclesiam teneri ad onera bellica, & reparationem, seu munitionem murorum, iure ciuili comprobatur. l. fina. §. patrimonium autem. versicu. ab huiusmodi. & ibi glos. ff. de munerib. & honorib. l. ad instructiones. l. iubemus nullam. l. neminem ab angarijs. C. de sacrosan. eccles. l. de ijs. C. de episcop. & cler. & in authen. de eccles. tit. §. ad hæc not. Bar. per illum text. in l. nullus. la 2. C. de cursorib. publ. lib. 12. vbi dicit nota istam legem contra Clericos, † quod propter societates, quæ veniunt in comitatu, prædando, excurrendo, & occidendo, quod possint clerici compelli ad collectas, vt contra prædictas gentes reparetur, sequitur ibi Io. de Platea, dicens, quòd etiam tenetur Ecclesia ad collectam, quæ imponitur, vt detur armigeris depopulantibus totum comitatum, vt discedant, idem tenet in l. fi. colum. 2. C. de exactorib. tribut. lib. 10. & ibi Lucas de Penna post glo. expressè dicit, † ecclesias regulariter non esse immunes in ijs oneribus, in quibus principaliter pietas, & publica versatur vtilitas, vt in necessaria refe-

ctione

ctione murorũ ciuitatis, pontium, fontium, & aliorum similium, & plenè in l.2. C. quib. muneribus non liceat se excus. lib.10. vbi latè prosequitur hanc materiam, & respondet ad c. non minus. & ad c. aduersus. de immuni. eccles. Anchar. d. cons. 96. Ias. in l. si ex toto. num.15. ff. de leg.1. Alex. cons.68. num.13. vol. 2. vbi post Pet. Cyn. Salyc. Fulg. Imol. tenet hanc opinionem esse communem, & facit mentionem etiam de reparatione fluminis.

9 † Nam mœnia conferunt, & æqualiter securitatem præstant omnibus incolentibus. l. fi. & ibi Luc. de Pen. C. de expens. lud. lib. 11. Bal. in titu. de pace constan. nu. 29. loquens in munitione murorum, Cepol. de ser. rusti. prædio. tit. de seruit. viæ. num.47. & duobus sequen. Io. de Plat. in l. fin. C. de immun. nem. conced. lib.10. Albe. in rub. de mune. & hon. num.86. & sequent. Rui. consil. 111. num. 4. vol. 5. & ne massam ab alijs compactam iterum componere videar. Hanc opinionem dicit esse communem Canonistarum, & legistarum, Rip. lib. 2. respon. c. 20. vbi relatis plurimis supremæ auctoritatis Doctoribus ponit conclusionem generalem, & veram,

10 † quòd vbicunq; tractatur directo, & principaliter de vtilitate ecclesiarũ, sicut laicorum, ecclesia tenetur contribuere, cui addo idem sentire summam Angelicam in d. verbo, Immunitas. num.37. vers. distinguo tamen. Paris. cons.25. num.74. volum.1. vbi loquitur de fortificatione ciuitatis, Guid. Pap. quæst. 7. per text. in d. l. fin. §. patrimoniorum. de muneris. & honorib. Prac. Papien. in forma libelli, in actione reali, in verbo, Iure dominij. colum. penult. versic. habes ergo. vbi ex-

11 presse dicit, † quod ecclesia tenetur ad impensas refectionis murorum ciuitatis, si reficiantur ob necessitatem, item ad expensas custodiæ ciuitatis, Iacob. de S. Georg. in inuesti. in verbo, Et promiserunt eidem domino debita seruitia. nu.27. Præuidel. de peste, in titu. de cæteris ad salu. pertinent. c.15. per d. l. vnicam. vbi in fi. dicit Aret. ita consuluisse pro ciuitate Taurini contra clerum. in l. ad institutiones. C. de sacrosan. eccles. & hoc

12 ratione naturali iustissimum est, † quod laici ex rebus ecclesiarum, & Clericorum subsidium habeant, pro quorum custodia, & saluatione inuigilant. c. de lapsis. & ibi glos. 16. quæst. 6. & facit regula. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & l. id quod. ff. de peric. & commod. rei vend. Luc. de Pen. in d. l. 2. col. 1. & latè in l. fi. col. 6. & 7. C. de exact. trib. vbi plura ad hoc facientia adducit, quæ breuitatis gratia minimè repeto. Natta, quem post hæc scripta vidi cons. 311. num. 4. Io. Cirier. de iure primogen. lib. 1. quæst. 24. col. 8. vers. secundo confirmari. latissimè Io. Mauritius in repet. l. vnica. C. de mul. & in quo loco. col. 65. & septem sequent. Bap. Villalobos in suis communib. conclus. in verbo, Ecclesia. num. 2. & 3. Alba cons. 8. num. 1.

Et tenentes hanc opinionem respondet ad contraria: & primo ad id, quod scribitur

13 Genesis, c. 47. † quia si accuratè consideremus rationem, cur conditio soluendi quintam partem fructuum non fuit imposita terræ sacerdotali, sicut prædijs aliorum, non est, eo quòd sacerdotum esset terra, sed quia ipsi sacerdotes non fuerunt compulsi propter famem vendere possessiones suas Regi, cum ipse Rex vltra possessiones datas iussisset ex publicis horreis statuta cibaria sacerdotibus præstari: ideò nimirum, si sacerdotum possessionibus nulla fuit imposita conditio, quia non peruenerũt ad Regem titulo venditionis, vel alio titulo, sed semper remanserunt apud sacerdotes, quod secus fuit in prædijs aliorum, quæ titulo emptionis peruenerunt ad Regem, inde tradita colendi sub illa conditione, quam potuit imponere, cum prædia essent Regis, & in re sua quilibet possit conditionem, quam velit imponere, vulgata l. in re mandata, cum similibus. C. mandati. Præterea ibi nihil erat conferendum per sacerdotes in communem vtilitatem ipsorum, & laicorum. Sed illa solutionis conditio partis quintæ solum respiciebat vtilitatem Regis, cui quinta pars fructuum præstabatur, & nulla ei imminebat necessitas.

Nec aduersari dicunt, quod legitur Phil. 104. versic. nolite tangere Christos meos,

14 † quia si rectè ponderetur, ibi Dauid refert factum, de quo in d. c. 47. Genesis, & illa verba, Nolite tangere, &c. nõ solum referuntur ad sacerdotes, sed ad Iacob & eius filios, & famulos, qui venerant in terram Aegypti ad Ioseph, & Pharaonem, prout dignosci apertè potest ex versiculis præcedentibus, & sequentibus. Christi enim dicuntur vncti, qui fit, vt omnis christianus, cum sit vnctus, Christus dici possit, vt significationem *huius nominis* pulchrè explicat Lactantius Firmianus lib. 4. cap. 7.

Nec mouere asserunt, c. 7. Esdræ lib. 1. cum

15 alijs similibus, † quia illa procedunt regulariter, vbi communis, vel publica necessitas non imminebat: alias secus, vt d. c. 2. & 5. lib. 2. Ita concordant opiniones Panormit. in d. c. non minus. colum. penult. & fina. relatus per summam Angelicam loco proximè citato, quibus subnecti possunt ea, quæ de necessi-

necessitate infrà vlt.arti.scripsimus d. c. non minus. & c.aduersus.de immunita.ecclesia.

Secūdus articulus ē, p̄suppositō q̄ teneātur clerici ad cōtribuēdū in dictis onerib. an teneantur pro rata, an verò ex eorum arbitrio?

16 Et † prima facie videretur dicēdū ex arbitrio d.c.nō minus. & d.c.aduersus. vbi dicitur, debere cessare oēm exactionē, sed Ep̄s & clerus debere prospicere & animaduertere, an talia subsidia sint à clericis cōferēda: & in d. c. aduersus. dicitur, q̄ laici humiliter & deuotè recipiant cū gratiarum actione, quasi à liberalitate clericorū hoc procedat: ergo pro clericorum arbitrio conferendum est.

Cōtrariū videtur tenere gl. in d.c.nō minus. in verbo, Releuandas, dicens, q̄ clerici conferre debent, sicut & alij possessores, †

17 sed alij possessores tenentur, p̄ modo prædiorū vniuscuiusq̄, l. rescripto. §. fin. l. numerū. §. patrimonij. ff. de mun. & hon. l. oēs. la 2. C. de ope. pub. & l. fi. C. de immu. nem. cōceden. cū similibus. Guid. Pa. cons. 7. nu. 3. ergo pariter pro modo p̄diorum tenētur clerici, vt ęquiparatorū eadem sit dispositio: ita tenent Ancha. c. 1. de immu. eccl. li. 6. Pari. d. cō. 25. nu. 74. volu. 1. Et pro hac opinione videtur facere tex. in d.c. sancitum. de censib. vbi exceptis, agro māso, hortis, & ædificijs adhērētibus ecclesiæ, pro alijs p̄dijs clerici tenentur ad seruitia debita: his additipulatur tex. l. b. 1. Esdræ, c. 2. in fi. vbi secūdū vires suas dederūt impensas operis, & rōni cōgruit, quia cum talia onera imponātur rōne prædiorū: ergo eorū haberi debet ratio: & ita tenuit Luc. de Pen. in d. l. 2. C. de quib. mun. nem. lic. se excus. lib. 11. col. 2. in prin. Rip. d. resp. 20. nu. 6. & in l. si se non

18 obtulit. ff. de re iud. col. 3. vbi dicit, † quòd collecta, q̄ imponitur, p̄ rebus patrimonialibus, & mixtis, debet imponi ad ęs & librā. sequitur Paris. in d. cons. 25. nu. 74. volu. 1. & est de mente sūmæ Ange. in d. verbo, Immunitas. nu. 26. circa fi. dū allegat tex in l. aufertur. §. si scus. ff. de iu. fi. Anch. cons. 260. & d. cons. 96. quē sequitur Preuid. in d.c. 15. & dñs meus in 2. art. Non obstat c. nō minus. & c. aduersus. quia ibi nō relinquitur arbitrio, seu iudicio Ep̄i & clerici, quāta subsidia sint cōferenda, sed solū an casus cōferendi subsidia euenerit, vtputa p̄p̄ necessitatem, vel vtilitatē cōem, quibus casibus debēt cōferre sponte, & non expectare, quòd compelliantur per iudicem ecclesiasticū, quatenus recusent contribuere, Abb. in d.c. non minus. colum. fina. Et dato, q̄ relinqueretur modus soluēdi clericorū ar-

19 bitrio. † Attamen arbitriū cēsetur cōcessū, ita q̄ à iure reguletur, Bar. in Extrauagan. ad reprimēdum, in verbo, Videbitur. sed de iure talia onera soluūtur pro modo p̄diorū, vt suprà, pbauimus; ergo tale esse debet arbitriū.

20 Quoad tertiū articulū. † An consulendus sit Ro. Pont. an sufficiat Lp̄um, seu eius Vicariū regere, licet plura possem pro vtraq̄ parte in mediū adducere, attamē nūc cōtentus ero distinctione dūtaxat Abb. in d.c. nō minus. colu. pe. in ver. putarē. & col. vlt. ver.

21 puto. vbi concludit, † q̄ qñ imminet necessitas, & periculū est in mora, facultatesq̄ laicorum notoriè nō suppetūt, prout est in casu nostro, nō est cōsulendus Ro. Pon. Et sic locum nō habet d.c. non minus. & c. aduersus. & distinctionē Abb. refert & sequitur sūma Ang. in d. verbo, Immunitas. nu. 37. Luc. de Pen. in d. l. 2. colum. 3. vbi plura multum ad hoc vrgentia adducit, & dñus meus, d. cons. in fi. secūdi art. Et ratio secundum prædictos Docto. est, quia dicta onera æquè respiciunt principaliter & directo communem vtilitatem clericorum, & laicorum, quo casu non habet locum d.c. aduersus.

22 Supereſt vltimus articulus † an Episcopo seu Vicario recusante aut differente cōpellere clericos ad cōtribuēdum in dictis oneribus possint compelli auctoritate Principis secularis? Et prima facie videretur dicendū, nullomodo cogi posse, d. c. clericis. & c. decernimus. de iudic. Natta d. cons. 311. num. 4. versic. dicit tamen Anch. cum sim. ita videntur concludere cōiter Docto. suprà allegati, adducentes rōnem, quia laicus nullum penitus videtur habere iurisdictionem in ecclesiasticas personas, etiam in negligentiam Prælatorum, c. qualiter. de iudicijs.

23 In † cōtrarium videntur vrgere copiosè dicta per dominū meum in prædicto consi. in artic. vlt. quibus addo tex. in argumentū. in c. filijs. 16. q. 7. & ibi glo. & in auth. de eccle. rer. immo. alie. §. sancimus. per quem ita no. Luc. de Pen. in d. l. fi. col. fi. C. de exac. tribu. Quare in hoc articulo defendi potest, quòd vbi instat magna necessitas respiciens ęquè principaliter vtilitatē clericorū, sicut laicorū, prout in casu nostro, si requisitus clerus & iudex ecclesiasticus differāt subire onera, ad q̄ de iure tenētur, periculūq̄ sit in mora potērūt auctoritate superioris laici fructus p̄diorū, & alia bona tp̄alia clericorū capere pro rata bonorū & onerū, ad q̄ Ecclesia tenetur,

24 Et † hęc op. vltra allegata p̄ D. meū, d. cō. probatur ex eo q̄ legitur de Dauid, 1. Reg. c. 21. relato à diuo Matth. c. 12. qui non habens panes laicos, comedit panes propositionis, quos nisi solis Sacerdotibus licebat comedere. Item legimus libr. 3. Regum. c. 15. vbi Asa Rex Iudæ, vt se defenderet à Baasa Re-

sa Rege Israel, qui venerat in Iudæam, tulit omne aurum, & argentum, quod remanserat in thesauris domus Dei, & lib.4. c.12. Ioas Rex Iudæ tulit omnia sanctificata, quę cõsecrauerant Iosaphat & Oram & Ochozias fratres eius Reges Iuda, & quæ ipse tulerat, & vniuersum aurum, quod inueniri potuit in thesauris templi domini, & in palatio Regis, misitq; Hazachi Regi Syriæ, & recessit à Hierusalem, & libro 4. c. 16. cum Rex Israel, & Rex Syriæ obsiderent Achaz Regem Iudæ, misit Achaz nuncios ad Regem Assyriorum, vt eum saluum facerent de manu Regũ Israel, & Syrię, & collegit Achaz omne aurum, & argentum, quod inueniri potuit in templo Domini, & idem legitur eodem libro quarto Regum. c.18. de Ezechia Rege Iuda, qui obsessus à Rege Assyriorum, accepit omne argentum, quod repertum fuerat in domo Domini, & dedit Regi Assyriorũ, vt liberaret ciuitates Iuda quas acceperat. & ijs concordat doctrina Cyni in l. neminem. C. de sacrosan. eccles. quam refert & sequitur Afflict. in titu. quæ sint Regal. numero 78.

25 † quòd Rex inconsulto Romano Pontifice potest tempore necessitatis, puta quia habet bellum, capere calices & **cruces**, nec non alia bona Ecclesiæ pro subuen**tione**, dummodo tempore pacis resarciat: & **facit**, quod scribit Martin. Laud. tract. de Prin**cipe**. numer. 38. post Cynum in auth. hoc Ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. quod donata à Principe Ecclesiæ cum pacto, quod non possint alienari, possunt tamẽ in casu necessitatis à Prin-

26 cipe distrahi. Nam † necessitas facit licitum, quod aliàs esset illicitum, c. quod est illicitũ. de regu. iuris. non enim subijcitur legi necessitas, c. sicut. de consecratione. distinct. 1. l. vnic. & ibi gl. in verbo, Expedire. ff. de offi. consul. Alber. latè in suo Dictionario, in verbo, Necessitas: & in proposito nostro faciũt notata per Ias. d. l. si ex toto. nu. 18. de lega. 1. & cumulata per Felin. in c. cum accessissent.

27 no. 20. & 21. de constitutioni. † vbi propter necessitatẽ possunt actus expediri sine consensu eius, qui aliàs deberet requiri, Ias. in l. principalibus. colu. 2. & 3. ff. si cer. pet. & plura congerit idem Feli. in c. querelam. nu. 11.

28 & 12. de iureiur. vbi dicit, † quòd licet prohibitum sit, Ecclesias incastellari, c. sanctorum 10. q. 1. attamen in casu necessitatis possunt milites in eis incastellari, & licitum est laico baptizare, & ei confiteri permissum est, & Imperatori congregare Concilium data negligentia Prælatorum, possuntq; res ecclesiæ, vbi instat necessitas, alienari inconsulto Roman. Pontifice, vt latè concludit Petrus Geard. singu. vltimo, vbi multa de necessitate: & sic spiritualia possunt à laico tractari: ego multò magis tẽporalia, dũmodo omnia non ad æmulationem, sed modestè & æqui fiant: & plura de necessitate cumulat Tira. de retractat. §. 1. glo. 9. nu. 32. & latiùs §. 26. 1. num. 18. & plurib. seq. & in tractat. de pos. causa. 33. per totam. Chassa. in consuetud. Burgon. rub. 1. §. 5. in verbo, s'il n'a grace. nu. 15. & plurib. seq. Io. de Anibalis, in l. nemo potest. nu. 51. de leg. 1. facit tex. in l. vt gradi-

29 tim. §. 1. ff. de munerib. & honorib. † vbi necessitas legi præiudicat concord. l. æstimationẽ, in fi. de muner. & hono.

30 Non obstat † c. decernimus. & c. qualiter, de iudicijs. quia procedunt, vbi Princeps vellet ordinariè & iudicialiter procedere, nos autem sumus in casu, in quo imminet necessitas, periculumq; est in mora, nec sine incõmodo summus Pontifex aditi posset, & spes non est à Iudice ecclesiastico per viam Iuris, ecclesiasticas personas ad subeunda onera cõpelli, quo casu Princeps per modũ extraordinariæ prouisionis prouidere põt. Affl. decis. 85. nu. 2. & decis. 24. & non solum Princeps, sed & vniuersitas vel alius, cui tenentur clerici cõferre, posset sibijpsi satisfacere capiẽdo de bõis & fructib. clericorũ, c. argu. eorũ q̃ no. Fel. c. pe. in 1. no. de homic. Neuiz. in syl. nup. lib. 3. in pri. nu. 420. Rip. latè in c. 1. nu. 89. ver. tertius casus, vsq; in finẽ. de iudi. quib. cõue-

31 nit id, quod scribit Grammat. cõs. 50. nu. 4. & 5. de famulo † cui dñus non vult mercedem debitam soluere, vt possit subtrahere depecunia & rebus Dñi, ex quibus possit sibi satisfieri: alludit tex. in c. si in tit. de milit. vasallo, qui contumax est. Concluſum igitur fuit in oneribus prædictis, Ecclesiasticos tenere contribuere, pro modo facultatũ, non esse q̃ necessarium, cum necessitas instans est, & non aliter consulere Roma. Pontif. sed suffre cere, si Episcopus vel alius Iudex ecclesiasticus requiratur. Et si ecclesiasticus clericos cõpellere recusет, posse auctoritate præsertim Principis capi fructus prædiorum ecclesiasticorum pro concurrenti quantitate onerũ, p̃uio semper in omnibus temperamento & moderamine. Et in hanc sentẽtiam conuẽtus Procerũ, inter quos interuenerunt nonnulli Reuerendiss. Pręsules, scilicet Eps Terracensis nuncius Apostolicus, & Eps Astensis, alijq; plures p̃lati, transiuit. Verùm vt omnia ex bono & æquo procederent, actum fuit inter partes, vt ecclesiastici Vercellenses mensuatim pro oneribus bellicis, ingruẽte bello, aureos 300. vniuersitati conferrent, à qua solutione cessarent statim bello cessante.

CON-

CONSILIVM PRVDENTISSIMI IVRISCONSVLTI NICOLAI BALBI PRAESIDIS, IN PRAECIDENTI DECISIONE RELATVM.

SVMMARIVM.

1 Ecclesia immunis ab omnibus collectis, quæ imponuntur ratione occurrentium onerum esse censetur. & nu. 2. ampliatur.

2 Ecclesiasticæ personæ iurisdictioni, & potestati laicorũ non subijciuntur: quod idẽ in bonis locũ habet. nu. 4.

3 Ecclesia pro oneribus bellicis, & à bello dependentibus tenetur.

6 Clerici cum laicis contribuere tenentur, vbi agitur de mixta vtilitate clericorum, & laicorum, quod ampliatur nu. 7.

8 Immunitas generalis concessa clericis, onera insolita non comprehendit, & nu. 9 ampliatur.

10 Onere duplici nemo grauari debet.

11 Effectus proportionari debet suæ causæ.

12 In taxatione summæ, pro qua monasterium contribuere debet, an deducenda sint onera ecclesiasticis personis imposita & nu. 13.

14 Reditus ecclesiæ principaliter clericis assignantur, vt honestè viuere possint.

15 Reditus ecclesiæ non dicuntur, nisi qui deductis oneribus supersunt.

16 Onus, vbi imponitur habito respectu ad reditus, tunc limitari, & regulari debebit, habita ratione ipsorum reddituum.

17 Possidens bona in territorio alicuius loci, illa de iure pro fiteri, & consignare debet. & nu. 18. ampliatur.

19 Immunitas tanquam odiosa, & exorbitans à regulis iuris, strictè est intelligenda.

20 Cathastra ad quem effectum introducta sint, & nu. 23.

21 Ecclesia immunis à collectis soluendis, est etiam immunis à consignandis bonis.

22 Prohibito aliquo, censetur etiam id prohibitum, per quod deuenitur ad illud.

23 Per æstimũ quasi contrahitur. & obligatio inducitur.

24 Æstimata res, si peruenit ad ecclesiam, debebit instante prælato à cathastro deponi.

25 Casus singulares in consideratione habendi non sunt, nec trahendi in consequentiam.

26 Descriptio bonorum facilè conceditur, cum nemini præiudicium afferat.

27 In dubio illa via assumenda est, per quam vtriq; parti consultum sit.

28 Tutor liberatus per testatorem à confectione inuentarij, nihilominus simplicem bonorum pupillarium descriptionem facere tenetur.

29 Ab ecclesijs in casibus, in quibus ad onerum solutionem tenentur, etiam inconsulto Romano pontifice iudex laicus contributionem exigere poterit.

30 Vbi periculum est in mora, & res celeritatem exigit, receditur à regulis iuris communis.

31 Leges transgredi ex magna causa, & vt periculis obuietur licet.

32 In exorbitantibus & extraordinarijs ordinem non seruare, ordo est.

33 Ex duobus malis minus est eligendum.

34 Clerici tanquam suspecti remoueri possent, vbicunque ad contributionem onerum faciendam se intromittere vellent.

35 Principes seculares possunt ecclesiasticos ad aliquam solutionem onerum compellere causatiuè, licet non precisè, & duobus seq.

38 Per indirectum multa fieri conceduntur, quæ directo prohibentur.

39 Consuetudo dato quòd iniqua sit, iuncta tamen cum tolerantia & patientia superioris sustinetur, & nu. 40.

41 Auctoritate propria sibijsi ius dicere licet, etiam bona furtiuè diripiendo, vbicunq; officiales negligentes in iustitia administranda sunt.

NVper exorta quadam extraiudicialis controuersia inter magnificos dominos Deputatos ab vniuersitate seu Decurionibus huius inclitæ ciuitatis Vercellarum petentes ex vna, & venerandum Monasterium S. Andreæ eiusdem ciuitatis, seu pro ea agentes, & se opponentes ex altera, super articulis infrà scriptis, eaq; sũmariè decisioni meæ remissa ab vtraq; parte, succinctè & concluſiuè in ijs votum meum depromam, & quid iuris esse sentiam, sigillatim explicabo.

Primus, inquam, articulus est, an Monasterium prædictum teneatur pro iugeribus decẽ & septem nouiter per ipsum acquisitis in agro Vercellensi munera subire, seu contribuere cum ipsa vniuersitate, seu in omnibus oneribus occurrentibus saltem realibus, vel realium naturam obtinentibus.

Secundus, an saltem contribuere teneatur in oneribus bellicis, seu à bello dependentibus.

Tertius, an releuetur Monasterium ex eo, quòd soluat vel soluere consueuerit certam quotã pro rata bonorum, q̃ possidet in territorio vel districtu dictæ ciuitatis, maximè cum monasterium ipsum distraxerit nonnulla alia prædia in eodem agro consistentia longe maioris quantitatis, & valoris, quam sint iugera decem & septem prædicta, & illorum emptores pro ipsis distractis cum eadem vniuersitate contribuant, & nihilominus monasterium integram quotam, de qua supra, ciuitati persoluat, vti præsupponitur.

Quartus, an in casibus, in quibus monasterium deberet cum ciuitate contribuere, deducenda sint ei onera decimarum, & aliorum onerum, quæ ipsi monasterio per sedem Apostolicam indicuntur.

Quintus, an saltem teneatur ipsa iugera decem & septem per simplicem descriptionem profiteri extra illud publicum cathastrum.

Sextus, præsuppositò quòd monasterium ad præmissa, vel ad eorum aliqua teneatur, an auctoritate Illustrissimi D.D. nostri Ducis, & sic Principis laici, vel eius officialium ad ea possit astringi monasterium prædictum.

Quod ad primum articulum attinet, habeo pro constanti, monasterium prędictũ regulariter non teneri cum laicis contribuere in collectis, quæ imponuntur pro oneribus
1 occurentibus, † cum ab ijs ecclesia sit immunis omni iure, scilicet diuino, canonico, & ciuili. Diuino quidem, vt patet Gene. ca. 47. vbi Regib. quinta pars soluitur, & factum est quasi in legem, absq; terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Et Esdræ caput 7. Vobis autem notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, & nathineis, ministris domus Dei, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. patet etiam ex eo, quod habetur in c. conuenior. 23. q. vlt. & c. tributum. §. quamuis. eadem quæstio. c. non minus. & c. aduersus. de immunit. eccle. & c. 1. & c. clericis laicos. eod. titu. libro sexto. & clem. 1. eod. titu. de immun. eccl. c. quanquam pædagiorum. cum ibi notatis de censib. in 6. Iure verò ciuili perspicuum est ex vulgata l. placet. C. de sacrosan. eccle. & in authen. item nulla communitas. C. de episcopo. & cler. & in constitu. Federici Imperatoris, posita in titu. de pace iuramen. firman. §. illicitas, ex qua desumpta fuit illa authen. & in §. ad hoc sancimus. in authen. de eccle. titu. quæ iura refert formaliter Abb. in c. 2. colum. 2. in fin. de immun. eccle. ex quo
2 † procedit hæc regula nedum in muneribus personalibus, sed etiam in realibus & mixtis, cum iura prædicta de omni specie munerum loquantur, vt facilè persipici potest: & ratio est, quia siue attendantur personæ ecclesiasticæ, siue res & bona ipsius ecclesiæ, semper & vbiq; militat ratio prohibitiua,
3 ne ecclesiastici à laicis collectentur: † nam tales personæ procul dubio iurisdictioni & potestati laicorum non subijciuntur, c. ecclesia S. Mariæ. de constitutio. & c. decernimus. de iudic. cum similib. ideo non potest eis imponi collecta, l. rescripto. §. fina. & ibi Bartol. nota. ff. de munerib. & honorib. & idem Bartol. in allegata l. placet. & alibi sæpe, Gemin. in consil. 116. quia prædicti. colum. 2. Alexandr. consil. 68. & visa. colum. 2. volum. 2. & consil. 52. visis ijs. in princip. in 5. parte. & sequuntur alij plerique relati per Dec. consi. 285. colum. 2. versic. secundò principaliter. Rip. lib. 2. respon. cap. 20. post Abb. & posteriores scribentes in c. ecclesia S. Ma-
4 riæ. de constitutio. † Si verò attendantur res & bona ecclesiæ, clarum est laicos de illa nihil disponere posse. Sunt enim Deo dicata, & ideo non debent prophanis vsibus applicari, c. 3. de rerum permutatio. & c. seri Deo, de regu. iur. libr. 6. Nam quæ bona mel effecta sunt ecclesię, sancta sanctorum erunt Domino, & quicunque vim in eis infert, sacrilegium committit, c. nulli liceat. & c. quicunque. cum sequen. 12. quæstio. 2. & c. conquestus. cum ibi notatis. de foro compe. regulariter tamen ideo dixi supra in principio, quia in plerisq; casibus etiam ecclesia non est immunis: & ita intelligendam esse hanc conclusionem, dicit Ab. in d. c. 2. nume. 10. versi. nota hanc conclusionem. de immunita. eccle. inter cæteros autem casus is est præcipuus, quem sequenti articulo tractabimus.

Circa secundum articulum clarum esse arbitror, quòd speciale sit, & contra regu-
5 lam prædictam, † quòd ecclesia teneatur pro bonis, quæ possidet, contribuere in oneribus bellicis, vel à bello dependentibus, pro quibus imminet magna necessitas, pro patriæ defensione, vt Abb. concludit in d. c. 2. colum. 2. versicu. vnde pro concordantia. & in c. non minus. colum. 3. in fine. & sequen. post alios scribentes ibi, maximè Petr. de Anchar. dicentem posse dari generalem doctrinam, † quòd vbi tractatur de generali
6 vtilitate ecclesiasticorum & laicorum, simul & mixtim clerici tenentur cum laicis contribuere, & istud Abbas comprobat multipliciter, maximè ex notatis per Bart. in l. nullus. C. de cursor. pub. lib. 12. Idemq; tenuit Iaf. & Parpa. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. & Ripp. in tracta. de peste. char. 26. & ita consuluit Bal. consil. 246. antiqua quærela laicorum. & consil. 312. si de iure communi, in 3. parte, cum alijs adductis per dictum Rippam, lib. 2. respons. c. 20. colu. 2. vbi inter cæteros refert Guid. Pap. quæst. 28. an ecclesia & c. dicens ita fuisse determinatum, & obseruatum vigente bello inter Delphinũ & Sabaudię Ducem, & istam conclusionem affirmat etiam idẽ Rip. in l. 4. in prin. nu. 31. ff. de re iud. Cur. Iun. consi. 61. ac Bellam. cõsi. 75. consules ciuitatis, & consilijs duobus sequen. pluresq; alias & infinitas pene Doctorum auctoritates congesserunt Modernio. in tract. de charitatiuo subsidio. car. 182. vers. decimonono nò fallit. & plurib. char. seq. ideo aliter in hoc non insistã, cũ corũ scripta facilè videri possint, qui licet nixi fuerint cũcta referre, materiãq; istã pfectè & ordinatè tractare,

tractare, scilicet, qualiter & quando teneantur clerici cum laicis munera subire, quamplura tñ prætermiserunt, nec singulos casus rectè distinxerunt, quinimo potius aliquos conculcarunt, ita vt nonnihil confusionis ex eorum dictis resultet. Vnde cum in casu isto agatur de oneribus causatis, & quæ indies causantur à bello in hac patria vigẽte, & pro sustentandis militibus Cæsareis ad hostes propulsandos, & pro defensione patriæ, & bonorum in ea consistentium, tam laicorũ, quàm ecclesiasticorum, quæ iugiter tentant hostes prædicti vsurpare, sibijplisq; subijcere, vtique dicendum est, in ijs oneribus monasterium prædictum contribuere debere cum hac ciuitate pro bonis, quæ in eius territorio possidet, & consequenter pro decem
7 & septem iugeribus supra scriptis. Eò † autem magis procedit ista conclusio, quia huiusmodi munera absoluta Principis, imò Cæsaris auctoritate indicuntur, cui necessariò parendum est, nec resisti potest, vt Bald. ait in consi. 112. quæritur in prima parte. Eò quoque magis, † quia sunt onera insolita, quæ in
8 generali immunitate concessa ecclesijs non cẽsentur comprehensa, iuxta nota. per Dyn. & posteriores scribentes, in l. si ex toto. ff. de lega. 1. & regulam l. fistulas. §. frumenta. cum glo. ff. de contrahen. emp. ac Bart. & Docto. in d. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. atque etiam quia notorium est, dicta munera bellica, de quib. tractatur, esse admodũ grauia, & assidua, & laicorum facultates tam sic exhaustas fore, vt nequeant vlteriùs suppetere, quibus attentis, non modò iuridicum, sed & pium esse arbitror, quòd in ijs oneribus ecclesiastici laicis suppetias ferant, † hocq; permittunt canones isto casu
9 liberè fieri, etiam inconsulto Romano Pontifice, vt patet in d. c. non minus. & in c. aduersus. versicul. verùm si quando. de immunit. eccle. & plenius infrà dicetur in vltimo articulo.

Tertio articulo, cum nullam præ se ferat difficultatem, breuem accomodo responsionem, videlicet, quod quotiescunque monasterium prædictum contribuit cum ciuitate ad rationem certæ quotæ inter eos, vt præsumitur conclusum, pro omnibus bonis ab ipso monasterio possessis in dicto territorio Vercellensi, non debebit aliam facere cõtributionem particularem pro dictis decem & septem iugeribus: quia in solutione dictę quotæ continetur etiam solutio illorũ
10 iugerum, l. in eo. & l. in toto. ff. de regu. iur. † alioquin pro eademmet causa bina fieret exactio contra regu. l. bona fides non patitur. ff. eodem titu. sicq; monasterium duplici onere grauaretur eodem respectu, quod esse non debet, vt specialiter in exactione publicorum munerum probatur ex tex. cũ glo. in l. honorem. ff. de munerib. & honori. not. etiam glos. in l. 1. in verbo, Possident. & ibi Bar. colu. 5. C. de mulierib. & in quo loco. lib. 10. ac Pau. de Cast. in l. nauis. §. fina. ff. ad leg. Rhod. de iactu. in 2. col. Semel enim decimatus vlteriùs decimari non debet, vt inquit canon.

Nec refert, an monasterium specialiter soluerit pro illis iugeribus, vel vniuersaliter pro omnibus bonis, quia quomodolibet debitor satisfaciat, plenè liberatur, l. si creditor. ff. de solutio. Et hoc maximè procedit, quia ciuitas percipit etiam contributiones ab illis, in quos monasterium alia bona distraxerit, vt præsupponitur in articulo, adeò quòd quota prædicta esset excessiua in præiudicij monasterij, nec ad eam integraliter persoluendam monasterium teneretur, sed solũ pro rata bonorum, quę nunc possidet, iuxta nota. per Pau. de Castr. in d. l. nauis. §. fina. &
11 † quia effectus debet proportionari suæ causæ, vt Bald. scribit in rub. ff. de rerum diuis. in fine.

Quartus articulus non videtur etiam dubium continere. Ideo in eo concludo, † quòd
12 in taxatione summæ, pro qua monasterium cõtribuere debet pro bonis suis in oneribus prædictis, detrahenda sunt imprimis omnia necessaria ad sustentationem, & alimentationem religiosorum dicti monasterij in eo deseruientium, & consequenter omnia oportuna ad illorum congruum victum, & vestitum. Deinde alia onera, quibus ipsa bona subijciuntur, maximè per sedem apostolicam imposita, vt est tex. in c. 2. §. vbi autem.
13 de decimis. libr. 6. dicitur enim ibi, † quòd quando contingit ecclesiasticorum rectoribus aliquod onus imponi, debet eis tantum de illorum prouentibus relinqui, quod exinde valeant competentem sustentationem habere, & quæcunque onera debita supportare. & ibi glo. in verbo, Onera exemplificat in oneribus apostolicis, & ijs similibus, vt etiam iam decisum erat per c. 1. de præbend. eodem libr. Et hac etiam ratione probantur: nam quoad necessaria pro sustentatione personarum dicti monasterij,
14 ratio est, † quia reditus ecclesiastici principaliter assignantur à iure clericis, vt ex ipsis honestè viuere possint, c. cum ab omni. de vita & honestate clerico. quod Abb. in quinto notabili, dicit esse pulchrum, subdens ad hoc, quod licet ecclesiastici debeant

reditus ecclesiæ pauperibus erogare, quorum esse censentur, c.fin.15.q.1. & in ecclesiarum reparationem, ac alia pia opera conuertere, c. de ijs. de eccles. ædifi. tamen intelliguntr ista iura deductis prius necessarijs ad eorum honestum victum: debent enim, inquit, ipsi primò viuere: & idem dicit in d.c. de ijs. facit regula l. præses. C. de seruit. & aqua. quod prima charitas & c. & illud Pauli ad Corinthios, 9. qui seruiunt altari, & c. relatum in c. cum secundum. & c. extirpandæ. in fi. de præben.

Quo verò ad alia onera prompta etiam
15 se ratio offert, † quia reditus ecclesiæ non dicuntur, nisi qui deductis oneribus supersunt, l. fructus. ff. solu. matrim. l. si quis argentum. §. 1. vbi Ange. 1. notab. C. de donatio. l. cohæredibus. ff. fam. hercis. ac alibi sæpe, vt Felin. refert in c. ad aures. colum. 8. vers. duodecima conclusio, de Rescrip. & vltra eum hoc etiam concludit idem Bal. in l. sed si hoc. §. quidam. ff. de condi. & demonstr. dicens, quod tantum debent æstimari reditus ecclesiæ, quantum valent deductis oneribus, quem sequitur, lateq; comprobat Dec. consi. 156. statutum cathedralis ecclesiæ Placentinæ, vbi consuluit, quod si noui canonici tenentur ex forma statuti dare capitulo medietatem fructuum præbendarum suarum duobus primis annis, si aliquis obtinuit nouiter à Papa canonicatum cum onere soluendi alteri certam pensionem, non tenebitur dare capitulo medietatem omnium redituum suæ prębendę absolutè, sed solum medietatem eius, quod supererit deducta pensione: confert præmissis, quod notat Abb. in c. quando. in vltimo nota. de censib. colli-
16 gens ex illo notabili, † quòd vbi onus imponitur habito respectu ad reditus, debet illud onus regulari, & limitari, secundum quantitatem redituum. Et illis auctis, vel diminutis, augeri vel diminui respectiuè debent: sequitur, & multipliciter respondet idem Dec. cons. 335. viso consilio, col. 1.

In quinto articulo congruit aliqualiter insistere: tum quia recipit in se quandam sollicitam dubitationem, vt in simili dicitur in §. si verò indignum, circa medium. in auth. de tabel. col. 4. tum etiam, quia in eo vidi plerunque fieri controuersiam, quam propterea nunc dirimere constitui. Vnde videtur prima consideratione dicendum monasterium prędictum iure teneri cathastrare, seu profiteri in publico cathastro ciuitatis prædia, quæ possidet in eius territorio, pluribus rationibus, & maximè infrà scriptis, quæ magis vrgere videntur. Prima quidem

17 † quia regulariter quilibet possidens bona in territorio alicuius loci tenetur illa de iure profiteri, & consignare in cathastro publico ipsius loci, l. forma. in princ. cum glos. & §. penulti. ff. de censib. l. fina. C. sine cen. reliq. & l. omnes. la 1. & 2. C. de annon. lib. 10. & huic regulę adstipulatur illud Euangelij Luc. 2. Exijt ædictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, & ibat omnes, vt profiterentur, singuli in sua ciuitate, & relatum in l. 1. in gl. 1. vers. descriptionem. C. de apoc. pub. lib. 10. confert etiam glos. in rub procem. Instit. in gloss. 2. in verbo, Imperator. & in l. quod Principis. in verbo, Con-
18 stituerunt. ff. de aq. plu. arc. Secunda, † quia ista regula procedere videtur etiam in ijs, qui de iure communi, vel aliter sunt exemptis muneribus subeundis, vel soluendis, quoniam exemptus à soluendo non censetur liberatus à consignando, & profitendo bona, l. si publicanus. §. 1. ff. de publica. & l. fin. §. diuus.
19 eo. titu. vbi Barto. notat. Est † enim immunitas odiosa tanquam exorbitans à regulis iuris communis: & ideo strictè intelligenda, c. cum capella. & c. sanè. de priuileg. Alex. consi. 123. circa primum dubium. colum. 2. in principio. in 5. parte. inferens propterea, quod concessio immunitatis facta, quoad quid, non debet ad aliud protrahi: & idem concludit Pau. de Castr. in l. maritum. ff. solu. matrim. cum alijs adductis per Rip. lib. 2. respons. 26. nu. 19.

Tertia, quia licet ecclesiastici regulariter à solutione collectarum sint immunes, vt primo articulo conclusum est, nihilominus illud passim non procedit, sed plerunq; fallit, vt in collectis, quæ propter bellum indicuntur, vt in secundo articulo dixi, & alijs quampluribus casibus, quos longum esset percurrere. Vnde non videntur ipsi ecclesiastici excusari posse à cathastrandis eorum bonis saltem, vt cognosci possit aduenientibus dictis casibus, pro quanto contribuere
20 debeant. Ad hunc † enim effectum fit cathastrum, & est causa eius finalis, vt Bald. ad Ange. tradunt, in auth. sed periculum. colum. 2. C. sine censu vel reliqui. & d. l. etiam. colum. fina. C. de executio. rei iudica. ac alibi sæpe.

His tamen non obstantibus contrariam sententiam de iure veriorem & probabiliorem esse arbitror, pro qua solidum est il-
21 lud fundamentum, † quòd cum ecclesia sit immunis à collectis soluendis priuilegio à iure concesso, vt prædictum est, vtique censetur etiam immunis à consignandis, vel profitendis bonis suis, quia talis immunitas

est

est certa, & vnicuique manifesta, & tunc sicut non tenetur ecclesia pro bonis eius collectas soluere, ita nec tenetur illa profiteri, seu consignare, vel cathastrare, secundum doctrinam Barto. in dicta l. fin. §. diuus. ff. de publicanis. per text. in l. fina. §. quoties. eodem titu.

Præterea generaliter concluditur, quod omnis exemptus à soluendo vectigal, collectas, & huiusmodi, censetur etiam exemptus à consignando, vt Castren. probat cons. 317. viso & examinato puncto. colum. 2. verlicu. tertia causa, in prima parte, maximè per reg.
22 l. oratio. de sponsalib. † quando aliquid prohibetur, censetur etiam prohibitum antecedens, per quod peruenitur ad illud. facit l. codicillis. §. matre. cum alijs nota. per Bar. ff. de lega. 2. & quod Bal. scribit in c. nam concupiscentium. in fi. de constitu. dicens, quod prohibitum in termino, censetur etiam prohibitum in via.

Tertiò pro hac conclusione vrget ratio,
23 † quod causa finalis consignationis bonorũ in cathastro publico est, vt soluantur collectæ, vt Bald. tradit in d. l. etiam. col. fin. C. de execut. rei iud. & in l. 1. col. 5. C. de sent. quæ pro eo quod interest, & alibi sæpe. nam per cathastrationem quasi contrahitur, & inducitur obligatio personalis, & realis, Bald. in l. si pater. C. de act. empti. & in l. 1. §. quod si nemo. col. penult. vers. super quarto. ff. quod cuiusq; vniuersi. nomine. idemq; sentit Bar. in l. incola. 2. quæst. ff. ad municip. & in l. 1. C. de apochis pub. lib. 10. & ideò monet Angel. in l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appellandum sit, vt sit quis cautus, ne patiatur bona sua cathastrari, quia per hoc astringeretur ad solutionem onerum, & collectarum. Sequitur Alexan. cons. 101. visis Instrumentis. col. pen. primo volum. & cons. & 130. col. 3. in secunda parte, refert & comprobat Ias. in l. fin. col. vlt. ff. de constit. princip. & cons. 83. dicta prædia, vol. 3.

Quartò, conclusio ista probatur ex ijs, quę Bart. dixit cons. 180. si aliqua possessio: con-
24 cludens † quod si res cathastrata peruenit ad ecclesiam, debebit instante Prelato à cathastro deleri, cum ecclesia sit immunis à collectis. sequitur Paul. de Castro in l. 1. col. fin. C. de episcop. & Clericis. & Felin. in c. ecclesia S. Mariæ. col. 29. vers. 2. nota. de constitutionibus: ergo sicut ratione dictæ immunitatis, cathastrum iam factum deberet aboleri, multò fortius impeditur de nouo fieri. auth. multò magis. C. de sacrosan. eccles. & l. patre furioso, cum ibi not. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. c. iuuenis. de sponsalibus.

Nec his refragantur superius in oppositum adducta. Nam primum argumentum quod omnes possidentes bona teneantur ea consignare, seu profiteri, regulariter procedit: sed fallit in exemptis à soluendo, quia censentur etiam exempti à profitendo per prædicta. Secundum verò de textu in l. si publicanus. §. 1. & l. fina. §. diuus. procedit in rebus mobilibus, in quib. facilè posset fraus committi: & ita loquuntur illa iura. Sed hæc ratio cessat in immobilibus, de quibus agitur hoc casu, ergo cessat etiam dispositio illarum legum, vulgata l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. rursus procedunt solum prædicta iura, vbi potest subesse dubium, an cõpetat immunitas solutionis pro rebus, quæ vehuntur, vt quia dicantur vehi pro vsu transmittentis, sed secus est, vbi est certum, immunitatem omnium competere prout ecclesiæ, secundum Bart. in dicto §. diuus, quem cæteri Scribentes sequuntur communiter.

Tertium argumentum, quòd ecclesia in aliquibus casibus teneatur, veluti pro causa
25 belli tollitur, † quia cum isti casus sint speciales, & irregulares, non sunt habendi in consideratione, nec trahendi in consequentiam, argument. l. ius singulare. & l. quod verò contra. ff. de legibus. c. petijsti. 7. quæst. 1. & c. hinc. 16. quæst. 1.

Super sexto articulo concluiuè dico, quod licet ecclesia, vel monasterium non teneantur bona sua in cathastro publico consignare, vt in præcedente articulo deduxi, tamen tenetur facere seorsum à cathastro publico, & tradere ciuitati, seu pro ea agentibus, quandam simplicem descriptionem bonorum, quæ monasterium ipsum possidet in territorio Vercellensi, vt ciuitas ipsa certa reddatur, quæ & quanta sint bona ipsa, vel
26 saltem admittere, vt ista describatio fiat, † quia talis descriptio non affert præiudicium. Et ideò à iure facilè permittitur. l. fina. in fine. ff. de bonis auctor. iudic. possid. imò semper censetur permissa, vt Bald. tradit in l. 1. C. de prohibita sequestrat. pecun. multoq; fortius admittenda est per dictum monasterium, cum per talem descriptionem vtriq; parti consulatur, ciuitati, vt certa reddatur, quę sint bona, quę à monasterio possidentur, vt prędixi, maximè ne alij vicina prędia possidentes fraudem cõmittere possint in prejudicium ipsius ciuitatis, & monasterij, quia propterea nullum detrimentum patiatur: imò sibi per hoc prospicietur, vt in casibus, in quibus contribuere tenetur, non grauetur vltra ratam ipsorum bo-

27 norum. † Et ideò debet iſte modus aſſumi per quem vtrique parti prouidetur. l. 1. & ibi Bald. & Paul. de Caſtro. ff. ſi quis cautionib. ac etiam laſ. col. 2. facit l. ſcimus. §. cum autem. verſ. ſic etenim. C. de inoffic. teſtam. §. 1. Inſti. quib. alienar. licet. l. fin. C. de hæredit. decurionum. & l. item illa. §. fin. ff. de conſtit. pecu. cum multis ſimilibus, rectéque faciet monaſterium talem modum admittere, argumen. l. 1. §. rectè autem. ff. vſusfruct. quemadmodum caueat. & confirmatur iſta concluſio à
28 ſimili. Nam † licet liberatus fuerit tutor à teſtatore, & à confectione inuentarij, nihilominus tenetur facere ſimplicem deſcriptionem bonorum pupillarium inſtantibus agnatis pupilli, & ad eam officio iudicis poterit compelli, vt conſuluit Bald. quem ad hoc refert, & ſequitur Curt. in repetit. d. l. 1. C. de prohibit. ſequeſt. pecun. ſiue in tract. de ſequeſt. col. 4. verſ. illud tamen ſciendum dicens, ſe ſolitum eſſe ad hoc allegare textum in dicta l. 1. §. rectè. ff. vſufructuar. quemadmod. cauea.

Septimus & vltimus articulus non videtur exigere diſcuſsionem, quia & certa & clara eſt iuris determinatio, quod etiam in caſibus, in quibus eccleſia tenetur pro bonis eccleſiæ contribuere in onerib. cum laycis, non tamen ad id per ſeculares poteſtates, vel magiſtratus aſtringi poteſt, d. c. non minus. & c. aduerſus. de immunita. eccleſ. & clarius in c. 1. & c. Clericis. eodem titu. lib. 6. & Clemen. 1. eodem titu. Nec etiam per Imperatorem, aut Regem, vel alium Principem, d. c. Clericis. §. 1. & iſtud Abb. firmat in d. c. non minus. colum. fina. ſequitur laſ. in d. l. placet. colum. 4. in fi. C. de ſacroſ. eccleſ. & iſtud etiam concludit Paul. de Caſt. in l. inter debitorem. in fi. ff. de pactis. Sed epiſcopus vel clerus abſque vlla exactione, vel coactione facient dictis caſibus per eccleſias ſubſidia laicis conferri, qui ea humiliter, & cum gratiarum actione recipient, vt dicitur in eodem cap. aduerſus. in princi. quinimo etiam debet Summi Pontificis auctoritas concurrere, vt ibi ſubijcitur. & in d. c. Clericus. §. 1. vbi fortius eccleſiaſticis interdicitur, ne quicquam laicis, & ſponte pro huiuſmodi oneribus erogent, ſub pœnis ibidem indictis. Veruntamen iſta non paſsim & omni
29 caſu procedunt, ſed plerunque ceſſant: † nam quando emergunt onera concernentia directo & principaliter neceſsitatem, & vtilitatem eccleſiarum, & laicorum, ſi eccleſia nolit ſine cauſa legitima in ipſis oneribus contribuere, tunc etiam inconſulto Romano Pontifice, vel alio ſuperiore ipſorum prælatorum, poteſt iudex laicus ab eis contributiones exigere, nec tunc locum habet diſpoſitio, d. c. aduerſus, cum concordantibus. & Abb. concludit rectè intuenti in prælleg. c. non minus. colum. 2. verſic. puto etiam licet videatur limitatè loqui, quo ad hoc Romanus Pontifex conſulatur, nihilominus idem etiam ſentit & intelligit, quod alia requiſita in dicto Canone, dum ſubijcit indiſtinctè, quod ſumus extra caſum illius c. aduerſus. Imo etiamſi dictum Abb. in foret limitate intelligendum, attamen in monaſterio prædicto indiſtinctè procederet, eo quod monaſterium ipſum immediate ſubſit Romano Pontifici, ſatisque ſufficeret prælatum, ſeu Abbatem illius monaſterij, priuſquam fiat vlla exactio, parte ciuitatis requiri, vt contribuat. Rurſus illa concluſio, quod non ſint eccleſiaſtici per officiales
30 ſeculares exigendi, † non procedit etiam in hoc caſu, in quo res celeritatem exigit, & periculum eſt in mora: tunc enim recedetur à regulis iuris communis. l. 1. cum ibi nota. ff. de dam. infect. nota. gloſ. & Docto. in c. fin. de elect. lib. 6. laſ. in l. admonendi. colum. 3. ff. de iureiuran. & Marſil. in pract. criminal. §. conſtari. col. 2. niſi enim celeri ſatisfactione ciuitas militibus prouideret, illi mox vi uerent ad deſtructionē, quam diſcretionem per antiphraſim appellant, bonaque tam monaſterij, quàm ciuium diriperentur, dum Romæ, vel alibi prælatus eiuſdem monaſterij conſuleretur, vt in ſimili dicit tex. in l. ſiſinita. §. eleganter. ibi, dum Prætor de danda pulatione deliberat, damnum contingit. ff. de dam. infec. & in l. 2. colum. 2. poſt med. ibi ne dum ſibi lucrum ſtudeant. C. de offic. præfec. prætor. Africæ. quibus confert dictum Ouidij, Illa loquebatur, nauem ſoluebat Vlyſſes. relatum per Bal. in tit. de pace con-
31 ſtan. circa fin. † vnde ex tam magna cauſa, & vt periculis obuietur, licitum eſt leges transgredi. l. ſi hominem. ff. mandati. cum multis congeſtis ad hoc per Felin. in c. 1. colum. 16. de conſtitutio. & laſ. in l. cum ſeruus. col. fin. ff. de condic. cau. data. ſicque præter iuris formam contributiones etiam ab eccleſiaſticis
32 feſtinanter exigere: † quia in his extraordinarijs, & exorbitantibus oneribus ordinem non ſeruare, ordo eſt, quod tamen intelligo, quoad modum procedendi & exigendi tantum, non autem quo ad quantitatem exactionis, ita vt monaſterium prædictum nullatenus prægrauetur. ſed cum eo mitius agatur, vt par eſt, & rationabile: quippe cum ſit in hac vrbe tanquam radians ſtella chriſtianæ religionis, ac vnicum religioſæ vitæ

ſpeci-

33 specimen. † Nam & ipsi monasterio satius erit duobus imminentibus malis grauius euitare, quam vtrunque subire. l. quotiens nihil. ff. de regu. iuris. l. sicut in fin. vbi Paul. de Castro illud colligit. ff. si seruit. vendicet. & c. duo. 23. distin. Præterea, & tertio non procedit etiam dicta conclusio, vbi superior ecclesiasticus deficit, seu non facit contributionem fieri pro bonis ecclesiæ. per tex. in cap. Principes seculi. cum glos. 2 circa fin. 23. quæst. 5. & not. per Aufrer. in tract. de potestate secul. & ecclesia. præpos. in fin. suæ reperit. in Clem. 1. de offi. ordinarij, videlicet in tertia fallentia primæ reg. satis autem perspicuum, & manifestum est, Episcopum vel Clericum, etiamsi à laicis requirantur, non posse prouidere, vt dictũ monasterium contribuat, cum eis non subsit, vt prædictum est, imo etiamsi possent id nollent, vel non curarent, tum quia verendum quodammodo illis est ecclesiasticos in ijs vrgere, argu. c. nouum genus. de decimis. sicut de lupis innatum de lupo non edere (vt vetus est adagium) tum etiam, quia ipsi, episcopus & clericus, in pari casu existunt, siquidem contribuere in dictis oneribus pro bonis suarum
34 ecclesiarum videantur: † adeò quod etiam si vellent se in ipsis intromittere rationabiliter possent vti suspecti recusari. c. causam, quæ inter. de iudicijs, & c. personas. de testibus. Accedat, quod etiamsi secularis non habeat potestatem in ecclesiasticos, vt eos ad contribuendum in oneribus astringere possit, id tamen verum est, vbi directo astringerentur, sed per indirectum secus est, iuxta nota. per Bald. in c. postremo, tertio, circa
35 finem. de appellatio. dicentem, † quod Principes seculares possunt ecclesiasticos ad aliquid compellere causatiuè, scilicet subtrahendo eis reditus, & obedientiam, non autem imbursando sibi. Facit glo. in l. 2. in principio, in verbo, Suspectum. ibi, & quomodo cogitur. ff. solut. matrim. & in terminis istis hoc decidit Bald. in auth. sed periculum. col. fin. vers. & si dicatur. C. sine censu, vel reliquis, post Innocen. in c. postulasti. de foro competen. in eo relatum: ex quo infertur,
36 † quod officiales dictæ ciuitatis poterunt capere fructus, & mobilia prophana monasterij eaq; retinere donec contribuerit in oneribus prædictis, quod etiam comprobatur ex notatis per eundemmet Bald. in l. fin. §. fi. vers. hoc facit ad quæst. C. communia de
37 legatis. vbi determinat, † quod licet ex forma statuti quis non possit bona acquirere in territorio, si tamen aliqua emerit, illa poterit retinere donec precium sibi fuerit resti-

38 tutum. † Nam plura de iure per indirectum fieri permittuntur, quæ directo prohibentur, maximè quando militat diuersa ratio, vt in casu nostro patet ex præmissis. c. ex tenore, cum ibi nota. de testibus, & not. glo. in Clem. 2. in verbo, Directo, eo. tit. Vlterius &
39 quinto † non procedit conclusio prædicta propter solitam obseruantiam in cõtrarium expressam, manifestamq; tollerantiam Papæ & vniuersalis Ecclesiæ, quod officiales laici pro obtinendis contributionibus in huiusmodi oneribus ab Ecclesiasticis, faciunt executionem in eorum bonis, & fructibus beneficiorum. Ex his enim censetur quædam tacita dispensatio sic faciendi, c. quod dilectio, cum ibi notatis. de consang. & affini. & Felinus tradit in c. quoniam. col. pen. in fine. versic. in eadem, de simonia. Nec obstat, si dicatur, quod huiusmodi consuetudo reprobatur à iure, vt in c. Clerici. de iudicijs. & in c. audientiam, de consuetud. ergo non debet attendi, c. non præstat, de reg. iur. in 6. imò potius corruptela quàm consuetudo iudicanda est, ac reijcienda. c. fin. de consuetud. Quia respondetur, quod obiectio procederet, vbi adesset sola consuetudo laicorum, sed cum in casu isto concurrat tollerantia, Papæ & Ecclesiæ secus est, per prę allegata.
40 † multa enim operatur superiorum tollerantia contra regulas iuris. imò facit ius in oppositum. l. Barbarius, cum ibi nota. ff. de offi. prætoris. & securitatem præbet, vt Salycet. no. in l. nullus. C. de ludeis. & facit, aliquid esse licitum, quod aliàs non esset, iuxta scripta per Alexan. in cons. primo, col. fina. in 2. parte, & cons. 8. est aduertendum in 6. parte. Postremo dicam prout aliàs in pari casu
41 concluſi, † quod in subsidium, scilicet non prouidentibus officiarijs ecclesiasticis, vel secularibus, quod monasterium contribuat, liceret ciuibus damna patientibus etiam in foro conscientiæ, de bonis ipsius monasterij sibijpsis propria auctoritate satisfacere, ac etiam furtiuè bona ipsa diripere, per text. in c. dominus noster. 23. quæst. 2. vbi Archid. illud eleganter confirmat, eamque sequitur & comprobat Alexand. cons. 135. circa primum. col. 1. volum. 1. tradit etiam Felin. in c. quoniam, col. pen. de simonia. ac Iaſ. in l. prima. C. de testamentis. maximè si absq; scandalo fieri possit, vt ibi per Alexa. vbi suprà. & licet Florianus, vt ibi refert, dicat in l. itaque. ff. ad. l. Aquil. istud esse mirabile. non tamen est admiratione dignum, cum de hoc sit reg. iuris in l. non est singulis. ff. de regu. iuris, in 6. imò est præcipuus casus, in quo liceat sibi propria auctoritate ius dicere, vt

glos.

glos. & Docto. notant in d. l. nullus. in vers. vltionem. C. de ludeis. Abb. post Imol. in c. 1. col. 3. & vlt. de immunit. eccles. Alex. in l. prima. §. nunciatio. colu. 2. ff. de noui operis nunc. & plenius D. Claudius Sayssellus in l. vt vim. col. 41. ff. de iustit. & iure. Sed hoc ex abundanti dixi, & salua saniori sententia: arbitror enim monasterium prædictum non recusaturum congruam facere satisfactionem, siue contributionem, si tamen moderata sit, habita ratione aliorum onerum sibi incumbentium, prout fieri debet, & suprà concluſi in quarto articulo.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti deperditi tenor ex testibus, quomodo probetur, num. 1.*
2 *Scriptura in archiuo publico reposita ad hoc, vt fidem faciat quæ sint necessaria. & 3. & quod fidem tantum faciat respectu eorum, quæ sunt in territorio eius loci, vbi est archiuum. num. 7.*
4 *Exemplo in archiuo publico reperto, quando credatur. & num. 7.*
5 *Scripturis existentibus in Camera, siue in sacro Scrinio Principis plena fides est adhibenda, & plura special. de scripturis repertis in archiuo publico, vide num. 6.*
6 *Supplicatio signata producta ex archiuo publico inducit notorium. Camera Principis idem est, quod Scrinium siue archiuum Principis. num eodem.*
8 *Dispositio omnis præsupponit substantiam & qualitatem actus, de quo loquitur.*
Ad positionem verbi sequitur solemnitas, quæ ex huiusmodi verbo resultat. num eodem.
9 *Magistri Cameræ Principis officiales publici, & perpetui esse dicuntur.*
10 *Enunciatiua verba alicuius Instrumenti antiqui probationem inducunt.*
11 *Argumentum à solutis in iure est validum.*
12 *Iuri redimendi, an præscribatur spacio 30. annorum.*
13 *Præscriptio contra Principem, nisi sit centum annorum, non currit.*
14 *Præscriptio, quibus temporibus cesset, & currere desinat.*
15 *Princeps an ponit ius quæsitum ex præscriptione tollere.*
16 *Restitutio contra præscriptionem ex capite ignorantiæ, & ex capite generalis clausulæ, si qua mihi iusta causa conceditur.*
17 *Per alienationem factam sine licentia directi domini, deuoluitur feudum ipsi directo domino.*

DECISIO LXIX.

De scripturis repertis in Archiuo publico, quam fidem faciant.

EX processu agitato inter spectabilem procuratorem fiscalem & nobilem Augustinum de aduocatis vtilem dominum Valarboyti duo discutiendi proponũtur articuli, quibus absolutis facilè erit scire, quis iustius in-

duat arma. Primus igitur est, An sit probata fisci petitio, in eo quod proponitur Serenissimus Dux noster ius redimendi Fogagiam & iurisdictionem Valarboyti fuisse, cum non appareat de aliquo Instrumento publico, quo fit, vt prima facie videatur dicendum non esse probatam fisci intentionem, nam
1 quidem ex testibus, † quia non concludunt ad probandum tenorem Instrumenti deperditi, vt ex eorum lectura apparet iuxta notata per Barto. & Paul. de Cast. in l. sicut. C. de testibus. Felin. in c. sicut. num. 2. & seq. de re iudic. multò minus ex scripturis productis, cum sint exempla, quibus non est fides adhibenda, iuxta notata in auth. si quis in aliquo. C. de edendo. l. 2. ff. de fide Instru. Nec coadiuuari videtur ex eo, quod licet sint scripturæ priuatæ, tamen fidem faciant, cum fuerint desumptæ ex archiuo publico, authen. ad hæc. C. de fide Instrument. & in c. ad audientiam, de præscript. & vbique do-
2 cto. quia responderi potest, quod tad hoc, vt scriptura reperta in archiuo publico probet, tria saltem sunt necessaria, quæ ponit Felin. in d. c. ad audientiam, colum. 4. versic. prima conclusio, post Bald. & Ioan. Andream per eum citatos. Primum quod illi archiuo sit præpositus officialis publicus. Secundum quod huiusmodi scriptura fuerit posita inter scripturas authenticas. Tertium, quod ex consuetudine faciat fidem: & idem tenet col. seq. vers. quinta conclusio. sequitur Socinus cons. 258. num. 5. & 6. Decius in c. cum causam. col. 3. vers. quartò fallit. post Abb. & Aret. ibi de probationib. & in consil. 48. num. 5. vbi dicit non valere consequentiam, hæc scriptura reperta est in archiuo publico: ergo est authentica, ex quo ibi reponuntur etiam scripturæ non authenticæ. Item &
3 quartò requiritur, † quod huiusmodi scriptura habeat testimonium authenticũ, quia officialis archiuo præfectus attestetur esse scripturas archiui, non autem in archiuo reperias: quia posset esse, quod ibi per priuatum fuissent positæ, Corneus cons. 142. litera A. vol. 3. quem refert & sequitur Decius in d. c. cum causam. & in auth. si quis in aliquo. col. 5. versic. 6. fallit. C. de edendo. Abb. in c. ad audientiam. num. 11. de præscriptio. per tex. in auth. ad hæc, de fide Instrumento. D. Cravetta in suo tracta. de antiq. temp. in prima parte, nu. 194. Sed in casu nostro non apparet saltem dictam scripturam fuisse inter scripturas antiquas archiui, nec officialis attestatur esse scripturam archiui: ergo non est probata intentio fisci. Accedat quod scribit Alex. cons. 16. col. 5. versic. respondeo etiam

etiam ad scripturas. vol. 5. quod scripturæ archiui publici ita demum creditur, si notarius sit mortuus, & non reperiantur scripturæ eius alibi, quàm in archiuo, & quod debet probari hæc negatiua, aliàs non sufficit. Sed in casu nostro prout dicunt aliqui testes visum fuit quoddam originale extra Cameram: ergo non sufficit quod fuerit repertum in Camera.

4 Non obstat, † quod exemplo reperto in archiuo publico credatur, Alex. in d. authen. si quis in aliquo. col. 2. vers. sexto fallit, & ibi Iason. colu. 3. quia duobus modis respondetur. Primò, quia procedit, quando tale exemplum est factum parte vocata. Felin. in d. c. ad audientiam. num. 14. secundò respondetur non præcedere, quando in ipsa scriptura diceretur, quod est exemplum, ita esse animaduertendum dicit Dec. in d. authen. si quis in aliquo. nu. 23. quem sequuntur Moder. Paris. de feud. titu. 1. §. 5. num. 32.

Contrarium tamen verius visum fuit attentis scripturis in actis productis, quæ cum proditæ sint ex Camera siue ex sacro Scrinio Serenis. Ducis plenè probant. c. ad audientiam, & c. ex literis. §. nos igitur, de præscriptionib. vbi scripturis existentibus in Camera sedis apostolicæ plena fides datur. l. moris. §. nonnunquam. vers. solet & sic, ne eo loci. ff. de pœnis. vbi iurisconsultus vtitur istis dictionibus archiui vel fortè grammatophylacio, & in c. peruenit. 30. quæst. 1. & ibi glo. in verbo, In archiuis. Clem. 1. in fi. de iureiurando. Ex quibus colligitur, quod idem est dicere Camera Principis, sicut Scrinium siue archiuum Principis. concordat glos. & ibi Io. de Platea, in rub. C. de proxim. sacrorum scriniorum. lib. 12. Dec. in l. scriniarios, in princip. C. de milit. testamento, quod etiam probatur ex decreto Ducali posito sub titulo, de duobus clauigeris. rottæ domini fol. 38. Et de Camera computorum, ponit Guid. Pap. quæstio. 454. his accedit, quod dicitur de scripturis extractis ex archiuo publico, quibus etiamsi non sint manu notarij confectæ plena fides datur, eo ipso quod magistratus, siue scriniarius eas ex archiuo publico prodijsse attestatur, authen. ad hæc, & ibi glos. in verbo, Testimonium, in principio. quam sequitur Ang. Alb. & Paul. de Cast. C. de fide Instrument. & ibi Bald. in rub. col. fi. vers. quintum supplementum. Ias. in l. admonendi. num. 136. ff. de iureiuran. Bart. in l. etsi contractus. col. 1. vers. venio ad authenticam ad hæc. C. eodem titu. glos. in d. c. ad audientiam, in verbo, Librum censualem. vbi Abb. num. 11. Innocent. in c. 1. in fin. de procuratoribus. Abb. in c. 2. nu. 6. & ibi Card. nu. 6. de fide Instrum. Felin. in c. cum causam. num. 7. post alios per eum relatos. de proba. Cagno. in l. 2. num. 324. ff. de orig. iuris. Roma. cons. 6 319. † & cons. 350. col. 5. vers. cæterum. vbi dicit, quod supplicatio signata producta ex archiuo publico inducit notorium. & tamen de se prædicta supplicatio signata non probat gratiam, vt concludit Gomes. in regula, de nō iudicando iuxta formam supplicationis quæst. prima, & dicit Bal. in c. cum super. colum. penul. vers. quæro quod si constat. de sententia, & re iud. quod si cōstat sententiam latam, & postea reperiatur cancellata in archiuo publico, nihilominus mittetur executioni, quod tamen mihi durum visum est: quia si cancellata, quomodo executionem merebitur, & aliud speciale de scriptura reperta in archiuo publico ponit Ang in auth. de defensorib. ciuit. §. præcepta. in fin. quod omnia acta officialis posita in archiuo publico debent exhiberi cuicunque petenti, licet aliàs antequam reponantur in archiuo non possit peri copia, nisi ab eo tantum cuius interest. Afflict. decis. 303. num. 5. Bouer. in suis sing. in verbo, Probatio. num. 22. Alba. cons. 7 16. num. 7. & cons. 34. num. 13. † intellige tamen, quod dicitur scripturam repertam in archiuo fidem facere, procedere respectu eorum, qui sunt in territorio eius loci, vbi est archiuum, & non quoad existentes extra territorium, & non subditos. Alex. cons. 23. nu. 3. vol. 5. & cons. 16. num. 5. vol. eodem, dicit tamen Cravet. cons. 274. num. 6. quod archiuum multum operatur.

Non obstat, quod scripturæ productæ ex Camera sint exempla, quæ regulariter non probant, d. auth. si quis in aliquo, quia prædicta regula fallit in exemplo reperto in archiuo publico: nam propter auctoritatem loci probat, secundum Alex. in d. auth. si quis in aliquo. col. 2. vers. sextò fallit. Dec. cons. 161. num. 23. Mod. pari. de feud. tit. 1. §. 5. nu. 28. Nec repugnat quod Dec. ibi dicit esse animaduertendum, quod si scriptura exempli reperiatur pro exemplo. Ita quod scriptura reperta in archiuo dicat, hoc est exemplum non videtur probare, quia pro exemplo ibi est posita. arg. l. 1. §. si quis duobus. ff. de bonorum possessionibus. secund. tabul. si verò scriptura reperta in archiuo nihil dicit de exemplo videtur probare, quia iudicio meo salua reuerentia Decij, & aliorum non bene loquitur. Nam cum Alex. & Ias. post alios Doctores dicant quod exemplo reperto in archiuo publico, creditur, præsupponunt constare illud esse exemplum, quia omnis

8 nis dispositio præsupponit substantiam, † & qualitatem actus, de quo loquitur l.4.§.condemnatum. ff. de re iudi. l. diuus. ff. de testam. milit. & ibi Barto. & in l.1.§. & parui. num.3. ff. quod vi aut clam. Paul. de Castr. in l. testiū. num.7. C. de testib. Dec. cons.410. nu.7. Calca. cons.87. num.3. & cons.118. num.3. Dec. in c. consuluit. 1. t. in 3. notab. de appellationib. Barba. cons. 57. colum. 12. tex. & ibi Bart. in l.1.§. item illud. ff. ad Syllanian. Bar. in l. 1. in princip. num. 13. ff. de eden. Felin. in c. scribam. in fine. de præsumptio. & dicit Iaſ. in l. sciendum. in primo notab. ff. de verbo. obligatio. quod ad positionem verbi sequitur solemnitas, quæ ex huiusmodi verbo resultat, & Alb. in l. nec exemplo. num.2. C. de fal. quòd qui ponit aliquid, omnia consequutiua ponere videtur, ff. de acquiren. hæredi. l. nec is. l. pro hærede. & l. illud. Iaſ. in l. si quando. colum. 2. in 4. notab. C. vnde vi. Cra. de antiqui. tempo. char. 54. nume. 98. si igitur debet apparere huiusmodi scripturam esse exemplum, sequitur quòd licet hoc dicat, non propterea tollitur fides, resultans ex dispositione iuris propter auctoritatem archiui publici.

Non obstat l.1. §. si quis duobus. ff. de bonorum possess. secun. tab. quia ibi testator nō habebat exemplum pro authentica scriptura, nec hoc poterat priuatus facere.

Non obstat, quod dicit Felinus in d.c. ad audientiam. num.14. scilicet quod huiusmodi exemplo detur fides, si fit factum parte citata, sicut dicitur de exemplatione alterius Instrumenti publici, quia si hoc esset verum, non esset speciale in exemplo reperto in archiuo publico Principis, cuius auctoritate datur fides scripturæ priuatæ ibidem repertæ. & ideò Felinus loquitur ibi sub dubio vtendo dictione, Forte, aliàs malè loqueretur, nisi eum intelligeremus, prout verè loquitur non de exemplo, reperto in archiuo publico, sed de exemplo, sumpto ex scriptura priuata reperta in archiuo publico, vel de archiuo publico inferioris à Principe Moder. par loco suprà citato, num.28.

Nec contra pugnat, quod dicitur, huiusmodi scripturam debere habere testimonium publicum, quod sit scriptura archiui publici, quia in casu nostro non solum est attestatio Zouduti commentariensis, siue Notarij ipsius Cameræ, sed etiam dominorum Magistrorum, qui attestantur hanc scripturam esse repertam in archiuo Illustrissimi Ducis inter alias scripturas patrimonij eiusdem Illustrissimi Ducis, qui quidem Magistri dicuntur officiales publici & perpetui,

9 † vt concludit Dec. cons. 404. colum. 1.

Non aduersatur, quòd dicitur, quod ad hoc vt scriptura, quæ producitur ex archiuo, probet, requiritur, illam esse posità inter scripturas authenticas: quia Felin. in d.c. cum causam. num.7. dicit post Doct. per eum allegatos, quòd vera conclusio est, quod scriptura reperta in archiuo publico probat, si dicta prima requisita ibi posita concurrant, videlicet quòd sint posita in loco publico, & habeat custodem seu officialem publicum, non requiri tertium quæsitum, quod sit posita inter scripturas authenticas, sequitur Crauetta de antiq. temp. in prima part. num.194. vers. sed aduerte. Sed contrariam opinionem puto magis receptam & superfluum esse huiusmodi requisitum, cum dato, scripturam esse positam in archiuo, siue loco publico ad hoc destinato & præpositum esse officialem, præsumendum est scripturas ibi positas fuisse ad eum effectum, vt comprobarentur auctoritate loci, fidemq; facerēt. Accedat, quòd huiusmodi scriptura inter authenticas reposita fuit, & cōprobatur primò ex rescripto quondam Illustriss. Ducis Ludouici, dato Taurini, 1459. secunda Martij, in quo fit mentio de dicto iure redimendi. Item ex Instrumento die septima Martij, & alio ratificationis sub die octaua Aprilis eiusdem anni secundò testibus deponentibus vidisse illud Instrumentum.

Tertiò ex Instrumento publico antiqua recognitionis iuris luendi producto sub
10 † 27. Iulij. 1554. ex cuius verbis etiam enunciatiuis inducitur probatio. Bald. & Ioan. l. cum aliquis. C. de iure deliberandi. Item ex multiplici redditione rationum clauium S. Agathæ, in Camera computorum, in qua semper fit mentio dicti iuris redimendi. Ac-
11 cedit etiam, quia arguendo à solitis, † quod argumentum validum est in iure, l. certi condictio. §. si nummos. & ibi Bart. & communiter Doct. ff. si cert. petat. Euerardus in suis locis legalibus, char. 63. Duces Sabaudiæ consueuerunt feuda alienare cum iure luendi, & recatandi, quibus omnibus concurrentibus adhibenda est plena fides *scripturæ*, c. ad audientiam. & ibi Abbas, num.10. & Felin. num.10. de præscript. onib. & hoc maximè procedit si haberi non potest originale, quod sufficit per iuramentum constare, l. fin. C. de fide Instrument. Romanus in terminis consil. 165. quem refert, & sequitur Dec. dict. c. cum causam. & præmissis attentis, censuit Senatus esse probatum pactum luendi.

Probata igitur intentione fisci, quo ad ius redimen-

redimendi. Supereſt videre, an ſit eliſa exceptione præſcriptionis xxx. annorum oppoſita. † in cuius articuli diſcuſsione nunc non multum inſiſtam, ne aliorum ſcribentium merus relator videar. Hanc quęſtionem igitur optimè tractauit Rube. conſi. 3. Soc. Iun conſil. 145. volum. 1. Cagno. in l. 2. nu. 70. & ſequen. vſque ad nume. 93. C. de pactis, inter empto. & vendit. & plenius poſt eum Tiraquel. in tracta. de retrac. conuen. glo. 2. nu. 2. & pluribus ſequen. Didac. lib. 1. varia. reſol. c. 9. concludentes, magis communem opinionem eſſe, pacto de retrouendendo poſſe præſcribi ſpacio triginta annorum, etiamſi appoſita ſint verba infinitatem ſignificantia: vt quandocunque, ſemper, perpetuò, & ſimilia.

Contrariam tamen opinionem quòd non præſcribatur ſpacio triginta annorum propter malam fidem, tenuit Petrus Gerar. ſingu. 18. Pariſ. conſi. 92. volu. 3. Rui. conſi. 150. vol. 4. & alij relati per Tiraq. de retrac. conuen. §. 1. gloſ. 2. nu. 15. Dida. loco proximè citato. num. 2. & 5. pro quorum opinione addu cebam doctrinam Bar. cui non vidi reſponſum ab aduerſarijs in l. 1. num. 2. ff. quib. mod. vſusfruc. amittatur. vbi nominatim dicit, q̃ quando aliquis legauit alicui aliquid, quòd poſsit illud petere quandocunque, quod propter dictionem quandocunque ſunt plura legata, ideo non currit præſcriptio: addebam præterea, quod dicit Prac. Papienſis, in forma reſponſionis rei conuenti, in verbo, Præſcriptionis. colum. 8. verſicul. 27. vbi expreſsè dicit, quod promittens rem aliquam vendere nullo determinato tempore, non præſcribit aliquo tempore. Dixi tamen cum diſputaretur de veritate huius dicti, debere declarari, vt per Felin. in c. cum acceſsiſſet. num. 27. verſicu. ſecundò declaratur. de conſtitutio. & licet prima opinio videatur magis communis, quando in pacto non interueniſſet iuramentum, tamen ſecùs eſt, ſi interueniat iuramentum, argumento eorum, quæ ſcribit Balb. de præſcrip. in 5. par. 5. par. princi. quæſtio. 6. verſicu. primo, prædictam concluſionem poſt Alexan. in d. l. nemo poteſt. de lega. 1. & ibi Rip. nu. 111. Felin. in c. ſi diligenti. num. 19. de foro competen. Ruin. d. conſi. 150. nu. 4. dicens, Doctores ita communiter tenere in d. l. nemo. Petr. Gerar. d. ſingu. 18. colum. 5. Cagno. in d. l. 2. nume. 86. & ſequen. vſque ad numer. 91. Capel. Tolof. quęſt. 220. & ibi in additio. M. Antonius Baueria, de virtute iuramenti. verſicu. 29. poſt Felin. in c. fin. numer. 7. de præſcriptio. Brun. conſi. 38. numer. 20. Hyppol. ſingula. 141. poſt Angelum, Romanum, Socinum, & laſper eum allegatos, licet Didac. d. c. 9. numero 7. poſt Angelum, Balbum, Soci. Iun. & Boer. per eum allegatos, dicat, contrariam opinionem eſſe crebriorem, ſed tamen non affirmo.

Nec forſan abſonum eſſet, dicere aduer-
13 ſus Principem non currere præſcriptionem, niſi centenariam, Brun. d. conſ. 45. num. 6. & 7. poſt Angel. in l. 1. C. ne rei dominicæ, vel templo. poſſet etiam non incongruè dici, dato & non conceſſo, quod huic actioni potuiſſet præſcribi ſpacio triginta annorum, non fuiſſe perfectam præſcriptionem, ſi deducimus tempora, quibus non currit, ſeu
14 dormit præſcriptio, † vt pupillaris ætatis, patriæ poteſtatis Ducum Sabaudiæ, tempora belli, & peſtis, quibus agere non potuerunt, l. 1. §. fina. C. de anna. excep. c. ex tranſmiſſa. de præſcriptio. Igneus in repet. l. contractus. nume. 103. ff. de reg. iur. Balb. de præſcript. prima par. ſextæ partis principa. in 21. 22. & 23. caſu. & in 2. parte eiuſdem ſextæ partis. verſicul. quatuor alios caſus. Brun. dicto conſi. 45. num. 3. & 4. colum. fin. Cagn. in d. l. 2. nu. 91. Prac. Papien. in forma reſponſionis rei conuenti, colu. 8. & 9. Abb. in c. ex tranſmiſſa. nu. 4. de præſcriptio. & conſi. 3. colu. 7. vol. 2.

Præterea non videtur obſtare aſſerta præſcriptio, cum expreſsè tollatur priuilegijs
15 Imperatorum, † qui poſſunt ius quæſitum ex præſcriptione veluti ex iure politiuo tollere, Angel. in l. Lucius. in princi. ff. de euict. Brun. d. conſi. 45. nume. 5. Rip. l. b. 2. reſponſorum, reſpon. 2. numer. 13. Dec. latè in c. quæ in eccleſiarum. numer. 15. verſic. quintus caſus. licet Balb. de præſcriptionib. in 5. parte quintæ partis principalis intelligat præmiſſa procedere in præſcriptione futura. De qua quæſtione vide cumulata à Portio in ſuis communibus concluſionibus, libr. 5. colum. 6. verſicu. tertiò limita, & duabus colum. ſequen.

Accedat, quia etiamſi eſſet perfecta prędicta præſcriptio, attamẽ & quondam Dux pater Moderni Sereniſsimi Ducis noſtri, & multò magis ipſe Modernus Dux deberet iuxta petita in integrum reſtitui aduer-
16 ſus prędictam præſcriptionem legalem, † ex capite iuſtę ignorantię, & ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, ſecundum magis communem opinionem, de qua per Socin. conſilio 66. volum. 4. Alexandr. conſil. 71. volum. 1. Balb. in quarta parte princip. quæſtio. 29. Cagno. in d. l. 2. numero 85. & latius in 74. quæſtio. poſt Barto. Angel. Alexand.

Soci. Ias. Felin. Dec. & Afflic. per eum alleg. Hyppo. in l. qui filiam. nu. 73. ff. ad leg. Cor. de fal. Tiraq. de retrac. in verbo, A tal temps, §. 1. glo. 2. num. 54. & seq.

Cæterum cum pars Ardizoni, & sic dimidia fuerit alienata sine licentia directi domini, & iure allodij, negari non potest, quin
17 huiusmodi portio fuerit † directo dño deuoluta, c. 1. §. fi. quæ fuit prima cau. benefi. amit. & in c. 1. de prohib. feu. alien. per Feder. §. calidis. & ibi glo. Iacob. à S. Georg. in sua inuestit. in vers. & cum pacto. de non alienan. nu. 2 & vbique communiter Docto. Brun. d. cons. 45. nu. 1. & 7. iuxta tamẽ distinctionẽ Cur. in tracta. de feu. in 4. par. prin. quęst. 4. Ex quibus omnibus censuit Senatus prædictum ius redimendi competere serenissimo D. nostro, saltem ope restitutionis in integrum. An autem attenta forma pacti luendi possit Serenissimus Dux facta redemptione alium inuestire, cum non sit pręsentis speculationis, in aliud tempus differam.

SVMMARIVM.

1 *Cautio, quæ dicatur necessaria, & quæ uoluntaria.*

2 *Criminalibus in causis, qui relaxandus non est, nisi datis fideiussoribus satisdare qui promisit, videtur satisfecisse promissioni præstando iuratoriam cautionem, vel iurando se non inuenisse fideiussores.*

3 *Illustribus personis remittitur necessitas præstandi idoneam cautionem, & statur eorum iuratoriæ cautioni, & ibi limitatur.*

4 *Cautio iuratoria locum non habet in eo, qui sponte se obligauit ad satisdandum.*

5 *Iuramentum ad probationem impedimenti non releuat, nisi à iudice deferatur.*

6 *Impedimentum seu impotentia, ac difficultas, propter quam quis non admittitur ad præstationem solum iuratoriæ cautionis, vbi satisdare tenebatur, an probari per iuramentum possit.*

7 *Pœna conuentionalis committitur, etiamsi nihil intersit stipulationem principalem non obseruari.*

8 *Pœna vbi certa est conuenta etiam in prætorijs stipulationibus, non inspicitur interesse. & nu. 11. cum seq.*

9 *Administratores publici, si legitimè rationes non reddiderint, & contingat probari aliqua bona ad camerã spectãtia ad ipsos peruenisse, qua pœna puniãtur.*

10 *Donatio generaliter facta de omnibus bonis præsentibus & futuris nihil penitus retento, non valet.*

11 *Pœna apposita in stipulationibus de iudicio sisti, ita demum committitur, si intersit.*

12 *Stipulationes pœnales merè cõuentionales quæ dicãtur.*

13 *Stipulatio quæ dicatur prætoria, quæ iudicialis, & quando iudicialis esse desinat.*

14 *Interesse quando in stipulationibus pœnalibus inspiciatur, & de eo ratio habeatur.*

15 *Promissio quantitatis in obligationibus factorum censetur facta ad taxandum interesse.*

16 *In criminalibus causis sanguinis pœnam exigentibus, cũ nullam, aut certam recipiant determinationem, seu æstimationem interesse non attenditur.*

17 *Fideiussor promittens sistere reum in causa criminali, in qua venit imponenda pœna pecuniaria, æquiparatur fideiussori promittẽti sister. aliquem in causa ciuili.*

DECISIO LXX.

De eo, qui promisit cautionem idoneam intra certum tempus præstare sub pœna, an si inuenerit se exactissimam fecisse diligentiam reperiendi fideiussores, quos reperire non potuit, pœna effectum suum sortiatur.



CVm in castro ciuitatis Vercellarũ detineretur dñs Bressiaci, petijt à detentione se relaxari, offerendo se paratum sub obligatione bonorum suorum submittere, & cauere de non recedendo à ciuitate Vercellarum, cuius precibus annuens Senatus, censuit eum esse relaxandũ, facta prius submissione de reddendo legalẽ rationem, quorumcunque administratorum per eum, non recedendo à domo solitæ habitationis, non alloquendo extraneos, se præsentando quoties fuerit requisitus, & de præstando infra sex dies cautionem idoneam pro summa scutorum decem mille, quod obseruabit omnia & singula præmissa, ac ea ratificari faciet per filium ipsius D. Bressiaci, qui volens relaxari omnia & singula obseruare promisit, & in casum contrauentionis donationem fecit Illustris. Duci stipulante notario de omnibus bonis, & iuribus præsentibus, & futuris, quæ quidem omnia obseruauit, excepto quod cautionem idoneam intra tempora statuta non pręstitit, iurauit tamen exactissimam fecisse diligẽtiam reperiendi fideiussores, quos reperire non potuit, quare fiscus petijt declarari donationem suum effectum sortiri debere. Quęsitum fuit, an iure peteret? Et pro intelligentia huius quæstionis videndum est, an huiusmodi promissio de pręstãdo idoneã cautionem, & obseruandi omnia pręmissa,
1 sit necessaria, aut voluntaria, † cum necessaria dicatur, ad quam quis à lege astringitur, licet causa fuerit voluntaria. Voluntaria verò merè dicatur, qua quis non astringitur, nisi voluntate sua, l. si fideiussor. §. necessaria. & ibi gloss. & l. de die. §. tutor. & ibi Bartol. & Paul. de Castro, ff. qui satisda. cogan. quapropter concludo in casu nostro esse neces-
2 sariam, non tamen merè: nam † licet volens relaxari à carceribus in criminalibus, debeat dare fideiussores, l. 1. & ibi Docto. ff. de cust. reo. Hyp. latè in sua prac. in §. attingam. & in casu nostro etiam interuenerit iussus Illustris. Senatus, attamen ab initio habebat causam

causam voluntariam, quia potuit tunc non velle relaxari, sed stare in castro, nihilominus de hac, sicut de merè necessaria iudicandum est, Pau. de Cast. in d. §. tutor. nu. 2. Aret. latè cons. 87. colu. 1. quo casu videretur dicendum satisfecisse dictę promissioni, si iurasset, se non inuenisse fideiussores, & pręstitisset iuratoriam cautionē, l. generaliter. C. de episcop. & cle. §. sed hodie. Instit. de satisd. Las. latè in l. 1. nume. 22. & 23. ff. qui satisda. cog. quod præsertim locum habere debet in ipso domino Bresiaci, eo quia retineat illustrem dignitatem, ex quo fuit Præfectus sacri cubiculi quondam Illustr. Ducis, l. 1. C. de præpos. sacro. cubiculo. l. 2. C. vt dignita. ordo seruet. lib. 12. † & constitutis in tali dignitate remitti debet necessitas præstandi cautionē idoneam, sed standum est eorum iuratoriæ cautioni, l. quoties. C. de dignita. lib. 12. glos. fina. versic. quibusdam tamen. in l. 1. ff. qui satisda. cog. & ibi Bar. in fin. dicit, quòd huiusmodi personæ debent se submittere nudæ cautioni, & obligare bona sua, non tamen tradere, quod tamen intelligo, iuratoria cautione adhibita, iuribus proximè allegatis.

Sed præmissis obstat, quia dispositio d. l. quoties. locum non habet, cum proceditur contra illustres personas in criminalibus ex officio, & hoc colligitur ex illis verbis, Quoties ex priuata interpellatione. ita limitat Luc. de Pen. ibi in princi. in verbo, Priuata. item limitatur non procedere, quando ageretur de graui crimine, & facit tex. in l. 3. ff. eod. tit. Luc. de Pen. in d. l. quoties. colum. 4. vers. item qui committitur. post glos. in l. 1. ff. de custo. reo. quòd quando locum habeat, dicit remittendum iudicis arbitrio. Tertiò, † non videtur locum habere iuratoria cautio in eo, qui sponte se obligauit ad satisdandum, quia imputandum est ei, qui necessitatem satisdandi sibi imposuit, l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. las. in d. l. 1. nu. 23. versic. sextò limita. & videtur in terminis decisio Bald. in consi. 64. vol. 1. quod is, qui promisit fideiussorem dare infra certū tempus sub certa pœna, incurrit pœnam, quæ potest exigi non obstante pugatione moræ: accedit quia fortè non dicetur legitimè probata enunciata difficultas reperiendi fideiussores per prædictum iuramentum ex his, quæ notat Barto. in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cau. vbi Alex. post Bart. & Io. And. dicit, † quòd cautus esse debet is, qui allegat impedimentum, vt non iuret, nisi sibi deferatur à iudice, quia aliàs iuramentum non releuaret eum, Bar. in l. qui commeatus. ff. de re milit. Felin. in c. ex transmissa. de præscript. Rip. in l. 4. §. Cato. num. 65. ff. de verb. obliga.

6 Quare distinguendum puto, † quòd aut quæritur de probanda impotentia ad effectum, vt ad obtinendam iuratoriam cautionem admittatur, & tunc huiusmodi impotentia potest probari per iuramentum, & habet locum dictum las. in d. l. 1. nu. 22. ff. qui satisda. cogan. Aut quærimus de probanda ipsa impotentia, seu difficultate simpliciter, & tunc non sufficit probatio per iuramentum, sed requiruntur ea, de quibus per Barto. & alios proximè allegatos, ita in simili distinguit Bar. in Extrauagā. ad reprimendū. in verbo, Summariè. colum. 3. versicul. in istis si quidem loquimur. Verùm, cum in casu nostro proponatur, nullam fuisse præstitam cautionem, ideo non sufficeret fortè iuramentum prędictum ad probandam impotentiam, & propterea frustra quæritur, an iuratoria cautio sufficiat, cum non entis nullæ sint qualitates: facit l. diuus. ff. de milit. testam. & l. 1. §. parui. ff. quod vi aut clam. nisi velimus dicere, promissionem cum hypotheca bonorum sufficere, ex quo dominus Bresiaci est euidenter idoneus, vt quia possidet immobilia, & est ditissimus, quo casu sufficit nuda cautio ipsius cum generali hypotheca bonorum, vt singulariter not. Bar. in l. quicunque. 2. de fund. patrimo. lib. 11. quem refert & pro singulari citat las. in l. 3. in 2. colu. in 5. fallen. C. de verb. signif. Alex. cons. 37. nu. 14. libr. 2. Pau. de Cast. in l. diuortio. §. interdum. & ibi las. in 2. & 3. col. ff. solu. matr. vbi Bart. ab Alex. defendit. qui contrarium tenet, & cautio prædicta necessaria est, vt prædximus, quo casu sufficit secundum Castren. in l. sciendum. nu. 3. ff. qui satisda. cog. bona immobilia possidere.

Videndū igitur est, an dicta donatio sortiri debeat effectum, præsupposito quòd sit facta in pœnam non obseruantis, etiam quòd dictum nō fuerit nomine pœnę, vt cōcludit Aret. & alij relati per Rip. in d. §. Cato. nu. 8. Rui. ibi in prin. & Alcia. nu. 35. & 36. dicentes, hāc esse cōem opin. Et videtur dici posse pœnā deberi, etiamsi nō interfit fisci cautionem fuisse præstitā, l. 2. §. fi. & l. seq. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obli. & Instit. de

7 inuti. stip. §. alteri. † vbi pœna conuentionalis committitur, etiamsi nihil interfit stipulatoris stipulationem principalem obseruari, Bal. d. consi. 64. volu. 1. nec in ea datur pœnitentia, las. in l. quamuis. nu. 9. & in l. fin. C. de in ius voc. quod etiam locū habere videtur in prętorijs stipulationibus, arg. l. fi. ff. si quis in ius voca. non ierit. glo. in l. 2. in verbo, Interfit. eodem tit. l. 2. §. fina. ff. qui satisda. cog.

l.sed & si quis.§.item quæritur. ff. si quis cautio. & in l. in omnibus.2. & fi. ff. de præto.stipula.† vbi quando pœna est certa conuenta, etiam in illis Prętorijs stipulationibus non inspicitur interesse, & istud maximè procedit in criminalibus, in quibus non considera tur interesse, gl.fi.in l.4.ff.de custo.reo. & ibi Albe.glos.pen. in l.2.§.fi.& ibi Bar. Bal.in fi. & Albe.nu.3.ff.qui satisda.cog.& idem dicit Bar. in l. Iulianus. nu. 8. & ibi Albe.nu.13.ff. eo. tit. sed nos sumus in criminalibus etiam respectu reddition is rõnis administratorũ per eum:† quia si legitimè rationem non reddet, & contingat probari aliqua bona ad berenis. Ducem spectantia ad ipsum inquisitũ peruenisse, ac ea occultasse, & penes se retinuisse, incurret pœnam quadrupli, secundũ regulas cameræ computorum, & de iure cõi posset damnari ad restitutionem retentorũ, & amplius tertia parte, arg.l.4.§.sed si quis pecuniam. ff. ad leg. Iul.pecu. aut in pœnam dupli, arg. l. excellentia. C. de eroga.milita. anno.lib.12. Soc. cons.46.colu.5.versi. quinto & vltimò, repetito in consi. 213. libr.1. vbi videtur sentire, quòd imò imponi possit pœna amputationis manus, arg.tex.in §.coges. in auth. de mand.Princip.

Incontrarium tamen facere videtur,† quia huiusmodi donatio facta Illustriss. Duci de omnibus bonis & iuribus pñtibus & futuris nihil penitus retento, de quo disponere possit, nõ valet, vulgata l.stipulatio hoc modo concepta. & ibi latè Ias.col.1.& 2. ff.de verbo. obl. quę etiam non validatur iuramento secundum cõem opinio. de qua per Ias. ibi nu. 11. licet in casu nostro nullum interuenerit iurm̃, & dato citra veritatis præiudicium, quòd mero iure subsisteret huiusmodi donatio, seu stipulatio pœnalis, adhuc dicendum est non committi pœnam, nisi interfit fisci cautionem fuisse præstitam, l.2. in fi. ff. si quis in ius voca. non ierit, vbi si non interest actoris, prætor pœnam remittit, & ibi Alex.nu. 2.† q̃ in stipulationibus de sistendo in iudicio, & similibus, pœna ita demum committitur, si interfit, l.fin.§.1. ff. de eo per quem fac. erit. & sequitur Ang.ibi, & facit quod dicit Bar. in d.l. in omnibus. ff. de præt. stip. quod in prætorijs stipulationibus pœna censetur apposita loco interesse, hinc dicit Alex.in d. § Cato. numer. 41. in fi. quod prætor potius præsumitur pœnam loco interesse posuisse, quam pro contemptu, cum dictæ stipulationes apponantur etiam inuito promissore, ideo illi succurritur, quia fit mitior: & adstipulatur tex. in l. & si post tres. & ibi gl. ff. si quis caut. & ratio est, quia Prætor, siue magistratus ęquitatẽ præ oculis habere debet, l. quod si Ephesi. ff. de eo, quod cer. loco.

Non obstant in contrariũ adducta, & primo tex. in l.2. §.fi. cũ l.seq. & l.stipulatio 12 §. alteri. ff. de verb. oblig. cum simi.† quia quuntur in stipulationibus pœnalibus rę cõuentionalibus, quæ ex cõuentione usq; partis cõcipiuntur, hoc est, neq; iussu dicis, neq; iussu p̃toris, sed ex mera cõuene ne contrahentium fiunt: nam hmõi dicuntur mere cõuentionales. §. cõuentionales. Inst. de diuis. stipul. nos aũt sumus in stipulatio- 13 ne iudiciali, siue prætoria: licet. n. nulla legi ciuili, nullóue edicto Prætoris mortui proficiscantur, attamen cum ex mero officio Senatus processerint, iudicialis, siue p̃toria dicitur, l.5. §. iudiciales. & §. p̃toriæ. ff. de verb. oblig. & ibi Pau. de Castr. & Alex. in prin. & §. iudiciales. cum §. seq. Instit. de diuis. stip. Nec ex eo, q̃ partes ita postea cõuenerint de præstanda cautione, & pœna in casum cõuentionis desinit esse iudicialis, siue pratoria, in omnibus. & ibi Bar. ff. de præt. stip. Ida d.l.5.nu.8. ff. de verb. oblig. Quo fit, vt huiusmodi iudicialibus, siue prętorijs stipulationibus magistratus se intromittat, vt non remittatur pœna, nisi interfit: ita respõdet Bar. in d.l.2.nu.14. post glo. ff. si quis in ius voc. ierit. quem refert & sequitur Alex. in l.2. colum.2. versi. limita primò. & ibi Ias. colu. versi. tertiò limita. ff. de verb. obli. post Ang. in d.l.2. ff. si quis in ius voc. non ierit. Bal. d. l. & si post tres. colu.3. versi. quartò oppono. ff. si quis cautio. vbi idem tenet ipse Alnum.20.

Non obstat tex. in l. 2.§.fina. ff. qui satisda. cogan. cum alijs concordantijs supra allegatis: quia licet iura prædicta loquantur in prætorijs stipulationibus, attamen non dicitur, quòd possit agi ad pœnam, etiamsi interfit, sed solum ibi habetur, non esse probandum quanti interest, cum tanti videtur esse probatum interesse, quanti est pœna. d.l.fi. ff. de præto. stipul. Sed si non interfit, non poterit æstimari, cum nullius entis nullæ sint qualitates: ergo saltem probari debet, quod interfit. Ita subtiliter *concludit* Bal. in d.l. & si post tres. colum.2. *versicu.* ter- 14 tiò opponitur. vbi distinguit, † quòd aut loquimur in pœnis iudicialibus, & tunc inspicimus interesse, aut in arbitralibus, & dic, vt in l. cum pœna. ff. de recept. arbit. aut in pœna extraiudiciali, & dic, vt in l.2.§.fina. & l. sequen. ff. de verb. obliga. & quando inspicitur interesse, non attenditur, quòd pœna commensuretur ipsi interesse, sed vt non possit agi, nisi interfit. Eandem fere distinctionẽ facit

facit in d.l.2.§.fin.ff.si quis in ius voca.non ierit. & ibi laſ.nu.12. & formatur ex his, quæ dicit R^p. in d.§.Cato.num.8.circa fin.ff.de verbo.obliga.† quòd in obligationibus factorum promiſsio quantitatis dicitur facta ad taxandum intereſſe,§.non ſolum.Inſti.de verbo.oblig.& in l.fina.ff.de præto.ſtipul.ex quo infertur, quòd ſi conſtaret non intereſſe, non poſſet peti pœna, prout conſuluit Soc.conſ.253.col.penul.& fi.Cum igitur nos ſimus in ſtipulationibus facti iudicialibus, ſiue prætorijs, debemus inſpicere, ad hoc, vt committatur pœna an interſit, fiſci cautionẽ idoneam fuiſſe præſtitam.

Non obſtat, quod dicitur, in criminalibus non attendi intereſſe, ſecundum glo.fin. in d.l.4.ff.de cuſto.reor. cum ſimilib. † quia iura prædicta procedunt in criminalibus exigentibus pœnam ſanguinis, cum ea non recipiat certam determinationem, ſeu æſtimationem: ita ſentit Bart.& Alberi.in locis proximè allegatis, dum loquitur in cauſis criminalibus, in quibus non verſatur intereſſe pecuniarium: ergo à contrario ſenſu, vbi verſatur intereſſe pecuniarium, quia pœna eſt pecuniaria, dicendum eſt, inſpici, an interſit: & hoc clariùs ſentit Pau.de Caſt.in d.l.2.§. fina.nume.5.ff.qui ſatisda.cogan.† vbi æquiparat fideiuſſorem promittentem reum ſiſtere in cauſa criminali, in qua veniebat imponenda pœna pecuniaria fideiuſſori promittenti ſiſtere aliquem in cauſa ciuili: ſed nos ſimus in caſu, in quo imponeretur pœna pecuniaria certa, ſiue ex diſpoſitione iuris, vt in legibus ſuprà in contrarium allegatis, ſiue ex forma capitulorum Cameræ, ſi legaliter rationem non redderet: ergo inſpiciendum eſt, an interſit.

Nec obſtat §.coget.in authen.de mand. Princip. quia loquitur in exactore publico, cuius officium erat omnia perfectè conſcribere, & cum ſimus in pœnalibus, & odioſis, non debet extendi ad caſum noſtrum, c. odia.& c.in pœnis.de regu.iur.in 6. expectandus igitur erit calculus redditionis rationis, ex quo cognoſcetur, an fiſci intereſſe poſsit cautionem prædictam fuiſſe præſtitam, quia fieri poſſet, quod non intereſſet, vt puta ſi legaliter, & legitimè rationem redderet, argumen.nota.in l.procurator ad exhibendum.§.fin.ff.rem rat.hab. Et ita cenſuit Senatus eſſe condemnandũ dñm Breſsiaci, non quidem ad pœnam conuentam, cum ea improbetur à iure, ſed ad intereſſe, quanti fiſci intereſſe probabitur perfecta redditione rationis cautionẽ fuiſſe præſtitam. Ego tamen dicebam, huiuſmodi condemnationẽ ad intereſſe non eſſe conſiderabilem, quia ſi legitimè rõnes reddet, nullum erit intereſſe, ſi minus legaliter, condemnabitur ad reſtitutionem eius, quod debet, & vltra ad quadruplum attenta forma regularum cameræ.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia eorum, quæ publicè fiunt in exiſtente in loco non præſumitur, imò ignorantia dicitur, craſſa neſcire, quæ in ciuitate publicè promulgantur.*
2 *Ignorantia eorum, quæ publicè fiunt, iuramento non probatur, cum iuris præſumptio ſit contra ipſum iurantem.*
3 *Iuramentum in ſupplementum probationis ſemiplenæ non defertur ei, qui habet præſumptionem iuris contra ſe.*
4 *Officiali de commiſſione referenti creditur, vbi Princeps in eodem loco præſens reperiretur, limita vt num.12. & ſeq.*
5 *Contumaciæ accuſatio quando requiratur, & qñ non.*
6 *Citatus ſub pœna, ſi non comparet, mulctatur, licet illo die iudex non ſederit quando cauſa eſt talis, quod in ea proceditur ex officio iudicis.*
7 *Moræ purgatio non admittitur, vbi appoſitus eſt dies, & pœna, quod maximè procedit, quando tempus datum eſt per ſecundam denunciationem ad purgandam primam moram, & in hoc reprobatur Bartoli doctrina in l.Aemilius.ff.de mino.*
8 *Statuto diſponente, quòd qui exportauerit granum extra ciuitatem, amittat plauſtra & animalia, cuiuſuis fuerint, ſi contrauentum ſit, amittuntur plauſtra, & animalia, etiamſi fuerint alterius, & dominus ignorauerit, ei tamen ſuccurritur.*
9 *Scriptura ad hoc, vt dici poſsit authentica, quæ requirantur remiſsiuè.*
10 *Literis officialium non creditur, niſi ſint debitè ſigillatæ, & ſubſcriptæ à teſtibus, aut à notario.*
11 *Nuncij relationi non creditur, niſi appareat de commiſsione.*
12 *Referenti non creditur, niſi conſtet de relato.*
13 *Dicto cuiuſcunq; etiam in dignitate conſtituti non creditur, vbi agitur de tertij præiudicio.*
14 *Oratio, quando ab vnico verbo regulatur, ſemper debet intelligi cum qualitate adiecta verbo, quæ ſemper cenſetur repetita.*
15 *Arguere à contrario ſenſu etiam in reſcriptis licet.*
16 *Ratio iuſta credendi excuſat à pœna.*
17 *Cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo & culpa.*
18 *Genitiuus proprij dominium importat.*
19 *Hoſpites nihil pro domo dantes, ſed tantum pro victu aut pro lecto recepti, magis dicuntur detineri in domo, quam ipſi domum teneant, vel pro conductio, aut præcario habeant.*
20 *Citatio facta ad hoſpitium non valet, quia non dicitur facta ad domum habitationis.*
21 *Proclamata pœnalia, & exorbitantia à iure communi debent propriè & ſtrictè intelligi, & non extendi extra expreſſam diſpoſitionẽ proprietatis verborũ.*
22 *Qualitate aliqua adiecta, ſi quid à lege, ſtatuto, vel diſpoſitione aliqua proferatur, debet nedum res principalis probari, ſed etiam illa qualitas, ad hoc vt conueniat verbis legis, ſtatuti, vel diſpoſitionis.*
Qualitates omnes illius diſpoſitionis verificari debent,

cuius dispositione speciali pœna imponenda esset.nu. eodem.

23 Ignorans contemnere non dicitur.

24 Ignorantia cum in animo consistat, statur iuramento eam asserentis, intellige, vt nu.46.

25 Probus vir dicitur habere præsumptionem iuris pro se.

26 Ignorantia in probo viro probatur per iuramentum, etiam contra præsumptionem iuris præcipuè concurrentibus alijs coniecturis.

27 Vir bonus admittitur ad probandum cum iuramento contra præsumptionem iuris & de iure, contra quã regulariter non admittitur probatio, nisi per confessionem.

28 Probatio iuramenti admittitur contra præsumptionem scientiæ eorum, quæ publicè fiunt, resultantem contra eum, qui fuit præsens.

29 Præsumptio contra aliquem resultans eius iuramento tollitur.

30 Coniecturis & præsumptionibus probantur, quæ difficilis sunt probationis, & in animo consistunt.

31 Citatus voce præconis confestim per terminum elapsum ad iudicium veniens facit cessare præsumptionem contemptus iudicis contra eum resultantem.

32 Contumaciæ præsumptio tollitur per præsumptiuam obedientiam.

33 Animus qualis fuerit ex actu subsequenti declaratur.

34 Prætoris vox paucis innotescit.

35 Ignorantiæ præsumptio potentior est præsumptione scientiæ, quia scire aliquid fuisse factum est per accidens, cum facta non præsumantur.

36 Scientia est de substantia delicti in omittendo, ideo probanda.

37 Delictum, quod committitur in negligendo, non punitur criminaliter.

38 Mora odiosior est commissa in faciendo, quàm in negligendo.

39 Dolus in omittendo non facit retractari sententiam, secus in committendo.

Argumentum à delicto in committendo, ad delictum in omittendo, non valet, nu. eodem.

40 Proclamata in notitiam deuenisse præsumuntur, quando in ipsis edictis, seu proclamatibus datæ essent cõgruæ dilationes, secus, si adeò sint angustæ tempora, vt verisimiliter non potuerint deuenire in notitiam omnium, quia non præsumitur eorum scientia.

41 Tyroni ignoranti disciplinam militarem ignoscendum esse.

42 Ciuis nouellus præsumitur ignorare statuta, ideo non punitur, si contra ea fecerit.

43 Vicinus facta vicini, & coniunctus facta coniuncti, scire præsumitur, vbi factum est successiuũ, secus, si momentaneum.

44 Mora temporum angustijs impeditur, nec prosunt ad constituendum reum in mora.

Dies non interpellat pro homine, quando dilatio est nimis breuis, cum angustiæ temporum impediant moram. nu. eodem.

45 Mora modici temporis non nocet, nec attendi debet.

46 Ignorantia iuramento non probatur, vbi de modico præiudicio agitur, secus, si de maximo.

47 Contumacia accusari debet, vt reus morosus dicatur, & pœnam incurrat.

48 Inquisitor succedit loco accusatoris, quando per inquisitionem proceditur.

49 Exceptiones oẽs, quæ opponi possunt contra accusantẽ, opponi pariter possunt contra iudicem inquisitorem.

50 Moram quis statim non incurrit lapso die adicto ad hoc mine, sed debet expectari adhuc modicum tempus, intra quod veniendo quasi pro eo habetur, ac si ad statuta venisset.

51 Morosus non dicitur, qui differt, quando de suo damnum dilatio non infert.

52 Ius suum propter temporis momentum quis perdere non debet.

Parum & nihil æquiparantur in iure, & esse non censetur, quod parum durat. nu. eodem.

53 Arbitrium iudicis debet esse regulatum à iure, & secundum subiectam materiam.

54 Incontinenti quod post factum est, in actu ipso, & tempore legitimo factum dicitur.

55 Mora commissa purgari potest re integra, etiamsi in proclamatibus dictum fuisset, quod post lapsum temporis non audietur.

56 Contumax in respondendo positionibus potest probare moram, si aduersarius non sit in probando gratiosus.

Mora purgari potest post sententiam ad pœnam euitandam. nu. eodem.

57 Moræ purgatio non admittitur, vbi dies est, & quomodo & quomodo hæc regula procedat.

58 Moræ purgatio semper admittitur de æquitate.

59 Moræ purgatio admittitur præterito tempore à iure statuto, si res est integra, etiamsi præcesserit comminatio, secus, si à lege statutus sit terminus. nu. eo.

60 Proclamationis effectus cessare debet, quoad eos, quibus cessat causa.

61 Scripturæ etiam priuatæ à parte acceptatæ, & probatæ, ac reproductæ dicuntur ab ea approbatæ, si decreta fuerit copia cum termino opponendi, & citatur resultare confessio omnium cõtentorum in eis.

62 Clausula in parte & partibus non relevat, vbi vna tantum est capitulum indiuisibile.

64 Terminus vtrum statutus sit à iudice vel à lege, nunquam differt.

65 Mora tollitur per oblationem sequentem.

66 Copulatiua vt verificetur requiritur concursus vtriusque qualitatis.

67 In dubio iudicandum pro reo est, ne pœna locum habeat.

68 Moræ purgationi fauorabilis opinio in dubio amplectenda est.

DECISIO LXXI.

De eo, qui ignorauit proclamata facta in ciuitate & repetita, vt quilibet habentes grana sua intra certum tempus consignare debuissent, an, si non consignauerit, in pœnam proclamatã incurrat.

IN processu egregij Ioseph. Barberij quatuor leguntur principalia capita criminum, quibus inscribitur. Primũ quòd cum geminata fuerint proclamata, quòd tam ciues Vercellarum, quàm ibidem habentes haben-

habentes granum in eorum domibus, deberent illud intra tempora in proclamatibus præfixa profiteri, ipse Ioseph. non consignauit quandam quantitatem grani, quam habebat, prout proponitur tempore proclamatum in domo Gaspardi Piueroni hospitis siue Cauponę, in quo articulo, stantibus actis, prout stant, videtur prima fronte discendum, censeri prædictam siliginem esse commissam, cum requisita ad incurrendam dictam pœnam videantur probata, scilicet proclamata facta, & ipsum inquisitum tempore proclamatum fuisse in ciuitate, & habuisse siliginem prædictam, ac non consignasse intra tempora prædicta.

Nec videtur obstare allegata ignorantia,
1 † quia eorum, quæ publicè fiunt, vt sunt huiusmodi proclamata præsumitur existens in loco habere scientiam, c. fin. & ibi Abbas in primo nota. & præpositus in 3. qui matrimo. accusa. possit, c. fin. distin. 16. vbi glos. allegat plura iura ad hoc facientia, & licet alleget aliqua iura in contrarium, attamen respondet, ea loqui in casibus specialibus, regulariter verò dicit contra in existente in loco scientiam præsumi, & concordat tex. cum glos. & iuribus in ea allegatis in c. 1. de postula. prælato. vbi ea, quæ publicè promulgantur, non est necesse singulorum auribus conculcari, Specula. in tit. de constitut. num. 8. & 11. vbi dicit, esse ignorantiam crassam, nescire id, quod est in ciuitate publicè promulgatum: Alber. latè in authen. qui semel. col. penult. C. quomodo, & quand. iudex. Bar. in Extrauag. ad reprimendum, in verbo, Publico. & in l. sed etsi pupillus. §. de quo palàm. & ibi Alex. in apostill. ff. de instit. actio. Philipp. Franc. in cap. præsumitur, de regu. iur. in 6. Roma. cons. 59. col. 2. vers. contrarium tamen est veritas. vbi loquitur in ædicto, quòd quilibet ciuis redire debet ad habitandum in ciuitate, sub pœna confiscationis, & in ea, quæ non erat in loco proclamatum, sed vicino, & videtur in casu nostro decisio in terminis Rotæ decis. 444. in nouis, quam ferè ad verbum transcribit Præpos. in c. fin. col. fin. qui matrim. accusa. poss. quæ videtur concludere non debere audiri allegantem ignorantiam,
2 † quæ secundum Bal. non probatur iuramento, cum habeat præsumptionem iuris contra se: sequitur latè Hyppolit. in l. qui ignorans. num. 18 23. & 24. cum sequent. in l. qui falsum. num. 88. & seq. ff. ad l. Cornel. de Fals. & in practica criminali in §. aggredior. num. 34. & ad præmissorum corroborationem allegat glos. in l. prima, in verbo, Non fit. & ibidem Bar. & Bal. C. qui & aduersus
3 quos in integr. restitu. non postul. † quod iuramentum in supplementum probationis semiplenæ non defertur ei, qui habet præsumptionem iuris contra se, quam glos. dicit communiter probatam Præpos. in d. c. fi. col. 4. in prin. & idem dicit Bar. in l. inter omnes. §. rectè, vers. tu dic breuius. ff. de fur. vbi limitat d. glossam in §. aliæ. Instit. de actio. non procedere, quando essent præsumptiones iuris contra asserentem, quem refert & sequitur Felin. in c. nouit. num. 15. de iudic. & in c. 1. num. 17. & 18. de constitut. & ibi Dec. col. penult. Felin. in c. quosdam, de præsumptio. Iaso. in d. §. alię. quem commentatur cum §. sed istæ. num. 92. Instit. de actionib.

4 Non obstat, † quod opponitur, non constare de commissione Illustriss. Ducis, de qua in prædictis proclamatibus, & non esse credendum officiali referenti, l. vnica. C. de mand. Princip. Quia cum Dux tempore proclamatum esset præsens, creditur officiali de commissione, vt latè concludit And. Poma. in additio. ad Bart. in d. l. vnica. C. de mand. Princip. Iason in l. 2. num. 4. & 5. ff. si quis in ius voca. non ierit. Deci. in d. l. vnica. num. 20. & istud præsertim procedere deberet in ipso Marco Antonio, cum sit persona clarissima & illustriss. ita in terminis dicit Roma. d. cons. 59. col. 2. vers. quintò videndum est. per tex. in c. nobilissimus. & ibi glos. finalis distinct. 97. Salyc. & Paul. de Castro in d. l. vni. C. de mand. Princip. Pariss. cons. 82. num. 46. lib. 1.

Non obstat, quod non fuerit accusata contumacia non consignantium, prout à iure requiri videbatur, secundum Iaso. in l. properandum. §. etsi quidem. num. 7. C. de iud. post Bart. in l. inter accusatorem. colum. fin.
5 num. 8. ff. de pub. iud. † quia prædicta iura loquuntur, quando in criminalibus proceditur via ordinaria, dato accusatore, secus, si proceditur per inquisitionem seu officio iudicis, quia tunc non requiritur huiusmodi accusatio contumaciæ, Bar. in Extrauag. ad reprimendum. in verbo, Neglexerint. & videtur in terminis decisio Anto. de Butrio in c. fin. col. fin. de dolo, & contuma. quem refert, & sequitur Hyppo. in l. de vnoquoque,
6 num. 121. ff. de re iud. † quòd citatus sub pœna potest mulctari, licet illo die iudex non sederit, quando causa est talis, quod in ea proceditur ex officio iudicis, & non ad instantiam partis, Anchara. cons. 97. num. 8.

Non obstat, quòd dicitur, ipsum inquisitum moram purgasse se consignando die immediatè sequenti, quia de dicta consignatione legitimè non constat, cum attestatio-

nes productæ per ipsum inquisitum sint scripturæ priuatæ, nullamq; fidem faciant, & dato, quòd fidem facerent, non etiam iuuarent, quia ex eis nõ constat, consignationem fuisse legitimè factam, cum iuramento iuxta formam prædictorum proclamatum, quo casu paria sunt non consignare, & minus legitimè consignare, vulg. l. quoties. ff. qui satisd. cogantur. † & vbi erit geminata mora, & est appositus dies, & pœna, non admittitur purgatio moræ: latè Rippa post Alex. & alios in l. insula. num. 37. ff. de verbo. obliga. idem Alex. cons. 158. num. 4. vol. 2. quod maximè locum habere debet, quando tempus datum in secundis proclamatibus est datum ad purgandam moram primam: nam tunc non admittitur purgatio moræ, l. sancimus. C. de fideiuss. l. scire. §. consequens. ff. de excusa. tuto. sed in casu nostro videntur secunda proclamata facta ad purgandam primam moram, vt ex clausula declaratoria posita in ipsis secundis proclamatibus apparet: ergo admitti non deberet purgatio moræ. 7

Nec etiam videtur obstare dictum Barto. in d.l. Aemilius. ff. de minori. quòd ex secundis proclamatibus, siue denunciationibus vi deatur recessum à mora commissa in primis: quia Bart. reprobatur, vt per Ias. in l. vinum. num. 16. ff. si cert. petat. latè in l. cum procurator. §. si dominus. colum. 1. & 2. ff. de no. operis nuncia. & in l. si ex legati causa. colum. fi. ff. de verbo. oblig.

Item pro intentione fisci vrgere multum videtur decisio Bart. in l. cotem. §. dominus. ff. de publ. quem ibi refert & sequitur Alex. & Ripp. in suo tracta. de peste. in tit. de præserua. remed. contra pestem. §. aduenio nunc. nu. 132. & sequent. † vbi stante statuto, quòd qui exportauerit granum extra ciuitatem, amittit plaustrum, & animalia, cuiusuis fuerint, tunc amittuntur granum, plaustrum, & animalia, etiamsi fuerint alterius, & dominus ignorauerit, sed ei datur actio aduersus extrahentem, & in sublidium restitutio aduersus statutum, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa: sic in casu nostro, dato quòd inquisitus non fuisset comprehensus in proclamatibus, sed solus dominus domus, in qua erat filigo, sequitur attenta forma proclamatum publicantium grana non consignata, quòd ex quo dominus domus illa non consignauit, censeri debeant amissa, licet detur inquisito actio contra dominum domus. 8

In contrarium verò pro ipso Ioseph. Barberio inquisito allegatur: primò non legitimè constare de dictis binis proclamatibus. nam de tenore proclamatum dicitur non apparere, nisi per quandam scripturam cum subscriptione (Marco Antonio) quæ scriptura non est publica, † quia non est subscripta per notarium publicum, nec habet requisita ad scripturam publicam, nec etiam est authentica deficientibus legitimè requisitis ad esse scripturæ authenticæ, de quibus per Innocen. in c. 1. & ibi Abb. num. 2. Felin. col. 1. de fide Instrumen. latè idem Felin. in. post cessionem. colum. 2. versic. prima conclusio. & colum. 5. versic. tertia conclusio. & Dec. colum. 3. cum duabus sequent. de probatio. † vbi literis officialium non creditur nisi sint debitè sigillatæ, & subscriptæ à testibus, aut saltem à notario, Guido Pap. quæst. 481. Sed in casu nostro literæ officialis carent sigillo & subscriptione: ergo fidem non faciunt. Præterea ex actis non constat dictam subscriptionem scriptam esse manu prædicti Marci Antonij Bobbæ. Nec etiam asserræ relationes subscriptæ Comazolio, fidem facere dicuntur, quia non habent requisita publicæ, & authenticæ scripturæ, vt suprà diximus, & dato citra veritatis præiudicium quod fidem facerent, ex quo non constat legitimè, quòd prædictus Marcus Antonius Bobba commiserit nuncio, seu præconi quòd promulgaret dicta decreta, iuxta formam præcedentis scripturæ, nec etiam nuncius attestatur de dicta commissione, † dicitur eas proclamationes non valere, nisi ab unde appareat de commissione, de qua non creditur nuncio, secundum Bart. in d.l. §. cura carnis. ff. de offic. præfec. vrbis. & Felin. in c. quoniam contra. numer. 13. in fine probatio. vbi dicit communiter teneri, relationem nuncij non valere, nisi appareat de commissione, Sebastia. Sapia. in l. fi. num. 1. C. de edic. diui Adria. tol. post Aretin. in c. col. 2. de iudic. Barto. in l. obseruare. num. C. de decurionib. lib. 10. vbi dicit, quòd debet constare fuisse commissum præconi, & istis sic stantibus, dici posset non consignantes esse excusandos, etiamsi notitiam habuissent de proclamatibus, cum de ipsis legitimè non constaret. 9 10 11

Secundo admisso citra veritatis præiudicium, quod de dictis proclamatibus legitimè constaret, dicitur, quòd cum non constet de decreto Illustrissimi Ducis in dictis proclamatibus relato, † ei credendum non est, nisi constet de relato, vulgata authen. si quis in aliquo. C. de eden. & l. 1. C. de mand. Princ. l. vnica. & ibi Bal. & Ang. C. de super indic. lib. 10. 12

Nec obstat, quòd tunc Illustriss. Dux esset in ci-

In ciuitate, quo casu videtur credendum officiali asserenti de mandato Principis, cum facilè possit adiri, quia prædicta limitatio procedit, quando officialis attestaretur de aliquo mandato Principis in præiudicium tertij: quia non creditur referenti etiam data præsentia relati, ita videtur concludere Ias. in cons. 104. lib. 1. & latius in repetit. l. admonendi. num. 189. ff. de iureiur. vbi improbat Roma, in cons. 59. & loquitur de Cardinali etiam in curia existente, post Angel. in cons. 182. & sequitur Felin. in c. quod super. num. 2. de fide Instrum. Dec. in d. l. vnica. nu. 20. C. de mand. Princip. & licet Felin. Ias. & Dec. videantur concludere, † quòd quando Princeps, vel Papa est præsens tunc Cardinali, vel alteri officiali credatur de mandato, attamen non loquuntur in casu, quando attestatio esset in præiudicium tertij directo, sed in delegatione, vel alia materia non inferente præiudicium. At in casu proposito agitur de pœna confiscationis, & sic de præiudicio inquisiti, & aliorum non profitentium eorum grana: ergo credi non debet cuilibet quauis dignitate ornato, d. l. vnic. C. de man. Princip. Iason in d. l. admonendi. Felin. in c. sicut, de sent. excommun. Alciat. in c. cum contingat. numer. 35. de iureiurand. Sebastia. Vant. de nullita. sentent. ex defectu iurisdictio. num. 46. & sequent. Ias. cons. 72. num. 3. & 4. vol. primo, vbi dicit, non credi Cardinali sine iuramento, & de legato Cardinali, quòd ei non credatur in præiudicium tertij concludit Barba. tract. de præstan. Cardinal. in 2. membro primæ quæstio. secund. par. col. 1. & col. 3. versic. circa tertium membrum. & col. penult. vers. in legato vero.

Tertio dato citra veri præiudicium, quòd de mandato seu commissione Principis crederetur officiali, cuius contrarium verius est, vt dicit Corne. cons. 247. col. 16. litera V. vol. 1. dicitur dicta proclamata non afficere prædictum Barberium, & casum, de quo agitur, non esse in dictis proclamatibus comprehensum: quia si accuratè legantur, solum astringunt ciues, & habitantes in dicta ciuitate Vercellarum, cuiuscunque qualitatis existant, qui habent grana in eorum domibus, & tam propria, quàm forensium, aut aliorum ad consignandum prædicta grana, vt in illis verbis (Che ogniuno si citadino como habitante in questa città debba hauer consignato congiuramento tutte le quantità de grani, che hanno nelle loro case, & tanto suoi proprij come de fora stieri ò de altri) † quæ oratio, cum ab vnico verbo scilicet, che hanno, reguletur, intelligi semper debet cum qualitate adiecta verbo, quæ censetur semper repetita, l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. instruct. Docto. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verbo. oblig. Aret. consil. primo. col. 3. versic. hoc præmisso. & sic cum qualitate nelle loro case, maximè cum contineant vnicum capitulum, secundum Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. versic. quæro qualiter. ff. de liberatio. lega. & in l. prætor. §. eritq; differentia, in principio. ff. vi bono. rapto. Hierony. Tortus cons. suo post consilia Butrij. col. 3. in principio, latè Paris. cons. 72. num. 37. & sequen. vol. 4. & cum limitate loquatur, limitatum pariter debet producere effectum, vulga. l. in agris. ff. de acquiren. rer. domi. l. cancellauerat. ff. de his, quæ in testamen. delentur. Dec. cons. 49. col. 1. vers. secundò ad dictum statutum. quòd autem limitatè loquantur, apparet, quia dicũt, quòd tam ciues, quàm habitantes, qui habent in eorum domibus grana, teneantur illa consi-
15 gnare: † ergo arguendo à contrario sensu, quòd est validissimum etiam in rescriptis, vt per Alexan. & Ias. in l. 1. §. huius. ff. de officio eius, cui mand. est iurisd. Felin. in c. significasti. col. penul. de foro compe. Alberi. in l. Cæsar. num. 25. ff. de public. qui non habent granum in eorum domibus, non tenentur consignare. Sed inquisitus non habet aliquod granum in aliqua eius domo, siue propria, siue habitationis, vt infrà demonstrabitur: ergo non comprehenditur in proclamatibus: & quòd tantum intelligi debeant proclamata de his, qui habent granum in eorum domo propria, vel habitationis, apparet, quia voluit, quòd ij, qui habent grana forensium, aut aliorum in eorum domibus, teneantur illa consignare: non enim dicunt, quòd forenses, aut alij scilicet, nec forenses, nec ciues, vt est ipse inquisitus, habentes grana in ciuitate in aliorum domibus, teneantur illa consignare, sed dicunt, quòd ciues, vel habitantes in ciuitate, qui habent grana in eorum domibus tam propria quàm forensium, aut aliorum, teneantur illa consignare.

Nec est dicendum, quòd qui iussit dictam consignationem, voluerit grauare eos, qui habent grana aliorum in eorum domibus ad ea consignandum, & etiam grauare dominos granorum: quid enim, si aliquis forensis habens granum in ciuitate in aliena domo, præsens fuisset tempore proclamatum, & de eorum tenore notitiam habuisset, & non consignasset, an granum amisisset? certè non, cum iustam haberet causam credendi dominum domus vigore proclamatum
16 teneri consignare grana forensium; † & iusta

ſta ratio ſic credendi excuſat, Salyc. in l. 1. in primo nota. C. ad Macedo. niſi voluiſſet magiſtratus omnes habentes granum in ciuitate teneri ad conſignandum vtique abſolutè & generaliter dixiſſet, quòd omnes, qui habent granum in præſenti ciuitate, teneantur illud conſignare, quod non fecit, ſed ſe reſtrinxit ad habentes granum in eorum domibus: ergo limitatè intelligi debet, argum. eorum, quæ dicit Dec. d. conſ. 49. col. 1. verſ. conſiderandum eſt, quod ſtatutum non loquitur abſolutè & generaliter. cum igitur ex præmiſsis proponatur parte inquiſiti eum non comprehendi verbis dictorum proclamatum: ergo nec ipſis ligatur, quia cui non conueniunt verba, non conuenit eorum diſpoſitio, vulgata l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. & dato, non autem conceſſo, quòd aliquo modo diceretur comprehenſus, & notitiam habuiſſet de dictis proclamatibus, negari non poteſt, quin attentis verbis dictorum proclamatum ſic, vt ſuprà qualificatorũ probabiliter potuerit credere ſe non teneri conſignare aliquod granum, ſed id munus magis ad eum ſpectare, qui grana habebat in
17 eius domo, † quo fit, vt ex hac cauſa, etiamſi eſſet iniuſta, prout non eſt, excuſaretur ab omni dolo, & omni culpa ob nõ factam conſignationem, vt latè in ſimilibus terminis proclamatum ſentit laſ. in conſ. 46. colum. 4. vol. 3. Curt. Iun. conſ. 132. num. 11. vbi communem dicit, quem refert Baptiſta à Villalob. in ſuis communib. concluſ. in verbo, Cauſa. num. 23. & in terminis decreti publicati tradit Cepol. conſ. 13. num. 17. vbi dicit, credulitatem & quamlibet etiam iniuſtam cauſam excuſare à pœna, & in conſ. 8. num. 8. innumeros penè congerit Tiraq. de pœnis cauſa 43. num. 2. & ſeq. faciunt nota. per Paul. de Caſt. in conſ. 317. num. 2. vol. 1. ſecundum impreſsionem Papienſem, quem omnino videas. Tortus etiam d. conſ. vlt. poſt conſil. Butrij, col. 4. in princ. vbi iniuſta cauſa etiam excuſat à pœna contumaciæ, Tiraquell. loco proximè citato, num. 6. poſt plures per eum relatos, quare ſiue intelligamus de domo propria ratione dominij, vt capi deberet tanquam in potentiori ſignificatu, l. 1. §. qui perpetuum. ff. ſi ager vectig. vel emph. peta. & l. fina. C. de iis, qui ven. æta. impetra. l. hoc legatum. & ibi Bar. ff de lega 3. iunctis maximè illis verbis, in le loro caſe, quæ in latinum ſermonem conuerſę ſonant, in eorum domi-
18 bus, † qui genitiuus eorum propriè importat dominium, l. 2. ff. de relig. & ſumpt. fune. præſertim in pœnalibus, niſi probaretur communis vſus in contrarium, vt latè concludit laſ. poſt Barto. & Alexan. in rub. ff. de nouī ope. nuncia. colum. 2. 3. & 4. & ibi communiter repetentes Sayſſel. Cror. Rui. Neritius, & alij, Abb. in d. c. 1. num. 26. & ſe. & ibi in additio. de poſtul. prælato. Felin. c. quia Guid. de iudic. ſiue dicamus, & intelligi debeant de domo habitationis, xta l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniu. cum concordantib. per gl. Bar. & Abb. allegatis, attamen non probatur inquiſitum habuiſſe tempore proclamatum aliquam domum, quæ poſsit dici eius, ſiue ratione dominij, ſiue ſaltem habitationis, in qua haberet aliquod granum.

Nec obſtat, quod dicitur, inquiſitum tempore pernoctaſſe in domo Gaſparis Iueroni hoſpitis, in qua dicitur, extitiſſe granum non conſignatum, quia reſpondetur iis non conſtare in actis, & dato, quòd conſtaret ipſum aliquando pernoctaſſe in domo prædicti cauponis, ex hoc non dicetur inducta habitatio in domo, d. l. lex Cornel. §. domum. in verbo, Hoſpitio, per tex. ibi, tantum igitur, eadem l. & l. vnica. in fine. nau. caup. ſtabu. & ad hoc facit pulchra gl. in l. & habet. §. hoſpites. ff. de præcario. vbi
19 dicit, † quòd hoſpites, qui ab hoſpite recipiuntur, & nihil pro domo dant, ſed tantum pro alimentis, & aliquando pro lecto dant taxat, magis dicũtur detineri in domo, quam ipſi domum teneant, vel conducto, aut precario habeant, quam gloſ. citat, & ſequitur Felin. in c. quoniam contra. num. 2. dicit. ord. conueniunt dicta Bart. in l. 1. §. habitare.
20 ff. de iis, qui deiec. vel effud. vbi dicit, † quòd citatio facta ad hoſpitium non valet, quia non dicitur facta ad domum habitationis, quem refert & ſequitur Alex. in l. 4. §. pretor ait. colum. 2. in princi. ff. de dam. infec. & ponit Bar. quòd is dicitur propriè habitare in aliquo loco, à quo, quando abeſt dicitur peregrinari, quod præſertim in caſu iſto procedit, in quo apparet dictum inquiſitum in alia domo, & alterius familia habitare, vtpote
21 rium eſt: † cum igitur dicta proclamata ſint exorbitantia à iure communi, & pœnalia, debent ſtrictè & propriè intelligi, & non extendi extra expreſſam diſpoſitionem proprietatis verborum, c. odia. c. in pœnis. de reg. iur. in 6. l. factum. §. in pœnalibus. & ibi latè Dec. ff. de reg. iur. cum alijs ſuprà allegatis per Rippam, de remed. præſerua. contra peſtem. §. nunc deuenio. num. 130. & 131. Dec. conſ. 406. numer. 6. & 7. & ſufficit dummodo aliquid operentur, c. cum dilectus. & ibi glo. in verbo, Nec iure communi. de conſuetud. Dec. in d. c. 2. in ſecunda lectura. de conſtitut. d

ſtitutio. & argu. eorum, quæ de ſtatuto dicit poſt Barto. Alex. in l. 4. §. prætor ait. col. 3. ff. de dam. infec. ſed in caſu iſto ſatis dicuntur operari proclamata, quia aſſecerunt habentes proprium ſiue forenſe granum in eorum domibus, vt teneantur profiteri: ergo extendi non debent ad ipſum non habentem aliquod granum in eius domo, ſiue propria, ſiue habitationis, quæ qualitas neceſſariò eſſet verificanda per fiſcum, aliàs abſoluendus eſt ipſe inquiſitus, Bar. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de noui oper. nunc. latè Felin. in c. examinata. nu. 4. & 5. de iudic. latiſsimè quoque Hypp. in rub. de probat. num. 434. & ſeq. & in pratica in §. quoniam. num. 52. & pluribus ſequent. concludentes,

22 † quòd quando aliquid profertur in aliqua lege, ſtatuto, vel alia diſpoſitione cum aliqua qualitate, debet nedum res principalis probari, ſed etiam illa qualitas, ad hoc vt verbis legis, ſtatuti, vel diſpoſitionis conueniat, alioquin illa qualitate non probata, non dicitur legitima probatio, & reus eſt abſoluendus, Dec. d. conſ. 49. col. 1. in fine. & conſ. 105. & pro tenui, col. 5. verſic. poſtremò plura occurrunt. poſt Bart. & Ioan. And. in locis per eum relatis. Hierony. Tortus in ſuo conſilio poſt conſilia Butrij, numer. 1. vbi dicit, quod quando agitur de imponenda pœna alicuius conſtitutionis ſpecialis, oportet, quòd omnes eius qualitates verificentur in caſu, de quo agitur, aliàs pœna non committitur, allegat dictum Ioan. Andreæ communiter approbatum in c. 1. de homici. in 6. & numer. 4. videtur ponere deciſionem caſus noſtri, dum dicit, quòd ex quo non erat verificata qualitas reſultans ex dictione ipſius poſita, in Cleme. 1. de pœnis, ideò non incurritur illius pœna.

Quarto dato, quod præmiſſa omnia ceſſarent, quæ tamen maximè vigent, dicitur ipſum inquiſitum non fuiſſe contumacem in non conſignando granum, quia cum iuramento dicit ſe ignoraſſe dicta proclamata,

3 † quo fit, vt excuſari debeat à pœna commiſsionis, ſiue perditionis grani, vt in ſimilibus terminis conſuluit Guid. Pap. conſ. 199. per totum, & nimirum, cum nõ dicatur contemnere, l. ſi ignorans. ff. locati. l. item apud Labeonem. §. ſi quis virginem. ff. de iniur. gl. l. in ſtatu liberũ. in verbo, Sciens. ff. de ſtatu libe. & in l. cottem. §. dominus, in verbo, Reſtituatur. ff. de publica. & vectiga. nec deinquere, l. ex maleficijs. §. 1. verſ. longè mi-

4 nus. & ibi gloſſa. ff. de actio. & obliga. † & de huiuſmodi ignorantia cum conſiſtat in animo, ſtatur dicto aſſerentis ſaltem cum iuramento, c. vt circa. & c. nulli, in fine de electio. lib. 6. pulchra gloſ. in c. ſignificaſti, el 1. in verbo, Si ita eſt, de homicid. Bald. in conſ. 154. proponitur, quòd quædam, in fine, lib. 5. vbi dicit, quòd quando agitur de punienda negligentia ad excuſationem culpæ, vel negligentiæ, probatur ignorantia per iuramentum, glo. communiter approbata in §. namq; ſi cui. aliàs §. aliæ, in verbo, Dicit, Inſtitut. de

25 actio. † quòd maximè procedit in homine probo, & bonæ famæ, pro quo præſumitur gloſ. in l. Titio fundus. ff. de conditio. & demonſtra. Curt. Sen. conſ. 70. colum. fin. verſ. confirmantur & vltimò præmiſſa. & in conſ. 72. col. 8. vbi dicit, quòd in probo viro ignorantia probatur per iuramentum etiam contra præſumptionem iuris præciputè concurrentibus alijs coniecturis, de quibus infrà dicetur, laſ. in §. ſed iſte. col. 24. num. 96. Inſti. de actio. allegat Bal. in l. falſus. col. 3. in 3. oppo. C. de fur. & gl. quam dicit bene ſignandam in d. c. ſignificaſti. in verbo, Si ita eſt, de homicid. & facit text. in l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milita. & in c. cum in iuuentute, de præſumptio. quæ iura citat Alex. conſ.

26 89. nu. 13. vol. 3. vbi dicitur, quòd † qualitas præcedentis bonæ vitæ tollit indicium, imò fortiùs dicit Hyppol. in ſua practica, in §. principium. num. 2. referens dictum Butr. in

27 c. vidua, de reg. iur. in fin. † quod vir bonus admittitur ad probandum cum iuramento contra præſumptionem iuris, & de iure, contra quam regulariter non admitteretur probatio, niſi per confeſsionem partis, quod tamen non affirmo, ex nota. per Cardi. in c. finali in ſecundo notabili, qui matri. accuſ. poſſ. ſed inquiſitus in actis fuit pronunciatus pro homine probo, bonæ vocis, cõditionis, & famæ, qui etiam talis præſumitur, maximè cum ſit notarius publicus, & officialis Ducalis: ergo ei eſt credendum attento iuramento præſtito, vel ſaltem deferendo iuxta eius requiſita, d. §. à Barbaris. faciunt, quæ de probo viro cumulat Tiraq. de pœnis cauſa 51. per totam. Nec ei nocent illa verba, Exceptis his, pro quibus inquiritur, quia alio non facto non tollunt bonam conditionem, & famam inquiſiti: & quòd ignorantia ſimilium proclamatum poſsit probari iuramento, allegatur tex. in c. fin. iuncta glo. in verbo, Iuramentum, quam ibi approbat Io. Calderi. qui matrim. accuſ. poſſ. vbi ex-

28 preſsè gloſſa dicit, † quòd cõtra præſumptionem ſcientiæ eorum, quæ publicè fiunt, reſultantem contra eum, qui fuit præſens, admittitur probatio per iuramentum, & allegat concordantem gloſſam, quam dicit notandam,

tandam, Præpoſi. ibi colum. 4. & licet Abb. num. 9. dicat dictam gloſſam non eſſe vniuerſaliter veram, attamen cõcurrit cum gloſſa, quando cum iuramẽto concurrerent aliæ coniecturæ, ſiue præſumptiones ſecundum gloſ. fin. in d. c. viduã. de regula. quam ſequitur ibi Butri. facit gloſ. in c. præſumitur. de regu. iur. in 6. vbi poſtquam dixit, quòd eorum, quæ publicè fiunt, præſumitur ſcientia, & quòd virtus huiuſmodi præſumptionis eſt transferre onus probandi in alium, quærit, quomodo probetur ignorantia? & primò dicit, quòd cum iuramento probatur: & ita expreſsè tenet Alberi. in l. diuus. in fi. ff. de in integr. reſtitut. per illam gloſ. in d. c. fina. qui matrimon. accuſa. poſſ. & per c. fin.

29 de iureiuran. † quòd ſi eſt præſumptio contra aliquem, tollitur eius iuramento: facit gl. communiter approbata in §. quia verò, in authen. de teſti. vbi præſumptio ſcientiæ reſultans contra eum, qui vult quartò producere teſtes, purgatur iuramento petentis.

30 Accedat, † quia ignorantia veluti quid conſiſtens in animo, & occultum, eſt difficilis probationis, ideò probatur coniecturis & præſumptionibus, vt concludunt communiter Doctores in d. c. fi. qui matrim. accuſa. poſſ. & in c. 2. de conſtitutioni. & in c. quoſdam. de præſumptio. Alexan. in l. ſi cui. §. ijſdem. de accuſatio.

Coniecturæ verò huius ignorantiæ ex pluribus argumentis reſultant. Primò, quia die immediatè ſequente vltimum diem ſtatutum in vltimo proclamate, & nondum facta, imò nec inchoata viſitatione granorum, confeſtim præuia proteſtatione, quod nullam vſque in illam horam habuiſſet notitiam de proclamatibus, conſignauit granum, primo D. Marco Antonio Bobbæ gubernatori, qui proclamata fieri iuſſerat, & inde ſtatim acceſsit ad dominum Coconatum ad hoc delegatum, & ad Carandum eius ſcribam, & iterum profeſſus eſt eius granum, prout apparet in ipſorum atteſtationibus, de quibus in actis à fiſco comprobatis, & iſta eſt fortis coniectura, ſiue præſumptio in ipſo inquiſito viro probo, quod ignoraret proclamata, & quòd ſi prius ea ſciuiſſet, citius granum conſignaſſet, argumen. eorum, quæ dicit Alexan. in conſ. 146. num. 1. vol. 6. & ſequen. quem refert & ſequitur Hyppol. in d. §. 1. num. 7. & 8. pro qua adducitur text. ſingularis ad literam, & in terminis in d. l. diuus. ff. de in integr. reſtitu. & ibi Bar. nu. 3,

31 † vbi præſumptio contemptus iudicis reſultans contra contumacem ex eo, quòd citatus voce præconis non venit in termino ad iudicium, tollitur ex eo, quòd citatus conſtim poſt terminum venit ad iudicium. Vndicatur, quòd ibi ideò illud eſt, quia erat ſens, quoniam abſentia non eſt conſidenlis in illa lege, cum ibi præſupponatur tumax vere ſeu fictè, & ſic ſciuiſſe citnem, imò præſupponit Bald. ibi, quòd tatus fuerat perſonaliter, idem in l. ſiue detis. in fi. C. de probatio. vbi per illum

32 in l. diuus. dicit, † quòd præſumptiua obentia tollit præſumptionem contumaetiam perſonaliter citati. Sed in caſu noinquiſitus confeſtim & incontinenti termino proclamatum conſignauit: ergo præſumitur ignoraſſe, & quòd ſi ſciuiſſet tim conſignaſſet, d. l. diuus. Pariſ. conſnum. 52. 64. & 65. volum. 1. faciunt noſed Iulianus. §. proinde. verſ. ſed ſi ab

33 & ibi Barto. ff. ad Macedonia. † vbi exſubſequuto intelligitur, qualis fuerit præcedentis. plura congerit Craue. conſnum. 10. Thom. Gram. conſ. 22. numer. conſ. 13. num. 2.

Alia coniectura ignorantiæ eſt, quia inquiſitus moram trahebat, ſeu habitat tempore proclamationum, & præſentia habitat domum noſtræ habitationis, bis ſeruiens, quæ domus eſt ſita in ex ma parte ciuitatis prope mœnia, in qua te, nec in alijs circumuicinis fuerunt facta proclamata, ſed ſolum in platea mag & in locis, de quibus in relationibus, non parum diſtant à prædicta domo, habitabat: & multi alij fuerunt, qui non buerunt de dictis proclamatibus notitia prout deductum fuit, & facilè probatur liber conſignationis dictorum granorum datur, in quo quamplures poſt ipſum inquſitum conſignaſſe legentur: & pro hac coiectura facit text. in authen. de litigioſ. §. verò cauſam. verſ. vocem enim. & cap. dam

34 ibi dicitur. † vocem enim præconum paſſunt, qui præſentes non inueniuntur, dire, & idem dicitur in authen. qui ſemel. quomodo & quando iudex. ibi, vox prænis paucis innoteſcit. concordat text. in d. diuus. ibi, parum exaudita voce præconis. Specul. de citatio. §. 1. verſicu. item quod per clamorem, ſeu vocem præconis. Cum igitur concurrant pro ipſo inquiſito tot vehementes coniecturæ, ſtandum eſt ipſius iuramento, quòd ignorauerit dicta proclamata.

35 † quæ præſumptio ignorantiæ potentior eſt præſumptione ſcientiæ, d. l. diuus. & ratio in promptu eſt, quia ſcire aliquid fuiſſe factum, eſt per accidens, cum facta non præſumantur; & pro præſumptione ignoran-

tiæ ſta-

tię ſtat regula d.c.preſumitur, cui quidem regulæ ſemper eſt inhærendum, ſicut inhærent Bononienſes Carocio, glo.in l.oĕs.ff.de reg. iur. & maximè in caſu noſtro, in quo agitur de delicto in omittendo, videlicet, quod in-
36 quiſitus non conſignauerit granum, † in quo ſcientia eſt de ſubſtantia delicti, ideo probari debet, ita expreſſè tenet Bald.in l.1.col. 10. verſ. item quando quis accuſatur, q̃ nihil fecit. & in l.data opera.col.6. verſ.ſed vbi ignorantia.C.qui accuſa.non poſſ.per glo. in l. ex maleficijs. in verſicu. longè minus.in verbo, Ignorantis. ff. de actionib. & obligationib. & Bald. refert & ſequitur in hoc Felinus in c.2. colum. prima. verſicu. eſt verum quod Bald. de exceptio. & differentiam inter delictum in faciendo, & delictum in non faciendo facit Bald.in l. data opera.col.2.verſi. vel diſtinguo.C.qui accuſ.non poſſ. dicens,
37 † q̃ delictum, quod committitur in negligendo non punitur criminaliter, ſequitur Paul. de Caſt.in l.1.nu.9.ff.de legib. quos refert & ſequitur Dec. in materia ignorantiæ in d. c. 2.nu. 12. de conſtitu. & in terminis noſtris in eo, qui non conſignauit iuxta proclamata, quòd ſcientia debeat probari, tenet laſ.dicto conſi.46.nu.2. vol.3. vbi hac diſtinctione reſpondet contrarijs, & Bart.ex aduerſo adductus in d. l. inter. §. rectè. loquitur in delicto conſiſtente in faciendo, quem ita intelligit Dec. in d. c.2. col.fi.in prima lectu.de conſtitu. & ad hoc faciunt nota.per glo.& Doct.in l.ſi mora. ff. ſolu. matrim. quam literis aureis
38 ſcribendam dicit ibi Bal. † quòd odioſior eſt mora commiſſa in faciendo, quàm in negligendo, Anchara. conſil.158 numer.12. & in conſi.411.colum.prima.ac in repetitio.c.peccatum. in quinta oppoſitio. de regu. iuris. in ſexto. cum innumeris alijs per Tiraq. congeſtis in tract. de pœnis, cauſa 44. nume.24. & pluribus ſequentib. nec enim valet argumentum à delicto in committendo, ad delictum in omittendo, & econtra, Dec.conſil. 151.nu.9.& conſi.178.col.3.conſi.192. num.5. ac conſi.605.nu.1.& 2.Aret.in l.ſi is ad quem.
39 col.7.ff.de acquir.hæred.† vbi dolus in omittendo non facit retractari ſententiam, ſecus in committendo, Dec.in l.quod te.nu.45.& ſeq. ff. ſi cer. peta. Amede. de Caſtil.in tracta. deſyndica.num.69.

Addo etiam aliam reſponſionem, videlicet edicta procedere, quãdo in ipſis, vel in ꝓclamatibus datæ eſſent congruæ dilationes,
40 in quarum termino veriſimiliter poſſunt ꝓclamata in notitiam deuenire: † nam tunc elapſo termino competente, præſumitur proclama in notitiam omnium deueniſſe, ſecus, ſi adeo ſint anguſta tempora, vt veriſimiliter non poſſunt deuenire in notitiam omnium: tunc enim eorum ſcientia non præſumitur, & hanc reſponſionem mihi probat tex. in d. authen. de litigio. §. fina. verſ. vocem, iuncto verſ. edicta verò in multos dies ſic poſita pene omnes agnoſcere, & tex. in l. qui cũ vno.
41 §. fi. ff. de re milit. † vbi parcitur tyroni ignoranti diſciplinam militarem, quem tex. adducit Bal.in l.data opera.colum.6. in princi. C.
42 qui accuſa.non poſſ.ad quæſtionem, † quòd ciuis nouellus præſumitur ignorare ſtatuta, ideo non puniatur, ſi contra faciat, ſequitur Feli.in c.à nobis.in princ.de exceptio. Hyppol.in d. l. qui ignorans. nu. 17. & in alijs locis ſupra allegatis. Et ratio iſtius præſumptæ ignorantiæ eſt propter breuitatem temporis, propter quam non eſt veriſimile, quod Tyro diſciplinam militarem didicerit, & ciuis nouellus ſtatuta ciuitatis, & ad hoc facit:
43 † nam licet vicinus præſumatur ſcire facta vicini, & coniunctus facta coniuncti, l.octauo.ff. vnde cognati. attamen hoc procedit in facto ſucceſsiuo, nõ autem in facto momentaneo, Alex.conſi.71.nume.8.volum.1.hisq̃ conuenit, quod ſcribit Bartol. in l.ſi mihi &
44 tibi.§.1.numer.2.ff. de lega.1.vbi dicit, † quòd anguſtiæ temporum non proſunt ad conſtituendum reum in mora, ibiq̃ Bald.in fi. notat, quòd dies non interpellat pro homine, quando dilatio eſt minus breuis, quia anguſtiæ temporum impediunt moram, & Bald. refert & ſequitur laſ. poſt Ange. & Roma. quos allegat in l.ſi ex legati cauſa. numer. 17. ff.de verb. oblig. his accedunt, quæ ſcribunt Moder.Pariſ.de feud.titu.1. § 30. nume. 157.
45 hinc dicimus, † moram modici temporis nõ nocere, nec attendi, l. quoties. C. de precibus Impera. offeren. & l. ſi debitori. ff. de iudi. & hãc interpretationem recipiunt quæ de præſumptione ſcientiæ eorũ, quæ publicè fiunt: latè ſcribit Gramma. dec.136.nume.15.& ſequen. ſed in caſu noſtro adeò fuit breue tempus in proclamatibus præfixum, vt veriſimile non ſit ea in omnium notitiam deueniſſe: nam in primis proclamatibus, nec tempus vnius dieĩ integri ab hora publicationis datum fuit ad conſignandum, quia non apparet, qua hora dicta die factum fuerit proclama, nec eorum copia fuit in locis publicis affixa, & ea interpretatio fieri debet, q̃ hora tarda fuerit factum, ad excuſandum delictum, l. meritò. ff. pro ſocio. Et ſecunda proclamata non habuerunt ſpacium duorũ dierum, ſi attendamus horam publicationis, quæ ſerò fuiſſe præſumitur, vt ſuprà dictum eſt.

46 Rñderi etiam põt, † contrarie procedere, qñ de magno prę iudicio ageretur, quia tunc ignorantia non probaretur iuramẽto, secus verò, si de modico præiudicio agatur, quia tunc ignorantia iuramento asserentis proba tur, secundum Abb. in d.c. quosdam. nu. 3. & ibi Fel. nu. 5. & col. fin. versi. idem dicunt. de præsumptio. Deci. in d.c. 2. colum. fin. versic. & hoc intelligitur, de constitutio. vbi etiam dicit post Areti. hoc maximè procedere, vt euitetur pœna. Sed in casu nostro non quidem modicum, sed nullum fuit illatum prę iudicium ex retardatione consignationis in diẽ sequentẽ, & agitur de euitanda pœna, in qua fiscus põtendit cãm lucratiuam, vt not. in tit. C. de pœ. fisc. deb. præfer. lib. 10. ergo admitti debet põbatio ignorantię per iuram, cõcurrentibus maximè põsumptionibus & con iectur is, de quibus suprà, vt concludit etiam Fel. in d.c. quosdam. col. fi. versi. secundo, nisi iurẽ iuuaretur aliqua præsumptione. Facit quod dicit Ab. in c. à nobis. nu. 10. de sen. excõica. q ex coniecturis põsumitur ignorãtia, vel scientia, & in dubio recurritur ad iurẽ delinquentis, Alba consi. 9. nu. 36. & 43.

Quinto prę suppositio citra veritatis põiudicium, q intra tps in proclamatibus statutũ habuisset de eis scientiam, adhuc tñ attentari põt, quòd per lapsum termini non dicatur contumax & morosus põcipuè ad incurrendam pœnam, quia non apparet fuisse per fiscũ seu eũ cuius intererat accusatã cõtumaciã saltem in genere omniũ non cõsignantium,

47 † quæ accusatio contumaciæ requirebatur ad faciendũ, q ipse inquisitus, & alij nõ consignantes, efficerẽtur cõtumaces & morosi, Bart. in l. inter accusatorem. nu. 8. ff. de pub. iudi. & ibi Imo. col. 2. versi. item adde. Saly. in l. absentem. nu. 10. C. de accus. latè Ias. in l. properandũ. §. & si quidẽ. col. 2. nu. 7. C. de iudi.

Nec obstare videtur, q hic procedatur per

48 inquisitionẽ, † quia inquisitor succedit loco accusatoris, Bal. in l. obseruare. §. proficisci. col. 4. versic. quintò quæro. ff. de off. procon. & lega. ideoq eius naturam sequitur, l. si eũ. §. qui iniuriarum. & ibi glo. ff. si quis cau. Cagno. in repet. l. vnicæ. nu. 96. ff. si quis iusdi. non obtem. Boc. decis. 259. nu 12. latè Hypp.

49 consi. 50. nu. 8. & seq. vbi etiam dicit, † quòd oẽs exceptiones, quæ possunt opponi cõtra accusantẽ, possunt etiã opponi contra iudicẽ inquirentẽ. Nec videtur obstare Affl. decis. 3. quia non militat in casu nostro, imò dicit, decisum fuit, esse accusandam pœnam, & in hac patria hoc iure vtimur, scilicet ad incurrendã pœnam esse accusandam contumaciã, sed demus etiam accusatã fuisse cõtumaciam, vel eius accusationem non requiri in casu nostro, adhuc contumax, seu morosus dici non potest, attenta consignatione de immediate sequenti facta, ita expresse dicit doctissimus Purp. in l. vinum. nu. 10. ff. si cer. pe. vbi post gl. Bal. Roma. Alex. & Ias. per

50 relatos, ait, † quòd lapsa die à lege, siue ab homine adiecta, quis statim non incurrit mo. sed debet expectari adhuc modicum tps: & ratio est, quia veniendo intra modicũ tps, quasi p eo, habetur, ac si die statuta veniss. pulchra gl. 1. in fi. in l. & si post tres. ff. si quis caut. Nã vt suprà diximus, mora modici tps nõ consideratur, Ale. in l. 4. §. prætor ait. in fi. ff. de re iudi. gl. in l. Pomponius. §. ratũ. ff. de

51 procura. & dicit Ang. in consi. 312. nu. 2. † q vbi dilatio damnũ non infert de sui natura, non dicitur morosus, qui differt, l. si in lege. §. colonus. vers. quod si in paucis. ff. loca. cum aliis pluribus concordan. adductis per Alber. in l. si merces. §. vis maior. ff. loca. vbi dicit, quòd in mora modici tpis non est periculũ, l. hi debitori. ff. de iudi. & dicit Bal. in l. ea quæ. col. fi. in prin. C. qũo & qñ iud. per nota. in l. 1. §.

52 fi. ff. si quis iusdic. non obtemp. † æquum non esse, quòd quis propter momentũ temporis perdat ius suum irreparabile, qm esse non videtur, quod parum durat, glo. in titu. Epin vel Abbat. §. quinetiam. Nam æquiparantur parum & nihil, Institu. ad leg. Falc. in princ. c. licet causas. §. cumq. de proba. Hyppo. singul. 276. plura ad hoc cumulat Ias. in l. edicta nu. 13. & seq. C. de eden. & consi. 139. colu. in uersi. non obstat. vol. 4. & latissimè Hyppol. in l. fi. nu. 153. cum pluribus seq. ff. de iurisdi. om. iud. Rip. respon. 8. nu. 3. lib. 1. quod remquitur arbitrio iudicis, secundum Barto. cõiter Docto. in l. si insulam. ff. de verb. obli. Alex. in l. 1. §. item si ita. col. 2. in prin. num.

53 & 3. ff. vt in possess. leg. † quod arbitrium debet tamen esse regulatum à iure, & secundũ subiectam materiam, Ang. d. consi. 312. nu. 2. Ias. in l. & si post tres. nu. 6. ff. si quis cau. latè Bar. in Extrauag. ad reprimendum. in verb. videtur. & Ias. exponit dictionẽ, Illico, id est infra triduũ, l. fi. C. de iudi. & pariter dictionem, Incontinenti, l. fina. C. de errore aduoc. Bald. consi. 250. numer. 7. volum. 1. ergo ad id tempus saltem regulari debet arbitrium iudicis, vt in simili dicit Maran. de ordine iudicio. in sexta parte, in nono membro, nu. 4. Sed in casu nostro non quidem triduum intercessit à lapsu secundi diei, in proclamatæ vltimo adiecti vsque ad consignationem factam, sed nec etiam nouem, aut decem horarum spacium habita ratione à die vltima Iunij vsque in horam primę Kalendarum Iulij, imò

imò si tempus noctis, quæ tunc est horarum octo, vel circa, in qua omnia silent, dinumeratur, vix vnius, aut duarum horarum spacium interceſsisse dici potest, quo fit, vt nemo, nisi animi iudicio careat, futurus sit, qui professionem grani illico, & incontinenti factam non exiſtimet validam, & veluti in-
54 tra tempora factam: † ad quod faciunt notata per Bar. in l. quærebatur. ff. de testam. mili. & in l. si plures. ff. de iniur. Alexa. in l. si quis eum. §. si suo. colum. 1. ff. de vulga. & pub. & in consi. vltimo. colu. fina. volu. 3. Felin. in c. 3. col. 3. de constitu.

55 Sextò accedat, † quòd etsi mora fuisset commissa, attamen potuit purgari, maximè re integra, etiamsi in proclamatibus dictum fuisset, & quod post lapsum tempus non audiantur, doctrina est Innoc. in d. c. fin. versicul. item hæc habent locum, qui matrim. accusa. poss. quem ibi refert & sequitur Præpo. col. 5. Ange. post Bal. in l. si quis instituatur. §. 1. col. 2. verlic. & ideo malè dicit Bart. ff. de hære. institu. & conuenit quod dicit Bal. in tit. de mil. vas. qui contu. est. col. 2. versicu. idem
56 ait, † quòd contumax in respondendo positionibus, potest purgare moram, si aduersarius non sit in probando grauatus, & in d. l. diuus. colum. 1. in fi. quod contumacia purgatur, quando fit comparitio re integra: adstipulatur tex. in l. hoc edicto. & quod ex eo infert Ang. ff. de public. & vectiga. vbi habetur, quod ad pœnam euitandam mora purgari potest ante sententiam, sequitur Iaſ. in d. l. si insulam. nu. 1. in fi. ff. de verb. oblig. facit tex. secundum communem intellectum in d. l. & si post tres. ff. si quis cau. Bart. in d. l. si insulam. col. 3. & ibi Iaſ. num. 17. & Rip. nu.
4. Iaſ. consi. 9. incip. Reuerende domine. nu.
57 1. 2. & 3. volu. 1. concludentes, † regulam, quæ habet, quod vbi est dies & pœna, non admittitur purgatio moræ, locum habere in pœnis conuentionalibus, non autem in pœnis, quę ex prętoris officio proficiscuntur, & ita expressè dicit Bal. in l. sancimus. in princ. C. de fideiuss. vbi respondet ad l. magnam. C. de contrah. & commit. stipu. & dicit idem Bal. in l. si pacto, quo pœnam. colum. 3. versicu. secundò quæro. C. de pactis. quòd quando mora ratione comparitionis committitur, vtputa, quia aliquis citatus comparere sub pœna ad certum diem, & non comparuit, tunc mora infra modicum tempus pōt purgari, non
58 obstante, quòd sit dies & pœna: quia prætor semper æquitatem præ oculis habere debet, d. l. quòd si Ephesi. ff. de eo, quod cer. lo. † & de æquitate admittitur purgatio moræ, l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbo. oblig. Bar. in d. l. si insulam. in 5. oppos. & videtur facere tex. in d. l. diuus. ff. de in integ. rest. vbi dicit, subueniendum ei esse ex æquitate, qui confestim comparuit, & tex. in l. illud. ff. de peric. & cōm. rei ven. vbi mora modici tēporis obesse non solet, maximè re integra, & tex. in l.
59 mancipiorum. ff. de opt. lega. † vbi prętereto termino à iudice statuto admittitur purgatio moræ, si res est integra, etiamsi præcesserit comminatio, latissimè Hyppo. sing. 283. Bal. in l. diffamari. col. 2. C. de ingen. & manum. & conueniunt allegata per glo. in cle. sæpe. in verbo, Non obstant. in fi. de verb. sign. faciunt allegata per Feli. in c. licet causam. nu. 15. de proba. & in d. c. 2. nu. 9. de constit. quæ maximè procedunt in casu nostro, in quo est satisfactum menti proclamatū, attenta consignatione statim facta, & rationi, propter quam fuerunt facta proclamata, quæ vnica esse potest, scilicet, vt sciret Illustris. dominus Gubernator quantitatem granorum in ciuitate existentium, quam quoad granum ipsius inquisiti sciuit: ita concludit Felin. & alij suprà allegati, & Paris. consi. 101. nu. 129.
60 vol. 1. vbi dicit, † quòd cessare debet effectus proclamationis quoad eos, in quibus cessat causa.

Nec ecntrà pugnat, quod ex aduerso dicitur non constare de cōsignatione facta die sequenti, & non esse credendum attestationibus Ill. D. M. Antonij Bobbæ gubernatoris, nec aliorum, veluti carentibus debitis solemnitatibus à iure requisitis, quia si attestationibus proclamatū fides est adhibenda, pariter est danda istis, vt seruetur æqualitas, l. fi. & ibi gl. C. de fruc. & lit. expen. & præmissis cessantibus dici potest, quod ex quo dominus Matthęus Coconatus ex auctoritate dicali fuit deputatus ad consignationem granorum recipiendam, quod eius apocæ, siue attestationi credatur, argu. nota. per Bart. in l. quædam. §. nūmularios. in fi. ff. de eden. & nota. in l. 1. C. de apoc. pub. libr. 10. Præterea,
61 † etiam quòd essent scripturæ penitus priuatæ, adhuc dicuntur fidem facere, quia fiscus eas approbauit, & confirmauit contra illas non opponendo, licet fuerit decreta copia cum termino opponendi, imò eas acceptauit, & produxit, ac reproduxit, ex quibus resultat confessio contentorum in eis, l. cum precum. C. de liberali. causa. l. cum ostendimus. §. fin. ff. de fideiusso. tuto. Cardi. in clemen. 1. nu. 2. de procurato. Iaſ. in l. quæ dotis. nu. 90. & sequen. ff. solu. matrimo. Cra. cons. 1. nu. 11.

Nec obstat clausula in parte & passibus, quia cum vnicum, & indiuisibile capitulum

contineat, non valet, nec releuat, Iaſ. in l. admonendi. nu. 129. ff. de iureiur. maximè ſtante contradictione ipſius inquiſiti, Felin. & Dec. latè in c. cum venerabilis. nu. 23. de exceptio. poſt Bal. communiter approbatum in l. alia. C. de ijs quib. vt indig. ex quibus omnibus reſultat probata conſignatio granorum.

Nec etiam aduerſari videtur, quod prima facie obijcitur, purgationi morę locum non eſſe, quando datum eſt tempus ad purgandum moram, l. ſancimus. C. de fideiuſſo. l. ſcire. §. conſequens. ff. de excuſa. tuto. Sed in caſu noſtro ſecunda proclamata aſſeruntur facta ad purgandum moram primorum proclamatum, ſtante clauſula, de qua in vltimis proclamatibus, videlicet (dechiarando che quelle perſone che non hanno conſignato, conſignando detto grano, come di ſopra, non ſi gli pigliera pena alcuna) quia primò negatur maiorem propoſitionem eſſe ſim-
63 pliciter & indiſtinctè veram, † cum iura in contrarium allegata loquantur in termino ſtatuto à lege ad purgandum moram, ideo nimirum ſi non admittitur purgatio moræ, quia lex quantumcunque dura eſt ſeruanda, l. proſpexit. ff. qui & à quib. ſecus autem, ſi talis terminus eſſet aſsignatus ab homine, etiam comminatoriè: ita in ſpecie reſpondet Bal. in l. ſi quis inſtituatur. §. ſed ſi bonorum. in fin. ſt. de hære. inſtitu. quem ſequitur Rui. conſi. 74. col. 3. verſi. quinimo. volum. 5. Præpo. in d. c. fi. col. pen. verſi. ſed ad illum. §. conſequens, qui matrimo. accu. poſſ. poſt Innoc. ibi, quem ſequitur Felin. in d. c. licet cauſam. num. 17. & faciunt dicta per eundem Felin. in d. c. 2. nu. 9. verſi. intellige. de conſtitutio.
64 vbi† facit differentiam inter terminum à iudice ſtatutum, aut à lege, quod præſertim procedit in Principe, cũ quo mitius agitur, argu. l. 1. C. ſi quis impera. maledixe. Nam ſi etiam expreſſè in proclamatibus dictum fuiſſet, quòd lapſo termino nõ audirentur conſignantes, attamen, adhuc re integra, non obſtante comminatione admitteretur purgatio moræ, d. l. diuus. & d. l. mancipiorum, cũ aljs ſuprà allegatis: ergo multò magis debet admitti, vbi non eſt poſita comminatio, ſed in caſu noſtro inquiſitus ſponte conſignauit re integra, id eſt, ante aliquam viſitationem granorum inchoatam, vt ex dictis atteſtationibus apparet, in nullocq; factũ eſt deterius iuris fiſci: ergo admittẽda eſt moræ purgatio. his accedit Bar. in l. ſemel mora. ff. ſol matri.
65 † vbi mora tollitur per oblationem ſequentem: addatur, quia, vt ſuprà dictum eſt, nulla dici poteſt commiſſa mora, Purpura. in d. l. vinum. imò ſi qua mora commiſſa dici poteſt, potuit purgari per conſignationem factam ante viſitationem dictorum granorũ, & hoc liquido apparet ex verbis ipſorum proclamatum, videlicet, Delle quali pene paſſato il detto termine, & fatta la debita inquiſitione contra quelli che non haueranno ô manco fedelmente conſignato, ſe neſſa eſecutione, & c. quæ verba, cum copulatiue poſita legantur reſpectu alterius ſubiecti, hoc eſt executionis dictarum pœnarum ſiat
66 copulatiuè, † ita quòd vtriuſque qualitatis concurſus ad incurrendam pœnam requiratur, videlicet lapſus termini, item quòd ante viſitationem non fuerit facta fidelis conſignatio, ſecundum Bar. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. colu. pen. ff. de reb. dub. per tex. in l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſtit. quem ſequitur in ſimilibus terminis Socin. conſi. 33. col. 2. vol. 3. addens, quod in materia odioſa exorbitanti, ſiue pœnali dictio, &, ſtat copulatiuè, ad quod faciunt nota. per Iaſ. in l. 1. col. 1. & 2. ff. de iuſti. & iure.

Non etiam obſtat, quòd mora ſit geminata, ideo purgari non poteſt, cum in caſu noſtro dici non poſsit geminata mora: quia nõ conſtat inquiſitum tempore primorum proclamatum habuiſſe aliquod granum, & dictio, Citra, poſita in eius reſponſionib. eiũ nocet, ſecundum Bar. in l. Celſus. nu. 23. ff. de vſuca. item prædicta concluſio non procedit in caſu noſtro, d. c. fi. qui matri. accu. poſ. vbi plures interuenerunt denunciationes, & tamen auditur accuſator veniens re integra, præterea vt dictum eſt dici non poteſt in vltimo proclamate mora commiſſa, antecta conſignatione incontinenti facta.

Non repugnat dictum Rippę in tracta. de peſte, ſuprà allegatum, quia non valet argumentum à delicto in committendo, ad delictum in omittendo, vt ſuprà dictum fuit in quarto fundamento, quibus addo Alex. in l. ita ſtipulatus. col. 3. ff. de verb. obli. & eundẽ Rip. in c. ſæpe. nu. 72. de reſtit. ſpol.

67 Septimò pro inquiſito adducitur, † quòd ſi ſimus in claris pro ipſo, attamen etiam eſſemus in dubio, iudicandum pro ipſo reo eſſet, l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. c. cũ lint. de reg. iur. in 6. & in dubio iudicari debet, quòd pœna locum non habeat, argu. l. ſi præ-
68 ſes. cum ibi nota. in gloſ. ff. de pœnis. † in dubioq; amplectenda eſt illa opinio, quæ fauet purgationi morę. Rip. in d. l. ſi inſula. col. 2. in fin. poſt Imo. in l. ſi ſeruo. §. ſequitur. de verb. obliga. ex quibus omnibus cenſuit Senatus ipſum inquiſitum eſſe abſoluendum, attenta profeſsione incontinenti facta.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In delictis occultis proceditur ex coniecturis, seu præsumptionibus, indicijs, ac alijs leuioribus probationibus.*
2 *Iudæo testi contra Christianum vsurarium deponenti creditur. & nu. 5.*
3 *Vsurarium quem esse, quomodo, & per quos probetur.*
4 *Instrumentum dicitur probatio probata, veritas apparens.*
5 *Iudæorum testimonium regulariter contra Christianum non admittitur.*
6 *Vsurarius non probatur quis per testes, qui dicant soluisse vsuras, eo quòd de eorum commodo deponant.*
7 *Periurus repellitur à testimonio dicendo.*
8 *Testi non deponenti verisimilia non creditur.*
9 *Varia sunt non esse, vel de aliquo non apparere.*
10 *Priuilegium Ducale Hebræis concessum, quòd eorum libris credatur, quomodo intelligatur.*
11 *Libris rationum, etsi ex statuti, aut decreti dispositione credendum sit, admittitur tamen contra eos probatio in contrarium.*
12 *Indicium tollitur ex eo, quòd quis fuerit in actis pronunciatus bonæ vocis, conditionis, & famæ.*

DECISIO LXXII.

De eo, qui vsurarius accusatur, quomodo tale crimen commisisse probetur.

INquiritur etiam prædictus Ioseph. Barberij, q̃ pecunias cuidam Iudæo mutuauerit sub vsuris, in quo articulo videndum est, an probatũ sit ipsum Iudæo fœnerasse? Et videretur prima fronte dicendum, indicia esse sufficientia saltem ad inquirendum, quod sic probatur: † nam in delictis occultis proceditur ex coniecturis, seu præsumptionibus, & indicijs, ac alijs, pbationibus leuioribus, etiã ad condemnandum, Bal. in l. nemo. C. de epi sco. aud. Alex. consi. 77. vol. 1. Dec. consi. 363. Carer. in sua practica crimina. in prin. nu. 165. colum. 3. Marsil. in sua practica crim. in §. principium. num. 7. & 8. Anto. de Butr. consi. 24. colum. 2. versic. in talibus autem gestis, & in crimine vsurarum. Iaslatè in l. cum ea, quæ. nume. 4. cum sequen. C. de transact. & in Instrumentis, siue contractibus simulatis, Areti. in l. si is, qui bonis. ff. de acquiren. hæredi. latè Ias. consi. 141. nu. 4. vol. 4. sed vsura est crimen occultum, clemen. vnica. §. cæterum. de vsur. Moder. Paris. latè de feud. titu. 1. §. 23 num. 28. circa fin. ergo ex testibus etiam non integris & inhabilibus põt probari, † & sic in casu nostro Iudæi deponentes contra inquisitum videntur admittendi, prout in casu vsuræ tenuit Crauet. consi. 73. numero 7. & sequen. vbi dicit, quòd in causa vsuraria testibus singularibus, etiã Iudæis cõtra Christianum creditur, & videtur decisio Cepollæ, de simulatio. cõtractuum. nu. 87. dicẽtis expresse, † quòd si iudex contra aliquem tanquam vsurariũ procederet, poterit id probari per libros & codices alterius partis, & per testes proxenetas, seu mediatores, & alios, cum quibus crimen est commissum, argumen. c. quoniam. de testibus. & nu. 88. in fin. dicit, quod poterit probari per argumenta, puta per familiam, adstipulatur Calde. consi. penul. sub titu. de testib. vbi dicit, quòd recipiens ad vsuram est idoneus testis contra dantem, Ang. latè in disput. incipiente, Astensis miles. colum. 15. & alij citati à Maria. Soci. Iun. consi. 99. num. 18. & seq. volu. 2. Zasi. consi. 11. nu. 15. cum igitur proponatur parte fisci tam ex dictis Ioseph. Hebræi, quàm Bonæ eius vxoris, cum quibus dicitur cõtracta vsura, qui videntur idonei testes in hac causa inquisitionali ex traditis per dominum Cra. d. consi. 73. nume. 30. & 31. quam ex libris eorum, in quibus Hebraicè scriptum legitur, prædictam pecuniam fuisse acceptã sub vsuris: ergo istis concurrentibus videtur probatam dictam vsuram commissam fuisse, propterea ipsum inquisitum esse extraordinariè puniendum.

In contrariũ tñ pro ipsius inquisiti defensione dicitur nõ cõstare, fuisse cõmissam vsuram aliquam, quoniam confessiones, & ex inde condemnationes subsecutę, de quibus in Instrumentis in actis productis, loquuntur expresse, quod summa in Instrumentis contenta est ex causa mutui, quibus Instrumentis, cum sint publica & iudicialia, plena fides est danda, l. cum precibus. C. de prob. Instrumentum enim dicitur † probatio probata, & veritas apparens, Bal. in l. Imperator. col. 2. ff. de statu hom. Hyppo. in rubr. de probatio. num. 3. latè Alcia. de præsumpt. regul. 3. c. 13. quod maximè procedere dicitur, quando Instrumenta, vtputa confessiones, & condemnationes coram iudice fiunt, præcipuè coram Senatu, c. qm̃ contra. de probat.

Non obstant depositiones fugalium Hebræorum, † quia regulariter eorum testimonium contra Christianum non admittitur, c. Iudæi. & ibi gl. & communiter Doct. de testi. vbi Felin. ponit regulam cum fallen. quarum nulla conuenit casui nostro, gl. in l. quoniam. in verbo. Angustetur, in fi. C. de hæret. Afflic. decis. 114.

Nec obstant dicta per dñm Cra. d. consi. 73. quia ibi cum dicto Iudęorum concurrebant quamplurimæ coniecturæ, de quibus in d. consil. quo casu tenet concurrentibus

alijs cõiecturis, quod credatur iudęis, secus, si nullæ coniecturę concurrerunt, vt ibi dicit, num. 18. sed in casu nostro nullæ sunt aliæ vrgentes coniecturę: ergo iudęorum dictũ non probat, & maximè cum de eorum commodo tractetur, l. omnibus. C. de testib. & l. nullus. ff. de testi. & in terminis nostris contra inquisitũ de vsura, tenet Bal. in l. dictantibus. col. 2. C. de testa. quem refert & sequitur Cra. d. consi. 6. num. 101. post Alex. & Ancha. per eum allegatos, Felin. in c. veniens. el 1. num. 18. de testib. & in c. personas. in fine. eodem tit. Roma. singu. 360. & ibi in additio. vbi reprobatur Cald. d. consi. penult. Alex. consi. 72. num. 10. & consi. 107. num. 5. volu. 1. ac consi. 100. num. 8. eodem volum. Lau. de Rodul. de vsur. in 12. quæstio. Abb. consi. 13. volum. 1. Purpur. in l. 2. num. 100. & sequen. ff. si cer. peta. las. consi. 78. num. 2. & 3. volu. 3. & in l. admonendi. nu. 256. ff. de iureiur. præsertim in criminalibus, nisi forsan ad procedendum: & ita loqui videtur Cepol. loco suprà allegato. Accedat quod sunt periuri, cũ in prædictis instrumẽtis iurauerint bis, cõ-
7 tenta in eis esse vera, † quo casu non valet eorum testimonium, Bal. in l. si ex falsis. C. de transac. Dec. consi. 405. colum. 3. versic. similiter. Cra. d. consi. 6. num. 14. Item quòd non deponant verisimilia, cum d cant, se promisisse vsuras ad rationem duodecim pro primo centenario, & sexdecim pro secundo cẽtenario quolibet anno, & quod vsura non ascendit ad maiorem summam, quàm viginti octo scutorum, & tamen si habeatur ratio temporis à die facti mutui vsq; ad tempus condemnationum vsura ad prædictam rationem ascenderet vltra scutos quadraginta,
8 † quo fit, vt cum non deponant verosimilia non sit eis credendum, l. 3. §. fi. & l. ob carmẽ. §. fi. ff. de testi. Dec. consi. 315. num. 8. & consi. 196 nu. 8.

Non obstat, quod dicitur, depositionem Iudæorum, eorum libris adiuuari, quibus est credendum, attento, vt præsupponitur priuilegio Ducali, quo disponitur, debere credi libris Iudæorum: quia respondetur nõ constare in actis de huiusmodi libris, & priuilegio, ob id fieri in eis non potest fundamentum, l. 1. §. liquere igitur. ff. ad Syllania. l. penulti. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius
9 voca. est, vi exim. † paria enim sunt nõ esse, vel esse, & non apparere, vulgata l. duo sunt Titij. & dato, quòd de libris, & de allegato priuilegio constaret, cum hæc sint contra dispositionem iuris communis, quo non creditur huiusmodi libris, etiamsi essent Christianorum in fauorẽ scribentis, l. fi. C. de cõuenien. fisci debito. lib. 10. & in authen. de iureiuran. à morien. præstito. §. fina. latè concludit las. in d. l. admonendi. num. 110. & sequen.
10 † debent strictè intelligi, & restringi ad ea quæ respiciunt artem, & negociationem ipsorum Hebrẽorum, vtputa in dando pecuniam sub vsuris captis pignoribus, seu si scriberent de aliquo depolito, seu mutuo ita expressè restringit las. in repetitio. l. admonendi. numero 123. versicul. tertiò diligenter. Aretin. consil. 44. Cra. in tracta. de antiquo tempo. in prima par. numero 267. & ita cantat dictum priuilegium, quod aliàs vidi, aliquin facilè esset ludęis multa scribere in dis-
11 ctis libris in eorum vtilitatem. Prætereà etiam quod dicti libri probarent, attamen admittitur probatio in contrarium, vt in simili dicit las. in d. l. admonendi. numer. 305. & sequen. & latè in §. sed iste. numero 93. & quatuor sequen. Institu. de actio. Felin. in c. pro-
12 posuisti. numero 3. de probatio. † Tollitur etiam huiusmodi indicium ex eo, quod in actis pronunciatum fuit inquisitum fuisse & esse bonæ vocis, conditionis, & famæ, & lexand. consil. 89. num. 13. volum. 3. pertex. in l. non omnes. §. à Barbaris. de re militar. & in c. cum in iuuentute. de præsumptioni.

Non obstant Doctores, tenẽtes testes singulares probare aliquẽ esse vsurarium, qui vltra quod contraria opinio, creditur receptior loquuntur, vbi agitur de probando aliquem esse vsurarium in genere, secus, si agitur de probando aliquo particulari actu vsurario, vt latè per Felin. in c. licet exquadam. nu. 2. col. penul. de testib. quibus simul-
tibus, absoluit Senatus eundem inquisitum, Anno 1556. qui postea pp eius innocentiã & animi dotes constitutus fuit procurator fisci generalis, & inde Capitaneus iustitiæ à Serenissimo Duce.

SVMMARIVM

1 *Dispositio legis finalis. §. fi ff. de leg. 1. an, vt locum habeat, requiratur vtriusque ignorantia & emptoris & grauati, vel alterius tantum.*
2 *Copulatiuæ natura est, vt vtrunque fieri requiratur.*
3 *Restitutione pendente grauatus restituere dicitur dominus rei constitutioni subiectæ.*
4 *Alienatio rei fideicommisso subiectæ valet intercedente ignorantia contrahentium, si fideicommissum sit vniuersale, secus, si particulare.*
5 *Ignorantia semper in dubio præsumitur in acquirente.*
6 *Hæres quomodo præsumatur ignorare fideicommissum & contenta in testamento.*
7 *Scientiam alienantis deducere debet, qui prætendit, rem fideicommisso subiectam malè fuisse alienatam.*

DECISIO LXXIII.

An tex. in l. fi. §. fi. ff. de lega. 2. requirat ignorantiam hæredis grauati & venditoris, necnon & emptoris, an verò alterius tantum.

PROpositum in Senatu fuit, † an, vt locum habeat dispositio, l. fi. §. fina. ff. de lega. 2. requiratur ignorantia hæredis grauati, & emptoris vel alterius tantum: & censuit Senatus vtriusque ignorantiam requiri, cum id expresè probari dicatur ex text. d. §. fin. versicu. respondeo, propter iustam ignorantiam tam hæredis, quàm emptoris, hæredem mulieris, vt fundus apud emptorem remaneat, fideicommissario precium dare debere: ergo arguendo à contrario sensu, quod argumentandi genus in iure fortissimũ est, vulgata l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict. & à natura dictionis copulatiuæ, † quæ requirit vtrunque fieri, l. si is, qui ducenta. §. vtrum. vbi glos. ff. de rebus dub. quod argumentum est etiam validum. Cle. exiui. §. cum autem natura. de verbo. signifi. si iusta ignorantia hæredis grauati, & emptoris non interueniat, fundus apud emptorem remanere non debet, & hanc opinionem tenet ibi Bart. post glos. in l. quidam. §. si quis filium, in princip. glo. magnæ, ff. ad Trebel. & Bal. ibi, & in auth. res, quæ, in princ. C. commun. de lega. addens, quòd iusta ignorantia debet originem habere à facto defuncti, puta, quia proh buit testator testamentum, seu codicillos, in quibus erat descriptum fideicommissum, aperiri, nisi post mortem hæredis grauati, cuius dictum dicit communiter reprobatum Alex. in l. Marcellus. §. res, quæ col. 2. ff. ad Treb. & cons. 3. num. 2. vol. 3. refert & sequitur Opizo. in repetitio. §. diui. l. filius famil. col. 14. versicu. nec obstat. ff. de lega. 1. vbi dicit, communiter Docto. tenere, quòd tex. in d. §. fina. locum habeat, vndecunque procedat ignorantia. hanc opinionem sequitur ibi expresè Paul. de Cast. subdens requiri, rem legatam subiacere restitutioni sub conditione, † & sic quod pendente conditione grauatus restituere remaneat dominus, aliàs non teneret alienatio, quia nõ transfertur dominium, & in consil. 247. col. 6. vol. 1. quod tamen pro nunc pro constanti non teneo: hanc etiam opinionem tenet Imola. ibi, arguendo à contrario sensu, subdens tamen, dictum §. locum habere, † quando fideicommissum esset vniuersale, aliàs, si esset particulare, non teneret alienatio: quem sequitur Alex. in d. l. Marcellus. §. res, quæ. col. 1. in fine. ff. ad Trebellia. reprobata suprà scripta opinione, Paul. de Castro, non distinguentis inter fideicommissum vniuersale, & particulare, & Alexa. cons. 3. num. 1. & duobus sequentibus, vol. 3. & cons. 184. col. fina. vol. 2. Socin. cons. 49. num. 11. & sequenti, & cons. 75. num. 16. vol. 1. Beltrand. cons. 66. & 67. volum. 1. Iaf. in l. fin. §. sed quia, in quarto nota. C. commun. de lega. qui aliquid tangit circa ea, quæ adducuntur per Bal. Paul. de Castro, & Imol. in d. §. fina. & licet Iason ibi in fine dicti notabilis videatur præsupponere, quòd ignorantia alterius sufficiat, in illis verbis, Si autem fieret per ignorantem, vel ignoranti. Attamen rectè intuendo tenet, quòd requiratur ignorantia præcipuè alienantis, & clariùs idem firmat in d. authen. res quæ. col. 2. vers. limitatur notabiliter. C. eod. tit. Neuiza. cons. 32. num. 10. post plures per
5 eum citatos: † quæ quidem ignorantia in dubio semper præsumitur in acquirente, ex regula, l. verius. ff. de probation. per quam ita dicit Iaf. in d. §. sed quia. in quarto notabili. Socin. d. cons. 49. col. penult. Alex. d. cons. 3. col. 2. versic. item præsuppono. Beltrandus
6 d. cons. 23. numer. 67. † In alienante verò distingue: aut successurus erat ab intestato, & præsumitur ignorantia: aut non erat successurus ab intestato. & iterum distingue: aut est hæres immediatus, & præsumitur scientia. Ita concludit latè Rippa post Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 50. & sequen. ff. de verbo. obliga. Aut est hæres mediante. persona alterius, & præsumitur ignorantia, l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Alexan. cons. 284. col. fin. vol. 2. Socin. d. cons. 49. nume. 11. Beltran. d. cons. 23. num. 68. & seq. stante igitur præsumptione ignorantiæ dat cautelam Angel. in l. Marcellus. in §. res quæ. col. 2.
7 vers. vltimò sis cautus. ff. ad Trebelli. † quod Aduocatus debet esse cautus, vt deducat scientiam alienantis, & eum sequuntur communiter Doctores, Deci. consil. 155. in fine, imò fortiùs dicunt Alexan. in d. cons. 184. & Iaf. in locis suprà allegatis, quòd Angel. in d. l. Marcellus. §. res quæ. vult, quòd deducatur scientia alienantis, & emptoris, aliàs succumbat: sed Angel. in codice meo solum dicit de scientia alienantis, & hoc puto sufficere, quia si dicimus requiri ignorantiam vtriusq; ad hoc, vt alienatio teneat, satis erit deducere de scientia alterius, cum ea probata, verum sit dicere, vtrunq; non ignorasse; & ita iudicauit Senatus in causa Blanchiardi & Bartholomei Nicien sium. Limita tamen dispositionem prædicti §. fina. non habere

locum, quando vltra fideicommissum esset expressa prohibitio testatoris, quia eo casu ignorans ignoranti alienare non posset: ita sentit Gratus post plures, quos citat responso. 91. num. 13. & 14. vol. primo.

SVMMARIVM.

1 Iudicium particulare silet, & in eo supersedetur, donec iudicium vniuersale petitionis hæreditatis finem susceperit.
2 Petitio hæreditatis centumuiralis est, & magnæ auctoritatis, ac iudicijs particularibus præferenda.
3 Reiteratio, & refricatio eiusdem causæ in iudicio admitti non debet.
4 Petitio hæreditatis datur aduersus possidentem vnam rem, licet minimam, & quomodo concludendum in libello.
5 Libellus qualiter concipiendus in petitione hæreditatis remissiuè.
6 Hæres agens petitione hæreditatis, an necessariò petere debeat declarari se hæredem, & res hæreditarias ad se pertinere, & latè num. 12.
7 Dispositio omnis præsupponit substantiam, & qualitatem actus, de quo loquimur.
8 Petitione hæreditatis agens restringendo se ad vnam speciem videtur restrixisse virtutè actionis vniuersalis.
9 Iudex animi sui votum detegere non debet.
10 Iudicium vnum vniuersale per aliud non impeditur & num. 13.
11 Actio intentata, quæ sit in libello ex medio concludendi, cognoscitur.
12 Par est virtus taciti, & expressi, quæ regula locum etiam habet in libellis.
13 Libellus in petitione hæreditatis, quo quis petit reum condemnari ad restitutionem rerū hæreditariarum, videtur etiam continere in necessarium antecedens, quod agens declaretur hæres, & num. 18. cum seq.
14 Petitione hæreditatis si agatur inter aliquos de hæreditate pro certis rebus, siue in genere, siue in specie vnum iudicium propter aliud non silet.
15 Succumbens in exceptione potest illud idem intentare in alio iudicio.
16 Petitio hæreditatis ita demum contra debitores hæreditatis datur, si se hæredes contendant.
17 Petitio hæreditatis apta est, comprehendere augumentum, & diminutionem, eiusdemq; semper est virtutis, & auctoritatis.
19 Principaliter quod agitur, inspiciendum est.
20 Lite contestata quod accidit, in iudicium venisse non dicitur.

DECISIO LXXIIII.

De iudicio vniuersali petitionis hæreditatis, & an iudicium particulare sileat, donec finita fuerit quæstio super petitione hæreditatis.

MAter prætendens hæreditatem eius auiæ maternę ex illius testamento sibi insolidum pertinere, ea addita possessisq; omnibus bonis hereditarijs contractisq; secundis nuptijs aduersus eius filios tanquam auiæ hæres, egit, petens eos vti patris hæredes ad solutionem florenorum mille penes eos existentium ex alienatione bonorum hæreditariorum à patre facta, condemnari, lata fuit sententia ab ordinario, qui pronunciauit matrem ineptè egisse: mater Senatum appellauit: pendente appellatione coram Senatu, filij coram ordinario prædicto intentarunt iudicium vniuersale petitionis hæreditatis dictæ auiæ maternæ aduersus eandem matrem, sumpto fundamento, quod ex forma testamenti proauiæ vnà cum matre fuissent instituti hæredes: & matre appellationem prosequente, petierunt filij prędicti appellationis causam differri, ne prędicium fieret iudicio vniuersali petitionis hæreditatis per eos intentato, quæsitum fuit an supersedendum sit in causa appellationis, donec iudicium petitionis hæreditatis coram ordinario intentatum fuerit termi-
1 natum? Et videbatur dici posse, † esse differendam causam appellationis, donec iudicium vniuersale petitionis hæreditatis fuerit finitum, l. si quis libertatem. & ibi Bart. num. 12. Bal. & Angel. col. 1. allegantes plura iura concordantia, & in §. quoties. eiusdem. col. penult. Paul. de Cast. num. 4 5. & 12. ff. de petitio. hæredi. & in l. non distinguemus. § si is. ff. de recep. arbi. vbi quando inter possessorem hæreditatis, & petitorem mouetur aliqua quæstio particularis, vel specialis debet in eis supersederi, donec iudicium vniuersale petitionis hæreditatis finem acceperit: concordat text in l. si bonæ fidei. arguendo à contrario sensu, ff. de petitio. hæredit. vbi iudicia particularia non differuntur propter petitionem hæreditatis, quando actiones sunt tempore periturę: ergo vbi non
2 sunt tempore peiturę debent differri, † ratio, quare silere debent iudicia particularia, est propter maiorē auctoritatem, quam habet petitio hæreditatis, cum sit centumuiralis, l. fin. in princip. C. de petitio. hæredi. Angel. in d. l. si quis libertatem. colum. 1. libertè las. in §. præiudiciales. num. 4. 5. & plurbus sequent. Institu. de actio. qua maioritate stante, sequitur regula, l. per minorem. ff. de iud. per minorem causam maiori cognitioni præiudicium fieri non debere: aliam quoque rationem ponit Angel. in d. §. quoties. col.
3 penult. versic. ratio est in promptu. † vt scilicet euitetur refricatio, seu reiteratio eiusdem causę in iudicio vniuersali petitionis hæreditatis, cum hęc causa appellationis non sit separata, seu exempta ab illa vniuersali petitione hæreditatis, quia pecunia à matre petita tanquam hæreditaria petitur, quo fit, vt huius

huiusmodi reiteratio non debeat admitti, l.1. ff.famil.herciſc. ſed in caſu noſtro dicitur intentatum iudicium particulare, quia petitum fuit, dictos aduerſantes condemnari ad ſolutionem dictorum florenorum centum, & ad reſtitutionē mobilium: ergo differri debet, donec fuerit cognitum ſuper petitione hereditatis intentata.

Nec obſtat, quod dicitur, eſſe etiam in hoc iudicio intentatam petitionem hæreditatis, † quæ poteſt dari aduerſus poſſidentem vnam rem, licet minimam, l.licet.ff. de petit.hæred. quia hoc eſt verum, dummodo concluſio libelli conueniat petitioni hæreditatis, in quo debet actor concludere, petendo ſe declarari hæredem inſolidum, vel pro parte, prout erit hæres, & ex officio iudicis aduerſarium cogi ad reſtitutionem rei hæreditariæ: Bart. in l.2.in fin.& in d. l. licet minimam.de petit.hæred.Bal.in l.2.in fin.C. eod. tit. Albe. in l. 2.num. 1. ff. ſi pars hæred. pet.vbi dicit, † quod petitio debet eſſe vniuerſalis, licet executio fiat tantum in re particulari poſſeſſa, Ang.in l.4.ff.de petit.hered. & in conſ. 161. num.1. Abb.in c.2.num.23.de libel. oblatio.& ibi Socin.col.55.verſic. qualiter ſit concipiendus libellus. Curt. Sen.in repetitio.l. edita. num.35.& 36.& alij cumulati per laſ.in §. actionum.num.237. Inſtitut. de actio.

Nec obſtat,quod idem laſ.dicit loco proximè allegato, † libellum poſſe procedere in petitione hæreditatis, quamuis in concluſione non peteret declarari ſe hæredem, vel res hæreditarias ad ſe pertinere: quia petendo reſtitutionem rerum hæreditariarum ex eo, quia ſit hæres, tacitè videtur in neceſſarium antecedens petere declarari ſe hæredem ex doctrina Bart. in l. ex diuerſo §.1. in princi.ff. de rei vendic. quia ſi ponderentur verba Bartol. non ita ſimpliciter loquuntur, prout allegantur: preſupponit enim Bartolus, quòd concluſio libelli ſonaret hoc modo: Peto talem cōdemnari ad reſtitutionem rei petitione hæreditatis, quia ſum hæres: nam tunc dicit Bartol. Videor petere, quòd pronunciet prius iudex, me eſſe hæredem: & ratio, meo iudicio, eſt euidens, quia cum peto eum condemnari ad reſtitutionem alicuius rei petitione hæreditatis, ex eo quòd propono petitionem hæreditatis, videor proponere requiſita omnia ad eſſe petitionis hæreditatis, & ſic petere declarari me eſſe hæredem: † quia omnis diſpoſitio præſupponit ſubſtantiam, & qualitatem actus, de quo fit mentio, l.diuus.& ibi Barto.ff.de milita.teſtam.& in l.1.§.item illud,per illum tex.ff. ad Syllania. & in authen. quod ſemel. num. 24. C. de probationi. vbi, qui deducit præſcriptionem, cenſetur deducere titulum & poſſeſsionem, quæ neceſſariò requiruntur ad eſſe præſcriptionis. Sed in caſu propoſito concluſio libelli non fuit, ſecundum doctrinam Bartoli: ergo in eo locum habere non poteſt.

Reſponderi etiam poteſt, quòd licet dici poſſet intentata petitio hæreditatis, attamen quia agentes ſe reſtrinxerunt ad res particulares, idem iudicandum eſt de ea, ſicut de iudicijs ſingularibus: Bart. in l. edita. colum. 1. verſic. contra hoc oppono. C. de eden. per text. in l. non poteſt.ff. de iudic. & ibi Alex. laſ. & Io. de Vicomercato, num. 87. Curt. Sen.num.37.late Abb. in c.2.colum.10.in fin. 8 de libel. obla. vbi dicit, † quòd ſi agens petitione hæreditatis ſeſe reſtringat ad vnam rem, videtur reſtrinxiſſe virtutem actionis vniuerſalis: & ſequitur ibi Felin. colum. 6. verſ.hoc vltimum limita. Socin.col. 73. verſ. octauò fallit. Aeneas de Falco. in additio. Abb.in eod.c.2.num.21.Sed iudicia particularia fiere debent, pendente iudicio vniuerſali, iuribus ſuprà adductis: ergo idem in hoc iudicio ad certas res intentato. Item dici poteſt deberi ſuperſederi ratione abſurditatis, & perplexitatis euitandæ, ne contingeret proferri diuerſas ſententias ſuper eadem re, quod abſurdum eſſet, Bald. in l. cum Papinianus. colum 1. verſic. dixi textiò. C. de ſentent. & interlocu.om. iudic. Fabi. de Eugubio in repetitio. §. nihil commune. num. 5. ff. de acquir. poſſeſsio.

Accedat, quòd ſi Senatus in huiuſmodi 9 cauſa appellationis pronunciaret, † deregeret animum ſuum, antequam eſſet cognitum ſuper iudicio vniuerſali intentato, quòd facere non debet, l. obſeruandum. ff. de offic. præſid. l. vbi. C. ad leg. Corne. de falſis. Bart. in d.l.ſi quis libertatem. num. 3. & ſi contingeret appellare à ſententia proferenda per ordinarium in vniuerſali iudicio, poſſet recuſari Senatus eò, quòd animum ſuum iam detexiſſet.

In contrarium verò, quòd huiuſmodi iudicium non ſit differendum, facit doctrina Barto. in d.l.ſi quis libertatem. colum. fina. verſ. quæro, vtrum iudicium vniuerſale, &c. 10 vbi concludit, † vnum iudicium vniuerſale non impedire aliud, l. penult. ff. de petition. hæred. Sed in caſu noſtro eſt intentatum iudicium vniuerſale petitionis hæreditatis: ergo huiuſmodi iudicium differri non debet propter aliud coram ordinario intentatum. Minor propoſitio probatur, † quia ex 11

medio

medio concludendi, & conclusione cognoscitur, quæ actio fuerit intentata in libello, Bar. in l. Gallus. §. quidam rectè, in fine. & ibi Alex. col. 1. ff. de libe. & posthum. Iaſ. latè in §. omnium. num. 128. & 129. & seq. Institu. de actio. Sed medium concludendi in casu nostro est, quòd sit hæres, quod conuenit petitioni hæreditatis, secundum Bal. in l. 2. in fin. C. de petitio. hæredita. & communiter Doctores in locis suprà allegatis: ergo intentata videtur petitio.

Nec obstat, quòd in conclusione non fuerit petitum declarari se hæredem, sed solum
12 partem condemnari ad restitutionem: † quia ex quo petijt partem condemnari ad restitutionem rerum hereditarium ex eo, quòd agens sit hæres, videtur in necessarium antecedens petijsse se declarari hæredem, & admittitur huiusmodi libellus in petitione hereditatis: ita tenet Bart. in d. l. ex diuerso. §. primo, in principio. ff. de rei vendica. quem refert, & sequitur Abbas in d. c. 2. num. 23. & ibi Felin. col. 7. in fine de libelli oblatio. Aret. in §. actionum. col. penul. & ibi Iaſ. num. 214. Institu. de actio. Purpura. in l. edita. num. 74. secundum impressionem Taurinensem. C. de eden. concludentes valere libellum, si volens agere petitione hæreditatis petat reum condemnari ad restitutionem certæ rei per eum possessæ, cum ipse agens sit hæres: quia tunc in necessarium antecedens videtur petere pronunciari se esse hæredem, seu hæreditatem ad se pertinere: hoc etiam sentit Bal. in l. 4. ff. de petition. hæredi. si ergo petijt saltem tacitè se declarari hæredem, quod idem est, ac si expressè hoc petijsset per reg. l. cum
13 quid. ff. si cert. petat. † quæ etiam procedit in libellis, vt concludit Abbas in c. si Clericus laicum. col. 6. vers. sed contra hunc, de foro competenti. glos. penult. in c. constitutus, de religio. domi. Purpur. in d. l. cum quid. num. 88. sequitur, quòd intentata dicatur petitio hæreditatis, & sic iudicium vniuersale, quod vt prædictum est, non debet differri propter aliud iudicium vniuersale, & comprobatur ex l. si inter me & te. ff. de excep. rei iud. vbi si duo possident res hæreditarias, nihil vetat, quò minus alter aduersus alterum, & è contra agat petitione hæreditatis respectu diuersarum rerum, & iudicium ab altero intentatum nõ differtur propter aliud, & ibi Angel. in lectura Perusina, qui videtur decidere casum nostrum, concludens, quòd si agatur inter aliquos de hæreditate petitione hereditatis pro certis rebus, siue in genere, siue in specie, vnum iudicium propter aliud non silet, Felin. in c. in præsentia. num. 7. de probatio. Imò attentari forsan posset, quod conuenti postea non potuerint agere petitione hæreditatis, cum huiusmodi actio concludatur in exceptione vniuersali petitionis hereditatis per eos proposita, per ea, quæ scribit Felin. in d. c. in præsentia. num. 7. de probat. post Bald. & alios per eum allegatos, qui tamen in casu nostro non affirmo ex his, quæ dicit Angel. in d. l. si inter me & te. versic. secundò obstat. & Bar. in d. l. fundum, in prin-
15 cipio. ff. de exceptio. † vbi succumbens in exceptione potest illud idem intentare in alio iudicio.

Non obstant in contrarium adducta: & primò text. & ibi Bar. in l. si quis libertatem. ff. de petitio. hæredit. cum alijs concordantibus suprà allegatis: quia loquuntur in iudicijs seu actionibus particularibus ad vnam rem competentibus, vtputa in legato libertatis, d. l. si quis libertatem. & l. non distinguemus. §. si his. ff. de recep. arbitris. nam cõpromissum, quod differtur, non erat super hæreditate, sed super re particulari, vt dicit ibi glos. in verbo, Compromiserat. & hoc suadetur, cum esset factum compromissum cum defuncto, de cuius hæreditate erat controuersia inter petitorem & possessorem, & possessor agebat contra debitores hæreditoris, vel occupatores rerum hæreditarium iudicio particulari non petitione hæredi-
16 tis: † quia illa non datur, nisi contra debitores contendentes se hæredes, l. si debitor. & ibi Bar. ff. de petitio. hered. Alber. in l. etiam. §. si quis, eodem tit. Iaſ. in §. actionum. num. 228. Institut. de action. & est perpetua, non temporalis, Institu. de perpetu. & temporal. actio. in principio. & ibi glos. in verbo, Si natusconsultum. & in petitione hæreditatis non fit ista distinctio.

Non obstat regula, l. per minorem. ff. de iud. & l. rei minoris. ff. de excep. quia debent intelligi respectu iudiciorũ particularium, in quibus potest considerari maioritas & minoritas: quia siue detur contra possidentem totam hæreditatem, siue vnam rem hereditariam, tantum semper est eiusdem ma-
17 ioritatis & potestatis. Nam † vtroque casu dicitur centumuirilis, & apta comprehendere augmentum & diminutionem, l. 4. & l. licet minima. ff. de petitio. hæredita. Bar. in d. l. si inter me & te. ff. de re iudic. Non obstat ratio efficationis seu reiterationis, de qua per Angel. in d. l. si quis libertatem. §. quoties. col. penult. ff. de petitio. hæredita. quia Angel. loquitur de iudicio singulari, quod reiteratur in iudicio vniuersali, idcirco differtur: secùs verò est in iudicijs vniuersalibus,

bus, in quibus ex sui natura admittitur reiteratio: quia vterq; contendit se declarari hæredem insolidum, vel pro parte, prout contingit, vt suprà probatum est.

Non obstant responsiones datæ ad doctr. Bar. in l. ex diuerso. §. fina. ff. de rei vend. quia prima responsio est contra communem intellectum. Nam si agens expresè proposuisset petitionem hæreditatis, res fuisset sine dubio: sed Bartolus dicit, & ita communiter intelligitur, quòd agens ex sola causa, quia erat hæres, petebat conuentum condemnari ad restitutionem: quo fit, vt videatur tacitè petere se declarari hæredem, & sic loquitur Bartolus de tacita petitione hæreditatis resultante ex medio concludendi, quia hæres.

Non obstat secunda responsio, & sic doctrina Bar. in l. edita. quia rectè intelligenda est, & non ita simpliciter recipienda, prout ita proponitur, alioquin esset contrarius his, quæ dixit in d. l. ex diuerso. §. 1. secundum communem intelligentiam, vbi constanter tenet, † quòd sustinetur libellus in petitione 18
hæreditatis, si peto aliquem condemnari ad restitutionem alicuius rei certæ, quia dicam me hæredem, cum tacitè videar petijsse me declarari esse hæredem, quo casu dicor egisse vniuersaliter, licet particulariter petam rem restitui, quod comprobatur ex l. 4. vbi Bal. & Paul. de Cast. ff. de petitio. hæred. concludunt, quòd licet petitio sit vniuersalis, vt quia quis petat hæreditatem, id est declarari se hæredem, tamen nō petebat aduersarium condemnari, nisi ad rem, quam possidebat, & nihilominus tex. vult, quòd iudicium sit vniuersale aptum recipere augumentum, seu diminutionem: & ad hoc facit, quod dicit Bal. in l. 2. in fi. C. de petitio. hered. quod valet libellus, & concludit in iudicio vniuersali, petitionis hæreditatis, si actor petat declarari se hæredem, & reum condemnari ad restitutionem rei, quam possidet: & ratio est, † quia attenditur id, quod principaliter agitur, l. si quis nec causam. ff. si cert. peta. sed in petitione hereditatis semper principaliter agitur, vt quis hæres declaretur, vt suprà demonstratum fuit: ergo attendi debet hoc. ita ponderat Purpura. in d. l. edita. num. 75. secundum impressionem Taurinensem. Igitur, vt euitetur ista contrarietas, intellige Bartolum, prout declarat Corne. in d. l. edita. num. 9. & tribus sequent. post Fulgo. ibi, Anto. de Butri. & Imo. in c. conquerente. de offic. ordina. vel vt per Curt. Seniorem ibi, num. 37. & 38. vbi concordat has opiniones, & per Curt. Iun. num. 71. & plurib. seq.

Nec est bonum argumentum, quod fit de
20 lege, non potest videri, ff. de iudic. † quia ibi illud, quod accedit post litem contestatam, non venit in iudicium, quia tempore litis contestatæ non debebatur: vnde non potest fingi in iudicium venisse, cum adhuc non esset in esse: secus in petitione hæreditatis, quia res, quæ accedit post litem contestatam, veniebat in petitione hæreditatis: ita dicit glos. in d. l. non potest videri. Paul. de Cast. in d. l. 4. versic. nec obstat. ff. de peti. hæredit. sequitur Purpur. in d. l. edita. num. 66. vers. octauò fallit. C. de eden.

Verùm, quia adhuc militant duo argumenta & fundamenta vltima, videlicet, ne Senatus detegat animum suum, & ne contingat à diuersis iudicibus diuersas proferri sententias, quod esset absurdum, visum fuit Senatui magis tutam viam amplecti, & agenti coram ordinario præstituere tempus, intra quod curet sententiam ab ordinario proferri, quo elapso, & per negligentiam ipsius agentis sententia non prolata, mandabitur procedi in causa appellationis: & ita censuit in causa Iugalium de Zanto contra Vandanos Augustenses.

SVMMARIVM.

1 *Mater naturalis an excludat adoptantem, vel cum ea simul admittatur.*

2 *Adoptiui filij simul cum legitimis & naturalibus admittuntur ad successionem.*

3 *Pater adoptiuus excluditur à matre naturali, si desinat esse pater, puta per emancipationem.*

4 *Solemnitas eadem requiritur in dissolutione contractus, quæ in confectione.*

5 *Fictio ab homine induci non potest.*
Renunciatio etiam iurata non trahitur ad futuram successionem, nec ad incogitata. num. eodem.

6 *Duo vincula, vel duæ rationes, quando ex vna parte concurrunt, semper præualet parti, in qua vna tantum ratio militat.*

7 *Iuramentum operatur, quòd dispositio valeat omni meliori modo, quo valere potest, & supplet defectum solemnitatis.*

8 *Testator disponere directo non potest, quòd tutor non teneatur reddere rationem, secus per indirectum legando tutori omne id, in quo ex causa redditionis ratio condemnabitur.*

9 *Successioni futuræ renunciari potest cum iuramento, secundum magis communem opinionem.*

DECISIO LXXV.

De matre naturali, & adoptiua contendentibus super successione filij demortui.

DOML

DOmina Lucia de Aduocatis ex indulgẽtia Principis iuxta §. fœminæ. Instit. de adoptio. arrogauit Dominum Ioan. Baptistã Caseriam Taurinensem sui iuris, & maiorem xxx. ann. qui præmortuus est relictis matre, & fratre legitimis, & naturalibus, ac ipsa matre arrogante: contendentibus ipsis matribus de filij hæreditate, quæsitum fuit, † an mater naturalis excludat arrogantem, an verò simul admittantur? Et videtur dicendum, coniunctim eas admitti debere, quia correlatiuorum eadem debet esse dispositio, l. si quis seruo. & ibi nota. per glo. & Docto. C. de fur. l. fi. C. de indic. viduit. tol. sed † in filijs adoptiuis dispositũ est, quòd succedant simul cum legitimis, & naturalibus, l. si te. & ibi glos. C. de suis & legiti. glos. fin. in auth. in successione. C. eod. titu. & ibi Bar. & Salyc. glos. in §. 1. in verbo, Potestatis. in auth. de hæred. ab intesta. Angel. in §. sed hodie. vers. in glos. in verbo, Tributa. Instit. de adoptio. Ergo idem in parentibus adoptiuis esse debet, vt succedant cum legitimis & naturalibus, & videtur facere text. in l. pen. §. fin. C. de adop. vbi dicit, inter parentes nullum esse inductum discrimen. & hanc opinionem ex suprà scripto argumento sequutus est Aret. licet confusè & obscurè loquatur in §. mortuo. Institu. de acquisitio. per arroga. vbi expresè dicit, quòd pater naturalis habebit dimidiam, pater verò adoptiuus aliam dimidiam: & videtur sequi Io. Fabri. ibi, & si obscurius loquatur Mathesil. in suo tractat. de succes. ab intestato in tertio membro secundi articuli princip. num. 7. & ibi Ludo. in additio. vers. & hæc opinio potest comprobari ex l. 1. §. sed neq; auus. vers. verius enim est. ff. ad Tertulli. argumento à contrario sensu, † vbi pater adoptiuus excluditur à matre naturali, si desinat esse pater, puta per emancipationem filij arrogati: ergo si non desinat esse pater, nõ excluditur à matre naturali. Facit glos. & Bart. in l. patrem adoptiuum. ff. ad Tertulli. & hoc sine difficultate procedere deberet in bonis profecticijs ab ipsa arrogante, secundum glos. in d. §. mortuo. in verbo, Non possunt.

Nec videtur obstare Instrumentum liberationis, de quo in actis: quia non fuit facta auctoritate Principis, prout requirebatur l. adoptio. & ibi glos. C. de adoptio. & l. 3. C. de emancip. liber. Facit regula in authentic. econtra. C. de repud. † quòd eadem solemnitas requiritur in dissolutione cõtractus, quæ in confectione: nec nocet, quòd partes voluerunt omnia haberi, ac si arrogatio nunquam facta fuisset, quia istud esset perfictionem, † quæ ab homine induci non potest. l. fortè. ff. de Castren. pecu. Bar. in l. si is, qui pro emptore. nu. 24. ff. de vsucap. Aret. consil. col. 2. vers. sed quando. las. post Alex. in l. quis in fundi. num. 52. ff. de lega. 1.

Nec obstat renunciatio, de qua in dicto instrumento: quia non trahitur ad futuram successionem, l. 1. & fin. C. de pact. præsertim de qua nulla est consideratio, videlicet, quòd arrogans ordine naturæ turbato succederet arrogato, etiamsi esset iurata, vt latè concludit Paris. cons. 95. vol. 3.

In contrarium verò, quòd mater legitima & naturalis debeat excludere mulierem arrogantem, videtur facere text. in l. 2 §. impuberem. vers. quare etsi pubes. (Sic enim legitur in codice meo) ff. ad Senatusconsul. Tertullia. vt si pubes fuerit arrogatus, mater ad bona eius admittitur, excluso arrogante ex tacita stipulatione, vt per glos. ibi in verbo, Admitti. quod confirmatur ex eo, quod scribitur in l. 2. §. obijcitur. vers. pater autem naturalis. ff. ad senat. Tert. vbi expresè dicitur, matrem excludere patrem adoptiuum, filio adoptato non sit amplius in patria potestate: ergo debet excludi à matre legitima & naturali: & adstipulatur text. in d. l. patrem adoptiuum. ff. ad Tertullia. vbi pater adoptiuus non nocet matri naturali: & hanc opinionem in bonis aduentitijs tenuit glos. in d. §. mortuo, per illum tex. Instit. de acqui. per arroga. Io. Fabri. in §. cum autem. circa finem. Institu. de adoptio. Nicol. de Vbald. in sua tracta. de succes. ab intesta. in secund. par. n. 26. pro qua multum vrget regula, de qua authen. de hæred. quæ ab intesta. deferun. §. si igitur defunctus. in verbo, Natas. & in l. cum in adoptiuis. §. si verò pater naturalis. C. de adoptio. Paul. de Cast. cons. 83. in antiquioribus. † quòd quando pro vna parte cõcurrunt duo vincula, vel duæ rationes, pro altera verò vna tantum, semper ea præuaꝛ, pro qua stant duæ rationes. Sed in matre legitima & naturali militant duæ rationes: ergo debet præferri matri adoptiuæ, in qua ad optionis iura tantum locum habent.

Accedat, quia dicitur recessum à dicta arrogatione ex Instrumẽto dissolutionis, & liberationis, de quo in actis. Nec obstat, quòd non interuenerit auctoritas requisita in dissolutione prædicta: † quia iuramentum regulariter operatur, quòd dispositio valeat omni meliori modo, quo valere potest, l. cũ pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. Bart. in l. cum quis.

cũ quis.§.cod icillis.nu.8. ff. de lega.3. Alexa. consil.37.nu.22. & cons.158.nu.6.& 11.vol.2. & supplet defectum solemnitatis, Bart. in l.si quis pro eo.colu.pen.versi. octauò prohibetur. ff. de fideiuss. Areti.consi.24. colum.2.in princ. Baue. in tract. de iuramen. effectu 30.

Non etiam aduersatur, q̃ homo nõ possit inducere fictionẽ, nec facere, quin leges habeant locum, l. nemo. ff. de lega.1. quia etsi præmissa non possit, attamen põt per suum consensum sibi præiudicare, quoad effectũ: ita ñdet Alex.d.cons.158.nume.10.vol.2. faciunt scripta per Rip. in d.l.nemo.nu. 40. & seq. vbi post Ias. Dec. Cur. & Thom. Ferra. per eum citatos, dicit, † q̃ licet testator non possit disponere, q̃ tutor non teneatur reddere rationem, l. si quis rationes. ff. de liber. lega. potest tamen per indirectum legando tutori omne id & quicquid, in quo ex causa redditionis rationis condemnabitur.

Non etiam videtur obstare, q̃ futuræ successioni non possit renunciari etiam cum iuramento, quia in contrarium est veritas & communis opinio, de qua latè Paris. in cons. 93.nu.5.& cons.94. nu.12.& seq.volum.3. latissimè Dida. in repet.c.quamuis. de pact. in sexto. & hanc opinionem sequutus Senatus in fauorem matris naturalis iudicauit.

SVMMARIVM.

1 *Admissus ad conductionem cum consensu locantis dicitur æquè principalis, ac ipse admittens.*
2 *Verbis contractus standum est.*
3 *Incontinenti facta in actu esse censentur.*
4 *Societas regulariter morte soluitur, & ad hæredes non transit, licet conuentum sit. & nu.7.*
Lucrum & damnum ex re effecta communi, per societatem, etiamsi post mortem socij proueniat, dicitur esse cum hæredibus socij commune. ibid.
5 *Initium in contractu conductionis spectandum esse.*
6 *Societas respectu vnius negotiationis, vel vnius rei tantum coiri potest.*
8 *Societatis in contractu personæ industriæ electa esse videtur.*
9 *Consensus vltra mentem contrahentium operari non debet.*
10 *Locatio & societas mortuo vno ex socijs dissoluitur.*
11 *Verba contractuum sic interpretari debent, vt repugnãtiam in se non contineant.*
12 *Verba enunciatiua instrumenti emissa propter aliud, vel vbi de enunciato principaliter disputaretur, non probant.*
13 *Societas vectigalium ad hæredes transire potest.*

DECISIO LXXVI.

Admissus cum consensu locantis ad contractum locationis, siue conductionis, cum principali conductore, si deinde decedat, an illud ius transferatur ad eius hæredes, ita vt perseuerare in conductione possint, an verò tanquam contractus societatis sit, non extendatur ad ipsos hæredes.

REuerẽdissimus Eps Vercellensis locauit nobili D. Baptistæ della Vulpe castrum cum prędijs Prarolij pacto adiecto, quòd nõ possit sublocare, nec aliquem in socium assumere, sine expresso cõsensu ipsius R. Epi: itẽ additur aliud capitulum, q̃ cũ in eo cõsistat neruus q̃stionis nostrę, licet lingua materna sit descriptum, putaui vtile esse, eius verba, put iacent, inserere, Che Dominico Casa detto Biella, M. Francesco Battião, Nicola Villoti de Vercelli, compagni nominati dal detto M. Battista, del cõsenso di detto Monsig. in essa affitaria, sapendo non esser obligati, sed & c. sponteneamente & c. & come principali, & principalmente obligando, si insolidum col sudetto conduttore, accedano à questa obligatione nel modo & forma sudetta, & simile obligatione con le renuncie, giuramenti, clausule, constitutioni de procuratori, & come di sopra, la cui bona fede riconoscendo detto M. Battista sotto simile obligatione, & c. promette conseruarli indemni, giurando & c. Elapsis deinde aliquibus diebus, petijt præfatus Dominicus Casa, cuius hæredes prætendunt perseuerare in dicto contractu, dicentes illum esse contractum locationis, & petierunt D. Baptistam euocari pẽseruaturum eos indemnes, eo excipiente esse contractum societatis & consequenter morte Dñici Casæ societatem esse finitam. Quęritur, quid iuris? videretur dicẽdũ, Dñicum Casam fuisse cũ dicto D. Battista cõductore æquè principaliter obligatũ, at tẽtis illis verbis (cõpagni nominati in detta affittaria de consensu R. Epi) qui consensus
1 opari videtur, † q̃ à principio fuerit etiã eidẽ facta locatio, arg. l. qui admittitur. ff., p soc. ibi quẽ sociũ esse noluit: ergo à cõtrario sensu, si voluit, videtur etiã eidẽ facta locatio, & p eũ tex. ita tenet Pari. cons.82. nu.4. vol.1. Itẽ in illis verbis, & come principali, & princi palmẽte obligãdo si insolidũ col sudetto cõduttor. Itẽ, quia in Instrõ intimationis, & in apocha subscripta, vt ꝓponitur manu p̃dicti
2 R. Epi nominãtur cõlictabiles, † quo casu stã dũ est verbis cõtractus, Bart. in l. cotẽ. §. qui maximos. nu.11. ff. de public. & in l. fratres. ff. de pœnis. per tex. in l.1.§ si is, qui nauẽ. ff. de exercito. cũ simi. per eũdẽ alleg facit l. nõ aliter. ff. de lega.3. Accedat, q̃ cũ dicta nomination in socios in dicta cõductione fuerit facta incõtinẽti, imò in eisdẽ capitulis locatiõis, & cõductiõis de ea nominatiõe, siue associatione, idẽ iudicẽdũ videtur, q̃ de ipsa locatione:

3 quia † quæ incontinenti fiunt inesse dicuntur, l. lecta. ff. si cer. pet. latè Cur. Sen. consi. 54. col. 2. post Ang. cons. 145. & alios per eum relatos, Soc. in l. li post litem. col. 1. ff. de excep. faciunt cumulata per Tiraq. de retrac. conuē. §. 1. gl. 5. nu. 1. & seq. quibus stātib. dicere deberemus huiusmodi contractum, veluti locationis esse transitorium ad hæredes ipsius Dominici, l. viam veritatis. C. loca. & conducti. & §. fin. Instit. eo. tit. etiamsi de hæredibus non esset facta mentio, l. si pactum. ff. de proba. cum pluribus alijs ab eodem Tiraq. congestis de retrac. conuen. d. §. 1. gl. 6 nu. 1. & plurib. seq. Item dato citra veri prēiudicū,
4 quòd esset contractus † societatis, qui regula riter morte soluitur, & non potest ad hæredes transire, l. verum. §. in hæredē. ff. pro soc. & §. soluitur. instit. de societa. attamen quicquid lucri & damni ex re effecta cōi per societatem, etiamsi post mortem socij proueniat, dicitur esse cum hæredibus socij cōe. tex. est expressus loquens de societate cōductionis alicuius certæ rei in l. actione. §. si in rē certam emendam conducendamúe. & §. morte. vers. sed quod ex re cōi. & ibi Albe. ff. pro soc. per quæ iura ita dicit gl. cōiter approbata in l. verum. §. in hærede. in verbo, Emolumentum. eod. tit. quam pluribus actoritatibus cōprobat Paris. d. consi. 82. nu. 38. volu. 1. post Signo. & Corn. per eum relatos: sed in casu nostro Dñicus Casa dicitur associatus in cōductione Castri, & prædiorum Praroli, ex qua associatione ius vtendi, seu fruēdi rebus conductis acquisitum per D. Baptistā associantem à R. Epō, l. si quis domum. & l. ex conducto. in prin. ff. loca. fuit effectū cōe cum ipso Dominico associato, l. 1. & l. verū. in princ. & ibi gl. in verbo, Fraternitatis. ff. pro soc. ergo quicquid lucri & damni prouenit ex huiusmodi conductione effecta cōi cum prædicta associatione (etsi post mortem Dominici prouenerit) debet pro rata esse cōe cū hæredibus dicti Dominici, veluti descendens ex eo iure, quod habuit initium in persona defuncti, d. l. actione. §. si in rē certam.
5 † nā & in contractu conductionis initiū spectandū est, l. si id, q. §. si filiusfamil. ff. pro soc.

In contrarium facit, quia dicitur verba & tenorem conuentionis sonare in cōtractum societatis, put ex iuribus demonstratur. Primò, quia constat, locationē fuisse factā duntaxat pdicto D. Baptistæ, quia vt conductor nomine proprio, & non alieno conuenit, & promisit soluere mercedem, & dictū Casam cum alijs fuisse in socium nominatum in dicta locatione accedente consensu R. Epi.

Secundò, quia dictus Casa in d. cap. suprà expresso dixit, sciens se non esse obligatum (sponte, & vti principalis se obligauit insolidum cum dicto conductore) & accedebat obligationi pdicti Baptistæ, & d. dñs Baptista cōductor promittebat eū seruare indemnem. Tertiò, quia in eisdem capitulis inter dictum, seu capitulum locationis factæ inter dē D. Epo dicto Dominico in annos trē, nita locatione D. Baptistæ, pro quo cōductore ipse ideiusit idē D. Baptista modis & formis quibus pdictus Dñicus se pro eodē D. Baptista obligauit, quibus stātibus, apparet locationē, de qua agitur, fuisse factā D. Baptistā tantū, ipsum verò conductorē in socium sibi assumpsisse in dicta locatiōe Dñicum Casam & sic inter eosdē D. Baptistam & Dñicum non contractum locationis, seu sublocationis interfuisse, cum nulla merces interuenerit, prout requitur, l. 2. ff. loca. sed tm contractum societatis respectu negociationis dictæ locationis subsistere constat, Cur. Sen. cons.
6 53. col. 1. in prin. † pōt. n. & alicuius negociationis & vnius rei societas coiri, l. societas. ff. pro soc. Institu. de societa. in prin. q quidē societas regulariter morte dissoluitur, l. societas. §. dissociamur. l. si fratres. §. idem rñdet societatē. l. adeò. l. socīū. in prin. & l. verum. §. fi. d. l. actione. §. morte. ff. pro soc. & Insti. de
7 cieta. §. soluitur. † ideo non transit ad hæredes, etiamsi cōuentum sit, quòd transeat, l. mo pōt. cum duab. seq. d. l. adeo. l. actione. societas. l. verò. §. in hærede. ff. pro soc. Alex. cons. 60. vol. 7. & cōs. 110. nu. 5. vol. 3. & rōte secundū gl. in d. §. idē rñdet. quā allegat Bal. in d. l. adeò. quia si trāsiret ad hæredes, non gereretur libera facultas disponendi, eo quo gereretur socius eum habere hæredē, quē sor nominare coactus fuisset, sequitur Rom. cō. 106. Cur. d. cons. 53. col. 1. in fi. & seq. Paris. cō. 25. nu. 55. & 56. vol. 3. Dec. cons. 441. nu. 5. adens aliā rōnē, quam tm tangit Cur. d. cons. 53. Rub. in reper. l. non solum. §. morte nu. 5.
8 ff. de ope. no. nun. videlicet, † quia persona hæredis esset incerta contra naturam societatis, vt dicit idē Dec. cons. 213. nu. 9. Item quia in societate videtur electa industria personæ vt no. Aret. Instit. de socie. §. soluitur. facit l. si non fuerint. §. ita coiri. ff. pro soc. adeò. ff. eod. titu. quæ non transit ad hæredes, maximè non nominatos, l. vnica. §. ne autem. C. de caducis tollen. quem sequitur Cur. d. consi. 53. colum. 2. in princip. vbi dicit, primam rationem, scilicet ne libertas testandi restringatur, esse veriorem & cōem: quòd etiam sentit Rub. loco suprà citato, & quòd societas morte vnius socij sit finita, consuluit Dec. post plures per eum allegatos, consi. 213. vbi loquitur

loquitur in fortioribus terminis, videlicet, in societate vectigalium, & in casu, in quo facta fuerat mentio heredum in Instrumento, & tamen concludit societatem ad hæredes non transire, quod etiam sequitur Rui. qui in eadem causa consuluit consi.90. volu. 1. Grat. respon.15. vol.1.

Nec obstant in contrarium adducta, & primo, quòd consensus R. Episcopi operetur dictum Dominicum fuisse etiam conductorem à principio arg. d.l.qui admittitur. ff. pro soc. Ad hoc enim respõdeo, prout respõdet Dec. in casu suo d. consi. 243. nu.8. Rui. consi.90. videlicet considerari debere duplicem fuisse contractum in casu nostro. Primo locationis & conductionis inter R. Epm, & D. Baptistam de Vulpe, in quo nullibi est nominatus dictus Dominicus Casa, & in hac locatione non interuenit aliquis consensus, ex quo possit dici, quòd R. Epus voluerit etiam locare dicto Dominico. Secundus contractus est societatis inter dictum Baptistam della Vulpe conductorem, & Dñicum Casam, & huic associationi consensit R. Eps cuius consensus non requirebatur, si non fuisset expresse cõuentum, quod conductor nõ posset sublocare, nec aliquem socium assumere sine expresso consensu dicti R. Episcopi, nec est dicendũ, quòd ex hoc consensu voluerit facere dictum Casam conductorẽ, quia si hoc fecisset iunctis aljs tribus annis sequentibus, diceretur conductor sex annorum, & non teneret contractus propter Paulinam prohibentem beneficia locari vltra triennium, & sic dictus consensus operaretur vltra intentionem eiusdem Epi contra l. non omnis. ff. si cer. pet. † nemo enim præsumitur eligere viam, per quam conuentiones suæ corruant, l. 3. ff. de milit. testa. & hoc etiã ex illis verbis demonstratur (sapendo non esser obligato) quia si esset conductor, vere fuisset obligatus. Præterea dato, quod ex dicto consensu etiam fuisset societas locationis, iuxta dispositionem l. quod non admit-
10 itur. † tamen adhuc diceretur finita societas morte dicti Dominici ex h s quæ notã. per Rui. d. consi. 91. nu. 8. vol. 1.

Non nocent illa verba (& come principali) quia sunt verba posita respectu fideiussionis in eius personam præstitæ. Non etiam obstant alia verba, in quibus nominantur conficiabiles, quod idem sonat, q̃ cõductor, quæ licet sint enũciatiua dñr probare inter partes, d. l. optimã, quia debent ea verba intelligi respectu locationis in eum factæ post
11 † dictam primam locationem: † sic. n. verba intelligi, & interpretari debẽt, vt euitetur repugnantia in eodem contractu. l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. & ibi glo. Dec. cons. 653. nu. 6. & 7. Soc. consi. 159. nume. 29. vbi dicit, quòd pacta vnius contractus debent sic intelligi, vt euitetur absonus intellectus, & vnum nõ amoueat aliud. Item rñderi etiam
12 põt verba enũciatiua non probare, † vbi de enunciato disputatur principaliter, vel sunt apposita pp aliud, Dec. d. consi. 213. nu. 12.

Nec aduersatur tex. in d.l. actione. § sed si etiam. ff. pro soc. cum aljs supra alleg. in quo iudicio meo non parua est difficultas, quia Rui. d. consi. 90. col. 9. vers. non obstat insup. & consi. seq. colu. pen. versi. item non obstat. rñdet, debere intelligi de emolumento proueniente ex re cõiter remanente etiam finita societate ex re gesta ante mortem socij, nõ autem de emolumento prouenient ex re non remanente cõi, & ex aliquo gesto post mortem. l. socium. in prin. & d. l. actione. §. morte vnius. ver. sed quod ex re cõi. Albe. in d.l. actione. §. morte. ff. pro soc.

Non obtant consi. Signor. Cor. & Parl.
13 † quia loquuntur in societate vectigalium, in qua fuerat conuentum, quod transiret ad hæredes, quod fieri potest d. §. in hæredes. secus vero in casu nostro, vbi sumus in conductione rei priuatæ, in qua nulla est facta mentio heredum, imò nulla interuenit stipulatio nomine hæredũ, & in hanc opin. transiit Senatus, iudicans societatem ab initio fuisse contractam, & morte socij finitam.

SVMMARIVM.

1 *Vidua stuprum committens, an amittat dotes.*
2 *Iura loquentia de priuatione dotis, loquuntur tantum in adulterio, vnde ad stuprum non extenduntur.*
3 *Pœna priuationis locum non habet, nisi exprimatur.*
4 *Legatarij legatis priuantur ipso iure ob adulterium cũ vxore testatoris commissum, idem si stuprum testatore mortuo commiserint.*
5 *Lex pœnalis loquens in casu vero, extenditur ad casum fictum, etiam respectu eiusdem personæ, quando minor est ratio in casu ficto, quàm in casu vero, limita vt num. 11. & seq.*
6 *Vidua pariens vnde imo mense post mortem mariti eiusdem pœnis subijcitur, quibus subijcitur intra annum luctus nubens.*
7 *Vidua stuprum committens minus peccat, quàm maritata adulterium committens.*
8 *Vidua liberatur post tempus luctus cessant pœnæ de quibus in §. fi. in auth. de restitu. & ea quæ paruxi. mense, idem si intra annum luctus dummodo partus non interueniat.*
9 *Vidua pariens post decemnouem mensis à morte mariti potest dici õ. cessasse post annum luctus, ideo cessant pœnæ § fi. in auth. de restitut.*
10 *Hæredes mariti etiam sui non possunt accusare viduam de adulterio commisso in vita mariti, vel mulierem*

agente non possunt obijcere exceptionem adulterij commissi.

11 *Ius priuandi vasallum feudo ad hæredes domini regulariter non transit.*

12 *Mulier mortuo viro, liberata est à lege viri, vt non efficiatur, adultera si sit cũ alio viro, intellige vt nu. 35.*

13 *Viduæ vbi dos est restituta per hæredes mariti si deinde post talem restitutionem stuprum commiserit, an dictis hæredibus detur dotis repetitio.*

14 *Offensa longe maior est ea, quæ fit marito durante matrimonio vero, quàm ea quæ fit durante matrimonio ficto, & sic viduitate.*

15 *Vidua durante viduitate videtur esse adhuc in primo matrimonio.*

16 *Maritus qui ante fuerat, sed soluto matrimonio repudiatione esse desijt præfertur alijs in accusatione stupri vxoris in viduitate, & ibi ratio adijcitur.*

17 *Vasallus feudum amittit, si cum vxore domini viui, siue mortui concubuerit.*

18 *Honestatem magis expedit Reipublicæ seruari, quàm multiplicationem populi ex corruptis moribus procedentem.*

19 *Doctores & glosæ non persistentes in vna opinione, sed ad alias procedendo videntur vltimam tenere.*

Argumentum à contrario sensu in constitutionibus feudalibus non procedit, maximè si ex tali argumento resultaret peccatum. nu. eod.

20 *Argumentum à matrimonio ficto ad putatiuum validũ est. & nu. 23.*

21 *Vxor putatiua post sententiam condemnatoriam amissionis dotis propter adulteriũ, an possit dotem amissam recuperare, si deinde appareat non fuisse verum matrimonium.*

22 *Matrimonia putatiua quoad donationes & impudicitiam sunt ad instar veri matrimonij.*

24 *Vidua committens stuprum dicitur commitere contra verum matrimonium contractum.*

25 *Lex Iulia de adulterijs ad omnia matrimonia pertinet, & extenditur.*

26 *Maritus putatiuus non potest vxorẽ de adulterio accusare iure mariti.*

27 *Iniusta pro non solemniter facta exponitur.*

28 *Iniuria ex affectu facientis consistit.*

Voluntas & propositum distinguunt maleficia. nu. eod.

29 *Vxor putatiua committens adulterium, an & quando dotes amittat.*

30 *Maritorum concubitus cum impudicis mulieribus vxores etiam castas exasperat.*

31 *Mulier conuersando in conuiuijs cum extraneis & interueniendo in ludis theatralibus, ita dotem amittit, sicut si adulterium committat.*

32 *Dispositio pœnalis nunc etiam casum fictum cõprehendit æquè ac verum, quando casus verus & fictus respiciunt eandem personam.*

33 *Coitus cum meretrice innupta est impunibilis de iure ciuili.*

34 *Impudica mulier melioris esse conditionis non debet, quàm casta.*

35 *Vir marito in sacris literis accipitur.*

36 *Iniuriã sibi illatam sciens & tacens videtur eam remisisse.*

37 *Vidua nubens intra annum luctus, arguit suspitionem adulterij commissi viuente marito.*

An vidua stuprum committens, dotes amittat.

VErtitur quæstio ardua, † an vidua stuprum committens perdat dotes, in qua variè Doctores sensi pserunt. Nam negotij 1 tenuit Ale. in l. soro colu. 2. versi. item facit de ijs quib. vt indig. ex infrascriptis fundamentis. Primò argumento tex. c. 2. in tit. feud. sine culpa non amit. secundum intellectum Bal. qui arguendo à contrario sensu tat, quod vasallus coiens cum vxore domini eo mortuo non amittit feudum. Secundo, 2 † quia iura loquentia de priuatione dotis loquuntur de adulterio, quod viuente marito duntaxat committitur. l. consensu. C. de re pub. & in auth. de nup. §. mitiores. versic. rursus. c. plerunq; de don. inter vir. & vxo. vbi gl. ergo ad aliũ casum, puta stupri, trahi non debẽt, neq; extendi. c. in pœnis. & ca odia. cum simil. de reg. iur. in 6. facit quod 3 dicitur, † pœnam priuationis locum non habere, nisi exprimatur, vt in auth. de non elig. secun. nub. §. cum igitur. vers. non est lex tale quid dicens, quem tex. ad hoc notat Bal. in auth. ex testõ. col. fin. vers. contrarium est verum. C. de secun. nupt. Alex. in l. etiam. § 1. nu. 7. ff. sol. matr. cui deseruit tex. l. at si qua §. diuus ibi pœnam tamen statutam nõ esse ff. de relig. & sump. funer. Roma. consil. 40. colu. 2. versi. secunda quia legalis. cum plurib. cumulatis à Tiraq. in repeti. l. si vnq; verbo, Reuertatur. nu. 249. & duob. seq. C. de reuoc. don. Tertiò, quia offensio illata mortuo marito non dicitur vera, sicut si viuo fuisset illata: ergo non est eadem ratio, quæ est in adulterio, & per consequens non idem ius. l. interpositas. C. de transac. quam opi. Ale. sequitur Iaſ. in l. fideicõmissum. nu. 3. & 4. de fideicom. Dec. in c. pastoralis. colu. pen. versi. & quod dicitur de vxore, de iudi. dicens hanc opinionem esse æquiorem, pro qua adducit tex. in l. si vxor. §. sed & in ea ff. ad legem Iul. de adulte. vbi in muliere in honestè viuente, aliter in vxore, aliter in vi- 4 dua disponitur. † Idem videmus in legatarijs, qui priuantur legatis ipso iure propter adulterium cum vxore testatoris commissum, si vero stuprum committatur testatore mortuo, legatum aufertur, vt ab indigno, Barto. Pau. de Castro, & Iaſ. in dicta l. fideicommissum. C. de fideicom. & idem videtur tenere in l. cum quædam puella. nu. 14. ff. de iurisdict. om. iud. sequitur Crot. in repetit. l. 4. §. Cato. colum. penult. nu. 38. in secunda lectu-

lectura. ff. de verbo. obligat. dicens, † legem pœnalem loquentem in casu vero non extendi ad casum fictum etiam respectu eiusdem personæ, quando minor est ratio in casu ficto, quam in casu vero. Sed delictum stupri leuius est adulterio, quia leuius punitur §. item lex Iulia. Instit. de pub. iudi. leuiorq; est iniuria, quæ fit defuncto, quam, quæ fit viuenti: ergo vnum ad aliud extendi non debet, sequitur etiam Rippa in l. 2. nu. 8. ff. soluto matrim. addens tex. in §. fina. in authen. de restitu. & ea quæ parit vnd. mense. iuncta l. 1. C. de secun. nup. † vbi eisdem pœnis subijcitur etiam respectu amissionis vidua pariens vndecimo mense post mortem mariti, quibus subijcitur nubens intra annum luctus, sed hæc non amittit dotes, ergo nec vidua stuprum committens, idem Rip. in rubri. de iudi. nume. 15. & 22. dicens, † diuersam esse rationem in vidua committente stuprũ à nupta committente adulterium, quoniam hæc habet vnde libidinẽ explere valeat, vidua verò non: ergo minus peccat. hanc opinionem tenet etiam Alcia. in tracta. de præsumpt. regula. 2. præsumptio. 9. nu. 5. allegat glo. & Ange. in §. fina. in authen. de restitu. & ea quæ parit vndec. mense, vbi Ange. intelligit glos. in verbo, Malignè, † quòd si vidua fornicetur post tempus luctus cessant pœnæ, de quibus in d. §. fina. sed certe glossæ prædictæ, idem vult etiamsi fornicetur intra annum luctus, dummodo sit sola fornicatio, id est non interueniat partus, de quo loquitur tex. & rationem diuersitatis inter fornicationem sine partu, & eam quæ fit cum partu dicit esse, quia in hac posset interuenire confusio sanguinis, & sobolis. §. si vero altera. & §. si mulier. in authen. de nupt. secus si non interuenit partus, sed pro Ange. est melior glo. in §. precedenti, in verbo, Perfecto, in fi. quę dicit, † quòd post decemnouem mẽses natus potest esse conceptus post annum luctus, ideo cessant pœnæ prędicti §. quam glo. approbat Corn. in d. l. fideicommissum. nume. 2. C. de fideicom. Io. de Garro. in auth. eisdem pœnis. num. 17. C. de secun. nup. eandem opinionem sequitur quoque Boer. decis. 338. col. penul. & vlt. dicens, bis fuisse iudicatum in parlamento Burdegalensi pro opinione Alexa. quam tribus fundamentis corroborat.

Primò, quia inquit † heredes mariti etiam sui, viduam accusare non possunt de adulterio in vita mariti cõmisso, vel mulieri agenti ad dot. exceptionem adulterij commissi obijcere, secundum opinionem Bar. in l. rei iudicatę. §. morum. ff. sol. matrim. & aliorum per eundem citatorum d. decisio. 338. num. 7.

11 pro qua facit alia communis conclusio † q̃ regulariter ius priuandi vasallum feudo nõ transit ad hæredes domini, glo. in l. omnimodo, in verbo, Licebit. C. de inoff. testam. cum alijs adductis per Cur. de feud. in 4 par. col. antepenul. versic. secunda principalis dubitatio. si ergo opponi non potest exceptio adulterij, quod est maius, & offendit maritum: multo minus poterit opponi exceptio stupri, quod est minus, & non offendit mari-

12 tum, nisi ficte, † quia mortuo viro liberata est mulier à lege viri, vt non efficiatur adultera si sit cum alio viro, Pau. ad Roma. c. 7. in prin. & ad Corin. c. 2. in fi.

13 Secundò, dicit Boer. † pone viduæ statim mortuo marito per eius hæredes fuisse restituram dotem consistentem in rebus immobilibus, vel post annum luctus cõsistentem in mobilibus, seu pecunia, & post restitutam dotem stuprum commisisse, an dabitur hæredibus mariti repetitio? & concludit quod non, maximè si ex post transiuisset ad secunda vota, quia huiusmodi repetitio induceret quandã separationem matrimonij, & quod vxor velut indotata malè à marito tractaretur, & si vidua esset iuuenis, & vellet nubere per indirectum prohiberetur à matrimonio, quia sine dote non reperiret virum.

Tertiò, pro opinione Alex. adducit decisionem Salyc. in l. quoniam. col. fi. in fin. vers. hinc est. C. ad leg. Iul. de adulte. & cum hæc scripsissem meosq; libros pro veritate habenda adiuissem præ manibus uenit doctissimi compatriotæ nostri D. Aymonis Cra. cons. 205. qui nu. 24. vsque ad finem proponit opinionem Alex. velutí æquiorem & veriorem esse amplectẽdam, & quam vltra alios quos dixit se vidisse vno argumento munit quod fuit prius Rippæ in d. l. nu. 8. ff. solu. matri. vt suprà retulimus, respondetq; fundamentis Paul. de Cast. in consi. 148. vol. 7. secundũ impressionem Papien. eandem sequitur & magis cõem esse attestatur Soc. Iun. cons. 111. nu. 7. in fi. lib. 3. Guliel. de Bened. in reper. c. Raynutius. in 3. par. nu. 202. vbi dicit conclusionem contrariam, quod vidua stuprum committens, amittat dotes, cõiter reprobari eandem opin. sequitur & veriorem ac benigniorem dicit Dida. in epitome, de sponsa. & matrim. c. 6. §. 6. nu. 10. asserens pro hac opinione pluries iudicatum fuisse, referq; Molin. eandem tenere in consuetud. Paris. §. 30. q. 38. ampliat. 9. nu. 142. Guliel. Mayner. in l. in ambiguis, pro dote. nume. 208. ff. de regu. iur. & nouissime Roll. à Valle consi. 87. circa fi. lib. 2. quam opinionẽ etiam sequitur D.

Aym. à publicijs etiam Pedemontanus olim Præses Allobrogum, in suis commen. in consuetudine Auernorum, in verbo, Res fisc. titu. 22. num. 28. & sequen. dicens intra alios,
14 † longe maiorem esse offensam, quæ fit marito durante, matrimonio vero propter incertitudinem sobolis, quæ principaliter consideratur in adulterio, quam ea, quæ fit in matrimonio ficto durante viduitate, in qua cessat prędicta ratio, pro quo faciunt ea, quę supra adduximus.

Opinionem verò affirmatiuam tenuit Paul. de Castr. in dicta l. sororem. num. 4. qui
15 mouetur ratione & auctoritate, † quia vidua durante viduitate, videtur adhuc esse in primo matrimonio. l. fin. C. de bon. mater. sed si fornicaretur durante matrimonio, dotem amitteret. d. l. consensu. C. de repud. c. plerunque. de donatio. inter virum & vxor. cũ similibus. ergo idem si stuprum committatur, cum dicatur in eodem matrimonio perseuerare. Auctoritate, vt per glo. fi. in d. l. sororem. quam Corne. ibi dicit communiter approbatam, vbi hæres cõcubans cum vxore testatoris defuncti efficitur indignus, & aufertur ab eo hereditas, quia dicitur testatorem offendisse, quod etiam dicit Bart. in d. l. 1. num. 3. ff. de ijs quibus vt indig. item l. pen.
16 & ibi Bar. C. ad leg. Iul. de adulte. † vbi soluto matrimonio repudiatione, & sic manente vxore in viduitate, ac committente stuprum præfertur, qui fuit maritus alijs in accusatione stupri, & ratio est secundum Bar. ibi, quia qui offenditur ex adulterio cõstante matrimonio offenditur ex stupro viduitate durante, idem tenet in l. fideicommissum. C. de fideicom. vbi glo. idem dicit, quod in d. l. sororem. & Saly ibi in fi. latè hanc opinionem prosequitur idem Paul. de Castr. respondendo aliquibus in contrarium adductis, in consil. 148. volum. 2. secundum impressionem Papiensem, cuius opinionem de rigore iuris, dicit veriorem Iacob. de S. Georg. in d. l. sororem. nume. 6. & sequitur Felin. in c. pastoralis. nume. 5. de iudi. Ias. in l. 2. colum. 2. nume. 6. ff. solu. matrimo. & ibi Thom. Parpalia. colum. 6. versicu. vltimo datur ampliatio. qui allegat Alex. sibi contrarium in apostil. ad Bar. in l. fina. C. de bo. mater. in qua additione allegatur dictum consil. Paul. de Castr. sed non credo prædictam additionem esse in ea parte Alex. quia eo loco paulo ante allegatur Alex. quam opinionem Pau. de Castr. sequitur Augu. in addit. ad Ange. de malefi. in verbo, Che hai adulterato la mia donna. num. 30. Petrus Gerar. singula. 48. vbi in additio, plures cumulantur, Hyppo. singul. 416. latissimè in repeti. l. vnu. nu. 48. & plurib. seq. C. de rap. virg. & consi. 13. vbi dicit hanc opinionem etiam tenuisse Bar. Belenz. Benedi. de Vadis, Cur. de feudis in 4. parte. colum. 6. versi. secundo principalis causa priuationis. & colum. sequen. vbi pro hac opinione adducit aliam communem conclusionem, de qua per Doctos
17 c. i. §. 1. quib. mod. feud. amitt. † quod vasallus feudum amittat, si concubuerit cum vxore domini, siue eo viuo, siue eo mortuo, quorum opiniones contra Bal. tenuit Alex. qui ex eo potest dici sibi contrarius in d. l. sororem. circa princip. versi. sed contra istam glo. Præposi. in c. plerunque. colum. 3. versic. sed operæprecium existimaui, vbi de verbo ad verbum transcribit dictum consilium Paul. de Cast. Ange. de Clauasio in sua summa, in verbo, Dos. num. 18. Crot. in repeti. l. 4. §. Cato. num. 97. versic. pro quo etiam adduco, in prima lectura. ff. de verbo. obligat. Io. Lup. in repeti. rubr. de donatio. inter vir. & vxo. §. 67. nume. 6. & §. 82. licet non firmet prędes Maria. Soci. in addit. in rub. de foro compe. colum. 5. in verbo, Nam vidua. Neuiz. in sylu. nupt. in verbo, Seni non est nubendum. fol. 65. colum. 1. versic. caueat etiam ipsa mulier. vbi fere omnes prædictos Doctores cumulat Syluan. consi. 2. numer. 37. & consi. 6. nume. 17. Bermon. in suo tracta. de pub. concub. in rub. de adult. nu. 60. & sequen. Sóp. Trig. in additio. ad Corne. in d. l. sororem. in verbo, Ad hoc. Catel. Cotta in memo. incip. Mulier propter adulteriũ, in fi. post Beltr. & Marsil. in consilijs per eum citatis, quo fit, vt manifestè appareat opinionem Pauli de Castr. communem esse, videlicet, quia vidua dicatur durare in primo matrimonio. Adde notabile dictum diui Pauli ad Timoth. 5. dicentis, viduas luxuriantes damnationem habere, quia primam fidem irritam fecerunt, hinc fit, vt eis non luxuriantibus decantur in fide primi matrimonij perstitere, vt latè comprobat Tiraq. de nobilit. c. 18. numer. 9. & hæc opinio videtur consen-
18 tiua honestatis, †ꝙ magis Reipub. expedit seruari, quàm multiplicationem populi procedentem ex corruptis moribus, Bal. in authen. cui delictum. C. de indic. vid. quem refert Soci. in l. hæc conditio. colum. 1. in fin. ff. de condit. & demonstr. & sequitur Neuiza. in dicto verbo, Seni non est nubendum. colum. 20. versicu. ampliatur quinto. Curt. iuni. consi. 81. numer. 9. facit tex. in authent. de lenonibus. §. mulieres. versicu. credimus. colum. 4.

Et tenendo hanc opinionem non obstare videntur

videntur in contrarium adducta: & primo argumentum à contrario sensu, quod Bald. notat in c.2. de feud. sine culpa non amit. quia Bal. non persistit in dicto argumento: nam statim allegat in contrarium, d.l. fideicommissum. C. de fideicom. & d.l. sororem. C. de ijs, quibus vt indig. quibus legibus non respondet, & sic videtur tenere vltimam opinionem, argumento eorum, quæ dicit Iaf. de opinione glos. l.1. num.61. C. de iure emphyt. Item respondetur, † in feudalibus constitutionibus non procedere argumentum à contrario sensu, secundum Iaf. in d.l.1. num.19. C. de iure emphyt. latè Euerar. in suis locis legalib. c.4. col. 22. quod multò magis debet procedere, quando propter tale argumentū resultaret peccatum. Ita respondet Hyppol. in d.l. vnic. num.61. de rapt. virgin. & d. cons. 13. num.15. sed quia relatio, quam facit Hypp. in dicta responsione, videlicet, quod si admitteretur dictum argumentum, sequeretur quod vasallus posset concumbere cum vxore domini eo mortuo, non est bona iudicio meo: quia argumentum à contrario sensu non propterea præstat licentiam cōmittendi stuprum mortuo domino, sed dicit, quod non priuatur feudo, & non tollit, quin alijs pœnis puniatur: ideò transit ad aliam solutionem, quæ fuit Curtij de feud. in d.4. part. versic. secunda principalis conclusio. colum. 1. & sequent. post Alex. in d.l. sororem. videlicet, quod contra opinionem Bald. est communis opinio, de qua per eum ibi, vt suprà retuli.

Non obstat, quod iura loquentia de priuatione dotis propter fornicationem mulieris habēt solum locum in adulterio, quod committitur duntaxat constante vero matrimonio: ergo non debent extendi ad stuprum, quod committitur in matrimonio ficto, in quo minor est ratio, cum leuius sit delictum, & leuior iniuria: quia ad hunc obiectum, in quo maior est difficultas, & totius huius quæstionis neruus consistit, respondet Paul. de Cast. in d. cons. 148. in princip. † arguendo à matrimonio putatiuo ad matrimonium fictum, hoc modo. Propter adulterium, seu verius stuprum commissum in matrimonio putatiuo amittuntur dotes, secundum glos. in c. plerunque. & in d.l. consensu, in verbo, Vbi habere. circa finem. per tex. in §. si verò ab initio. in authen. de nupt. ergo idem dicendum in matrimonio ficto, quod est post mortem mariti, & hanc responsionem referunt, & sequuntur Iacob. de S. Georg. in d.l. sororem. & Hyppol. in d.l. vni. de rap. virgin. & alij sequentes opinionem Paul. de Cast. quorum non mediocriter admiratus fui, quod veluti Andabatarum more, responsiones Paul. de Cast. ita simpliciter sequuti fuerint, confisi (credo) potius eius auctoritate, quam quod adducta per eum digesserint: allegat enim Paul. de Cast. glo.1. in c. plerunque. de donat. inter vir. & vxor. quæ iudicio meo id, ad quod allegatur, non dicit, nec alia glo. fi. ibi, quæ hunc articulum proponit, & ad partes disputat. quæ tan-
21 dem tenet, † vxorem putatiuam post sententiam condemnatoriam amissionis dotis propter adulterium, non posse recuperare dotem amissam, asserens tamen aliam opinionem esse benigniorem: sed puto, quod contrarium in suo casu tenuerit calore iudicati, quo cessante forsan aliter sensisset, vt latè examinat Præpo. ibi col. penult. & fin. item allegat Paul. de Cast. glo. magnam in l. consensu. §. virum etiam. in verbo, Sibi habere. versicul. item quid dicis. C. de repud. quæ dicit totum contrarium eius, ad quod adducitur: quærit enim gl. quid iuris sit, si soluatur matrimonium ratione affinitatis, seu consanguinitatis, & vir vult retinere dotes, quia dicit vxorem adulterium commisisse. Illa verò se excusat, cum non esset vxor, & sic nec matrimonium. Pro marito videbatur facere text. in l.3. §. fina. ff. de donat. inter vir. & vxorem. inde dicit glos. sed dic contrarium, & sic maritum non posse retinere dotem. §. si ab initio. in authen. de nupt. & ff. rerum amot. l. si concubina. quæ iura videntur probare ex-
22 ceptionem vxori competere: nam † in §. si ab initio. expresè dicitur ex illo matrimonio, quod erat putatiuum, nec lucrum, nec aliquid tale marito competere, & text. in l. si concubina. §. 1. dicit in illis casibus, in quibus dicitur matrimonium esse putatiuum, pariter non dari actionem rerū amotarum, nisi defendendo Paul. de Cast. respondeas prædicta iura non tollere lucrum, quod prouenit ex adulterio putatiuo, ita respondet Præposi. post Card. in d.c. plerunque. col. fin. vers. quæro tertiò. Quare puto Paul. de Cast. voluisse allegare rationes positas in d.c. plerunque. & in glos. fina. in d.l. si concubina,
23 † vbi expresè dicit, quod quoad donationes, & impudicitiam, matrimonia putatiua sunt ad instar veri matrimonij. l.3. §. fi. & l. cū hic status. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. quæ loquuntur in donatione. l. si vxor. in princ. & ibi glo. in verbo, Iusta. ff. ad leg. Iul. de adult. Verùm & si hic articulus, an vxor putatiua propter adulterium putatiuū amittat dotes sit disputabilis propter Doctorum pugnantes opiniones, de quibus per Cra. in

d.conſ.205.num.38. Tiraq.de leg.connub. in verbo, de ſon mari, in glo.6.num. 235. & 256. & 241. tamen in eo non immorabor, ſed præſuppoſita pro vera opinione, quod in matrimonio putatiuo, ſicut in vero propter adulterium amittantur dotes. videndum eſt, an valeat argumentum de matrimonio putatiuo ad fictum? & dicit ſubtiliter D. Crau. in d.conſ.num.36. non valere ex diuerſitate rationis, cum in putatiuo, ideò eodem modo puniatur vxor, prout in vero matrimonio ne melioris ſit conditionis contrahens prohibitas nuptias, quam contrahens legitimas, quæ ratio ceſſat in vidua committente ſtuprum, cum tunc nullum ſit matrimonium verum, vel putatiuum, licet fingatur matrimonium reſpectu priuilegij conceſſi viduæ, quia ſalua reuerentia Domini Crauettæ maior ratio conſideranda eſt in matrimonio fícto, quam in putatiuo.

24 Nam † vidua committens ſtuprum dicitur committere cõtra verum matrimonium contractum. §. vnum. verſic. & non lucrari mulierem per virum, quem ſic velociter deheſtauerit. auth. de reſtitu. & ea, quæ parit in vndecimo menſe, cuius viri anima triſtatur. §. non igitur. de nuptijs. & fides ſibi data rumpitur, Paul ad Timoth. 1. c. 5. ibi adoleſcentiores viduas de vita cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, in Chriſto habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, & alibi dicitur contemnere primum matrimonium. §. ſi autem tutelam. in princ. authen. de nupt. Vxor vero putatiua licet in animo deliquerit non deliquit contra verum matrimonium, ita ſentit Præpo. in d.c. plerunque. colum. fin. verſic. non ob-

25 ſtat. † & ad hoc facit tex. in l. ſi vxor. verſicu. nam vt ſextus Cecilius. ff. ad leg. Iul. de adult. vbi dicitur, l. illam de adulterijs ad omnia matrimonia pertinere: ſi ad omnia, ergo ad ficta. l. Iulianus. ff. de lega. 3. & clarius in verſic. diuus Seuerus. vbi neque matrimonium qualecunque, neque ſpem matrimonij violare permittitur, ſi igitur non licet violare fidem futuri matrimonij, quod eſt in ſpe, multò minus licebit violare fidem præteriti, in quo adhuc dicitur perdurare, & perſiſtere vidua. §. ſoluto, & ibi Bart. in authen. de nupt. & in d.l.fi. C. de bon. mater. ex quo gaudet priuilegijs & beneficijs primi matrimonij, vt ſuprà diximus. In putatiuo vero matrimonio non dicitur rumpi fides matrimonij, quod ex hoc apparet, eo quia putatiuum matrimonium non eſt matrimonium ſimpliciter & proprium, ſed improprium & qualificatum: idque dignoſcitur, quia maritus puta-

26 tiuus † non poteſt eam accuſare de adulterio iure mariti, d.l. ſi vxor. §. ſed ſi ea ſit mulier, vbi maritus iure mariti non poteſt accuſare eam, quam vxoris animo habet, vxor tamen eſſe non poteſt.

Nec obſtat verſic. plane. vbi ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit vxor, maritus accuſationem inſtituere poteſt, & glo. in verbo, luſta, ita intelligit verba iniuſta de vxore putatiua, quia ſic intelligendo dictum verſicu. plane, eſſet de directo contrarius verſicu. ſed intra, quare debet intelligi d. verſic. planè. de veris

27 matrimonijs, † vtroque caſu: ſed dum dicit, Iniuſta, exponas non ſolemniter facta, ita ſubtiliter & bene interpretatur, Tiraquell. de leg. connub. in verbo, de ſon mari, in glo. 6. num. 241.

Nec repugnat, quod vxor putatiua licet non committat in matrimonium verum, ita tamen habuit animum iniuriam inferendi ei, quem pro vero & iuſto marito tenebat, & ſic quantum in ſe fuit adulterium commiſſum cum iniuria ex affectu facientis conſiſtat. c. illud. 15. quæſt. 1. gloſ. in d. c. plerun-

28 que. quia in vidua committente † ituprum non eſt conſiderandus huiuſmodi animus, cum mortuus ſit maritus: ergo ex vno ad aliud non poteſt inferri: nam propoſitum & voluntas diſtinguũt maleficia. l. verum. ff. de furt. l. 1. C. ad leg. Corn. de ſica. Quapropter omiſſa diſputatione, vt ſuprà dixi, an vxor

29 putatiua fornicans, dicatur cõmittere † adulterium, vel ſtuprum, viuente marito putatiuo ad effectum amittendi dotes, vel non, ad cuius articuli deciſionem puto multum conferre doctrinam Bar. to. in l. diuus. colum. verſic. ſecundò quæro. ff. ad legem Corn. de ſicar. & Bal. in l. ſi quis ſeruo. colum. prima. verſ. circa quod dic. C. de fur. & ſer. corrup. Aduertendũ puto, quod aut dicere volumus hanc vxorem putatiuam fornicatam fuiſſe non explendæ libidinis gratia, ſed vindicandæ iniuriæ ſibi illatæ ob mariti cum

30 impudicis mulieribus cõcubitum, † qui etiam caſtas vxores exaſperat. § mitiores. in auth. de nuptijs. & l. conſenſu. C. de repud. quod aliquando euenire legimus, vt refert Tiraquell. latè de leg. connub. l. 13. num. 10. & ſeq. & tunc ex huiuſmodi adulterio non debet amittere dotes, nec poteſt à viro accuſari. l. ſi vxor. §. iudex. ff. ad leg. Iul. de adult. c. fin. de adult. facit regula, l. viro atque vxori. ff. ſolut. matrimo. Aut vxor putatiua commiſit adulterium non principaliter animo inferendæ iniuriæ marito, ſed explendæ libidinis, cui à pluribus magis, quàm ab vno ſatis fit, licet ex huiuſmodi adulterio fiat iniu-

32 tionem

ria ma-

ria marito, & huiusmodi impudicus animus satiandæ, si fieri potest libidinis, sicut in vxore putatiua, ita viget in vidua, ex cuius stupro dehonestatur maritus verus defunctus, matrimonium contemnitur, prima fides irritatur, vt suprà diximus, & sicut considerabilis est animus vxoris putatiuæ, quoad offensam matrimonij putatiui, ita debet esse multò magis considerabilis animus viduæ, quoad offensam prioris veri matrimonij, & fidei.

Nec obstat, quòd maior sit offensa, quæ viuente marito vero, vel putatiuo committitur, quàm quæ fit post mortem: & propterea leuius est delictum stupri, quàm adulterij, ideò non æqualis debet esse pœna, quæ semper est commensuranda delicto, authen. omnes, vbi Bald. C. commun. de suc. quia in hoc delicto violatæ fidei præstitæ in matrimonio non consideratur maius vel minus delictum: sed solum attenditur, si rupta sit fides matrimonij, etiam præsumptiuè, d. l. consensu. §. vir quoque. vers. aut extraneorum virorum, & in auth. de nupt. §. mitiores. vers. aut viro nesciente, vbi adulterium non probatur, nisi forsan ex suspitione, cum possint prædicta fieri, & adulterium non committi, vt dicit Cra. d. conf. 205. num. 18. quis † enim non iudicabit leuius esse delictum conuersari in conuiuijs cum extraneis, & interesse ludis theatralibus & arenarum, quàm stuprum committere, & tamen ex illis causis dos amittitur, sicut in adulterijs, d. §. mitiores. in fin. & d. l. consensu. §. virum. nemi-nem enim esse puto, quin arbitraturus sit viduam stuprum cõmittentem magis delinquere, quam vxorem, quæ conuiuijs & ludis interdictis interest, cum pro ijs nulla ordinaria publica pœna statuatur pro stupro vero ea, de qua in §. item lex Iulia, de adulterijs. Institu. de publ. iudi. & hoc corroboratur ex communi conclusione suprà relata, quod vasallus ita feudum perdit si committat stuprum cum vxore domini defuncti, sicut si cõmittat adulterium viuo domino, iuribus suprà citatis, quibus addo Bart. in l. 1. num. 3. ff. de his, quib. vt indig. & tamẽ hoc casu matrimonium est verum, & maius delictum superiore vero fictum, & minus delictum est, quia utroque modo offendit uxor fidelitatem præstitam marito, quo casu non inspicitur an plus uel minus offendat, quo fit, ut non obstet quod dicitur legem pœnalem loquentem in casu uero, non comprehendere casum fictum. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. quia contrarium est uerius in dispositione iuris, quæ loquens † in casu uero, extenditur ad casum fictum, vbi eadem est ratio. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arm. Doct. & Imola in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 2. vers. tu potes dicere. quem refert & sequitur Alex. pluribus relatis cons. 82 num. 8. vol. 2. & facit quod dicit Crot. in d. §. Cato. in vtraque lectura locis suprà allegatis, quod quando digressio non fit ad aliam personam, sed casus verus & fictus respiciunt eandem personam, tunc dispositio pœnalis comprehendit casum fictum, d. l. atq; natura. §. fi. iuncta l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. & licet ipse in 2. lectura dicat non procedere in casu nostro propter rationis minoritatem resultantem ex eo, quod stuprum leuius offendat, quàm adulterium, attamẽ vt proximè ostendi etiam in casu suspicionis adulterij dotes amittuntur, & nihilominus suspicio minor est, quàm adulterium & stuprum commissum, & ex præmissis patere potest responsum ad tex. in l. si vxor. §. sed & in ea. ff. de adult. qui non dicit viduam committentem stuprum non puniri, sed quod maritus potest accusare de adulterio vxorem, quæ fuerit vulgaris (quamuis si vidua esset vulgaris stuprum impune in eam remitteretur) & ratio est, † quia coitus cum meretrice innupta 33 est impunibilis de iure ciuili, Bart. in d. §. sed & in ea. numer. 4. & in l. verum. num. 2. ff. de furt. per tex. in l. 1. C. de concub. plures concondan. allegat Marsil. singul. 150. alioquin si diceremus huiusmodi viduam se prostituentem non puniri, melioris esset conditionis vidua vulgaris, quam non vulgaris stuprum committens, quod esset prębere incentiuum delinquendi.

Non obstat æquiparatio viduæ committentis stuprum cum vidua nubente intra annum luctus, quia æquiparatio non fit per modum regulæ, sed per modum exceptio-34 nis, † vt pœnæ impositæ intra annum luctus nubentibus extendantur ad viduas impudicas, ne melioris sit cõditionis luxuria, quàm castitas, d. §. fin. in auth. de restitu. & ea, quæ par. &c. & argum. procedit affirmatiuè, vt puta, nubens intra annum luctus punitur talibus pœnis: ergo eisdem etiam punitur vidua impudica: nõ autem negatiuè procedit, puta nubens intra annum non punitur tali pœna: ergo nec vidua luxuriosè viuens, quia hæc alijs pœnis subijcitur. §. penult. in d. authen. de restitu. & ea, quæ par. in vndec. mense. nec vrget ratio diuersitatis adducta per Rippam in rub. de iudic. quod vxor habet, vnde satiet libidinem: vidua verò non, quia vidua si non potest continere, nubat: melius est enim nubere, quam vri, Paul. ad

Corinth.

Corinth.7.in princip.& sic habebit, vnde etsi non omnino, saltem partim libidinem temperet.

35 Non obstat,† quod vxor mortuo viro soluta est à lege viri, ita vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro, Paul. ad Roman.c.7.in princ. quia debet intelligi, si fuerit cum alio viro, id est, marito, ita illa verba interpretatur Paul.c.7.ad Corinth.1.diuus Crysostom. in d.c.7.ad Roma. nam vir pro marito accipitur in sacris literis, vt in Euangelio Ioan.c. 4.Quinque viros habuisti:& hunc quem habes, non est tuus vir:nec est dicendum, quod de alio viro intelligatur, ne dicamus ex ea auctoritate dari occasionem stuprum committendi.

Non obstat doctrina Barto. in l. rei iudicatæ. §.1. versic. morum tamen.ff.solu. matri. vbi hæredes non possunt opponere de exceptione adulterij commissi in vita mariti. ergo multò minus debent posse opponere de stupro commisso in viduitate, quia ratio diuersitatis est in promptu, cum dicta con-

36 clusio loquatur,† quando maritus consciuit & tacuit, quo casu tacendo videtur remisisse iniuriam, l. si vxor. §. fina. ff. de adulter. Paul. de Cast. in dicto cons. colum. 1. & per ea, quæ latè decidit Boer. decis. 338. col. 2. & 3. Bermon. de pub. concub. col. 6. vers. sexto & vltimo limitatur. quæ ratio non militat in stupro à vidua commisso, Bart. in d.l.1. ff. de ijs quib. vt indig.

Ex ijs communiter dici potest defensata communis conclusio ab adductis in contrarium pro opinione Alexand. licet non sine difficultate Io. de Garronib. in repet. auth. eisdem pœnis. num. 18. versic. veruntamen ex prædictis distinguit, quod aut stuprum fuit commissum intra annum luctus, & tunc propter stuprum dotem amittat, sicut & alia bona: & ita loquuntur iura loquentia de amissione, aut post annum, & non amittat, & sequitur Bermon. de pub. concubi. in titu. de adulteris. num. 62. & sequent. colum. 53. Alcia. de præsumpt. regu. 2. præsumpt. 9. versicu. ego tamen. pro quorum opinione multum vrgere videtur tex. in §. penult. versicu. si enim illas. in authen. de restitut. & ea,

37 quæ par. in vndec. mense. vbi dicitur, † quod in nubente intra annum luctus, suspicio est adulterij commissi viuente marito: attamen in ea, quæ parit in vndecimo mense, præsumptio est manifesta, & indubitata dicti adulterij commissi viuente marito: & idem dicerem, si stuprum simpliciter committeretur intra annum luctus, per glos. in §. igitur imminentes pœnæ. in verbo, Interpositione. in authen. de nupt. & in authen. eisdem pœnis, in verbo, Parit. C. de secund. nupt. licet glos. in dict. §. penult. & in verbo, Maligne, aliter teneat, & malè in hoc. Et secundum hanc affirmatiuam opinionem in stupro commisso intra annum luctus, consuit Senatus in causa cuiusdam viduæ Pinfra Vercellensis.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticus iudex dicitur competens etiam inter laicos ratione iuramenti in cõtractu appositi, intellige vt num. 14.*

2 *Prorogatio iurisdictionis iudicis extranei inducitur consensu litigantium.*

3 *Vasallus quando non posst sine consensu domini direct litigare coram alio iudice.*

4 *Iudex non potest prohibere subditos suos, quos intellexit litigare coram alio iudice, ne coram eo litigent, quòd præsertim procedere dicitur, quando parte vellent coram ecclesiastico litigare.*

5 *Iudex causæ præparantis debet esse iudex causæ præparatæ, intellige vt num. 16.*

6 *Iudex absolutionis à iuramento debet esse iudex causæ principalis.*

7 *Iudex non acquirit iurisdictionem ex eo solo, quod cognouit super præparatorio alicuius causæ, nisi iurisdictionem habeat super principali.*

8 *Rei vendicatione acturus coram vno iudice intentare potest actionem ad exhibendum coram alio iudice.*

9 *Feudi causa possessoria potest cognosci per iudicem ordinarium, & tamen quæstio proprietatis feudi non cognoscitur, nisi per dominum feudi.*

10 *Delegatus in causa petitoria non censetur delegatus in causa possessoria.*

11 *Iudex de possessorio cognoscens, de petitorio non cognoscit, si alterius iurisdictioni præiudicatur.*

12 *Vasalli possunt subiectis suis inhibere, ne coram alio iudice litigetur.*

13 *Subditus iurisdictioni alicuius sub iuramento fidelitatis non potest prorogare iurisdictionem in alterum iudicem, nisi domino consentiente.*

14 *Forum si quis sortiatur alicuius iudicis puta ecclesiastici ratione cõtractus iurati: non tamen dicitur, quod eum sortiatur, si agatur de distractu.*

15 *Agens ad distractum, & sic ad rescissionem contractus debet sequi forum rei.*

16 *Iudex ecclesiasticus an sit iudex competens etiam quando agitur de inobseruantia contractus iurati, & quomodo hoc procedat.*

17 *Prorogatio simplicis iurisdictionis non potest fieri in præiudicium superiorum.*

18 *Dispositio legis vbi cœptum. ff. de iudi. multis modis limitatur, remissiuè.*

19 *Prorogatio fieri non potest in iudicis præiudicium, quando ex forma statuti, vel ex consuetudine ipsi iudici aliquid debetur, non propter laborem, sed propter lucrum.*

20 *Iuramenti in obligationem semper censetur reseruata auctoritas & ius superioris.*

DECI

DECISIO LXXVIII.

De vasallo, qui literas inhibitorias contra eius subditum petijt, eo quod absolutione à iuramento petita coram iudice ecclesiastico, coram eodemmet iudice contractus rescisionem petijsset, an iure tales inhibitoriæ concedi possint.

CVm subditus vasalli iudicem ecclesiasticum adiuisset, vt à iuramento in quodam contractu prestito absolueretur, & absolutione obtenta peteret contractum rescindi vasallus, intelligens id iurisdictioni suæ præiudicium afferre, & ex eiusmodi iudicio apertam esse viam, per quam emolumentis iurisdictionis, qua erat inuestitus fraudaretur, precatus est Illustrissimum Ducem, vt inhiberet eius subdito, ne prætextu rescissionis prædicti contractus prophani coram eo ecclesiastico iudice litigaret.

Quæsitum fuit, an iuxta supplicata rescribendum esset? & videbatur prima facie non esse petitioni supplicantis annuendum: cum † iudex ecclesiasticus dicatur cõpetens etiam inter laicos ratione iuramenti in contractu appositi, quod addit forum foro. c. fin. de foro competen. & ibi Docto. in c. licet. de iureiuran. in sexto. præsertim, quia præsupponitur subditum prædictum se submisisse quibuscunque curijs etiam ecclesiasticis, & sic prorogasse iurisdictionem ecclesiasticam, quod † facere potuit. l. si ex consensu. C. de episcop. audien. & ibi Docto. post Barto. in l. 1. §. & post operis. versicu. vnde dic. ff. de noui ope. nuncia. ibi Ias. num. 11. & in c. significasti. de foro competen. Bar. in l. 1. & 2. ff. de iudic.

Non obstat, † quod vasallus non possit sine consensu directi domini coram alio iudice litigare. c. ex transmissa. de foro competen. Barto. loco proximè allegato, quia hoc intelligitur, quando vasallus litigaret de re feudali, ita intelligunt Ias. in d. §. & post operis. num. 13. & Sayssel. col. fin. versic. intelligo tamen. Felin. in c. significasti. ver. tertiò fallit. de foro competen. & in terminis nostris videtur decis. Alber. in l. 1. colum. 3. versic. sed nunquid. ff. de iud. & Alexan. in d. §. & post operis. colum. fina. versic. vtrum autem. vbi concludunt, † quòd iudex non potest prohibere subditos suos, quos intellexit litigare coram alio iudice, ne coram eo litigent, quod præsertim procedit, quando partes vellent coram ecclesiastico litigare, Andre. Barb. in apost. ad Abb. in c. ex tenore, in secundo notab. de foro compet.

Nec secundum eos pugnat text. in d. c. ex tenore. quia ibi reus conquerebatur, & mandatum fuit duntaxat viduæ actrici, vel potest responderi, prout respondet Alex. in d. §. & post operis. col. fin. & Felin. in d. c. significasti. num. 2. in d. c. ex tenore. quòd ibi non procedebatur virtute prorogationis partis, sed virtute delegationis apostolicæ.

5 Accedat, † quod iudex causæ præparantis debet esse iudex causæ præparatæ. l. ordinarij. & ibi gl. in verbo, Exhibiti. C. de rei vendic. ex qua regula Bal. ibi in secundo notab. arguit ad quæstionem nostram, concludens

6 † quod iudex absolutionis à iuramento debet esse iudex causæ principalis, quem sequitur Paul. de Cast. in l. 2. num. 3. C. vbi & apud quem in integr. restitu. Alex. cons. 58. in fin. vol. 1. & in l. quotiens. & ibi Ias. colum. 1. C. de iudic. & in l. nam & postea. §. si minor. num. 15. ff. de iureiura. Petrus Gerar. sing. 88. Felin. in c. cum sit. num. 4. de foro compet. & in c. 1. num. 27. de iureiurand. Hyppol. singu. 654. Maran. de ordin. iud. in 4. part. in 11. distinctione. numer. 14. Dec. in rub. de iudic. col. 1. vers. similiter ad superius dicta, vbi latè examinat dictum Bal. & dicit communem opinionem esse cum eo, & in col. sequen. asserit, quod in practica non facile ab ea recederetur, quem refert, & sequitur Curt. Iun. cons. 152. num. 9. & eam etiam dicit communem Franc. Viui. quem longe post hæc scripta vidi in suis commu. conclus. in verbo, Iudex si aditus fuerit.

Contrarium videtur defendi posse ex dictis Paul. de Cast. in d. l. ordinarij. nu. 4. concludentis dictum Bald. non videri omnino

7 verum, † quia in d. l. ordinarij. iudex non acquirit iurisdictionẽ ex eo solo, quod cognouit super præparatorio, imò ex eo, quod habebat iurisdictionem super principali, habebat etiam super præparatorio: sed in casu nostro iudex ecclesiasticus non habebat iurisdictionem super principali, tanc̃ super re merè prophana inter laicos ergo non potest dici, quod eam acquirit ex eo solo, quod illã habuit super præparatorio, cum vnus possit esse iudex causæ præparantis, & tamen non erit iudex causæ præparatæ. l. 1. C. ad exhib. quam Saly. ibi ponderat ad hoc, quod actu-

8 rus rei † vendicatione corã vno iudice, intentat actionem ad exhibendum coram alio iudice: & tamen actio ad exhibendum est præparatoria ad rei vendicationem, vt ibi notant Bart. Bal. Salyce. & Paul. de Cast. glos. in d. l. ordinarij. in verbo, Exhibitis. & hoc fundamento Dec. in d. rub. de iudic. col. 3. versic. sed tamen diligenter inuestigando dicit,

quod

quod opinio Bal. in d. l. ordinarij. non videtur vera, & hoc comprobatur ex notatis per
9 glo. 1. in c. cęterum. de iudi. vbi causa † possessoria in feudo potest cognosci per iudicem ordinarium: & tamen quæstio proprietatis feudi non cognoscitur, nisi per dominum feudi, faciunt notata per Bald. & alios in §. pręterea. el 2. de prohib. feud. alien. per Fede. in l. penult. C. si non à compet. iudi. & in c. 1.
10 de seq. posses. & fruct. † quod delegatus in causa possessoria, non censetur delegatus in causa petitoria: & tamen possessorium est præparatorium ad petitorium, d. l. ordinarij. & per prędicta iura ita sentit Rom. cons. 330. colum. 3. versic. quarto probatur, in qua col. plura leguntur facientia ad comprobationem præmissorum, quæ gratia breuitatis non transcribo. Et hæc opinio multo magis locum habere debet in casu nostro, in quo fit præiudicium iurisdictioni supplicantis,
11 quo casu, quando † fit præiudicium iurisdictioni alterius, ille qui cognouit de possessorio, & sic de causa præparante, d. l. ordinarij. non cognoscit de petitorio, & sic de causa præparata, ne præiudicetur iuri alterius, ita decidit Io. Monac. in c. accusatus. §. de quęstionibus. quem ibi sequitur Gemin. de hæret. in sexto. & Bal. in d. l. penul. in fi. C. si non à compe. iud. quos refert & sequitur Afflict. Dec. 155. num. 6. sed in casu nostro fit præiudicium iurisdictioni supplicantis, vt prædictum est: ergo ei remitti debet cognitio rescisionis contractus: & pro hac opinione videtur text. in terminis in c. ex tenore. de foro competent. vbi summus Pontifex, qui commiserat aliquibus delegatis quandam causam vertentem prætextu cuiusdam hęreditatis inter quandam viduam, & aliam, ambas de Maduano ad preces comitis Maduani, cui erant subiecti litigantes, mandauit delegatis, vt in causa supersederent, & sic remitterent cognoscendam dicto comiti, ne ei fiat iniustitia.

Non obstat solutio Alex. & Felin. in locis suprà allegatis, quia etsi illi delegati procederent virtute delegationis, non virtute prorogationis, attamen non tollitur, quin iurisdictio ecclesiastica à principio fuisset prorogata per illam viduam, & per illum tex. notat Anto. de Butr. in c. ex transmissa. in 5. & 6. notab. de præscriptio. post Innoc. in c. cæ-
12 terum. de iud. † quod habens aliquem subiectum, non ratione nudi exercitij iurisdictionis, sed alia ratione subiectum, vt puta ratione fidelitatis, vt sunt subditi vasallorum, potest dictis subditis inhibere, ne litigent coram alio iudice. Idem tenet Hostien. in summa de foro competen. Roma. in d. §. & post operis. in fin. Socin. in d. c. significasti. colum. 20. præsertim in versicu. & aduerte. quia id comprobatur ex doctrina Bal. in l. decernimus. colum. 2. versic. adde tamen vnum C.
13 de sacrosan. eccles. † quod quicunque sub iuramento fidelitatis suppositus est iurisdictioni alicuius, non potest prorogare iurisdictionem in alterum iudicem, nisi domino consentiente, sequitur ibi Andre. Barba. in apostil. & conuenit quod scribit Io. Andr. in Mercur. in reg. scienti. colum. 3. vers. quanto per eundem. & colum. 4. in fin. vers. solu. pro hac parte. de reg. iur. quod quando interest superioris subditum non iudicari ab alio iudice, tunc submissio seu renuncia non tenet.

Nec obstat dictum Abb. quod Barba. in d. c. ex tenore. confirmat, quia salua eorum reuerentia vterque male loquitur, dum præsupponunt, quod id fuit ad querelam rei, & quod duntaxat fuit mandatum vidue actrici, quia ex lectura apparet, quod Pa. mandauit delegatis, vt supersederent in dicta causa, vt in illis verbis (mandamus quatenus ei supersedere curetis) & sic præcepit delegatis, & huiusmodi mandatum fuit factum instante comite, & sic vasallo conquerente, vt in illis verbis, ex tenore literarum comitis Britanniæ, nisi defendendo prædictos Doctores dicamus eos loqui de mandato comitis facto mulieri: sed dato, quod actori duntaxat fuisset mandatum ne litigaret non sequitur propterea, ergo si ambo voluissent litigare coram ecclesiastico, non potuissent prohiberi, quia contrarium tenet Afflict. d. decis. 155. in fin. & in §. præterea. timo. in titu. de prohibi. feud. alien. per Fe-deri. post Bal. & Archid. per eum allegatos, qui à numer. 23. vsque ad 29. exclusiuè plene tractat hanc quęstionem sequens hanc sententiam, & plura alia adducens pro eius cõfirmatione, quæ ne chartas occupem non repeto.

14 Nec repugnat, † quod iudex ecclesiasticus sit competens ratione iuramenti appositi in contractu, d. c. fina. de foro compe. in 6. quia illud procedit, quando ageretur ad obseruantiam iuramenti super contractu interpositi, & sic de obseruando contractu: secus verò vbi ageretur, vt iuramentum non obseruaretur: & sic de distractu, quia non valet argumentum: Aliquis sortitur forum alicuius iudicis, puta ecclesiastici ratione contractus iurati: ergo pariter idem forum sortitur, si agatur de distractu, l. secund. & ibi nota. Barto. & Bal. C. vbi & apud quem

cog-

cog. vbi agens ad distractum, & sic recisionem contractus debet sequi forum rei, ita respondet Dec. in d. rub. de iudi. col. 3. versicu. non obstat, quod supra dixi.

Accedat, quia dispositio d. c. fina. est in fauorem eius, cui præstatur iuramentum: ergo in eius odium retorqueri non debet, l. nulla. ff. de legib. l. quod fauore. C. eod. tit. c. quod ob gratia. de regu. iur. in sexto. & si dicatur, † quòd iudex ecclesiasticus est iudex competens, etiam vbi agitur de inobseruantia cõtractus iurati, c. 1. de iureiur.

Respondetur illud procedere, vbi constaret, iuramentum esse interpositum super contractu euidenter illicito, puta super vsuris, sed in casu proposito adhuc cognoscendum est super validitate contractus.

Item potest responderi alio modo, & hæc responsio poterit accommodari alijs argumentis, quæ fiunt de submissione, & quod iudex causæ præparantis est iudex causæ præparatæ, videlicet, omnia prædicta procedere, vbi non ageretur de præiud. cio tertij, quia tunc in præiudicium tertij non deberet induci prorogatio iurisdictionis, ex notatis per Io. Mon. & Bald. in d. c. accusatus. cũ alijs supra allegatis, quibus addo Bal. in l. 2. circa fin. C. de ope. lib. dicentem, quòd † prorogatio simplicis iurisdictionis nõ potest fieri in præiudicium superiorum, quem sequitur Mar. Laud. in tracta. de confed. pace & conuen. Princ. nu. 8. Afflic. in d. §. præterea. nume. 23. & 24. post Archid. & Bal. per cum allegatos, ex quorum dictis dat vnam limitationem ad l. vbi ceptum. ff. de iudi. † vt non habeat locum, quando fit præiudicium iurisdictioni alterius, quo fit, vt ad tres limitationes datas per Felin. in c. 1. num. 2. de iure iur. post Pau. de Cast. consi. 211. volu. 2. secundum impressionem Papien. ad dictũ Bal. in d. l. ordinarij. C. de rei vendica. posset addi quarta, vt non habeat locum, quando inferretur præiudicium iurisdictioni alterius vtilis, vel directi domini. Et hęc limitatio, vt prædictum est, potest etiam dari regulæ legis, si ex consensu, C. de epis. aud. & l. 1. ff. de iudi. item regulę, quòd iudex causæ præparantis sit iudex causæ præparatæ, & hæc corroborantur ex ijs, quæ dicit Sayf. in d. §. & post operis. colum. fi. versi. ex quorum rõne, dum defendendo Paul. de Castr. concludit, † quòd si aliquid ex forma statuti, seu ex consuetudine debetur iudici non propter laborem, sed propter lucrum, tunc procedit opinio Paul. de Cast. in d. §. & post operis. concludentis prorogationem non posse fieri, quando fieret in præiudicium iudicis, & cõuenit, quod dicitur, in iuramẽto semper censeri reseruatum ius, & auctoritatem superioris, c. venientes. & ibi glo. de iureiur. l. qui iurato. ff. qui satisd. cog.

Quare in proposito, vt malitijs & calumnijs hominum occurratur, & ne iniuria fiat per indirectum iurisdictioni vasalli, putarem auctoritate Principis esse inhibendum actori, ne in præiudicium iurisdictionis vasalli supplicantis alibi litigare habeat pro prima cognitione, quã coram iudice ordinario, et quòd Princeps ita possit rescribere, probatur ex d. c. ex tenore. & ex l. 2. §. si iudex. ff. de iudi. per quæ iura ita determinat Soci. in d. c. significasti. colum. 2. in fine. Et per supradicta, literas inhibitorias vasallo Princeps consulto Senatu concesit contra eius subditum, coram alio iudice, nõ suo, litigantem: & post hęc scripta legi Dida. in lib. 1. Variarum resolu. c. 4. numer. 8. hanc vltimam opinionem sequentem: & gauisus sum, me eundem ferme spiritum habuisse.

SVMMARIVM.

1 *Vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum.*
2 *Torturæ quis subijci ex informationibus sumptis, & eo nõ citato potest propter præeminentiam iudicis, puta vbi proceditur per illustrem curiam, intellige vt nu. 19. circa med.*
3 *Periurium non præsumitur, attenta qualitate personæ, super qua testis examinatur.*
4 *Testes examinati parte non vocata ad videndum deferri eis iuramenta, probant, vbi proceditur sola facti veritate inspecta, contrarium verius, nu. 18. cum sequen.*
5 *Variatio inquisiti, seu testis facit indicium ad torturam, intellige vt nu. 17.*
6 *Inimicitia facit indicium ad torturam, iunctis alijs indicijs. & nu. 23.*
7 *Socij criminis inhabilitas ad probandum, diluitur per reuelationem criminis.*
8 *Socij criminis, & aliunde inhabiles, in crimine læsæ maiestatis admittuntur ad accusandum, & testificandum.*
9 *Testis vnius dictum sufficit in probando indicio proximo. & nu. 15.*
10 *Delicti occulti difficilis est probatio, & in eo procliuior esse debet animus iudicantium ad torturam.*
11 *Priuilegio quocunque dignitatis non obstante in crimis ne læsæ maiestatis, quis torqueri potest.*
12 *Iudicantem cuncta rimari oportet, & ordinem rerum plena inquisitione discutere.*
13 *Solemnitates à iure naturali introductæ, vt sunt citationes, & aliæ, quæ defensionem partis respiciunt, nõ dicuntur sublatæ vbi procedendum est sola facti veritate inspecta, etiamsi iudex haberet arbitrium procedendi.*

14 Torturæ quis subijciendus nõ est, nec ad eam procedendum etiam in crimine læsæ maiestatis, nisi præcedant legitima indicia.
15 Indicia proxima, quæ dicantur, & quæ remota.
16 Indicia remota regulariter per duos testes probari debent.
17 Mendacium, & variatio, quomodo indicium faciant ad torturam.
18 Reus potest corrigere dictum suum, antequam conuincatur argumentis.
19 Testes sine partis citatione recipi non possunt, etiamsi iudex procederet ex officio, & essemus in casibus, in quibus proceditur argumẽtis, & præsumptionibus.
20 Morti proximus non præsumitur mentiri, nec esse immemor salutis æternæ.
21 Exculpatio socij criminis prodest exculpato.
22 Depositioni primæ standum videtur, licet contrarium in tormentis dixerit socius, vbi de facto proprio, & alieno interrogatur.
23 Iudex contra aliquem pronuncians non dicitur eum offendere, nec ex eo inimicitiarum præsumptio induci debet.
24 Imperator non habet iurisdictionem in territorio Ducis, quem inuestiuit de mero, mixto imperio, omnimodo iurisdictione, & regalibus quibuscunque.
25 Confeßio extraiudicialis potest quandocunque corrigi & reuocari ante litem contestatam.
26 Duæ negatiuæ regulariter in affirmatiuã resoluuntur.
27 Interpretatio ea facienda est, vt delictum euitetur.
28 Argumentum à contrario sensu desumi non potest, vbi verba sunt negatiuè cõcepta, cum inducta ad negandum non debeant operari contrarium effectum.
29 Confeßio extraiudicialis, vt indicium faciat, probari debet per duos testes.
30 Numeratio pecuniæ non probatur per confeßionem, cum aliud sit confeßio, aliud numeratio.
31 Testis vnius tantum depositio, quæ potius respicit adminicula ad delictum, quàm immediatè ipsum delictũ, non sufficit, vt indicium faciat ad torturam.
32 Infamia saltem facti notatus dicitur, qui se delictum læsæ maiestatis, aut aliud graue delictum commisisse fassus est.
33 Confeßio in criminalibus facta coram iudice infamat confitentem infamia iuris.
34 Iuramentum fidelitatis præstitum Regi, cui subdita ciuitas non sit, non valet.
35 Infamia facti repellit testem à testimonio in criminalibus.
36 Testis vnus infamis etiam in crimine læsæ maiestatis, vt faciat indicium ad torturam, duo requiruntur.
37 Socius criminis non facit indicium ad torturam, nisi id deponat in tortura, & in ea perseueret.
38 Testes singulares in crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ admittuntur.
39 Testi nõ est credendum in his, quæ concernunt eius laudem vel vituperium, commodum vel incommodum.
40 Excusans se prætextu emendationis criminis, quod et obijcitur, debet dictam emendationem probare, nec sufficit quod eam alleget.
41 Allegare non sufficit, nisi quod allegatur, probetur.
Testes inhabiles admittuntur in delictis, in quibus veritas aliter haberi non potest, quomodo intelligatur. nu. eodem.
42 Vox vnius vox nullius.
43 Senatus an poßit iudicare secundum conscientiam, & moueri ex ijs, quæ sunt extra acta.
44 Iudicandum est ex fide gestorum, & sic secundum allegata & probata.
45 Conscientiæ alicuius causa commissa, puta iudici delegato, debet intelligi de conscientia lege munita, ac publica, non autem de conscientia priuata.
46 Opiniones ex proprio capite nemo sibi formare debet.
47 Conscientia propria non debet mouere iudice, quia non sunt in foro pœnitentiali, sed iudiciali.
48 Iudex debet iudicare secundum leges, non secundum mentem animi sui.
49 Paria sunt, non esse, & esse, sed non apparere.
50 Indulgentia, seu venia non tollit infamiam resultantem ex delicto.
51 Infamia facti per pœnitentiam non tollitur.
52 Tempus, super quo quis se fundat, præcise est probandum.
Testis de fama deponens tenetur reddere causam scientiæ, & vnde ortum habuerit, aliàs non probat. nu. eodem.
53 Testes deponentes de bona fama in genere, non tollunt infamiam resultantem ex specialibus delictis per eum confessatis.
54 Accusator seu denuncians testis esse non potest, alias enim accusator, alius testis esse debet.
55 Indicia legitima torturam præcedere debet.
56 Indicia licet dici soleant esse arbitraria, attamen debent esse legitima, iuri conformia, & à iure approbata.
57 Iudex in ijs quæ eius arbitrio relicta sunt, debet seruare æquitatem, & ita arbitrari, vt semper in maiorem partem inclinet.
58 Digniora imitatione habentur, quæ excellentiora sunt pietate.
59 Tortura cessat, vbi aliquid contra indicia viget.
60 Auxilij cooperatio vbi simplex est, ex qua delictum, seu tractatus non est auctus, pœna mortis non punitur.

DECISIO LXXIX.

De crimine læsæ maiestatis, & de ea, quæ soluit tractatum proditionis factæ, quam non manifestauit, an torturæ subijcienda sit, vbi plura in criminalibus notanda habes.



QVoniam in hac causa criminali aduersus A. intentata non de prędijs vrbanis, seu rusticis, aut alijs rebus ciuilibus, sed de crimine grauissimo læsæ maiestatis, proinde de salute, honore, & bonis inquisiti agitur, † in quibus maius periculum dicitur versari, & per consequens, cautius esse agendum, c. vbi periculum. de elect. in 6. & l. addictos. C. de appell. idcirco viso processu, & hinc inde allegatis & probatis iuxta l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsidis. duo ex actis selecti fuere articuli. primus, an in-

an inquisitus sit subijciendus torturæ ex eo, quòd inscribatur non solũ sciuisse tractatum proditionis faciendæ, verùm in eo tractatu participasse, & se cooperatum fuisse.

Secundus articulus erit, qua pœna sit puniendus, cum ex confessione sua appareat, ipsum sciuisse dictũ tractatũ, & nõ reuelasse.

Quoad primum articulum, videretur dicẽdum, locum esse quæstioni, attentis indicijs, quæ cõtra inscriptum militare videntur. Et primo dicti C. etus filij, qui in vltima eius depositione attestatur de quibusdam literis ab inquisito hostibus Ducis Sereniss. scriptis, concernentibus dictum tractatũ, cui depositiõi nõ videtur obstare, quę aduersus illã opponuntur, videlicet, factã non vocato inquisito fuisse cõtra c. 2. & ibi not. de test. † qa cum procedatur contra eum per Illustriss. Senatum attenta illius præeminentia, videtur, quòd posit ex informationibus sumptis, parte non vocata, procedi ad torturam, argumento eorum, quæ de præeminentia magnæ curiæ Regni Neapol. scribit Carre. in sua prac. in prin. nu. 108. Alex. cons. 65. nu. 2. & 12. vol. 1. Thom. Gram. cons. 40. nu. 2. & seq. † quòd etiam procedere videtur, attenta qualitate deponentis filij propter quam non est præsumendum, ipsum velle deierare, & contra patrem deponere, nisi ad id illum cogeret veritas, c. est probanda. 86. distinct. Cra. cons. 60. nu. 60. quo fit, vt dici possit omni exceptiõe maior, † & sic potuerit eius testimonij recipi cõtra ipsum inquisitũ eo nõ vocato ad videndum deferri iuramenta testibus, vt concludit idem Carrer. in d. practi. in prin. nu. 165. in fi. quod præsertim procedere videtur in hoc crimi. læsæ maiestatis, in quo tam de iure cõmuni, vt Extrauag. ad repri. quam decretorum domi. proceditur, sola facti veritate inspecta, Dec. cons. 54. nu. 2. nã in hoc crimine proceditur ex coniecturis & argumentis verisimilibus, Gemi. in c. fi. §. facri. col. 3. de homicid. in sexto.

† Secundum indicium videtur resultare ex variatione ipsius inquisiti, in eo, quòd in prima depositione negauit, filium aliqua secũ contulisse de negocio, præter ea, quæ deposuerat, deinde in secunda depositione confitetur aliqua sibi dixisse de proditione: quæ variatio facit indicium ad torturam, Bar. in l. fi. ff. de quæst. & in l. de minore. §. plurimũ. eod. tit. Hyppol. latè sing. 103.

† Tertium indicium allegatur ex inimicitia inquisiti contra supremum dominum, quæ inimicitia videtur probari ex eius depositione, ex illis verbis, Perche in vero non mi piaceua che seruesse al nostro supremo signore, perche mi ha fatto torto, q̃ inimicitia ĩũctis alijs indicijs facit indicium ad torturã, vt latè cõcludit Car. in d. pra. in pri. nu. 118.

7 Quartum † indicium resultat ex depositione quarti testis, cui non obstat, quòd dicatur socius criminis, quia si quis defectus contra dictũ testẽ vrgere videtur, ex eo quod familiares literas hostibus detulerit, & abeis de ferẽdas p̃dicto filio acceperit, & sic particeps tractatus fuerit: attamen hmõi defectus & inhabilitas videtur sublata p reuelationẽ ipsius testis, l. quisquis. §. fi. C. ad l. Iul. maie, Item ex eo, quia plurib. testibus parte fisci examinatis videtur, p̃bari, dictũ testẽ esse bõę vocis, conditionis, & famæ. Vel põt responderi,

8 † quòd in crimine læsæ maie. socij criminis & aliunde inhabiles, admittuntur ad accusandum, & testificandum, l. famosi. & l. seq. ff. ad l. Iul. ma. glo. in d. l. si quis alicui. C. eo. tit. glo. in l. 3. §. item l. Iuli. de test. not. in c. fi. de test. cogen. Carrer. latè in dicta practica in princ. nu. 122. col. 2. Nec videtur obstare, quòd cum dictus testis deponat de confessione extra iudiciali dicti inquisiti, & sic de indicio à remotis, quo casu debent saltem esse duo testes, Bar. in l. fi. nu. 7. ff. de q̃stio. quia respondetur, q̃ ex quo deponens de confessione extra iudiciali videtur ponere de propinquis maleficio: & de tãgentib. negocium, de quo q̃ritur secundũ Bar. in d. l. fi. col. fi. vers. sed si esset vnum indicium. ff. de q̃sti. quem sequitur ibi Hyp. num. 4 debet sufficere eius testimonij, † quia in probando indicio proximo

9 sufficit vnus testis, vt ibi p̃ eos, Bar. in l. fi. C. famil. hẽrci. Accedat, quia non solũ deponit de confessione, sed ẽt de tractatu cum ipso teste, quo casu deponit de ipso maleficio, quibus indicijs saltẽ omnib. ĩũctis videretur dicẽdũ, inquisitũ ipsum esse torquẽdũ, attenta qualitate criminis occulti, cuius difficilis

10 est probatio, † in quo crimine, veluti occulto, ꝓcliuior debet esse animus iudicantium ad torturam inferendã, secundũ Bal. in l. nemo. C. de episco. audien. & Alex. cons. 77. vol. 1. latè Carrer. in d. practica, in prin. nu. 165. col. 3. & num. 183. & ideo inoleuit pract. apud auditores exercituũ in simílibus tractatib. ob difficultatem probationũ incipere à tortura, & procedere ordine iuris non seruato.

11 Nec obstat ipsius inquisiti dignitas, † quia in dicto crimine læsæ maiestatis, nõ obstante quocũque priuilegio dignitatis, quis potest torqueri, d. l. si quis. & seq. C ad. l. Iul. maio, & hæc sunt, quæ prima fronte visa sunt vrgere contra ipsum inquisitum, vt quæstionibus veniat subijciendus.

12 Verùm, † cũ oporteat iudicantem cuncta

rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere. c. iudicantem. 30. quæstio. 5. & scriptum sit iudicibus Paralip. libr. 2. c. 19. videte ait, quid faciatis, non tantum hominis exercetis iudicium, sed domini, & quod cunq; iudicaueritis in vos redundabit, ideo accuratius intuendo dicebatur aliqui ex Senatoribus, quòd videbatur dici posse in articulo propositio non videri locum esse quæstioni ad quod demonstrandum. Præmiserunt, quod licet in crimine læsæ maiesta. possit procedi per accusationem, inquisitionem, siue denunciationem summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, per quæ verba dicatur sublata omnis solemnitas à iure ciuili introducta, vt in d. Extrauag. ad reprimendum, vbi Barto. maximè in verbo, Figura & Doctor. cõiter in cle. sæ-
13 pe. de verbo. sig. † Nihilominus solemnitates à iure naturali introductæ, vt sunt citationes & aliæ, quæ defensionem partium respiciunt non dicuntur sublatæ secundum Bar. & Docto. locis prælega. & in clem. pastoralis. de senten. & re iud. cum alijs cumulatis suprà decis. 1. quibus addo Carrer. de hæret. num. 108. Gram. voto 30. num. 9. & quatuor seq. & si iudex haberet arbitrium. numer. 21. & 22. hinc dicit Carrer. in d. pract. in princip. numer. 107. quod licet indicia sint arbitraria, tamen debent esse talia, quæ à iure approbentur, citans plures Docto. ita tenuisse, ex quibus elicitur istam esse communem opin. Hieron. Gigas de crim. læsæ maie. in rub. quomodo, & per quos crim. læsæ maiest. probetur. c. 26. num. 2. & sequen. Secundò, præmit-
14 tebant, † quòd etiam in dicto crimine procedi nõ debet ad torturam, nisi precedentibus legitimis indicijs. l. si quis alicui. & ibi glo. & communiter Docto. C. ad leg. Iul. ma. Afflic. in titu. quæ sint regalia. in verbo, Et pœna committentium crimen. numero 44. post Ange. & Saly. in d. l. si quis alicui. Hyppo. in l. 1. numero 3. & l. penult. numero 21. & seq. ff. de quæsti. & in prac. §. constante. numero 2. & seq. & §. diligenter. num. 175. Thom. Gra. voto 34. in fine. Capi. in decis. Neapo. 126. numer. 4. & Carre. in prac. in princ. numer. 110. in fin. & num. 181. versi. ampliat etiam, latè in tracta. de hæret. num. 117. post Alex. & alios per eum relatos, diserte Hieron. Gigas de crim. læs. ma. in rub. quomodo, & per quos crimen læsę ma. probetur, num. 23. 27. & seq. & d. c. 26. vbi reprehendit iudices incipentes in hoc crimine à tortura non præcedentibus legitimis indicijs. Tertiò premitten-
15 dum est, † q indiciorum alia sunt de proximis maleficio, alia sunt de mediatis, siue remotis proxima sunt, quę respiciunt veritatem rei, vt testes de visu, & auditu, secundò subiectam materiam deponentes, puta si inscribitur qs de homicidio, vel de alio delicto, quod sentui visus subijciatur, & testis deponat vidisse, huiusmodi dictum esset de proximis homicidio. Item si accusaretur aliqs, quod mandasset, consuluisset ue homicidium, falsum, proditionem, & alia delicta, quę sensui auditus subijciuntur committi, & testis deponeret, quod audiuit intitulatum mandantem, aut consulentem tali homini, vt homicidiũ, falsum, aut proditionẽ faceret dictũ huiusmodi testis esset de proximis maleficio, quia hęc tangunt veritatem rei, & ad probandum hoc indicium proximum sufficit vnus testis, dummodo sit omni exceptione maior. latè Hyppol. in practi. §. diligenter. col. 1. & 2. post Bart. in l. admonendi. ff. 36. ff. de iureiuran. & in locis infra allegatis Cra. cons. 6. nu. 12.

Indicia verò mediata, siue remota dicuntur ea, quę respiciunt circunstantias delicti, vt fama, fuga, inimicitia, visus, cum ensem ginato in loco vbi erat occisus, & alia simila, tunc testes deponẽtes de istis dicuntur attari de remotis à maleficio, quia hęc non respiciunt immediate veritatem, sed circun-
16 stantias delicti. † Et hoc indicium regulariter debet per duos testes probari, ita declarat Bart. in l. fin. num. 7. versi. quęro qualiter probari debet indicium. ff. de quęst. & ibi Hyppo. nu. 6. & cons. 20. nu. 44. & in l. dem nore. §. plurimum. nu. 95. & in l. 1. §. prętera. num. 25. & 26. & Bal. in l. fi. post glo. ibi. fimi hęrcis. Bal. in l. 2. col. 2. versi. hęc autem dicia. C. quor. app. non recip. vbi Carre prin. nu. 106. versi. videamus qualiter. & nu. 107. versi. & ideo si esset solus testis, vbi loquitur de confessione extraiudiciali, Bru. decis. dic. quęst. 2. primę par. prin. nu. 3. Paris. cons. 151. in prin. vol. 4. Hier. Gig. in d. trac. & rub. c. 25. nu. 1. & 2.

Istis sic premissis dicitur ex actis nulla extare indicia ad torturam sufficientia, nec quidem ex variatione ipsius inquisiti, qua
17 communis conclusio est, † quod mendacia, seu variatio circa circunstantias, & qualitates delicti nullomodo faciunt indicium ad torturam, si verò sit circa ipsum delictum etiam non faciunt indicium, nisi iunctis alijs indicijs, ita pluribus Docto. enumeratis cõcludit Carrer. in d. prac. in prin. num. 119. cui addo Hyppo. cons. 15. colu. penul. & quę dicit Gram. voto 30. nu. 16. & faciunt ea, quę in-
18 fra de indicio inimicitię allegantur. † Accedat, q reus põt corrigere dictũ suum antes conuin-

7 *Clausula posita inter aliqua capitula debet ad omnia referri, si commodè fieri potest quomodo procedit.*
8 *Institutio, seu substitutio relata ad duas personas vtres gradu ad vtranque æquæ principaliter referatur, & non ordine successiuo.*
9 *Vna determinatio respiciens plura determinabilia, debet æqualiter determinare.*
10 *Filij cum matre admittuntur, licet sub nomine collectiuo sint vocati.*
11 *Singularis numerus ad plures regulariter non adaptatur.*
12 *Plures personæ, si copulatiuæ sint institutæ inter quas nõ solũ cadit ordo affectionis naturæ, & charitatis, sed etiã cõcurrit necessitas instituendi, ne testamentũ rumpatur, tunc censentur vocatæ ordine successiuo.*
13 *Præteriti sine causa dicunt testamentum nullum.*

14 Ordine

24 *Ordine succeßiuo tunc institutæ intelliguntur, quando ſiũt vocatæ, nõit collectiuo cõtinente plures gradus.*

25 *Clauſula, ſeu verba in medio poſita, quæ commode referri poſſunt ad omnia contenta in diſpoſitione præcedenti ad ea referri debent.*

26 *Filij naſcituri, & ſic incerti, quando vocati ſunt in teſtamento cenſentur vocati ordine ſucceßiuo.*

27 *Teſtator in dubio ſemper præſumitur eorum prærogatiuam ſeruaſſe, quos lex & natura prius ad eam hæreditatem vocant.*

28 *Copula quando ponitur inter perſonas, inter quas cadit neceßitas inſtituendi, & ordinata charitas affectionis, tunc non ſtat propriè, nec retinet naturam ſuam, ſed intelligitur ordine ſucceßiuo.*

DECISIO LXXXI.

De matre hærede inſtituta, & filijs eius maſculis legitimis & naturalibus gradatim & ſucceſsiuè vocatis, an intelligatur vocati vnà, cum matre, an verò ordine ſucceſsiuo.

AVia quædam materna ſuo teſtamento ita diſpoſuit in omnibus autem alijs ſuis bonis dicta teſtatrix inſtituit, & ore ſuo nominauit hæredem ſuam ſpecialem, & generalem, videlicet, Nobilem Nicolinam eius neptem, vxorem quondam nobilis Franciſci Vaudani, & liberos ſuos maſculos legitimos, & in defectum maſculorum femellas, gradatim, & ſucceſsiuè, ex ipſis modernis cõiugibus procreatos, & procreandos. Quæritur, an filij dictæ neptis, & ſic proneotes prædicti teſtatricis, admitti debeant ſimul cũ matre ad hæreditatem, an verò ordine ſucceſsiuo?

Et videbatur defendi poſſe filios ſimul cũ matre eẽ vocatos rõnibus infra ſcriptis. Primò, † quia copultiuæ orationis ea eſt natura, vt oẽs perſonæ copulatæ ſimul, & æqualiter vocentur, l. vnica. §. his ita. & §. ſeq. C. de cad. tol. cum alijs ſimilib. allega. per laſ. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 12. ff. de lib. & poſth. Corn. conſ. 321. lite. B. vol. 3. ſed in caſu noſtro iſti filij ſunt copulatiuè vocati: ergo ſimul & æqualiter dñr inſtituti: natura. n. copulæ eſt coniungere pariter. l. 2. §. ſi quis ita. 1. ff. de eo quod cer. lo. l. reos. §. cũ in tabulis. ff. de duo. reis. idq; comprobatur ex eo, q; dicitur non eſſe à propria natura verborum recedendũ, niſi de contraria voluntate teſtatoris manifeſte appareat. l. non aliter. & l. ille aut ille. ff. de leg. 3. Accedat, † quia paria eſſe dñr coniunctionem fieri per dictionem &, vel per, dicti onẽ, cũ, l. Tit. textores. §. nihil. ff. de legat. 1. l. ſi quis Titio, & hæredibus. cum l. ſeq. ff. de vſufr. accre. l. triplici. ff. de verb. ſig. ſed qñ ſit inſtitutio per copulam cum, vocati ſimul admittuntur, etiamſi ſint perſonæ, inter quas cadit ordo affectionis, & charitatis. l. fin. C. de impu. & alijs ſubſtit. laſ. in d. §. quidam rectè. nu. 30. Dida. in c. Raynutius. §. 2. nume. 3. extra de teſta. poſt Ant. Rub. & Fort. quos allegat: ergo in caſu noſtro filij debent cum matre admitti, & conuenit quod dicit laſ. in d. §. quidã rectè. nu. 32. & 33. q; qñ dictio cum, ponitur inter perſonas, quarũ vna nõ eſt alteri acceſſoria, vt in filijs, qui non accedunt matri, tunc non eſt differentia, an coniunctio fiat per dictionem, &, vel per copulam cum, ſecus ſi poneretur inter perſonas, quarũ vna accederet alteri, vel ambæ pro vna reputantur, vt pater & filius in ptãte, quia adiectus per dictionẽ &, nõ facit partem, ſecus per dictionem cum, quã doctr. puto laſ. accepiſſe ex dictis Bar. in l. 1. nu. 3. ff. de pecu. leg.

Tertiò, pro hac opi. videtur cõis cõcluſio,
3 † q; vbi teſtatori nulla ſubeſt neceſsitas inſtituendi, nõ attenditur ordo affectionis abſtractus ab omni debito naturali. Quinimo oẽs ſimul vocantur, ita dicũt Albe. Bal. Angel. Pau. de Ca. Imo. Aret. Ale. laſ. Soc. & reliqui Doc. repetentes in d. §. quidam rectè. & Alex. in plurib. conſ. relatis, per laſ. ibi nu. 24. p̃ſertim conſi. 22. nu. 6. vol. 3. vbi dicit verã &
4 cõem eſſe cõcluſionem, † quòd hmõi non intelligãtur vocati ordine ſucceſsiuo, qñ non ſunt de deſcendentibus teſtatoris ab eo de neceſsitate inſtituẽdis, Alci. de p̃ſump. reg. 3. c. 32. num. 2. Dec. conſ 236. col. 2. verſ. ſed illa opinio. & in conſ. 253. Mathes. not. 156. nota, q; ſi aſcendens, & ibi in addit. Cep. ca. ciuili d. conſ. 52. nu. 1. verſ. tertius caſus eſt, vbi dicit iſtud non habere dubitationem, & latius nu. 3. dicit cõiter Doc. contra Bar. tenere quòd vbi non ſubeſt ordo neceſsitatis, ſed charitatis, & affectionis, tunc cenſentur vocati pariter pater & filij, & tandem concludit hanc opinionẽ contra Bar. in iudicando tenendã, tum quia vt ipſe inquit verior eſt, tum etiam quia ita cõiter tenent Doc. tam legiſtæ, q̃ canoniſtæ, quam etiã ſequitur Corn. conſ. 17. circa p̃mitem cõſultationem. col. 3. verſ. eſt aũt alia opinio. litera B. lib. 4. vbi etiam dicit ab hac opin. non eſſe recedendum, imò fortius tenet lac. de Aren. quem ſequitur Sal. Imo. & Aret. prout refert Did. in d. §. 2. nu. 4. verſ. ab hac vero, vbi hanc opi. ſequuntur poſt Rub. Fortu. & Gali. in d. §. quidam recte. q; etiam vbi concurrit neceſsitas inſtituendi, vt in filio, inſtitutio facta de filio, & nepote ex eo intelligatur facta ſimul, nõ aũt ordine ſucceſsiuo. Sed in caſu noſtro nulla neceſsitas immi nebat illi teſtatrici inſtituendi neptem, nec eius liberos. §. fi. Inſt. de ex hær. l. b. ergo filij ſimul cum matre cenſeri debent inſtituti, &

multo fortius dicendum est in casu nostro, quo huiusmodi institutio non fuit facta cõsiderata necessitate instituendi, quia fuerunt instituti liberi masculi nati & nasciturí, & in
5 eorum defectum fęmellæ, † quæ tamen præteritæ sine causa poterant etiam rumpere auiæ testamentum, Corn. consi. 321, litera B. volum. 3. quem refert & sequitur Gal. in d. §. quidam recte. col. 4. vers. tertio limita.

Quartò, corroboratur, quia si auia instituisset filiam & Titium extraneum censetur simul vocatus extraneus. l. fin. C. de impu. & alijs substit. Ergo multo magis debent censeri vocati filij tãquam magis dilecti. & hoc argumento motus hanc opinionem tenet Marius Salamonius in d. §. quidam recte. numer. 46. comprobaturq; hæc opinio ex expressa mente testatoris, quæ colligitur ex illis verbis, Et in defectum masculorum fęmellas, descendendo ab ipsis masculis ad fęmellas gradatim, & successiue &c. quæ verba non expressit in primo gradu institutionis, in quo instituit filios, & tamen illa exprimere potuisset, si voluisset, argu. l. vni. §. sinautem ad deficientis. C. de cad. toll. ergo sequi videtur, quòd ad ipsos filios in primo gradu institutos referri non debent, & facere videtur regu. l. cum prætor. ff. de iudi. & c. nonne. de præsump.

Nec obstat, q̃ sit vna oratio, vnusúe constructus verborum, quo casu illa verba, gradatim, & successiue, debent etiam ad filios
6 referri, † quia contrarium videtur verius, argum. nota. in l. hæredes mei. §. fin. ff. ad Treb. vbi facultas eligendi concessa hæredi in casum, in quem in eos fuisset locus fideicommissariæ substitutioni, non censetur cõcessa vbi fideicõmissum contingeret in personam filiorum vocatorum, & tamen ibi vna erat oratio regulata ab eodem verbo.

Nec obstat doctr. Bar. in l. talis scriptura.
7 ff. de leg. 1. † q̃ clerica posita inter aliqua capitula debeat ad omnia referri, si commode fieri põt, quia debet intelligi, qñ talis clerica absolute poneretur, secus si nõ esset posita absolute: sed veniret in contextu vnius capituli, quia tunc ad alios non porrigitur, Dec. cõs. 213. nume. 6. & 7. sed in casu nostro illa verba, gradatim, & successiue ponũtur in contextu capituli continentis institutionem, seu substitutionem liberorum & c. ergo ad matrem referri non põt, & hanc opinionẽ tenuerunt Iac. de Ari. & Old. in d. §. quidam recte. quã tenet etiam Bal. in l. si quis hæres institutus. §. fi. ff. de acq. hære. & in d. l. Gallus. in §. quidam recte. col. 3. vers. interdum testator vtitur. ff. de libe. & posthu. quorum opi. dicunt bonis rõnibus munitam & sustentabilem de iure, imò & veriorem, Alb. Io. de Imo. Aret. Alexan. & Mar. Sal. in repet. d. §. quidam recte. colu. pen. & pro ea adducitur c. Raynutius. de testa. vbi soboles admittitur cum matre, & dicit Soc. in d. consi. 113. num. 1. posti-
8 stien. & Ant. de But. in c. Raynutius. † qui institutio, seu substitutio relata ad duas personas dispares gradu ad vtranque æquè principaliter refertur, & nõ ordine successiuo. Ad quod facit reg. l. iam hoc iure. ff. de vul-
9 ga. & pub. † vbi vna determinatio respiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare, Ang. consi. 38. nu. 3. & 4. Et hic etiam opinionem probat tex. in l. codicillis. in §. instituto. ff. de lega. 2. vbi institutis filio & nepote ipsi simul, non successorio ordine vocantur, quem tex. pro hac opin. adducit Didac. in d. c. Raynutius. § 2. nume. 1. vers. quin & tex.

Nec obstat, q̃ nomen collectiuum liberos masculos faciat videri eos vocatos ordine successiuo, vt vñr velle Doc. infra in tem-
10 fundamento pro matre adducto, † quia contra eos est tex. in l. si mulieri cum liberis suis. ff. de vsuf. accre. vbi liberi admittuntur simul cum matre, licet sint vocati sub nomine collectiuo. Nec obstant solutiones datę per Soc. in d. §. quidam recte. ad c. Raynutius. quas eos impugnat ibi Gal. colu. 4. vers. secunda sit solutio. & nullam ex rñsionibus datis ad eum tex. satis conuenire attestatur Did. in d. §. 2. nu. 1. vers. quamuis Socinus.

In contrarium quod censeantur vocati ordine successiuo. Primò, faciunt illa verba, hęredem suam specialem, & gñalem, q̃ cum sit
11 † singularis numeri ad plures regulariter adaptãtur, Bar. in l. si plures. in 2. nota. ff. leg. 3. & illa verba, specialẽ & gñalẽ, sonant quasi dixisset, in omnibus bonis instituit hęredẽ dictã Nicolinam, arg. l. 2. C. de pig. & in similibus terminis cõsulit Dec. cõl. 205. nu. 2. hoc tñ nõ pono, p constanti, & tuto per ea q̃ in terminis scribit Cep. in consi. caus. cinti. & consi. 52. nu. 2. Secũdo, hęc opin. comprobatur
12 ex illa cõi cõclusione, † q̃ qñ plures personæ copulantur, inter quas nõ solum addit. ordo affectionis natura, & charitatis, sed etiam cõcurrit necessitas instituendi p̃cise, vel causative, ne testm̃ rumpatur, tunc hmõi personæ copulatæ censentur vocatæ ordine successiuo: ita tenẽt cõiter doc. in d. §. quidã recte. relati ibi per las. nu. 11. 12. & 20. Alex. d. cõs. 22. nu. 6. vol. 3. repetito in consi. 13. lib. 4. idẽ Ale. in consi. 24. attentis his. nu. 5. & seq. lib. 3. Dec. consilijs supra alleg. & consi. 384. numero 2. 3. & 6. Io. Crot. in consi. 4. numer. 1. vbi dicit hanc

hanc opinionem communem & veram, & in consulendo, & iudicando amplectendã, Iul. Clar. libr. 3. senten. iuris. §. testamentum. quæst. 8. conclusio. 2. post Corn. Bertr. Cur. Iun. & Beroum per eum relatos, dicens hãc esse communem opinionem, quibus addo eundem Corne. consil. 131. vilis scripturis, lib. 1. & in consi. 47. in præsenti consultatione. colum. 2. versicul. his tamen non obstan. lib. 4. concludens, quod vbi concurrunt ordo charitatis & affectionis cum ordine scripturæ, licet cesset ordo debiti naturalis, attamen censentur instituti & vocati ordine successiuo, non autem simul, post Imol. quem refert in d. §. quædam rectè. Sed in casu nostro vltra ordinem affectionis concurrit necessitas instituendi pronepotes causatiue, quia si mortua matre, viua auia testatrice, quo casu subintrarent in locum matris, † reperirent se præteritos sine insertione causæ, possent dicere testamentum nullum. §. aliud quoq; capitulum. in auth. vt cum. de appell. cog. glo. 1. in l. filia. C. de inoff. testa. Areti. & Io. Fab. in d. §. fi. Instit. de exhæred. lib. Paul. de Castr. in auth. non licet. C. de lib. pręte. & argumento eorum, quæ dicuntur de nepote iam nato, vel posthumo instituto, secundum consilium Galli. d. l. Gallus. in princ. d. §. instituens. & Alex. in d. §. quidam rectè. col. 3. ergo ordine successiuo censentur vocati pronepotes.

Tertiò, pro hac opinione facit alia communis conclusio, † quòd si quis instituat, vt puta fratrem, & eius liberos, tunc ipse frater primò admittitur, deinde liberi ordine successiuo, cum sint vocati sub nomine collectiuo continente plures gradus, ita concludit Ange. consi. 38. nu. 3. last. post alios per eum relatos in d. §. quidam rectè. nu. 22. Socin. d. consi. 113. num. 2. & 3. vol. 1. quem refert & sequitur Gal. in d. §. quidam rectè. colum. 5. vers. tertia conclusio, & facit tex. in l. fin. iuncta glo. in verbo, Nulla. C. de verb. significa. Paris. consi. 23. num. 128. volum. 1. & consi. 2. nu. 2. 27. & seq. volu. 3. Dec. consi. 248. num. 3. & 4. & consi. 205. nu 2. & 236. nu. 2. Soc. consi. 238. col. 2. quẽ & refert sequitur Dida. vna cum Soci. & alijs in d. c. Raynutius. §. 2. nu. 6. extra de testam. Crau. consi. 22. nu. 2. Io. Dilecti de arte testandi, titu. 4. cautela 6. num. 4. post Bar. Bal. & Alexa. quos refert Neuiza. consi. 54. nu. 10. Port. consi. 8. nu. 27.

Quartò, quia hoc colligitur ex expressa mente testatricis ex illis verbis, Gradatim, & successiue, † quæ cum commodè referri possint ad omnia contenta in dispositione præcedenti ad ea referri debent, Bar. in l. si idem. §. fina. ff. de iurisdict. om. iudi. in l. talis scriptura. §. fi. vers. aut ponitur inter capitula. ff. de lega. 1. Dec. consi. 14. col. 2. versicul. præterea illud. last. in l. 1. col. 1. & seq. C. de lib. pręteri. vbi ponit reg. cum xij. limitationibus, imò maior rõ videtur esse, vt referatur ad matrem, & filios, vt vocentur gradatim, & successiue, propter diuersitatem graduum, cum mater sit in proximiori gradu, quàm, vt referatur habita ratione ad masculos, & ad fœmellas, qui possent esse in eodem gradu, vt puta frater & soror, in quos debet cadere par affectio.

16 Quintò, quia vocauit procreandos, † quo casu, scilicet quando vocantur filij nascituri, & sic incerti, censentur vocati ordine successiuo, Dec. consi. 248. nu. 4. vers. & ista conclusio comprobatur. vbi rñdet ad allegata in cõtrarium per Soc. in d. §. quidam rectè. idem sentit Corn. d. consi. 17. circa præsentem. col. 2. litera B. lib. 4. Nam etsi diceremus istos filios nascituros simul vocari cum matre sequeretur, quòd quandoq; ipsa mater haberet vnam partem, & quandoq; aliam prout contingeret filios nasci, quod nõ est dicendum, argumento eorum, quæ dicit Alex. d. consil. 22. nu. 4. vol. 3.

Sextò comprobatur ista opinio, arguendo à maioritate rationis, auth. multo magis. C. de sacros. eccle. Nam si instituãtur liberi, dicitur institutio facta inter eos ordine successiuo, vt censeantur vocati proximiores, & salua semper sit gradus prærogatiua, Bar. in d. §. quidam rectè, per tex. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. & in l. si. de verbo. sig. conueniunt allegata suprà in tertio fundamento:

17 ergo à maioritate rationis, † vbi mater, quæ est proximior in gradu interuenit, dicendum est, testatorem voluisse in ea seruare gradus prærogatiuam, quam lex & natura prius ad hæreditatem ab intestato vocabant. l. fi. C. quor. bo. auth. defunct. C. ad Tertu. & ita præsumitur testatricem in dubio cẽsuisse Bal. in l. 1. col. 3. C. de secun. nup.

18 Non obstat natura copulatiuæ, † quia rñ deri põt, vt per Corn. d. consi. 231. col. 3. litera R. lib. 1. quod licet vis, & natura copulatiuæ sit pariter & equaliter coniungere, attamen multoties recedatur à propria vi verborum ratione subiectæ materiæ, vel ratione veri similis mentis testatoris, vt contingit in terminis, in quibus loquuntur glo. & Doctor. in d. §. quidam rectè. & in iuribus allegatis in illa glo. & in l. gñaliter. C. de insti. & substi. & alijs iuribus per eundem Corn. citatis, in quibus lex vocat plures personas per copulatiuam, & tñ inuitantur ordine successiuo.

Secundò respondetur, & melius, quod quando copula ponitur inter personas, inter quas cadit necessitas instituendi, & ordinata charitas affectionis, tunc copula non stat propriè, nec retinet naturam suam, sed intelligitur successiuo ordine, gloss. Bart. & Ias. qui dicit illam glos. communiter approbatam in d. §. quidam recte. nu. 11. & 12. Dec. d. consi. 384. nu. 3.

Non repugnat, quod paria sint copulare per dictionem, &, vel dictionem cum, d. l. Titię textores. §. fin. ff. de lega. 1. cum alijs supra allegatis, quia potest duobus modis responderi. Primò, quod leges in contrarium allegatæ, loquuntur in dispositionibus, vel in personis, in quibus non erat necessitas disponendi, vt in legatis, & fideicommissis, vel personis extraneis. Nam l. Titię textores. §. fin. ff. de legat. 1. & l. si quis Titio. & l. si mulieri. ff. de vsufruc. accresc. loquuntur in legatis & fideicommissis, & in personis extraneis, & l. fin. C. de impu. & alijs substit. loquitur in extraneis. Ergo nimirum si copula retinet naturam suam, & retorquendo argumentum sicut copula & non retinet naturam suam, quando ponitur inter personas, inter quas cadit ordinata charitas, & necessitas disponendi, vt supra probauimus, ita non deberet in tali casu dictio, cum, tenere naturam suam, vt æquiparatorum eadem sit dispositio. vel potest responderi, quod quantum ad inducendum coniunctionem non est differentia inter prædictas dictiones. Has responsiones ponit Bar. in d. §. quidam recte. nu. 4. & 5.

Nec aduersatur tertium fundamentũ in contrarium adductum, quia nos sumus in casu, in quo saltem necessitas saltim causatiua instituendi, vt diximus supra in secundo fundamento pro hac parte.

Non mouet cap. Raynutius. quia vltra alias solutiones datas per Socin. in d. §. quidam recte. respondetur, quod ibi loquitur in substitutione fideicommissaria, in qua nõ cadebat necessitas naturalis præcisa, vel causatiua substituendi, ideo nimirum si simul, non ordine successiuo admittuntur, ita respondet Socin. ad d. c. Raynutius, in consi. 238. nu. 1. in princip. & ex ista distinctione, an simus in casu necessitatis, vel non, possunt colligi responsiones ad omnia cõtraria, quo fit, vt secundum hanc opinionem iudicauerit Senatus in fauorem matris, in causa Iugalium de Ranzo, contra Vaudanos Augustenses.

SVMMARIVM.

6 *Emptor, seu singularis successor non tenetur stare colono, sed ei datur actio aduersus locatorem, vel eius heredes ad interesse.*

8 *Fructus pendentes pars fundi esse censentur propter vnitatem.*

3 *Coloni in fructibus pendentibus nullum ius habent.*

4 *Colono partiario competit actio personalis pro socio.*

5 *Colonus partiarius expelli non potest à singulari successore, cum habeatur loco socij.*

6 *Successor singularis tunc demum tenetur stare colono, quando ex causa necessaria facta ei est restitutio bonorum, & in eorum possessionem missus est.*

7 *Colono stare tenetur, qui per sententiam iudicis fuerit, nisi locatio esset facta in fraudem.*

8 *Fructuum pars colonica præstatur loco operis laboris sumptuum factorum in percipiendis fructibus, vnde in eis dicitur colonus habere tacitam hypothecam.*

9 *Colonus ratione tacitæ hypothecæ quam habet in fructibus propter operas & impensas in eis factas non potest ab eorum perceptione expelli.*

10 *Melius pignori incumbere, quam in persona, quæ fructus pendentes pro recollectis habentur.*

DECISIO LXXXII.

An emptor seu singularis successor teneatur stare colono partiario.

CVm actor, qui in petitione hæreditatis obtinuerat, instaret se in executionem iudicati, mittiq; possessionem prædiorum hæreditariorum ab aduersario possessorum petierunt coloni partiarij declarari ipsis licere percipere partem colonicam fructuum tunc pendentium. Quæsitum fuit, an iure petant? & dubitationem inferre videbantur, qui fundum. ff. loca. l. nihil. §. fina. ff. de lega. 1 & l. emptorem. C. loc. † quibus disponitur emptorẽ, seu singularem successorem non teneri stare colono, sed ei dari actionem aduersus locatorem, vel eius hæredes ad interesse, idq; ex eo fundamento corroborari dicebatur, 2 † quòd fructus pendentes pars fundi sint propter vnitatem. l. fructus pendentes. vbi gl. ff. de rei vend. iudicaturq; de eis, sicut de fundo, Bar. in l. si filius familiâs. §. cum fundũ. in fin. ff. de verborum obligatio. Tiraq. de retrac. ligna. ou autres choses. §. 1. gloss. 7. num. 37. & seq. igitur ad dominum fundi pertinere debent. l. fructus. cũ similibus. C. de actio. emp. Afflic. decis. 138. numero 2. his cumulantur duæ conclusiones, quas dicit cões Socin. consilio 32. numero 6. Alb. post hæc scripta

scripta visus cons.8.num.1.& sequen.non faciens tamen mentionem de Socin. Prima, quod successor singularis non tenetur stare colono prædecessoris non habentis plenum ius in re locata respectu dominij. Secunda, quod successor singularis non per viam transmissionis, sed per viam priuationis iuris, quod erat in prędecessore suo, non tenetur stare colono sui prędecessoris, per regulam l.lex vectigali.ff.de pigno. vbi resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris. Accedat etiam,† quod coloni in dictis fructibus pendentibus nullum ius habeant.l.cum plures. §. messem. & ibi glos.ff. loca.& hac ratione Alex. in l.si filiofamiliâs.§.fin.colum.4. vers. sed contrarium.ff.solut.matrimo. post Iacob. de Bel. Specul. Bal. & Roma. cons.309. per eum allegatos, constanter tenet hanc opinionem, & respondet ad id, quod in contrarium adducitur de societate, quam videtur habere colonus partiarius. l. si merces. §. vis maior.ff.loca. & addit non posse reddi rationem diuersitatis inter colonum partiarium, & eum, qui nūmis colit, eandem opinionem sequitur Ias. in l. cum filiofamiliâs.num.180.& sequen.ff.de lega.1.† dicens, eo casu colono partiario competere contra venditorem actionem personalem pro socio, vel ex conducto, quem sequitur ibi Socin.Iun.num.74.

In contrarium videtur vrgere Bal. in l. si merces.§.qui fundum.& §.vis maior.ff. loca. & clarius in l. idemque. §. fina.ff. pro soc. dicens,† colonum partiarium haberi loco socij, ideò non posse expelli à singulari successore, post Cyn. Io. Andr. per eum allegatos, quos pariter citat Alexan. in d.l. si filiofamiliâs.§.fina.colum.4. vers. item fallit in colono,addens Iacob. Butri.Rapha.& Lamb. de Ramp. hanc opinionem etiam tenuisse videtur Fab. in tract. de emp. & vend in 6.q. in 18.membro. versic. item & tertio in colono partiario, Angel.Aret.Institu. de loca. & conduc. in princ.& de excep.in princ.versic. sed aduersus. & in casu nostro hæc opinio firmari videtur ex eo,† quod restitutio bonorum, necnon & missio in eorum possessionem fit ex causa necessaria in exequutionem iudicati, quo casu successor tenetur stare colono. l. in venditionem.§.1.ff. de bon. auctori.iud.pos.quem ad hoc notat gl. communiter approbata in l. diuortio. in verbo, Tertia portio. versic.alij, quia mulier grauatur.ff.solut.matrimo & Bar.ibi.num.6.& 7. latius in d.l. si filiofamiliâs.§.fin. & ibi Alex. colum. 3. versic. idem in translatione facta per iudicem, & colum. sequent. versic. item fallit regula d.l.emptorem. Ias. in d. l. diuortio.num.32.& sequent.vbi num.35.post Bal. in c. quoniam frequentes.§.final.in fin.vt lit. non contesta.non proceda. ponit regulam,
7 † quòd qui succedit per sententiam iudicis tenetur stare colono, vel inquilino, nisi locatio esset facta in fraudem, plures alios citat Tiraq.de retract.conuen.§.3.gl.1.nu.14. huicq; opinioni conuenire videtur, quod sequenti decisione adduxi, videlicet,
8 † partem fructuum colonicam præstari loco operis, laboris, & sumptuum factorum in percipiendis fructibus.l.1.& ibi Bar.C. de fruct. & lit. expen.Bar.& Ias. in d.l.fructus.ff. solut. matri. & propterea in eis quædam tacita hypotheca censeatur inducta,argument. l.interdum. & l.seq.ff.qui pot.in pig.hab.& l.1.C.quibus mod. pig. vel hypothe. taci. contra quo fit,
9 † vt ratione dictæ tacitæ hypothecæ nō possit expelli à perceptione dictorū fructuum, vt concludit latè Alexand. post alios allegatos in d.l. si filiofamiliâs. §. final. colum. 2. ff. solut.matrimo. Abb.in c.1. num.3. de restit. in integr. vbi dicit pro sumptibus, & labore circa rem aliquam dari eiusdem rei retentionem, & idem videtur sentire Cagnol. in l.2. num.220.& sequen.C. de pac. inter empt. & vend.quamuis in colono loquatur, qui nūmis colit, addo huic opinioni deseruire auctoritates cumulatas à Didac.lib.2. varia. resolut. c.15. num.3. quibus concluditur colonum habentem rem ipsam, vel omnia bona locantis hypothecata,non posse expelli à singulari successore. confirmariq́ue potest hæc sententia duabus regulis: altera ex l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. qua cauetur neminem cum alterius detrimento deberi fieri locupletiorem, sed si successor perciperet omnes fructus, vtique locupletaretur cum iactura coloni, propter operam, laborem,& sumptus per eum præstitos occasione fructuum percipiendorum,d.l. diuortio. §.fin.ff.solut.matri.

Nec obstat,quòd ei daretur actio ex conducto,vel pro socio aduersus locatorem, vt suprà dictum fuit,quia aliquando posset esse
10 inanis actio: † itē melius est pignori incumbere, quàm in personam agere: altera regula est l. secundum naturam. ff. de reg.iur.& c.qui sentit. eodem titu. in 6.l.fi.§.penult.C. de fruct.& lit.expen.quod ibi debet esse lucrum, vbi est periculum, sed colonus partiarius sentiret incommodum & damnum, quia si aliquo casu fortuito, vtputa, si tempestate, tabe, vel alio simili casu sublati fuerint fructus, patietur colonus damnum amissi seminis, & operarum præstitarum

occasione fructuum percipiendorum. l. ex conducto. §. sed & si tabe. ff. loca. & tamen si colligerentur fructus nõ perciperet portionem suam contra d. reg. conuenitq; regul. l. penult. C. de solut. & ijs fundamentis non ab re erit distinguere, aut agi de fructibus pendentibus breui collecturis, & in illis propter sumptus factos, salua sit pars colonica, censeaturque, ac si recollecti fuissent, argumento l. penult. ff. de milit. testam. & aliorum latè cumulatorum per Tiraq. de retract. ligna. ou autres choses. §. 1. glo. 7. num. 44. facit regula, quæ incontinenti fiunt, dicuntur inesse l. petentes. C. de pac. l. lecta. si cert. petat. aut de fructibus futurorum annorum, in quibus nulli facti sunt sumptus, nec præstita aliqua opera, & hinc cum nullum ius, nec damnum emergens in eis prętendere possit colonus, successor eidem stare non tenetur, Cagno. in d. l. 2. num. 221. C. de pac. inter empt. & vend. post Alexan. in d. l. si filius familiâs. §. si vir. ff. solut. matrimo. & quamuis huic distinctioni dicerem contradicere Rui. cons. 134. num. 13. vol. 1. post Bald. & Specu. per eum allegatos, Senatus tamen secutus distinctionem suprà dictam, secundum eam ita censuit in causa Richelmorum, & Alayſi Nicienſium.

SVMMARIVM.

1 *Colonis partiarijs an imponi possit collecta prætextu fructuum partis colonicæ.*
2 *Coloni decimam soluere tenentur.*
3 *Domini prædiorum, non autem coloni, tenentur munera subire, & collectas soluere.*
4 *Vsufructuarius ad collectas tenetur.*
Collectæ ratione possessionis & perceptionis fructuum imponuntur num. eodem.
5 *Conductores percipiendos omnes fructus, & soluentes mercedem in pecunia, tenentur ad solutionem collectarum, non autem locatores, qui pecuniam percipiunt, contrarium verius, vt num. seq.*
6 *Collectarum munus illis imponendum est, qui possident pro suo, & iure suo, & faciunt fructus suos.*
7 *Fructus propriè dicuntur deductis sumptibus.*
8 *Colonus ita demum ad collectas etiam contribuere tenentur, si deducta impensa aliqui fructus supercessent.*
9 *Res semper minoris æstimatur ratione oneris iniuncti.*

DECISIO LXXXIII.

An colonis partiarijs imponi possit collecta prætextu fructuum partis colonicæ.

1 REfricatur in dubium, an colonis partiarijs imponi possit collecta prætextu fructuũ partis colonicæ, in quo articulo Lucas de Pen. in l. final. quæst. 17. C. de quibus mune. vel præstatio. nemi. lic. se excusare,
2 tenet posse imponi, † cum ij teneantur soluere decimas. c. nobis. & c. tua nobis. versic. & cum de cũctis. de decim. item si fœnus exercerent, tenerentur contribuere in oneribus patrimonij, etiamsi possessionem non haberent. l. filij. §. final. ff. ad municip. Ergo pro fructibus lucratis pariter eis possunt indici munera, & collectæ, & rationem assignat, quia si pro bonis mobilibus, & alijs quæ acquisitis, quis tenetur munera subire, d. §. final. cur non ratione fructuum pro portione colonica tenebitur, hanc opinionem tenet Bened. Cap. de reg. & tract. c. 96. num. 85. post glos. Innocen. & Fede. de Senis per eum citatos.

In contrarium videtur text. in authen. de
colla. §. nullus. & in l. litibus. in fi. & l. hi pones. C. de agric. & censi. lib. 11. vbi dominis
3 prędiorum, † non autem coloni, tenẽtur munera subire, quem ad hoc notat ibi Ioan. de Plat. post Anto. de Barulo. quos refert & sequitur Socin. cons. 119. num. 2. volum. ii. in l. fructus. num. 14 ff. solut. matrimon. & in l. 1. num. 30. & 32. C. de iure emphyt. post Bal. ibi. col. 1. versic. 6. Brun. de statu. exclu. fœm. in 8. articulo. quæst. 22. colu. 4. citat. Natta cons. 409. num. 3. & sequent. post Ludo. Bolog. cons. 54. quem refert Laur. Syl. cons. 9. num. 17. Nicol. Bello. cons. 27. num. 9. & 10. Paris. cons. 25. num. 10. volum. 1. Maur. Sequanus in repetit. l. vnica. colum. 203. C. de mulie. & in quo loco mouetur duplici ratione. Primò, ratione dominij, cui ad dominum pertineat onus collectarum d. l. hi penes. sed hæc ratio mihi visa non
4 vniuersalis, † quia vsufructuarius, qui est dominus, tenetur ad collectas. l. fi. pendentes. §. si quid cloacari. ff. de vsufruct. ita Dec. cons. 285. col. 1. Secundò, ratione possessionis & perceptionis fructuum: quorum respectu imponuntur collectæ. d. §. fi. si quid cloacari. Adducunt Bar. & Ang. post glos. in l. 1. C. de anno. & tribu. lib. 10. conclu-
5 dentes, † conductorem percipientem omnes fructus, & soluentem mercedem in pecunia, teneri ad solutionem collectarum, non autem locatorem, qui percipit pecuniam. Ergo arguendo à contrario sensu colonus partiarius, qui non habet omnes fructus, sed partem colonicam duntaxat, non debet onera subire, sed quia suprà dicta conclusio, videlicet conductorem, qui locatori soluit mercedem in pecunia teneri subire onera, non est tuta ex ijs, quæ scribit Alex.
6 cons. 35. num. 1. volum. 4 vbi dicit, † munus collectarum debere imponi illis, qui pos-

dent pro suo, & iure suo, faciunt fructus suos, & ex ijs, quæ dicit Curt. Sen. cons. 36. & Parpal. in l. placet. C. de sacros. eccles. col. 19. & 21. Ias. in cons. 109. in fin. lib. 1. tenentes conductorem nummis colentem non teneri subire onera, sed locatorem, qui dicitur habere commodum fructuum, quos refert & sequitur Bello. d. cons. 27. & respondet ad Bar. in d. l. 1. C. de anno. & tribu. imò in collectis adducit eum num. 7. in contrarium, quibus accedit Natta d. cons. 409. num. 4. idcirco ad aliam rationem puto esse transeundum, scilicet, colonum partiarium non teneri subire onera pro fructibus portionis colonicæ, quia huiusmodi fructus habentur loco operæ laboris, & sumptuum factorum in cultura agrorum, igitur propriè non dicuntur fructus, † cum fructus dicantur deductis sumptibus, l. 1. C. de fruct. & lit. ex pen. & ibi Bart. l. fructus. vbi communiter Docto. præsertim Bar. Alex. & Ias. ff. solu. matrimo. l. diuortio. §. impendia. ff. eod. tit. Paul. de Cast. cons. 338. numer. 17. volum. 1. secundum impressionem Papien. & propriè colonus partiarius dicitur, qui suis sumptibus, non domini, colit, eiusq; periculo, nō domini, stant fructus, Abb. in c. ex parte. num. 2. de decimis, † quo fit, vt si deducta impensa superessent aliqui fructus arbitrarer eorum ratione colonum teneri contribuere, argumento d. l. filij. §. final. ff. ad municip. & huic rationi deseruiunt, quæ notantur per glos. in l. generali. §. final. ff. de vsufruc. lega. Dec. cons. 167. num. 2. † quod ratione oneris iniuncti res minoris æstimatur, quia semper onus detrahitur, idem etiam dicendum videtur de sumptibus, vt eorum ratio habeatur. Et tenendo hanc opinionem respondetur ad id, quod dicitur de decimis & tributis, vt per Ias. in d. l. fructus. num. 17. post Bar. num. 6. & hanc opinionem veluti æquiorem, secutus est Senatus in causa vniuersitatis Auxiliani contra colonos ciuium Vercellensium: verùm, quia proponitur esse in agro Vercellensi vniuersalem consuetudinem collectandi colonos pro parte colonica. Ideò censuit eam esse vniuersaliter obseruandam, motus ex communi conclusione, qua disponitur in collectis exigendis seruandam esse consuetudinem, Ias. in l. 1. nu. 32. C. de iure emphyt. Paris. d. cons. 25. num. 54. & 97. adducebam text. in l. litium. §. hæc de redditibus. & seq. C. de agri. & censi. lib. 11.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius etiamsi vt suspectus recusetur, non potest in totum remoueri, sed ei datur adiunctus.*

2 *Processus à delegato, subdelegato, vel ordinario, post recusationem factus tenet, nisi fuerit appellatum, vel alio modo fuerit causa ad alterius audientiam reuocata, secundum vnam opinionem, intellige distinguendo, vt num. 6.*

3 *Recusatione iudicis facta quicquid inde factum est æquè cassatur, ac si factum esset post appellationem, secundum communem opinionem, intellige distinguendo, num. 6.*

4 *Iudex delegatus, allegatus suspectus, post recusationem desinit esse iudex, quoad iudicandum in meritis causæ, donec per arbitrium fuerit cognitum super causis suspitionis.*

5 *Suspitionis allegatio, seu recusatio, iudicis manus ligare dicitur.*

6 *Iudex ordinarius, vbi recusatur, debet causa recusationis allegari, licet non sit probanda necessariò.*

7 *Iudici suspecto adiunctus dandus est, & si non detur, cui imputandum, an alleganti suspicionem, an iudici recusato, vel suspecto?*

8 *Episcopus hodie iudici recusato nō datur secundum communem opinionem.*

9 *Iudex recusatus non potest sibi assignare terminum, de quo in c. in legitima. de appell. in 6. in casu, in quo non eligantur arbitri.*

10 *Appellatio à processu iudicis recusati ad vlteriora processi, an habeat vim appellationis ab interlocutoria, an verò à definitiua.*

11 *Iudex eo ipso, quod procedit post recusationem, vel appellationem dicitur grauare partem.*

12 *Appellatio, recusatio, & relatio, vt paria ponuntur, & iudicantur.*

13 *Appellatio ab interlocutoria debet in scriptis, & cum insertione causarum fieri, itidem & recusatio.*

DECISIO LXXXIIII.

An Iudex post recusationem propositam possit sine adiuncto ad vlteriora mentis causæ procedere, & gesta post talem recusationem, an ipso iure nulla sint, vel irritanda veniant remedio appellationis.



Tante iuris ciuilis dispositione, de qua in authe. si verò contigerit. vbi gl. & communiter Doct. & in l. apertissimi. C. de iudi. relata per Canonistas in c. cum speciali. de appel. videlicet, † iudicem ordinarium, etiamsi vti suspectus recusetur, non posse ex toto remoueri, sed ei adiunctum dari debere, quæritur, an proposita recusatione iudex possit sine adiuncto ad vlteriora in meritis causę procedere, etsi procedat, an acta mero iure teneant, ita vt sit appellandū, an verò sint ipso iure nulla? quam quęstionem latè tractant Innoce. Abb. Imo. Perus. & Dec. in d. c. cum speciali. de appella. Roma. cons. 220. Alexan. latè post Bar. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. asserentes in hoc articulo quinque fuisse opiniones, quas omnes ne membranas frustra

occu-

occupem nō repetam, sed duntaxat eas, quæ ad quæstionis propositæ decisionem faciant, recensebo. Vna igitur fuit principalis opinio, Innoc. in d.c. cum speciali. col. 2. versicu. illud autem non memini me legisse. de appellat. † quod processus à delegato, subdelegato, vel ordinario post recusationem factus, tenet, nisi fuerit appellatum, vel alio modo causa ad alterius audientiam reuocatam, quæ opinio fuit originalis, gl. in c. quoniam contra, in verbo, Recusationes. de probatio. & eam dicit communem Perus. in d.c. cum speciali. in princ. col. pen. vers. & ex prædictis. post Butr. Card. Spec. Innocen. Bald. Flor. & alios per eum allegatos, sequitur Ang. Paul. de Castro, in d. l. quia poterat. & Ang. in d. l. apertissimi. & ibi Aret. col. final. Corne. in cons. 247. col. penult. litera R. vol. 1. Alia fuit opinio originalis, glos. in c. quoties episcopi, in verbo, Appellat. 2. quæst. 6. dicentis; † quod quicquid fit post recusationem, æquè cassatur, ac si fieret post appellationem: similis ferè glos. in c. fin. in verbo, Canonicæ. 3. quæst. 5. quorum opinionem licet eorum non meminerit, sequitur Barto. in d. l. quia poterat. versi. sed quæro. ff. ad Trebel. dicens processum factum post recusationem vel allegatam suspicionem esse ipso iure nullum, Card. Alexan. in d.c. quoties episcopi. colum. 2. pract. Papien. in forma libelli. de decli. iurisdict. alicui iudic. & allega. suspec. versic. iudicem suspectum. & ibi in apostil. Paul. de Cast. cons. 122. vol. 2. in impressione Papien. Maran. de ordin. iudic. in 4. parte. distin. 16. num. 4. quæ opinio videtur corroborari argumento eius, quod dicitur de iudice delegato, allegato suspecto, † qui postquam est recusatus, definit esse iudex, quoad iudicandum in meritis causæ, donec per arbitros super causis recusationis fuerit cognitum, d. l. apertissimi. & ibi glos. in verbo, Exequutorem, quam ibi sequitur Salyc. in 7. notab. & Albe. in d. authen. si verò contigerit. versic. in tertio casu, in illis verbis, Quia recusatus credebat, se solum non posse procedere, & ita verum erat: & versicu. sequen. dicit, † quod allegatio suspicionis, vel recusatio ligant manus iudicis, idem sentit Saly. in authen. offeratur, in 9. notab. C. de litis contesta. dicens, quod postquam est petitum associari alium iudicem non suspectum, non potest ad vlteriora procedere ordinarius, Oldra. consil. 147. num. 1. & 3. & cons. 303. num. 2. vbi respondet ad c. si quis contra. de foro compet. & eius responsio potest accommodari ad' text. in l. prætor. ff. de iurisdict. om. iudic. videlicet, quod ordinarius allegatus suspectus & recusatus, non habet ligatam iurisdictionem, quoad cognitionem arbitrorum & delegationem negocij principalis in euentum probatæ suspicionis, sed quoad cognitionem causæ principalis habet ligatam, Perusi. in d.c. cum speciali. num. 46. vbi dicit, quod iudex recusatus non potest procedere in causa solus sine illo adiuncto, & opinionem Bar. dicit magis communem, Alexan. cons. 89. numer. 3. vsque in finem. volum. 1. & in d. l. quia poterat. colum. 3. dicit se putare opinionem Bar. esse veriorem de iure Canonico per text. in c. iudex. de offic. delega. in 6. Dec. cons. 175. col. 1. in princip. dicens, Doctores ita communiter tenere, quos refert & sequitur Vg. de nullita. sentent. ex defect. iur. ordin. num. 140. & sequent.

Quapropter Docto. magis communiter fœdere distinctionis concordant has opiniones, videlicet, quod opinio Innoc. sit vera & communis de iure Canonico, opinio verò Bar. & sequent. procedat de iure ciuili, hanc distinctionem ponit Bald. in d. cum speciali. col. penult. Imol. in l. quidam consolebat. colum. 7. ff. de re iudic. dicens tamen, quod ex sola recusatione non debet processus postea factus esse nullus, nisi hoc denegatur ex post facto probata veritate causæ & lata sententia pro recusante, & idem petit in d. c. cum speciali. colum. penult. & fina. quod intelligas procedere de iure Canonico, sed distinctionem prædictam indistinctè sequitur in d. l. quia poterat. colum. penult. Alex. colum. 3. Perus. in d.c. cum speciali. col. penult. vers. vel potest dici. Decius final. vers. & probabilior. post Roma. d. cons. 220. colum. 2. Corne. cons. 247. colum. 1. volum. 1. igitur in terris Imperij seruanda est opinio Bar. in terris verò ecclesiæ opinio Innocen. sic distinguendum docet Ias. in d. l. apertissimi. num. 5. post Bart. in d. l. quia poterat. Verum quia vbi recusatur † ordinarius, debet causa recusationis allegari, licet non sit probanda necessariò, Salyce. in d. apertissimi. num. 5. & 7. Aufrer. de recus. col. 7. & in casu nostro fuit allegata & petita admitti ad probandum: ideò censuit Senatus dictam causam esse ad probandum admittendam.

Sed suboritur alia difficultas, cui imputandum sit, si non detur † adiunctus, an alleganti iudicem suspectum, si non petijt ei alium associari, an iudici recusato, si non curauit sibi dari adiunctum, cum hodie de consuetudine episcopus non detur adiunctus, vt concludunt communiter Docto. in dicta auth.

uth. si verò contigerit, & videbatur dicendum, quod alleganti, seu recusanti iudicem ordinarium suspectum spectet petere, vt associetur adiunctus, authen. offeratur. C. de litis contest. in illis verbis, Atq; iudici alium associari petat, Bal. ibi. col. 3. in fin. & col. 4. versic. venio ad verbum, alium, vbi dicit per illum text. quod lex non associat, nisi petatur: sequitur glos. in d. authen. si verò contigerit, in verbo, Iudicem, Salyc. tamen in d. l. apertissimi. colum. 2. num. 4. dicit, quod pars potest alium iudicem, quàm episcopum petere associari, & idem sentit in authen. si verò contigerit. in fin. Bar. verò in d. authen. offeratur. num. 10. distinguit, aut vtraque pars est præsens, & non impetratur, nisi de consensu vtriusque, secus si altera sit absens. l. obseruandum. vbi glos. ff. de iudic. Albe. autem in d. authen. si verò contigerit. circa fin. dicit, quod in illo casu lex statim adiungit episcopum, & sic iudicem sine hominis facto, & iudex vel partes nihil possunt. At Salyc. ibi in 9. notab. dicit, quod iudex debet sibi assumere socium partibus non suspectum, Gemin. in c. legitimè. col. 2. versicu. quæro si fiat recusatio. de appellatio. in 6. dicit, † quod in casu, in quo non eliguntur arbitri, non potest recusatus assignare terminum, de quo in d. c. legitima. Senatus secutus est opinionem Bal. in d. authen. offeratur. pro qua stat regula, l. 4. §. hoc iudicium. ff. de dam. infect.

Succesit tamen quæstione proposita alius articulus, præsuppositâ opinione Innocen. vera, videlicet, † quod à processu iudicis recusati procedentis ad vlteriora sit appellandum, an huiusmodi appellatio habeat vim appellationis ab interlocutoria, an verò à diffinitiua? Imol. in d. l. quidam consulebat. colum. 7. & in d. c. cum speciali. colum. fina. versic. & plus videretur. dicit, quod licet de iure Canonico appelletur à processu iudicis recusati, tamen quia esset appellatio ab interlocutoria videretur dicendum illam non reddere processum nullum, ex eo solo, quod esset appellatum, si non esset factus post inhibitionem, vel causam recusationis iustificatam. c. non solum. de appellation. in 6. vult igitur expresse Imol. quod huiusmodi appellatio censeatur ab interloquutoria introducta, quo fit, vt in scriptis, & cum causarum expressione sit appellandum. c. 1. de appellat. in 6. pro qua opinione vrgent tex. in d. l. apertissimi. C. de iudic. & in c. super eo facri. de appellatio. quia arguunt de recusatione ad appellationem ab interloquutoria.

Sed opinionem Imol. impugnat Perusi. post Innoc. in d. c. cum speciali. col. penult. in fin. dicens, quod quando iudex recusatus proposita iusta causa recusationis non obstante appellatione, procedit in causa principali, censetur iustificata appellatio, & cassabitur quicquid attentatum est post talem recusationem, licet non probetur, causas recusationis esse veras: † nam eo ipso, quod iudex procedit post recusationem, vel appellationem dicitur grauare. c. accedens ad sedem. vt lite non contesta. non proced. & hanc opinionem videtur sequi Corne. in d. cons. 247. colum. fi. litera X. volum. 1. quam coadiuuat Paul. de Cast. cons. 122. circa fi. vol. 2. secundum impressionem Papiensem, dicens post Hostien. & Io. And. † quod ista tria ponuntur & iudicantur, vt paria appellatio, recusatio, & relatio, & sicut gesta per iudicem à quo, post appellationem sunt nulla. ff. nil. no. appella. pend. ita gesta post recusationem, vel relationem legitimè interpositam, sequitur Alex. d. cons. 89. col. 2. versicu. quintò probatur. vol. 1. & sic inquantum loquitur de appellatione, videtur loqui de diffinitiua, cum rub. ff. nil. no. appella. pend. intelligatur de appellatione à diffinitiua. Quid dicendum Alex. in d. cons. 89. colum. 2. vers. ad secundum argumentum respondeo, vsq; in fin. dicit, quod respectu formæ recusatio æquiparatur appellationi ab interloquutoria, † quia sicut appellatio ab interloquutoria debet in scriptis & cum insertione causarum fieri. c. 1. de appellatio. in 6. ita recusatio ab ordinario, d. l. apertissimi. latè Aufrer. in d. tractat. de recus. in princip. secus verò quoad alios effectus, & quoad iurisdictionem suspendendam adequantur appellatio, recusatio, & relatio, Vant. in titu. suprà allegato. num. 143. post Io. And. Bal. & Salyc. per eum allegatos, quib. adde Paul. de Cast. in dicta l. quia poterat. Geminia. in c. legitima. col. 2. de appellat. in sexto. quorum opinionem sequutus fuit Senatus: plura de materia recusationis iudicum scribit Didac. pract. quæstio. c. 26.

SVMMARIVM.

1 *Spurijs donari potest, præsertim causa alimentorum.*
2 *Substitutio in donatione inter viuos fieri non potest, imò quod fieri possit verius est. num. 6.*
3 *Alienationis verbo comprehenditur legatum, & hæredis institutio.*
4 *Argumentum à contrario sensu validum est in contractibus, quod procedit, vt num. 14. & 15.*
5 *Alienatio certo tempore prohibita, censetur alio tempore permissa.*

7 Sub-

7 *Substituto in contractu donationis etiam absenti factæ vtilis actio sine cessione acquiritur.*

8 *Emphyteusis iure, si res aliqua ab ecclesia concessa sit pacto adiecto, quòd pars alterius præmorientis deueniat in superstitem, poterit superstes actione in rem agere contra hæredem præmortui.*

9 *Notarij, aut partis stipulatione, & acceptatione intercedente ius acquisitum irreuocabile dicitur.*

10 *Alimentorum causa adeò est fauorabilis, vt impediat perpetuò translationem dominij rei donatæ respectu alimentorum.*

11 *Argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus validum est.*

12 *Regula l. cum prætor. ff. de iudic. quando locum habeat.*

13 *Permissum vno tempore, alio tempore censetur prohibitum.*

14 *Alienationis prohibitio vbi duplex inducitur, altera à iure communi, altera à testatore, vna cessante, altera locum habet.*

15 *Argumentum à contrario sensu non debet plus operari & extendi, quàm in casu directo operaretur.*

16 *Vltima voluntas, & sic institutio ab alieno arbitrio pendens, dicitur captatoria, & à iure reprobatur.*

17 *Contrahentes non præsumuntur se incontinenti corrigere.*

18 *Fideicommisso subiecta non veniunt in generali institutione, vel donatione, cum post mortem veniant restituenda.*

DECISIO LXXXV.

De substitutione facta in contractu donationis, an valida sit nec ne? & de prohibitione alienationis in eodem contractu apposita.

VYolant Zostra filia legitima, & naturalis, hæresque vniuersalis Alexandri Zostræ physici Ripollensis donauit donatione inter viuos ex causa alimentorum Ludouico & Leoneto fratribus spurijs, præsentibus, stipulantibus, & acceptantibus, etiam nomine Ioannis, & Michaelis fratrum similiter spuriorum ex prędicto Alexandro, nonnulla prædia vrbana, & rustica, pacto inter contrahentes adiecto, quòd præcedente vno, vel pluribus ipsorum sine filijs legitimis & naturalibus superstites succederent in totũ. Item alio pacto adiecto, quòd nemo ipsorum donatariorum possit intra annum 25. alienare, vel aliquem contractum facere de dictis bonis, nisi interueniente expresso consensu ipsius donantis, & Brigidæ matris ipsorum donatariorum: & aliter alienatio facta nullius esset roboris, verùm bona alienata cedant lucro non alienantium. contingit Leonetum vnum ex donatarijs maiorem 25. annis decedere sine filijs legitimis & naturalibus, condito tamen testamento, in quo hæredem instituit Franciscum Vgonetum extraneum, & vsumfructum prædij rustici donati legauit Mariæ Maiolæ, quos Vgonetum, & Mariam possessores bonorum donatorum petijt Ludouicus condonatarius Vyolantis condemnari ad remittendum, & restituendum bona ab eis possessa, ipsis autem reis excipientibus, Leonetum possessorem dictorum bonorum potuisse de prædictis bonis donatis testari, non obstante pacto substitutionis factæ in Instrumento donationis, quæritur quænam partium ius foueat, vt obtinere possit? & posito pro
1 constanti, † huiusmodi donationem fieri potuisse à dicta Vyolante sorore fratribus spurijs, præsertim in causam alimentorum, c. cum haberet, de eo, qui duxit in matrim. eam, quam pol. per adult. pulchra glos. in §. final. in verbo, Participium. circa fin. in authen. quib. mod. natu. effi. sui. quam sequuntur Bar. Alex. & latè Ias. in l. si is, qui. numer. 10. ff. de vulg. & pup. Socin. Iun. cons. 130. vol. 1. & 2. volum. 2. Ias. cons. 26. num. 3. & 4. vol. 1. Neuiza. cons. 34. num. 2. Albe. consil. 44. num. 3. & sequent. & Rollan. à Valle, consil. 74. numer. 39. & sequent. lib. 1. videbatur dicendum, actori nullum ius competere vigore enunciati pacti substitutionis, cum in donatione inter viuos non videatur fieri posse substitutionem, argumento l. vnic. §. sin autem. in fin. C. de cad. tollen. † vbi nominatim
2 explicantur casus, in quibus potest fieri substitutio, inter quos non legitur casus donationis inter viuos: ergo iure militat regula cum prætor. ff. de iudic. & c. nonne. de præsumpt. vbi vnius inclusio alterius est exclusio, & dato, quòd potuisset fieri dicta substitutio, videtur sublata ex facultate concessa
3 ipsis donatarijs alienãdi, † cuius verbo etiam continetur legatum, hæredisq; institutio, l. peto. §. fratre. cum similibus ibi allegatis per glo. in verbo, Extero. ff. de leg. 2. bonus text. in permissione alienationis, videlicet, quòd in ea veniat legatum, & hæredis institutio in l. si quis. §. certum. C. de secun. nupt. quem allegat Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. numer. 7.
4 ff. de verborum oblig. † quod autem huiusmodi facultas alienãdi, nempe testandi, fuerit concessa, videtur probari argumento à contrario sensu pacti prohibitiui alienationis, quod validum est in contractibus, l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dota. cum alijs similibus allegatis per Alexand. consil. 129. num. 1. vol. 2. Docto. communiter in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdic. quod argumentum in casu nostro sumi potest hoc mod

modo, pacto prohibetur alienatio intra 25. annum, nisi interueniente consensu donantis, & matris ipsorum donatariorum: ergo à contrario sensu post 25. annum non interueniente dicto consensu permittitur, quia certo tempore prohibita alienatio alio tempore dicitur concessa, l. pater. §. fundum. ff. de lega. 3. l. Imperator. ff. de postu. Curt. iun. in d. l. 1. nu. 60. Nec videtur obstare pactum præcedens substitutionis, quia, vt euitetur repugnantia, iuxta l. vbi repugnantia. ff. de reg. iuris. vbi Dec. & Cag. debet intelligi locũ habere cessante alienatione inter viuos, vel ex vltima voluntate, & sic ab intestato, argumento nota. per Dec. cons. 364. in fi. & per Soci. cons. 43. volum. 4. & ita intelligendo tollitur etiam id, quod obijcitur de correctione incontinenti non præsumenda. Et pro hac opinione dicebatur videri decisionem in terminis Guid. Pap. q. 512. concludentem hunc substitutum non posse agere contra hæredem primi donatarij rei vendicatione: & ad hanc opinionem comprobandam adducebatur doctrina Bal. in l. ea lege. num. 11. & seq. C. de condi. ob cau. vbi prohibitus alienare intra certam ætatem, non prohibetur alienare per testm̃, & Bal. refert & sequitur dicens communiter approbatum Alba cons. 109. num. 1. & seq. post Bart. Ang. Imo. Saly. Alex. & Rub. per eum allegatos. addebam pro hac opinione extare cons. Io. Cro. 61. numero 9. & multis seq. vbi pluribus argumentis præsertim ex regula d. l. Imperator. ff. de postula. defendit hanc opinionem, quæ etiam corroborari potest ex eo, quod in verbis dispositiuis donationis dicitur, donatarios posse de bonis donatis ea facere, quæ potuisset ipsa donans ante donationem. Sed ipsa donans ante donationem potuisset de dictis bonis testari: ergo etiam potuit Leonetus.

6 In contrarium verò, †q̃ in contractibus fieri possit substitutio, adducebatur tex. in l. Publia. in prin. ff. depo. & in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. vbi Bart. & cõiter scribentes. ff. de verb. obl. & in donatione inter viuos, tex. sing. in l. quotiens. C. de dona. quæ sub mod. per quę iura ita expresse tenet Pau. de Cast. loquens in donatione inter viuos, cons. 347. nu. 1. vol. 1. Bal. cons. 249. col. 2. vers. item pp illa verba. lib. 2. licet non alleget dictas leges, Soc. cons. 125. num. 1. volu. 3. quos refert & sequitur Cra. cons. 19. num. 8. & seq. post Old. Dec. & Bellã. per eum citatos, qua substitutione stante dicebatur Leonetum donatarium non potuisse tanq̃ grauatum legare, nec testari de dictis bonis in præiudicium aliorum donatariorũ superstitum, & succedere debentium, cum illis vigore dicti pacti esset ius quæsitum irreuocabile in dictis bonis, nisi intra 25. annum alienauerint cum censensu donantis, & matris donatariorũ, ita q̃ purificata conditione competat eis rei vendicatio respectu vtilis dñij aduersus possessores, per tex. quem Docto. dicunt singularem in d. l. quotiens. C. de donat. quæ sub mod. † vbi fauore donationis 7 acquiritur substitutis etiam absentibus vtilis actio sine cessione, & illum tex. ad hoc notat Bar. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verbo. obl. quem refert & sequitur Soc. d. cons. 125. nu. 1. vol. 3. post Saly. & Imo. per eũ alleg. Aret. cons. 74. col. 2. vers. secundò principaliter. quem sequitur Las. in d. l. qui Romę. §. Flauius. nu. 19. & adducitur etiam tex. in l. cum maritus. §. fi. ff. de pac. dota. & pro hac opinione, q̃ prætextu hęredis extranei institutio, & legatum non teneat in prędiudicium superstitis, allegatur in terminis decis. Specu. in tit. de loca. §. nunc de aliqua. vers. septuagesimò quæritur. quem sequitur ibi Io. And. post alios per eum relatos, quos refert & sequitur Dec. cons. 239. nu. 8. & cons. 673. in fin. 8 Cassa. cons. 53. nu. 53. & seq. dicentis, † q̃ si ecclesia concedat in emphytheosim rem aliquam, pacto adiecto, quòd pars alterius præmorientis deueniat in superstitem, potest superstes actione in rem agere contra hæredẽ relictum à præmortuo, per tex. in d. l. quoties. C. de don. quæ sub mod. quia tali casu videtur acquisitum vtile dñim superstiti sine traditione ex legis tm̃ dispositione, idem per illam l. quotiens, sentit Pau. de Ca. d. cõs. 347. num. 1. vbi expresse dicit, ius naturaliter acquiri substituto. Et rñdet Dec. in d. cons. 239. nu. 6. & 11. ad tex. in l. fin. §. Lucius. ff. de dona. qui huic opinioni refragari videtur: cuius opinionẽ etiam constanter sequutus est Cra. in d. cons. 19. nu. 9. & seq. vbi nu. 10. dicit ex hmõi pacto videri actum inter ipsos contrahentes, vt non possint alienari p̃dicta bona in p̃iudicium substitutorum. & nu. 11. post innumeros Doct. per eum alleg. concludit, 9 †q̃ stãte stipulatiõe, & acceptatione notarij, vel partis, tale ius acquisitũ non est reuocabile, etiam contrahentium persona cõsiderata: q̃ præsertim locum habere debet in casu nostro, in quo donatio est facta intuitu alimen- 10 torum, † quæ causa, siue ratio adhuc militat in isto agente, & adeò est fauorabilis, vt impediat perpetuò translationem dominij rei donatæ, Bal. in l. ea lege. col. 3. vers. octauo idem. C. de cond. ob cau. per tex. in l. 1. C. de dona. quæ sub mod.

Vis igitur est respondere argumentis in contrarium adductis: & primò non obstat, quod dicitur in §. sinautem. l. vnica. C. de caduc. tollen. non numerari donationem inter viuos inter casus, in quibus fit substitutio, quia retorquetur. Nam, cum ibi ponat, quòd in legatis fideicommissis donatione causa mortis substitutio fieri potest. Ergo arguendo ab vltimis voluntatibus ad contractus,
11 † quod argumentum est validum, l. iure ciuili. ff. de condi. & demonstr. Ias. in l. quæ de legato. ff. de lega. 1. etiam potest fieri in donatione inter viuos. Et hoc argumento vtitur Paul. de Castr. in d. consi. 347. numero quar. volum. 1. nec habet locum regula l. cum præ-
12 tor. ff. de iudic. † quia procedit duobus propositis, secus verò, vbi vnum tantum deducitur. Præterea regula illius legis locum non habet, quando illud, quod censetur exclusum alia via, vel alio modo, includeretur: ita respondet limitando l. cum prętor, Dec. consi. 110. colum. 2. vers. secundò, quod licet. post glos. & Saly. in l. de crimine. C. qui accu. non poss. Sed in donatione inter viuos iure cautum legitur admitti substitutionem, vt suprà probatum fuit: ergo non militat dicta regula.

Nec in contrarium vrget, quòd concessa censeatur facultas alienandi post 25. annũ, & sic testandi, argumento à contrario sensu, l. Imperator. ff. de postul. cum alijs suprà pro prima opinione adductis: quia ad hoc fundamentum, in quo omnis quæstionis nostræ consistit neruus, posset multifariè responderi. Primò, retorquendo argumentum à contrario sensu, hoc modo: Verbis expressis pacti dicitur permissa alienatio cum consensu donantis, & matris donatariorum intra 25. annum, l. actione. C. de transac. & ibi Bar. & Dec. in d. l. 1. num. 58. ff. de of. eius. & c. vbi dictio, Nisi, post orationem negatiuam ponit,
13 ergo post 25. annũ censetur prohibita, † quia vno tempore permissum, alio tempore dicitur prohibitum, l. statu liberi. §. Stichum. ff. de leg. 2. Ias. latè in d. l. sed si quis ita in 2. notab. ff. de vulg. & pup.

14 Secundò, potest responderi, † argumentũ à contrario sensu procedere, vbicunq; necessariò infertur aliquid in sensu contrario respectu sensus directi, id est, ad limites verborum in sensu directo positorum, Dec. in d. l. 1. in vltimo notab. nu. 59. & consi. 216. nume. 8. Cur. Iun. in d. l. 1. nu. 59. in prima fallen. post Butri. Alb. Fulg. Corn. & Dec. per eum allegat. Exempli gratia: In casu nostro prohibetur alienatio intra 25. annum, nisi cum interuentu donatricis: ergo à contrario sensu cum interuentu donatricis intra 25. annum permittitur, nõ autem sumi debet, prout ex aduerso propositum fuit, videlicet ergo post 25. annum sine consensu admittitur, quia hoc modo arguendo resultaret, quod inducta ad prohibitionẽ operarentur permissionem, & sic contrarium effectum contra voluntatem contrahentium, & dispositionem, l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. quod esset absurdum. Nam etsi circumscripto pacto substitutionis posset procedere argumentum à contrario sensu modo, quo suprà ex regula d. l. Imperator. ff. de postula. nihilominus stante dicta substitutione præcedenti, qua iuncta iuris dispositione inducitur prohibitio alienationis rerum donatarum restitutioni subiectarum, iuxta not. in authen. res quę. C. comm. de leg. Cra. d. consil. 19. num. 10. non procedit argumentum à cõtrario sensu, nec regula d. l. Imperator, contra prędictam prohibitionem resultantem ex substitutione, quia etsi post 25. annum cesset prohibitio expressè facta intra annum, attamen adhuc durat alia prohibitio, resultans ex substitutione facta iuris communis dispositione: ita in terminis tenet Dec. consi. 386. in primo dub. quem refert & sequitur Soc. Iun. consili. 130. nu. 6. 7. & 8. vol. 1. & Rui. consi. 117. num. 26. & seq. vol. 2. vbi nominatim respondet ad d. l. imperator. & ad hoc faciunt, quę in simili prohibitione ponit Dec. in d. l. 1. in vltimo not. ff. de off. eius, cui man. est iurisdict. post Bal. in l. 1. C. de inut. stip. Pau. de Ca. cons. 107. lib. 2. secundum impressionẽ Pap. & idem Dec. consi. 110. nume. 1. & seq. consi. 364. nume. 2. seq. quem refert & sequitur Cur. Iun. in d. l. 1. nu. 5. in 1. fallen. Says. colum. 4. in fi. & dat.
15 † q̃ argm̃ à contrario sensu eo modo, quo in cõtrariũ adducitur, subsisteret, non propterea debet plus operari, nec extendi, quam in casu directo & expresso, Deci. in d. l. 1. in vlti. not. & num. 46. ff. de off. eius. sed in casu expresso sub verbo, Alienare, non continetur facultas alienandi per institutionem,
16 vel legatum, † quia esset captatoria collata in arbitrium alienę voluntatis, proinde à iure reprobata tam in institutionibus, quam legatis, l. captatoria. ff. de hære. institu. & l. captatoriæ. ff. de lega. 1. ergo nec hmõi facultas dici debet concessa arguendo à contrario sensu.
17 Nec est præsumendum, q̃ † contrahentes voluerint incontinenti se corrigere, l. nam ad ea. ff. de condi. & demonstra. Dec. in similibus terminis consil. 38. colum. 3. versicu. & stante tali fideicommisso. post Bart. in l. fin. in princip. ff. d de legat. 2. & dicto consi. 239. col.

colu.penul.in fi. & colum.fina. vbi etiam respondet ad id, quod opponebatur de facultate data in verbis dispositiuis, videlicet, q̃ possint donatarij ea facere, quæ potuisset donans ante donationem.

Nec mouet decis. Guid. Pap. 512. quia in contrarium est communis opinio: præterea vult Guid. Pap. in fin. quæstionis, quòd actio personalis detur contra hæredes primi donatarij, per tex. in d.l. quoties. ideo retorquetur eius dictum in prædicta quæstione. idem potest responderi ad consilium Io. Cro. 61. licet in multis sit diuersitas inter illam, & hanc facti speciem. Accedat, † quia 3 attentari posset in casu nostro in institutione facta per Leonetum de Francisco Vgoneto de omnibus bonis ipsius Leoneti non venire prædicta bona donata, cum non essent ipsius, nisi limitate ad eius vitam, cum teneretur ea restituere, ex ijs', quæ scribit Dec. d. consi. 239. numero 6. in fi. Areti. dicto consi. 74. colum. penult. Cra. d. consi. 19. num. 13. post Paul. de Castr. dicto consi. 347. num. 13. & secundum hanc opinionem censuit Senatus in prædicta causa Ludouici Zostræ, & Francisci Vgoneti Ripollensis, videlicet locum esse restitutioni dictorum prędiorum, non obstantibus in contrarium adductis.

SVMMARIVM.

1 *Collectæ impositæ ab vniuersitate, an habeant executionem paratam.*

2 *Debitor non potest cogi ad soluendum id, de quo dubitatur, an sit debitum, vel non debitum, intellige, vt nume. 6.*

3 *Administrationem, qui suscipiunt, iurare debent fiscalia vigilanter inspicere, & cum omni vehementia exigere.*

4 *Collectarum exequutio etiam pendente cognitione fieri debet, & in eis procedendum est de plano, cogendo, & exigendo, intellige vt nu. 7.*

5 *Descriptus in æstimo potest præcisè compelli ad solutionem collectarum, & onerum, nec, vt ea non subeat, potest æstimo renunciare.*

6 *Collectæ impositæ ratione expensarum militarium, præsertim ad propulsandas hostium incursiones multa egent diligentia, & nullam recipiunt dilationem.*

7 *Præceptum iudicis in simplicem citationem resoluitur, vbicunque inchoatur ab exequutione sine præceptis.*

8 *Collectæ si imponantur ratione onerum præteritorum, non compellitur quis ad solutionem, si legitimè velit se defendere, cum non immineat damnum publicũ.*

DECISIO LXXXVI.

De collectis impositis ab vniuersitate, an habeant executionem paratam.

1 
Væsitum fuit, † an collecta imposita ab vniuersitate habeat executionem paratã? videbatur dicendũ nõ habere executionem, l. 3. C. de off. ciui. iud. vbi vocatus ad public. functiones, si aliqua immunitate prætendit se defendere, debet audiri: cui arridet tex. in auth. de collat. §. non aliter. vbi qui prætendit se grauatum ex superindicto, quod aliqui collectã nominant, potest appellare, & secundum leges, causa terminum suscipiet, cũ quo concordat tex. in l. qui se grauatos. iuncta glo. C. de cens. lib. xi. si igitur potest appellare, ergo impeditur executio, cũ regulariter appellatione pendente nil debeat innouari, ff. nil no. penden. appella. & huic opinioni deseruit, quod dicit Ias. in materia collectarum, consi. 109. num. 2. vol. 1. argũ. tex. in l. cum status. &
2 eorum, quæ ibi dicit Bal. C. de ord. cogn. † q̃ lite pendente super eo, quod prætenditur esse debitum, vel non debitum, non potest cogi debitor ad soluendum: pro qua opinione adducebam tex. à nemine, quẽ viderim allegatum in §. coges. in auth. de mand. Prin. vbi pendente causæ cognitione in modo soluendi publicas functiones inter fiscum, & exactorem, siue collatorem, interim non potest fieri executio, nisi iuxta solitum & consuetum: ergo cessante consuetudine soluendi, interea non est facienda exactio.

In contrariũ adducitur tex. in auth. iusiur.
3 quod præsta. ab ijs. §. & primũ. † vbi qui administrationem suscipiunt, iurare debent, fiscalia vigilanter inspicere, & cum omni vehementia exigere, quod etiam repetitur in authen. de man. Prin. §. oportet. versi. & festinare. & melius in §. coges. per quem ita notat Bal. consi. 433. & consi. 138. num. 3. vol. 1. dicens,
4 † quòd pendente lite potest fieri executio, & in consi. 238. quod in ijs incipitur à præceptis exequutiuis, quibus conuenit tex. in auth. de colla. §. 1. & in l. missi opinatores. & l. fi. C. de exac. trib. lib. x. & allegatur gloss. in l. incola. ff. ad munic. quam dicit ordinariam Bal. in consi. 429. incip. Licet iudex. vers. & hoc. volum. 3. vbi expressè tenet in istis collectis procedi debere de plano, cogendo, & exigẽdo, & non citando, arg. l. cum eo. ff. ad l. Iul. pec. aliqui ad hoc etiam allegant Bar. in d. l. missi opinatores. & idẽ videtur tenere Io. de Plat. in l. oẽs. C. de delator. & dicit Bal. in l.
5 etiam. col. fin. C. de execu. rei iudi. † quòd descriptus in æstimo potest præcisè compelli per tex. in d. l. incola. ff. ad municip. vbi gloss.

quam etiam ordinariam, & communiter approbatam, dicit Roma. consil. 161. in fin. addens, æstimatum non posse renunciare æstimo, ad hoc, ne subeat onera: & pro hac opinione adducebam tex. in §. oportet quoque nos. in auth. vt iudi. sine quoquo suffr. fiant, vbi collectæ impositæ ratione expensarum militarium, præsertim ad propulsandas hostium incursiones, multa egent diligentia, & nullam recipiunt dilationem: eandem opinionem, quod executionem habeat paratam collectarum impositio, sequitur nouissimè Rol. à Valle cons. 32. nu. 5. & Cra. cons. 111. colu. 2. per eum allegatus.

Quid dicendum? Ang. in l. fi. in fi. C. vbi quis de curia. vel coorta. distinguit. Aut dubitatur, an aliquis sit debitor, & tunc nō habet exequutionem pendente lite, sed procedendum est causa cognita: & ita loquuntur iura pro prima opinione adducta, præsertim §. non aliter. in auth. de colla. & in d. l. 2. C. de offi. ciui. iudi. quibus accedit l. prohibitum. C. de iur. fis. lib. x. & idem sentit Bal. d. consi. 429. versi. qui autem grauatur. volu-
7 3. vbi dicit, ꝙ † si aliquis prætendens se grauatum compareat, & alleget causam grauamiuis, debet audiri, d. l. 2. præceptumq; resoluitur in simplicem citationem, sicut fit, vbicunque incipitur ab exequutione, siue præceptis, iuxta notata in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de no. ope. nun. Aut constat, ipsum esse debitorem, puta quia descriptus est in æstimo, & non docet de solutione, vel alia causa legitima, tunc fiet exequutio celeriter, & hoc modo loquuntur iura pro secunda opinione citata: quibus addo tex. in l. publicas. C. de ferijs. & hoc expressè dicitur in d. l. missi opinatores, in illis verbis, Cui non militem, sed exactorem, si sit obnoxius, conuenit imminere, & illis verbis conuictis debitoribus imminere, quod etiam voluit tex. in d. §. coges. dum vult pendente cognitione posse aliquem cogi, secundum consuetudinem; ergo præsupponit debitorem solitum aliquid soluere, & idem sentit gl. in d. l. incola. & Bal. in d. cons. 434. Roma. cons. 161. dum loquuntur de descripto in æstimo: & idem sentit in d. l. missi opinatores. in princ. versi.
8 in tertia parte. Et prędicta videlicet, † vt non compellatur, si legitimè se defendat, locum habere debent, vbi agitur de collectis impositis occasione onerum præteritorum, quibus non potest dici, quòd immineat damnū publicum, argu. l. de alimentis. cum simi. C. de transac. Aret. cons. 96. col. fi. & hanc distinctionem sequutus est Senatus.

SVMMARIVM.

1 *Rusticitati, & simplicitati regulariter consulendum est.*
2 *Minoribus, & mulieribus aduersus dolum præsumptum de præterito succurritur, secus aduersus dolum præsumptum de futuro, vnde non succurretur, ad producendum testes post didicita testificata.*
3 *Mulier, ecclesia, & minor possunt per viam restitutionis in integrum ponere idem, & contraria articulis alterius partis.*
4 *Mulieribus, & rusticis non succurritur nisi in casibus à iure expressis, & non reperitur, quòd eis succurratur in ijs, quæ concernūt formā actus, & sunt introducta ad rigorem iuris conseruandum.*
5 *Matri minori succurritur, si non petierit dari filio pupillo tutorem intra tempus à iure limitatum, secus si fuerit maior.*
6 *Positionum pronunciatio attenta decretorum domicalium dispositione concernit formam actus, & respicit iuris rigorem, nec in ea mulieri, & rustico succurretur.*
7 *Procuratoris contumacia in non respondendo positionibus nocet domino.*
8 *Dictio, Semper, pro plerunque exponitur.*
9 *Minor non restituitur aduersus eius confessionem, tanquam læsus, nisi edoceat saltem semiplenè veruam esse in contrarium.*

DECISIO LXXXVII.

De rustico, & muliere, an restitui debeant aduersus pronunciationem positionum pro confessis factam in procuratoris, vel eorum contumaciam, & an aduersus omissam probationem, & an possit producere testes post didicita testificata.



Quæsitum fuit, † an rusticus vel mulier restitui debeāt aduersus pronūciationē positionū in eorū, seu ꝓcuratoris dñi litis cōtumaciā factā, necnon aduersus omissam ꝓbationē, & an possint ꝓducere testes post didicita testificata? Et videbatur dici posse, eos debere restitui ꝑꝑ imbecillitatē sensus & intellectus,
1 † cū simplicitati, & rusticitati regulariter soleat cōsuli, l. fi. in prin. C. de testamē. & c. sup. literis. vbi glo. in verbo, Simplicitati. & Ab. nu. 6. in fi. de Rescri. gl. in l. 1. in verbo, Armatæ. C. de iur. & fac. ig. cōcordat gl. in l. vbi, in
2 verbo, Nisi. ff. de eden. † sentiens minori, & mulieri succurri debere aduersus dolū ꝑsumptū, qua gl. Gul. & Rom. moti, dicūt, mulierem & minorem posse via restitutionis in integrum inducere testes post didicita testificata, quos, ipsis tamen non citatis, sequitur Afflic. decis. 216. num. 2. vbi post Inno. Specu. Bar. Bal. Butri. Ab. & Saly. per eum allegat.
3 expressè dicit, † ꝙ minor, ecclesia, & mulier, per viam restitutionis in integrum possunt ponere

ponere idem, & contraria articulis alterius partis, sequitur pluribus alijs relatis Iacob. Philip. Port. lib. 1. com. opinio. concluſ. 39. limitatione duodecima, vbi poſt Doct. per eum relatos, extendit iſtud etiam ad rempub. & eccleſiam. Faciunt adducta per Alexan. in l. 2. colum. 1. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. & hæc opinio videtur adiuuari, quia minori, ruſtico, & mulieri, ſuccurritur aduerſus dolum præſumptum de præterito, Bar. in l. auxilium. numer. 2. ff. de minor. Angel. in d. l. vbi exigitur. in fine. & ibi Paul. de Caſt. Alex. colum. 1. laſ. num. 6. Pau. de Caſtr. in l. 1. §. editiones, circa fin. ff. de eden.

Non obſtat, quod dicitur mulierem, & ruſticum non reſtitui ad producendum teſtes poſt didicita teſtificata, ſecundum Bart. in l. 1. §. nunciatio. num. 35. ff. de noui ope. nuncia. Angel. in d. l. vbi exigitur, quia loquuntur in dolo præſumpto de futuro, aduerſus quem non ſuccurritur mulieri, & ruſtico, gratia euitandi delicti, vt concludunt Pau. de Caſt. Alex. & laſ. in locis per eum allegatis.

In contrarium facit reg. l. fi. & ibi Bar. & communiter Docto. C. de iur. & fac. ignor. † quòd mulieri & ruſtico non ſuccurritur, niſi in caſibus à iure expreſsis: idem probat tex. in l. regula. in princ. ibi, quod & fœminis in quibuſdam datur. ff. eodem titu. quam ad hoc etiam notat Bar. in l. 1. §. nunciatio. num. 35. verſic. ſed quod in muliere & ruſtico. ff. de no. ope. nuncia. addens, quod in ijs, quæ concernunt formam actus, & ſunt introducta ad rigorem iuris conſeruandum, vt eſt res iudicata, & ſimilia, non reperitur, quòd mulieribus, & ruſticis ſuccurratur, Alexand. conſ. 75. nume. 10 lib. 5. in conſ. 7. numer. 21. lib. 7. & latiùs in conſi. 165. dubitatur, an mulier. nume. 6. lib. 6. Felin. in c. fraternitatis. colum. 5. verſicul. item ſecundò. de teſtib. aliud exemplum poteſt apponi in matre, † quæ ſi ſit minor, reſtituitur, ſi non petierit dari filio pupillo tutorem intra tempus à iure limitatum, ſecus, ſi fuerit maior: Specu. de reſti. in integ. §. 1. nume. 15. & 16. & ibi in addit. idem ſentit Bart. in l. 1. nume. 9. C. de iur. & fac. igno. plures concordantes ponit Alex. in d. §. nunciatio. col. penul. verſicu. tangit etiam Barto. quibus addo laſ. in l. 3. numer. 128. & 129. C. de iure emph. poſt communiter Docto. in l. iuris ignorantiam. C. qui admit. laſ. in l. ſi certis annis. numer. 14. verſ. tertiò extende. C. de pact. cum infinitis concordantibus à Tiraq. congeſtis, de retract. conuen. §. 4. glo. 7. num. 13. & ſequen. † Sed huiuſmodi pronunciatio attenta decretorum dominicalium diſpoſitione, concernit formam actus, & reſpicit iuris rigorem, nec ſpecialiter reperitur à iure ſuccurſum mulieri, & ruſtico: ergo non ſunt reſtituendi. Ad idem facit, quia mulier prætextu ignorantiæ non excuſatur, ſi inuentarium non confecerit, Bal. in l. fina. in princip. verſicu. tertiò quæro, quid in muliere & ruſtico. & ibi etiam laſ. col. 2. verſ. quid autem ſit. C. de iure delib. Alex. d. conſi. 165. num. 6. verſ. ad idem. & expreſsiùs lib. 6. cum adductis per Tiraq. loco proximè citato, nume. 16.

Non obſtant in contrarium adducta, & primò tex. in d. l. fin. C. de teſtamen. quia ille tex. iuncta glo. in l. ambiguitates. eodem titu. in verbo, Ex mente, probat hanc opinionem, prout eũ inducit Bal. in d. l. iuris ignorantia. C. qui admit. dicit enim, quòd iſtatuto cauetur, quòd non valeat concordia, niſi producatur intra octauum diem, & quidam ruſticus per errorem aduocati non produxit in termino, quæritur, an excuſetur per talem iuris ignorantiam? & concludit, quòd non, quia omiſsio formæ vitiat actum, etiamſi omittatur à ruſtico, vel muliere, etiam per errorem, allegat d. l. fina. iuncta gloſſ. in d. l. ambiguitates. in d. verbo, Ex mente. C. de teſtamen. & Bal. refert & ſequitur Alex. d. conſ. 165. nu. 6. li. 6. † nam ſi contumacia 7
procuratoris in non reſpondendo poſitionibus nocet domino, c. ſi poſt præſtitum. de confeſs. in 6. laſ. in l. vnica. §. ſi procurator. numero quarto. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. ergo contumacia procuratoris nocet
ipſi mulieri: † quia dictio, Semper, in d. l. fina. 8
poſita exponitur, id eſt, plerunque: ita dicit ibi Albe. in prima. colum. quem refert & ſequitur laſ. in d. l. fi. nu. 2. C. de iur. & fac. ignoran.

Non obſtat gloſ. & Abb. in d. c. ſuper literis. quia ad hoc reſponde, vt per Rip. in tracta. de remed. præſer. contra peſtem. §. accedo. numero 244. & ſeq. Non obſtat glo. in d. l. 1. C. de iur. & fac. ignoran. quia communiter reprobatur, niſi defendendo dicamus
eam loqui, quando † ruſticus non potuiſſet 9
conſulere periiores: tunc enim ex iuſta cauſa ſuccurritur, quod etiam voluerunt Bart. in d. l. 1. numer. 9. & 10. Saly. Fran. de Ramp. & Alex. Rip. loco ſuprà allegato, nu. 247. & ſeq. Felin. in d. c. fraternitatis. colu. 5. idem Alexand. in dicta l. iuris ignorantia. colum. 2. C. qui admit. vbi dicit, iſtud habere maximam æquitatem, ideo ſibi placere. Sed & hoc pro omnino conſtanti non habeo ex his, quæ ſcribit Tiraq. de retrac. conuen.

d.§.4.glo.7.num.18.versicul. at qui ego huic sententiæ: nam & mulier & rusticus tenentur consulere peritiores, si possunt, imò si nõ sunt in loco, vbi habitant, tenentur ire ad ciuitatem, & ad loca vicina, vbi sunt, & sicut sciunt ire mulieres ad ciuitates pro indulgentijs, & rustici ad nemora pro lignis, ita etiam debent vtrique ad ciuitates accedere pro cõsilijs, vt dicit Bal. & Saly. & in d.l. iuris ignorantia. C. qui admit. Tiraq. loco proximè citato. nu. 20. post Anto. de Butri. & Rom. quos allegat.

Non obstat, quod dicunt Gul. de Cu. & Rayn. in dicta l. vbi exigitur. ff. de eden. post gloss. ibi & Afflic. d. decisio. 216. quia eorum dictum communiter reprobatur, dum loquuntur de muliere, Angel. in d.l. vbi, Bar. communiter approbatus in d. §. nunciatio. & miror Afflic. sic loquutum fuisse contra communem conclusionem, allegando Bartol. in d. §. nunciatio. qui contrarium dicit, quoad mulierem, & alij Docto. per eum allegati, non loquuntur in muliere, sed in ec-
10 clesia, & minore: † imò minor non restituitur, aduersus eius confessionem tanquam læsus nisi edoceat saltem semiplenè veritatem esse in contrarium, Bal. in l. vnica. colum. 14. versic. circa quod considera. C. de confess. & ibi etiam Salyc. versi. item iuxta hoc quæro. Anto. de But. in c. fin. in fin. extra eodem titu. de confess. sequitur Alexand. consi. 55. in fi. volum. 5. post Cyn. & Specu. per eum allegatos. Ab. in c. auditis. in fi. de restitu. in integ. vnam tamen limitationem ponit Butri. consi. 72. ad id, quod dicitur, non succurri mulieri, vel rustico in ijs, quæ sunt inducta ad rigorem iuris conseruandum, videlicet non habere locum, vbi subsit iusta causa, vel probabilis ignorantia, quę non cadit in casu nostro: & propterea censuit Senatus in causa Catharinæ de Brandis, & Petri de Albertis Nicienſium, prædictam mulierem non esse restituendam aduersus pronunciationem positionum in eius contumaciam factam.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitati imputandum non est delictum quod à singulis commissum est, intellige vt nu. 26.*

2 *Statutum quo cauetur illos de domo teneri pro consorte, dicitur esse contra ius diuinum & humanum, intellige, vt nu. 26.*

3 *Culpa vbi non est regulariter pœna esse non debet, cum delicta suos auctores tenere debeant.*

4 *Decreta Prrincipum contraria vtilitati publicæ & rationi naturali valere non debent.*

5 *Decreta, seu statuta, quibus cauetur alterum pro alterius delicto obligari restringi debent, vt intelligatur quando aliqua culpa, vel negligentia potest imputari ei, qui pro altero obligatur.*

6 *Qualitas in decreto, statuto, aut in lege requisita, banda prius est, vt verificetur illius dispositio.*

7 *Verba conditionaliter posita, debent ante omnia verificari.*

8 *Interpretatio, sine intellectus ille semper sumendus est, per quem euitetur contrarietas & repugnantia.*

9 *Rescriptum semper intelligendum est, vt recipiat interpretationem à supplicatione.*

10 *Statuta, seu decreta pœnalia & contra regulas iuris communis, ita debent intelligi, vt quantò minus fieri potest, corrigatur ius commune, & satis est, quòd in aliquo operentur.*

11 *Vniuersitas non tenetur de delicto ab aliquo ex vniuersitate patrato, etiamsi statuto caueatur, quòd pro delicto alicuius ipsa vniuersitas teneatur, intelige vt nu. 32.*

12 *Clausula, omni exceptione remota, debet intelligi de friuola.*

13 *Clausula, ex certa scientia in rescripto posita, nihil operatur, quãdo declaratio facta esset solum ad requisitionem partis.*

14 *Metus, violentiæ, & oppressiones, præbẽt iustã causam petendi securitatem, vel saluaguardiam à Principe.*

15 *Principis munus est, ecclesiasticas personas, ac res oppressionibus, & violentijs defendere.*

16 *Saluaguardiæ, ac securitatis validitas, & eius virtus controuersiam, & dubitationem reuocari citra sacrilegij crimen non possunt.*

17 *Princeps habens iura Imperialia in suo territorio, ea facere potest, quæ imperator in suo.*

18 *Statuto, decreta, siue consuetudines disponentes, vt dispro aliorum commissis in pœnis pecuniarijs teneatur, adeò valent, vt etiamsi nihil verè, aut præsumptuè commiserint, obligent.*

19 *Præsumptioni resultanti ex aliqua declaratione sua & eo ipso verificatur præsumptio, quod non potuerit contrarium.*

20 *Litem habens ciuilem magnam, aut criminalem in aliquo, dicitur eius inimicus capitalis.*

21 *Inimicus præsumitur damnum inimico intulisse, vbi grauatur à quo illatum sit.*

22 *Ex loci qualitate præsumptio damni illati inducitur.*

23 *Princeps potest præsumptionem, seu fictionem inducere.*

25 *Statuta, siue rescripta, quòd alter pro altero teneatur, tunc iniqua, ac iniusta esse censentur, quando sine causa.*

26 *Principis assertioni standum est.*

27 *Semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali, vbi plura remissiuè pro ornata regula.*

28 *Fictio, siue præsumptio cessare dicitur, vbi locum habet probatio, seu veritas.*

29 *Verba generalia, & in rem scripta, ad quoscunque extenduntur.*

30 *Extensiua interpretatio, etsi in statutis non sumatur, tamen admittitur causa euitandæ iniquitatis, ne delicta remaneant impunita.*

31 *Statuta, & consuetudines, quibus disponitur municipia teneri resarcire damna data in eorum finibus, nã debent intelligi, quando sciitur, à quo fuerit damnum*

tum illatum, & qui sit soluendo: nam tunc alter alterius odio prægrauari non debet.

15 *Verba hæc, aliqua & quauis molestia, in qualibet etiam minima verificantur.*

34 *Malitijs hominum, & eorum oppressionibus obuiandum est.*

35 *Custodiæ appellatione, & saluaguardia continetur, vnde qui tenentur Principis saluaguardiam indemnem seruare obligantur, & de damnis de nocte inferendis.*

37 *Coniecturis in claris opus non est.*

DECISIO LXXXVIII.

De rescripti Ducalis validitate, quo decretum erat, quòd damna data Abbatiæ censerentur illata, & imputarentur vniuersitati Constanzanorum propinquæ. & plura circa statutum, quo disponitur damna data in finibus alicuius municipij esse resarcienda per homines eiusdem loci.

VIsis quibusdam satis inciuilibus, ac immodestis precibus Constanzanensium, illustri produci aduersus sententiam Senatoriam nouissimè in odium ipsorum prolatam, porrectis, operæprecium putaui huiusmodi iurgia iuribus diluere, & sententiam Senatus æquitati, ac iustitiæ consentaneam demonstrare. Exordiar itaq; à Ducali decreto securitatis, seu saluaguardiæ ab agentibus nomine Abbatiæ diui Andreæ die vltima Maij 1545. impetrato, cuius iuribus discussis facilè erit cognoscere, an iure, vel iniuria fuerint condemnati Constanzanenses? Et prima fronte dicendum videretur prædictum rescriptum in eo capite, quo decreuit damna in prædijs vrbanis, siue rusticis, dictę Abbatiæ data, censeri ab ipsis Constanzanensibus illata, ipsisq; imputanda esse, veluti omni iuri diuino & humano contrarium non tenere, humano quidem, vt in authen. vt nulli iudic. §. quoniam verò, in illis verbis, Aut damna eorum inferri vicis, † quibus verbis expresè prohibetur, damna ab alijs illata non debere vicis inferri, & glos. in verbo, Vicis, ex illo textu inuehit in magistratus punientes vniuersitatem pro aliquo delinquente, & Bal. in l. sancimus. C. 2 de pœnis. dicit statutum, † quo cauetur illos de domo teneri pro consorte esse contra ius diuinum & humanum. & in c. cognoscentes. colum. 1. circa med. de constitutio. asserit huiusmodi statuta plerunque esse iniqua: quem refert & sequitur Calca. cons. 1. num. 4. Barb. cons. 66. num. 1. & 2. inter cons. Calca. Luc. de Pen. in l. iure prouisum. C. de fabricen. lib. 11. & his conueniunt tituli C. ne filius pro patre, nec vxor pro marito. & C. vt nullius ex vica. pro alio vica. debi. tenea. lib. 11. latè Gigas de crimine læsæ maie. in titu. de pœnis. quas filij incur. pat. commi. crim. læsæ maie. c. 14. num. 12. & seq. Diuino autem iure, ut Psal. 68. quæ nō rapui tunc exoluebam, Deuther. c. 24. Paralip. 2. c. 25. & Ezechiæ c. 18. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super eum, & 14. lib. Reg. 4. cum alijs similibus innumeris locis, præmissorumq; ratio esse 3 potest, † quia vbi non est culpa, ibi regulariter non debet esse pœna. c. 2. de constitutio. delicta enim suos debent tenere auctores, d. l. sancimus. C. de pœnis. & d. §. quoniam verò. iniquum etiam videtur alterius odio alios præsertim senes, mulieres, pupillos, & absentes omnino innocentes prægrauari, c. non debet. de reg. iur. in 6. l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffic. testam. vbi Ias. hanc opinionem confirmat sex fundamentis, Angel. cons. 63. num. 6. his adstipulantur, quæ scribit Bart. communiter receptus in l. aut facta. §. nonnunquam. num. 9. ff. de pœnis. videlicet, vniuersitatem non posse puniri, nisi quando deliberato proposito, & consilio hoc facit. Sed in casu nostro hæc interuenire 4 non possunt: ergo puniri non debet. † Cum igitur huiusmodi Ducale decretum censeatur iniquum, & contra publicam vtilitatem illius oppidi, siue vniuersitatis Constanzanæ, ac contra ius diuinum, & humanum, rationiq; naturali aduersans, non deberet valere, argumen. nota. in l. fina. C. si cont. ius vel vtili. publi. in Clemen. pastoralis. de sen. & re iudic. in c. quæ in ecclesiarum. de constitut. c. consuetudo. §. 1. distinct. 1. & c. erit autem lex. distinc. 4. & dato, q; attenta Principis potestate illud concedentis sustineri posset, attamen strictissimè debet intelligi, Angel. in d. l. sancimus. C. de pœnis. quem refert & sequitur pluribus ad præmissa cumulatis Barba. d. cons. 66. numer. 1. & 2. Ias. in l. de quibus. num. 57. circa fin. de legib. & in d. §. legis. versic. quintò facit. Dec. consil. 38. circa finem. & consil. 64. colum. 4. concordat regula c. odia. de reg. iur. in 6. ac l. quod 5 verò. ff. de legi. † & huiusmodi statuta, siue decreta debent intelligi, & restringi, quando aliqua culpa, vel negligentia posset imputari ei, qui pro alio obligatur: Aret. consil. 87. colum. fin. vers. præterea posito. quem refert & sequitur Cravet. consil. 3. num. 16. & strictè intelligendo debet intelligi de damno dato ab hominibus Constanzanæ, vel

si eis culpa, aut negligentia aliqua adscribi
6 potest, † quæ qualitas veluti à decreto requisita probari debuisset, argumento nota. per Ioan. And. in c.1. colum.3. in verbo, Christianorum. in fin. de homicid. in 6. in nouel. vbi refert se quendam prælatum accusatum, quod per assassinos fecerat Christianum occidere, defendisse à pœna mortis ex eo, quòd probata non fuerat illa qualitas, quod occisus esset christianus, quem sequitur Bal. in l. si quis non dicam rapere. colum. 3. circa finem. C. de episcop. & cleric. Hyppol. in rub. de probat. num. 437. & pluribus sequent. & in sua pract. in §. quoniam. num. 57. & seq. concludens post plures Doctores per eum allegatos, quod quando ab aliqua lege, statuto, seu rescripto profertur aliquid cum qualitate aliqua, debet illa qualitas probari, idem sentit Felin. in c. examinata. num. 4. & 5. de iudic. Dec. cons. 49. colum. 1. & in similibus terminis decreti d. cons. 64. col. 3. circa med. quod præsertim procedere videtur attentis illis verbis (quam quidem saluaguardiam, si quis ex prædictis consulibus, cre-
7 dendarijs, & hominibus) † quæ verba cum sint conditionaliter posita, debent ante omnia verificari. l. hoc iure. vbi Alexand. & Ias. ff. de verbo. obligat. Ripp. lib. 2. respons. c. 9. num. 1. & 2.

8 Nec videtur obstare, † clausula subsequens, declarantes ex nunc, &c. quia debet intelligi de damno dato ab ipsis consulibus, credendarijs, & hominibus, vt euitetur contrarietas & repugnantia. c. inter dilectos. §. cæterum. de fide Instrumen. Alex. cons. 121. num. 6. & num. 10. vol. 1. Dec. & Cagnol. in l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. hæcq; interpretatio suaderi potest, quia in precibus non fit mentio de iniurijs & damnis datis ab alijs,
9 quam ab hominibus Constanzanæ: † ergo de ijs intelligi rescriptum debet, vt interpretationem à supplicatione recipiat. l. 1. & ibi glos. C. de diuers. Rescrip. c. inter dilectos. §. cæterum. de fide Instrument. Dec. cons. 373.
10 num. 11. & seq. † at cum huiusmodi decretũ sit pœnale, & contra regulas iuris debet intelligi, vt quanto minus fieri possit corrigat ius commune. c. cum dilectus. & ibi glos. in verbo, Iuri communi. de consuetud. Socin. cons. 38. colum. 2. Calca. cons. 64. numer. 2. notatur in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matri. & in l. 2. C. de noxa. action. Felin. in c. 1. col. 7. de Rescript. satis enim est, quod in aliquo operetur, Dec. in c. 1. colum. 5. in fin. Ripp. num. 42. de Rescript. Calde. in tit. de donat. cons. vltimo. vers. sufficit enim. Dec. in d. c. 2. in secunda lectur. de constitut. Ias. in l. quis posthumos. §. si filium. num. 47. post gl. & Gemi. per eum allegatos. ff. de lib. & posthum. Corne. cons. 191. litera G. vol. 4. Rub. cons. 145. num. 6. & 7.

11 Accedat, † quòd etsi de damno à quocumque illato intelligi deberet decretum, tamen adhuc non deberet vniuersitas afficiendo huiusmodi damno dato noctis tẽpore, cum non potuerit resistere, Barto. Bal. & Angel. in l. 1. §. occisorum. ff. ad Senatusconsul. Syllan. Bal. in d. l. si quis non dicam rapere. colum. 3. in fin. C. de episcop. & cleric. Roman. Ias. cons. 7. colum. 2. versicu. aduertendum tamen est. Barb. d. cons. 66. num. 5. 6. & 7. quod consilium multa ad casum nostrum adducit. Aret. cons. 57. colum. 2. in fin. Dec. d. cons. 64. col. 3. in princ.

12 Nec obstat † clausula, omni exceptione remota, quia intelligi debet de friuola exceptione, argumen. notatorum per Bar. in l. §. fin. num. 5. ff. à quibus. appellat. non lic. & Imo. ibi in l. fina.

13 Nec etiam nocet † clausula, ex certa scientia, de qua in eodem rescripto, quia cum declaratio sit facta ad solam requisitionem gentium pro Abbatia, nihil operatur, Dec. d. cons. 373. num. 14. in fin. Postremò ex his negari non potest rem in ambiguo esse, & propterea dictam vniuersitatem debuisse absolui. l. fauorabiliores. l. factum. §. in penalibus. ff. de regul. iuris. l. absentem. ff. de pœnis.

Prædictis tamen non obstantibus constanter teneo literas Ducales securitatis, siue saluaguardiæ, de quibus agitur iure æquitate suadente, fuisse concessas, Satumq; ritè & rectè iudicasse, ad quod probandum præpono Principi & Senatui constitisse ipsos Constanzanenses tam ante tam transactionem, de qua in actis, quàm post & vsque in hunc diem iugiter lites habuisse, & controuersias, tam ciuiles, quàm criminales, aduersus prædictam Abbatem dominam pleno iure omnium prædiorum, tam rusticorum, quàm vrbanorum siterum, in vniuerso territorio dicti loci Constanzanæ, & sæpe in aliquos Canonicos regulares, ac eorum famulos sæuas manus iniecisse, eos percutiendo, verberando, nonnunquam vulneribus afficiendo, damnaq; plurima in bonis Abbatiæ inferendo, & latius, prout ex multis processibus, siue actis coram tunc Illustrissimo Duce, & nouis-
14 simè coram Senatu productis apparet, quibus violentijs, & oppressionibus multisq; modis commissis iustam cau-

Iam habuerunt, Abbas, Canonici, & alij agentes pro Abbatia recurrendi ad prædictum Illustrissimum quondam Ducem, vt ab eo saluaguardiam obtinerent, argumento notato per Bar. & Doct. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præsid. & in l. denunciamus. C. de his qui ad ecclesiast. confug. Guid. Pap. quæst. 418. las. in l. si super. col. fi. C. de transactio. Felin. late in rub. de treg. & pace. nume. 10. & sequen. cuius dicta transcribit Hyppo. in l. 1. §. præterea. num. 44. & seq. ff. de quæstio. † & Princeps, cuius munesri incumbebat, ecclesiasticas personas, ac res à violentis Constanzanorum opprimentium manibus defendere. c. Princeps. c. Regum. & c. administratores. 23. quæstion. 5. iustam causam eo modo referendi, & supplicantes cum rebus Abbatiæ sub protectione, & saluaguardia non solum Principis, sed etiam ipsorum Constanzanorum, cum declaratione in eodem rescripto contenta reducendi habuit, † de cuius securitatis, siue saluaguardiæ viribus nullo modo citra sacrilegij crimen dubitare quis potest, l. 2. C. de crim. sacrileg. per quem text. ita in simili, imò duriori decreto Ducis Mediolani tenet Dec. d. cons. 64. num. 3. & 7. las. in l. 1. in princ. ff. de constitut. Princi. † poterit enim Dux cum iura Imperialia in suo territorio habeat ea facere, quæ Imperator in suo, latè Maran. in sua disputatio. 6. num. 14. post Paul. de Cast. Roman. Angel. Corne. per eum allegatos, † & quod valeant huiusmodi decreta, statuta, vel consuetudines, vt alij in pœnis pecuniarijs pro commissis aliorum teneantur, etiamsi nihil verè, vel præsumptiuè commiserint, sentit l. fin. C. de primipilo. lib. 12. Barto. in l. iure prouisum. & ibi Alexand. in additio. C. de fabricen. lib. 11. Bart. Bal. & Angel. in l. sancimus. C. de pœnis. idem Bart. in l. nequid. ff. de incen. ruin. naufrag. & in tracta. represal. in 4. quæstio. 1. par. princ. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. colum. 1. & 2. ff. de offi. proconsul. & leg. Ang. cons. 63. num. 4. latissimè las. in l. de quibus. à num. 56. vsq; ad nu. 60. inclusiuè. ff. de legi. post Bal. ibi. colum 3. vbi septem fundamentis hanc opinionem confirmat, quæ repetit in l. si quis in suo. §. 1. num. 3. C. de in offi. test. & in §. actiones. num. 67. & seq. per duas col. Institu. de actio. Felin. in c. 1. & 2. de constitu. vbi dicit, istam esse cõmunem opinionem, & ibi Dec. colum. 2. & d. cons. 64. num. 3. & 4. ac cons. 525. num. 3. & 4. Luc. de Pen. in l. 1. in verbo, Conuenit. C. de omni agro deserto. lib. 11. vbi etiam Bart. Ioan. de Plat. in rub. C. de decret. decurio. super immunita. nemi. conced. vers. quid autem. lib. 10. Hyppol. singu. 362. statutum volens, Didac. couaruuias. lib. 2. variar. resolu. c. 8. num. 7. Io. Crot. quem post hanc decis. scriptum vidi, & gauisus sum cum tali viro conuenisse, cons. 6. num. 6. vsque ad num. 17. & respondet ad contraria. Iltis ergo sic propositis iustè prædicta securitas & declaratio dicitur
19 concessa, & † cum ex actis appareat damnum fuisse in rebus Abbatiæ datum, nec constet à quo fuerit illatum, necessariò sequitur censeri à Constanzanis illatum, quod stante prædicta declaratione probatur eo ipso, quòd non probatur contrarium, argumen. glos. in l. 1. in verbo, omni ordine. C. de fide Instrum. & iur. hastæ fisca. lib. 10. cum alijs cumulatis in simili casu de præsumptione inducta à statuto per Barba. consilio prædallegato. 66. colum. 3. versic. nam statutum prædictum, las. in l. si quando. num. 38. & sequent. C. vnde vi. quæ quidem declaratio est conformis iu-
20 ri communi. † Nam cum ex prædictis violentijs, ac litib. tam ciuilibus magnis, quàm criminalibus dicantur ipsi Constanzanenses aduersarij, imò inimici capitales ipsius Abbatiæ Canonicorum, & agentium prodea, Bar. in l. testium. num. 2. ff. de testi. las. in l. plerique. num 15. ff. de in ius vocan. Felin. late in c. cum super. nu. 3. de offi. c. deleg. Hypp.
21 in l. 1 §. præterea. nu. 49. ff. de quæst. † si ignoratur à quo damnum fuerit illatum, præsumitur ab ipsis tanquam ab aduersantibus, & inimicis illatum, Roman. d. cons. 7. colum. 1. Calca. latè cons. 63. num. 2. & 3. Roland. de Curte. inter consil. Calca. cons. 64. num. 8. & Cato Saccus ibidem cons. sequent. num. 2. & sequent. loquentes in damnis resarciendis per vniuersitatem, sequitur Dec. d. cons. 64. num. 6. Ergo attenta præsertim qualita-
22 te loci, † ex quo etiam præsumptio inducitur, vt refert Saccus consil. prædallegato, præsumitur Constanzanos Melicam incidisse, & per consequens saluaguardiam infringendo in pœnam pecuniariam incurrisse,
23 † quod argumentum multò fortius procedit stante declaratione per Principem facta, de qua in dicta clausula, declarantes &c. qui potuit talem præsumptionem, seu fictionem inducere, argumento notato. per Rippam in l. 1. num. 72. ff. de vulg. & pup. & in similibus terminis extat constitutio regni Neapolitani, in primo libro constitutio. incipiente, Si damna clandestina, quæ disponit damna clandestina resarciri debere per vniuersitatem loci, vbi facta sunt, & vlterius solui pœnam pecuniariam oportere propter præsumptiones contra vniuersitatem

sitatem resultantes, de quibus per Afflict. ibi numer. 20. post Iserniam, ex cuius dictis videtur decisio casus nostri clara & indubitabilis.

Non obstant in contrarium adducta, & primò l. sancimus. C. de pœnis. & §. quoniam verò. in auth. vt nulli iudic. cum similibus suprà allegatis, quia illa procedunt regulariter secũdum dispositionem iuris com-
24 munis, † quando nulla culpa potest imputari vniuersitati in committendo, siue omittendo, d.c.2. de constitu. Sed fallit, si subest aliqua causa. c. sine culpa. de regu. iur. in 6. glos. in d.c.2. & Bal. ibi, de constitut. & hoc est, quod dicunt Bal. & Angel. in d.l. sancimus. Alex. in addi. ad Barto. in l. iure prouisum. C. de fabricen. lib. 11. Ias. in d. l. si quis in suo. §. 1. num. 3. C. de inoff. testam. solam cau-
25 sam sine culpa sufficere, † & quod dicitur huiusmodi rescripta, siue statuta esse iniqua & iniusta, procedit, quando sunt sine causa, Bar. in prima constitu. Digestorum. num. 4. quem refert & sequitur Ias. in d. §. actiones. num. 83. & num. 85. secus si cum causa: tunc enim æqua & iusta sunt, Bal. in d. l. si quis non dicam rapere. col. 3. in fin. C. de episcop. & cleric. argument. l. nequid. ff. de incen. rui. naufra. Et iustæ causæ secundum prædictos sunt, vt magis à delictis abstineatur, reprimaturq; hominum audacia, néue deprędationes, & depopulationes fiant, quæ omnia publicam respiciunt vtilitatem, vt dicit Ias. expresè in d. §. legis. Rolan. de Curt. d. cons. 64. num. 5. 7. & 12. & cons. 65. in subscriptione, Hyppo. d. singu. 362. hinc videmus in sacris literis innocentes propter nocentes pœna affectos, Genes. c. 19. Exod. c. 11. & Sapien. c. 12. ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnas. quibus de causis motus fuit Princeps, vt ita decerneret ipso id asserente,
26 † cuius assertioni in hoc standum est, Clem. 1. de probatio. Dec. cons. 373. num. 5. laudabilia enim sunt huiusmodi decreta non obstante glos. in d. §. quoniam verò. in authen. vt nulli iudic. quæ intelligi debet, quando magistratus id decerneret suo arbitrio sine causa, secus si ex arbitrio legis, statuti, vel consuetudinis, ita illam glos. intelligit Bald. in rub. C. res inter alios acta. col. 1. quem refert & sequitur Ias. in d. §. actiones. num. 71. & seq. Institut. de actio. & in d. l. de quibus. num. 57. ff. de legi.

Vel potest responderi in contrarium adducta procedere, vbi nulla culpa imputari potest ei, qui pro alio condemnatur: ergo secus si eius culpæ adscribi aliquid potest. l. quod quis ex sua culpa. ff. de reg. iur. c. damnum. de reg. iur. in 6. Aret. & Cra. consilio suprà allegatis. Sed Constanzanis adscribi potest culpa propter eorum delicta, & oppressiones, quæ causam & occasionem prębuerunt edicto: ergo in eos nõ militat supposita. Accedat, quia vt propositum depopulatio Melicæ, de qua agitur, præsumitur ab ipsis Constanzanis, veluti ab aduersarijs & inimicis facta, & sic præsumptione iuris deliquisse censentur: ergo sumus extra regulam c. non debet. imò in regula c. damnum. de regu. iur. in 6. & propterea iuste fuerunt condemnati, argumento glos. in fin. in d. l. iure prouisum. dum allegationem, cur in eo casu alius pro alterius delicto teneatur, quia ipse delinquere videtur, & ibi Ioan. de Plat. & Luc. de Pen. intelligunt eum videri delinquere propter negligentiam, & sic in omittendo Afflict. in d. §. si damna clandestina. num. 20. ergo multò magis ea præsumptio locum habere debet in casu nostro, quo iuris præsumptione censentur Cõstanzani deliquisse, iuncta
27 sertim regula, † Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, de qua per Hyppol. latè in sua pract. §. diligenter. num. 99. & pluribus sequent. quam in similibus ferè terminis nostris adducit Calc. d. consil. 63. num. 2. Raland. de Curt. d. consil. 64. num. 9. loquentes in terminis nostris, & ex his tollitur doctrina Bar. in l. aut facta, nonnunquam. ff. de pœn. vt ea locum non habeat in delictis præsumptis, ex cuius dictis ibi. nu. 8. respondetur etiam ad id, quod dicitur, senes, mulieres, pupillos, & absentes puniri.

Non obstat, quod clausula, declaratum de qua in rescripto strictè intelligi debuerit, & propterea restringi ad damna, quæ probarentur ab aliquibus ex consulibus credendarijs, seu hominibus Constanzanæ data, vt euitetur contrarietas, quia saltem reuerentia sic interpretantis huiusmodi restrictio contineret in se absurdum, siue abhorrens intellectum, & euidentem repugnantiam contra dict. l. vbi repugnantia. Nam requiritur, vt ex aduerso præsupponitur, quod probetur damnum datum ab aliquo ex consulibus, credendarijs, & hominibus Constanzanæ frustra Princeps per eius decretum censuisset, quod si alia quæuis damna fuerint illata personis & rebus dictæ Abbatiæ, censeantur facta, & illata per dictos consules, credendarios, & homines Constanzanæ, & eisdem imputetur & adscribatur
28 omni exceptione remota: † vbi enim habet locum probatio, & sic veritas cessat pra-

præsumptio, vel fictio. c. qui contempta. & c. sequent. 8. distinct. & c. quicunque. & ibi glos. final. distinct. 81. l. filio quem. ff. de libe. & posthum. Paul. de Cast. cons. 64. num. 3. volum. 1. secundum impressionem Papien. Accedat, quia de damno ab eisdem consulibus, credendarijs, & hominibus dando expressè loquitur rescriptum in vers. quam qui dem saluaguardiam &c.

Nec potest dici, quod rescriptum contineat contrarietatem, nisi dicta clausula, declarantes, intelligatur de damno dato à consulibus, credendarijs, vel hominibus, de quibus in clausula, si quis, quia non repugnat, quod in vno capite, & sic in clausula, si quis, &c. rescriptum prouideat nominatim in casu, quo constabit ab aliquo ex hominibus Constanzanæ infringi saluaguardiam: in alio verò capite prouideatur generaliter, quod si aliud quoduis damnum fuerit illatum, id censeatur illatum ab ipsis hominibus, & eisdem imputetur, vt est in dicta clausula, declarantes, argumen. nota in l. si seruus. §. inquit lex. ff. ad leg. Aquil. & in l. doli clausula. ff. de verbo. oblig. Dec. & Cagno. in rub. ff. de reg. iur. & hæc distinctio debet sumi, ne rescriptum repugnantiam, seu superfluitatem contineat, Dec. & Cagno. in d. l. vbi repugnantia. & cũ dicta clausula, declarantes, generaliter & impersonaliter loquatur, vt in illis verbis, alia quauis molestia, † quæ verba sunt scripta in rem, generaliter & distinctè de quocunque damno, & à quouis illato intelligi debent, Bartol. in l. si seruum. §. prætor ait. num. 1. & 2. ff. de acquir. hæred. quem refert & sequitur Calcan. d. consil. 1. num. 5. † hinc dicit Angel. in d. §. prætor ait. col. 2. quod licet in statutis non sumatur interpretatio extensiua, tamen extenduntur causa euitandæ iniquitatis, ne delicta remaneant impunita.

His conueniunt dicta per Felin. in d. cap. causam, quæ. num. 24. & 25. de Rescript. & cumulata à Gozadi. cons. 103. num. 3. cuius dicta sine dubio procedere debent in casu nostro, in quo dicta clausula, declarantes, eam intelligendo, quando ignoratur à quibus damnum illatum sit, est conformis iuri communi, quo in dubio damnum datum præsumitur ab inimico, vt suprà probatum fuit, & his pertinent scripta Angel. in d. §. quoniam verò. in authen. vt nulli iud. quod † statuta, & consuetudines, quibus disponitur municipia teneri resarcire damna data in eorum finibus, non debent intelligi quando scitur, à quo fuit illatum damnum, & est soluendo, quia tunc non debet quis grauari odio alterius, sed debent intelligi ea statuta in duobus casibus, scilicet, quando ignoratur à quo damnum fuerit illatum, vel scitur, & is, qui damnum intulit, non est soluendo, & eum refert, & sequitur Barb. d. cons. 66. num. 6. licet ineptè accommodet ad propositum sutum.

Nec aduersatur, quod huiusmodi incisio Melicæ fuit facta tempore noctis, & propterea non teneantur damnum emendare homines dictæ vniuersitatis, ex dictis Bar. Bal. & Ang. in d. l. 1. §. occisorum. ff. ad Syllania.
32 † quia loquuntur, quando nihil vniuersitati potest imputari, sed in casu nostro, vt sæpius dictum est, tam ex iuris communis præsumptione, quàm rescripti Ducalis dispositione, damna illata censentur à Constanzanis tanquam ab inimicis: ergo in eis non militant opposita.

Vel potest responderi, obiectum tolli ex illis verbis vniuersalibus positis in rescri-
33 pto, aliqua, & quæuis damna, † quæ in quolibet damno etiam minimo verificantur, & quocunque tempore illato, vt latè scribit Tiraquell. in repetitio. l. si vnquam. versicu. omnia vel partem aliquam. num. 14. & trib. sequent. C. de reuoc. donatio. Felin. in d. c. causam, quæ. num. 24. & 25. de Rescript. & post hæc scripta traditum est per manus consilium D. Nattæ 525. num. 6. & pluribus sequent. loquens in materia nostra: & nisi prædicta declaratio etiam intelligeretur de damno tempore noctis illato, esset aperta via fraudandi decreta, & inferendi damna in bonis Abbatiæ contra mentem quondam
34 Ducis rescribentis, † qui voluit malitijs, & quibusuis oppressionibus ipsorum hominum, prout etiam debuit de iure obuiare, l. in fundo. vbi Bartol. & Albe. ff. de rei vend. c. sedes. de Rescript. Clement. 1. & ibi Card. de vsuris. Clement. 1. §. final. de concess. præben. c. quanto. de diuor. plura allegat Soci. Iun. cons. 115. num. 22. volum. 1. Hyppol. in l. 1. §. cum quis latrones. num. 4. ff. de quæst. & in fing. 177. vbi latè & in terminis nostris Bal. in cons. 174. incip. Casus talis est, quodam fenile. lib. 2.

Nec dicatur, quod hæc ratio locum etiam habet in statutis, de quibus per Doctor. in d. l. 1. §. occisorum, quia vt prædictum est, etiam in illis casibus nihil potest vniuersitati imputari, secus in casu nostro attentis tot iniurijs & damnis illatis à Constanzanis, qui etiam, quod non constet de damno ab eis illato opponere non possunt huiusmodi exceptionem, attenta clausula ex certa scientia, omni exceptione remota, & alijs

quibus-

quibuscunque exceptionibus, oppositionibus, ac alijs contrariantibus non obstantibus.

Præterea cum in casu nostro, attenta forma rescripti saluaguardiæ, non tantum tacitè, verùm expresè, fuerit commissa Constanzanis, custodia personarum, & bono-
35 rum dictæ Abbatiæ, † cum sub protectione & saluaguardia Constanzanorum fuerint posita bona Abbatiæ, & sub nomine custodiæ veniat saluaguardia, Io. de Plat. in l. fin. C. de eroga. milita. anno. lib. 12. dicendum est, quod tenentur ad damna etiam de nocte data, ita Barba. dicto cons. 66. colum. final. post Angel. per eum relatum. faciunt dicta Afflict. in allegato §. si damna clandestina. num. 20.

Nec obstat doctrina Bar. in l. 1. §. fina. ff. à
36 quibus appella. non lic. † quia locum non habet, vbi clausulæ positæ sunt ex certa scientia, & alias, de quibus suprà, Alex. latè in l. 3. §. si is pro quo. colum. 2. ff. quod quisque iur. sequitur Felin. in c. causam, quæ. num. 21. 24. & 25. de Rescript.

Non etiam obstat, quod dicit Dec. d. cons. 373. de clausula ex certa scientia, quia loquitur, quando Princeps rescripsisset causa non cognita, quod non est in casu nostro, vt ex actis apparet. Et ex præmissis sequitur, nos
37 esse in casu claro, † in quo non opus est coniecturis, vulgata l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo obligat. l. generali. §. idem quæsijt. ff. de vsufruc. lega. Dec. cons. 37. num. 4. & 6. & propterea non habere locum regulam l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. cum similibus, quæ in casu dubio loquitur. Ideoq; Senatum ritè & rectè iudicasse, cuius sententia ab alijs quinque delegatis fuit inde confirmata, & approbata.

SVMMARIVM.

1 *Curator infanti dari non potest, cum regulariter non nisi præsenti, & petenti detur.*
2 *Infans fari, id est ordinatè loqui non potest, neque intelligit quod agit.*
3 *Tutor personæ non certæ rei, vel causæ datur.*
4 *Dictiones, vel, siue, & aut, nonnunquam pro id est, à Doctoribus exponuntur, & declaratiuè stant.*
5 *Tutor quare certæ rei, vel causæ dari non possit.*
6 *Curator ex officio à iudice dari potest infanti cum consensu consanguineorum, si eius bona essent peritura, vel immineret grande æs alienum.*
7 *Creditor ab infante tutorem non habente creditum petere volens eo remedio iuuatur, vt adeat iudicem, & per citationes coniunctorum, & affinium infantis, petat ei dari tutorem.*
8 *Tutores si à creditoribus infantis dari petantur, quo praxi iudex procedere debeat.*
9 *Iudex in citatione infantis ex officio supplet.*

DECISIO LXXXIX.

De iudicio contra infantem mouendo, & quomodo infantibus prouidendum sit, vt iudicium rectè fundetur.



Vm mater vidua, vel alius creditor vellet etiam dotes, seu creditum à filijs infantibus hereditate mariti exigere. Quæritum fuit, quomodo ipsi infantibus prouidendum esset, vt defendant actiaq; contra eos facienda subsistant, & difficultatem ingerebat
1 † quia infanti curator dari non potest, cum regulariter non nisi præsenti, & petenti detur. l. qui habet. §. si pupillus. ibiq; glos. & Bart. ff. de tutel. glos. final. in l. diuus. §. final. ff. qui peta. tut. vel curat. Alexan. cons. 121. in fin. volum. 1. Afflict. decis. 256. numer. 4.
2 † nam infans fari, id est ordinatè loquitur potest: non enim intelligit, quæ agit. §. pupillus. versic. quod diximus. Instit. de inut. stipul. l. final. ff. rem pupil. sal. fore. l. fin. ff. de iur. & fac. ignor. l. 1. §. viduas. C. de fals. monet. l. infans. cum alijs cumulatis in glos. ad leg. Corne. de sica. c. ex eo, de electio. in 6. Bal. in l. donatarum. C. de acquir. possess. quibus adstipulantur, quę congruè congerit Bast. Vant. de nullitat. sentent. ex inhabil. defectu manda. num. 6. cum sex sequent.

Nec etiam tutor videbatur dandus huiusmodi liti, † quia personæ, non autem
3 tæ rei, vel causæ tutor dari potest. §. certæ Instit. qui testamen. dari tuto. poss. Angel. l. certarum. cum duab. legib. sequ. ff. de testam. tutel. glos. in rub. C. de in litem dando tuto. vel curato. qui titulus cum l. & 4. eodem tit. non videntur obstare, dum
4 alternatiuè loquuntur, † quia Docto. communiter interpretantur, & accipiunt dictionem, vel, & dictionem, siue, pro id est, & dictionem, tutor, aut tutela, pro curatore & contra: ita sentiunt glos. Alber. Salyce. & communiter Docto. in d. rub. & in l. 3 4. & final. eodem titul. glos. in l. 2. C. de suspect. tutor. in d. §. certę autem rei. Instit. qui testam. tutor. dari poss. & in c. 1. de oblig. ad ratioci. Bar. in l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque vniuersit. nomin. quem refert Ias. in l. si tibi pecuniam. colu. versic. hinc est, quod si testator. ff. si cert. petat. pulcher text. in l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de condi. & demon. & ratio est, † quia si certæ rei, vel causæ daretur
5 tutor, nihil haberet eius, quod est tutelæ qu-

quæ est ius, ac ptãs in capite libero, ad tuendum eũ, quipp ætatem se defendere nequit. l.1.ff. de tute. & instit. eo titu. §.1. & 2. hanc rationem ponit Bal. in d.l.certarum.nu.1.ff. de test. tut. hinc pulchre dicebat Bar.in l.1.in princ.ff.si serui.vend.& in l.cum non solum. §.finaũt.C. de bon. quę libe. quem refert & sequitur Las.in d.l.si tibi pecuniam.col.2.ver. hinc etiam. quod filiosam. non datur tutor, neq; curator psonarum cũ sit in ptãte patris, pone inquit Bar. filiosam. delata est hæreditas, pr non vult eã adire, debet hoc casu dari curator ad illum actũ non personæ.l. cũ vna. §.tutor.ff.de appell. & ideo si iudex in sñia dixit in tali casu, do tutorem filiofamiliãs ad adeundũ hæreditatẽ, q̃rebatur an talis datio valeret? & dicebatur inquit Bart.nõ valere, sed ipse rñdit contrarium, dicens, illa verba sententię, do tutorẽ filiosa. pupillo, id est ad vtilitatẽ pupilli ad adeundũ hæreditatẽ, non aũt personæ, cui doctrinæ accedunt, quæ scribit idem Bar. in l. 1. numer.1.C. de neg. gest.

Quomodo igitur consulendum erit indemnitati creditoris, & infantis, Bal.scribit in vsibus feudo. in titu. de mil.vasal. qui contu.

6 est. colum. penult.versic.dicit Bar. † quòd si bona infantis essent peritura, vel immineret grande æs alienum, iudex ex officio, quando aliquis non reperitur tutor, posset dare cum consilio coniunctorum infantis curatorem liti, allegat Bartol.in l.Fulcinius.§.adeo. ff.ex quib.cau.in poss.ea. qui loquitur in pupillo, & furioso. & Alexan. ibi sequitur Bal. loco suprà allegato. † Addit etiam Bal. aliud remedium, videlicet, quod creditor adeat iudicem, & faciat citare coniunctos affines, & amicos infantis, & curet, quod eidem detur tutor, argu.nota.in l.ergo.ff.ex quib.cau.maio.& Bal.refert & sequitur Alex.in l.1. §. sufficit.ff.de admini.tuto. Affl.decis.262.nu.2.& Bal.in d.titu.de mili.vasal.qui contum.est. colu.7. sequitur etiam Maran. de ordi.iudi.in quarta par.distinc.16.num.36. post Io.Andr. in addit. ad Specul. in titu. de reo.§.1.nu.17. in verbo, Auctoritate. his accedunt, quæ scribit Imo. post Bal.& Ange. in l.si quis ita instituatur.col.fin.vers.item dicit hic Bal.ff. de hære.instit. Quæ quidem opinio corroborari videtur ex l.3.§.si quidẽ aliquis. ff. qui per. tuto.& l.si filijs.C.eodem titu.vbi si filij debitoris non habent necessarios, qui eis dari tutores petant, potest creditor curare, vt eis

5 dentur per quos legitimè defendantur, † & ex hac doctrina Bal.& eum sequentium, puto inoleuisse praxim, qua citantur ter, agnati, cognati, affines, & amici infantis, assumpturi onus tutelæ siue defensionis dicti infantis, & nemine comparente in eorum contumaciam & defectum, iudex prouidet ex officio de tutore ipsi infanti, arg.not.in l.1.

9 C. q pet.tut. & d.l.si filijs.supplere.n.† debet iudex ex officio in citatione infantis, Afflic. post Bal. in d. titu. de mil. vas. qui contu.est. col.8.in prin.quam materiam Neuiza.consi. 17.nu.20.& plurib. sequẽ.copiosè & diserte, qualiter procedendum sit contra infantes pupillos,& minores explicat, tu illum videto,& in qõne proposita sic obseruauit Senatus in cã D. Venetię Squarę vxoris quondã D.Georgij Squarę ex nobilibus Arborij aduersus eius filios absentes.

SVMMARIVM.

1 *Innocentes ex naturâ criminis læsæ maiestatis collectari possunt.*

2 *Chartago aratro suppositâ fuit ob crimen læsæ maiestatis.*

3 *Princeps põt rescripto, vel contractu statuere, vt omnia bona sita in agro alicuius ciuitatis sint subiecta onеribus, & contribuere teneantur perpetuò, ita vt oẽs ad huiusmodi onera rõne bonorum teneantur.*

4 *Verba præcisa, & geminata in rescripto posita magis præcisam voluntatem Principis arguunt.*

5 *Verba gẽminata, & vniuersalia magis deliberatè, & ex cẽsentur prolata, & hoc operãtur, vt cõprehendant omnia ea, quæ sub simplicibus non comprehenderentur.*

6 *Verba omnia, & singula eius sunt naturæ, vt nihil prætermittatur.*

7 *Princeps non põt recedere à contractu inito cum aliqua vniuersitate ea inuita, per quam ius aliquod mediante pecunia quæsitum sit, intellige vt nu.14.*

8 *Exemptionem si concedat Princeps alicui, onus vniuersitati non accrescit, sed Principi decrescit, & ab ea tanto minus exigere debebit.*

9 *Vniuersitati qñ ratione alicuius delecti commissi imponitur pœna pecuniaria, pro qua soluenda imponẽda esset collecta, tunc innocẽtes contribuere non tenentur.*

10 *Res iudicata pro veritate habetur.*

11 *Priuilegia Principis semper intelligi debent citra iniuriam, ac tertij præiudicium, & ita restringi, vt sint conformia æquitati, & honesti.*

12 *Verba vniuersalia in rescripto posita, scilicet quòd oẽs teneantur ad collectas, ad eos tantum extenduntur, & comprehendunt, qui de iure tenentur. Non autem priuilegiatos, & exemptos.*

13 *Verba geminata recipiũt interpretationẽ ne sequatur in cõueniẽs, & ne quis indebitè damnum patiatur. latè nu.19.*

15 *Princeps põt ex vera, & iusta cã tollere per eum concessa etiam in vim contractus, & quæ dicatur vera, & iusta cã.*

16 *Contractus etiam in materia attenditur, id quod verisimiliter contrahentes, si fuissent interrogati disposuissent.*

17 *Verba generalia semper debent restringi ad cogitatum disponentium.*

18 *Rescriptum generale non trahitur ad id, quod verisimiliter non fuisset concessum.*

Principis mens talis præsumitur, qualis est legis, & rationis naturalis. ibidem.

19 *Animus præcedens ex actis subsequentibus declaratur.*

20 *Verbũ nullũ adeò vniuersale, vel indistinctũ est, quod ex cõsideratione debitarũ circunstantiarũ non debeat ciuiliter intelligi, & limitationem recipere.*

21 *Obligatus generaliter ad subeundum omnia onera, non tenetur ad ea, quæ culpa, & multo magis partis do oeuenerunt.*

DECISIO XC.

De vniuersitate, quæ propter rebellionis crimen commissum passa est proscriptionem omnium bonorum, & ijs restitutis ex Principis clementia condemnata ad solutionem certi annui census, seu fogaggij an possit cogere particulares quosdam forenses ad solutionem pro rata bonorum dicti annui census, seu fogaggij, eo præsupposito, quod dicti particulares forenses essent absentes tempore rebellionis.

ET si ad quæstionis infra tractandæ cognitionẽ, cum munerum, siue collectarum quotidianam materiam contineat, plura essent præmittenda, vtpote verborum significationes, munerum diuisiones, genera, siue species, à quibus indici, & per quos suspici debeant, quiúe immunes ab eis fiant, attamẽ cum hæc à nonnullis auctoribus, tum antiquis, cum recentioribus, fuerint copiose tractata, ex quo breuibus, & decisiue agimus, ne longius ab instituto hoc, scribendi genere recedamus, duntaxat conabor extricare, quæ ad veritatem quæstionis propositæ conueniunt.

Facti igitur species sic se habet: Anno 1490. vniuersitas Auxiliani, & quondã nob. Io. Antonius de Aduocatis, vt verbis eorum vtar deuenerunt ad pacta, conuentionẽ, & transactionẽ, & inter cætera transegerunt, quod dominus Io. Antonius, & eius hæredes, ac successores contribuerent cum prędicta vniuersitate in omnibus & quibuscunq; oneribus, realibus, personalibus, & mixtis, ordinarijs, & extraordinarijs, tam ratione incolatus, quàm bonorũ, q̃ possidẽt in finibus Auxiliani, ad rationem de tribus cum dimidio pro quolibet centenario, pro bonis vero acquirendis contribuerent ad æs, & libram, prout alij incolæ dicti loci contribuent.

Item conuenerunt, quod si contingeret Principem congregare exercitum, vel aliter ipsam cõmunitatẽ mittere gentes ad aliquẽ exercitũ, vel caualcatam, eo casu ipsa cõmunitas nõ possit aliquẽ ex ipsis de Aduocatis cõpellere ire, seu mittere ad exercitũ, seu caualcatam, sed sufficiat eos soluere, vt suprà. Orto bello inter quondam christianissimum Gallorum Regem, & Illustrissimum & Excellentissimum Sabudiæ Ducem, defecerũt fere omnes Auxilianenses à prædicto Duce eorum domino, & dolo malo in potestatem Gallorum locum ipsum dederunt. Eo prædicto excellentissimo Duce expugnato, quinisq; omnibus prædictę vniuersitatis, vel crimine lęsæ maiestatis reę ꝓscriptis, clementia ductus Princeps bona proscripta media solutione cuiusdam pecuniarum summæ, auctoq; etiam annuali canone, siue, vt vulgò dicitur, fogaggio vniuersitati, & hominibus respectiue restituit, ea etiam lege adiecta, quod solutione dicti fogaggij, prędia quęcunque sita in territorio Auxiliani censerentur obnoxia, omnesq; singuli possidentes in finibus Auxiliani pro rata æstimi vniuscuiusque cõtribuere tenerentur. Ingrauescentibus autem indies bellorum dispendijs, petijt prædicta vniuersitas hæredes dicti Io. Antonij compelli ad solutionem quorumcunque onerum, pręsertim prędictorum fogaggiorum, & aliorum à bello dependentium pro portione eorum æstimi, excipientibus reis non teneri ad fogaggia aucta ratione criminis perduellionis, cuius proponunt se innocentes fuisse, nec ad alia onera bellica, nisi iuxta formam prędictę transactionis.

Quęsitum fuit, quęnam partium ius soueat? Videbatur dicendum non iniuria agere Auxilianenses: nam quod attinet ad caput solutionis adaucti fogaggij propter enunciatum crimen rebellionis, Bartol. in l. aut facta. §. fina. colum. penult. versic. quidam sunt delicta propter quę filius. ff. de penis. quem sequitur ibi Alexan. in apost. Parpal. in l. placet. col. prima. C. de sacrosanct. eccle. latissimè Carrer. in sua practica causarum criminalium. in tracta. de homicidio. circa quartum. nu. 396. Calcan. consi. 1. col. versi. & potuisse. Fel. latè in additio. ad principiatum opus ab Abb. colum. penulti. & fina. quæ additiones sunt positæ in fine tertię

1 partis Felin. tenent, † innocentes posse collectari ex natura criminis læsę maiestatis, allegant tex. in c. vni. § 1. de pace tenen. & iuram. firman. vbi ciuitas violans pacem punitur pœna centum librarum auri. & in l. si vsusfructus. ff. quib. mod. vsusfruc. amitt.

2 legimus † Chartaginem aratro suppositam fuisse, & de Bononia, ac Brixia, quæ aratrum ob simile crimen passæ sunt, scribit Abb. in c. dilectus filius. colum. tertia. de simonia. & ibi Soci. numer. 15. in fi. & seq. quo fit, vt necessario dicamus, innocentes etiam eas pœnas subiuisse, quod multo magis locum

cum habere debet in † casu nostro, in quo Princeps suo rescripto, imò contractu voluit omnes & singulos possidentes teneri contribuere, & quęcunque prædia sita in agro Auxilianensi esse perpetuò obnoxia, & tributaria pro dictis oneribus, quod fieri potuit, Bart. in l. rescripto. §. fin. ff. de munerib. & honorib. Pau. de Cast. in l. placet numero septimo. C. de sacrosan. eccle. Felin. in c. postulasti. numer. nono. de foro competen. Paris. latè consi. 25. numero 79. & sequen. volum. 1. latissimè Crauet. de antiqui. tempo. in 4. parte. numero 239. † præsertim attentis illis verbis vniuersalibus, & geminatis, quæ magis præcisam videntur voluntatem Principis arguere, vt concludit Cur. iun. consil. 1. colum. fin. in principio, cum alijs proximè allegandis, quàm ex eo, quod ex forma prædictæ transactionis ipsi conuenti videntur se astrinxisse ad subeundum omnia, & quęcunque onera, realia, personalia, & mixta, tam ordinaria, quàm extraordinaria, quæ imponi continget ipsi communitati, & soluere tres denarios cum dimidio pro quolibet centenario, quo casu videntur ad hæc fogaggia tanquam onera ordinaria se astrinxisse. l. Iulianus. ff. de leg. tertio. & l. si quis sic stipuletur. ff. solu. matrimonio. Nam hæc verba, omnia, & quęcunque, sunt vniuersalia, † & cũ sint geminata magis deliberate, & enixè censentur prolata. l. Balista, & ibi Bal. & Docto. ff. ad Trebellia. Barb. consi. 1. col. 29. & 30. Socin. consilio decimo. numero nono. Deci. consilio 118. numero quinto. & comprehendunt onera, quæ aliàs sub verbis simplicibus non venirent, Alexand. consilio 216. numero 25. volum. 2. Iaf. in l. 1. numero 24. ff. de lega. 1. dicens † de natura illorum verborum, omnia & singula esse vt nihil prætermittatur: glo. in c. vt circa. in verbo, Omnia & singula. de electio. in 6. Io. Crot. consi. 14. numero 15.

Nec obstare videtur rescriptum exemptionis conuentis exinde concessæ, † quia cum vniuersitas id ius habuit ex contractu, mediante pecunia non potuit Princeps ab eo recedere inuita vniuersitate, iuxta not. per Doctor. præsertim Dec. & Felin. in c. 1. de probatio. & in l. digna vox. C. de leg. & in l. penulti. C. de donatio. inter vir. & vxo. latissimè Dec. consil. 286. colum. penulti. & fina. Fel. in c. quæ in ecclesiarum. numero 51. de constitutio. Fortun. Gratia. in l. 1. num. 9. & sequen. ff. de pactis. Crot. in repeti. c. 1. colum. 7. de constitu. Iaf. consi. 105. numero tertio. Barba. in rub. de feu. colum. 2. in fin. facit dictum Bal. in l. qui se patris. colum 7. versi. hoc scias. C. vnde libe. quem sequitur Dec. consi. 286. colum. 3. verticul. vnde succedit, quod vbi Princeps aliquid concedit accepta pecunia, tunc habet vim contractus & reuocari non potest, sequitur Iaf. in consi. 1. colu. 8 7. versicu. tertio principaliter. lib. 1. † & quamuis prædicta exemptio de facto teneret, deberet tanto minus Princeps ab vniuersitate exigere, Rui. consi. 125. nu. 4. & 5. volu. 4. Boer. decis. 213. numer. 3. & fina. Calcan. consi. 101. nu. 5.

In contrarium adducitur doctrina Bart. in dicto §. fina. colum. penul. l. aut facta. versicu. certe & in veritate. post Innocen. quem sequitur ibi Anto. de Butr. colum. penulti. versi. potest etiam pati pœnam. & in c. dilectus. colum. penulti. versicu. quandoq; verò collegium. de simonia. & ibi Socin. num. 19. verticul. & si tu diceres. idem vult Felin. in c. graue. de sent. excommunic. quos refert & sequitur Carer. in d. §. circa quartum. nume. 9 350. colum. fina. † quòd quando ad puniendam vniuersitatem imponitur pecuniaria pœna, pro qua soluenda esset imponenda collecta, tunc innocentes non contribuunt, sequitur Brun. loquens in crimine rebellionis consi. 28. numero 11. Io. Mau. in repeti. l. 1. C. de mulie. & in quo loco mu. subeant. lib. xi. colum. 229. & sequen. item dicitur istos conuentus esse ciues originarios ciuitatis Vercellarum, & quoad vniuersitatem Auxiliani non numerari in numero municipum dicti loci, imò potius haberi tanquam forenses, præsertim dictæ rebellionis tempore, quo tunc erant à dicto oppido absentes, & ciuitatem habitabant, quo fit, vt deliquisse vere, vel ficte in particulari, aut in vniuerso, cum de vniuersitate non sint, dici non possint, nec rebellio dictæ vniuersitatis eos afficit. l. sancimus. cum similibus citatis in gloss. C. de pœnis. Gigas de crimi. lęs. maie. in titu. de plurib. & varijs quæstio. c. 4. numero secundo, & sequen. post Dec. consi. 64. colum. 2. & sequen. concludentes absentes & ignorantes non puniri pœna l. Iuliæ Maiest.

Secundò, coadiuuantur præmissa ex sententia prolata in fauorem ciuium Vercellensium possidentium in finibus Auxiliani, ne teneantur conferre in dictis oneribus 10 adauctis ratione rebellionis, † quæ cum transiuerit in rem iudicatam, pro veritate habetur, l. res iudicata. ff. de reg. iur. & ei standum est, l. 1. C. de re iudica. Ex ijs fundamentis diluitur argumentum, quod fit de doct. Barto.

in dicta l. fina. §. fina. numer. 6. ff. de pœnis. quia licet commissa fuerit rebellio per Auxilianenses, non debent propterea forenses, seu ciues, qui erant absentes, & non consenserunt rebellioni, puniri. Nec repugnat, quod dicitur Principis rescripto, imò contra ciu omnes & singulos possidentes, ac quæcunq; prædia, sita in solo Auxiliani esse obnoxia auctioni fogaggiorum, † quia huiusmodi Principis decretum, & conuentio semper debet intelligi saluo iure. & citra iniuriam prætudiciumue tertij. l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. laf. latè in l. fina. numer. decimonono. & seq. ff. de constitutio. Princip. post Innocen. Bal. Io. Andr. Abb. Oldrad. & Alexand. per eum allegatos, vbi inter cætera dicit priuilegia Principũ debere strictissimè intelligi, quando agitur de præiudicio tertij, & debent restringi, vt se conforment æquitati. sed honestati, & æquitati contrarium est, alteri per alterum sine causa, seu culpa iniquam & deteriorem fieri condi ionem. c. non debet. de regu. iuris. in sexto. ergo conuenti non debent odio Auxilianensium prægrauari. 11

Vel potest responderi, adducta in contrarium non procedere, quando Princeps in contrarium expressè concessisset, prout fuit in casu nostro, in quo Princeps multiplicatis rescriptis ex certa scientia eximit dictos reos à solutione dicti fogaggij. c. quamuis. de rescriptis. in sexto. dicta l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco pub. laf. in d. l. fin. numer. 33. Brun. cons. 13. num. 1. Calcan. cons. 101. numero 4. quibus rescriptis deseruit sententia prædicta in fauorem ciuium prolata.

Nec obstant verba vniuersalia posita in rescripto, videlicet omnes possidentes teneri, & omnia prædia esse obnoxia, † quia hæc verba recipiunt interpretationes, & restringi debent ad eos possidentes, & ea prædia, pro quibus quis de iure esset obligatus munera subire, vt puta de prædijs Auxilianensium, argumento l. fina. iuncta glo. 1. C. sine censu vel reliq. vbi illa dictio vniuersalis, omnes, non comprehendit possidentes prædia in Italia, cum ea sint exempta à tributis: faciunt dicta per Ruf. consilio 115. numero decimosexto. versicu. præterea, dum petitur. volum. 5. & dicit Dec. in dicto c. 1. colu. 4. versicul. sed considerandum est, de probationib. † quòd contractus Principis non extenditur in præiudicium alterius, & laf. in l. 1. nume. 22. ff. de leg. primo. subiungit, quod verba geminata accipiunt restrictionem, ne sequatur inconueniens, & absurdum, & ne quis indebitè damnum patiatur, & numero 23. quod verba quantumcunq; præcisa recipiunt interpretationem congruam, Alexan. consi. vltimo. in fin. volum. 4. faciunt quæ ducit Crauet. in consi. 221. numero primo sequen. dicit post plures, quos refert, vera quantumlibet generalia debere restringi ad æquitatem, & ne quis indebitè damnum patiatur. 12 13

Non obstat, † quòd per rescripta subsequuta non potuit Princeps tollere ius acquisitum Auxilianensibus ex primo priuilegio in vim contractus concesso, Dec. dicto cons. 286. colum. penult. & fina. quia multis modis potest responderi. Primo, quod illud procedit, quando Princeps vellet in totum primum rescriptum tollere, per Fel. in c. nouit. in octaua limita. primæ reg. paulò ante numer. 10. de iud. & in c. quæ in ecclesiarum. numer. 2. & 26. de constitu. glo. in c. à nobis de decim. idem Fel. in d. c. quæ in ecclesiarum. numero 19. de constitut. 14

Secundò potest responderi, prædicta procedere quando princeps vellet reuocare sine aliqua iusta causa, secus si esset iusta causa reuocandi. Felin. in c. nouit. numero octauo. versicu. aut vero priuilegium non stetur finibus meri priuilegij. de iudicij. & in dicto c. 1. numero 26. versicul. quinto de prædationib. & in dicto c. quæ in ecclesiarum. numero 23. in fine. Crot. in dicto c. 1. colum. versicul. sed tamen. de constitutionib. post Paul. de Castro in dicta l. digna vox. & l. si testamentum. numero quarto. C. de testibus. & plene consilio 1. numero quinto. 15

vbi fatetur verum esse, † quòd Princeps potest tollere per eum concessa etiam in vim contractus ex noua & iusta causa, & numero sexto, post Bartol. Bald. Abba. per eum allegatos, dicit, causam illam debere esse noua, vel antiquam, quam tamen Princeps ignoraret tempore factæ concessionis, & debet esse talis, quòd si Princeps sciuisset, verisimiliter non fuisset concessurus, ita aditipulatur tex. iuncta glos. & Bald. in 16 l. tale. §. fina. ff. de pactis, † quòd in contractibus attenditur id, quod verisimiliter contrahentes, si fuissent interrogati dispofuissent, & eam glossam dicit nota. & menti tenendam, laf. ibi colum. quarta. versic. in quarta. post Bal. quem refert ac sequitur, dicens procedere in leg bus, statutis, conuentionibus, & etiam in rescriptis, sequitur Dec. consilio 70. colum. secunda. & dicit

Cra

Cruet.consi.33.numer.9.post Dec. in c.suggestum. de appellationib. & Bald. ac Ias. in l. non dubium. C. de leg. quod dispositio generalis restringitur ratione tacita, & conjecturata,† & verba generalia semper debent restringi ad cogitatum disponentis.l. non omnis. ff. si cert. peta. & dispositio quantumuis generalis declaratur & restringitur secundum mentem contrahentium.l.fina. in princip. C. quæ res pigno. oblig. poss. Dec.cons. 374. numero tertio.quod maximè procedit, ne quis indebitè damnum sentiat, & sequatur absurdum. Dec. cons. 64. numero octauo. Cruet. d. cons.33. numero octauo. & d. cons. 221. numero quinto.post gloss. Bart.& Dec.in locis per eum relatis, Socin. cons.64. colum.3.versi.tertio principaliter.& generale rescriptum non trahitur ad id,quod verisimiliter non fuisset concessum,Cra.consi.163. 8 numero 4.† & talis præsumitur mens Principis,qualis est legis,& rationis naturalis,Deci.d.cons.64.numero septimo.Ias. in l. ex facto. numero quinto. ff. de vulga. & pup.per illum tex.& in l. iustitia.colum.2.vers.moueor primo.ff.de iusti.& iure. ac cons.57. colu. fin.circa medium.volum.3. sed si Illust. concedens sciuisset tempore concessionis dominos fratres fuisse absentes tempore rebellionis, & eius penitus insontes dubio procul noluisset eos teneri ad dicta fogaggia aucta ratione enunciatæ rebellionis, ne contra leges rationem naturalem & æquitatem sine causa plecterentur ob delicta aliorum,d. l. sancimus. cum similibus. C. de pœnis. C. ne filius pro patre. & C. ne vxor pro marito.l. vnica.C.vt nul.ex vicar.pro alien. vica. deb. tenea. & quod huius fuisset animi Princeps euidenter constat ex rescriptis, postea ex certa scientia concessis dictis fratribus: † exactis enim subsequentibus declaratur animus præcedens.§. pauonum. Institu. de rerum diui. Dec.cons.421.numero decimotertio.pulcher tex. in l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo.

Nec etiam ipsis fratribus nocent verba vniuersalia, seu generalia geminata dictæ transactionis, quia non potest vniuersitas se in ea fundare, cum conetur illam impugnare. c. ex eo. de regu. iur. in sexto. & dato, quod posset, non debent propterea trahi ad insolita, & inhonesta, & debent restringi ne sequatur aliquod absurdum, & inconueniens, & ne quis indebitè damnum patiatur. sed absurdissimum esset & iniquissimum, quod ipsi fratres sustinerent pœnam & damnum ob aliorum delicta: ergo dicta verba nihil contra eos operantur, ita Ias. fere in terminis in d.l.1.numer.21.& duobus sequen.ff.de lega.1. Dec.consi.355.numero 6. & ad hoc facit quod scribit Oldrad.consilio 20 148. numer. 6.† quòd nullum verbum adeò vniuersale, vel indistinctum est, quod ex consideratione debitarum circumstantiarum non debeat ciuiliter intelligi, & limitationem recipere. l.si mihi in via. §. vltimo. ff. de lega. tertio. cum alijs per eum allegatis.

Præterea dato, quod omnia onera subi- 21 re promisissent, † attamen non tenerentur pati ea onera, quæ culpa, & multo magis dolo partis euenirent, argumento tex. in l. cum proponas. & ibi Bar. Bal. & Salyc. in principio. C. de nau. feno. & l.qui insulam. §. fina. ff. loca. l. qui officij. §. fina. ff. de contrahen. emptio. Bartol. in l. sed & si quis. §. quæsitum. numero tertio. ff. si quis cau. Alexand.consi.84.colum. 2. volum.6. Anchara. cons.414. colum.2. Soci. consi.70.in fin.volum.3.Roma.singu. 29.134. & 436.Hyppol. singul.96. Cruet. consi. 95. numer. 8. Paris. consi.40.num.5. & 6. volum.1.& ex præmissis censuit Senatus conuentos non teneri ad census auctos, prætextu dictæ rebellionis.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas concessa ab oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, non trahitur ad onera imponenda ratione belli insoliti superuenientis, cum de huiusmodi bello non præsumatur cogitatum.*

2 *Clausula, rebus sic stantibus, prout stant, semper intelligitur in qualibet dispositione etiam conuentionali & iurata.*

3 *Promissio debet intelligi secundum terminum, & statũ, qui vigebat tempore promissionis.*

4 *Bona in registro vniuersitatis posita dicuntur pro oneribus, & collectis hypothecata.*

5 *Immunes, si bona sua in registro communitatis inscribi passi fuerint multò magis si collectæ ab eis exactæ sint, omni immunitate priuantur, intellige vt nu.19. & seq.*

6 *Transactio vitiatur propter defectum existentis litis, quæ exigitur pro eius substantia, nec fingere litem sufficit, sed de eius veritate constare debet.*

7 *Transactio dicitur exceptio peremptoria litis finitæ, quæ nec Principis rescripto infringi debet.*

8 *Collectas, seu onera subire sub certa forma, vel modo, pacto, aut transactione onerosa, quis se adstringere potest & nu.11.*

9 *Immunitas idem est quod indemnitas.*

10 *Onus adiectum semper facit rem minoris æstimari.*

11 *Immunitas concessa per contractum non potest à concedente reuocari.*

12 *Immunitas generalis comprehendit etiam onera belli, vbicunque de ijs saltem in genere cogitatum est.*

13 *Præsumptionum, aut coniecturarum ratio non habetur, nec de eis est quærendum, vbi sumus in expressis.*

14 *Clausula, rebus sic stantibus, prout stant, quomodo intelligatur, & quando procedat.*

15 *Tempus futurum quando cogitari potuit, saltem implicitè, tunc causa noua superueniens non operatur, vt sit recedendum à priori contractu.*

16 *Causa noua iusta dicitur, vt à contractu recedatur si de nouo superueniat, & ab initio ipso non fuerit cognita, præuideri q; non potuerit.*

17 *Vniuersalibus in dispositionibus, & in ijs, quæ possunt se habere ad augmentum, & diminutionem, commodum, & incommodum res dicitur in eodem statu.*

18 *Renuncians omni legum auxilio tempore pacis, non potest petere remissionem, si superuenerit bellum, quia stante dicta renunciatione videtur cogitasse de bello saltem in genere.*

20 *Profiteri bona aliud est, aliud eorum ratione collectas soluere.*

21 *Actum directo contrarium faciens iuri, & priuilegio suo dicitur illi renunciasse.*

22 *Immunitatis priuilegium non tollitur per solutionem factam minore spatio, quàm triginta annorum.*

23 *Transactio fieri potest non tantum lite pendente, sed etiam timore futuræ litis, etiamsi esset extraiudicialis, & de facto citra calumniam.*

24 *Transactio, quæ non valet in vim transactionis, valet in vim pacti, vbi iuramentum appositum est.*

DECISIO XCI.

Stante transactione inita inter vniuersitatē & particulares forenses, vt pro bonis territorio dictæ vniuersitatis existentibus tenerētur soluere collectas ad rationem trium cum dimidio pro quolibet centenario, an tenor huiusmodi translationis extendatur ad onera militaria, an verò cum cæteris contribuere teneantur ad æs & libram.

SVpereſt ex præfata controuersia secundus, & quidem sæpius contingens, ac difficilis articulus, an dicti hæredes teneantur subire onera militaria huius belli ad æs, & libram, prout alij Auxilianenses, an verò tantum soluere tres denarios cum dimidio p quolibet cētenario, iuxta formā transactionis? Et prima facie dici posset teneri contribuere ad æs & libram, ex communi doctrina, de qua per Alexan. Iaſ. Soci. Rip. & alios post Dy. in l. si ex toto. ff. de leg. 1. Cepol. cau. 64. & alios plures cumulatos à Natta cons. 525. num. 1. & tribus seq. post hæc scripta à me viso, qui omnes communi voto concludūt,

1 † immunitatem concessam ob omnibus oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, non trahi ad onera imponenda ratione belli insoliti, superuenientis, & incogitati, multo magis si fiat contra Principem, cum de huiusmodi bello non præsumatur cogitatum, vt latè dix. Rip. Alex. cons. 28. num. 14. & sequen. vol. 2. & cōs. 107. num. 18. & seq. vol. 3. Iaſ. post Bar. in l. sed si quis. §. quæsitum. num. 33. ff. de cautio. & in l. principalibus. col. 2. vers. est, quod exemptus. ff. si cer. pet. a Fel. in cap. sam quæ. col. 10. vers. quinta declaratio. de rescrip. Rui. consi. 4. nu. 17. vol. 5. Neuiza. cons. 66. nu. 7. & seq. latè Alba cons. 1. & cons. 34. nu. 15. post plures Docto. per eum allegatos.

2 Secundò, † quia in qualibet dispositione etiam conuentionali, et iurata semper intelligitur clausula, rebus sic stantibus, Iaſ. post Bartol. in l. quod Seruius. colum. penul. vers. ficul. circa secundum. ff. de condic. ob cau. Rub. consi. 147. numer. 3. & 4. latè Dec. cons. 335. numero tertio. cons. 408. num. 20. quem refert & sequitur Cruet. d. cons. 95. num. 4. & cons. 116. qui loquuntur in materia terrarum, Alexan. cons. 71. num. 8. volum. 5. Hippo. cons. 76. num. 31. Pariſ. cons. 24. numer. volum. 2. cons. 110. num. 25. cons. 72. num. 3. volum. 1. Gozad. cons. 27. num. 1. & 19. Alex. consi. 25. num. 7. volum. 7. Soc. cons. 27. num. 22. & cons. 123. numer. 8. volum. 4. vbi dicit

3 † quòd promissio debet intelligi secundum terminum, & statum temporis, quod vigebat tempore promissionis, Parpal. in l. placet. colum. 28. Bart. in l. vni. num. 37. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. Afflic. decis. 38. numer. 4. latè Tiraq. repetit. l. si vnquam. in præfatione. colum. 66. numer. 130. C. de reuocan. donatio. & num. 166. & seq. vbi loquitur etiam in dispositione iurata, Natta cons. 50. nu. 2. vol. 1.

Tertiò, quia dicitur conuentos, vel eorum anteceſſores profeſſos fuiſſe in regalia

4 vniuersitatis prædia antiqua ipsorum, † quæ casu iure communi censentur hypothecata pro ipsis oneribus, Pau. de Caſt. in l. inter debitorem. numero quarto. in princi. ff. de pact. Iaſ. cons. 83. colum. 1. volum. 3. vbi etiam dicit iure communi bona censeri hypothecata pro collectis. & in l. apud Iulianum. §. item numero quinto, post Bar. Bal. & Areti. ff. de lega. 1. quod etiam voluit Aret. consilio 104. Dec. cons. 285. colum. 2. in fin. Ange. in l. vnica. nu. 19. C. de mulieri. & in quo loco lib. 10. Pariſ. latè cons. 25. numer. 77. volum. 1. Rub.

5 cons. 9. numer. 7. † nam per huiusmodi professionem, & multo magis solutionem quatenus habuiſſent aliquam immunitatem illi censentur renunciasse. l. 1. & 2. in fin. C. de ijs qui sponte mu. sub. l. si adscribatum. & l. ij qui. C. de appell. pulcher tex. in l. 1. §.

qui

quis tutor. in fin. ff. quando appellan. sit. & Ang. ibi. quem referunt & sequuntur Alex. consil. 101. nu. 10. vol. 1. & consil. 136. num. 11. & 12. vol. 2. Felin. in c. cum accessissent. num. 28. de constitu. vbi Abb. colum. vlt. Ioan. Crot. consil. 64. num. 20. & 21. vbi num. 23. post Bar. Roma. Felin. & alios, quos refert, dicit, quòd per vnicum actum solutionis spontaneę amittitur immunitas.

Quartò, † non videtur subsistere dicta transactio ob defectum existentiæ litis, quæ exigitur pro substantia transactionis de cuius veritate constare debet, nec sufficit fingere litem, Angel. consil. 215. quem refert & sequitur Dec. consil. 351. num. 3. consil. 479. nu. 11. & seq. & consil. 532. num. 10. & in rub. C. de transac.

Nec obstat l. 2. C. de transac. vbi transactio fieri potest timore litis futurę, quia debet intelligi de timore litis, quadammodo instantis, & quæ sit in potentia propinqua. Dec. in d. l. 2.

Nec obstat, quod dicitur immunitatem concessam per viam transactionis subsistere, quia sicut non potuit dicta vniuersitas concedere immunitatem per priuilegium, aut alienare, ita nec transigere, vt in his terminis respondet Natta consil. 304. num. 7. & 8. Item responderi potest transactiones & cõuentiones etiam iuratas, quantumuis generales, seu vniuersales, non extendi ad huiusmodi casus incogitatos: ita respondet Alex. & alij suprà citati, præsertim Alba, qui attestatur illam esse communem, post Alex. d. consil. 28. num. 19. vol. 1. quibus addo Bauer. de virtu. iura. col. 2.

Contra verò nomine conuentorum obijcitur, non licere vniuersitati contrauenire prædictæ transactioni, † cum sit exceptio peremptoria litis finitæ. l. fratris. C. de transa. cum similibus, quę infringi non debet etiam rescripto Principis, dicti. l. causas. C. eodem titul.

Cui aduersari non videntur in contrarium adducta, videlicet, communis doctrina, de qua per Alex. Ias. Socin. & alios in d. l. si ex toto. ff. de lega. 1. cum multis modis possint tolli. Primò, † quod illa iura loquantur in immunitate simplici, & gratis concessa, nos autem sumus in pacto, seu transactione onerosa, qua conuentum est prædictos hæredes debere onera subire sub certa forma, seu modo, quod fieri potest, argumento nota. per Bartol. in l. fina. C. de anno. & tribu. lib. 11. in l. ambitiosa. num. 22. ff. de decre. ab ordi. fac. Roman. consil. 198. Alexand. in simili casu consil. 71. in fin. volum. 6. quem citat Crauet. consil. 111. numer. 27. Natta d. consil. 525. numer. 13. & quod hæc non possit dici simpliciter immunitas, apparet, † quia 9
immunitas idem est, quod indemnitas, id est sine damno, seu onere, glos. fina. in authen. item prædium. in verbo, Immunitas. C. de sacrosan. eccles. quam sequitur Alex. consil. 149. numer. 9. volum. 2. Sed in casu nostro isti conuenti tenentur soluere tres, & semissem pro quolibet centenario: ergo non possunt dici simpliciter immunes, & si dicatur, quòd habita ratione ad id, quod plus conferre circumscripta immunitate tenerentur, si contribuerent ad æs, & libram, dici posset immunitas, argument. notato. per Bal. in l. illud. colum. 3. C. de sacrosan. eccle. & Alexan. in l. si donationem. colum. 2 C. de collato. quos refert & sequitur Dec. in l. diuus. numer. 4. ff. de regul. iur. Respondetur, hoc non esse considerabile propter dubium, an ipsi obnoxij essent contribuere in dictis oneribus prætextu dictorum bonorum, cum tunc proponerentur feudalia ecclesiæ, Alexand. consil. 101. numer. 7. volum. 1. bonus text. in l. 2. ff. de iure immun. Præterea cum hæc onera se habeant ad esse & non esse, & ad plus & minus, à lege non considerantur, ex nota. per Dec. & Cagnol. in l. ea, quæ contra. ff. de regu. iur. & text. in l. sancimus. §. nos autem. in illis verbis, Incertus fortunæ exitus. C. de donat. ratione igitur dubij euentus standum est conuentioni, argumento notato. per Dec. consil. 615. circa finem. & ita reperi nominatim in terminis nostris, respondisse D. meum socerum Do. Nicolaum Balbum Præsidem, consil. 28. propediem cum alijs in lucem dando.

Et quatenus tenerentur, quod non admittitur, non tamen tanti essent ponenda in çestimo, quanti si fuissent allodialia, † cum onus adiectum, vt aliàs diximus, semper faciat rem minoris æstimari. l. eum qui. §. vltimo. ff. de in diem addic. glos. in l. generali. §. fin. ff. de vsufruc. lega. Luc. de Pen. in l. agros. colum. 3. C. de fund. limit. lib. 11. Angel. in l. precia rerum. & ibi Alexand. colum. 1. ff. ad leg. Fal. Panormi. in c. ad nostram. colum. 2. vbi etiam alij Doctores de empt. & vendit. cum infinitis concordantibus congestis per Tiraquel. de retract. conuent. in præfa. num. 20. & pluribus sequent. quibus addo Brun. de statu exclu. fœmi. 8. articu. quæst. 27. col. 3. versic. puto tamen. & colum. sequen. in fin. Dec. consil. 167. num. 2. At cum, vt suprà diximus simus in immunitate conuenta, seu concessa per contractum, non potest à com-

munitate reuocari, nec alterari, Abb conſ.35. volum.1. Alex. conſ.30. num.17. volum.5. Bart. in l. penult. ff. de decre. ab ordi. facien. quibus addo l. inter debitorem. & l. epiſtola. §. fin. ff. de pact. iuncta l. præſes. C. de tranſact. quibus ll. iunctis, patet pacto poſſe communitatem conuenire, ſeu tranſigere cum
11 priuato, ne ipſe priuatus ſoluat onera, † vel ſoluat certo modo, Dec. d. conſ.285. colum.2. & final. quem refert & ſequitur Craue. conſ. 111. num.7. poſt. Bar. Bal. Cyn. Paul. de Caſt. Socin. & Dec. per eum allegatos, concludens hoc procedere non ſolum ex conuentione, ſed ex conſuetudine ſoluendi, facit l. ſicut. C. de actio. & obliga. & l. in commodato. §. ſicut. ff. commod. & ideò vna erit limitatio ad dicta Doctorum in d. l. ſi ex toto. videlicet, quòd non habeat locum, vbi immunitas eſſet conceſſa per contractum, vel quaſi, hanc limitationem ponit Io. Bap. Seue. in repetit. l. omnes. colum. 72. ff. de iuſtit. & iur. quem refert & ſequitur, pluribus alijs relatis, Neuiza. conſ.12. vol. 6. num. 29. inter conſil. Bru. & idem Neuiza. latius conſ.66. numer. 44. & Leon. Peſs. inter conſ. Bru. conſ.117. num.145. Alciat. reſponſ.80. num.5. Paul. de Caſt. conſ.317. num.8. volum.1. facit in ſimili, quia licet immunitas conceſſa per priuilegium non tranſeat ad hæredes, vt in l.1. in fi. ff. de iure immunita. tamen ſecus eſt, ſi ſit conceſſa ex contractu, quia tunc extenditur ad hæredes, Bal. in conſ.112. de generali. num. 2. verſic. & propriè iſta immunitas. lib.2. laſ. in l. ſi ſic ſtipulatus. num.13. ff. de verbo. obligat. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe, vt patet in conſ.217. immunitas, vel exemptio per totum. lib.2.

Vel poteſt reſponderi, dato citra veri noxiam, quod prædicta communis opinio, de
12 qua in d. l. ſi ex toto. † etiam locum haberet in immunitate cõceſſa in contractu, intelligi tamen debet de ſimplici conceſsione, ſecus autem ſi fuit cogitatum in genere de bello, prout in caſu noſtro, in quo dicitur, non ſolum fuiſſe cogitatum, & expreſſum in genere de bello, vt in illis verbis, omnia & quæcunque onera ordinaria & extraordinaria, realia, perſonalia, & mixta, & in alijs verbis, dum fit mentio de cuſtodijs faciendis tempore belli, ſiue peſtis, Alexand. dicto conſ. 30. colum.1. & 2. & conſ.14. volum.5. laſ. poſt Dy. in d. l. ſi ex toto. num.3. ſed etiam in ſpecie de bello mouendo per Principem, vt in illis verbis, quod ſi contingeret Principem imponere exercitum, &c. quo fit, vt in contrarium adducta locum non habeant, cum loquantur de immunitate ſimpliciter con-
13 ceſſa, † in qua nec in genere, nec in ſpecie ſami coniectura poteſt, fuiſſe de bello cogitatum, Natta d. conſ.525. num.13. verſic. ad contraria cum in caſu noſtro fiat expreſſa mentio de bello Principem reſpiciente, non eſt ponderandum vlterius, cum ſimus in clariſſumptionibus & coniecturis. l. ille autem §. cum in verbis. ff. de lega.3. l. continuum, cum ita, in fin. ff. de verbo. obligatio. & in conueniunt dicta per Bart. in l. ſub pretextu. 2. num. 1. C. de tranſactio. & præmiſſa ſtantibus non obſtat, quòd hæc bella dicantur inſolita, cum de eis fuerit cogitatum in genere, imò & in ſpecie, vt ſuprà dictum extitit, nec nocet text. in d. l. fiſtulas. §. fin. ff. de contrahen. empt. quia dicitur probare hanc opinionem Alexan. conſ.97. num. volum.3. Dec. conſ.7. numer.6. verſic. non obſtat. & ſeq.

Nec etiam refragatur ſecundum argu-
14 mẽtum de clauſula, rebus ſic ſtantibus, quia ſanè debet intelligi, non autem ſic inſolerenter, alioquin ſubuerterentur tractuum temporis onus, diſpoſitiones, & contractus, cum ſemper poſſet allegari rem non ſic exactam, ideò Bar. in d. l. quod Seruius. num.4. propoſito exemplo de eo, qui renunciauit omni iuri, quod habet, vel habere ſperat, ita qua renunciatione neceſſariò intelligenda eſt clauſula, rebus ſic ſe habentibus, exponendo dicta verba, hoc eſt, ex aliquo iure, quod eſt de præſenti in re, vel ſpe, docens nos debere intelligere rem dici nunc extare, prout tabat tempore diſpoſitionis, quotiens dum idem ſtatus, vel tempore diſpoſitionis, tem fuit cogitatum, vel cogitari potuit tempore futuro, hoc ſentit Bar. in exemproposito, dum dicit, Oportet enim imgi rebus ſic ſe habentibus, hoceſt, ex aliqo iure, quod eſt de præſenti, re, vel ſpe, & rius hoc declarat Roma. conſ.22. col.1. verſ. ſecundò, quia etſi paciſcar. vſque ad verſic.
15 concludo ergo. † vbi dicit clauſulam, rebus ſic ſtantibus locum habere in diſpoſitione ſimpliciter facta, ſecus quando eſt cogitatum de iure futuro, de quo ſaltem implicite cogitari potuit, quia tunc cauſa noua ſuperueniens non operatur, vt ſit recedendum a priori contractu, & Roma. ſequitur Baue. de virtu. iuramen. num. 72. verſic. tertiò deduco. idem ſentit Gozad. d. conſ.27. num.8. videturq; de mente Dec. d. conſ.335. num.3. & his adſtipulatur Rui. conſ.105. in fin. vol.5. poſt Bar. Bal. Ang. & Imol. per eum allegatos, dicens, † nouam cauſam dici iuſtam,
16 de nouo ſuperueniat, & ab initio ipſo non fuerit cognita præuideriq; non potuerit,

adduc

adducit l. si is, à quo, quam non puto eum allegare voluisse, sed l. plane. quæ est lex sequens. in verbo, Inopinatę. ff. vt in posse. leg. seu fideicom. causa esse hic. & hac responsione, & declaratione ad prædictam clausulam, rebus sic stantibus vsum fuisse reperi Nattam d. cons. 525. num. 18. & seq. & lætatus sum in doctissimi viri responsionem conuenisse: quam pariter firmat Alciat. quem post hæc scripta legi respons. 137. colum. 2. versic. & quod isto intellecto. & in respon. 80. num. 4. vbi dicit istam clausulam non subaudiri in contractibus, quod tamen pro cõstanti non admitto.

Responderi etiam potest, † quod in dispositionibus vniuersalibus, & in ijs, quæ possunt se habere ad augmentum, & diminutionem, commodum, & incommodum, res dicitur in eodem statu, argumen. l. grege. ff. de leg. 2. quam ad hoc citat Sigismundus in suo tracta. paraphrases feuda. col. 18. vers. nono, quia dispositio. post Oldra. cons. 231. col. 1. his conueniunt adducta per las. in l. 1. num. 98. C. de iure emphy. † quod conductor tempore pacis, si renunciauit omni legum auxilio, non potest petere remissionem etiam si superuenerit bellum, quod est ea ratione, quia stante dicta renunciatione videtur cogitasse de bello futuro, saltem in genere. sed in casu nostro fuit non solum cogitatum, imò & expressum de casu belli contra dominum: ergo non militant adducta in contrarium.

Nec obstat, † professio bonorum in cathastro communi, & solutio aliquando facta, cum multipharię possit responderi. Primò, quòd non concludenter appareat de huiusmodi professione, & solutione à conuentis, seu eorum antenatis. Secundò, dato, quòd de eis legitimè constaret, dicitur professionem & solutionem non fuisse factam ab ipsis fratribus, seu eorũ antecessoribus, saltem spontaneè, quo casu non noceret, ita in terminis nostris respondet Rui. cons. 111. num. 20. & sequent. vol. 5. Roman. cons. 252. in fin. Tertiò, admisso, quod ab eis fuisset sponte facta professio, non propterea videntur renunciasse transactioni, cum hæc non repugnent, scilicet bona esse descripta in æstimo, & tamen non teneatur soluere, nisi tres cum dimidio in quolibet centenario, argumen. tex. in l. fina. §. diuus. ff. de publica. † vbi licet pro rebus, quas quis vsus sui causa ducit, non teneatur vectigal soluere, attamen debet ea profiteri, & alludit reg. l. non hoc. C. Vnde agna. Accedat, quòd professio erat maximè necessaria in casu nostro, stante forma transactionis, vt sciri posset, quæ bona in futurum acquirerent, cum pro illis contribuere
21 deberent ad æs & libram: † iura enim in contrarium adducta loquuntur, quando quis faceret actum directo contrarium iuri suo, puta, si exemptus à solutione collectarum sciens pateretur se scribi in libro exactoris collectarum, & in proposito nostro, si immunis à professione profiteretur. nam tunc ex professione veluti actu contrario censeretur renunciare iuri suo, ita declarat Felin. in d. c. cum accessissent. num. 30. de constit. Dec. cons. 638. num. 11. posset etiam & quarto responderi, prout respondet Abbas cons. 94. volum. 1. Alexand. cons. 193. num. 8. & 9. volum. 2. post Pet. Cyn. & Bart. per eum allegatos, & per text. in l. 2. & 3. C. de ijs, qui
22 spo. mune. sub. lib. 10. videlicet, † quod per solutionem factam minori spacio, quàm triginta annorum, non tollitur priuilegium. & latius idem Alexand. cons. 33. ponderatis his colum. 1. & sequent. lib. 5. las. cons. 25. quæstio vertitur. num. 2. lib. 3. Gram. respon. 61. num. 45. lib. 1. Guid. Pap. quæst. 387. latè Natta post hæc scripta visus cons. 446. num. 16. & pluribus sequentib. Nec id, quod dicitur bona in æstimo professa esse tacitè hypothecata pro collectis, est vndequaque tutum, ex ijs, quæ scribit Bal. de pace constan. colum. 5. in verbo, Munitionibus ciuitatis. num. 30. post Archid. & Io. And. per eum allegatos, quem simpliciter refert Alex. cons. 52. in fin. volum. 5. quod pro collectis extraordinarijs bona non censentur hypothecata cum incertæ obligationi hypotheca accedere non possit, nisi dicas incertitudinem reduci ad certitudinem, quando imponuntur, seu inducuntur collectæ, Paul. de Cast. in d. l. Imperatores. ff. de public. & in d. l. inter debitorem. num. 4. in fin. ff. de pact. quem refert & sequi videtur Cagno. in l. 2. num. 225. C. de pact. inter empt. & vendit. vers. sed respondet Baldus. vbi citat cons. Bal. 148. lib. 1. Brun. cons. 94. num. 3. concludens post Panorm. Roman. & Alex. professionem in registro non obligare, nisi personam profitentem, quod etiam dicit Natta consil. 328. num. 2. conuenit l. censualis. vbi Docto. C. de donatio. Alciat. respon. 168. nu. 5. & seq. vbi dicit, omnes ita tenere, proinde esse communè opinionem, quam etiam tenet Alex. cons. 77. num. 11. vol. 6.

Non obstat defectus existentiæ litis, quia
23 † timore litis futuræ etiamsi esset extraiudicialis, & de facto citra calumniam fieri potest transactio. l. 2. C. de transactio. vbi Bar. communiter Doct. Alexan. cons. 11. num. 10.

& cons.

& conſ.222.num.12.vol.2.& conſ.20.num.3. vol.3. Dec. d. conſ.331. num.3. dicens, tranſactionem ſubſiſtere, ſi lis timeatur ex probabili cauſa, Ioan. Bap. à S. Seuer. in tracta. de tranſact. queſt. 1. vbi concludit non attendi iuſtitiam, aut iniuſtitiam cauſæ principalis, quoad validitatem tranſactionis, ſed ſufficere tranſactionem eſſe factam metu litis etiam futuræ & de facto, non de iure: ſed in caſu propoſito, non ſolum probabilis, quin imò vera videbatur cauſa tranſigendi, cum bona, quorum occaſione tranſactum fuit, proponerentur à tranſigentibus feudalia ec-
24 cleſiæ. Ergo iuſta fuit cauſa tranſigendi, † & quatenus non valeret in vim tranſactionis, valeret ſaltem in vim pacti attento iuramento ſecundum magis cõmunem opinionem, de qua per Curt. lun. in d. l. 2. nu. 6. & 7. poſt Bart. in l. ſi quis maior. num. 9. C. de tranſact. Alex. d. conſ. 11. num. 8. & 9. & hanc opinionem veluti iuri naturali & rationi conſentaneam, l. 1. ff. de pactis. ſequutus Senatus cenſuit tranſactionem eſſe obſeruandam abſoluendo conuentos à petitis.

SVMMARIVM

1 *Compenſatio opponi poteſt aduerſus exequutionem rei iudicatæ.*
2 *Iuramentum oppoſitum promiſſioni ſoluendi debet impleri in forma ſpecifica, & obligat præciſè ad factum, quod procedit, vt num. 27.*
3 *Conditio, etſi impleri debeat in forma ſpecifica, tamen quando qualitas, ſeu ſolutio eſt in conditione, dicitur adimpleta, ſi iuſſus dare compenſet.*
4 *Soluiſſe quis dicitur, ſi per eum non ſtet, quo minus ſolutio fiat.*
5 *Iuramentum ſemper habet illam tacitam conditionem quam habet actus, vel obligatio, cui interponitur.*
6 *Iuramentum non auget obligationem, ſed tantum addit vinculum religionis.*
7 *Promiſſio dandi, ſeu ſoluendi habet à iure tacitam conditionem, vt promittens liberetur, ſiue compenſando, ſiue ſoluendo.*
8 *Iuramentum non includit caſus, quos diſpoſitio non includit, ſuper qua interponitur, nec etiam excludit caſus, quos diſpoſitio non iurata includit.*
9 *Iuramentum recipit interpretationem à iure communi. Iurans reſidere ſatisfacit iuramento, ſi reſideat fictè. ibidem.*
10 *Abſens ex iuſta cauſa pro præſente habetur.*
11 *Compenſatio ficta ſolutio dicitur. & num. 14.*
12 *Statutum ſtrictè debet intelligi, & in caſu vero, non autem in ficto, ſi tamen loquatur in ſolutione, verificatur in compenſatione.*
13 *Caſus veriæ, & caſus fictus, quando à iure æquiparantur, diſpoſitio loquens in illa materia ſic interpretatur in caſu vero, ſicut in caſu ficto.*
15 *Per æquipollens quando impleri poſſint, quæ requirunt formam ſpecificam.*
16 *Compenſatione oppoſita an tollatur debitum & obligatio.*
17 *Iuramentum & res iudicata æquiparantur, & obligant præciſe ad factum, habentq; exequtionem paratam.*
18 *Soluere etiamſi quis iureiurando promiſerit compenſare poterit iuramento non obſtante, ſecundum opinionem, & ſequacium, qui teſtantur de communi.*
Contrarium tamen, quod imò non liceat compenſare, tenent plures relati, nu. 26. qui æquè communem traditionem, & quarum verior. num. 33.
19 *Iuramentum eius eſt virtutis, vt quis poſſit cogi præſtare ad factum, etiamſi contineat turpitudinem ex parte recipientis.*
20 *Difficultas excuſat iurantem à periurio.*
21 *Iuramentum nemo poteſt ſibi propria auctoritate mutare etiam in melius. ſecus auctoritate legis. nu. 31.*
22 *Iuramentum, quod poteſt ſpecificè ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ ſeruandum eſt, etiam ſi ſit damnoſum. intellige vt num. 30.*
23 *Iuramentum operatur, vt actus valeat omni meliori modo, quo poteſt valere, quod declarabis, vt num. 31.*
24 *Teſtator præcipiens hæredi, vt opus aliquod faciat de vtilitatem reipublicæ, nõ eſt audiendus, ſi pecunias reipublicæ offerat, vt ipſa faciat, quas cogitur facere factum.*
25 *Condemnatus per ſententiam ad factum, tenetur præciſè ad illud, nec liberatur ſi vellet ſoluere non eſſe.*
28 *Solutionis appellatione an veniat tantum numerata & de intellectu l. ſolutam. ff. de ſolu. nu. 29.*
32 *Induſtria perſonæ vbi electa eſt. quis non liberatur ſoluendo intereſſe.*
34 *Compenſatio quando admittatur, vbi quis præciſè ſoluendum iuramento ſe obligauit, notabilis diſtinctio.*
35 *Compenſatio loco ſolutionis admittitur, etiam ſi quis ſe ad ſoluendum præciſè aſtrinxit, vbi procedit æquitate, & ſola facti veritate inſpecta.*
36 *Liquida eſſe, & breui tempore liquidanda æquiparantur.*
37 *Compenſatio an in cauſa appellationis admittatur.*

DECISIO XCII.

An compenſatio opponi poſsit ab eo, qui ſpontaneam ſubiuit condemnationem, & intra certum terminum ſoluere cum iuramento creditori promiſit.

FRanciſcus Varlenus Nicea oriundus publico inſtrumento confeſſus eſt, ſe eſſe ex cauſa mutui debitorẽ Bartholomæi Tonduti aureorum ducentorũ, quos iureiurando promiſit ſoluere certis terminis, conſtituit nominatim, vt moris eſt, procuratores ad confitendum debitum, & ſubeundum condemnationem, quibus terminis ſolutionis ſtatutis elapſis, citato, ſeu præſente vno

proc

procuratoribus constitutis, ac debitum confitente petijt creditor Varletum condemnari ad solutionem prædictæ summæ, quem iudex attenta procuratoris confessione condemnauit, & vt intra decimum diem solueret, præcepit. Quibus præteritis adijt iudicem debitor, petens condemnationem nullam declarari, quam iudex partibus auditis censuit esse exequendam. hinc Senatum appellauit debitor, & in causa appellationis compensationem opposuit.

Quæritur, an audiri debeat? & quia quæstio hæc dubitabilis est, etsi à pluribus tacta legatur: attamen, vt innotescat veritas argumenta hinc inde proposita quibusdam additis repetam, deinde calculum Senatus addam. Partem igitur affirmatiuam tueri videtur text. in l. 2. in fin. C. de compens. quo tauetur † compensationem posse opponi aduersus exequutionem rei iudicatæ, & ibi Doctores communiter, & in c. suborta. præsertim Felin. num. 7. post glos. de re iudic. & in c. cum Ioannes. colum. fina. de fide Instrumen. Rebuf. in suis commenta. tom. 1. tit. de liter. obliga. glo. 9. num. 39. Paris. cons. 121. numer. 18. volum. 1. Afflict. decision. 121. num. 3.

Nec videtur obstare iuramentum adiectum promissioni soluendi, † quod debet impleri in forma specifica, & obligat præcise ad factum. c. debitores. & c. ad nostram noueritis. de iureiuran. ergo si non potest satisfieri per æquipollens, nec etiam per compensationem poterit: quia ad hoc respondetur, † conditionem etiam debere impleri in forma specifica. l. qui hæredit. & l. Mæuius. ff. de condic. & demon. & tamen quando qualitas, seu solutio est in conditione, dicitur adimpleta conditio, si iussus dare, compenset. l. si peculium. §. 1. ff. de statu. lib. vel accepto ferat. l. si fundum. §. Titio. ff. de lega. 1. ergo idem dicendum videtur in promissione iurata.

Secundò, † iurans dicitur adimplere promissionem, si per eum cui dandum, vel soluendum est, ster, quo minus detur, vel solutur. l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. sed per eum stare dicitur, quando in aliquo ei tenetur, à quo recepturus est, & eidem non soluit. l. 3. §. 1. versic. inde quæritur. ff. de statu. libe. l. Iulianus ait. ff. de condi. & demonst. & ibi Socin. colum. 1. in fin. ergo soluisse, qui compensat dicitur. & ijs rationibus motus hanc opinionem tenuit Barto. in l. amplius non peti. colum. fin. versic. ego tuto. ff. rem ra. hab. quem referunt & per eandem rationem sequuntur Moder. Paris. in consuetu. Parisien. §. 13. glos. 7. quæstion. 10. versicul. vnde etiam, qui iurauit soluere, vbi dicit, hanc esse veritatem quicquid dicant Canonistæ. in c. ad nostram. 1. de iureiurand. & istud non esse iniquum, sed iustum & rationabile.

5 Tertiò, † iuramentum semper habet illam tacitam conditionem, quam habet actus, seu obligatio, cui interponitur. c. quemadmodum, & ibi glos. in verbo, Conclusio, de iureiuran. l. fina. C. de non nume. pecun. not. in l. si vnquam. C. de reuoc. don. quæ etiam
6 haberet locum in donatione iurata, † nec auget obligationem, sed tantum addit vinculum religionis, Dec. cons. 350. num. 2. & cons. sequent. colum. fina. post Oldra. Angel. Roman. & Aretin. & cons. 408. num. 7. & sequent. Bertrand. cons. 28. numer. 10. & cons. 63. num. 7. volum. 1. Paris. cons. 95. num.
7 35. vol. 3. † sed promissio dandi, siue soluendi habet à iure tacitam conditionem, vt promittens liberetur, siue soluendo, siue compensando d. l. si peculium. §. 1. ergo eandem qualitatem debet habere iuramentum super huiusmodi promissione interpositum, & hoc comprobatur ex communi conclusione, de qua per Bar. & Doctor. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. relata per Socin. cons. 70. num. 6. & cons. 103. num. 2. volum. 3. Dec. in l. non omnis. num. 11. post Angel. Oldra. & Roma. per eum allegatos. ff. si cert. petat. & alij cumulati à Tiraquel. in repet. l. si vnquam. in præfatione. num. 149.
8 & 165. † quod iuramentum non includit casus, quos dispositio non includeret, super qua interponitur: ergo nec etiam debet excludere casus, quos dispositio non iurata includit, argum. d. l. si vnquam. & l. fin. C. de non nume. pecun.

9 Quartò, defenditur hæc opinio, † quia iuramentum recipit interpretationem à iure communi, Barba. cons. 43. colum. 9. in fin. volum. 2. & c. ex parte tua. de cle. non resid. vbi iurans residere, satisfacit iuramento, etiamsi resideat fictè, vt si abest gerens ne-
10 gocium vtile ecclesiæ, † cum tunc veluti ex iusta causa absens habeatur pro præsente. c. ad audientiam. eodem titu. l. Seiæ. §. Pamphilæ. ff. de fund. instruct. cum alijs cumulatis per Roman. cons. 263. & sequent. sic in casu nostro, iurans soluere, debet censeri fa-
11 tì fecisse iuramento, si compenset, † cum compensatio sit ficta solutio. l. si debitor. ff. qui pot. in pigno. habe. d. l. si peculium. §. 1. ff. de statu. lib. Bar. in d. l. amplius non peti. colum. 3. versic. venio. ff. rem rat. habe. Felin. in d. c. suborta. num. 2. Dec. in c. cum inter,

col.

col.antepenult.de exceptio.Pariſ.d.conſ.121. num.19.vol.1.

Quintò, hanc concluſionem comproba-
12 re videtur, † quod dicitur ſtatutum debere ſtrictè intelligi,& in caſu vero,non autem in caſu ficto,vulgata l.3.§.hæc verba.ff.de nego. geſt. laſ. in l. Gallus. §. quod ſi is.num.15.ff. de libe. & poſthum. Roman.conſ.405.col.1. ſic & iuramentum, & tamen ſtatutum prohibens opponi aliquam exceptionem exceptæ ſola exceptione ſolutionis, non prohibet opponi exceptionem compenſationis. Alexan.conſ.12.num.15.vol.2.quem refert & ſequitur Felin.in d.c. ſuborta.col.2.de re iud. citans Ang.conſ.130. quod tamen eſt 132. allegans quoque Alex. conſ.154. ſed puto eſſe conſil. 12. ſuprà adductum. adducit pariter Paul. de Caſtr. conſ. 64. quod mihi eſt in ſecundo volum. conſ. 66. idem tenet laſ.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.col.6.verſ.hinc notabiliter. ff. de pact. Anto. Petrutia in repetitio.l.1.effectu 28.ff.de iureiur.Hyppo.ſing. 208. compenſatio. nu. 2.verſ. & teneas menti.Bauer.de virtu.iuramen.verſic.33. & ratio eſt, quia compenſatio non eſt propriè exceptio,& qui obijcit compenſationem non dicitur propriè excipere, Bar. in l. 2. num.3.ff. de exceptio. cum pluribus concordantibus ibi traditis in poſtil. Bal.in l. final. colum.3. verſic.aut non eſt mera defenſio , ſequitur Felin.in d.c. cum Ioannes. colum. fina. verſ. & dicit Bal.de fide Inſtrumen.quod non obſtante tali ſtatuto opponitur compenſatio. Ergo idem videtur dicendum non obſtante iuramento.

13 Sextò,hæc confirmatur,† quia quando à iure caſus verus , & caſus fictus æquiparantur, diſpoſitio , loquens in illa materia,ſic interpretatur in caſu vero,ſicut in ficto, ita ſingulariter notat Felin. in c. at ſi clerici. colum.3. circa fin.verſ.& nota.de iudic. per text. in d. c. ad audientiam. qui loquitur in conſtitutione iurata,& in c.cum dilectus. de cleri. re-
14 ſiden.† ſed à iure æquiparantur ſolutio vera, id eſt numeratio nummorum , & compenſatio , d. l. ſi debitor. verſicu.nihil intereſt.ff. qui poti. pigno.habe. & d.l. ſi peculium. §. 1.ff.de ſtatu lib.l. Iulianus.ff.de condi. & demonſt. ergo diſpoſitio etiam iurata loquens de ſolutione, debet pariter de compenſatione interpretari: & huic argumento alludit ſubſequens.

Nam promittens amplius non petere intelligitur promittere etiam, non compenſare, quia compenſatio eſt ficta petitio. d.l. amplius non peti. verſic. nam & ſi.vbi Bart. num. 8, & iurans non petere , intelligitur etiam iuraſſe non compenſare: ergo ad caſum fictum porrigitur iuramentum. Nam ſicut ille dicitur ſoluiſſe, qui quoquo modo liberatus eſt ab obligatione, cum magis ad ſubſtantiam obligationis referatur ſolutionis verbum, quàm ad nummorum numerationem.l.ſolutionis.ff. de ſolutionib. qui promittit ſoluere,debet intelligi de quacunque ſolutione , per quam ab obligatione liberatur.l.4.§.ſoluiſſe.ff.de re iudic.

15 Septimò, adiuuatur hæc opinio,† quia vbi per actum æquipollentem inducitur idem effectus ipſo iure, tunc iuramentum, & alia quæ requirunt implementum in forma ſpecifica poſſent impleri per æquipollens, ſicut exceptio compenſationis à parte oppoſita ad eundem effectum liberationis ipſo iure operatur , ſicut numeratio, d. l. ſi debitor. verſic. nihil enim intereſt, ſoluerit , vel compenſauerit. ff. qui pot. in pigno. hab. & argumento l. ſi mulier. ff. de condic. ca. Dec.& Cagno. in l. ſi quis obligationem. 4.ff.de reg.iur.ergo iurans ſoluere poſſe implere iuramentum per æquipollens. argumento vtitur Aretin. conſ.84. colum. quem refert & ſequitur Tiraquell. in repet. l. ſi vnquam.in verbo, Reuertatur. num.
16 C.de reuoc.dona. & licet Aret. dubitet,† ipſo iure compenſatione oppoſita tollitur debitum : attamen iſta eſt communis opinio, pro qua eſt tex. Inſtitu. de actio.§. inænæ fidei.& ibi gloſ. in verbo, Ipſo iure, quæ ſequitur Aret. colum. 5. verſic. tertio principali , latè laſ. num.77. & tribus ſequentibus dicit eſſe cõmunem opinionem,quod compenſatione oppoſita tollitur obligatio ipſo iure, Dec. in d. c. cum inter.col.pen. & deciſ.121.num.1.& 4.

17 Octauò, pro hac opinione vrget, † iuramentum , & res iudicata æquiparantur l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudic. l. & admonendi. in fin. ff.de iureiuran. & vbi Barto.ac Docto. & ſicuti ſententia iuramentum obligat præciſè ad factum, & habet exquutionem paratam , ita & ſententia, & contra. laſ. latè poſt Bar. in l.2.ff. de action. & in §. item , ſi quis poſtulante. num.2. & 87. & §. actionum. & Gomeſ.in d.§. item, ſi quis poſtulante. num.2. Inſtitu. de actio. Viui. in ſuis commun.concluſ.in verbo, Iuramentum iudiciale. latè Tiraq. in repet. l. vnquam. verſic.donationi largitus. nu.104. & ſeq. ſed condemnatus ad ſoluendum, & in ipſa executione poteſt compenſare, d.l. C.de compenſa.vbi Bal.Salyc.& Felin. in ſuborta. colum.2. verſic. exceptio compenſationis. poſt Abb. ibi de re iudic. Alexan. con

consil.95.numer.2.versicul. & per hoc patet. volum. 4. cum alijs suprà notatis, Socin. in dicta l. Iulianus. colum. 3. vers. tertio quærit Bartol. ergo idem in iuramento concludendum.

Nono confirmatur hæc opinio auctoritate Barto. in d. l. amplius non peti. circa fin. versicu. ego puto, quem ibi sequitur Angel. Paul. de Cast. Fulgo. & Io. Fab. Institu. de actio. §. in bonæ fidei. colum. 4. versicu. quid ergo dicet. & ibi Io. de Plat. colum. 1. Alexan. consil. 12. colum. fina. versicu. non obstat sexto argumentum. volu. 2. Barba. consil. 43. colum. 10. in prin. versicu. & facit. volum. 2. post Anchara. in c. statutum. §. si quidam. de rescrip. in sexto. Roma. in l. eum qui. §. 1. ff. de iureiuran. Capel. Tholos. quæstio. 139. & ibi Aufrer. in additio. Bal. in dicto c. ad nostram. versicu. quæro an qui iurauit. & ibi Abb. colum. 3. numero tertio, † dum dicit opinionem Bartoli procedere generaliter, & rectè intuenti videtur de mente Innocentij ibi. Aflic. decisio. 121. num. 4. & 5. Marc. Anto. Bauer. de virtute iuramen. versicu. trigesimo tertio. loquens sub dubio. allegatur Imol. in l. 2. §. penultimo, colum. fina. ff. de donationib. Tinda. in tractatu de compensatio. articulo 7. numero decimotertio. vbi dicit opinionem Bartoli esse de iure stricto veriorem pro qua iudicatum fuisse dicit Capi. decis. 167. licet dicat ordinatum fuisse, sententiam Magni Concilij debere exequi propter decretum regium, quo disponitur sententiam sacri Concilij debere exequi: ergo cessante dicto decreto potest opponi exceptio compensationis. Hanc enim opinionem sequuntur Moder. Paris. in consuetud. Parisien. loco suprà citato, vbi se remittunt ad dicenda in §. 74. sed est titu. 2. §. 62. quæstio. 5. numero 20. vbi in turbam canonistarum, vt ipsi dicunt, contrarium tenentium, acerrime inuehuntur, & latè circa intellectum d. c. ad nostram, insistunt. eandem tenent in tracta. vsura. numero 322. versicul. ampliant communiter legistæ, Augusti. Berous diserte post hæc scripta habitus in c. 1. num. 68. & sequen. & nume. 78. de vsuris. Alcia. respons. 393. nume. 3. dicens opinionem Barto. videri communem.

In contrarium verò pro opinione negatiua vrgere videtur tex. in dicto c. ad nostram. de iureiuran. vbi qui iurauit non inferre molestiam in prædijs pignori datis, donec soluerit, non potest opponere compensationem ratione fructuum perceptorum, per creditorem in prædijs pignori datis, sed debet ante omnia soluere, & sic obseruare iuramentum in forma specifica.

19 Secundò, † quia propter iuramentum potest quis cogi præcisè ad factum. c. querelam. vbi Butri. ne prælati vic. suas. & alij cumulati à Brun. consil. 81. num. quarto. etiam si contineat turpitudinem ex parte recipientis dicto c. debitores. glos. communiter approbata in l. si pecuniam. in verbo, Necesse. ff. de condic. cau. data. quam dicit notabilem & singularem Iaf. Institu. de actionib. §. actionum. numero 47. & §. item si quis postulante. numero decimotertio. & ibi latè Gomes. numero septimo. in principio. colum. quarta. Felin. in c. 1. numero tertio. versicul. tertio fallit. in c. cæterum. numero quinto. de iudic. in c. fina. colum. 9. versicul. quinto fallit, de foro competen. in c. veniens. numero secundo, de testi. & in d. c. ad nostram. colum. 3. versicul. & pro hac parte. post Bal. Abba. Anchara. Butri. & Imol. per eum allegatos. Barba. in additio. ad Abb. in d. c. veniens. in additione magna. colum. 1. de iure iuran. & concordat tex. in c. fin. ne præla. vic. suas.

Tertiò, pro hac opinione adducitur Felin. in d. c. ad nostram. colum. fina. in fin. tex.
20 in c. breui. de iureiuran. † vbi difficultas excusat iurantem à periurio: ergo à contrario sensu cessante difficultate, debet cōpelli iuramētum obseruare.

21 Quartò, † quia nemo auctoritate propria potest sibi iuramentum etiam in melius commutare. c. peruenit. el 2. & ibi Felin. numero primo. de iureiuran. Natta consil. 368. numero quinto. post Felin. in d. c. ad nostram. sed velle iuramentum obseruare in alia forma, quam in ea, in qua est iuratum, & sic compensare, idem est, ac commutare iuramentum de vno in aliud, quod non licet: ergo iurans soluere, vt Deo (cui iuratur, dicto c. debitores) satisfaciat, debet præcisè soluere: hoc argumento vtitur Felin. in dicto c. ad nostram. in fine. dicens se illud à nemine audiuisse.

22 Quintò, † quia iuramentum, quod potest specifice seruari sine interitu salutis æternæ, etiam quod sit damnosum debet obseruari. c. cum contingat. de iureiuran. & c. 2. de pactis. in sexto. c. licet mulíere. de iureiuran. in sexto, Brun. dicto consilio 89. numero 6. & sic iurans soluere, debet præcisè soluere, & non compensare, etiam quod damnum ei afferat.

23 Sextò, † quia iuramentum operatur, vt actus valeat omni meliori modo, quo valere potest, l. cum pater. §. filius matrem.

ff. de legat. 2. quem tex. dicit non esse alibi, Matheſi. singu. 56. nota hanc regulam. & ibi Gabr. Saray. in additio. infinitos concordantes adducens. sed in casu nostro promissio potest adimpleri in solutione: ergo iuramentum operatur, vt in ipsa solutione adimpleatur.

Septimò adducitur tex. in l. fideicommissa. §. fina. ff. de lega. 3. † vbi iussus in testamento opus facere ad vtilitatem, seu decus reipublicæ non est audiendus, si paratus sit dare pecuniam reipublicæ, vt ipsa faciat, cum testator per ipsum id fieri voluerit, si ergo fauore, vel vltimæ voluntatis, vel reipublicæ, quis ad factum præcisè cogitur, multo magis fauore animæ, quę afficitur iuramento, & cunctis rebus est prę ferenda. l. sancimus. C. de sacrosanct. eccl.

24

25 Octauò, † sententia & iuramentum æqui parantur dictæ l. 2. & l. sed & si possessor. §. si cum hæreditate. ff. de iureiuran. sed condemnatus ad factum tenetur præcisè ad factum, nec liberatur, si velit soluere interesse, glo. in l. quod restituetur. in verbo, condemnãdus. ff. de rei vendic. & ibi Bal. & Ange. Iaſ. in §. actionum. nu. 48. Instit. de actionib. & condemnatus soluere, debet præcisè soluere, id est numerare, cum soluta pecunia propriè dicatur, si naturaliter fuerit numerata. l. solutam. ff. de solut. ergo multo magis vbi interuenit iuramentum cum sententia, debet quis cogi præcisè soluere, vt latè concludit Iaſ. consi. 9. & duob. seq. vol. 1.

26 Nonò, † hanc opinionem tenuerunt Doctores relati à Iaſ. in l. eum qui. §. si iurauero. numero secundo. & pluribus sequentibus. ff. de iureiuran. vbi dicit Bart. in dicta l. amplius non peti, esse communiter reprobatum, quam opinionem etiam tenuerunt alij collecti per Tiraquel. de retractu, in verbo, A payer. §. 3. glo. 3. num. 6. & de leg. connub. post leges in verbo, Epres. glo. 5. numer. 182. quibus addo Alexan. consi. 57. colum. 5. numer. 21. & 23. dicens istam esse communem opinionem, Iaſ. in d. l. si conuenerit. numer. 4. & sequen. ff. de iurisd. om. iud. & d. consil. 9. numer. 10. & 11. volum. 1. & apostillam magnam ad Abb. in. c. veniens. de iureiuran. vbi dicit hanc esse communiter approbatam, Bellenz. in addit. ad d. c. ad nostram. post Bartol. quem refert in dicta l. amplius non peti. & in l. Iulianus, in fin. ff. de condi. & demonstra. ac Baldum in l. generaliter. colum. 2. C. de episco. & cleri. Boer. consi. 14. numero octauo. & sequen. Neuiza. consi. 62. numero 26. & seq. D. Rollan. à Valle Præsidem Mõtis ferrati meritissimum consi. 6. numero 31. cui tamen deest dictio Non, Pariſ. d. consilio 121. num. 39. vol. 1. Nat. consi. 54. qui communem esse etiam attestatur: hanc etiam cre[illegible]rem & veriorem dicit Io. Crot. consi. 139. numero sexto. dicens opinionem Barto. communiter damnatam, post Aret. quem refert in consi. 100. sed est 99. longitudo. colum. versicu. veruntamen, quia alia opinio. adde etiam Catel. Cott. in memorali incipien. Iuramenti religio. colum. 2. versicu. & tertium. Moder. Veronen. in additio. ad Matheſi. singul. 36. numero 13. & ad singul. 54. Corset. de iureiuran. quæstio. 8. de iuramen. prim. leg. numer. 39. versicu. ego dicerem opinionem Barto. Cremo. singu. 117. naturale debitum, post Bal. quem refert in l. 2. colum. 3. ff. de iureiuran. Viui. in suis communi. opinionibus, in verbo, Compensatio, & in verbo, Iuramentum iudiciale, versicu. promittens soluere. affirmans etiam hanc esse communem opinionem Bapt. Villalob. in sua communi. opinio. litera l. numero 127. innuendo hanc negatiuam opinionem, quam plerique Doctores attestantur esse magis communem, responde ad contraria, vna additione magna ad Ab. in d. c. veniens. per Felin. in d. c. ad nostram. & Iaſ. in dicta l. si conuenerit. sin vero affirmatiuam opinionem velis tueri.

Non obstat d. c. debitores. de iureiuran. quia ibi iurans nullomodo poterat implere iuramentum per æquipollens, ideo nimirum si præcisè cogitur soluere vsuras.

Nec aduersatur tex. in d. c. ad nostram 27 † quia omissis alijs pluribus solutionibus quæ per Doctores afferuntur, illa est vera & communis, ibi ideo non posse ogi[illegible] compensationem, quia tempore, quo [illegible]tes mutuum acceperunt, prædia credi[illegible] dederunt in pignus, iurantes molestia[illegible] inferre nolle in dictis prædijs pignori[illegible]tis, donec mutuam pecuniam soluissent, & sic tacite videntur iurasse, fructus quos sciebant creditorem percepturum, non petere, siue non compensare, nisi soluta pecunia, quo fit, vt iuramentum dicatur super compensatione interpositum, ita respondit Abb. in dicto c. ad nostram. colum. tertia. in fine. versicu. sed opinio nostrorum Doctorum. & est de mente glos. in verbo, Pecunia persoluatur. versicul. sed isto casu. & Innoc. circa fin. versicu. item etiam si creditor ageret. Imo. in 1. & 2. notab. vbi dicit, quod forma specifica in casu illius c. erat, vt non fieret compensatio, donec pecunia soluerentur. & colu. seq. vers. in glo. persoluatur, dicit hanc esse veram solutionem, & cõiter tenet & se[illegible]

& sequitur Felin. ibi colu. 3. quam etiam sequitur Alcia. d. respon. 393. num. 3. vel potest ibi responderi, prout respondet Socin. in d. l. Iulianus. colum. pen. vers. tu secundo considera. ff. de condi. & demonstra. dicens, quod in d. c. ad nostram, solutio non erat in obligatione iuramenti, sed tantum in conditione, quia fuit dictum, quod donec solueret non molestaret.

Tertia etiam potest accommodari responsio secundum Barba. d. consil. 43. colum. 10. c. ad nostram, habere plures intellectus, ideo super eo non posse fieri fundamentum, quia eius, quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur: primæ tamen responsiones tutiores sunt. Ad glos. in l. si pecuniam. ff. de condic. cau. da. vltra solutionem datam ibi per Fulg. potest responderi, quod id, quod dicitur, iurantē posse cogi præcisè ad factum, debet intelligi vere, vel ficte. c. ex parte tua. & c. ad audientiam. de cleri. non residen. & hac responsione tolluntur omnia alia argumenta concludentia iurantes cogi præcisè ad factum, & non liberari solutione interesse.

Nec repugnat l. solutam. ff. de solu. † quia loquitur de solutione naturali, cuius appellatione venit numeratio tantum: nam adverbium Naturaliter ibi positum coniungitur dictioni Soluta, non autem dictioni Numerata, vt dicit Las. d. consi. 9. nume. 9. & malè, nec Bar. in d. l. item. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. se restringit ad actum numerationis, sed solutionis, cuius appellatione venit compensatio, vt suprà probauimus. fin. ge enim condemnatum in certa quantitate erga fiscum esse fisci creditorem alterius quantitatis, nonne fiet compensatio? certe sic. l. fin. ff. de compen. l. aufertur. §. per compensationem. ff. de iur. fis. Socin. in d. l. Iulianus ait. colum. 2. versicu. infertur & secundo. & versicu. ex quibus infertur. ff. de condi. & demō. & ideo malè sentit Las. in d. cons. 9. numer. 9. tam in interpretatione l. solutam, quam in eo, quod dicit condemnatum ad soluendum cogi præcisè numerare, & contra eum tenet Socin. in d. l. Iulianus. colum. 3. versicul. tertio quærit Bartol. Afflic. dicta decis. 121. nume. 3. & 4.

Non obstant responsiones Imol. in d. c. ad nostram. colum. fin. datæ ad fundamenta Bar. in d. l. amplius non peti. quia prima responsio, quod iuramentum magis debeat impleri in forma specifica, quam conditio, non probatur iure. Secunda, quod in casibus allegatis per Bart. admittitur compensatio fauore libertatis, est contra tex. in d. l. Iulianus ait, cum alijs ibi allegatis in glo. ff. de cond. & demon. vbi nullus est fauor libertatis, sed loquitur generaliter.

29 Non officit, † quòd nemo auctoritate propria possit sibi mutare iuramentum, quia in casu nostro non auctoritate propria, sed legis fit ista compensatio dicta l. si peculium. §. 1. ff. de stat. libe. vel responde, vt per Socin. in d. l. Iulianus. col. penult. versi. sed ad istam rationem.

30 Non est impedimento, † quòd dicitur, iuramentum debere, quando potest seruari sine interitu salutis æternæ, specifice obseruari d. c. cum contingat, quia respondetur, quod dicitur quis specifice obseruare iuramentum quotiens lege permittente obseruat verè vel fictè dicto c. ex parte tua. de cler. non resid. Soc. d. l. Iulianus. col. penu. vers. sed dic. Affl. decis. 121. nu. 4.

31 Nec mouere debet, † quòd dicitur iuramentum operari, vt actus valeat omni meliori modo, quo valere potest d. l. cū pater. §. filius matrem, quia cum possit operari, vt actus valeat in solutione ficta, & sic in compensatione: ergo dicitur satisfactum dictæ regulæ, argumento eorum, quæ de iuramento interposito super obligatione facti, dicit Anto. Franc in additionibus ad Abb. in dicto c. veniens. additio. penul. vbi dicit, quod cum in obligationibus facti insit obligatio accessoria ad interesse, & iuramentum habeat vim, vt actus valeat eo modo, quo valere potest, & talis obligatio facti possit valere respectu obligationis accessoriæ ad interesse, ergo satis esse debet, vt operetur respectu illius obligationis.

Nec in contrarium pugnat argumentum, quod fit de tex. in l. fideicommissa. §. 1. ff. de
32 leg. tertio. † quia ibi testator voluit omnino opus fieri à grauato, & sic videtur elegisse industriam personæ grauatæ, ideo nimirum si soluendo interesse non liberetur, & hæc responsio sumitur ex dictis Barto. & Alberi. ibi præsupponentes in eo casu fuisse electam industriam personæ, quo casu nō potest per aliam adimpleri.

33 Quid dicendum? † inter tot contrarias opiniones existimo ego crebriorem præsertim canonistarum esse negatiuam opinionem, videlicet admittendam non esse compensationem, sed puto affirmatiuam opinionem esse veriorem, & sustentabiliorem iuribus pro ea allegatis, quibus addo doctissimum Didacum post hæc scripta emptum & visum in repetitio. c. quamuis. de pactis. in sexto. in prima parte relectionis. §. 4. numer. 9. & sequen. vsque in fin.

data tamen communi, eam intellige procedere, quando opponeretur compensatio debiti contracti ante promissionem soluendi iuratam, secus si ius opponēdi superuenisset post promissionem iuratam, quia tunc non obstante iuramento posset opponi exceptio compensationis. hanc limitationem seu de-
34 clarationem ponit Abb.† & ex ea fœdere distinctionis concordat opinionem canonistarum, cum opinione Barto. & sequacium in d.c.ad nostram.numero tertio. vers.quid dicendū. de iureiuran. Soc. in d. l. Iulianus.in fin. quem refert & sequitur Afflic. decisio. 381.numero 3.& 4.post Tindar. de compensa.articu.7.numero 14.Paris.cons.121.numer. 40.volum.1.Capi. d. decis.197. eandem limitationem facit Catell. Cotta in d. memorali incipien. Iuramenti religio. colum. 2. in fin. Moder. Veronen.in additio.ad Mathes.singula.54.& singu.36.numero 13. Viui.loco suprà citato, in verbo, Iuramentum iudiciale, Syl. consi. 40. numero 23. & mouentur prædicti Doctores, quia, qui facit actum post promissionem, videtur illum fecisse animo compensandi, seu soluendi, Afflic. decisio. 381.num.3. & 4. & quia iuramentum debeat intelligi rebus sic stantibus.c.quemadmodū. de iureiuran. contra quam limitationem videtur primo aspectu vrgere tex.in dicto c. ad nostram. vbi fructus erant percepti post ꝓmissionē de nō molestando, donec pecunia fuerit soluta, & tamen non admittitur cōpensatio: sed accuratius intuendo dicitur nō obstare, quia vt suprà dictum est, ibi saltem tacitè videbatur actum, vt non fieret compensatio etiam quod ius cōpēsandi superueniret de nouo.

35 † Secundò limitatur hæc communis conclusio non procedere, vbi proceditur de æquitate, & sola facti veritate inspecta, prout regulariter fit in hac patria, Grat. dicto respon.121.numero duodecimo & decimotertio, vbi alias limitationes cumulat, & Paris. d.consilio 121.colum.fina.non omitto tamen eam limitationem, quam ibi idem Paris. affert in fine dicti consilij, post Afflic. quem refert decisio.163.videlicet, hanc opinionem non procedere, quando debitor esset inops, & oppressus paupertate, quia isto casu posset nihilominus opponere compensationem, non obstante iuramento: quam limitationem tenet etiam Corset.d.tracta.de iureiur. quæstio. 8. numero 40. versicu. potes pro concordia dicere. dicens, quod vbi propter impossibilitatem & difficultatem debitor iuramentum implere non potest in forma specifica, vt quia sibi non est satisfactum a b aduersario, tunc potest compensare, & compensando dicitur soluere, & iuramentum adimplere. hanc limitationem tenent Moder. Paris. in consuetud. Paris. titu.1.d.§.13. glos.7.numero decimo.versicu.quod procedit &c. vbi ampliat opinionem affirmatiuam, quam tenet etiamsi debitor non sit soluendo, quia debitor sibijpsi, seu cōtra se in totum diues est, & soluendo, vt inquit tex.in l. quærebatur.ff.ad leg. Falcid. Aliam etiam limitationem collige ex dictis Viui. in d. verbo, Compensatio, scilicet, si debitum, quod opponitur in vim compensationis pariter fuerit iuratum, tunc admittitur compensatio. His tamen duabus limitationibus suprà adductis, Senatus, sequens æquitatem, proinde opinionem affirmatiuam, censuit capitula concernentia compensationem superuentam post promissionem iuratam, infra tamen breue tempus esse ad probandum admittenda, non obstante reg.l.fin.C.de com-
36 pens. † cum paria sint esse liquida, vel huius tempore liquidanda. l. aufertur. §. per compensationem. & ibi Bar. ff. de iure fis. quem refert & sequitur, dicitq; eum communiter approbatum, Alexand. consilio 93. & duobus sequentibus, volum.4. Felin.in dicto c.suborta.colum 2.de re iudica.Socin. c.2.colum. 10. versicul. etsi opponeretur quod debitum non sit liquidum. & c.ex de mut.petitio.argumen.l. penulti.ff. de milit. testamen.aliam limitationem ponit Alcia.dicto respon.393.numero tertio. versicu. tertio respondeo, videlicet communem opinionem procedere in iuramento specifico.de soluendo, secus in iuramento generali de attendendo, & obseruando, quia iuramentum intelligitur secundum formam & naturam contractus, adducit Bal.in c. quæ in ecclesiarum.colum.6.versicul.dicis tu. quam limitationem salua reuerentia tanti viri non puto veram, cum idem vel par esse existimem iurare de soluendo, & facta simplici promissione de soluendo, addere in eodem Instrumento clausulam, quæ solet opponi, quæ quidem omnia & singula iurauit attendere, & obseruare. nam ita iurando necessario sequitur, quòd etiam iurauit soluere, quod promiserat: nam iuramentum huiusmodi habet vim expressæ & specificæ renunciationis, missionis, & consensus, c.ex rescripto.de iureiur. saltem quoad ea, de quibus fuit cogitatum secundum Ripp. in repe.l.si nunquam. numero 120.C.de reuo. don. Alexand.consi. 95.numero 7.volu.4.Paris.consi.110.nu.6.& 38.volu.1. & famulatur regula l.certum.ff. de cer.pet.& cum diceretur in casu nostro forte

non

non esse admittendam compensationem in causa appellationis secundum Bal. in l. per hanc. colum. 4. circa medium. C. de tempo. appell. quem sequitur Felin. in d. c. suborta. col. 2. circa fin. nihilominus visum fuit Senatui, ne partes longis litibus consumarentur admittere dicta capitula, cuius ordinationi partes acquieuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Remedium c. reintegranda, an contra bonæ fidei possessorem titulum habentem intentari possit diuersis opinionibus Doctorum adductis diffuse tractatur, vbi quænam sit communis opinio ostenditur. & nu. 4. & 6.*

2 *Possessio iunior præsumitur clandestina, & in practica contra huiusmodi possessorem articulandum est eũ clam possidere respectu antiquioris possessionis, aliàs actor non articulando succumberet. nu. 3.*

3 *Remedium aliquod possessorium contra bonæ fidei possessorem non datur, sed petitorio agendum est.*

DECISIO XCIII.

An remedium c. reintegranda. 3. quæst. 1. possit intentari contra titulo & bona fide possidentem.

ANno Domini millesimo quingẽtesimo trigesimo septimo, à nonnullis artis hominibus fuit captus, & duris carceribus ma longo tempore detẽtus nob. Franciscus de Pectis ciuis Vercellarum, cuius capturæ prę textu rumor, famaq; increbuit, eum uita functum fuisse, qua causante Isach eius filius legitimus & naturalis, bona à dicto patre possessa, vti filius & hæres, & tanquam paterfamiliâs, ob creditam patris mortem, pacifice per longa tempora tenuit & possedit, & quamplurima ex eis ob debita necessaria, & voluntaria, varijs personis alienauit. At pater Dei gratia præter omnium opinionem à carceribus liberatus, Vercellas reuersus, causas aduersus emptores & possessores dictorum bonorum instituit, & se in eorum possessionem, à qua sine facto & culpa sua dicebat cecidisse, petijt restitui. Quæritur an reintegrari debeat: cuius quæstionis calculus dependet ex decisione illius articuli, an remedium c. reintegranda. 3. quæstio. 1. possit intentari contra titulo & bona fide possidentem, ad quem res sine vitio peruenit, in quo varie Doctores scripserunt, vt ex eorum scriptis apparet: præsertim Alexand. & Socin. in l. rem quæ nobis. ff. de acquiren. possess. & Ripp. in c. sæpe. de restitu. spo. ad cuius veritatem indagandam, primò opiniones Doctorum scribam, deinde quid Senatus censuerit addam. † Vna igitur fuit opinio affirmatiua, quòd contra huiusmodi titulatum, & bonæ fidei possessorem, ad quem res sine vitio peruenit, possit intentari remedium, d. c. reintegranda. & hanc opinionem, vt refert Alexand. in d. l. rem quæ nobis. tenuit glo. Innocen. in d. c. sæpe. & ibi Abb. ac in c. cum ad sedem. numero 26. eodem titu. post Archid. Hostien. Io. Cal. Anto. de But. Io. de Lig. Bar. in l. si coloni. C. de agri col. & censi. lib. 11. Lap. alleg. 52. concludens hanc esse cõem, licet duram, & ab ea in iudicando & consulendo non esse recedendum, quam sequitur Ludo. Rom. in dicta l. rem quæ nobis. colum. 3. & 4. Areti. & Alexand. ibidem colum. 4. in fin. vbi dicit se vidisse in iudicijs sæpius iudicari, & ipsum obtinuisse pro hac parte, licet auctoritas Bartol. & aliorum tenentium contrarium sit magna, quæ propterea conclusionem dubitabilem reddant: & hanc opinionem plerunque sequutus est consulendo idem Alexand. vt in consilio 51. colum. prima, volum. primo. consilio 117. & 200. numero secundo & tertio. volum. 2. cõsilio 6. numero vndecimo. & sequen. volum. 3. & consilio 90. cum duobus sequentibus, volum. 5. vbique affirmans hanc esse communem opinionem, quam etiam sequutus est Anchara. consilio 40. circa finem. & 205. numero 12. Socin. consilio 89. in fin. Areti. in §. quadrupli. colum. 12. Institut. de actionibus. Dec. consilio 57. numero tertio & quinto. & cons. 252. numero 4. concludens istam esse communem conclusionem, Ripp. in c. sæpe. de restitut. spolia. num. 28. versic. quid tenendum. vbi relatis duabus opinionibus contrarijs, sequitur hanc opinionem, & lib. 1. respõsorum. c. 1. num. 43. Cassiad. de restitu. spolia. decis. 7. Afflict. decis. 361. numer. 33. vbi dicit ita decidere dominos de Consilio, Ias. consi. 172. num. 1. volum. 4. vbi dicit istam esse communem opinionem in dicta l. rem quæ nobis. numer. 19. & ibi Sayf. Io. de Amicis consilio 97. num. 2. & 4. Rui. consi. 48. & consilio 49. volum. 4. & Philip. Franc. in sua disputa. petitorij. colum. 5. & nouissimè Maran. de ordi. iudic. parte quarta, in septima distinct. numer. 50. vbi attestatur de communi contra Barto. in dicta l. rem quæ nobis. & eius sequaces. Neuiza. consi. 78. numero 4. Socin. Iun. cons. 34. num. 12. vol. 3. vbi sępius repetit hanc opinionem esse receptiorem, & ab ea in iudicãdo, & consulẽdo non esse recedendũ,

quorum fundamentum, vt refert Rip. fu-
2 mitur ea ratione, † quia iunior possessio præ-
sumitur clandestina. c. licet causam. de pro-
batio. pro qua adducit hæc iura. c. episco-
pi. 3. quæstio. 1. in verbo, Quibuscunque. &
c. cum ecclesia. 3. quæstio. 2. in verbo, A quo-
cunque. quem tex. adducit Abb. in d. c. cum
ad sedem. numero 26. & Ias. in l. rem quæ no-
bis. & hanc crebriorem dicit Viui. post hæc
visus, in verbo, Remedium, c. reintegranda.
3. quæst. 1. non conceditur. Berous consilio
61. num. 17. & consi. 63. num. 19. & 30. volu. 3.
At præsuppositа hac opinione pro vera, ad-
3 uertendum est in practica, † vt articuletur,
quod aduersarius clam possidet respectu pos
sessionis antiquioris, pponentis, alias non ar
ticulando actor succumberet, secundum A-
lexand. consilio 118. numero secundo. volu.
2. consi. 89. numero 3. volum. 5. Socin. in d. l.
rem quæ nobis. colum. 7. in fin. Paris. consi. 1.
nu. 167. colum. 1. & consi. 98. numero 26. vol.
2. Steph. Bertran. consi. 54. numer. 5. volum.
1. Rube. consi. 4. numer. 12. Rui. consi. 49. nu.
13. vol. 4. Cra. consi. 348. colum. penul. & fin.
& Rolian. à Valle consil. 72. numer. 7. & 18.
volum. 2. Deci. consi. 57. colum. penul. in fin.
Ias. consi. 6. colum. 2. volum. 1. Bru. consi. 21. co-
lu. 2. vbi dicit hoc esse articulandum, & pro-
bandū quod probatur eo ipso, quod aduer-
sus suam antiquiorem esse non probat, & sic
præsumptiua est hæc probatio, Bar. in l. §.
quod ait. num. 18. ff. vti possid.

4 Contrariam opinionem, † quòd non de-
tur contra titulo, bona fide, & sine vitio
possidentem, tenuerunt Specu. de peti. &
poss. §. 1. versic. quid si ego peto. Barto. in d. l.
rem quæ nobis. numer. 2. & in l. fina. num. 5.
C. de furt. Bal. post Nicol. de Matar. Iaco. Bu
tri. in l. 2. C. de furt. Ang. in d. l. rem quæ no-
bis. & in l. siue autem. §. si duobus. vers. & per
hanc literam. ff. de public. consilio 116. ver-
sicul. si autem ignorauerit. & consi. 157. col. 2.
5 extra hos, vbi dicit, † contra titulo & bona
fide possidentem non dari aliquod remedi-
um, sed agendum esse petitorio, Imo. in d. l.
rem quæ nobis. transit simpliciter cum Bart.
Paul. de Cast. in l. & ideo. §. Neratius. nume-
ro quinto. ff. de condi. furt. Io. de Plat. in d. l.
si coloni. col. 2. C. de agr. & censi. post Andr.
de Barrulo, quos refert & sequitur Alexan.
consilio 118. colum. 1. & 2. volum. 2. & consilio
89. num. 7. volu. 5. vbi respondet ad id, quod
dicitur debere opponi de possessione clan-
destina aduersarij respectu possessionis an-
tiquioris ipsius agentis, Soci. in d. l. rem quę
nobis. col. 9 versicu. aliquando & quinto. &
colu. seq. ac consi. 266. num. 15. & 16. vol. 2. &
consil. 39. colum. 2. versicul. circa secundam
vol. 3. vbique dicens istam esse communem
latissimè Corne. consi. 28. colum. 3. & sequen.
& consi. 23. colum. penul. & fin. vol. 1. vbi de-
cit Doctores ita communiter magis tenere,
quos refert & sequitur Paris. consi. 1. num.
166. volum. 1. dicens hanc esse magis com-
nem Leg starum, Brun. consil. 19. numer.
consi 21. numer. 5. & 6. Calca. consi. 116. numer.
3. Steph. Bertran. consi. 54. numer. 4. & 5. vo-
lum. 1. Rub. latissimè consi. 4. vbi respond
ad multa, quæ in contrarium adducun
& consil. vlt. numero 9. Socin. Iun. consi.
47. numer. 25. & consi. 48. numer. 13. volu.
2. Gozad. consi. 28. numero 36. Pract. Papæ
in forma libel. in causa spoliatæ possessio
numer. 8. dic t, quod prima opinio est co-
munis apud Canonistas: hæc autem est co-
munis apud Legistas, Io. Crot. consi. 47. nu-
mer. 20. Franc. Turza. satis ieiune in suis co-
mun. conclus. c. 50. acut s. Menochium pr
hæc scripta visus in 15. remedio recupe
numer. 89. & sequen. mouentur isti, quo
pari causa melior est conditio possidentis,
siue autem §. si duobus. ff. de publicia. adu
ratio nimis generica visa est, quia ea autem
nunquam habet locum regula, quod spolia
tus ante omnia est restituendus: & tenent
hanc opinionem respondent ad id, quo
opponitur iuniorem præsumi clande
nam, non procedere stante titulo, & poss
sione manifesta, quibus tollitur præsumpt
6 clandestinitatis. † Quid tenendum: forte
cendum esset in terris non subiectis ecc
si vt in temporalibus esse sequendam opi
nem Bartol. in d. l. rem quæ nobis. tanq
magis communem secundū Legistas, an
autē in terris ecclesiæ vti magis à Canonis
receptam, argumen. notatorum per Ias.
lapertissimi. colum. 2. in princip. C. de iudi.
possent etiam fœdere distinctionis conci-
liari prædictæ opiniones, videlicet, op
nem affirmatiuam procedere, quando age-
retur contra titulo possidentem, habentem
titulum ab eo, qui nullo titulo possidebat,
aliam verò negatiuam locum habere, quā-
do ageretur contra possidentem cum titu-
lo, qui habebat causam ab eo, qui etiam titu-
lo possidebat. Hanc distinctionem ponit Io.
Crot. d. consilio. 47. nume. 20. & plenius cō-
si. 75. numer. 10. quæ comprobatur ex dictis
Bart. & aliorum in d. l. rem quæ nobis. Versi
quia in hac patria proceditur, sola facti veri-
tate inspecta, & secundum æquitatem, de
qua tamen in actis appareat, vt suprà demon
stratum est Decisione prima, & ex actis pler
nè constat Franciscum de Pectis actorem pa-
cu-

effice tempore prædictæ eius capturæ possedisse bona, de quibus agitur, sineq; facto & culpa sui à sua possessione ceciditie, conuentosq; habere titulum ab eo, qui sine titulo possidebat. Ideò Senatus censuit, illum esse restituendum in possessionem dictorum bonorum.

SVMMARIVM.

1 Publicatis bonis filij non intelliguntur publicata bona aduentitia ratione vsufructus ad patrem pertinentis.
2 Bonorum aduentitiorum alienatio prohibita filio est, propter vsumfructum, quem habet in eis pater.
3 Alienatione prohibita videtur prohibita omnis alienatio necessaria à lege.
4 Bona, quæ non transeunt in hæredem extraneum non veniunt in confiscatione generali, etiam ratione criminis læsæ maiestatis. & num. 16
5 Confiscatio bonorum hodie non admittitur, nisi in crimine læsæ maiestatis.
6 Filio committente crimen læsæ maiestatis non punitur pater, quod secus est, si pater committeret, quia filius plecteretur.
7 Filia propter eius delictum dotem amittens, non patri, sed sibi post mortem patris, præiudicat.
8 Vxor licet constante matrimonio dotem donare non possit in præiudicium mariti, tamen talis donatio morte mariti confirmatur.
9 Filius bona sua aduentitia in patris præiudicium donare non potest, nec mortuo patre conualescit talis donatio.
10 Dictio vniuersalis, Quisquis, in omnibus verificatur.
11 Vniuersale signũ operatur vt indifferenter omnia comprehendantur, & vt dispositio, quæ alias restrictionem reciperet, non recipiat.
12 Lex vbi simpliciter & indistinctè loquitur, nec nos distinguere debemus.
13 Bonorum aduentitiorum proprietas, & dominium ipsis filijs insolidum spectat, & huiusmodi dominium bonorum appellatione continetur.
14 Argumentum à minori ad maius affirmatiuè etiam in delictis procedit.
15 Bona filij aduentitia, profecticia, castrensia, seu quasi castrensia, non comprehendantur in publicatione bonorum, limita vt num. 29.
16 Filius delictum committens, satis dicitur sustinere pœnam publicationis bonorum, cum statim dicta bona patri applicentur, intellige vt num. 29.
17 Hæres extraneus omnino dici non potest, qui ab intestato succedit.
18 Confiscatus propter crimen læsæ maiestatis commissum, si habet bona communia, solum sua portio confiscata intelligitur, si nudam proprietatem, ea duntaxat confiscatur.
19 Publicatis bonis vxoris non venit dos, nisi in quibusdam casibus limitatis.
20 Æquiparatorum eadem est dispositio, quod procedit etiam in pœnalibus.
21 Filius familiàs si habeat spem de præsenti contra debitores patris eos liberando sibi præiudicat post mortem patris.
22 Maior est prohibitio alienationis rerũ dotalium, quàm peculij aduentitij.
23 Alienatio à iure prohibita ita demum non dicitur valere, si pars se opposuerit.
24 Lex, vel statutum vbi aliquem actum annullat in fauorem alicuius etiam ipso iure, debet intelligi si petatur, aliàs illud remedium sibi non succurrit.
25 Intellectus l fi. §. filijs. C. de bon quæ lib.
26 Alienationis rerum dotalium prohibitio non solum fit propter sexus muliebris fragilitatem, sed etiam ob fauorem mariti.
27 Pater hodie de iure nouissimo non occupat bona aduentitia filij iure peculij sed vt hæres.
28 Fiscus in crimine læsæ maiestatis eripit à manu cuiuscunque successoris, seu hæredis bona cõmittentium tale crimen.
29 Crimen læsæ maiestatis diuinæ, siue humanæ, à lege æquiparantur.
30 Pater non dicitur habere spem probabilem succedendi filio, cum sit contra rationem, & ordinem naturalem.
31 Feudum etsi regulariter non veniat in confiscatione bonorum, tamen fallit in confiscatione ratione criminis læsæ maiestatis.

DECISIO XCIIII.

An filiofamiliàs propter læsæ maiestatis crimen commissum damnato in confiscatione bonorum, censeantur etiam publicata bona aduentitia, quorum vsusfructus ad patrem pertinet.

DAmnato filiofamil. pœna l. Iuliæ maiestatis, in dubium refricari contingit, an bonorum aduentitiorũ proprietas, quorum vsufructus ad patrem pertinet, in confiscatione bonorum filij veniant? & occasionem dubitandi præbuit doctrina Bar. commuiter approbata in l. si finita. §. si de vectigalibus. colum. penult. versicu. sextò quæro. ff. de damna. infect. vbi septem argu-
1 mentis concludit, huiusmodi † bona aduentitia non comprehendi in publicatione bonorum filij. quem bi sequitur Imol. Paul. de Castrõ, & Alexan. colum. 18. post Bal. Ang. & alios per eum relatos, laf. post Aretin. Institut. de actionib. §. actiones. num. 62. Socin.
2 consil. 121. numer. 12. volum. 4. † quorum potissima fundamenta videntur sumi ex l. 3. C. de bon. proscript. vbi peculium etiam castrense filij deportati non debet patri au-
3 ferri: nam cum huiusmodi † alienatio prohibeatur filijs, non propter ipsos, sed propter patrem. l. fi. §. filijs autem. C. de bon. quæ lib. ideò censetur etiam prohibita omnis alienatio necessaria à lege, & sic propter de-

lictum.l. Imperator. & ibi Bart.ff.de fideicom.lib. & in l.si quis in tantam. colum.3. num.12.C.vnde vi. quem refert & sequitur Abb.consi.66. volum. 2. Aretin.consi.14. col. 5. Alexan. consi. 23. volum.1. vbi propositis sex argumentis pro parte contraria residet cum opinione Barto. quam nouem fundamentis munit, quæ gratia breuitatis non repeto. & Curt.in consi.60. colum.10. in princ. Pariſ. post plures per eum relatos, consi.157. numer. 1. & pluribus sequentib. volum. 4. Ruin. consi. 23.24. & 25. volum.5. Socin.Iun. consi.77. volum. 2. quos refert & sequitur Gigas de crimi.lesę maiestatis,in titu.de pœnis commit.crim. læsę maiest.11.post Nell. & Ia. de Curte, per eum allegatos , attestans hanc esse communem opinionem, quibus conueniunt, quæ scribunt Crauet. consi. 39. num.12. Hyppo.in repeti.l.fina.ff. de iurisdi. om.iud.num 193. & Boer. decis.7. quæ fundamenta etiam locum habere videntur in crimine lesę maiestatis, quia in eo pariter militat ratio prohibitionis alienationis propter patrem: ergo idem ius, vulgata l. illud. ff. ad ad l. Aqui. & in casu nostro dicebam videri decisionem Ang. in l. eorum. ff. ad leg. Iul. maie.quem refert & sequitur Socin. d. consi.
4 121. num.17. Dec.consi.442.num.28. † vbi ea, quæ non transeunt in hæredem extraneum, non veniunt in confiscationem bonorum, etiam ratione criminis læsæ maiestatis. sed bona aduentitia non possunt alienari per filium, nec in vltima voluntate, nec inter viuos, d. §. filijs autem. ergo non veniunt in confiscationem,etiam ob crimen lesę maiest.
5 Item † dicebam doctrinam Bart. in d. §. si de vectigalibus , necessariò debere intelligi, quando confiscantur bona ex crimine læsæ maiestatis, cum hodie iure communi regulariter bona non confiscantur,nisi in crimine læsæ maiestatis, authen. bona damnatorum. C. de bon. damnat. quam ad hoc citat Dec. d.consi.442. num.6. post Albe. per eum allegatum.

Nec obstat limitatio Imol. quem sequitur Alexand.in d.§. si de vectigalibus, quod præmissa non habeant locum in crimine lesę maiestatis, quia debet intelligi secundum legem, quam allegat, l. non solum. §. liberationis. ff. de liber. leg. & sic quando bona patris essent publicata propter delictum patris, quo casu fit præiudicium filio , si publicantur propter crimen lesę maiestatis commissum à patre, cuius exempla in ipso filio timentur. l. quisquis.§. filij autem. C. ad leg.
6 Iul. maiest. † secus verò si agatur de crimine commisso à filio, quia tunc pater non punitur, vt singulariter concludit Salyc. in d.§. filij autem.col.1. quem refert & sequitur Ang. Aretin.in tractatu malefic.in verbo,Che hai tradito la tua patria. vers. quærit ibi Salyc. Dec.consi.64.num.3.

Non obstat limitatio Bart. de l. quis legibus.ff.de bon.damna. quia intentio secundum prædictos Doctores fuit,limitare, quod dictum antè fuerat, videlicet,de tem regulariter propter delictum vxoris nō venire in cōfiscationem bonorum eiusdem, vt limitatio intelligatur secundum regulam allegatam, non autem voluit Bar. limitare, quod dixerat de publicatione bonorum filij, cum diuersa sit ratio, & ideò ex vno aliud non inferatur.l.fin.ff. de calum. cum similibus. quod autem sit diuersa ratio patet
7 † quia si filia propter eius delictum amittet dotem,nō propterea patri,sed sibi posset tem patris præiudicat, Barto. in l.2.§.fina. princip.ff.solut. matrimo. vbi Imol. & Bal. §. quod si in patris.num.8. Bal.in l. si dotem. C.de iure dot.& concordat text.in l.cum
8 te.C.de donatio. iuncta glos. † vbi licet vxor constante matrimonio non possit donare dotem in præiudicium mariti , tamen talis donatio morte mariti confirmatur, secus filio, quia etiam mortuo patre non valet talis donatio,d.§. filij autem. & ibi Bal. ad filium inferri non potest.

Contraria tamen opinio ex infra scriptis fundamentis visa fuit verior. Primò, text.in l. quisquis.in princ. C.ad leg.Iul. vbi committentibus crimen lesę maiestatis imponitur pœna mortis naturalis confiscationis omnium bonorum, quæ afficit omnes delinquentes , siue sui
9 alieni iuris sint, & hoc patet ex illa † vulgali dictione,quisquis, quæ in omnibus potest verificari. l. si plures. versicu. sicuti hæ verba, quisquis.ff.de lega.3. Bar. in l. hoc ticulo. colum. 2. versic. quædam sunt distributiua duplicia. ff. de hæredi. Institut. item
10 comprehendit omnia bona, † quia signum vniuersale operatur, vt indifferenter omnia comprehendantur, vulga.l. Iulianus. ff. de leg.1. l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & argen. lega. & tale signum vniuersale operatur, modò absurdum , seu iniquitas non sequatur, vt dispositio, quæ aliàs restrictionem reciperet, non recipiat,Bart. in l.generali. §. vxori.ff. de vsufruc. lega. quem refert & sequitur Alexand.consi.117. numer.2.volum. Dec. consi. 76. num. 2. consi. 1. colum.3. post
11 tract. de feud. † vbi enim lex simpliciter disquitur & indistinctè , nec nos distinguere debemus,l.1.ff.de aleæ lus. & aleat. cum al

cumulatis per Bar. in quæstione, incipien. Iudex per imperitiam. num. 2. si ergo dicit. l. quisquis afficit filiosfamiliâs committentes crimen læsæ maiestatis, sequitur, quod eorum omnia bona etiam sint confiscata, & sic etiam bona aduentitia, † quo ad nudam proprietatem, siue dominium, quod insolidum ipsis filijs spectat. l. quod scitis. & l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. & d. §. filijs autem. & ibi glo. in verbo, Dominium. cum huiusmodi dominium contineatur appellatione bonorum. l. bonorum. versicul. in bonis. ff. de verborum significa. & Paris. d. cons. 157. num. 26. & 27. & propter generalitatem text. l. quisquis. ita limitat Imol. & Alex. & in d. §. si de vectigalibus.

Secundò, hæc opinio comprobatur † arguendo de minori ad maius affirmatiuè, quod etiam procedit in delictis, Bal. in l. si quis non dicam rapere. in secundo notabil. C. de episc. & cleric. nam si contra rationem naturalem, de qua in l. cum ratio. ff. de bon. damna. filius non delinquens propter delictum patris, à quibuscunque bonis, & à quacunque hæreditate, seu successione priuatur, d. l. quisquis. §. filij verò. quanto magis priuari debet bonorum aduentitiorum dominio, quod apud eum est, si crimen læsæ maiestatis ipse committat, alioquin diceremus filiumfamiliâs præsumptiuè delinquentem esse deterioris conditionis, quam si verè delinquat, quod absurdum videretur.

Item esset dare vnam limitationem haciemus non auditam, nec lectam, ad d. l. quisquis. videlicet, vt locum non habeat respectu confiscationis bonorum filiorumfamiliâs committentium crimen læsæ maiestatis, † cum nuda bona possit habere, nisi profecticia, aduentitia, castrensia, seu quasi, quæ secundum Bar. & alios in d. §. si de vectigalibus, non veniunt in confiscatione: sed ad hoc vltimum posset responderi, † quòd imò sustinet pœnam priuationis bonorum, quia statim applicantur patri, argumento nota. per glossam in l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2. quam ad terminos nostros adducit Rui. cons. 23. num. 13. volum. 5. post Paul. de Castr. in l. filiusfamiliâs. §. diui. ff. de legat. 1. & Bar. in l. Imperator. ff. ad Trebel. Sed ad hæc replicari posset, huiusmodi priuationem & applicationem bonorum aduentitiorum filij committentis crimen læsæ maiestatis patri non esse considerabilem, cum dicta bona probabiliter sint reuersura ad filium delinquentem, qui successurus esset patri, cum in huiusmodi confiscatione non veniant bona futura, vt latè scribit Gigas in dicto titul. de pœnis committen. crimin. læsæ maiesta. c. 7. & 8.

Tertiò retorqueri poterat decisio Angel. superius citata in l. eorum. in fine. ff. ad leg.
16 Iul. maie. † vbi bona, quæ sui natura possunt transire in extraneos hæredes, veniunt in confiscatione, quod etiam voluit Barto. in l. 1. ff. de interdict. & relega. Socin. cons. 121. num. 17. volum. 4. Ruin. cons. 23. num. 34. vol. 5. sed talia bona aduentitia transeunt ad fratres & fratrum filios, vt in authen. vt fratrum filij. & in authen. cessante. C. de leg. hæredit. & sic ad extraneos hæredes. Institut. de hæred. qual. & diff. §. cæteri. & glos. in l. pater, qui castrense, in verbo, Testamento, circa med. ff. de castr. pec. ergo debent venire in confiscatione: sed huic fundamento aliqui respondebant, quod in hac materia hæres extraneus non intelligitur, qui ab intestato
17 succedit: † non enim omnino dici potest extraneus, cum sit legitimus, ita concludit Ruin. in d. cons. 24. num. 13. per tex. in l. 3. §. de illo. ff. pro socio. & pro hac responsione addebam videri text. in d. l. quisquis §. filij verò. vbi videtur ponere tanquã diuersa hęc verba, Proximiorum, & extraneorum, sed replicari potest in materia transmissionis appellatione hæredum extraneorum venire omnes collaterales, vt notatur per Doctores in l. vnic. C. de his, qui ante aper. tab. hæred. transmit.

Quartò, pro hac opinione videtur decisio Angel. in authen. bona damnat. col. 2. C.
18 de bon. proscrip. † vbi dicit, quòd is, cuius bona sunt proscripta (quod intellige propter crimen læsæ maiestatis commissum, vt fiat interpretatio in casu illius auth.) si habet bona communia, sua portio duntaxat confiscatur, si habet nudam proprietatem, sola nuda proprietas, argument. tex. in l. si postulauerit. §. iubet. ff. ad leg. Iul. de adult. quem refert & sequitur Aug. in addi. ad Angel. in tracta. malefic. in verbo, Et eius bona publicamus. in fin. Paris. dicto cons. 157. num. 22. volum. 4.

Quintò, hæc opinio videtur de mente Bar. in d. §. si de vectigalibus, dum æquiparat publicationem bonorum filijfamiliâs
19 publicationi bonorum vxoris, † vt sicut publicatis bonis vxoris non venit dos, nisi in quinque casibus, inter quos connumeratur crimen læsæ maiestatis, l. quinque legibus. ff. de bon. damnat. sic in publicatione bonorum filijfamiliâs non venit peculium aduentitium, nisi in crimine læsæ maiesta-
20 tis, argum. d. l. quinque legibus. † vt æquiparatorum eadem sit dispositio, quod etiam

proce-

procedit in pœnalibus secundum glos. Bar. & ibi Alex. in l. si quis seruo persuaserit. C. de fur. Ias. in §. ex maleficijs. num. 39. Institu. de actio.

Nec obstat ratio diuersitatis suprà allegata inter filium & vxorem, quia §. filijs autem, potius videtur innuere contrarium in illis verbis, donec parentes veniunt: ergo post mortem parentum tenebit alienatio in præiudicium alienantis. & facit l. spem futuræ. C. de donat. & doctrina Bart. in l. cum
21 dominus. §. filius. ff. de pecul. leg. † vbi quando filiusfamiliâs habet aliquam spem de præsenti contra debitores patris, eos liberando sibi præiudicat post mortem patris, Specul. in titu. de pact. & transac. §. final. vers. quod si filiusfamiliâs, quibus deseruit regula, quòd paria sunt, aliquid facere tempore habili, vel
22 in illud conferri, † imò maior est prohibitio alienationis rerum dotalium, quam peculij aduentitij, cum hoc patre consentiente expressè, vel tacitè possit alienari, d. §. filijs autem. & ibi Alexand. dotales verò res non, etiam consentientibus viro, atq; vxore, Institu. quib. alien. licet vel non, in princ.
23 † nec erit forsan incongrue dictum, si dixerimus talem alienationem interea valere, donec is, cuius fauore fuerit prohibita, voluerit & petierit eam reuocari. l. quotiens. la 1. C. de fideicom. Bal. cons. 174. in fin. vol. 5. & argument. text. in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irri. test. & faciunt notata per Ias. in l. vniuersa. num. 2. & sequen. C. de preci. Impe. offer. Felin. in c. si autem. colum. 3. num. 4. & sequent. de Rescript. Alex. consil. 96. numer. 1. volum. 4. quem refert & sequitur Curt. Iun. in l. edita. num. 85. C. de eden.
24 vbi, † quando lex, vel statutum annullat aliquem actum in fauorem alicuius etiam ipso iure, debet intelligi, si petatur, aliàs illud remedium sibi non succurrit, quibus accedunt adducta per Dec. cons. 323. numer. 1. vbi rerum fideicommisso subiectarum alienatio tenet, nisi à fideicommissario reuocari petatur.

Non obstat doctrina Bart. in d. l. Imperator. & l. si quis in tantam. quod quando prohibitio alienationis fit non propter se, sed propter alium, tunc etiam censetur prohibita alienatio necessaria à lege, vtputa per
25 delictum, † quia in casu d. §. filijs autem, alienatio est prohibita principaliter propter se, id est propter ipsos filios, secundario propter fratres, & hoc probatur, quia ratio expressa in d. §. filijs autem. respicit ipsos filios ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, qui eos post dispersum expectat patrimonium, & absurda videtur interpretatio glos. dum interpretatur illud verbum sentiant, id est, patres, & illud pronomen eos, id est, patres, cum in ea oratione nullum verbum de patribus, nec salua ratione recti sermonis, & constructionis verborum subiici possit, sed debet intelligi, tristem exitum sentiant, scilicet filij ex eorum alienatione, qui tristis exitus eos, id est, filios post dispersum patrimonium expectat, & ita exponunt Iac. de Raue. Cyn. Albe. & Paul. de Cast. in d. §. filijs, reprobata gl. interpretatione Ripa in c. sæpe. num. 76. de restitu. spol. Ruin. dis.
26 cons. 24. num. 8. volum. 4. † similis ratio ponitur in prohibitione alienationis rerum dotalium, ne sexus muliebris fragilitas in periculum substantię earum conuertatur, Inst. quib. mod. alien. licet vel non, in princ. quia alienationis prohibitio fit etiam fauore mariti, vt concludit Barto. in d. l. si quis in tantam. colum. 3. num. 12. & tamen dos publicatur in crimine læsæ maiestatis, d. l. quamq; legibus.

27 Sextò corroborantur præmissa, † quòd die pater non occupat bona aduentitia iure peculij, sed in eis succedit, vt hæret. l. quod scitis. C. de bon. quæ lib. & in auth. de hæred. ab intest. §. si igitur. & in auth. vt nulli iudic. §. final. authen. in successio. C. de suis & legi. hære. & authen. defun. C. ad Tertullia. glos. in d. l. pater. ff. de C. stren. pecun. Bar. in l. post dotem. colum. vers. tertiò quæro. ff. solu. matrimo. l. seruum filij. in princ. num. 11. & 12. ff. de 1. Cra. in cons. 102. num. 5. Paris. cons. 65.
28 28. & 29. volum. 4. † sed in crimine læsæ maiestatis fiscus etiam post mortem eripit nu cuiuscunque successoris & hæredis committentium tale crimen. l. penult. & in C. ad leg. Iul. maiest. & l. fina. ff. eodem tit. ergo & à patre poterit vendicare, & ita
29 uenit, † quia crimen læsæ maiestatis diuinæ, & læsæ humanæ à lege æquiparantur, l. ff. ad leg. Iul. maiest. c. vergentis. de hæret. & c. quæro, cum duobus sequentib. & quæstio. 1. sed in crimine læsæ maiestatis diuinæ auocantur bona, à quocunque hærede, & possessore. c. fin. de præscript. in 6. c. accusatus. §. in eo. & c. cum secundum leges. & ibi glos. & Io. And. de hæret. in 6. ergo idem dicendum est in crimine læsæ maiestatis humanæ, cum adęquatorum idem sit iudicium. Nec potest dici, quod in tali confiscatione nudæ proprietatis præiudicium infertur patri, qui nullum ius in ea habet, ratione vsusfructus formalis. l. eorum. dam. infec. Bar. in l. qui vsumfructum. ff.

verb

verbo.obliga.† nec spes succedendi filio est probabilis, cum sit contra rationem & ordinem naturalem, dicta l. cum ratio. ff. de bon. damnat. l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testament. l. scripto. §. final. ff. vnde liber.

Septimò facit pro hac opinione in terminis nostris tex. in l. final. & in authen. bona damnatorum. C. de bon. proscript. † vbi speciale est in crimine læsæ maiestatis, vt bona damnati filij ascendentibus, descendentibus, vel collateralibus non applicentur, sed fisco, & ratio specialitatis est propter enormitatem delicti, & ideò limitari potest doctrina Bar. communiter approbata in d. §. si de vectigalibus, quæ loquitur generaliter, vt non apprehendat istum casum specialem per ea, quæ latè tradit Iaf. in l. postquam liti. in fin. C. de pact. & Felin. in cap. 1. num. 10. & 11. de Rescript. post Bart. in Extrauagan. ad reprimen. in verbo, Non obstantibus. & ita limitat Cassa. in consuetud. Burg. in verbo, Des confiscations. §. 2. in fin.

Et pro hac opinione vrget, quod dicitur † feuda regulariter non uenire in confiscatione bonorum, secundum Bar. in d. §. si de vectigalibus. col. 1. & tamen hoc fallit in crimine læsæ maiestat. §. denique. in titu. quæ sit prima cau. benefi. amit. per quem ita concludit Curt. in tracta. de feud. in quinta parte principali, conclusio. 1. quo fit, vt non simus in dubio, sed in claris, & propterea pro fisco iudicandum sit.

Octauò, & vltimò, quia correlatiuorum eadem debet esse dispositio, sed pater damnatus crimine læsæ maiestatis, priuatur vsu fructu, Barto. in l. denique. §. sed vtrum. in fin. ff. de minori. 25. anno. Gigas in d. titul. de pœn. committen. crimi. læsæ maiest. c. 19. ergo filius cõdemnatus debet amittere proprietatem. Nec huic opinioni contradicit l. 3. C. de bon. proscript. & damnat. quia respondeti potest, primo legem illam non loqui in crimine læsæ maiestatis, quod probatur ex eo, quia loquitur in pœna deportationis, quæ non irrogatur damnatis crimine læsæ maiestatis, quibus mortis naturalis & confiscationis omnium bonorum imponitur. l. quisquis. in princip. C. ad leg. Iul. maiest. Gigas latè in d. titu. de pœn. commit. crimi. læsæ maiesta. c. 1. & hanc responsionem ponit Alexan. in dicto §. si de vectigalibus. colum. 17. & sequent. post Imol. ibi. ex suprà scriptis fundamentis hanc secundam opinionem sequutus Senatus in causa Camilli Migliæ Cunien sis filij familiàs crimine l. Iuliæ maiest. damnati, censuit proprietatem peculij aduentitij ipsius condemnati in publicatione, saluo vsufructu patri venire.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentibus iure ciuili licet inuicem seipsos circumuenire, citra tamen dimidiam iusti precij.*
2 *Actio, & passio in eodem subiecto esse non possunt.*
3 *Emptio contrahi potest in rebus, dubium ac incertum euentum habentibus, puta captus piscium, missilium, & similium.*
4 *Immunitatem à collectis futuris emens, quòd dicatur emere quendam incertum, & dubium euentum.*
Collectæ, quæ proprie dicantur. num eodem.
6 *Incertitudo, & dubius euentus causat tollerantiam contractus, & ab eo vsuram excludit. & num. 5.*
7 *Reddituum tam ab ant quo constitutorum, quàm de nouo constituendorum emptiones valent.*
8 *Ciues, si tempore necessitatis compellantur subuenire vniuersitati, & ciuitas liberè postea statuerit dictis ciuibus lucrum, puta quinque pro centenario, non committitur vsura, cum hoc non dicatur mutuum.*
9 *Communitas si ab incola mutuò centum accepit pacto adiecto, quod donec ei satisfecerit, nihil solueret pro collectis, valet huiusmodi contractus, nec vsurarius dici potest.*
10 *Lucrum non tribuere, & aliena non capere differunt, quemadmodum aliud est debita amittere, aliud acquirere pro declaratione. vide num. 42*
11 *Ciuitas non potest reuocare immunitatem concessam pacto, vel conuentione.*
12 *Ciuitas in sui præiudicium potest immunitatem concedere ciuibus, & incolis, & pro eis soluere collectas, intellige vt num. 23.*
13 *Consilium, seu ordo decurionum repræsentare dicitur totum populum, limita vt num. 22.*
14 *Possessio longissima, cuius initij memoria non extat, habet vim priuilegij. & num. 28.*
15 *Immunitas personis grauibus, & in dignitate constitutis concedi potest per solos decuriones.*
16 *Nemo potest pecunia se redimere à muneribus publicis.*
17 *Quis petere non debet, cuius contrarium non esset postulaturus, limitatur & declaratur hæc regula num. 52.*
18 *Pro immunitate in dubio iudicandum est.*
19 *Rescripta superioris immunitatem concedentia, etiam de consensu ciuium non valent.*
20 *Immunitates sine Principis auctoritate concessæ non valent.*
21 *Immunitas, vt valeat, tria necessariò requiruntur.*
23 *Curiæ appellationi veniunt decuriones.*
24 *Communitas non potest soluere pro alio, nec ei remittere debitum liquidum.*
25 *Immunitatis concessio à communitate facta, quando valeat, & quando non.*
26 *Doctoribus & Medicis ciuitas salaria constituere potest, & de publico dare, non autem alijs.*
27 *Immunitatem concedere, an sit alienare de bonis communitatis.*

29 *Contractus non valet, quo aliquis dat pecuniam, vt non grauetur muneribus publicis.*

30 *Statutum, seu pactum, quòd mutuanti pecunias ciuitati collectæ non imponantur non valet, & dicitur sapere vsuram propter depravatam intentionem mutuantium.*

31 *Obligatus si ab obligatione liberetur capere & lucrari dicitur.*

32 *Collectas soluere vnusquisque pro rata patrimonij tenetur, quæ imponuntur ratione onerum patrimonialium, & extraordinariorum.*

33 *Bonæfidei possessor, qui de hæreditate expendit in id, quòd etiam cessante hæreditate fuisset de patrimonio suo erogaturus, dicitur factus locupletior, ideò restituere tenetur.*

34 *Remittere, & dare, quoad iuris effectum paria sunt.*

35 *Pactum de non petendo habet inclusam causam donationis.*

36 *Mutuum implicitum potest etiam esse in contractibus emptionum, ita vt possint dici contimere vsuram propter intentionem lucrandi.*

37 *Verba intelligenda sunt secundum naturam rei, cui apponuntur.*

38 *Nomen considerandum non est, vbi de effectu apparet.*

39 *Verba narratiua fidem faciunt inter partes.*

40 *Præsumitur ex præteritis & præsentibus in futurum.*

41 *Euentus tunc consideratur, quando id, quod euenire potest præter legem, & naturam præsens status indicat.*

43 *Onera, quæ ordinaria, & quæ extraordinaria dicantur.*

44 *Onera extraordinaria, quæ pro vtilitate, & necessitate publica indicuntur, ordinarijs, & merè realibus æquiparantur.*

45 *Munerum publicorum appellatione comprehenduntur personalia, & mixta.*

46 *Collectæ naturaliter dicuntur onera rerum, formaliter onera personarum.*

47 *Collectis allibratus renunciare non potest, nisi præstet alterum æquè idoneum.*

48 *Dispositio l. propter. C. quibon. ced. poss. vtrum intelligatur, tam in oneribus patrimonialibus, quàm personalibus.*

49 *Oneribus personalibus præsertim annexum honorem habentibus, omnes subiacent, & ab eis nemo excusatur.*

50 *Immunitas simpliciter concessa, censetur regulariter concessa à personalibus, non autem à patrimonialibus oneribus.*

51 *Necessitatis tempore habentes pecunias, cogi possunt eas mutuare Reipub. non sub vsuris, sed gratis.*

DECISIO XCV.

De contractu inito inter particulares ciues, & vniuersitatem, cui mutuò pecunia tradita fuerat pacto adiecto, quod pendente restitutione dictæ pecuniæ ad solutionē collectarum nō tenerentur, tam respectu præsentium, quàm futurorum onerum, an superueniente bello, rescindi talis contractus tanquam enormissimè lædens vniuersitatem possit.

ANno 1554. nonnulli o
ues & incolæ Vercell
rum, quò se à solutione
grauissimorum onerum
militarium eximent,
precio conuento, &
dito à quibusdam
rionibus potestatem sic contrahendi habe
prætendentibus ipsorum ciuium, seu inco
larum proprium æstimū, vt contrahentiu
verbis vtar, emerunt: aliqui verò mutuo
pecuniam tradiderunt, pacto in singulis co
tractibus adiecto, quod ad solutionem
dictorum onerū præsentium, & futuro
ratione dicti æstimi non compellerentu
donec eis pecunia restitueretur, qua resti
ta tenerentur onera subire.

Ingraueſcentibus autem indies præ
ctis oneribus militaribus, ciuitas petijt
ctos contractus, veluti illegitimos, &
publicam enormissimè lædentes reſcin
quæsitum fuit, an iure petat? Et videtur
dici posse iure non petere, præsertim
qui æstimum emerunt, cum contractus
ptionis & venditionis sint omni iure
probati. ff. C. & extra. de contrahe. empt.
1 vendit. † ita, vt in foro fori vtroque iure,
uili, & canonico, liceat ementibus, &
dentibus se inuicem in precio, citra tan
dimidiam iusti precij circumuenire. l. in
sæ. §. penult. ff. de minorib. l. item si preci
quemadmodum. ff. locati, notatur in l.
de reſcind. vendit. c. 3. & penultimo. de
trahen. empt. Bened. Cap. in suis regul.
num. 62. & sequent. in quibus emptio
etiam admittitur pactum redimendi
venditam eodem precio restituto. l.
pac. inter empt. & vendito. quod præter
locum habere existimo in huiusmodi co
tractibus emptionum, in quibus nihil
arbitror emptum, nisi commoditatem,
ius, quod habebat vniuersitas exigendi
ipsis emptoribus collectas pro rata æstim
vniuscuiusque emptoris, & per consequens
emptam immunitatem ab ipsis collectis,
2 † cum à seipso nemo exigat, eo quod actio &
passio non possint esse in eodem subiecto
l. debitori, vbi Dec. post Bal. C. de pac. pub
cher tex. in l. penult. ff. de arbit. Angel. cons
81. num. 3. Quo fit, vt de ijs emptionib. iden
3 censendum putem, † quod de emptionibus
captus misilium, piscium, aut auium, prom
de cuiusdam aleæ, seu dubij euentus, cuius
potest consistere emptio. l. cum hæredi
tem. l. nam hoc modo. ff. de hæred. vel actio
vendit. l. nec emptio. ff. de contrahen. emp
l. si pactum. ff. de actio. emp. Bart. in l. coter
§. si

§. qui maximos. colum. 2. ff. de publica. Io. Andr. in additio. Specula. in rubr. de vsur. in fine. Bal. in l. si ea lege. versicu. cum vero venditur. C. de vsur. † quòd autem emens immunitatem à collectis futuris dicatur emere quoddam incertum, & quendam dubium euentum, apparet, quia secundum communem intelligentiam vulgi, & Doctorum collecta etiam proprie dicitur illa, quæ imponitur personæ pro rebus ratione onerum patrimonialium, extraordinariorum, id est eorum, quæ per accidens obuenerunt, certamq; ac terminatam præstationem non habent. l. rescripto. §. fina. & ibi glos. in verbo, Incolis. ff. de munerib. & hono. Bartol. in l. vnica. numero 23. & 24. & clarius numero quadragesimo. C. de mulie. in quo loco. libro decimo. & in l. numero primo. ff. de iureiuran. pulchre Bal. in l. fin. col. 2. versi. sed hic potest dubitari, vsque ad versiculum, sed hic dubitatur. C. sine cēsu vel reliquis. quem refert & sequitur Alexa. in additionibus ad Bartol. in dicta l. vni. numero. 27. C. de mulie. in quo loco. lasi. in l. placet. numero quinto. C. de sacrosan. eccle. Gemin. consilio 116. numero secundo. Paris. consilio 15. numero sexto. volum. 1. Pisau. consilio 117. numero secundo. inter consil. feuda. Bru. bonus tex. in tit. quæ sint regalia, in verbo, Et extraordinaria collatio, licet Aflic. ibi numero 42. & sequen. dicat post Iser. esse munus patrimoniale & ordinarium, ac collectum, hodie idem importare, quod indictio, sed aleæ, & dubij euentus emptio consistere potest, d. l. nec emptio, cum alijs suprà allegatis: ergo pariter potest subsistere emptio immunitatis à collectis futuris.

Nec videtur obstare, quod dici potest, hos contractus fuisse in fraudem vsurarum factos, & per consequens simulatos esse, † quia non interuenerunt ea, quæ secundum opinionem communem requiruntur ad inducendam præsumptionem simulationis in fraudem vsurarum, videlicet modicitas precij, pactum luendi, & q̄ ementes consueti fuerint fœnerari, vt latè dictum fuit suprà de cis. 42. item, † quia incertitudo, & dubius euentus causat tollerantiam contractus, & ab eo vsuram excludit. c. fin. de vsur. l. si ea lege. C. de vsur. Abb. in c. in ciuitate. numero septimo. & in c. conquestus. num. octauo. versic. nonus est ratione dubij. eod. titu. Roma. cons. 302. versi. quarto considerandum. Paul. de Cast. in l. de fideicommisso. numer. 3. C. de transac. aduertendum etiam puto, quia, aut superuenient onera, pro quibus imponentur collectę, & tunc videntur tanti æstimata, quanti est pecunia recepta, aut non superuenerunt onera, & tunc præcipuam pecuniam habet ciuitas, & dato quòd ista onera, nempe collectæ pro eius impositæ, vel imponendæ essent certæ, adhuc dici posset valere has
7 emptiones, † sicut valent emptiones reddituum annuorum tam constitutorum ab antiquo, quàm de nouo constituendorum, Abb. in c. in ciuitate. nu. 7. de vsur. post Innoc. & Hostien. per eum allegatos, vbi dicit Doct. ita communiter tenere, quem sequitur Roma. d. consi. 302. versicu. tertio probatur vulgo. & Cuma. consi. 181. Rip. lib. 1. respon. c. 19. nume. 6. vbi dicit ita communiter tenere Canonistas.

Et si dicatur hos contractus esse potius innominatos, prout in dubio præsumerentur, l. si gratuitam. in princ. ff. de pęrscript. verbo. l. 1. in princi. & ibi Bar. de æstima. act. Roma. d. consi. 302. in fin. attamen etiam dicerentur valere, & non esse vsurarij, Roma. d. consilio 302. per totum, præsertim in versic. vltimo ad hoc accedat. post Bal. in l. 1. col. 4. ver. item do quandam regulam. C. de sacrosan. eccl. Vrgere etiam videtur pro hac opinione dictū Abb. in d. c. in ciuitate. in fin. de vsuris. quem
8 ibi sequitur Card. colum. 3. in fine. quòd † si tempore necessitatis ciues cōpelluntur subuenire vniuersitati, & ciuitas, postea liberè statuit dictis ciuibus lucrum aliquot, puta quinq; pro centenario, non committitur vsura, quia hoc non est mutuum, cum ciues cōpelluntur subuenire vniuersitati, & non possunt repetere, quando volunt, licet ciuitas ad libitum possit se exonerare ab illo debito, restituendo prædictis ciuibus eorum capitale, his adstipulatur Abb. in cons. 64. volu. 4. versic. item saluo. lib. 1. vbi mutuanti post factum licet aliquid à sponte offerrente accipere. Præterea admisso citra veritatis præiudicium, quòd huiusmodi contractus saperent naturam mutui, vel expressè sonarent in mutuum, prout aliqui eorum loquuntur, non propterea possent dici illiciti, vt rescindi, & annullari debeant: ita in terminis nostris nominatim decidit Spec. in titu. de vsu. numero sexto. vbi ponit quæstionem, † quod si
9 communitas mutuo ab incola centum accepit, pacto adiecto, quod donec ei satisfaceret, nihil solueret pro collectis valet huiusmodi contractus, nec est vsurarius: &
10 mouetur rationibus, † quia multum interest de suo lucrum non tribuere, & aliena non capere, l. Proculus. ff. de dam. infec. & aliud est non admittere debita: aliud vero acquirere. l. prima. §. si is qui bona. ff. de colla. bono. & l. fina. C. de codic. & Bald. ibi

in additio. ad Specu. sequens hanc opinionem, addit aliam rationem, quia isti mutuantes magis dicuntur se ab obligatione collectarum subtrahere, quam aliquid accipere, & de nouo consequi, argumen. l. precia rerum. ff. ad leg. Falcid. & Specu. refert & sequitur Antibol. in suo tracta. de muneribus. §. nunc ordine successiuo. versicu. sed pone aliqua communitas, transcribens dicta Specu. in dicto titu. de vsuris. quem Io. And. ibi in additio. in verbo, Conquestus, sequitur, addita tamen distinctione, de qua per eum ibi, idem sentit Archiep. Floren. in sua summa, in secunda parte, in titu. 1. de vsur. ex mutuo. §. 5. in fin. post Io. Ligna. Io. And. & Io. Cald. per eum allega. & summa Ang. in verbo, Vsura. 1. num. 8. addens hanc distinctionem tenere Anto. Butri. in c. consuluit. de vsur. & eandem opinionem Spec. & Pet. de Antib. secutus fuit Io. Mau. Burg. in repe. l. vni. colum. 268. versicu. quod si communitas. C. de mulieribus, in quo loco. lib. 10. subiungens, quod sicut vniuersitas posset hos ciues à munerib. eximere, ita potest cum eis sic pacisci, & licet ipse nihil alleget, potest tamen adduci doctrina Barto. in l. 2. in fi. de iure immuni.

11 † vbi ciuitas non potest reuocare immunitatē concessam pacto, vel conuentione, l. quod semel. ibi idem Barto. ff. de decre. ab ordine facien. dicens, quod quando priuilegium immunitatis transit in vim pacti & conuentionis, tunc ciuitas non potest reuocare, prout nec Princeps ipse immnnitatem per viam contractus posset reuocare, vt cumulate scribit Paris. cons. 69. numer. quinto, volum. 1. ideo præsupponit de ea posse pacisci, quia reuocatio præsupponit præexistentiam, argumento l. decem. ff. de verbo oblig. & c. 2. quæst. 1. l. Titio vsusfructus. ff. de condic. & demonstratio. per quam legem dicit Bal. in

12 l. licet. in tertia oppo. C. loca. † quod carentiæ sunt habentium, sicut priuationes habituum, accedat, quia ciuitas in sui præiudicium posset immunitatem concedere ciuibus, & incolis, & pro eis soluere collectas, glos. in l. euacuatis. in fin. & in l. 1. C. de decre. decur. libro decimo. quam not. Bar. in l. si duas. §. grammatici. numero octauo. ff. de excusa. tuto. Ias. consilio 101. numero 1. versicu. primo, quod communitas. volum. quarto. post Ab. And. de Barrulo, Ang. & Roma. per eum allegatos, Calca. consilio 101. numero quarto. in fin. Brun. consilio trigesimosecundo. Neuizan. consi. 66. nu. 34. post Alex. & Feli. per eum allega. D. Rollan. à Valle consi. 5. num. 8. & seq.

Nec obstare videtur, quod credentia, siue ordo decurionum ciuitatis non possit hanc immunitatem concedere, sed quod requiratur generalis adunantia, & sic capita domorum, secundum Bart. in d. l. 2. vers. sed quæro, per quos. ff. de iure immuni. quia

13 Alex. ibi in apostil. in verbo, Per illos, [illegible] concilium posse concedere immunitatem, cum per ordinem decurionum seu concilium repręsentetur totus populus, l. municipes intelliguntur. ff. ad municip. & l. municipibus. ff. de condic. & demon. quem refert & sequitur Paris. consilio 71. numero decimo tertio. & sequen. volum. 1. & ante Alexand. ita consuluit Bal. in consilio 483. visa immunitate concessa. libro secundo. Neuiza. consi. 66. num. 19. quod præsertim procedere videtur, quia præsupponitur in facto, ciuitatem imò ordinem decurionum, seu sapientum esse in possessione, seu quasi à tanto tempore citra cuius initij non est memoria in contrarium concedendi immunitates, quod apparet ex pluribus concessionibus in actis pro-

40 ductis, † quo casu habet vim priuilegij, vulga. l. hoc iure. §. aquęductus. ff. de aqua quotid. & ęsti. Grat. respon. 61. num. 19. & seq. volum. 1.

Præterea, dato quod debitæ solemnitates à principio non interuenissent, attamen ex eo, quod totus populus sciuit huiusmodi concessiones immunitatum factas per deputatos, siue decuriones, & non fuit aliquis qui contradixerit, imò ex quo omnes alij exempti soluerunt onera integra absque eo quod cogerent istos exemptos soluere predictis bonis dicitur ratificasse prædictas immunitates, Calca. consilio 101. numero quarto.

Nec obstat statutum ciuitatis, quod requirit numerum centum decurionum, quia loquitur, quando alienaretur posse ciuitatis, & sic aliquid, quod diceretur esse prius in bonis, sed istam immunitatem concedere, non est aliquid dare de bonis ciuitatis, ergo in ea concedenda nō militat statutum, Ias. in dicto consi. 101. numero quarto, volu. 4. addo etiam, quod aliqui ex istis, quibus dicitur vendita, siue concessa immunitas, sunt personæ graues, & in dignitate constitutæ,

15 † quibus potuit etiam concedi immunitas à decurionibus, Barto. in dicta l. 2. numero tertio. ff. de iure immunita. Ias. dicto consil. 101. colum. secunda. versicu. secundo respondetur, præsertim si fuerit concessa propter benemerita, vt etiam concludit Ias. cosilio præallegato, numero secundo. cui conueniunt dicta Soc. Iun. con. 91. num. 15. & sequen. volum. 2.

No

Nec videtur obstare Bartolus in l. in priuatis. §. 1. ff. de pollicit. cum similibus, vbi notat, † neminem posse se pecunia redimere à muneribus publicis, quia debet intelligi secundum legem, quam allegat l. non solum. §. liberationis. ff. de libe. lega. vbi Bartol. & sic in muneribus personalibus, de quibus etiã loquitur l. illud. C. de excu. mu. lib. x.

Præterea, vt dictum fuit suprà decisio. 39. communitas potest pacto, seu transactione conuenire cum priuato, ne soluat onera, vel certo modo soluat: ergo potuit emi, seu acquiri immunitas non soluendi collectas.
7 Item, quia † non debet ciuitas admitti ad petendum id, cuius contrarium non esset postulatura. l. penulti. C. de solutio. l. si vsufructus. & ibi Bartol. licet corruptus, & Pau. de Cast. de noua. sed ciuitas non esset contrarium petitura: ergo in sua petitione prædicta
8 non est audienda, † & maximè cum in dubio pro immunitate iudicandum sit. Grat. respon. 61. num. quinquagesimoquinto. vol. 1. In contrarium facit, quia iure communi prohibitum videtur ciuitatem, multo minus eius decuriones posse concedere immunitatem, præsertim ab oneribus patrimonialibus, aliquibus ciuib. seu incolis dicta l. euacuatis. C. de decurio. libro decimo. in illis verbis, Neque consensu ciuium, vel curiæ, † vbi rescripta superioris concedentia immunitatem, etiam de consensu ciuium, siue curię nõ valẽt, & gl. ib. in verbo, cõsensu, dicit, illum text. facere contra rusticos concedentes quandoque immunitatem alicui fabro, vel alijs similibus personis, & pro eis soluentes, quia non valet huiusmodi concessio, seu pactum, sequuntur ibi Bart. Ang. in 2. nota. & Luc. de Pen. pro qua opinione videtur tex. vbi Bar. Luc. de Pen. & Ioan. de Plat. in l. 1. C. de decr. decu. super immunitate aliquibus concedenda, libro decimo. quo loco exceptis personis ibi expressis, & venientibus de nouo ad habitandum, non potest decreto decurionum immunitas alicui concedi: concordat l. 2. ff. de iure immunit. vbi Bar. numero secundo, dicit non valere pacta, quibus ciuitates concedunt immunitatem ciuibus suis, his deseruit l. immunitates, & ibi glos. Bar. & Ioan. Plat. C. de agrico. & censi.
20 libro vndecimo, † qua cauetur immunitates sine auctoritate Principis concessas non valere, latissimè Alexand. consilio 101. numero tertio, & sequen. volum. primo. consilio trigesimo, numero octauo, volum. quinto. Angel. in l. 1. numero quarto, per illam legem C. de immuni. nem. conceden. Grat. d. respons. 61. numero primo, & sequen. & nume. vigesimoquarto & quinquagesimo sexto, cui cõclusioni accedit gl. in l. vni. quã ibi dicit notabilẽ Io. Plat. & Luc. de Pen. C. de
21 ijs qui à Prin. voca. acceperunt. libro decimo. dicens, † tria esse necessaria ad hoc, vt immunitas concessa teneat, videlicet, quod concedatur à Principe ex iusta causa, & ad tempus, quem refert & sequitur Grat. dicto respon. 61. numero septimo. Felin. in d. c. accedentes. colum. fin. in 8. & 9. conclusione. de prescript. vbi concludit immunitates ab vniuersitate concessas non valere etiam in præiudicium populi, nisi in casibus exceptuatis. Et dato non tamen admisso, quod ciuitas posset concedere immunitatem à patrimonialibus, non posset fieri, nisi à generali congregatione, siue adunantia, & non ab ordine decurionum tantum, Bar. in d. l. 2. numero tertio. ff. de iure immunit. quem sequitur Ioan. Plat. in dicta l. euacuatis. in fin. Calca. consilio 101. numero secundo. Pet. de Vbal. in tracta. de collectis, numer. 21. licet Bar. in l. 1. C. de decret. decur. super immunitate quibusdam concedenda, intelligat de consilio magno, & adunantia generali, quæ habet plenum imperium, & non recognoscit superiorem, idemq; ibi sentit Io. de Plat. quod puto verum, & ex præmissis apparet malè sensisse Alexand. in apostil. ad Bartol. in l. 2. ff. de iure immunita. & Paris. d. consilio 71. vo-
22 lmm. 1. † quia etsi ordo decurionum, siue consilium populi repræsentet totum populum, attamen id non est semper verum, præsertim in concedendis immunitatibus, dicta l. 1. & 2. C. de decret. decurio. super immunitate quibusdã conceden. & l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordi. facien. contra quæ iura loquuntur Alex. & Paris. & etiam contra dict. l. euacuatis, in illis verbis, Consensu ciui-
23 um, vel curiæ, † cuius curiæ appellatione veniunt decuriones, l. curiales. l. nominationum. C. de decur. & l. vni. C. de ijs qui à Prin. vac. acce. & l. quod maior. ff. ad munici. & ibi glo. & Bart.

Nec obstat responsio Ias. in dicto consi. 101. colum. 2. vers. primo, quòd communitas, volu. 4. dicentis communtatem posse in sui præiudicium concedere immunitatem auctoritate glos. in d. l. euacuatis, cum alijs suprà allegatis, quia multis modis potest responderi. primo, quòd dicta glo. dum ponit simpliciter illud participium cõcedentium, debeat intelligi de illis, qui habent potestatẽ concedendi, quia quælibet dispositio semper præsupponit substantiam, & qualitatem suppositi. l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudicata. l. 2. §. 1. quemadmod. test. aper.

cum alijs cumulatis suprà Decis. 68. & hoc demonstratur ex ll. in glo. allegatis. Nam l. inter debitorem. & l. epistola. §. pactum. ff. de pactis, loquitur de pactis priuatorum qui possunt pacisci, quod vnus soluat pro alio, & remittere inuicem debita liquida,
24 † sed communitas non potest soluere pro aliquo, nec ei remittere debitum liquidum, l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordi. fac. l. pactũ curatoris. C. de pact. vbi latè Dec. in princip. l. præses. & l. pactum. C. de transact. l. Imperatoris. ff. de pactis. ergo ex pactis priuatorum ad pacta vniuersitatis arguere non licet. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. fina. ff. de calum. & hæc interpretatio suadetur ex glos. fina. in dicta l. euacuatis, qua improbatur immunitas concessa Fabro, & solutio facta pro eo, cum ex huiusmodi solutione alij prægrauentur, contra dispositionem l. 1. C. de apo. pub. libro decimo. & l. 1. C. de censib. & censit. libro vndecimo, quibus arridet l. 1. C. de quib. mun. non lic. se excusa.

Nec enim verisimile est, vt incontinenti glos. voluerit contrarium dicere, & se corrigere, l. non ad ea. & ibi glos. in verbo, Præses. ff. de condic. & demonstra. Alcia. latè de præsumptio. reg. 2. c. 28.

Vel potest responderi distinguendo, vel intelligendo, vt per Barto. in dicta l. euacuatis. versicu. venio ad secundum dictum,
25 † quòd aut decuriones, vel ciuitas concedit immunitatem ciuibus, seu incolis suis, & non potest etiam in sui præiudicium, d. l. 2. ff. de iure immuni. à contrario sensu, Felin. in d. c. accedentes. colum. fin. versicul. nona conclusio. de præscrip. aut vult concedere alicui venienti de nouo ad habitandum, vel & aliquibus ciuibus ex causa, quæ præponderaret oneribus occurrentibus, vtputa Doctoribus, & medicis, vel similibus alijs personis, & tunc valet concessio d. l. 2. ff. de iure immunita. & d. l. 1. C. de decre. decur. super
26 immun. quibusdam conced. † istis. n. personis, & non alijs, posset ciuitas salaria constituere, & de publico dare, d. l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. facien. d. l. 1. C. de decre. decur. & ibi glos. 2. quæ propterea non obstat, cum debeat secundum d. l. ambitiosa, quam allegat, intelligi, & ita eam intelligit Io. de Plat. ibi.

Et prædictam distinctionem, & interpretationem Barto. in dicta l. euacuatis. refert & sequitur Angel. ibi in fin. Luc. de Pen. adducens Specu. ita tenuisse in titu. de censibus. §. 2. numer. 2. versicul. quòd si vniuersitas fecit pactum. Ioan. de Plat. in dicta l. euacuatis. Abb. allegatus per Ias. in c. 2. numero vndecimo. de immunita. eccles. Aufrer. in additio. ad Cap. Tholos. quęstio. 348. colum. penultima.

Vel etiam potest responderi, quod præiudicat concedentibus, non autem vt in præiudicium publicum, ita Bar. in dicta l. duas. §. grammatici. numer. octauo. ff. de eu. cu. tuto. glo. in dicta l. 3. C. de anno. & trib. libro decimo. Dec. in dicta l. pactum curatoris. in princip. C. de pactis. sed secunda responsio distinguens, tanquam magis tuta tenenda est, Alberic. in l. in fundo. colum. 2. ff. de rei vendic. & dato citra veritatis præiudicium, quod ordo decurionum potuisset hanc immunitatem concedere, adhuc dicitur decretum prædictorum decurionum peccare in forma in quamplurimis Instrumentis, cum non interuenerint à iure requisita, videlicet, duæ partes ex tribus decurionum, l. nulli. cum duabus sequentibus. ff. quod cuiusque vniuersi. nomine. l. quidem ior. ff. ad munici. l. 2. & sequen. ff. de decrib. ord. facien. maximè stante forma statuti positi sub rubrica, quod potestas non possit expendere de hauere. fol. 25. quod requirit numerum centum decurionum in tali alienatione.

Nec obstat responsio, quam ad hoc
27 Ias. d. consilio 101. numero quarto. † quia eo, quod dicit, quod concedere immunitatem non est expendere, seu dare de bonis communitatis, videtur, salua reuerentia, malè loqui, cum appellatione haueris, siue ... us loquendo æris, veniunt bona, Ias. d. cons. 101. numer. quarto, post glo. in aut. de armis. §. sinautem. in verbo, Pecunia. citat Iac. à S. Geor. in sua inuestitura, in versicu. dictiq; vasalli promiserunt. numer. ... bonorum appellatione veniunt iura, & actiones, l. bonorum appellatione aut ciuilis. in fin. ff. de verb. sig. ergo alienando actionem, dicitur alienare bona, & sic hauere: concordat text. in l. qui actionem. ff. de reg. iur. sed nemini dubium est, vniuersitati ius siue actionem competere exigendi collectas ab istis ciuibus, & incolis pro bonis eorum: ergo remittẽdo huiusmodi ius, siue actionem exigendi, quod fit concedendo immunitatem, dicitur de hauere communis remittere, siue dare.

Non officiunt consi. Calca. & Grat. quia loquuntur in immunitatib. cõcessis venientib. de nouo ad habitandum, in quibus multa concurrebãt, q̃ non militãt in casu nostro. Nec aduersatur quasi possessio cõcedẽdi im-
28 munitatem, † qahmõi q̃si possessio, seu cõsu-

tud

tudo debet esse præscripta ea præscriptione, cuius initij non extat memoria in contrarium, teste Grat. d. respon. 61. numero vigesimoquarto, cum igitur prædictæ immunitates fuerint concessę ab ijs, qui potestatẽ, seu ius concedendi non habebant, non valent, & pro infectis habentur, dicta l. immunitates. & ibi Ioan. de Plat. C. de agrico. & censit. lib. 11. concordat l. non dubium. C. de legi.

Secundò, admisso citra veritatem, quod contractus quo ad solemnitates, & ius concedentium subsisterent, dicitur eos respectu
31 substantiæ non sustineri posse, † cum non valeat contractus, quo aliquis dat pecuniam, vt non grauetur muneribus publicis, & si dat, perdit pecuniã, & nihilominus grauatur muneribus: ita expressè notat Bartol. per illum tex. in l. in priuatis. §. cum quidam. ff. de pollicita. idem dicit Mart. Lauden. in tracta. de fisco, numero 205. per tex. in l. illud. C. de excusa. mune. libro decimo, quorum opinio videtur comprobari l. ad portus. l. omnes prouinciarum. in fine. C. de oper. public. l. fina. C. sine censu, vel reliquis. & l. omnes. C. de anno. & trib. l. vnica. C. de superindic. l. 1. C. de immuni. nem. conceden. concordat l. vnica. C. vt nem. lic. ab emptione spec. libro decim. l. euacuatis. C. de decur. l. 3. C. de mun. patrimo. l. 1. 2. & fina. C. quib. mun. vel præst. nẽ. lic. se excus. lib. decimo, & ex ijs quæ scribit Parpal. in l. placet. colum. decimotertio. C. de sacrosan. eccle. † quòd collectæ possunt imponi mutuanti pecunias vniuersitati sub pacto, quod non soluat collectas, quia non valet huiusmodi pactum, imò nec etiam valeret statutum, & dicitur sapere vsuram propter depraua tam intentionem mutuantium, & ita dicit tenuisse Specula. in dicto titu. de vsuris. in fine. dum allegat c. conquestus. de vsu. Alb. in secunda parte statuto. quęstio. 40. incip. an si ciuitas vel villa. Laur. de Rodulph. in c. consuluit, quæstio. 80. de vsur. quam opinionem reprobata distinctione inter collectas impositas ratione onerum ordinariorũ, & alias impositas occasione onerum extraordinariorum tenuerunt Syluester priorate theologus in sua summa Syluestrina, in secunda parte, in verbo, Vsura, in versicul. nono quæritur. Card. Caieta. in sua summa, in verbo, Vsura exterior. in primo notab. versicul. nonus est. Summa summarum, quæ Tabiena dicitur, in verbo, Vsura secundo, ratione mutui. versicu. secundus casus est. Card. Zab. in c. consuluit. num. primo. de vsur. Iacobus Vngarellus in additione ad summam Angel. in dicto verbo, Vsura. num. octauo. & in verbo, Conquestus. post Card. Zab. & Francisc. de Plat. per eum allegatos, concludens illos capere lucrum ex remissione collectarum, ex quibus apparet istam esse magis communem opinionem, maximè Canonistarum, & Theologorum, quæ etiam comprobatur ex rationibus, & fundamentis, p ea adductis per Spec. in præallegato loco, quib. non respondetur,
31 pṽsertim intrascripto argumento. † obligatus si ab obligatione liberetur, dicitur capere, l. 1. §. si. & l. seq. ff. de calu. & l. si quis obligatione.
32 & ibi Dec. & Cagno. de regu. iuris. † sed regularirer vnusquisque pro rata patrimonij tenetur, & est obligatus soluere collectas, quæ imponutur ratione onerum patrimonialium, & extraordinariorum. l. rescripto. & ibi glos. in verbo, Incolis. ff. de mune. & hono. l. 2. & fina. C. de mune. patrimo. libro decimo. l. fina. C. de immu. nemi. conceden. libro decimo. & bona descripta in æstimo dicuntur tacite hypothecata pro collectis, saltem in odium facientis describi in æstimo iuribus adductis suprà Decis. 91. numero 153. quibus addo Angel. consilio 206. numero secundo, Las. consilio 83. colum. prima, volum. tertio. Dec. consilio 186. numero quinto. imò nullus creditor potest habere ius anterius, quam habeat fiscus pro collectis, & tributis, vt dicit Cyn. & ibi etiam Bal. in l. 1. per illum tex. C. si prop. pub. pens. & eos refert & sequitur Cotta in Memorali incipien. collecta. ergo ciues liberati à solutione collectarum, quibus obligabantur, dicuntur capere, & sic lucrari id, quod cessante liberatione obligati erant soluere, & huic argumento conuenit text. in dict. l. sed etsi lege. §. quòd autem quis. ff. de petitio. hæred.
33 † vbi bonæfidei possessor, qui de hæreditate expendit in id, quod etiam causa cessante fuisset de patrimonio erogaturus, dicitur factus locupletior, ideo restituere tenetur, sic in casu nostro ciues, qui pecuniam tradiderunt, videntur facti locupletiores in id, quòd soluturi fuissent cessante
34 pacto prædicto. concordat regula, † quòd paria sunt, quo ad effectum iuris, remittere, & dare, l. si mulier. ff. de condi. causa data. l. si fundum. §. Titio. ff. de lega. primo. dicta l. 2. ff. de calum. & dicta l. si quis obligatione. ff. de regu. iur. vbi Dec. & Cagno. & sicuti committitur simonia remittendo debitum, sic videtur quod committatur vsura, ad quod faciunt quæ dicit Areti. in l. pactum curatoris. C. de pact. quem ibi se-

quitur Ias. numero secundo. & Cogno. in d. l.
35 si quis obligatione. numer. 6. in fin. † quod pactum de non petendo habet inclusam causam donationis: ordo autem decurionum non potest remittere, vel donare debitum curiæ debitoribus curiæ, quia hoc sacris constitutionibus reprobatur, vt dicit Odoff. in l. 1. per illum tex. C. de decre. decurio. super immunita. conceden.

Non obstat limitatio Dec. in d. l. si quis obligatione. versi. secundo limitatur, quod æquiparatio non habet locum, quando debitum est illiquidum, quia etiam procedit si debitum non sit liquidum, sed facilè liquidandum, ita declarat Dec. in d. l. pactum curatoris. nu. 3. & Ias. nu. 3. facit l. fi. C. de compensa. & quod notat Bar. in l. aufertur. §. per compensationem. ff. de iure fisci. & diximus suprà Decis. 92. in fin.

Et tenendo hanc opinionem posset ad cõtraria rñderi, & primo ad id, quod dicitur cõtractus, de quibus agitur, esse contractus em-
36 ptionum, † quia etiam in his contractibus potest esse implicitum mutuum, ita vt possint dici continere vsuram propter intentionem lucrandi, Ab. in c. fi. nu. 6. de vsur. & ibi Ioan. Calca. colu. 3. in quinto notab. Archiep. Flor. in sua summa, in secunda parte, tit. 1. de vsur. ex mutuo. §. 1. vers. quamuis enim in alijs cõtractibus, & latius eodem titulo primo, de vendi. rer. ad terminum. § 15. & 16. Card. Caie. in d. summa, in verbo, Vsura exteriori. vers. de vsura autem consurgente ex mutuo implicito, puta in contractu emptionis, & venditionis, summa Syluestri, in secunda parte, in verbo, Vsura. 2. §. vsura secunda consideranda potest. & summa Tabiæ, in verbo, Vsura, quinta ratione empitionis, quod præ-
37 sertim procedit in casu nostro, † in quo non potest cadere emptio ex natura rei in emptionem deductæ, id est immunitatis à muneribus publicis, quæ emi pecunia non potest, vt suprà probatum fuit, ideo potius mutuum iudicari debet, quam emptio, argumento l. si vno. in princi. ff. loca. & l. si insulam. ff. de præscr. verbis. Ab. in c. consuluit. nu. 6. in fi. & c. fi. nu. 8. de vsur. Alex. cons. 43. nu. 21. & & seq. vol. 4. Rip. de priuileg. contrac. cau. pestis. nume. 57. & seq. conuenitq; regula l. 1. C. plus valere quod agitur quam quod simulatè concip. Nam si accurate considerabimus hos contractus, & conferamus cum quæst. Specu. in titu. de vsur. proposita, nulla nisi nudi nominis differentia inuenietur: in istis. n. tradita fuit pecunia communitati assumpto titulo emptionis æstimi, pacto adiecto, quod donec restitueretur pecunia, non possent tradentes pecuniam compelli ad solutionem collectarum, & in quæstione Specu. communitas recepit pecuniam mutuò abnecola, hoc pacto, quod donec ei satisfieret, nihil solueret pro collectis, vtroq; namq; restitutio est collata in arbitrium communitatis, in vtroq; casu eadem conditio, &
38 vt interim non soluantur collectæ impositæ, idemq; effectus, ergo † de nomine nonesse randum. l. fina. versi. iustum est enim. C. quæ res pig. obliga. pos. Alex. in l. licet. col. 2. C. de pactis. Bal. in l. de quibus. col. 4. circa fi. ff. de legi. per tex. in l. fi. ff. mand.

Nec obstat, quod incertitudo, & dubius euentus causant tollerantiam contractus & excludunt vsuram. c. fin. de vsur. cum similibus allegatis per Roma. d. consilio 39. quia illa iura loquuntur in contractu venditionis puro, in quo tempore contractus verisimiliter dubitabatur, an tempore facto solutioni precij res vendita plus vel minoris venderetur, quàm tempore contractus, ideo nimirum si propter talem incertitudinem excluditur vsura, quia tunc nulla est considerabilis intentio lucri, vt intelligunt ibi communiter Doctor. sed in casu nostro à principio fuit facta numeratio pecuniæ, & eius restitutio collata in arbitrium ciuitatis pacto adiecto, quod si nec restitueretur pecunia, non subirent onera, & sic apertè fuit considerabilis, & certa intentio lucri: ergo non militat contrarium adducta tanquam diuersam rationem continentia. l. interpositas. C. de transac. & l. fina. ff. de calum. ita respondet Card. Zab. in d. c. consuluit. numero vbi ponit quæst. Specu. & notabiliter, quod tunc dubietas excusat, quando effectus differens ad lucrum, & damnum, secus quando certum est, quod non nisi ad lucrum contingere potest, vt in casu quæst. proposito per Specu. & Cardi. refert & sequitur Vnga. in dicta additione ad summam Angelge. in verbo, Tenet quod non. & hoc videtur probari ex d. c. fina. iuncta glos. penulti. arguendo à contrario sensu, concludendo quando certum esset, quòd tempore solutionis res vendita pluris valeret, tunc contractus esset vsurarius, sed in casu nostro est certum saltem communi opinione de lucro cum tempore contractuum, & antè esset grauissima onera, vt apparet ex verbis mu-
39 ratiuis ipsorum contractuum, † quæ probant inter partes. l. optimam. C. de contra. & commit. stipula. & verisimiliter præ-

mea-

mebantur duratura cum eadem perseueraret belli causa: ergo non habet locum id, quod de incertitudine allegatur, † cum ex præteritis, & præsentibus præsumatur in futurum. c. mandata. vbi Abb. & Felin. & in c. scribam. de præsumpt. quæ iura interminis quæstionis nostræ allegat Card. Zab. in cap. in ciuitate, in octaua oppositione, de vsur. glos. final. in l. si ea lege. C. de vsur. & faciunt adducta per Bartol. in l. inter stipulantem. §. sacram. num. 7. in quæstione, an inspiciendum sit id, quod euenire potest. ff. de verbo. obliga. † vbi dicit, quod id, quod euenire potest præter naturam & legem, si præsens status indicat contingentia de futuro, tunc inspicimus quod euenire potest, iur bus per eum allegatis, Calca. consil. 24. num. 12.

Non obstant rationes adductæ per Speculà. videlicet, † quod multum interest damna sentire, & pati, & lucra non capere. l. Proculus. ff. de dam. infec. & l. fin. C. de codic. quia non militant in casu nostro longè diuerso. nam in l. Proculus, ille, qui ædes suas altius tollebat, vel cuniculo, aut fossa aquam à prædio vicino auocabat, licet ex ijs operis dicatur prohibere vicinum proprio lucro, quod faciebat antequam opus fieret: attamen cum illud fecerit iure proprio absque eo, quod in aliquo obligaretur, erga vicinum, nimirum si non habet locum stipulatio de damno infecto, secundum Docto. ibi quibus addo Curt. Iun. in repe. l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod inter. profer. num. 33. secus si hæc fuissent debita iure seruitutis. l. fluminum §. final. & ibi Bar. Paul. de Cast. & communiter Doctores, ff. de dam. infec. sed in casibus nostris, hi qui pecunias tradiderunt, siue mutuarunt, erant obligati erga vniuersitatem subire onera patrimonialia, præsertim militaria, vt suprà latè probatum fuit: ergo in eis non militat ratio d. l. Proculus, similiter nec aduersatur l. final. C. de codicil. nam ciuitas non diceretur lucrum non capere, sed debita ex causa onerum amittere, & ipsi mutuantes non soluendo collectas, quas tenentur, dicentur lucrum capere: ita tenet Card. in. Zab. in d. c. consuluit. versic. ego enim, de vsuris. quem refert & sequitur Iacob. Vng. in dicta additione ad summam Ang. in verbo, Tenet, quod non in fin. quorum opinio probatur d. l. sed etsi ea lege. §. quod autem. ff. de peti. hæred. & d. l. si quis obligatione liberatus. ff. de reg. iur. & ex istis tollitur etiam ratio Bal. in addit. ad Spec. de vsur.

Nec quoad collectas impositas ratione onerum militarium, de quibus agitur, obstat distinctio Io. Andr. in dicta additione ad Specul. de vsur. constituentis differentiam inter collectas certas, & ordinarias, vel incertas, & extraordinarias, vt in certis sit vsura: in incertis verò, seu extraordinarijs, non, quia siue dicamus ista onera esse ordinaria, † tanquam à lege, siue à Principe imposita, etiamsi certam & perpetuam præstationem non habeant, vt voluerunt nonnulli moti ex l. omnes omnino. C. de anno. & trib. vbi Bart. & l. vnic. iuncta glos. C. de vac. muner. pub. lib. 10. l. final. §. patrimoniorum autem. ff. de munc. & one. Bar. in l. 2. ff. de iure immunita. Io. Plat. in d. l. euacuatis. Alexan. cons. 32. num. 1. volum. 5. siue dicamus ea esse extraordinaria, cum certam, & determinatam præstationem non habeant, sed prout casus exegerit à lege, vel ad beneplacitum Principis, seu superioris imponuntur, l 1. C. de superindic. & l. vni. & ibi gl. & doctr. in rub. C. eod. tit. l. 1. C. de vac. pub. mun. & l. fin. C. de mun. patri. lib. 10. per quæ iura ita nos docet Bar. in l. vnic. col. 5. nu. 40. vbi plenius quàm alibi. C. de mulier. in quo loco. lib. 10. & in l. 1. num. 2. C. de agri. & cens. lib. 11. post Gul. de Cun. in l. neminem. C. de sacrosan. eccles. qui idem tenuit in l. placet. C. eodem titu. Alexan. in apost. ad Bart. in d. l. vnic. num. 27. & 40. & clarius in l. 2. in verbo, Munus ordinarium. ff. de iure immu. post Bal. in d. l. placet. in secundo notab. & in d. l. neminem. & plenius in l. fin. colum. 2. C. sine censu, vel reliq. & in l final. C. de indict. numer. 3. vbi notat per illum tex. quod illud dicitur ordinarium, quod potest præuideri, extraordinarium verò, quod propter sarcinam repentinam non potest præuideri, Angel. pulchrè in d. l. vnic. num. 22. C. de mulier. in quo loco. Io. Plat. in rubric. de anno. & trib. colum. 2. versic. de secundo munere patrimoniali, iunctis ijs, quæ dicit in l. final. in fin. eodem titu. lib. 10. & rubric. C. de indi. versicu. tu dic. & in rub. de superindi. Luc. de Pen. in l. 1. colum 1 in fin. C. de indi. & plenius in l. fin. colum. 4. C. de exac. trib. Aretin. latè cons. 132. colum. 1. & 2. Iaf. in d. l. placet. & ib. Parpal. colum. 30. C. de sacrosan. eccles. quos refert & sequitur Paris. cons. 25. num. 5. & cons. 91. & 95. volum. 1. pro qua opinione adduco text. in titu. quæ sint regalia, in verbo, Extraordinaria collatio. & in l. cui muneris. ff. de mune. & hon. Et hæc est vera, & magis communis sententia, non obstantibus in contrarium adductis, quibus facilis est responsio. Attamen, † cum hæc onera extraordinaria pro vtili-

tate, neceſsitateúe publica indicuntur, ordinarijs, & merè realibus æquiparantur, ita vt quemadmodum nemo ab ordinarijs excuſatur, l. omnes omnino. C. de anno. & tribut. l. 1. C. de immunit. nem. concedend. l. munera. C. de muner. patrimon. lib. 10. ſic nec ab huiuſmodi extraordinarijs eximitur. l. fin. C. de immunit. nem. concedend. l. vnica. C. vt nem. lic. in emptio. ſpec. ſe excu. l. 2. & fin. C. de mune. patrimo. l. 1. 2. & 3. C. de quibus mu. lic. ſe excu. Afflict. in titul. quæ ſint regalia, in verbo, Et extraordinaria collatio, numer. 23. vbi dicit, quod extraordinaria collatio, quæ imponitur propter neceſsitatem famis, vel guerræ, ſapit naturam ordinariæ collationis, & Pariſ. dict. conſ. 25. numer. 74. & 75. vol. primo, quod huiuſmodi collectę æquiparantur muneribus merè patrimonialibus, à quibus nemo regulariter excuſatur: igitur idem iudicium eſt de iſtis, ſicut de ordinarijs. ergo horum onerum extraordinariorum prætextu dicitur etiam contracta vſura, & ita tenuerũt quam plurimi Doctores ſuprà relati, reprobata dicta diſtinctione, prout meritò reprobari debet, niſi ſaluando dicamus eam debere intelligi de collectis extraordinarijs: quæ non vrgente graui neceſsitate, nec iuſta cauſa imponuntur, ita intelligit laco. Vng. loco prædicto poſt Franc. de Plat. de vſur. quæſt. 20. & 50.

Non obſtant dicta Abb. in d. c. in ciuitate. & primo id, quod dicit valere emptionem annualis, & certi redditus, quia non videtur bona conſequentia, poteſt emere annualem redditum, ergo poteſt pecunia redimere immunitatem ab oneribus patrimonialibus bellicis, cum, ut dictum fuit, hocà iure reprobetur, d. l. illud. C. de excuſa. mu. Bar. in d. l. in priuatis, cum alijs ſupra relatis, quo fit, ut nulli ſint pronunciandi huiuſmodi contractus, ueluti lege prohibente facti. l. non dubium. §. nullum enim pactum. C. de legi.

Nec nocet, quod dicitur, l. illud. C. de excu. mu. & Bar. in l. priuatis, debere intelligi in perſonalibus muneribus, quia Bart. & alij loquuntur generaliter de mu-
45 neribus publicis, † quorum appellatione veniunt perſonalia, patrimonialia, & mixta l. fin. §. hæc omnia. ff. de mune. & hono. gloſ. in d. l. euacuatis, & ratio legis eſt generalis, ex quo ſequitur, quod licet caſus poſitus ſit ſpecialis, tamen lex generaliter procedit, Bar. in l. regula. §. ſed licet, & ibi Bal. ff. de iuris & fac. ignor. quos refert & ſequitur Laſ. in l. licet. num. 9. C. de pact. & gloſ. in d. l. illud. videtur hoc velle, dum allegat tex. in l. propter. C. qui bon. ced. poſſ. quæ lex loquitur de muneribus perſonalibus, & patrimonialibus, & vtroque caſu dicit, non eſſe admittendam ceſsionem bonorũ, & Bal. Salyce. & Paul. de Caſt. dicunt illam legem loqui in collectis, attentis illis verbis, quamodo ſubſtantiæ, quæ exponuntur, licet ad æs & libram, & ſingulariter dicit in
46 Bal. † quod collectæ naturaliter ſunt onera rerum, formaliter onera perſonarum: quem refert & ſequitur Aufrer. in additio. Cap. Tholoſ. quæſtio. 28. & clarius quæſtio. 134. poſt Aretin. in §. fina. Inſtitut. de actio. ſequitur Laſ. ibi colum. 4. verſic. ſexto ſupra ſcripta, ad quod facere videntur ea, quæ ſcribit Barto. in l. incola. 1. num. 1. ff. ad municip. quem refert & ſequitur Brun. conſ. 90. num. 2. Rub. conſ. 9. colum. penult. verſic. tertiò conſiderandum eſt.] Ioan. Mat. repetitio. d. l. vni. colum. 197. in fin. & colum.
47 ſequen. C. de mul. in quo lo. † quod alienatus non poteſt renunciare collectis, niſi oſtet alium æquè idoneum. Sed quia contrarium videtur doctrina Bar. in l. is, cui quo. numer. 2. ff. de aqua plu. arc. ideò non diſcutiam hunc articulum ceſsione
48 ſatis eſt, † quod d. l. propter, ſecundum communiter Doctores intelligatur tam de oneribus patrimonialibus, quàm perſonalibus & quod d. l. illud, intelligatur etiam in muneribus realibus, vltra gloſ. firmat Luc. Pen. ibi in verſic. perſonalis. & hæc opinio
49 corroboratur, † quia ſicut nemo excuſatur ab oneribus perſonalibus, præſertim horrem annexum habentibus. l. æſtimationes ff. de munerib. & honor. & ff. de vacat. & C. de excu. mu. lib. 10. cum ſimilibus, nemo regulariter excuſatur à muneribus patrimonialibus. l. Reſcripto. §. final. & l. final. patrimoniorum. ff. de mune. & hon. l. ijs qui oneribus, & ſequent. ff. de vaca. mu. l. fin. in fin. C. de municip. patrimon. & l. 1. 2. & fin. C. de quibus muner. nem. lic. ſe excuſa. lib. 10. in quamplurimis caſibus, vtputa, dignitate, profeſsione, morbo, ætate, numero liberorum, ſexu, paupertate, quis à iure communi eximitur à muneribus perſonalibus, vt C. qui ætate vel profeſ. qui morbo, debis, qui numero liberorum, vel paupertate ſe excuſ. lib. 10. cum ſimilibus, & tamen regulariter non excuſantur ab huiuſmodi oneribus patrimonialiabus. l. 1. & final. C. de immuni. nemi. conceden. l. qui immunitate. C. de mu. patrimo. l. 1. 2. & final. C. de quib. muner. præſt. ne. lic. ſe excu. lib. 10. glo. 1. in l. euacu-
50 tis. C. de decur. lib. 10. Quinimo, † conce-

de nouo simpliciter immunitate censetur concessa à personalibus regulariter, non autem ab huiusmodi patrimonialibus, glos. in dicta l. qui immunitate. & ibi Bartol. C. de mun. patrim. & in l. eos. in verbo, Omnium. C. de excus. mu. Bar. in l. euacuatis. num. 5. & ibi Bal. colum. 1. C. de decurio. vbi etiam Io. de Plat. & in d. l. qui immunitate. Bar. in l. 2. num. 4. ff. de iure immuni. Aufrer. in addit. ad Cap. Tholos. quæst. 345. colum. fi. Parpal. in l. placet. colum. antepenult. & simili argumento à personalibus oneribus ad patrimonialia à maiori arguit Paris. in dicto cons. 25. num. 76. vbi dicit, quod si consuetudo ligat forenses ad personalia, multò magis ad patrimonialia: ita in casu nostro, si lex prohibet personalia redimi pecunia, multò magis patrimonialia.

Non obstat secundo, quod dicit idem Abb. in d. c. in ciuitate. in fin. quia ibi ciues fuerant compulsi subuenire ciuitati in necessitatibus, & à principio nullum fuit pactum initum, vel spes aliquid recipiendi ratione pecuniæ exbursatæ, & quod inde datum fuit à ciuitate, liberè datum censetur nullo interueniente pacto: ideò nimirum, si non est vsura: aliàs secus, Abb. in c. conquestus. nu. 8. versic. decimò scimus quando aliquid gratis. & in cap. consuluit. in primo notabili. & vbique Cardin. Zab. de vsur. & clarius in d. c. in ciuitate. colum. fina. versic. sed si ex conuentione, Salyc. in authen. ad hæc. num. 24. C. de vsuris. nec ex eo, quod ciuitas non possit compelli restituere desinit esse mutuum: sed quia ciues compulsi fuerant subuenire, ideò sonabant in donum, vt concludit Zab. in d. c. in ciuitate. licet dici soleat, neminem in necessitatibus præsumi liberalem, imò dicit Ripp. in tracta. de peste. in titu. de remed. præseruat. contra pestem. §. accedo. numer. 185. & in l. 1. num. 18. & sequent. ff. solut. matrimo. post Guliel. de Cun. in d. l. neminem. C. de sacrosan. eccles. & Io. de Plat. in l. 1. C. de omni agro deser. lib. 11. † quod tempore necessitatis habentes pecunias cogi possunt eas mutuare Reipubl. non sub vsuris, vt plerique faciunt, sed gratis, & tenentur solutionem expectare, donec fiant collectæ, quibus possit eis satisfieri, quod etiam voluerunt Ang. cons. 206. num. 1. dicens esse casum in terminis in l. fin. §. fin. ff. de pignor. actio. & Paul. de Cast. in l. si quis nec causam. num. 6. ff. si cert. petat. & quod mutuum possit consistere non obstante restitutione collata in arbitrium ciuitatis, patet ex quæstio. Specula. suprà posita, quam communiter referunt Doctores, in qua pecunia fuit mutuò accepta calege, vt donec restitueretur, nullas soluerent collectas mutuantes.

Non obstat, quod super immunitate ciuitas potest pacisci, & transigere ex adductis suprà decis. 39. quia illa iura procedunt, quando ex aliqua causa posset esse probabile dubium, an particulares transigentes, vel ex qualitate personarum, vel rerum, quarum occasione transigitur, vel paciscitur, essent immunes, ita loquitur l. præses. C. de transaction. aliàs si omnino tenebantur soluere onera non tenet immunitas, dicta l. præses. & l. 2. ff. de iure immunita. à contrario sensu.

Non obstat vltimò regula l. penultima. C. de solutio. quod postulans id, cuius contrarium non esset postulaturus audiri non debet, quia hæc regula sic generaliter intellecta est Brocardica, cum regulariter quis petat id, cuius contrarium non esset postulaturus, de quo possunt multa exempla adduci, vt puta, quando quis petit rescissionem alicuius contractus, vel testamenti, cuius contrarium, scilicet confirmationem non esset postulaturus, ideò Barto. in l. in fundo. num. 1. ff. de rei vend. respondet, quod prædicta regula non habet locum, quando diuersa est ratio in casu contrario: sed in casu nostro diuersa est ratio, quia istis contractibus resistit ius commune, vt suprà probatum fuit.

Vel potest responderi, & magis congrue dictam regulam procedere, quando tempore contractus probabiliter poterat dubitari de eo, quod venturum esset, quia status præcedens inconstans erat, secus verò, si tempore contractus communi opinione quodammodo certum erat aliquid esse venturum, quia tunc admittitur petitio, & rescinduntur contractus, etiamsi aliter euenire posset, glos. est notabilis in l. si ea lege. C. de vsuris. & ibi Bal. in princip. Albe. Salyc. Paul. de Cast. in l. si ea pactione. & in l. oleo. C. de vsuris, faciunt ea, quæ suprà dixi, respondendo ad fundamẽtum in contrarium ratione incertitudinis. Et hanc secundam opinionem sequutus Senatus, censuit prædictos contractus esse rescindendos, & quos rescidit condemnando emptores, & mutuantes ad subeundum onera pro rata æris, & registri vniuscuiusque, habita tamen ratione legitimi interesse, cum plures ex contrahentibus essent mercatores.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad genus tradendo rem minimam liberatur.*
2 *Testibus duobus de mutuo tantum deponentibus, non autem de certa quantitate, iuramentũ suppletiuum parti deferre, nisi concurrentibus alijs coniecturis iudex non poterit.*
3 *Debito probato, super quantitate stabitur iuramento creditoris.*
4 *Confessio extraiudicialis etiam sine causa, sola sufficit ad delationem iuramenti suppletiui.*
5 *In iuramento suppletiuo iudicis taxatio admittitur, ne in immensum iuretur.*

DECISIO XCVI.

An debito probato per confessionem ipsius debitoris super quantitate debiti stetur iuramento creditoris?



Onstantius de Valle Cuneensis quibusdam precibus iudici porrectis confessus est se esse colonum partiarium Iafredi Tollosani, habereq; in Pratis fœnum commune, quod instabat diuidi, vt satisfaceret ipsi Iafredo, cuius dicebat se debitorem, nullius tamen quãtitatis facta expressione, ob quam confessionem petijt Iafredus dictum Constantium condemnari in scutis tredecim, in quibus dicebat eum debitorem ipsius agentis, & super ipsa quantitate sibi deferri iuramentum suppletiuum, quod Iudex detulit: & eo delato reum ad petita, & in expensis condemnauit, à quo Senatũ appellauit Constantius.

Quæsitum fuit, an bene, vel malè, iudex à quo pronũciauerit? & videtur dicendum, malè pronunciasse, quia confessio illa erat incerta, ideò inualida, & quatenus dici possit valida dando minimum denarium liberabatur, argumento eius, quod dicitur obli-
1 gatum † ad genus liberari tradendo muscam l. legato generaliter, iuncta glos. ff. de lega. 1. & hæc videntur probari ex doctrina Bar. communiter approbata in l. admonendi. num. 10. versicu. quæro quid si testis defi-
2 ciat. ff. de iureiurand. † quod si duo testes deponant se vidisse mutuare, sed non recordantur de quantitate, iudex non poterit iuramentum suppletiuum deferre, nisi concurrentibus alijs coniecturis, & Bart. refert & sequitur Alexan. cons. 69. num. 7. volum. 2. Hyppol. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quęstio. Ripp. in d. l. admonendi. num. 188. dicens, Bar. esse communiter approbatum, addens post Purpura. ibi colum. antepenult. num. 265. opinionem Rayn. de Forli. in l. 1. ff. de in lit. iuran. esse duram, propterea restringendam, vt locum habeat in iuramento in litem contra dolosum. l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & ratio est secundum prędictos, quia si esset locus iuramento suppletiuo, daretur occasio iurandi in immensum, quod esset absurdum, à quo euitando valet argumentum l. nam & absurdum. iuncta [illegible] cedenti. ff. de bon. liber. latè Euerar. in [illegible] locis legali. c. 8.

In contrarium adducitur decisio prędicta Rayn. in d. l. 1. ff. de in lit. iuran. relata per su-
3 prà dictos Doctores, † quod probato debito super quantitate statur iuramento creditoris, quem refert & sequitur Cep. caut. [illegible] Dec. in l. certi condictio. §. quoniam. num. [illegible] ff. si cert. petat. & in c. 1. num. 33. versic. ter[illegible] accedat. de probatio. cons. 146. colum. 5. in [illegible] ne. & cons. 536. numer. 12. Hyppol. singu. [illegible] And. Pom. in additioni. ad Bar. loco sup[illegible] allegato. Crauet. cons. 198. numer. 9. vbi [illegible] Bar. Alex. Ias. Dec. & Purpura. per eum allegatos, expressè dicit, quando ex testibus vel alio modo constat de debiti substantia, tunc super quantitate potest deferri iuramentum suppletiuum, & pro hac opinione facit, quod dicit Caccialup. in repetitione l. admonendi. numer. 181. ff. de iureiurand. post Mar. de Fano. Spec. Butri. & Math[illegible]
4 per eum allegatos, † quod confessio extra[illegible] dicialis sine causa sola sufficit ad delationem iuramenti suppletiui.

Nec in contrarium mouet incertitudo doctrina Bart. in dicta l. admonendi, quia hæc respondet, & argute more suo Cra[illegible] de antiqui. tempo. in prima part. num. [illegible] & quatuor sequent.

Non obstat, quod dicitur dari oc[illegible]
5 nem iurandi in immensum, † quia secundum Cep. iudex potest refrenare talem summam habita ratione personarum, & subiectæ materiæ, prout in simili casu voluit Cor. [illegible] 318. colum. fin. in fin. volum. 4. Et his auctoritatibus & rationibus motus Senatus, [illegible] tento præsertim dolo præsumpto ipsius debitoris, qui noluit exprimere quantitatem debiti, & inspecta qualitate creditoris viri probi pronunciauit Senatus bene iudicatum, & malè appellatum.

SVMMARIVM.

1 *Probationis viam eligens per testes, an conuolare possit ad oblationem iuramenti.*
2 *Actor, qui à principio noluit iuramentum deferre, sed onus probandi assumpsit, si non probauit, tunc reus absolui debet, nec cogitur iurare.*
3 *Oppositum in opposito idem operatur, quod propositum in proposito.*
4 *Dilationi pars renunciare non potest, altera parte adversaria inuita, cum communis dicatur.*

Rem[illegible]

Remedia plura, si ad vnum finem competant, vno intentato & electo cessant alia.

Testibus, seu attestationibus publicatis, non cogitur aduersarius positionibus respondere, nec iurare.

Iuramentum quis parti deferre potest lapso termino ad probandum, & publicato processu.

3 *Probationibus renuncians iuuari potest confessione partis.*

A delatione iuramenti exclusus, non videtur exclusus à probando.

10 *Iuramentū deferri potest in principio iudicij, etiam nullis propositis probationibus.*

11 *Iuramentum, qui à principio detulit, & superuenientibus probationibus reuocauit, non poterit ad illud redire.*

12 *Iuramentum & probatio in iure æquiparantur.*

DECISIO XCVII.

An liceat debitori electa via probationis per testes ad delationem iuramenti confugere.



VM debitor condemnatus soluere creditori agenti summam petitam in causa appellationis exceptionē solutionis proposuisset, admissusq; ad eam probandam fuisset, pendente dilatione ac iam examinatis aliquibus testibus, & quasi prope finem dilationis existens obtulit creditori, super nonnullis articulis deductis, iuramentum litis decisiuum, quod præstare recusauit creditor, tanquam non licuerit debitori electa via probationis per testes conuolare ad oblationem iuramenti. Quæritur, quid iuris? & prima facie videtur dicendum non licuisse per tex. in l. si quis iusiurandum. in princ. C. de reb. credit. & iureiuran. in illis verbis, & cum desperauit aliam probationem, tunc denuò ad religionem conuolare, quasi velit Imperator per illum tex. cum qui dixit se habere probationes, & fuit admissus ad probandum, si velit redire ad remedium oblationis iuramenti, audiri non debere, quam legem ad hoc allegat Dec. in c. 2. colum. 4. in fin. versic. si verò actor. de probatio. vbi dicit, † quod si actor à principio noluit iuramentum deferre, sed onus probandi assumpsit, & non probauit, tunc reus absolui debet, & hoc casu non cogitur iurare, quia ex quo probare non potuit, actor non debet ad iuramentum, redire, d. l. si quis iusiurandum. versicu. suprà allegato, & hoc videtur posse corroborari alio argumento, de quo per Socin. cons. 184. colum. 3. versicu. secundò adducit. Nam sicut in d. l. si quis iusiurandum. actor, siue reus, qui iuramentum detulerat, non potest nisi ex causa, vtputa, quia superuenerint nouæ probationes, reuocare iuramentum, & petere se admitti ad probandum: ita si à principio voluit probare, & admissus fuerit, non deberet posse venire ad oblationem iuramenti, nisi subsistente aliqua iusta causa, † vt idem operetur oppositum in opposito, sicut propositum in proposito. l. etli contra. ff. de vulgat. & pupil. & l. final. §. final. ff. de legat. 3. pro hac opinione videtur decis. Salyc. in d. l. si quis iusiurandum. in fi. concludentis, quod quando processum est ad examen testium, ex quo res non est integra, tunc non potest recurri ad oblationem iuramenti, sumpta ratione, † quod dilatio sit communis vtrique parti, cui renunciari non potest aduersario inuito, vt ibi per eum, pro cuius dicto videtur text. in l. Marcellus. §. 1. ff. rer. amot. inducendo, vt per Caccialup. in repetit. l. manifestæ. ff. de iureiuran. quem refert & sequitur Socin. d. cons. 184. colum. final. versic. primò adduco. vbi dicitur, quod qui rerum amotarum instituit rationem, si velit magis iuramentum deferre, quàm probare per testes, cogitur aduersarius iurare: ergo à contrario sensu si eligit probare per testes, deinde offerat iuramentum, non cogitur aduersarius iurare, & dicit Caccialup. quod non meminit se legisse hoc ab alio dictum. Ego ad hoc adduco text. satis notabilem & vrgentem iudicio meo, iunctis notatis ibi per Bar. & Docto. in l. de rebus. eodem titu. rerum amotar. vbi marito, vel vxori agenti actione rerum amotarum permittitur de quibusdam rebus iuramentum deferre, & de quibusdam probare, & ex illo text. notat Bartol. quòd circa diuersas res admittitur variatio, secus circa easdem. ergo ibi innuit text. quod si maritus, vel vxor vellet probare per testes, vel alias legitimas probationes, omnes res fuisse amotas, non possent postea super dictis rebus variare, & iura-
5 mentum offerre. Facit regula, † quod quando competunt plura remedia ad vnum finem vno electo cessant alia. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. c. vt quis duas. de electio. in sexto. & via, quam quis eligit, hæc sibi patere debet. l. si mulier. §. final. ff. quod met. caus. sibi enim imputare debet, qui se ad probandum astrinxit, d. l. si mulier. in princ. & ibi glo. quæ opinio comprobari potest ex nota. per Angel. in l. sed etsi restituatur. §. 1. ff. de iudic. quem refert & sequitur Dec. in rub. de probatio. colum. 13. vers. & retenta. Curt. in tracta. positionum. in 17.
6 breuiloq. concludentes, † quod publicatis attestationibus non cogitur aduersarius positionibus

tionibus respondere: ergo à simili non debet cogi iurare, argumento l. in contractibus. §. illo. C. de non nume. pecun. & ibi glo. in verbo, Offerri. vers. nec ergo. facit quod scribit Ripp. in l. admonendi. num. 65. ff. de iureiuran. dum dicit, opinionem Specu. esse veram, quando actor tentauit probare, & non probauit, vt eo casu excludatur à dilatione iurisiurandi.

In contrarium facit regu. l. manifestæ. ff. de iureiuran. quod manifestæ turpitudinis est & confessionis, nolle iurare, nec iuramentum referre, & ratio esse potest, quia is, cui iuramentum defertur, efficitur iudex & testis in causa propria, l. final. §. cum ipse. C. de fideicommiss. quæ ratio etiam militat in casu nostro: ergo idem ius statuendum est. l. à Titio. ff. de verborum obligatio. Ad hanc opinionem alludit text. in l. cum de indebito. §. in omnibus. ff. de probatio. quem notat Iaso. in d. l. manifestæ. num. 3. vbi licentia concedenda est ei, cui onus probandi incumbit, aduersario suo de veritate rei dicenda iurisiurandum offerre, quod comprobari videtur ex doctrina Angel. in d. l. in con-
7 tractibus. in fin. principij. † vbi lapso termino ad probandum, & publicato processu, potest quis alteri parti iuramentum deferre, quod comprobatur ex dictis Innocent. in c. vltra tertiam, in fin. quem ibi sequuntur Bal. Card. & Felin. de testib. quod causa potest instrui per confessiones faciendas, & ante & post terminos datos ad probandum, & id coadiuuatur ex dictis Felin. in rubric.
8 de probat. num. 6. † quod renuncians probationi potest vti confessione. c. cum Ioannes. de fide Instrument. & iuramentum ita releuat à probando sicut confessio. l. eum, qui. in princip. ff. de iureiurand. Iaso. in l. cum te. num. 9. de transact. Dec. in rubr. de probat. colum. 15. sequitur D. Purpura. in d. l. mani-
9 festæ. num. 6. dicens, † quod excluſus à probando non videtur excluſus à delatione iuramenti. Dec. in cap. licet causam. colum. 13. versic. & quia sicut. de probationib. Et hæc opinio adiuuatur ex cõmuni doctrina Doctorum nemine discrepante in dicta l. manifestæ, quod actor, siue reus, qui semiplene probauit, quo casu potest militare regula l. qui accusare volunt. C. de eden. maximè in casibus, in quibus non est locus iuramento suppletiuo, possunt deferre iuramentum litis decisiuum. Nam licet sint variæ opiniones, an huiusmodi iuramentum possit nullis existentibus probationibus, vel præsumptionibus deferri: attamen in hoc, quod stantibus semiplenis probationibus possit deferri, nullus est, qui dissentiat, sicut ergo potest publicatis testibus pro ipso examinatis semiplene probantibus offerre iuramentum, non obstante regula d. l. qui accusare, sic etiam debet posse offerre pendente dilatione, examinatis, & nondum publicatis testibus, quo casu incertum est, an plene vel semiplene probauerint: proinde, an competat prædicta regula stante præsertim op-
10 tione Docto. dicendum, † quod etiam a initio iudicij nullis propositis probationib. possit iusiurandum deferri, quorum sententiam dicit veriorem & æquiorem, ac practica seruari, Purpura. in d. l. manifestæ. numer. 11. in fine. Ripp. in d. l. admoneni. numer. 65. & quod in quæstione proposita possit quis deferre iuramentum, videtur text. in d. l. si quis iusiurandum. in princ.
11 C. de iureiuran. vbi dicitur, † non licere qui ab initio iuramentum detulit, deinde peruenientib. probationib. illud reuocare iterum cum desperauit aliam probationem ad delationem iuramenti conuolare, cum absurdum esset redire ad illud, cui renunciandum putauit: ergo arguendo à contrario sensu, & à cessante ratione legis, quæ gumenta sunt valida, l. 1. §. huius. & ibi ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdi. l. qui dictum. ff. de pact. l. adigere. §. quamuis de iure patrona. latè Euerar. in locis legis c. 85. si ab initio iuramentum non detulit, cet desperauit aliam probationem, posse iuramentum deferre, quia tunc dicitur testest, quod ei renunciauerit, & huic fundamento accedit aliud, quod sumitur ex si quis iusiurandum. §. si quis autem quis obtulit iuramentum, potest illud care, & alias probationes præstare, si rit: ergo idem dicendum est, si à princ voluerit probare, licere hoc reuocare, & delationem iuramenti, si voluerit, conce re, vt idem operetur, quod sæpe dictum oppositum in opposito, quod proposi in proposito, d. l. etsi contra. ff. de vulg. & pupil. l. final. §. final. ff. de leg. 3. & æquitatem rum eadem sit dispositio, argumento l. qui quis seruo. & ibi glos. fina. C. de furt. & secorrup.

12 Nam † in iure videntur æquiparata iuramentum & probatio, l. sed etsi possessor si cum de hæreditate. ff. de iureiuran. Et quendo hanc opinionem, censuit Senatus in causa spectabilium Io. Thomæ de Magistris, & Dauid de Castello, locum esse oblationi prædicti iuramenti.

SV

SVMMARIVM.

1 Datum ob causam, quæ non culpa accipientis, sed casu fortuito sequuta non est, non potest repeti, plures casus ad hoc notat.

2 Locator operarum suarum si per eum non stetit, quominus operas suas præstaret, debet habere integrã mercedem.

3 Legatum sub conditione relictum, si conditio deficiat ob mortem eius, in cuius persona conditio debet impleri, nihilominus debetur.

4 Hæres sub conditione institutus, si Stichum manumiserit, mortuo Sticho, nihilominus remanet hæres, quia non videtur defectus in conditione, cum conditioni parere non potuerit.

5 Pœnitentiæ tunc locus est, vbi res est integra, secus si inchoata, cum dicatur per pœnitentiam iniuriam fieri non debere ei, qui inchoauit, intellige vt nume. 12.

6 Contractus nominatus ad naturam contractuum nominatorum reducitur, si illi interponatur stipulatio.

7 Pœnitentiæ locus non est in contractibus nominatis.

8 Verbum, Promitto, præsertim in instrumentis positum, importat stipulationem, limita vt nu. 13.

9 Conductor domus, qui in annum habitationem conduxerat, potest pensionem totius anni solutam pro dimidia, vel pro rata temporis repetere. quo domũ casu fortuito collapsam habitare non potuit.

10 Legatum alicui factum, si negetijs trium filiorum interuenerit vno decedente, non debetur, nisi pro portione hæreditaria.

11 Filiæ, quæ fauore fratrum renunciauit hæreditati paternæ, mortuis fratribus non nocet renunciatio.

13 Alienationis prohibitio cessat deficientibus personis, ad quas res prohibita alienari, debet venire.

14 Contractus nominatus, quando habet dependentiam contractus innominati, tunc in contractu nominato militat regula, cessante causa cessat effectus.

16 Curatoris pactum pupillo nocere non potest.

DECISIO XCVIII.

De remissione bonorum omnium pupillari um facta matri per tutorem ad certum tempus pacto apposito, vt infra illud temporis spacium mater filijs alimenta subministrare, & expensas ratione doctrinæ præstare deberet, an decedente vno ex dictis filijs, tutor possit repetere partem bonorum pro rata matri remissam.

IO. Petrus de Spatis à sancto Germano, tutor Gulielmi & Horatij filiorum quondam Ioannis de Spatis eius fratris publico Instrumento remisit Mariæ matri dictorum pupillorum omnia eorum bona mobilia, & immobilia, vtenda & fruenda, spacio trium annorum, ea lege, quod ipsa mater teneretur durante dicto triennio alimenta præstare dictis filijs, eosq; ad ludum literarium mittere, nec non onera pro rata dictorum bonorum subire, quę omnia & singula partes ipsæ cum iuramento promiserunt obseruare, in nulloq; contra facere. Lapsis verò aliquot mensibus, Horatius, alter prædictorum filiorum apud matrem educatus, periit, ob cuius mortem petijt tutor dimidiam bonorum matri remissam restitui, matre excipiente non teneri. Quæsitum fuit, an iure agat patruus, vel mater excipiat? Et videbatur prima fronte incongruam tutoris petitionem dici posse. Nam si dicimus cõtractum, de quo agitur, esse innominatum, l. penul. C. de condi. ob cau. † vbi 1 datum ob causam quæ non culpa accipientis, sed casu fortuito sequuta nõ est, non potest repeti. concordat l. fina. eodem titu. à contrario sensu, cum alijs adductis per glos. in l. si vno. § item cum quidam. in verbo, Personis, circa finem. vers. vel dic quod est verius. ff. loca. ex quibus colligitur, quod vbi ex contractu aliquid pro specie mihi tradita facere debeo, si casu fortuito, vel in mea aut alterius persona, vel quocunque modo contingente facere impedior, nihilominus mercedem, vel rem conuentam prosequi possum, nisi culpa, vel mora possit mihi imputari, his accedit tex. in l. 3. §. quod si ita. ff. de condic. cau. data. quo cauetur, quod si aliquid alicui dedi, vt intra certum tempus aliquid possibile faceret, vt puta Stichum manumitteret, si intra prædictum tempus manumittendi decesserit Stichus, cessat repetitio, imò nõ solum cessat repetitio, sed etiam datur actio ei, cui promissum fuerat aliquid dari, si Stichum manumitteret d. §. quod si ita. vers. quinimo.

Si verò contendimus contractum esse nominatum, idem dicendum puto. l. qui 2 operas. ff. locati. † vbi qui locauit operas suas, si per eum non stetit, quominus operas suas præstaret, debet habere integram mercedem, facit tex. in l. sed addes. §. fin. ff. locati. vbi casus contingens in personam eius, cui aliquid erat promissum facere, si non stetit per, pmittentẽ, quominus adimpleret non operatur rescissionem contractus, sed fidem contractus impleri æquum est.

Hoc idem videtur etiam procedere in vltimis voluntatibus. l. annua. in princ. ff. de 3 annu. leg. & ibi Bar. † vbi legatum sub conditione, si cõditio deficiat ob mortem eius, in cuius personam conditio debet impleri, nihilominus debetur: his adstipulatur

tex.in l. quę sub conditione. §. quotiens.ff.
4 de condi.instítu.quo dísponitur,† quòd hæ
res institutus sub conditione, si Stichum
manumiserit,mortuo Sticho,nihilominus
remanet hæres, quia non dicitur conditio
defecisse, si parere conditioni non possit,
& ex isto tex.videtur comprobari glos.fin
in l.penul.C.de condi. ob cau. quam sequi-
tur Andr.Poma.in vltima addit. ad Barto.
in l. si pecuniam.versicul.quintò fallit.ff.de
cond i.cau.da.& si hæc locum habent in vl-
timis voluntatibus, idem erit & in contra-
ctibus dicendum, cum valeat argumentū
de vltimis volūtatibus ad contractus etiam
innonimatos.l.iure ciuili.ff.de condi. & de
mon.cum alijs similibus.

Nec obstat doctrina Bar. in l.si pecuniā.
nu.14.ff.de condi.cau.da.l.penul.C.eodem
titu. quod licet non detur repetitio ex illa
conditione, quasi causa, propter quam fuit
facta promissio, non fuerit sequuta, datur
5 tamen repetitio ex pœnitentia, † quia ad
hęc respondetur, tunc pœnitentiæ locum
esse, quando res est integra, secus si non sit
integra, vtputa, si is qui aliquid implere te-
netur,inceperit actum: nam tunc pœniten-
tia non debet iniuriam ei,qui facere inchoa
uit,inferre.l.si pecunia. §. item si quis dede-
rit.& glos.in princ.d.legis,in verbo,Sed cū
liceat.versicu.caue tamen.ff.de condic.cau.
da.gl.fi.in l. quod Seruius. vers.sed nonne.
& Bar.in l.3.in prin.nu.1.eodem tit.

6 Vel potest responderi,† quòd propter
stipulationes interpositas iste contractus
reducitur ad naturam contractuum nomi-
natorum,& parit actionem.l.ex placito.C.
de rer.permut.Bar.in l.fina.C.de condi. ob
cau.quem refert & sequitur Alex.cons.40.
numer.17.volum.4.& in l. sciendum. col.2.
ff.de verbo. obligatio. Salyc. in l.sicut.in fi.
C.de actio.& obliga. per tex. in d. l. ex pla-
cito, C. de rer. permut. latissimè las.in rub.
ff.de verborum obliga. num. 15. vsque in fi.
7 † Sed in contractibus nominatis non est lo
cus pœnitentiæ, d. l. sicut. & ibi communi-
ter Doct.Bar.in d.l.si pecuniam.num. 7. 8.
& 11. glos.in d.l. si vno. in verbo, Personis,
in fin.ff.loca.Natta consi.171.nu.2. D. Roll.
à Val.consi.8.nume.29. & 40.nec etiam est
locus condictioni ob causam, Bar.in d.l.fi.
nu. 5. ff. de condic. cau. da.ergo nec in con-
tractu innominato,in quo stipulatio inter-
uenit, & iuramentum, Thom.Ferra.caut.
36.num.3. post Ange.Fulgo.Pau.de Castr.
Imo.Alex.Butri.Ab.Fel.& las.per eum ad-
ductos,Natta consi.609.num. 44. & cons.
427.col.pen.& fina.

Nec obstat,quod in hoc contractu nul-
la est stipulatio,sed tantum partes promi-
8 runt seruare conuenta,† quia verbum,Pro-
mitto,præsertim in Instrumentis importe
stipulationem. §. si scriptum. Insti.de inu.
stipula.& l.1.cum ibi notatis per Doct.
de contrahen. & commit. stipula.Salyc.
d.l.sicut.in fine.reprobata opinione Bald.
eum sequitur Roma. & Areti. in l.sciendū
ff. de verborum obligatio. colu.2. & hæc
comprobantur, eo quod promissio legitimè
facta ex casu superueniente mutari, aut
corrumpi non debet.l.non corrumpi.ff.de
itine.actuq; priua.Alb.in l.licet.nume.3.C.
locati.

Contrariam tamen opinionem, sine du-
mus in contractu nominato, vel innomina-
to, seu vltimis voluntatibus, videntur de-
fendere infrascripta iura. Primò,in contra-
ctibus nominatis tex. in l. si vno.§.item si
quidam.ff.locati.vbi ab eo, qui nauem lo-
cauerat,nonnullos homines vehendi,
tia,naui casu fortuito amissa, potest ve-
ra accepta repeti, cum munere vehendi
fuerit functus, cui accedit tex.in dicta l.fi.
addes. §. si quis cum in annum.eodem tit.
9 † vbi conductor domus, qui in annum ha-
bitationem conduxerat,potest pensione
totius solutam pro dimidio, vel pro ra
temporis, quo domum casu fortuito coll
psam habitare,non potuit repetere,con
dat tex.in l. si quis domum.§.si.& in l. m
tius,qui loquitur in opere inchoato.ff.
tit.locati.

Secundò, in contractibus innomin
facit tex.in l.si pecuniam.in prin.ff.de
ob cau. vbi datum, vt accipiens aliqui
ciat, si impediatur casu fortuito, licet pa
non steterit, quominus adimpleat,cum
ceat ei,qui dedit pœnitere, procul dubio
peti potest, & hoc videtur regulare, licet
fallat in casibus,de quibus eadem l.si pe
niam.§.sed vbi.his conuenit tex.in l.fina.ff.
eod.tit.vbi datum alicui, vt Stichum daret,
si decedat Stichus repeti potest.

Tertiò, in vltimis voluntatibus vige
10 tex. in l. Seio amico. ff. de annu.lega. † vbi
legatum alicui factum, si negotijs trium
filiorum interuenerit vno decedente,non
debetur nisi p portione hæreditaria viuen-
tiū.& Bar.illam legē sumat hoc modo,lega-
tum factū ob aliquā causam determinatur
secundum causam sibi annexam, & Dy-
quem refert, & sequitur Alberi. ibi sumit,
q; diminuto onere diminuitur emolumen-
tum,q; occasione dicti oneris erat relictum,
& ex illo tex.arguit ad cōtractus, cōclud
co

eos debere regulari secundum causam eis annexam, qua cessante cessare debet eius effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cum cessante, de appella. imò videtur in totum defecisse conditio. l. in testò ita erat scriptum. ff. de condi. & demonstra. vbi legatum alicui factum, si Seiam in vxorem duxerit, si moriatur Seia defectus conditione intelligitur, & relictum non debetur. Et quæstioni nostræ multum applaudit tex. in l. penul. in princ. ff. de condit. & demonstr. vbi legatum factum alicui, si duobus aliquid dederit, de rigore iuris non debetur, si alter eorum, quibus danda erant, puta cētum, ante præstationem perierit, de æquitate tamen fit interpretatio, vt pro parte dimidia debeatur, nisi legatario possit mora imputari, faciunt etiam quę post Bal. Saly. Pau. de Cast. Gemi. Ludo. Roma. Soci. & Dec. adducit Marsi. in rub. de fideiuss. num. 225. Capi. decis. 190. † quòd filia, quę renunciauit hæreditati paternæ, propter fratres, mortuis fratribus renunciatio illi non nocet, quæ conclusio communis est, teste Paris. cons. 26. nume. 19. & sequen. vol. 3. & Dida. in tertia par. relectionis. c. quamuis. de pact. in sexto. §. tertius. nume. 4. vbi constanter affirmat hanc esse communem opinionem, pro qua stat regula l. iubemus. C. ad Senatusconsul. Velle. vbi generalis renunciatio facta respectu vnius rei, vel personæ ad illam rem, seu personā coarctatur. Et deficientibus personis, ad quas res prohibita alienari, debet venire, cessat prohibitio alienationis per reg. cessante causa, debet cessare effectus, de qua etiam latè tractat idem Marsi. in repe. l. vni. nu. 33. & seq. C. de rap. virg. lo. Crot. cons. 89. nu. 7. quæ regula etiā vendicat sibi locū in contractu nominato, qui habet dependentiam à contractu innominato, Tiraq. in suo tract. cessante causa. nu. 56. iuncta 36. limitatione, & hac opinione stante, quæ verior est.

Non videntur obstare in contrarium adducta, & primo tex. in l. pen. C. de cond. ob cau. cum aliis similibus, qa respondetur, vt per Bart. ibi, quod licet non possit repeti p cōditionē ob cām quasi ea nō sequuta, pōt tñ repeti ex pñia, cum liceat pœnitere, d. l. si pecuniam, in prin. & ibi Bar. in prin. nu. 11. & 14. quē sequitur And. Poma. ibi in addi.

Nec refragatur responsio suprà data, vi- 12 delicet, † quòd pœnitentiæ non sit locus, cū res non sit integra, qm̄ incipiendo aliquid facere de eo, quod erat faciendum, non propterea dicitur res non esse integra, quia faciendo aliquid non impletur cōtractus, & sic alius non obligatur, meritò est locus pœnitentiæ, ista sunt verba Bar. in d. l. si pecuniam. num. 12. pro quo facit quod dicitur aliquid non dici factum esse, donec quicq̄ superest agendum.

Nec mouet tex. in d. l. si pecuniam. §. itē si qui dederit. ff. de condi. cau. da. quia non dicit non esse locum pœnitentiæ, sed quod pœnitentia non facit iniuriam ei, qui emit, quia si viuit seruus emptus, qui emit, libera tur restituendo seruum pœnitenti. Si verò perierit, nihil præstabit, cum nihil sit ei imputandum: admittit ergo ille tex. pœnitentiam, quamuis nolit eam inferre damnum.

Nec est impedimento glo. in d. l. si pecuniam. in prin. in verbo, Sed cum liceat, ver. caue, quia debet intelligi secundum legem, quam allegat, & sic secundum l. quod Seruius, quæ loquitur in casu speciali fauore matrimonij, Ba. in d. l. si pecuniā. nu. 3. et 12.

Non obstat, quod propter stipulationes dicatur iste contractus sequi naturam contractuum nominatorum: quia duobus modis respondeti potest. primo, hanc conclusionem esse disputabilem, ex his quæ scribit Alb. in d. l. 3. C. loca. & latè Ias. in d. rubr. ff. de verbo. oblig. nu. 15. & sequen. Secundo respondetur in casu nostro frustra quæri de stipulatione, cum in eo nulla interuenerit.

13 Nec repugnat verbum, Promitto, † quia cum sit positum in contractu innominato, non importat stipulationē. Alex. in l. sciendum. colu. 1. vers. secundò limita. ff. de verb. obli. post Bal. in l. sicut. C. de actio. quem sequitur ibi Sayss. col. 2.

Vel rñderi pōt, q̄ licet stipulatio addita contractui innominato immutet eius naturā, ita vt faciat contrahentes efficatius obligari, quia propter stipulationem adiectam, oritur actio etiam ante implementum, quæ non oritur ex simplici contractu innominato, d. l. ex placito. C. de rer. permuta. cum ibi not. attamen adiectio stipulationis non operatur, quin ex contractu innominato competere possit repetitio per condictionem ob causam, vel ex pñia re integra, ita cōcludit Soc. post Rom. Alex. & Aret. p eū alleg. in rub. ff. de verb. obli. col. 1. vsque in fi. vbi latius & clarius cæteris Docto. quos viderim discutit hunc articulum, sequitur Ias. in l. cum mota. nu. x. vers. quid tenendū. & seq. C. de trāsac. vbi dicit istam esse coēm sñiam reprobata opiniōe Bart. in d. l. 2. in fi. C. de cond. ob cau. q̄ coadiuuari pōt ex scriptis p Tiraq. in d. l. limita. 36. post Bar. in d. l. 14 cū te. C. de pac. inter emp. & ven. † q̄ qñ cōtractus nominatus habet dependentiam

contractus innominati, tunc in contractu nominato militat regula, cessante causa, cessat & effectus.

Nec est impedimẽto iuramentum, quia semper intelligitur secundum naturam cõtractus, super quo interponitur, vulgata l.fi.C.de non nume.pecu. vbi Docto. & rebus sic stantibus, nunquam trahitur ad incogitata, nec ad ea, de quibus iurans verisimiliter non disposuisset, si fuisset interrogatus.c.quemadmodum, de iureiuran.c.cum iuramento, iuncta glo. de homic.latissimè Tiraq.in repe.l.si vnquam, in præfatio. nu. 165. & octo seq. C. de reuoc. dona.Rip.ibi in 3. quæst. quibus non nocent quæ scribit Ias.in d.l.pecuniam.in prin.nu.25.ff.de condi.cau.da.vbi facit regulam in contrarium, videlicet, iuramentum debere intelligi, vt semper addat robur, & maiorem efficatiam præter & vltra naturam actus, & respondet ad d.l.fi.C.de non nume.pecun.quia etsi verum sit, iuramentum addere robur & efficaciam contractui, attamen vbi consensus deficit in primordiali conuentione, tũc iuramentum non extendit consensum, proinde nec obligationem: ita seipsum declarat Ias. in d. l. si pecuniam. nu.25.vers.vnde etiamsi iurauerit, & alij suprà citati, sed in casu nostro non fuit cogitatum de morte filij, sed de vita, vt ex conditione præstationis alimentorum, & doctrinæ apposita apparet.

Præterea est dubitabilis opinio, an iuramentum in contractu innominato interpositũ operetur, vt non sit locus pœnitentiæ, ex his quæ scribit Alex. in d.l.si pecuniam, in princ.col.fin.versic.dicit tamen Imo.vbi etiam citat Fulgo.& per ea quę scribit Dec. in c.1. colu.18.& duabus seq.de iudi.dicens hanc opinionem esse de iure probabiliorẽ, licet alia sit cõis, quos refert Nat.consi.381. nu.5.& 6. Vel & tertio rñderi potest ex scriptis à Dec.in l.non omnis.nu.11.ff.si cer.pe. & consi.305.nu.7. & seq.quem refert & sequitur Alb.consi.74.nu. 5. vbi concordando opiniones distinguit, aut iurm̃ de obseruando, & non contraueniendo est positum in primordiali conuentione, seu dispositione, & tunc stante iuramento non poterit pęnitentia à cõtractu recedi, aut iurm̃ additũ est in clausulis executiuis, & tunc iurm̃ nõ operatur quin possit cõtractus re integra reuocari pœnitentia, cũ clausulæ positæ in executiuis non alterent principalem dispositionem, cle.1.in fi.de pręben.quam responsionem etsi vrgere videatur, attamen pro constanti non admitto, sed primæ inhęreo.

Non obstat glo.in d.l.si vno.§.item cum quidam, in verbo, Personis. in fi.ff.loca.& tex.in d.l. 3. §. quod si ita.& in versic.quinimo.ff.de cond. cau. da quia prædicta glo[illegible]ctè intuenti præ se fert duas rñsiones [illegible]ma, quòd prædicta iura debeant intel[illegible] adhibita distinctione, de qua in d.l.si pecuniam. §. sed vbi, ad quam distinctionem [illegible] refert etiam gl.in d.§.sed vbi, in verbo, Moram, & in verbo, Periret, ac in d.vers.quinimo, in verbo, Defuncto. Alia responsio resultat ex vers.nisi pœniteat, quæ concordat cum responsione Bar.in d.l.pen.C.de condi.ob cau.& in d.l.si pecuniam.

Non aduersatur l.fi. C. eod.tit.quia respondetur, vt per gl.in d.l.si vno.§.item cũ quidam, in verbo, Personis, vbi etiam circa medium, dicit speciale esse in salario, seu honorario debito aduocatis, idem & in salario constituto rectoribus, de quo latè per Dec.cons.70.

Vel responde melius, vt per Bar.in l.§. item cum quidam.nu.5.& in l.1.§.diuus.[illegible]lu.1.& 2.ff.de var.& extraor.cogni.

Non obstat l. qui operas.& l.sed adde[illegible]
15 ff.loca.† quia ad illas ll.rñdet Bar.in d.l.si pecuniam.col.fi.vers.vltimo oppo.sequendo distinctionem Guarn.Glossato.in d.§.item cũ quidam, quem etiam sequitur ibi Bar. nu.5.& 6.quẽ omnino videas.& in d.l.1.§. [illegible]uus.col.1.& 2.ff.de var.& extraor.cog.

Non obstat l.annua. quia ibi non in vtilitatẽ matris fuerat factum legatum, pro[illegible] d.l.Seio, in fauorem filiorum, ita gl.1.& [illegible] d. l. Seio, bonus tex.in l. illis libertis, [illegible] vers.sed ei testatur.ff.eod.titu.Et sequitur hanc partem, censuit Senatus bona [illegible]dia restituenda tutori in vtilitatem alterius
16 pupilli fratris, † cui pactũ curatoris nocere non potuit, l.pactum curatoris. C.de pact.

SVMMARIVM.

1 *Dictionis parrochiæ significatio quæ sit.*
2 *Parrochiale ius quod sit, & quib.modis consideretur.*
3 *Sacramenta diuina gratis ministrari debent, non obstante quacunq; consuetudine in contrarium [illegible] declaratur.*
4 *Oblationes vltroneæ, & à spõte dãtibus accipi debent.*
5 *Tex.in c.ad apostolicam, de simonia.declaratur.*
6 *Ad positionem alicuius verbi sequitur solemnitas, quæ ex tali verbo resultat.*
7 *Consuetudo ex solutione vario modo facta, introducta esse non censetur, præsertim in actibus voluntarijs, & nu.43.limitatur.*
8 *Ad consuetudinem probãdam testes singulares non sufficiunt secundum communem opinionem.*
9 *Ad consuetudinem inducendã actus eo animo fieri debent, vt inducatur consuetudo.*
10 *Interdictum possessorium aliquod in annuis præstationibus*

nibus non datur, nisi illæ præstationes super aliquo iure reali fuerint radicatæ.

11 Glo. fi. in l. ob carmen. ff. de testi. quæ vult possessionem per singulares testes probari posse, an sit recepta, & de communi attestatur. nu. 25.

12 Quasi possessio iuris exigendi plenè, non autem semiplenè probari debet.

13 Testium dicta non irritantur, vbicunque de eorum cõmodo immediatè non tractatur. & nu. 38.

14 In interdicto retinendæ possessionis, extrema requisita probanda sunt.

15 Diuturna sola præstatio absq; aliqua causa, siue obligatione introducta, non obligat soluentem.

16 Actus nostri voluntarij non extenduntur, nisi quatenus de necessitate inserunt.

17 Parrochianus, in quibus causis cogi possit ad præstandas oblationes.

18 Capellanus compellere parrochianum potest ad solutionem cerei, vel alterius rei, quam consueuerat offerre.

19 Ex diuturna præstatione in dubio præsumitur animus se obligandi.

20 Eleemosynæ debitæ, seu consuetæ dari pauperibus eisdem perpetuò dari debent.

21 Bartol. doctrina in l. priuilegia C. de Sacros. eccle. pluribus auctoritatibus exornatur.

22 Operarius dignus est mercede sua, quod alijs sacrarũ scripturarum testimonijs comprobatur.

23 Oblationes iuri diuino, canonico, & ciuili, contrariæ non sunt.

24 Vbi de probanda frequentia actuum agitur, ex quibus inducitur consuetudo, testes singulares de diuersis actibus deponentes probant. & nu. 26.

27 Testium singularitas, vbi agitur de probanda aliqua obseruantia in genere non infringit eorum dicta.

28 Testes in dubio contestes esse præsumantur.

29 Testis singularis dictum dato, quod probationem plenam non faciat, nihilominus alteri testi adminicula tur, ita vt semiplenè probet, aut saltè præsumptionem iuducat.

30 Iuramentum suppletiuum etiam in remedijs possessorijs recuperandæ deferri potest.

32 Ecclesiasticæ res, quorum alienatio est prohibita, regulariter in remunerationem obsequij, & laboris alienari possunt.

33 Exactio licet à principio in spiritualibus etiam pro labore non admittatur, spontanea tamen oblatio, & donatio subsistit.

34 Diuersitas facti iuris diuersitatem introducit.

35 Testibus dignioribus & pluribus numero standũ est.

36 Testibus deponentibus de proprijs solutionibus magis credendum est, quàm alijs: cum enim ad eorum incommodum deponant, eorum dictum contra alios probationem facit.

37 In possessorio remedio leuior probatio requiritur.

39 Testes vniuersitatis in causa vniuersitati spectante, quo ad auctoritatem, sed singularibus personis, quo ad vtilitatem, non admittuntur.

40 Testis etiam in causa, in qua eius commodum versatur deponere potest, modo protestatione vtatur, quod ex tali depositione nolit se iuuare.

41 Testis inhabilis dictum validatur per dictum alterius habilis.

42 Testis deponens se non recordari, non per hoc inualidat propriam depositionem.

44 Donatio alicuius rei multo tempore continuata in ecclesia, obligationem in futurum inducit, vt singulis annis more solito idem donetur.

45 Consuetudo probata esse censetur, probata frequentia actuum.

46 Oblationes in casu necessitatis exigi à parrochianis possunt.

47 In causa oblationum remedium possessorium, & petitorium datur. & nu. 48.

49 In iuribus personalibus, quæ subiectiuè fundantur in persona, licet non detur quasi possessorium, fallit tamen in annuo censu, & reddita, qui reputatur quid immobile, ideo remedium possessorium datur.

50 Possessorio iudicio agi potest pro pensione solita solui, & demum subtracta, vt ad eius restitutionem quis teneatur.

51 In possessorio remedio retinendæ, quando requiratur probatio, quod tempore litis motæ esset quis in possessione, & quando sufficiat probare semel quem possedisse.

DECISIO IC.

An rector Ecclesiæ ius exigendi oblationes, & certam grani quantitatem à parrochianis habens, & in illius iuris quasi possessione existens, cogere parrochianos ad dictam solutionem possit, & plura de probatione consuetudinis.

REuerendus Rector Ecclesiæ Sancti Petri Castri Argenti vallis Augustæ coram Senatu proposuit se à tanto tempore, & citra cuius initij memoria, iuncto tempore suorum antecessorum non extat in contrarium, fuisse, & esse in possessione, seu quasi exigendi singulis annis eminam vnam grani à quolibet parrochiano montes habitante, & eminam vnam vini à quolibet parrochiano planitiem colente, petens propterea non soluentes compelli ad soluendum, seq; in ea possessione manuteneri, & quatenus expediat restitui. At negantibus aliquibus parrochianis rectoris proposita, ipsosq; nunquã aliquid ratione dicti parrochianagij soluisse contendentibus, quæritur, admissa rectitudine gestorum, an rectoris intentio exactis iustificetur, an verò exceptione elidatur, ad cuius quæstionis cognitionem, vt intelligatur iuxta Ciceronis doctrinam, lib. 1. offic. c. 1. quid sit id, de quo disputatur.

1 Primò sciendum est, † quid significet hæc dictio parrochia, & omissa interpretatione auctorum humanarum literarum, apud quos variè accipitur, vt latè in Dictionario habetur, in verbo, Parrochus, & amplectendo interpretationes Canonistarum,

dicitur esse verbum græcum latinè partitionem curæ significans, quia rector parrochiæ debet habere curam populi sibi intra certos limites constituti. Archid. Ioan. And. & Gemi. in c. licet canon, de electio. lib. 6. aliquando accipitur pro loco, in quo degit populus alicui ecclesiæ adiudicatus, certis limitibus constitutis, Ab. & Card. in rub. de parroch. num. 1. summa Ang. in verbo, Parrochia, bonus tex. 13. quæst. 1. c. ec-
2 clesias. in princip. hinc dicitur † ius parrochiale, siue parrochianagij, hoc est ius ad parrochiam, siue eius rectorem pertinens, quod quidem ius septem modis consideratur, videlicet, in audienda missa diebus festiuis in parrochiali ecclesia. c. vt dominicis. de parroch. in decimis, in oblationbus, in pœnitentijs recipiendis, in exhibitione sacramentorum, in sepulturis, in benedictionibus nubentium, Abb. & Card. in dicta rub. de parroch. nume. 2. summa Angel. in d. verbo, Parrochia. numer. 1. latè Roma. consilio 356. circa primum. colum. 1. Istis sic præmissis, cum in casu, de quo agitur, tractetur de iure parrochiali competente ex capite oblationum, videndum est, an ad hu iusmodi annuales, & certas oblationes cõpelli possint parrochiani, & cum proponatur has oblationes fuisse præstitas propter labores, & operas, quas præstare solent rectores, siue curati dictæ ecclesiæ in deferendis, ministrandisue diuinis sacramentis ipsis parrochianis infirmantibus in eorum domibus, procul ab ecclesia parrochiali sitis videretur dicendum, hos parro-
3 chianos non esse compellendos, † cum huiusmodi diuina sacramenta debeant gratis ministrari, non obstante quacunque consuetudine in cõtrarium disponente. c. non satis. c. ea quæ. c. ad nostram. c. suam. de simon. c. penul. de sepul. c. gratia. & c. qui studet. 1. quæstio. 1. Pau. de Cast. cons. 363. num. 1. volum. 1. Corn. consil. 296. litera E. & seq. volum. 4. Dec. consi. 215. nu. 2. quorum opinio corroboratur dicto diui Matth. c. 10. in illis verbis, gratis accepistis, gratis date, & ex eo quod scriptum est de Elisæo prophæta, lib. Reg. 4. c. 5. qui Naaman Syro à lepra mundato, & munera offerenti propter susceptam sanitatem, respondit in hæc verba, viuit dominus ante quem sto, quia non accipiam, cumq; vim faceret Naaman penitus, non acquieuit Elisæus, quinimo aduersus Giezi eius puerum, eo quod duo talenta & vestes muratorias, quas Elisæus recusauerat, accepisset, in hæc verba, prorupit: Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo in sempiternum. His accedit, quod scribit Micheas c. 3. inuehens aduersus Principes, & sacerdotes domus Israel: Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant. & Actuum apostolorum c. 8. vbi Simon magus, qui pecuniam obtulerat, vt spiritum sanctum susciperet à diuo Petro his verbis, redarguitur: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Eiecit enim dominus noster ementes & vendentes de
4 templo, Matth. c. 21. † Nam oblationes voluntroneæ, & à sponte dantibus accipi debent Exod. c. 25. in prin. & c. 35. quinimo in huiusmodi oblationibus nulla conuentio expressa siue tacita iure subsistere potest. Et tanquam simoniaca non valet. c. veniens. tua nos. glos. 1. in d. c. no satis. & in dubitatus. in glo. penulti. de simon. Pau. de Cast. d. consi. 363. colum. 2. vers. tertiò requirit quem sequitur Dec. d. consi. 215. col. 1. in fin. vers. postremò.

Nec obstare videtur c. ad apostolicam de simonia. † quo cauetur laycos posse com-
5 pelli ab episcopo obseruare pias consuetudines in oblationibus, quia potest multis modis responderi, vt per Pau. de Ca. dict. consi. 363. Primò, quòd illud c. intelligatur secundum Innoc. de illis, qui sollicitant et statuunt, quod nihil detur per alios.

Secundò, quod loquatur de laudabili cõsuetudine, pia deuotione fidelium introducta, ad cuius essentiam dicit pluraliter, q̃ casui, in quo consuluit non interuenerunt, videlicet, quod parrochianis gratis sponte, pure, & simpliciter, nulla necessitate, nec pactione cogente, obtulerint, & soluerint. c. dilectus filius. A. & c. tua. de simonia. c. de eulogijs. 18. distinc. & d. c. ad apostolicam, in illis verbis, pia deuotione fidelium, item in illis, exigunt, & extorquent, & hoc tenet Pau. de Cast. in d. consilio tribus primis requisitis, sequitur Corn. d. consi. 296. litera K. & L. vol. 4. Dec. d. consi. 215. colum. 2. versic. venio ad secundum. sed in casu nostro videtur ex testibus probari, quod singulis annis, & certo tempore publice monebãtur, & interpellabãtur parrochiani ad solutionem dicti parrochianagij ergo non potest dici, quod gratis & sponte soluerint.

Item requiritur, quod id, quod à parrochianis soluitur sit certum, taxatum tamen arbitrio parrochianorum, non autem rec-

ctoris ecclesię.d.c.dilectus.in fi.Paul.de Castro, d. consil.363.colum.2.versicu.quartò requiritur. Archiep.Floren.in sua summa, in tertia parte.titu.12.c.11.versic.quartò propter consuetudinem. Item requiritur,quod totus populus, vel maior pars persistat in seruando dictam laudabilem consuetudinem: nam tunc poterunt cogi singulares non seruantes, Paul. de Cast. in d.consil.363. colum.2.versic.quintò videtur requiri. sed in casu nostro apparet totum populum, vel maiorem partem nolle perlistere,nec perseuerare in dicta consuetudine, imò potius velle à dicta oblatione recedere: ergo non videtur probata dicta cõsuetudo,nec ipsum rectorem esse in quasi possessione iuris exigendi prædictum parrochianagium ratione dictæ consuetudinis, ita videtur concludere Paul.de Castro d. consil.363. num.8. & 9. Posset etiam responderi ad c. ad apostolicam, prout respondet Rom. consil 344. dicens, illud procedere, vbi quod dictat consuetudo esse præstandum, habet in se aliquam iustam causam, puta si subrogatur loco decimarum, vel canonicæ portionis, vel ad hoc, vt rector se sustentare possit, & sic intelligitur de consuetudine rationabili, vt puta, quando soluitur aliquid pro lampada ardente ante sacram eucharistiam, vt exemplificat Viuius in suis commun. opin. in verbo, Consuetudo rationabilis,adducens d.c.ad apostolicam.

Vel potest melius responderi,illud c. loqui de consuetudine, & sic præsupponere consuetudinem esse legitimè probatam, † quia ad positionem alicuius verbi sequitur solemnitas, quę ex tali verbo resultat, las. in l. sciendum.in primo notabili.ff. de verb. obligationib. cum alijs cumulatis per Dec. consil. 54. sed in casu nostro negari potest, aliquam consuetudinem esse legitimè probatam:ergo prædicti c.ad apostolicam,non conuenit dispositio.l.4.§. toties.ff. de damno infec. quod autem non sit probata consuetudo, videtur apparere, cum non constet probata esse extrema requisita ad probandam consuetudinem:& primo,quod illud parrochianagium fuerit solutum à parrochianis vniformiter, sed ex aliquibus testibus hincinde examinatis videtur probatũ solutiones fuisse biformes, & aliquando plus,aliquando minus solutũ,& ab aliquib. 7 nihil, † ex qua solutione vario modo facta non probatur introducta consuetudo, præsertim in istis actibus voluntarijs, Bar. in l. de quibus.num.16.ff.de legi.& in l.solent.§. non verò,num.4.ff.de offic.proconsul. quem refert & sequitur Dec.d.consil.215.col.2. vers. secundò hoc idem probatur, post Corn. d. consil.296. litera l. item requiritur, quod testes deponant de visu actus, cuius consuetudo allegatur, & de eius frequentia: ita quod appareat ex huiusmodi actibus esse inductum consensum populi,vel maioris par 8 tis, † & testes debent esse conteste, aliàs si sint singulares,non probãt consuetudinem secundum magis cõmunem conclusionem: Dec.in d. consil.215. col.2. versic. tertiò,quia. & vers. quartò hoc idem, cum pluribus relatis per Portium lib.1.commun.opin. conclusio.34.col.5.versic.tertiò infertur,quibus addo Roch.de Cur.in c.fi.quæst.4.& 6. de consuetud. Viui. in suis commun. opin. in verbo, Testes singulares non faciunt fidem. numer. 4. vbi attestatur de communi,addo etiam eundem Dec.consil.402.num.15.sed in casu nostro pro maiori parte testes videntur singulares,quia deponunt de solutionibus ab ipsis testibus factis: ergo non videntur probare consuetudinem. Addit & vnũ Dec.d. consil. 215. num.4. post glos.in c. consuetudo.distinct.1.& Abb.in c.fin. num.17. 9 de consuetud.† quod ad inducendam consuetudinem debent actus fieri eo animo, vt inducatur consuetudo. sed hoc in casu proposito non fuit probatum, nec adductum: ergo non est probata consuetudo soluendi dictum parrochianagium.

Nec obstare videtur, quod plures testes testentur,rectorem prædictæ ecclesiæ solitum exigere,essęq; in quasi possessione exigendi à parrochianis prędictum parrochianagium petitum, quo casu videatur probata talis quasi possessio exigendi per ea, quæ dicit glos.fina,in l.ob carmen.ff.de testib.& ideò rectorem debere manuteneri, aut saltem restitui,quia potest multifariè responderi.

Primò, nullum in hoc casu posse competere remedium possessorium,Bart. in l.fina. 10 ff. quorum bono. † vbi pro annuis præstationibus si non radicantur in aliquo iure reali competente in aliqua re, vel persona, non datur aliquod interdictum possessorium,cum non habeat locum possessorium, nec datur, vbi non posset competere petitorium,& Bar.sequitur pluribus Doct.adductis Afflic. decis. 395. num.3. Ripp.in d.l.fi. numer.3. attestans legistas ita communiter tenere, & eorũ opinionem in puncto iuris veriorem esse,& respondet ad c. querelam. de elec. cui etiam respondet Iacob. Menoc. post hæc scripta editus,in suo tracta. de remed.recuper.possess. remed.1. num. 88. vbi

pariter hanc opinionem crebriorem atte-
ſtatur, eamq; defendit, ſequitur Alex. conſ.
94. num. 1. volum. 7. & idem tenet Bar. in l.
ſolet. §. 1. num. 8. ff. de offic. proconſ. & lega.
Corne. conſ. 43. litera Q. volum. 2. Roman.
conſ. 311. colum. final. ſequitur Maſueri. in
ſuo tracta. titu. de poſſeſſorio. colum. 7. ver-
ſic. item pro rebus & iuribus incorporali-
bus &c.

Secundò reſpondet Dec. dicto conſilio
215. num. 5. verſic. ſed his non obſtantibus,
poſt Innocen. & Paul. de Caſt. per eum alle-
gatos, concludens, ex huiuſmodi quaſi poſ-
ſeſsione exigendi à quibuſdam parrochia-
nis non inferri ad quaſi poſſeſsionem iuris
exigendi vigore conſuetudinis aduerſus
non exactos.

11 Tertò poteſt reſponderi, † illam gloſ. in l.
ob carmen. non eſſe tutam, & ex adductis
per laſ. in l. admonendi. num. 256. ff. de iure-
iuran. & Dec. in c. licet cauſam. col. 7. de pro-
2 batio. Accedat, † quia non videtur probata
huiuſmodi quaſi poſſeſsio exigendi, cum
plenè probari debeat, nec ſufficiat ſemiple-
na probatio. c. querelam. §. quia verò liquidè. de electio. gloſ. in l. 1. in verbo, Filium.
verſ. tu dic plenè. C. quorum bon. vbi Saly.
in fi. Bar. in Extrauagan. ad reprimendum.
in verbo, Summariè. col. 2. verſic. & idem in
iudicijs poſſeſſorijs. illud idem videtur ſen-
tire in l. admonendi. col. antepenult. quem
refert & ſequitur Afflict. deciſ. 364. num. 5.
Ripp. in dicta l. final. num. 8. & 9. ff. quor.
bono. & in l. ſi conſtante. num. 17. ff. ſoluto
matrimonio. poſt Corne. & Abb. per eum
allegatos.

Præterea poſſet attentari eſſe probatam
negatiuam ex teſtibus examinatis parte par
rochianorum deponentibus ſe nunquam
ſoluiſſe, minusq; vidiſſe, nec intellexiſſe,
quod huiuſmodi parrochianagium ſolue-
retur modo propoſito, ſed ſi quid præſta-
batur id fiebat vario modo ad arbitrium of-
ferentium, Corne. conſ. 222. litera G. & H.
volum. 1.

Nec obſtat, quod teſtes videantur depo-
13 nere in eorum commodum, † quia cum non
immediatè tractetur de eorum præiudicio
non propterea irritatur eorũ teſtimonium,
argumento notatorum per Felin. in c. inſu-
per. in fin. de teſtib. poſt Bal. & Io. And. per
eum allegatos, & per Dec. conſ. 342. num. 3.
vbi teſtis non repellitur pro cõmodo, quod
venit in conſequentiam. facit tex. in §. lega-
tarijs. Inſtitut. de teſta. & nota. per laſ. latè in
l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. petat. in l. quo-
ties. in fi. C. de iudi. & in l. dictantibus. col. 2.
verſic. ex iſta. C. de teſtament. videturq; de-
ciſio Io. And. in c. ſine poſſeſsione. colum. 3.
in princ. verſic. propter quod ſoluendum.
de regu. iur. in ſexto. quem refert & ſequi-
tur Alexan. conſ. 172. num. 6. volum. 1. vbi
dicit, quod ſi Epiſcopus petat quartam à
vno rectore vnius eccleſiæ, poterit red-
deducere conſuetudinem generalem totius
diœceſis, & probare per rectores aliarum
eccleſiarum, non obſtante, quod de eorum
commodo tractetur in conſequentiam. Ad
14 datur, † quia quoad remedium retinendæ
videtur expeditum non competere, cum
non appareat probata eſſe extrema requi-
ta in huiuſmodi remedio. §. retinendæ. In-
ſtitut. de interdic. Barto. in l. 1. §. final. in
ff. vti poſſ. Alex. conſ. 88. colum. 1. & pen.
volum. 5.

Poſſet etiam ad huius opinionis corro-
boration adduci doctrina Bart. and. in l.
let. §. non verò. num. 4. ff. de offic. præt.
quæ fuit gloſ. in l. eum de in rem verſa
verbo, Longo. ff. de vſuris. & eam requ.
Bart. in l. ſi certis annis, numer. 4. C. de
15 † quod aut reũ or vult fundare intentionem
ſuam ex ſola diuturna præſtatione, ind-
cendo diuturnam præſtationem tanquam
modum & formam obligandi, & non p
teſt, quia tempus non eſt modus induc
dæ obligationis. l. obligationum ſerè. §. p
nult. ff. de actio. & obligat. & præſtatio
ſolutio fit ad liberandum, non autem
obligandum. l. qui hominem. in fin. & l
numerationibus. ff. de ſolutio. Aut non
fundat intentionem non ex diuturna
ſtatione, ſed ex quadam promiſsione
obligatione præcedenti, ad quam po
dam inducit diuturnam præſtationem
tunc ſi allegat aliquam cauſam efficacem
ſolemnem, poteſt aduerſarius cogi, ar
men. l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. Ang
in d. l. ſi certis annis. col. 6. in fin. & col. 1
C. de pact. aut non allegat cauſam effic
cem, & tunc ſecus. ſed in caſu noſtro
poteſt, vt ſuprà dictum eſt, eſſe efficax
ctio, ſiue conuentio reſpectu miniſtro
nis diuinorum ſacramentorum: ergo ex
qua diuturna præſtatione, etiamſi acced
ret conuentio, non poſſunt compelli par
rochiani ad ſolutionem dicti parrochia-
gij. Verùm ſecundum opinionem Dec. in
dict. conſ. 215. num. 5. verſicu. etiam præ
dicti parrochiani. poſſent ij, qui ſoluerunt
propria auctoritate ſe ſubtrahere à ſoluti
ne huiuſmodi parrochianagij: & poteſt eſſe
16 ratio, † quia actus noſtri voluntarij non ex
tenduntur, niſi quatenus de neceſsitate
ferun-

ferunt.l.fin.C.ne vxor pro marito.Bart. in. d.l.si certis annis.num.2.& Curt.Iun.nu.2.

In contrarium vrgere videtur, quia licet ius parrochianagij, quod cõsistit in oblationibus, vt suprà in euidentialib. dictum est, sit voluntarium, ita vt ad oblationes regulariter quis compelli non possit: attamen hoc fallit in quatuor casibus, † in quibus parrochianus cogi potest ad præstandum oblationes. Primò, ex præcedenti conuentione, vtputa, si aliquis conueniatur, quod occasione alicuius prædij ecclesiastici ad censum annuum præstandum obligatus sit. Secũdò ex præcedenti dispositione vltimæ voluntatis, siue inter viuos, vt si quis donet inter viuos aliquid ecclesiæ, siue in vltima voluntate, vt si aliquid legetur, vel causa mortis donetur ecclesiæ. Tertiò, si ministri ecclesiæ non habent vnde viuant. Quartò, propter consuetudinem, vt si parrochiani consueti sint aliquid ecclesiæ, seu ministris offerre certo tempore: in istis enim quatuor casibus possunt parrochiani compelli ad oblationes per superiorẽ: ita tenet Beatus Thomas 22. quæst.86.articu.1.quem referunt & sequuntur Abb. Anto. de Butr. & Card. in rub. de parroch. num.3. Archiep. Floren. in tertia parte suæ summæ.titu.12.c.2. Socin. in tractat. de oblat. in tertio libello. versic. sextò quæro, post Goffre. in summa. Alex. consil. 123.num.1.vol 5. sed in casu nostro non concludenter videtur probari, ecclesiam esse competenter dotatam, ita vt ministri non indigeant: ergo possunt compelli parrochiani ad præstandum dictas oblationes, vt subueniant ministris ecclesiæ, sequitur Ludouicus Troilus in tract. de oblatio. quem fecit post Socin. in 4. dubio. colum. 7. vers. & tunc aut illę oblationes, post Host. quem refert, dicens, huiusmodi oblationes dici posse quodammodo necessarias, & per consequens parrochianos ad eas soluendas per viam excommunicationis compelli posse, & dicit Anto. de But. in d. rub. de parroch. in fi. parrochianos non compellendos per subtractionem sacramentorum, sed aliter officio iudicis. Et quatenus ex hoc capite non essent compellendi, quia esset probatus redditus competens prædictæ ecclesiæ, nihilominus ratione saltem diuturnæ præstationis, videntur astringendi ad dictum parrochianagium. c. ad apostolicam. de sim. per quem tex. iunctis ibi dictis per Inn. dicit Io. Fab. Instit. de rer. diui. §. pauonum, in verbo, Reuertendi, † quòd capellanus potest petere compelli parrochianum ad solutionem cerei, vel alterius rei, quam consueuerat offerre aliquo certo tempore, cum ex tali diutina prestatione videatur, se velle obligare: quamuis à principio liberaliter incepit offerre, † & in dubio præsumetur ex tali diutina præstatione animus obligandi, sequitur Abb. in c. suam. nu. 7. & in c. Iacobus. in fi. de simo. cum hac opinione concordat l. priuilegia. in fi. C. de sacros. eccles. quæ salaria solita solui ecclesijs etiamsi solutio fiat in speciebus, puta grano, vino, & similibus, dictis ecclesijs prestari mãdat, & ex illo tex. notat Bar. in vers. ex tertia particula, † quod eleemosynę debitæ, seu consuetæ dari pauperibus, debent dari pauperibus perpetuò, & vers. seq. dicit, quod si ciuitas daret anno quolibet certam quantitatem frumenti religiosis, non potest postea facere statutum per quod reuocetur talis eleemosyna, d. c. ad apostolicam. & Bar. referunt & sequuntur Abb. in d. rub. de parroc. nu. 3. & fi. & c. penu. 6. 7. & 8. de sepul. Felin. in d. c. ecclesia S. Mariæ. nu. 97. & in c. cum M. nu. 21. de constitu. & in c. nouit. nu. 7. de iudi. & in d. c. ad apostolicam. nu. 3. Soc. in d. vers. sexto quæro. in fi. Io. de Ana. in c. quia in omnib. col. 3. de vsuris. Dom. in c. 1. col. 4. in fi. de constit. in 6. Dec. in d. c. ecclesia. S Marię. col. 28. ubi cõcordando opiniones dicit, q̃ quando statutum laicorũ specialiter & expresse beneficium clericis concedit, tunc habet locũ doc. Bar. in d. l. priuilegia. & sit idem, quãdo specialiter & expresse esset consuetũ aliquid in beneficium ecclesię solui, & ex istis nõ videtur tutum, quod asserunt S. Thomas, & Archiep. Flor. loco suprà allegato, videlicet oblationes debitas occasione paupertatis, seu cõsuetudinis esse voluntarias, quoad quantitatem, & speciem rei oblatæ, nisi dicamus debere intelligi de principio oblationum, quod debet esse voluntarium. & hęc opinio corroborari videtur in auth. de sanc. epi. §. si quis aũt ipsorum. vers. pro consuetudinib. & ex eo, quod scribitur apud diuos Matth. & Luc. c. 10. † dignus est operarius mercede sua, quod repetit diuus Paul. in sua 1. epist. ad Timo. c. 5. referens etiam dictum Deuth. c. 25. Non alligabis os boui triturãti: & ad Corin. 1. c. 9. quis militat suis stipendijs? quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? quasi dicat, Nemo, interpretatur q̃ illud dictum, non alligabis os boui triturãti, dicens, illud esse scriptum propter apostolos, & ministros verbi Dei, quomodo debet in spe, qui arat, arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi. Nam si spiritualia seminant, magnum non est, si temporalia

poralia metant, nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, & qui altari deseruiunt, cũ altari participant. & clarius ad Roman. c. 15. probauerant enim Macedonia, & Achaia aliquam collationem facere in pauperes sanctos, qui sunt in Hierusalem: placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare illis. & ad Galatas, c. 6. communicet autem is, qui cathechizatur, id est, instruitur verbo, ei qui se cathechizat in omnibus bonis: iustum enim est, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium. c. charitatem. 12. quæst.
23 2. ex quibus auctoritatibus dici potest, † prędictas oblationes, & præstationes non esse iuri diuino, canonico, & ciuili contrarias, Abb. in c. suam. num. 7. & 9. de simon. accedente præsertim quasi possessione exigendi, quæ videtur probata, cum plures testes deponant rectorem fuisse, & esse iam longo tempore præterito, excepta præsenti molestia in pacifica possessione, seu quasi, saltem ministerio conductorum, exigendi à quolibet parrochiano habitante in montibus eminam vnam grani, ab incolentibus verò planitiem eminam vnam vini, occasione dicti parrochianagij, quod quidem parrochianagium soluitur propter labores rectoris, siue curati ecclesiæ in deferendis & ministrandis sacramentis in domibus parrochianorum infirmantium, & interrogati de causis scientiæ, aliqui respondent, quod viderũt aliquos, quos nominant, Soluentes, aliqui verò testes, & plures deponunt de solutionibus proprijs, & suorum antecessorum, & dici audiuisse, quod alij parrochiani etiam soluerunt, nonnulli se exigisse nomine rectorum: ex quibus depositionibus videtur dicendum, esse probatam prædictam diutinam consuetudinem offerendi, aut saltem quasi possessionẽ exigendi prædictum parrochianagium, ex doctrina Bar. in repe. l. de quibus. nu. 24. vers.
24 sed dicas. ff. de leg. concludentis, † quod vbi agitur de probanda frequentia actuum, ex quibus inducetur consuetudo, si testes deponentes de frequentia actuum sint singulares in redditione causarum scientiæ, quia vnus deponat de vno actu, alius de alio, isti testes probant, quia deponunt de actuum frequentia, & sic id, ad quod inducuntur, secus si inducerentur ad probationem alicuius actus singularis. & huic doctrinæ famulatur glos. final. in l. ob carmen. §. fi. ff. de
25 testib. concludens, † quod si volo probare me possedisse, & testes deponant, vnus de vno anno, alius de alio, horum testimonium tenet, & probat possessionem, & glos. referunt & sequuntur Bart. ibi, [illegible] lun. cons. 168. num. 31. post Alex. & Co[illegible] per eum allegatos, Alexan. cons. 10. num. [illegible] volum. 6. Paris. cons. 87. num. 35. volum. [illegible] alij adducti per Cra. cons. 73. num. 35. & pluribus sequent. adducens Corneum attestantem hanc esse communem opinionem, & respondentem ad rationem Ias. in d. l. admonendi. num. 256. eandem communem esse attestatur Viui. in suis commun. opinio. [illegible] verbo, Testes singulares sufficiunt & c. post Aret. Angel. Guid. Pap. Socin. Boer. Aug. Beroum, & alios per eum relatos, quibus addo Curtium in tracta. de testib. cons. 37. num. 77. & sequent. vbi dicit hanc opinionem sibi semper placuisse, Albert. in [illegible] mili tracta. de testib. in vltima part. num. [illegible] Et casui nostro multum arridet decis. Innocen. in c. qualiter & quando. num. [illegible] de accusat. quem refert & sequitur Lan[illegible] in c. quoniam contra. in verbo, Testium depositiones. colum. 5. versic. istud est notabile dictum, de probatio. Felin. post Ab. Anton. & Innocen. in c. licet ex quadam. col.
26 vers. secundò limita, de testib. quod † quando agitur de probando aliquid, quod habet temporis continuationem, siue perseuerantiam, & actuum diuersitatem, seu multiplicitatem, siue sit totum vnum, siue habet actus, & partes distantes, & separatas, [illegible] puta si agatur de probando, quod aliquis est in quasi possessione iurisdictionem [illegible] cendi in vno territorio, vel exigendi [illegible] mas, tunc singularitas testium in actu, tempore, & personis, non nocet, quia [illegible] rietas actuum, temporis, & personarum non diuersificat id, de quo substantialiter & probabiliter quæritur, sequitur Guid. Pap. decis. 544. quidam elegit, vbi dicit, se vidisse plures causas determinatas in Camera consilij, non obstante tali singularitate, Angel. in disputa. incipien. Astensium [illegible] colum. 15. versic. contrarium est verum. & Innocen. in d. c. qualiter & quando. refert & sequitur Alexan. cons. 172. num. 8. vol. 2.
27 † vbi dicit, quod ad probandum generalem obseruantiam singularitas testium non infringit eorum dicta, & quod ista est verior opinio, quam etiam sequitur Curt. Iun. de feud. in prima part. colum. 5. in princ. Guid. Pap. cons. 116. num. 4. vbi dicit testes super consuetudine valere, licet sint singulares & licet de causa scientię interrogati non deponant

ponant, post Ioan. Fab. quem refert in §. ex non scripto. Instit. de iure natu. gen. & ciuili. Accedat quod quartus, septimus, decimus septimus, & decimus octauus testes videntur contestes concludentes dictam quasi possessionem exigendi, & reddentes rationem dictorum, quia ipsi exegerunt dictum parrochianagium nomine actoris, † & in dubio præsumuntur contestes, Alexand. d. consil. 172. num. 8. volum. 2. post Bal. in l. de quibus. colum. antepenul. idem Alex. consil. 47. abunde. num. 6. vers. non amitto etiam lib. 2. sequitur Cotta in memoriali, incip. testes singulares, in fi. Curt. in tracta. de testib. conclusio. 13. Neuiz. consil. 26. num. 25.

Præterea dato citra veritatis præiudicium, quod testes plene non probarent huiusmodi quasi possessionem exigendi parrochianagium, de quo agitur: attamen negari non potest, † quin vnus testis adminiculetur alteri, vt semiplene probent, aut saltem inducant præsumptionem vehementem, ex qua Senatus potest credere ita veritatem esse, vt concludit Crauet. d. consil. 73. num. 35. post Bal. Paul. de Cast. Alex. Corne. & alios per eum relatos, quo fit, vt possit deferri iuramentum suppletiuum, Dec. in d. c. licet causam. colum. 6. versic. & hoc primo verum intelligitur. de probation. & col. 7. versic. bene videtur: † quod quidem iuramentum suppletiuum etiam in remedijs possessorijs, præsertim recuperandæ potest deferri etiam quod agatur de possessorio rei magnæ, Dec. consil. 252. colum. 1. versic. restat duntaxat, post Bart. in l. admonendi. num. 55. & 56. ff. de iureiurand. Alex. consil. 91. num. 2. vol. 5. & Bart. refert & sequitur Ias. in d. l. admonendi. num. 100. & sequent. & in repeti. num. 273. Dec. consil. 136. in fin. loquens in remedio reintegrandæ intentato pro huiusmodi annualibus præstationibus, quorū dicta multò magis procedere possent in casu nostro, in quo præsupponitur plusquam semiplene esse probatum, Ias. in dicta l. admonendi. num. 105. & in repetitio. num. 28. Alexan. consil. 42. in fin. volum. 3. latè Crauet. d. consil. 73. num. 24. & sequent.

Et tenendo hanc opinionem posset ad contraria responderi, & primo ad c. non satis, & alijs similibus suprà in contrarium adductis, † quod illa iura procedant, quando aliquid pro diuinis sacramentis daretur nomine precij, ita vt dici possit sonare in venditionem: quia tunc hoc omnino prohibitum est, & redoleret simoniam, d. c. qui studet. 1. quæst. 1. secus si aliquid præstaretur sponte in remunerationem impensi obsequij, vel laboris, quia tunc licite præstatur, & accipitur, argum. c. liberti. §. pro remu-
32 neratione. 12. quæstio. 2. † vbi res ecclesiæ, quæ regulariter prohibentur alienari, possunt iuxta meritum donari in remunerationem obsequij, & laboris, Alex. consil. 55. num. 6. volum. 1. ergo multò magis res laicorum, & in c. sequent. dicitur quicunque suffragio cuiuslibet aliquid ecclesiasticæ vtilitatis prouiderint, & pro eo quodcunque commodum in remunerationem promiserint promissi solutione eos absoluere oportebit, cum dignus sit operarius mercede sua, concordat c. charitatem. 12. quæst. 2. & c. relatum. iuncta glos. 10. quæst. vltima. Abb. in c. cæterum. in fin. de dona. † nam
33 licet exactio à principio etiam pro labore non admittatur. c. cum sit Romana. ibi communiter Doctor. Abb. in c. suam. de simonia. tamen spontanea oblatio, & donatio subsistit per suprà dicta Abb. in dict. c. suam. num. 7.

Nec obstat consilium Paul. de Cast. 363.
34 † quia diuersitas facti inducit diuersitatem iuris. l. interpositas. C. de transact. nota. Alberic. in l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. nam in casu, quo consuluit Paul. de Cast. ille Abbas qui conueniebat suos parrochianos ad aliquid soluendum pro sepultura, & alijs sacramentis antequam admitteret corpora ad sepulturam, vel alia sacra ministraret, volebat pacisci cum parrochianis, vt proponitur dicto consil. num. 7. quod est illicitum, sed in casu nostro curati non desinunt diuina sacramenta ministrare, nec conueniunt, vel paciscuntur occasione dictorum sacramentorum ministrandorum. Ergo non nocet prædictum consilium, quinimo retorquetur, & pro rectore sancti Petri adducitur, cum in casu nostro proponantur verificata requisita per Paul. de Castro, videlicet, quod quilibet parrochianus ab initio, & subsequenter gratis, sponte, & liberaliter nulla necessitate cogente, pure, & simpliciter, & certo modo soluerit huiusmodi parrochianagium, considerans, quod digni essent curati operantes mercede sua, propter labores, quos sustinebant in deferendis diuinis sacramentis ad loca procul distantia ab ecclesia parrochiali: & licet aliqui deponant, quod varie fuerit solutū dictum parrochianagium: attamen multò plures deponunt de certa
35 mensura oblata ab ipsis parrochianis: † quo casu istis testibus est standum, tanquam dignioribus, & pluribus numero etiam quod

ab vna

ab vna parte producantur. l. 3. §. eiusdem quoque. & l. ob carmen. §. final. vbi glos. in verbo, Impar. ff. de testi. Felin. in c. cum tu. num. 5. & 6. de test. lib. cum igitur constet certo modo, & pluribus annis fuisse solutum parrochianagium huiusmodi solutionibus standum est, argumen. c. ex parte. de censibus. Etsi dicatur non esse probatam huiusmodi generalem consuetudinem, seu diutinam præstationem, & obseruantiam in dicta parrochia, cum testes pro maiori parte sint singulares: respondetur, quod imò sunt plures testes contestes, quartus, septimus, decimusseptimus, & decimusoctauus, quibus alij adminiculantur probantes hanc diutinam præstationem, & obseruantiam. Et dato citra veritatis præiudicium, quod essent singulares, huiusmodi singularitas non est obstatiua, sed adminiculatiua, vt prædictum est, singularitas autem adminiculatiua, quæ est, quando testium dicta ad eundem rei finem concordant, & tendunt, non nocet, vt inquit Cur. in tracta. de testib. concluf. 46. numer. 92. & sequent. post Bal. in locis per eum relatis,

36 † quinimo ipsis testibus deponentibus de propriis solutionibus magis credi debet, cum deponant contra se, & ad eorum incommodum, quo casu tenet eorum dictum etiam contra alios, quia non est verisimile, quod deposuissent, nisi esset veritas, l. quæro. §. fin. & ibi glos. ff. de edil. edi. Barto. in l. cum filius familiâs. in princ. circa fin. versic. tertiò contingit. & ibi Ias. num. 17. ff. de verbo. oblig. Ias. in l. nec is, in princip. num. 16. ff. de acquiren. hæred. faciunt nota. per Felin. in c. cum à nobis. num. 11. de testib. Dec. conf. 56. num. 4. Tiraq. de retract. §. 1. glos. 14. num. 47. Crau. d. conf. 73. num. 30. in fin. Viui. in suis commu. opin. in verbo, Testis vnicus & solus, post Boer. quem refert decis. 221. Et ex dictis istorum testium corroborantur dicta quarti, septimi, decimiseptimi, & decimioctaui testium, qui deposuerunt, præsertim septimus, quod ipsi nomine præfati rectoris exegerunt parrochianagium, quorum dicta viderentur sufficere

37 in hoc remedio possessorio, † in quo leuior requiritur probatio, vt suprà probatum est, & concludit Bart. communiter approbatus in l. 1. num. 10. C. quorum bon. Alex. conf. 51. num. 4. vol. 1. Dec. in l. fin. num. 15. C. de edic. diui Adrian. tollen. & conf. 56. num. 5. & conf. 663. & alij cumulati per Crauer. conf. 158. num. 12. Gozad. conf. 12. num. 11. Ruí. conf. 106. num. 18. vol. 5. ex quibus apparet, istam esse communem opinionem.

38 Nec obstat, † quod dictus septimus testis tractet de eius commodo, cum ex actis probetur, eum esse conductorem redditu tuum prædictæ ecclesiæ: quia pro responsione retorqueri posset, quod suprà in contrarium adductum est, videlicet, commodum hoc non repellere testem, cum sit remediatum, & per consequentiam, vt concludit Dec. d. conf. 342. & Felin. in d. c. inter per. de testib. Sed cum periculosa sit hæc responsio, quia tam in casu suprà pro parrochianis adducto, quàm in terminis istis, posset dici, agi de commodo, seu incommodo testium deponentium principaliter, non refert quod non interueniant in actis, tam

39 quam principales, † quia testes vniuersitatis, vbi agitur contra vniuersitatem ex causa, quæ spectat vniuersitati auctoritate, singularibus personis vtilitate, non probant, cum re ipsa sint partes, vt expresse docet Bal. in rubri. ff. de rer. diuis. colum. vlt. sic. nota, quod quidam sunt vniuersitates per tex. in l. omnibus. C. de testi. & respondet ad dictum §. legatarijs. quem refert, sequitur Felin. in d. c. insuper. num. 5. & vbi in fin. respondet ad id, quod dicitur quando commodum, & incommodum venit secundario, pulchrè concludens, quod quando sententia potest afferre testi commodum, vel incommodum immediatè hoc est alio iudicio non requisito, vt fiat tur causa contra vniuersitatem de re, cui vtilitas suscipitur à singulis, vt de causa moris, quo singuli vtuntur, & de ca pro qua venit imponenda collecta, casu nostro, quia lata sententia in fa rectoris exequutio fieret contra testes testes deponentes pro se & in eorum modum non probant, secus si deponent in causa, cuius sententia non posset testes, vel pro testibus exequi, nisi ueniente alio iudicio, vt in casu Ioan. in d. c. fine possessione. colum. 4. de regiuris. vel in causa, quæ auctoritate, & vtilitate est vniuersitatis, quia tunc testes ponentes pro se ad eorum commodum probant secundum Felin. in d. c. inter in fin. post Ioan. Andre. & Bal. per eum legatos, & quod testes de vniuersitate non probent etiam, vbi tractatur de onere, prout in casu nostro tenet Abb. conf. 16. prim an dictus Donatus. colum. secund. versic primò, quoniam. lib. 1. quem refert & sequitur Viuius in suis commun. opinio. in verbo, Testes de collegio. licet Ias. in d. l. si nec causam. nu. 17. & in l. dictantibus. nu & seq. C. de testam. dicat se dubitare de p

dicta regula, cum aduocatus, procurator, proxenata, iudex, vẽditor, & donans, quãdo tenentur de euictione, fideiussor, & legatarij, quando testamentum trahit essentiam, ex eorum testimonio, & alij deponentes in casu vbi imminet laus, vel vituperium, aut interesse testis, regulariter non probant, & tamen negotium non agitur contra eos principaliter, sequitur Fel. in dicto c. insuper. nu. 10. & quinq; seq. & pulchre in c. personas. de testib. Alex. cons. 10. num. 12. volu. 6. Ideo ad responsionem, quam ponit Feli. in dicto c. personas, transeundum est,
10 videlicet, † præfatum septimum testem esse idoneum, non obstante conductione per eum facta, de redditibus ecclesiæ, cum in sua depositione iurata, dixerit se non prętendere commodum, ex sua depositione, allegat Bald. in l. dictantibus. C. de testamen. quam refert & sequitur Ferra. cau. 40. Dec. cons. 342. nu. 4. Crau. d. cons. 73. nu. 29. post Bal. Alex. Ias. & Dec. per eum allegatos.

Accedat quod conualidatur depositio prędicti septimi testis, depositione 4 17. & 18. & aliorum testium, Ias. in l. si emancipati. num. 15. C. de collat. † vbi dictum testis
1 inhabilis validatur dicto alterius habilis, & in l. si quis ex argentarijs. §. cogẽtur. nu. 2. & 6. ff. de edendo, & ibi etiam Bal. quem refert & sequitur Cotta in memorali incip. testis vnius, & in memorali incip. legalitas, post Alex. Dec. Feli. & Ias. in locis per eum relatis, quibus addo Curt. in tracta. de testi. conclus. prima, Ias. in authen. si verò contigerit. colum. 2. versicu. istam decisionem. C. de iudic. & in l. 1. colum. fin. versicu. tertio fallit, in prima lectura, & in secunda lectura. colum. 12. versicu. item inquantum. C. de sum. Trin. & fid. cath. Nauiza. cons. 16. nume. 40.

Nec videtur obstare, quod prædicti quatuor testes interrogati, nõ dicũt specifice, à quib. parrochianis viderint exigi prædictũ parrochianagium, sed deponunt se non recordari, † quia licet deponant, se non recordari, valet tñ eorum testimonium, Innoc. in d. c. qualiter & quando. num. 3. in fi. de accu. quem seq. Imo. in c. cum Ioannes. nume. 7. de fid. inst. & ibi Feli. nu. 5. & in c. cum causam. nu. 13. de test.

Non obstat cons. Corn. 296. quia in casu suo fiebat fundamentum in consuetudine, quæ non fuerat probata, imò contrarium, quod præstationes non fuerant factæ vniformes, sed varię, & principium consuetudinis non fuerat ex liberalitate, verum coactè, sed in casu nostro est probata vniformis præstatio sponte, & libere à principio facta, & non agitur simpliciter ex consuetudine, sed ex quasi possessione exigendi, in qua non requiritur tam exacta & plena probatio, vt dictum est.

43 Nec nocet † quod ex actibus voluntarijs non inducatur consuetudo, nec animus obligandi, vt per Bart. in l. solent. §. non vero. numero quarto. Corn. d. cons. 296. litera I. cum similibus, quia fallit fauore ecclesiæ, c. veniens, el 1. de test. quo mouetur Abb. ibi in 4. notabili, dicens, quod parrochiani possunt compelli ad soluendum id, quod dare
44 consueuerant, eorum presbytero † inferens notabiliter, quod donatio alicuius rei, multo tempore continuata, inducit in ecclesia obligationem in futurum, vt singulis annis donetur more solito, sequitur ibi Fel. numero tertio. Soci. in d. verti. 6. circa med. quos Abb. & Soc. refert & sequitur Curt. Iun. in l. si certis annis. nume. 28. C. de pact. idem tenet Felin. in d. c. ad apostolicam. numer. 3. post Pau. de Leazaro in c. in literis colu. 6. vers. 2. casu de resti. spol. Abb. in c. suam. nu. 5. de simo. vbi ponit tres responsiones ad hanc oppositionem, & ex istis tollitur argumentum quod fit de glo. in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris, cum similibus suprà allegatis. Pau. de Leazaro in d. c. in literis. col. 4. in fi. & seq. vers. contra hoc facit apertè.

Superest respondere ad cõs. Decij 215. in quo maior videtur esse difficultas, videlicet, in eo quod dicit non esse probatam possessionem, seu quasi exigendi, ratione consuetudinis, cum consuetudo nunquam fuerit formata: quia in casu nostro non simpliciter dicitur fieri fundamentum in consuetudine formata, & præscripta, sed etiam in quasi possessione exigendi à quolibet parrochiano parrochianagium modo suprà scripto, quæ quidem quasi possessio vniuersaliter proponitur probata, cum testes deponant, rectorem fuisse, & esse in dicta in possessione à longissimo tempore, & citrà excepta præsenti molestia, & licet in reddenda ratione dictorum suorum maior pars testium deponat solum de solutione propria, attamen adhuc dicitur probata huiusmodi quasi possessio, iuribus suprà allegatis, quę non repeto, & maximè attentis dictis aliorum testium deponentiũ se exi-
45 gisse ab omnibus parrochianagium. † Præterea dici posset, quod ex quo est ꝓbata frequẽtia actuũ longo tempore, cẽseatur probata consuetudo, ex not. per Bar. in rep. l. de quibus. nu. 23. & 24. ff. de legat. primo.

Accedat, quia in casu Decij, consuetudo habuerat initium vitiosum, & non spontaneum, igitur nimirum si restringitur quasi possessio exigendi ad exactos tantum, quos præterea dicit, se posse subtrahere à tali solutione, & ita loquuntur Doctores per eum allegati, alias si loqueretur de his, qui à principio sponte, & voluntarie nulla præcedente exactione obtulerunt, quo casu non contra ius, sed laudabilis est consuetudo, vt suprà probatum est, malè loqueretur, & contra tex. in dicto c. ad apostolicam, ac alia iura suprà adducta, ideo idem Deci. in dicto consilio in fin. versicul. item allegato, dicit, quod in contrarium adducta, & sic pro ista opinione, loquuntur quando iura non resistunt consuetudini, secus in casu suo, in quo iura resistunt, sed in casu isto iura non videntur resistere, vt satis latè demonstratum fuit, ergo non nocet consilium Decij.

Nec etiam aduersatur Roman. dicto consilio 344. dum vult restringere c. ad apostolicam, ad oblationes, quæ fiunt, vt succurratur necessitatibus Curati, quia, vt suprà demonstratum fuit, quatuor modis admittuntur oblationes, & exigi possunt à parrochianis, & isti duo modi offerendi, propter necessitatem, & propter consuetu-
46 dinem ponuntur, vt diuersi, † imò in casu necessitatis etiã ab initio possent compelli, vt not. Abb. & Feli. in dicto c. veniens in 4. nota. de testib. & oblationes, quæ fiunt ex consuetudine etiam diuitibus, & habentibus decima fieri possunt, c. ex transmissa de præscription. quod ad hoc citatur in additionib. Abb. in rubri. de parroch. in verbo, compelli, Felin. in dicto c. ad apostolicam. versicul. adde, quod scribit Anchara. consilio quinquagesimosexto, alias 47. dicens Ancharan. in dicto consil. consuluisse per illum text. in dicto c. ad apostolicam, non posse reprehendi curatos, recipientes oblationes pro certis sacramentis, etiamsi eorum ecclesiæ sint plenè dotatæ.

47 Non obstat, † quod in istis oblationibus non videatur competere aliquod remedium possessorium, cum non possit competere petitorium, quia in contrarium est veritas, dicto c. ad apostolicam. de simon. vbi data consuetudine, competeret petitorium ad eius obseruantiam, & etiam possessorium, seu quasi, & ita tenet Paul. de Castr. dicto consi. 363. colum. 2. & 3. in princip. Deci. dicto consi. 211. num. 5. licet in casibus, in quibus consuluerunt proponant non esse probatam possessio-
48 nem respectu omnium, † & pro hac opinione adducitur text. in c. sicut nobis de re iudic. quem Abb. & Felin. ibi in principio. post Domin. & Butri. dicunt singulariter, ad hoc, quod pro iuribus mere personalibus potest agi possessorio, idem tenet Felin. in c. cum quæstus in fin. de for. competen. addens post Specul. de primo decreto. §. restat. numero secundo, quod licet nomina, & alia incorporalia, spiritualia, & temporalia non possideantur, attamen in nominibus debitorum cadit quasi missio in possessionem, pro quo facit glos. fin. versicu. & magis improprie. ff. de petit. hæredita. si ergo potest competere quasi missio, poterit & facta quasi missione, dari quasi retentio, & recuperatio, si spoliatur, vt dicit Bald. in l. iubemus. colum. tertia. versicul. secundo dico. C. de sanct. eccles. quem refert & sequitur Cagnolus lun. de feud. in prima parte, in sexta restion. colum. 3. versicul. & ideo videma-
49 † quòd licet in iuribus personalibus, quæ subiectiuè fundantur in persona, non in re, non sit reperire quasi possessorium, tamen fallit in annuo censu, siue re ditu, quia reputatur quid immobile, & sic datur ipsi possessorium remedium, & hanc opinionem tenuit Bal. in consilio 425. visis actis duo. colum. secunda. versicul. nec etiam opinio Petri bro tertio, vbi contra Petrum tenentem contrarium, dicit, quod in præstationibus personalibus est reperire possessorium, quitur Angel. in l. fina. colum. secundo ficul. secus est in iudicio, C. de annal cept. & in repetitione l. si certis annuis lum. fina. C. de pactis, vbi data responne ad omnia in contrarium adducta, pro conclusionem, quod pro personalibus præstationibus denegatis, etiamsi non competeret petitorium, locum tamen habet iudicium possessorium, saltem vile, vel saltem officium iudicis, vel dictio, ex lege si coloni, si saltem semel ante denegationem præstatio facta fuit, c. querela, de election. & addit Angel. in finalibus verbis, quod remedium l. final. C. de edict. diui Adriani tollen. potest competere hæredi aduersus eos, à quibus defunctus quid annuum exigebat, & sic reponatur in statum defuncti: & Angelum refert & sequitur Areti. inst. interd. §. 1. colum. tertia, refert Barbac. add. ad Bald. in l. iubemus, in princip.

C. de sacrosanc. eccles. & huic opinioni conuenit, quod dicit Abb. in dicto c. querela in tertio notab. & colum. penulti. † quòd pro pensione solita solui & subtracta potest agi possessorio iudicio ad ipsius restitutionem, & probata pensione, seu solita præstatione, debet actor reduci in statum in quo primo erat, licet non doceat de proprietate iuris illam percipiendi, & ex eo, quod pensio solita non soluitur, dicitur spoliari, & Abb. refert & sequitur Dec. dicto consilio 136. idem Abb. in consilio vigesimotertio, incipien. in causa quæ ad præsens vertitur. colum. fin. versicul. probatur, libro secundo, quem refert & sequitur Gigas in tracta. de pensio. quæstio. 41. numero primo, eandem opinionem refert & sequitur Craue. consi. 140. numer. 1. versic. simile videmus. Afflict. dicta decis. 395. numer. 4. & sequen.

Non repugnat decis. Ioan. Andr. in dicto c. sine possessione de reg. iur. in sexto, & Felin. in d. c. insuper in fin. de testib. quia loquuntur, quando rector ecclesiæ à quo Episcopus petebat quartam decimarum, allegabat consuetudinem generalem omnium ecclesiarum existentium in diœcesi, secus si Rector conuentus fundaret se in propria præscriptione, seu consuetudine suæ ecclesiæ, quia tunc Rectores aliarum ecclesiarum deponentes de consuetudinibus suarum ecclesiarum non probant quo ad Rectorem conuentum, ita videtur tenere Ioan. Andr. loco supra allegato, vbi distinguit an Rector conuentus alleget generalem consuetudinem, & tunc probet per Rectores aliarum ecclesiarum, aut alleget specialē præscriptionem, & tunc alio modo probandum est, vt ibi per eum.

Non obstat vltimo † quod dicitur Rectorem non posse obtinere in remedio retinendæ, cum non probauerit extrema requisita præsertim quod tempore litis motæ esset in quasi possessione exigendi. §. retinendę. instit. de interd. quia ad hoc potest responderi, vt per Afflict. decis. 394. vbi dicit in contrarium adducta procedere, quando alius probaret se medio tempore possidere, alias sufficit probare se semel possedisse, quia qui aliquando ostendit se possedisse, & allegat se nunc possidere præsumitur perseuerasse in possessione cum possessio retineatur animo allegat. nota. in l. siue possidetis. C. de probatio. & plura alia, Alcia. de præsumptio. regu. secunda præsump. 22. Corset. in suis singular. in verbo, Probatio possessionis cum infinitis concordan. relatis per Modernos Veronenses in addition. ad Mathesila. sing. 116. nota mirabilem, quibus addo Baptistam à Villalobos in suis comun. opin. litera P. numer. 153. vbi posi Corset. in loco suprà citato communem dicit, concordat Alexand. consil. 133. colum. 3. in princip. volum. 1. vbi dicit, quod licet testis dicat, quod iam sunt octo anni & vltra quod vidit talem tenere & possidere, satis est, quia præsumitur perseuerasse in possessione. Præterea dato, quod non competeret remedium retinendæ negari non potest, quin competat vtile reintegrandæ, aut saltem quod reintegretur & reponatur in statum exigendi, in quo erat, Afflict. d. decis. 395. numero quarto. in cuius sententiam descendebat Senatus, præsertim fauore ecclesiæ, verum tractatu aliquorum dicitur controuersiam fuisse Dei gratia compositam.

SVMMARIVM.

1 Reciproci contractus ratione vicissitudinis nonnunquam admittuntur, quæ ea cessante omnino à iure prohiberentur.

2 Donatio inter virum & vxorem, reciproca sustinetur, quæ alias regulariter prohibetur, declaratur nu. 19 & seq.

3 Fideicommissum reciprocum inter fratres remitti potest, & nu. 21.

4 Promissio mutua, qua alter alteri superstiti eius bona promittit valida est, declaratur, nu. 7. & 8. & latius nu. 24.

5 Familiarum dignitatem conseruari Reipublicæ interest.

6 Hæreditate non adita omne ius testamenti resoluitur.

9 Præfationis verba causam finalem arguunt.

10 Pactum de succedendo factum in consequentiam præcedentium dispositionum valet.

11 Argumentum de pacto iurato ad statutum vel consuetudinem valet, dum est, & nu. 12.

13 Pactum de futura successione, tanquam contra bonos mores non esse seruandum quomodo intelligatur, nu. 18.

14 Pactum de successione futura si in vim pacti valere non potest, saltem in vim donationis bonorum post mortem sustinebitur.

15 Pactum de succedendo reciprocum inter milites factum valet, quod etiam ad nobiles & egregias personas non militantes extenditur, & numero 16.

17 Hæreditas seu successio in vniuerso pacto dari non potest.

22 Reciproca conuentio, an conualidetur in pactum de futura successione.
23 Consensus contrahentium non relevat in pactis futuræ successionis.
25 Donatio siue promissio bonorum post mortem valet siue sit donatio causa mortis, siue inter vivos: secus si quis donaret post mortẽ eius hæreditatem, vel omnia bona præsentia & futura, aut promittat quod hæres erit.
26 Prouisio certarum rerum, non autem hæreditatis, seu successionis valida est.
27 Pupillaris substitutio & sic testamentum pupillare est pars & sequella paterni testamenti.
29 L. Si quis seruum. ff. de actionibus empti. declatur.
30 Referens se ad testamentum seu instrumentum aliquod, videtur se ad illud restrinxisse remissiuè.
31 Pactum de futura successione non firmari iuramento magis communiter tenent Doctores.
33 Pacto quod fieri non potest, quia sit contra bonos mores, non poterit etiam fieri per statutum, vel per consuetudinem.
34 Statutum contra ius valet, quando tali iuri potest derogari pacto vel renunciatione, alias secus.
35 Argumentum de pacto & statutum, quando validum sit.
36 Pactum de succedendo dicitur esse contra bonos mores de iure diuino, & nutritiuũ peccati, & numero 37.
38 Testamentum seu facultas testandi est de iure gentium, quo ad eius substantiam, licet quo ad solemnitates sit de iure ciuili.
39 Primogenitura à iure diuino introducta, & quæ dicebantur primogenita.
40 Iuri primogenituræ renunciari, illudq; vendi potest.
41 Iuramentum interpositum super donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, non operatur vt valeat saltem respectu præsentium, secundum cõmunem sententiam.
42 Stipulatio pœnalis apposita pacto futuræ successionis, non valet etiam respectu pœnæ promissæ, & num. 42.
43 Dictio Nihil est vniuersalis negatiua, idem de dictione Nulla.
44 Negatiua vniuersalis potentior est quam affirmatiua, cum magis neget negatiua, quam affirmatiua affirmet.
45 Priuilegium l. licet. C. de pactis, in quibus personis locum habeat, & nu. 46.
47 Nobiles dicuntur in dignitate constituti, cum nobilitas sit dignitas.
48 Consuetudines vires suas non porrigunt extra territorium, in quo vigent.

DECISIO C.

Pactum de futura successione initum inter patruum & nepotem quod vno eorum decedente sine liberis vel eius liberis sine liberis masculis decedentibus alter, vel eo defuncto eius liberi masculi succedant in omnibus bonis tam præsentibus quam futuris, an validum sit.

MAGNIFICI Carolus Dominus Vezeti patruus, & Claudius Dominus Fenis nepos ex fratre ambo agnationis de Chialle. Anno 1552. die 8. Martii considerantes (vt verbis eorum vtar) [illegible] stitutiones & ordinationes antea per eorum anteceſſores mutuo factas, vt eorum filij legitimi & naturales, & ab eis descendentes masculi, iugiter & successiue succedant in bonis aliorum decedentium [illegible] filijs masculis, vtq; continuo manutenetur caput principalis agnationis & bona feudalia eorundem conseruarentur, volentes etiam sequi vestigia suorum prædecessorum, considerantes præmissa, prout eorum hæredibus ac successoribus, conuenerunt pacti sunt & transegerunt mutuis stipulationibus, renunciationibus, & iuramentis interuenientibus, quod alterorum moriente sine liberis, veleius liberis sine liberis masculis decedentibus, aliis vel eo defuncto eius liberi masculi prostitutis essent, & pro veris hæredibus morientis, in omnibus bonis præsentibus futuris, quibuscunque, filiabus verocontuerentur congruæ dotes, secundum parentum, & familiæ qualitatem, & gradum. Lapsis inde duobus annis, contigit dictum Claudium sine liberis, & in tum in prelio Belgico perijsse, Maria Chiarleta sorore, & D. Carolo, patruo perstitibus, quæsitum fuit, quis eorum prædicti Claudij hæreditatem & bona admitti debeat, an soror vti proximior, vero patruus, vigore prædicti pacti partes patrui tueri videntur, primo l. risgentium. §. prætor ait. ff. de pact. pacta seruabo prout conuentum est, ait prætor, & alibi dicitur contractus ex conuentione legem accipere. l. 1. §. si conuenerit. ff. depositi. l. contractus. ff. de regulis iuris, quę præsertim locum habere debent in re propria, in qua quilibet dicitur moderator, & arbiter, vulg. l. in re mandata. C. mandati.

1 Secundo subsistere† videtur ex vtere- procę dispositionis, cum ratione vicissitudinis aliqui contractus admittantur, teneant, qui ea cessan.e omnino à iu-

pro-

prohiberentur, vt in donatione inter virum & vxorem videre est, quæ † & si regulariter prohibeatur toto titulo de donationibus inter virum & vxorem. ff. eodem. & in Decreta. attamen si reciprocè fiat admittitur l. quod autem. §. si vir. ff. de donationibus inter vir. & vxorem. Romanus consilio 517. colum. penulti. las. in l. si pater puellæ. numero secundo. & sequen. C. de inofficio. testamen. vbi post Cynum, Baldum Salice. & Pau. de Castr. erpresse dicit, Donationem reciprocam inter coniuges factam hoc modo, si contingat alterum præmori superstes habeat bona valere pluraq; adfert ad materiam vicissitudinis, & nominatim mutuæ donationis factæ inter fratres, quod etiam confirmat Alexand. in l. licet. colum. fin. versicu. vltimo pro hac gl. C. de pactis. ff. pro qua opinione legitur consilium las. 173. numer. 4. & 5. volu. 4. & propius ad casum nostrum accedendo videtur textus in l. 1. C. de pactis. & in l. de fideicommisso. C. de trans. quibus ll. fratres grauati † fideicommisso possunt inter se pacisci & à fideicommisso recedere, & his adstipulantur, quæ cumulat Neuiza. cons. 86. num. 5. ad materiam pacti reciproci. Nec videtur obstare si dicatur prædicta iura loqui in pacto de non succedendo, quia idem videtur dicendum in pacto de succedendo vt contrariorum eadem sit disciplina, argu. l. pen. C. de solutionib. & l. eius est velle. ff. de regu. iuris. quo fundamento reciproci pacti hanc opinionem sequitur Hyppol. sing. 333. latè Viui. in suis communibus opinionibus, in verbo, Pactũ. 1. nu. 12. post hæc scripta visus.

Tertiò defenditur huiusmodi conuentio arguendo cessante ratione legis, quod argumentum est validum & forte. l. quod dictum. ff. de pactis. Euerard. latè in suis locis legalibus. c. 85. nam pactum de succedendo alicui à iure improbatur, quia ex eo inducitur votum captandæ mortis eius de cuius successione agitur, l. fina. C. de pactis. cum similibus. Sed in casu isto videtur cessare votum captandæ mortis: ergo valet conuentio, quod autem cesset votum captandæ mortis constat tum ex viribus mutuæ conuentionis, ob quam incertum est, in quorum alterum ex contrahentibus sit casura conditio. d. l. 1. C. de pactis. l. de fideicommisso. C. de transactionibus. tũ etiam propter ipsorum contrahentium cõsensum, & perseuerantiam vsque ad mortem. l. fina. C. de pactis. & hoc fundamento ad tuendam hanc opinionem vsus fuit Nicolaus Bellon. in cons. 60. num. 2. cui videtur consentire Bart. in d. l. fin. nu. 11. vers. item non inducit.

4 Quartò coadiuuari dicitur † hæc conuentio ex communi conclusione qua dicitur valere promissionem præsertim mutuam qua alter alteri superstiti eius bona, si sine liberis masculis decederet, post mortem suam (donare) seu relinquere promisit, quam ponit glo. communiter approbata in d. l. fin. in verbo, Accõmodauerint, in fin. & ibi Bartolus, numer. 10. cæteriq; interpretes. C. de pactis. Bartolus consilio 212. Curt. iuni. cons. 15. colum. 2. Craue. consil. 138. nume. 2. & alij innumeri coaceruati per Tiraquel. in tracta. primogenio. quæst. 6. num. 5. Bellon. d. cons. 60. Gozad. cons. 87. nume. 9. & sequen. per tex. in l. 1. C. vt act. ab hæred. & contra hæred. Sed in casu isto vicissim alter alteri superuiuenti promisit eius bona, si sine liberis masculis decederet, ergo valida videtur huiusmodi conuentio. pro qua consuluit Oldrad. consil. 139. Guid. Pap. consil. 31. colum. 2. & seq. las. cons. 5. colum. 4. volum. 3. & huic fundamento accedit tex. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. ex quo Bart. ibi nu. 3. notat quòd quando aliquis in actu inter viuos nominat aliquem suum hæredem videtur in eum suum vltimum iudicium contulisse & suum hæredem fecisse: quem refert & sequitur Alex. cons. 168. numer. 6. & 7. vol. 5. Soci. cons. 49. num. 5. & 6. volum. 4. hanc opinionem latè tractat Ang. cons. 179. colum. 2. vers. quia tamen legendo, concludens valere conuentionem vicissim inter duos germanos milites factam, qua conuenerunt vt eorum altero sine liberis masculis defuncto, omnia eius bona ad alterum superuiuentem, seu eius posteros confluerent, prout & in casu proposito cogitatum proponitur quod bona deuenirent in agnatos,

5 per quos conseruatur † familiæ dignitas, quam Reipublicæ interest conseruari. l. 1. §. & si seruus. ff. de ventre inspicien. Brun. de stat. exclus. fœmin. in tertio articulo. colum. 2. Paris. cons. 26. numero 12. 13. & 73. volum. 2. Respondetq; Angelus ad id quod in contrarium adduci posset, videlicet huiusmodi conuentiones tollere directo liberam testandi facultatem, quia cum dominia prædictorum bonorum, quæ post mortem promittentis obuentura sunt superuiuenti interea remaneant penes promittentem. l. traditionibus. C. de pact. põt de his testari. Idcirco non dicetur ei directo sublata libertas testandi, & hoc idem dicit

tenuisse Azonem & Cynum, locis per eum allegatis, quod etiam videtur voluisse Bar. in d.l.fina.num.11.vers.potero enim quemcunq; voluero instituere. accedat quia non habens dominium alicuius rei testari potest cum nudum nomen hæredis detur, vt latè explicat Ange.d.cons.179.colu.3. Nec mouet alia ratio, quod etsi directo non tollatur, per indirectum tamen tolleretur libera facultas testandi, ex quo neminem reperiret, qui hæres esse vellet, & hæreditate non adita res rediret ad causam intestati, quia secundum Ang.cons.supra citato non est bona consequentia, dicere, res redibit ad causam intestati propter non aditam hæreditatem, ergo est interdicta libera factio testamenti cum aliud sit habere factionem testamenti actiue, aliud adire hæreditatem, & sic ex testamento recipere, l.si quæramus.
6 & ibi glo.ff.de testamentis.† nam à principio testamentum valuit, licet hæreditate non adita, omne ius testamenti resoluatur, l.si nemo.ff.de regu.iuris.& Inst.ad l.falcid. in principio. addit etiam Ang.duas alias rationes ad corroborationem suæ responsionis videlicet de constituto in mortis articulo, qui etsi nullam spem habeat acquirendi potest omnia bona sua donare post mortē, & de prohibitione falcidiæ, quas rationes breuitatis gratia nón transscribo.

Nec obstat secundum Ang. tertia ratio videlicet quod per huiusmodi cōuentionē inducatur votum captandæ mortis, quia non inducitur modo prohibito, cum vicissim consensu contrahentium inducatur, quod à iure permittitur d.l.fin.C.de pactis. non enim iure inferri necessario potest ex hac conuentione induci votum captandæ mortis, ergo est prohibita quia donatio seu promissio omnium bonorum præsertim post mortem est de iure valida, d.l.vnica.C. vt actiones ab hæredib. & contra hæred. incip. gl. & Doct. supra in quarto fundamento allegati. Et tamen inficiari non possumus quin ex huiusmodi promissione inducatur votum captandæ mortis, sicut de donatione omnium bonorum præsentium & futurorum. Et in pacto de successione tertij obuentura. Nam tunc dispositio occasione voti captandæ mortis alterius prohibetur, quando inducitur contra scientiam eius de cuius bonis agitur d.l.fi. imò in casu nostro attento consensu contrahentium nō diceretur induci votum captandæ mortis. d.l.fi. quam ad hoc propositum in conuen-
7 tione † inter fratres de succedendo inuicē facta notat Dec. in d.l.licet. in fin.C.de pactis. Bellon.d.cons.60.num.2. post alios per eum relatos: concludit igitur ex præmissis Ang. conuentionem mutuo factam omnium bonorum præsentium & futurorum esse validam, cum per eam nec directe per indirectum tollatur libera testandi facultas, nec inducatur votum captādæ mor-
8 tis alterius (saltem modo prohibito) † nec sit translatum dominium bonorum in conuentionem deductorum, & Oldrad.d.cōs. 139.ac Ang.d.cons.179. referunt, & sequi videntur, Alexan. cons.83.numer.14.& duobus seq.vol.2. Goza.d.cons. 87.num.11. Socin.Iun.cons.143.nu.27.vol.1.& seq. vsque fin. vbi plura ad casum nostrum ponit, & alij comulati à Tiraquello & Bellono locis supra allegatis, & hanc opinionem sequitur Auffr.in addi.ad Cap. Thol. quæst. 452. citans Sicul.Fulgo. & Bal. ita tenentes nec obstat l. licet. C. de pact. quia loquitur in pacto nudo, secus si in huiusmodi pacto interuenit stipulatio vt in casu nostro respondet Guid.Papę d.cons.31.colum.2. gl. in d.l.fi.in verbo, Accommodauerim pacti.C.de pact.

Quintò sustineri potest hæc conuentio cum proponatur facta in executionem seu consequentiam dispositionum & ordinationum anteceſſorum ipsorum contrahen-
9 um, prout ex verbis præfationis † conuentionis colligi potest, quę denotant causam finalem, vulg.l.fi.& ibi Bart.ff.de hæredib. instituen. & in l.1.ff.ad Macedon. probant inter contrahentes l. optimam cum similibus. C. de contrah. & commit. stipulat.
10 similibus. † Sed pactum de succedendo in consequentiam præcedentis dispositionum valet Bart. in d.l.fin C. de pact. col.1, versicul. oppono. ff. de hæred. vel. vend. quem ibi communiter sequuntur Doc. Paris. latè d.cons.24. nu.82. vol.2. post Alex.cons.29.vol.5. & Dec.cons.63.colu.2. Ergo conuentio reciproca, de qua agitur tanquam facta in consequentia præcedentis dispositionis, licet sit de futura successione, subsistere videtur, idq; comprobatur ex his, quæ scribit Guli. Bene. in repet. Raynutius. vers. duas habens filias. num. 218. de test. vbi dicit, pactum de hæreditate valere. sequitur Viui. in d. verbo, Pactum. nu. 2. Natta cons. 474. nu. 8.

Sextò firmari dicitur hæc conuentio virtute iuramenti in ea positi, quod omnino est obseruandum, cum possit seruari sine interitu salutis æternæ, c. cum contingat. de iure iurando. c. quamuis de pactis in
14 6. per quæ iura ita expressè reprobata opi-

nion-

nione Bart. tenet Bal. in tit. si de feudo fuerit contro. inter domin. & agnatum. §. moribus. num. 2. quem referunt, & sequuntur Corneus cons. 257. litera G. & H. vol. 3. Cepola cautela 112. num. 4. Aret. cons. 74. in fi. secundi dubij. Auff. in addit. ad quæst. Cap. Tholos. quæst. 452. vbi dicit, ita fuisse iudicatum per plura aresta. Crauet. cons. 139. nu. 8. & seq. sequitur Guid. Pap. d. cons. 31. col. 3. Io. Camp. de dote, in vltima parte. quæstio. 79. col. 2. Aquens. in l. fin. colum. fin. C. de pactis. Dec. in l. pactum quod dotali. num. 2. & 3. C. de pactis. & in cons. 516. num. 5. & cons. 655. num. 12. & mouetur Dec. quod arguendo † de pacto iurato ad statutum seu consuetudine, vt sicut statuto seu consuetudine potest validari huiusmodi pactum de futura successione, iuribus per eum allegatis, quibus accedit regula l. non est impossibile. ff. de pactis, qua cauetur id quod lege fieri potest, & pacto fierit posse, Tiraq. de iure primogen. quæst. 3. & ita possit confirmari iuramento, & adducit Barto. in d. l. fin. col. 2. num. 6. vers. quid si in casu prædicto. C. de pactis, Bald. in l. Archemidoram. col. fin. versic. sed nunquid per consuetudinem. C. vt in possessio. legatorum. & Ange. cons. 66. col. fi. quod quidem argumentum de pacto † iurato ad statutum, & è contrario valet etiam per dictam doctrinam Bart. facit Curt. Sen. cons. 79. col. 1. in princip. las. in auth. præterea. num. 15. C. vnde vir & vxor. Ego pro hac opinione adducebam tex. Geneſis c. 25. circa finem. vbi Esau cum iuramento vendidit primogenita sua Iacob. eius fratri, & tenuit pactum.

† Nec obstat secundum Decium locis proximè allegatis id quod dicitur prædictam conuentionem esse contra bonos mores, ideò non esse seruandam, quia dicit debere intelligi, quando esset contra bonos mores sapientes turpitudinem, vel contra bonos mores naturales, seu iuris canonici. sed ex sacris literis pactum de succedendo iuratum valet, Genes. d. cap. 25. suprà allegato, quem ad hoc citat Bart. cons. 72. colum. 2. versicu. sic videmus: ergo contra mores iuris ciuilis duntaxat dicetur huiusmodi pactum, quod non considerat Canon, quando agitur de periculo animæ. Idem sentit Felinus in c. in præsentia. num. 6. de probationibus: his addi potest, quia iuramentum facit valere, actum eo modo quo potest. l. cum pater. §. filius matrem. de lega. 2. Bart. in l. si quis pro eo. num. 13. ff. de fideiussoribus. Curt. Iun. cons. 81. nu. 13. † ergo si hæc conuentio non potest valere vti pactum de succedendo, valeat vt promissio seu donatio bonorum post mortem, vt latè concludit Crauet. d. cons. 139. numer. 10. post Bal. Paul. de Cast. Socin. Afflict. Grat. per eum citatos, Socin. Iun. cons. 143. num. 19. & 35. vol. primo, quod præsertim procedere debet stantibus clausulis in conuentione appositis, de nunquam contraueniendo, sed semper obseruando, cum renunciatione omnis iuris, & consuetudinis auxilio, quæ clausulæ videntur operari, vt huiusmodi conuentio dicatur donatio inter viuos, Gozad. d. cons. 87. num. 9. Thom. Ferrat. caut. 30. post Bart. in l. fin. C. de pactis. latè D. Roll. à Valle, cons. 8. vel si non posset operari, vt censeatur donatio inter viuos habita tamen effectum post mortem, deberet iuramentum saltem operari, quod valeret in vim donationis causa mortis. Sayssellus in d. l. licet. colum. 2. versic. ex præmissis. & respondet ad id quod dicitur de donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, quæ iurata non valet etiam respectu præsentium. Nam dicit illud procedere propter ambiguitatem, quia non est dare rationem cur potius debeat valere in præsentibus, quàm in futuris, cum hæredes contrahentis teneantur ad interesse, ex quo expressè, promiserunt omnia præmissa attendere, & obseruare sub obligatione omnium bonorum refectionéq; damnorum & interesse argu. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obligationib. & hoc tenuit Bart. d. cons. 72. colum. 2. vers. præterea positio. Hinc inferri posset quod etsi huiusmodi conuentiones veluti vltimarum voluntatum vim obtinentes possint quandocunque reuocari, cum ambulatoria sit voluntas hominis vsque ad mortem. l. cum hic status. ff. de don. inter vir. & vxor. posterioresq; voluntates derogent prioribus. §. posteriore. instit. quib. mod. test. infir. l. si quis in princip. ff. de lega. 3. l. si quis priore. ff. ad Treb. attamen dictæ reuocationes præsertim in genere factę non trahentur ad has conuentiones iuratas, vt expressè dicit Cur. Iun. cons. 98. num. 6. & 7. Afflict. decis. 3. nu. 13. post glo. Innoc. Io. And. Imo. Abb. Cyn. Salyc. & Alex. per eum adductos.

15 † Vltimò, cum hæc conuentio proponatur facta inter personas egregias, & magnificas in dignitate constitutas, ac deditas exercitio militari, prout effectus sequutus demonstrauit, cum Claudius de cuius hæreditate agitur magister hospitij Serenissimi Ducis nostri officio fungeretur, in prælioq;, vt fertur, occubuerit consequens

est valere huiusmodi conuentionem per text.in d.l.licet.C.de pactis, vbi pactum reciprocum inter milites factum, vt ad eum, qui superstes fuisset res eius, cuius casus finem vitæ attulisset pertinerent valet: & licet loquatur in militibus, idem tamen dicendum videtur in magnificis personis, ita legem illam ampliat Dec. cons. 516. num. 3. citans Roman. in cons. 43. quam opinionem Iason sequitur in dict. l. stipulatio hoc modo.num.17.& d.cons.5.col.4.vers.tertiò pro ista part.vol.3. Benedic.in repet.c. Rainutius. versi. duas habens filias.nu.197.198. & 201.Boer.decis.355.num.3.dicens, præsertim id procedere, quando huiusmodi pacta fiunt gratia agnationis conseruandæ,& Clarius decis.155.num.8.post Francis.Tigri.dicentem,hanc conuentionem seruari de consuetudine generali Franciæ inter nobiles, quæ ampliatio corroborari videtur ex ea-
16 dem lege, † cum priuatis personis prohibet huiusmodi pacta mutua, in quarum priuatarum personarum numero non comprehenduntur personæ in dignitate constitutæ, prout sunt isti contrahentes, glos. in c. fin. in verbo, Dignitas, in fin.distinc.4.& præsertim hæc opinio sustineri debet, cum huiusmodi conuentio proponatur facta vltra montes, in regionibus, in quibus dicitur similes conuentiones valere & fieri solere, Tiraquel.de iure primogenit.quæst.7. num.6.& 7.Zasi.cons.1.num.14.lib.2.Boer. d.decis.355.in princ. & decis. 204. num.3. & sequent.Mod.Pari.cons.15. num.14. & sequen.dicentes,nõ esse necessarium probare consuetudinem, sed sufficere probare obseruantiam & stylum, de quibus potest se informare Senatus, teste Bal.in l. filiusfam. §.vetera.versic. item potest supplere. ff. de procur. & pro huiusmodi pactis sustinendis, Auffr.in quæst.452.cap.Thol.dicit,fuisse prolata plura aresta.

In contrariam verò sententiam posito pro constanti quod conuentio, de qua agitur fit de futura hæreditate seu successione vniuersali contrahentium suadent plures iuris regulæ. Primò quod pacto hæredi-
17 tas, † seu successio in vniuerso dari non potest. l. hæreditas. C. de pact. conuent. vbi hæreditas testamento non pacto datur extraneis,& pactum factum in dotali Instrumento, quod filia patri ex æqua portione cum fratre hæres esset, nullam parit actionem aduersus hæredes patris.l. pactũ quod dotali.C.de pactis.& C.de collatio. idem in pacto quod ad maritum bona vxoris post eius mortem perueniant, l. hæreditas. C. de pact.con. Certi enim modi sunt deferendæ hæreditatis.l.1. & duabus sequent. ff. de petit. hæred. Barto.cons.212. colum.2. quos non est is modus, vt pacto dari & suprà dictis addere possumus in ram Doct.classem hoc attestantem per Tiraquell. de iure primogenit.quæst. num. 16. 17. & 18. Ias. cons.8. num.54. consilia feudalia.

Secunda regula est, quod pactum de futura successione, etiam stipulatione vallatum veluti contra bonos mores factum nullam producit actionem, nullius momenti est, l. ex eo.C. de inutilib. stipulat.
18 l. cum donationis, † & ibi glos. in verb. Astringitur.C. de transact. Curt. Iun. cons. 15.num.2. Capella. Tholos. quæst.452. Pa. cons.24.num.55.& sequen. vol.2. Benedic. repet.d.c. Rainutius. versic. duas habens filias.num.191.& seq. de test. qui moriturus considerantur à Iureconsultis duobus vel quia inducant votum captandæ eius,de cuius hæreditate agitur. l. fin. C. de pactis.vel quia auferant liberam testamenti factionem. l. pactum quod dotali. & glos.C. de pactis.l. stipulatio hoc modo communiter Docto.ff.de verbo.oblig. quæ ratio quoad impediendam liberam testamenti factionem per indirectum æquè procedit tam in pacto de non succedendo, l. si quando. §. illud. C. de inoff. testam.& l. pactum.C.de collatio. quæ pacto de succedendo.d.l. pactum quod dotali.l.licet.C.de pactis,& vbique glos. infrà dicemus.

Secundò,pro hac opinione pugnat conclusio, de qua per Doctores magnè muniter in dicta l. stipulatio hoc modo quod donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non valet ratione dictæ dictа, quia aufert liberam testamenti factionem.

Tertiò,hanc opinionem approbat text. in terminis in l. licet. C. de pactis, vbi pactum factum inter priuatos, vt qui superuixerit alterius rebus potiatur non valet, & speciale est in militibus, vt valeat ergo in contrarium est ius commune, vt ibi concludunt communiter Doct. l. ius singulare. ff. de legibus, glos. fin. in l. pactum inter hæredem. ff. de pactis.

Quartò defenditur hæc opinio, argendo à remotione contrariorum: quod argumentum in hac materia facit Bart. in d. l. in. num.11.vers.tertiò probo.C.de pactis.

Non obstat igitur primò regula legis primæ, cum similibus, ff. de pac. & l. in re ma-

data. C. mandati, quia prædictæ regulæ intelligi debent dummodo prædictis pactis & dispositionibus iura non resistant, quia pacta & conuentiones factę iure prohibente non tenent. l. non dubium. C. de legibus. l. pacta, quæ contra. C. de pactis. nemo enim facere potest, quin leges locum habeant in suis dispositionibus. l. nemo. ff. de leg. primo: ita respondit Paris. d. cons. 24. num. 75. & seq. vol. 2. Sed conuentio, de qua agitur dicitur facta contra iuris dispositionem, vt suprà probatum est: ergo non † militant regulæ prædictę in contrarium adductæ. Nec nocet secundum fundamentum, quod fit ex vi mutuæ & reciprocæ dispositionis, quia textus in l. quod autem. §. si vir. ff. de donati. inter vir. & vxorem, in contrarium adductus, ideò admittit donationem reciprocam inter virum & vxorem, quia propter huiusmodi mutuam donationem cessat principalis ratio, ob quam prohibita est donatio inter virum & vxorem, videlicet ne mutuo amore se spolient, cum alter ex mutua donatione sibi facta tantundem recipere possit, ideò dicitur, quod eatenus prædictæ reciprocæ donationes subsistunt, quatenus altera alteri correspondet, nō autem si excedunt, Roman. d. cons. 517. colum. penult. versic. in contrarium. Aret. cons. 2. col. 3. in princ. las. in d. l. si pater puellæ. nu. 2. C. de inoffic. testament. Lup. in repetit. rub. de donationibus inter vir. & vxor. §. 3. num. 9. Tiraquel. in repetit. l. si vnquam, in verbo, Donatione largitus. num. 122. C. de reuocand. donationib.

Potest etiam responderi, ex huiusmodi mutuis donationibus coniugum non dari hæreditatem, nec tolli liberam facultatem testandi, nec induci votum captandæ mortis, cum statim valeant, quæ omnia in casu nostro non militant: ergo diuersum ius merito statuitur, argumen. l. interpositas. C. de transactionib.

† Vel potest responderi, quod cum prædictæ reciprocæ donationes inter virum & vxorem sint contra iuris regulas prohibitorias donationum inter coniuges, non debent trahi in consequentiam ad alios casus. l. quod verò contra, cum duabus sequentibus. ff. de legib. & maximè quando in alijs casibus specialiter est prouisum, Bald. in l. de quibus. num. 35. versic. & nota quod vbi plures casus. ff. de legibus, arg. l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulg. & pupil. sed in casu nostro specialiter prouisum est, d. l. licet cum alijs suprà adductis: ergo de donatione inter coniuges ad conuentionem nostram argui non potest, quinimò etsi inter coniuges fuerit factum tale pactum de succedendo non valeret etiamsi iuramento esset firmatum, vt latè comprobat las. cons. 87. num. 3. vol. 1. post Cyn. Bart. Bal. Ang. & Salyc. in locis citatis, dicens, omnes ita tenere.

21 † Nec prædictis refragantur l. prima. C. de pactis. & l. de fideicommisso. C. de transaction. quia potest responderi, in dictis legibus non esse pacta de futura successione contrahentis vel alterius viuentis, sed de successione defuncti, cui per fideicommissum succeditur. l. cohęredi. §. cum filio. ff. de vulg. & pup. ita respondet glos. magna in d. l. prima, versic. tertiò obstat, quam ibi sequitur Bart. num. 5. las. num. 18. & communiter Doct. C. de pactis. Bald. in l. cum Archimidoram in prima oppositione. C. vti in posse. legat. Et ex pacto, de quo in prædictis legibus non quidem inducitur votum captandæ mortis grauati, verum remouetur d. l. de fideicommisso, vbi communiter Docto. & d. l. l. C. de pactis.

Præterea responderi potest, quod in dictis legibus cessant omnes regulæ suprà dictæ, videlicet non datur hæreditas pacto, non tollitur libera facultas disponendi de rebus suis, non inducitur votum captandæ mortis alterius, cum sit pactum de non succedendo defuncto, vt suprà dictum est. Sed in casu nostro dicitur pactum de succedendo, in quo vigent prædictæ rationes prohibitiuę: ergo de vno ad alium casum dissimilem argui non potest. l. fin. C. de calumniatorib. & per consequens non valet regula quod contrariorū eadem sit dispositio, quando diuersa est ratio, argumento l. interstipulantem. §. sacram. versic. sed hæc dissimilia. ff. de verbo. obligat.

22 † Et quod vicissitudo non conualidet huiusmodi pacta, textus est clarus in d. l. licet. C. de pactis, vbi pacta erant reciproca, & tamen non valent inter personas non priuilegiatas, & ita tenent ibi communiter Doctores, & Bart. Alexan. Dec. Curt. Iun. in consilijs infrà allegandis, Paris. d. cons. 24. num. 77. vol. 2. & alij cumulati per Tiraquel. in d. 6. quæstio. numer. 24. de iure Primogeni. vbi respondet ad iura in contrarium adducta, dicens ea non loqui de pactis futuræ successionis. Nec contra urget tertium argumentum, quod fit à ratione legis cessante, scilicet, quod votum captandę mortis cesset, cùm ratione incertitudinis, tum etiam ratione consensus contrahentium. d. l. l. & fin. C. de pactis, quia

licet

licet ratione incertitudinis, & consensus posset dici cessare votum captandæ mortis, attamen non cessant aliæ rationes, seu regulæ suprà positæ, prohibentes huiusmodi pacta, videlicet, hæreditatem dari pacto, d. l. hæreditas. C. de pactis conuentis, & quod libera testandi facultas tollatur, d. l. ex eo. C. de inutilib. stipula. d. l. pactum. C. de pactis. & l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obligat. quæ rationes cum sint finales, sufficiunt ad irritanda huiusmodi pacta, etiamsi tertia ratio, scilicet voti captandæ mortis cesset, per reg. §. affinitatis, vbi Angel. & alij Doctores, Instit. de nuptijs, laf. in terminis nostris in d. l. licet in
23 fin. C. de pact. † Et quod consensus contrahentium non releuet in istis pactis, apparet ex d. l. pactum quod dotali. l. licet. C. de pact. & l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testam. l. pactum. C. de collationib. & l. stipulatio hoc modo. de verbo. obligat. in quibus legibus interuenit consensus, & tamen pacta nullius sunt momenti, cum ex eis tollatur libera facultas testandi, ideò glos. in d. l. fin. in verbo, Accõmodauerint, in principio. dicit quod licet tertius possit consentire, non tamen ipse poterit pacisci, d. l. hæreditas. & l. ex eo, quo fit, vt non sit bonum argumentum de casu nostro ad casum d. l. fin. cum ratio diuersitatis euidentissima sit, quia in d. ll. fina. non tollitur libera facultas testandi illi tertio consentienti, de cuius hæreditate pactum cõtrahebatur, nec etiam ipsis contrahentibus, Bart. in d. l. fin. num. 1. at in casu nostro pacto datur hæreditas contrahentium, & aufertur eis libera testamenti factio, vt suprà probatum fuit, quin imò maior ratio inducendi votum captandæ mortis viget in casu nostro, quam in casu d. l. fina. quia in illa pactum non inuitabat ad successionem, cum succedere illi tertio esset in conditione, non autem in dispositione. Sed in casu nostro pactum inuitabat ad succedendum, cum succedere esset in dispositione, ita ponderat d. l. final. Alex. consil. 28. colum. fin. versicu. maior est ratio. volum. 3.

24 † Non etiam obstare videtur quartum argumentum quod sumitur ex glos. in d. l. fina. in verbo, Accõmodauerint, in fin. per text. in l. vnica. C. vt actiones ab hæredib. & contra hæred. incip. cum alijs suprà allegatis, quia illa iura loquuntur & debent intelligi, quando per illam prõmissionem bonorum post mortem fundatur obligatio in persona promittentis, quæ tamen incipiet habere effectum in persona hæredis, nec tollitur libera facultas testandi, cum non differatur hereditas stipulanti, posito promittens habere heredem, quem velit ab intestato succedet proximior in gradu successendi, ac ab ipso hærede & contra ipsum incipiet actio, d. l. vnica. secus vbi obligatio post mortem non confertur, sed verba conuentionis sonant in successionem, vtputa, si ex promissione defertur hæreditas, vel quis efficeretur hæres, vel quod omnia bona, præsentia & futura post mortem deueniant, perueniant, pertineant ad contrahentem, quia tunc non valet huiusmodi promissio, Bart. in
25 l. final. numer. 11. 12. & 14. C. de pactis, concludit, † quòd si aliquis promittat donet bona sua post mortem, valet huiusmodi promissio, aut donatio, siue sit donatio causa mortis, siue inter viuos: secus quis promitteret vel donaret post mortem suam eius hæreditatem, vel omnia bona præsentia & futura, vel promittat quod erit ei hæres, aut quod ei succedet, quam valet huiusmodi donatio, seu promissio cum sit contra bonos mores, tollens libertam testamenti factionem, & inducens votum captandæ mortis, & contra regulam qua cauetur, pacto non dari hæreditatem d. l. hæreditas. & idem tenet Bartol. con. 212. incipien. promitto tibi, & tu mihi, in terminis nostris imò fortioribus videtur consuluisse, cum in casu nostro verba promissionis in hunc modum sonarent, præmorientis sine liberis res debeant superstitis, & nulla facta erat explicatio de hæreditate, seu successione vel sali, prout in casu nostro, & Bart. ibi & sequuntur Dec. consil. 225. numer. 3. cons. 236. numer. 14. & cons. 613. colum. Curt. cons. 15. numer. 2. & sequent. post Alexan. d. cons. 28. & alios per eum allegatos, & in d. l. licet. num. 17. & 18. & cons. 81. num. 2. & cons. 25. in fine. Paris. d. cons. 24. num. 55. & sequent. vbi Doct. communiter tenere dictam distinctionem Bar. attestatur, & d. cons. 26. num. 69. vol. 3. Cons. 139. col. 2. Cagnol. in d. l. fin. numer. 22. & seq. C. de pac. Boer. d. decis. 355. num. 2. vers. secus si societas, Prac. Pap. in forma libelli societatis. col. 3. vers. secundum quem sic lectius colliget.

Nec est facienda vis, quòd obligatio fundetur in persona promittentis sub conditione extitura post mortem, ita vt obligatio incipiat ab hærede, seu contra hæredem vt aliqui post Bartol. visi sunt tenere, tantum est considerandum, an ex dispo-

tio

stitione, siue sit fundata in persona promittentis, siue non, tollatur libera facultas testandi, & pacto detur hæreditas, contra regulas iuris communis, quia tunc etiamsi promissiones radices haberent in persona promittentis, ita quod inciperent habere effectum contra hæredes, nullius sunt momenti, dicta l. ex eo. C. de inutilib. stipul. l. hæreditas. C. de pactis conuent. & d. l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. obligation. † & propterea non nocent consilia Oldradi. Angel. Alexand. & alij in contrarium suprà adducta, quia loquuntur in promissione, seu donatione certarum rerum, non autem hæreditatis, seu successionis vniuersalis: ita respondet Alexan. d. cons. 28. circa fin. volum. 3. Dec. cons. 63. in fine. cons. 225. num. 8. & cons. 236. num. 14. & las. in d. l. fin. num. 17. versic. quarta limitatio. C. de pactis. valet enim pactum de succedendo in rebus certis, licet non in vniuersa, vel in quota hæreditatis, iuribus suprà adductis, quibus addo las. cons. 211. colum. 3. versicu. circa secundum caput. & cons. 233. colum. 4. volum. 2. & cons. 17. num. 2. & cons. 5. & cons. 60. col. 2. vol. 3. latè cons. 173. colum. 5. volum. 4. Nauiza. in addit. ad cons. 11. inter consilia Bru. Paris. d. cons. 26. num. 88. & sequent. volum. 2. Rui. cons. 126. num. 5. & sequent. volum. 1. Bened. in reper. c. Raynutius. versi. duas habens filias. num. 198. & 217. Guid. Pap. quæst. 512. circa fin. Natta cons. 474. num. 2. Curt. Iun. cons. 1. num. 16. Socin. inter consilia Bru. cons. 10. col. 5. versic. præterea communis, vbi dicit, istam esse communem opinionem. Viuius in d. verb. pactum. num. 8. Villa. in commun. opinio. in verbo, Pactum, num. 1. Moder. Paris. cons. 36. numer. 5. & sequent. & ad responsionem Angel. in dict. cons. 179. quod huiusmodi conuentio teneat, quando non est translatum dominium, cum tunc possit de dicto dominio testari, & sic non tollatur directo libera facultas testandi. Replicant Dec. cons. 30. num. 4. versic. præterea, & secundo post Abb. cons. 102. Corneum cons. 60. litera O. & latius cons. 176. litera N. volum. 2. concludentes retentionem dominij tali casu non esse considerabilem, cum effectu ipso efficeretur intestabilis, quia propter huiusmodi dominium hæres non inuitaretur ad adeundam hæreditatem, cum eam statim esset restituturus, & propterea dicit Corneus d. cons. 60. litera P. Donationem omnium bonorum præsentium, & futurorũ esse inualidam, etiamsi non sit translatum dominium, cum propter eam tollatur libera testamenti factio, & ex hac replicatione istorum Doctorum tolluntur responsiones Angel. ad id quod dicitur, per huiusmodi conuentionem tolli directo, vel saltem per indirectum liberam testamenti factionem, quia licet sit verum, quod aliud sit additio, aliud testamenti factio: attamen non est considerabilis hæc testamenti factio, cum per eam hæres non inuitetur ad adeundam hæreditatem, quam restituturus est. Et respondet etiam Corn. d. cons. 176. ad id quod Ang. dicit de constituto in mortis articulo.

Non obstat quintum fundamentum hanc conuentionem conualidans, vti factam in executionem testamentorum antecessorum ipsorum contrahentium, quia Bart. in contrarium allegatus in d. l. final. col. prima. debet intelligi secundum leges quas allegat, vt idem Bart. notat in l. non solum. §. liberationis. ff. de lib. legata. nam primo allegat l. 2. §. illud. ff. de hæred. vel actio. vend. quæ lex inducit quid speciale in hæreditate pupilli viuentis, vt in consequentiam veniat, & comprehendatur in
27 pactò facto de hæreditate patris, † & ratio specialitatis est, quia pupillaris substitutio, & sic testamentum pupillare, est pars, & sequella paterni testamenti. §. liberis, Instit. de pupill. sub. imò dicitur vnum testamentum, licet duarum hæreditatum. §. igitur, instit. eod. tit. Istud est de mente Bar. in d. l. fin. dum respondet ad d. §. illud, cuius responsio est communiter approbata, & clarius ibi Dec. num. 2. in fin. & Cagnol. num. 142. & 143. & sequent.

Secundò adducit Barto. text. in l. si quis
28 seruum. ff. de actionib. empti, † cui respondetur, quod ibi pactum de futura successione valebat, quia successio illius serui venditi, & manumissi, veniebat ex necessitate liciti contractus præambuli venditionis prædicti serui, quod in casu nostro cessat, cum nulla præambula dispositio appareat, propter quam contrahentes cogerentur, alter alteri superuiuenti promittere propriam successionem, siue hæreditatem.

Vel potest responderi, quod propter illud pactum non tollitur libera facultas testandi, prout in casu nostro tollitur.

Vel & tertiò potest responderi, illud esse introductum in odium venditoris perfidi, essecq; ius singulare, ideò non trahi in consequentiam, hanc responsionem extollit Cagnol. in d. l. fin. num. 62. & sequent. C. de pactis.

Nec

Nec nocent adducta à Pariſ. in d. conſ. 26. num. 82. vol. 2. q[ui] fundat ſe Pariſ. in conſ. Alex. 29. col. 5. verſ. circa quartum. & verſic. videntur etiam. vol. 5. qui iudicio meo hoc non dicit: nam in verſic. tamen attento, in quo fit mentio de teſtamentis anteceſſorum, loquitur, quando illud idem erat prouiſum per teſtamenta anteceſſorum, quia tunc ſtandum erit dictis teſtamentis, ſed in caſu noſtro nõ poteſt dici, quod fuerit prouiſum in teſtamentis anteceſſorum, quod D. Carolus eſſet hæres D. Claudij, cui appareret alios fuiſſe ſubſtitutos: ergo non nocet prædictum conſil. Alex. imò in verſic. ſeq. incipi. Videtur etiam valere, dicit expreſsè illa capitula valere, ex quo non continent pactum futuræ ſucceſsionis, ſeu hæreditatis acquirendæ, quod regulariter non tenet, tanquam infringens liberam teſtamenti factionem, dicta l. pactum, quod dotali. C. de pactis.

At in caſu noſtro conuentio continet pactum de hæreditate futura: ergo non valet, etiam quod enunciet diſpoſitiones anteceſſorum, ſecundum Alexandrum, qui propterea retorquetur, adducit etiam Pariſ. Dec. d. conſ. 63. colum. penult. & fi. dicens, eum firmiſsimè tenere, ſimiles conuentiones valere, quatenus concernunt bona comprehenſa in teſtamentis à partibus approbatis, ſed ſi accuratè inſpiciatur Dec. apparebit, eum contrarium expreſsè ſentire, videlicet, quod non obſtante eo, quod in caſu, in quo conſuluit, tranſactiones, quas recenſet, relationem ad teſtamenta ſuperiorum haberent, nihilominus ex dictis tranſactionibus nullum fideicommiſſum ſiue ius comperebat, ex quo poſſet admitti, & id demonſtratur ex eo, quod Dec. in col. 2. verſ. venio igitur, ad ſecundum dubium ponit quæſtionem, an ex verbis illarum tranſactionum oriatur fideicommiſſum, ita quod ſaltem ex eo capite Nicolaus, de quo ibi admittatur, & propoſita parte affirmatiua, ad cuius approbationem adducit conſ. Oldradi. Angel. & Alexand. ſuprà allegata, tandem in verſicu. ſed tamen prædictis non obſtantibus, tenet contrarium, videlicet, quod ſubſtitutio, ſeu fideicommiſſum duntaxat habeat locum, prout in teſtamentis, & quod dictorum teſtamentorum diſpoſitio virtute dictarũ conuentionum non alteretur, & hoc duobus modis principaliter.

30 Primò, † quia conuentionum verba ſe referunt ad teſtamentum, quo caſu ad illud ſe reſtringunt iuribus per Dec. allega. nu. 6.

Secundo modo, principaliter verbo dictarum tranſactionum, non attendum dum dicitur, tunc & eo caſu, hæred ueniat ad proximiores maſculos, qu fectu videtur, fuiſſe factum pactum tura ſucceſsione, quod non valet, ſuprà allegatis: vult ergo Dec. d. col. fin. verſ. ſecundo principaliter, ex capite, quod illę tranſactiones, non obſte te, quod in eis fieret relatio ad teſtamen anteceſſorum, ex quo continebant pact de ſuccedendo, non valerent, nec val rentur iuramento.

Nec obſtat id quod in primo præced ti dixit, quia debet intelligi, quando co uentiones iure ſubſiſterent, aliàs ſtatim ſet ſibiipſi contrarius, quod non eſt dic dum. l. nam ad ea. & ibi glo. ff. de condi demonſt.

31 † Ad ſextum fundamentum in cont tium adductum, videlicet, quod huiuſm di conuentio firmetur iuramento, detur, communem opinionem eſſe tra trarium, videlicet, pactum de ſuccedo do non firmari iuramento: ita tenet gl in l. pactum quod dotali. C. de colla. in l. pactum quod dotali. & in d. l. fin. 9. C. de pactis, in l. ſi quis pro eo. num de fideiuſſorib. in l. ſtipulatio, hoc mo ff. de verbo. obligation. & in conſ. 8. num vbi reſpondet ad c. quamuis de pact ſexto, & ad c. cum contingat. de iure do, & in conſ. 212. glo. in d. l. ſi quand illud. in verbo, Prægrauati. C. de inof teſtament. Saly. poſt Ang. in d. l. pac numer. 3. vbi dicit Canoniſtas ita co niter tenere, Guliel. Benedict. in Ra nutius, in verſicu. duas habent num. 19. de teſtam. ſequitur Paul. de Ca & Alex. in prædicto nota. dicens, Cano ſtas ita communiter tenere, quicquid rit Bald. in c. moribus, ſi de feud. fue. con inter domi. & agna. quem pariter repro bat laſ. in d. l. pactum, numer. 2. C. de pactis, poſt Bartolum, Angelum, Barr Geminia. Iacob. Aluar. in locis per allegatis, quos omnes ante laſ. retulit in d. conſ. 28. num. 7. vol. 3. addens Cyn Romanum, & Doctores ita communi tenere, quod etiam affirmat in dicta l. ſti pulatio hoc modo, col. 2. & laſ. ibi num. dicit, iſtam eſſe communem opinion approbatam per Legiſtas & Canoniſtas Socin. conſ. 73. colum. 2. lib. 3. Capel. Thol q. 452. Dec. conſ. 31. num. 4. conſ. 63. in conſ. 184. num. 7. conſ. 225. num. 3. 4. & & conſ. 236. num. 14. Curt. iun. d. conſ.

num.

numer. 2. & 3. conſ. 25. nume. 5. & 6. vbi reprehendit Corneum d. conſi. 252. volum. 3. dicens eum ſibijpſi contrariũ, Cagnol. in d. l. fin. numero trigeſimoquarto. C. de pactis. vbi reſpondet ad contraria, & alij plures citati per Tiraquel. in d. 6. quæſt. nume. 18. & ſeq. de iure primogenit. vbi & ipſe hanc opinionem tenet, & ad quædam contraria reſpondet ita, vt conſtanter tenendum ſit hanc eſſe communem opinionem, quam etiam ſequitur Zaſi. d. conſi. primo. nume. 18. lib. 2. Boer. d. deci. 204. nume. 8. pro qua vrget textus in l. non dubium in fin. C. de legibus. Cui opinioni † non obſtat argu-
2 mentum quod facit Dec. in d. l. pactum, & in conſilijs in contrarium adductis, arguendo de ſtatuto, ſiue de conſuetudine ad pactum iuratum, ex doctrina Bar. in d. l. fin. colum. 2. verſic. quod in caſu prædictorum: vt, ſicuti valet ſtatutum, ſiue conſuetudo, admittens huiuſmodi pacta reciproca de ſuccedendo: ita debet valere pactum iuratum, quia licet non repererim aliquem nominatim reſpondẽtem huic fundamento, poteſt tamen ei duobus modis reſponderi: primò quia contrariam opinionem, quod huiuſmodi pactum de ſuccedendo non validetur ſtatuto, ſeu conſuetudine tenet Alexan. in d. l. ſtipulatio hoc modo. colum. 2. reprobata opinione Baldi in d. l. cum archimedoram. C. vt in poſſeſſio. legatorum. & Alex. refert & ſequitur Dec, ſibi contrarius in d. conſil. 225. numer. 4. & 7. conſi. 236. nu. 14. laſi. in d. l. pactum. nu. 5. & in l. ſtipulatio hoc modo. numero ſecundo. & mouentur ex doctrina Barto. communiter approbata in l. omnes populi. numer. 26. ff. de iuſti. & iur. vbi expreſſẽ dicit † quòd id quod non poteſt fieri per pactum, quia contra bonos mores non poteſt etiam fieri per ſtatutum. & in d. l. non impoſsibile in fi. ff. de pactis. quem refert & ſequitur Dec. conſi. 361. numer. 6. adducens eum ad terminos noſtros, vt ſicut pacto non poteſt tolli libera facultas teſtandi, ita nec ſtatuto. Et idem conſtanter tenet in terminis noſtris, videlicet in pacto reciproco de futura ſucceſsione, laſ. conſ. 87. num. 3. vol. 1. vbi expreſſẽ dicit, hoc pactum non validari conſuetudine. Idem tenet Capel. Tholoſ. d. quæſt. 452. in fin. Guliel. Bened. in repet. d. c. Raynutius. verſicu. duas habens filias. nu. 195. verſi. ſed contrariam ſententiam, atteſtans hanc eſſe cõmunem ſententiam poſt Bar. Bal. Alex. laſ. & Ioan. Fab. per eum allegatos. Sed pacta de futura ſucceſsione à iure improbantur, quia contra bonos mores: ergo etiam improbantur ſtatutum & conſuetudo. Nec nocet reſponſio Decij in l. nec ex prætorio, num. 8. ff. de reg. iur. vbi dicit, quod ad iudicandum aliquid eſſe contra bonos mores, debent conſiderari boni mores ciuitatis in qua agitur, l. item apud Labeonem, in prin. ff. de iniur. quia illa lex loquitur de moribus, nondum in eſſe productis, ſed nos loquimur de ſtatuto contra bonos mores, & ſic p̃ſupponimus illos extare, argu. l. diuus. ff. de teſta. milit. & hæc opinio videtur comprobari ex iſs quæ dicit gl. in rub. ordinaria. C. de decretis decur. ſuper immunit. nemi-
34 ni conced. libr. 10. † quod ſtatutum contra ius valet, quando tali iuri poteſt derogari pacto, vel conſuetudine aut renunciatione, alias ſecus. nec Bart. in d. l. fi. col. 2. in quo ſe fundat Deci. dicit id, ad quod allegatur. nam loquitur in quæſtione an valeat ſtatutum, quod ingrediens religionem non ſuccedat, & ſic in quæſtione de non ſuccedendo. & diſtinguit, aut loquitur ſtatutum de ingrediente, aut de iam ingreſſo. Et ad demonſtrandum quod dictum ſtatutum valet, arguit Bar. de ſtatuto ad pactum affirmatiue, videlicet, quia ſicut poteſt fieri pactum de non ſuccedendo, ſaltem cum iuramento, ita poſsit fieri ſtatutum. Et in quæſt. ſeq. ad quam ſe refert, loquitur in pacto de non ſuccedẽdo, imò poteſt retorqueri Bar. contra Decium, dum facit differentiam inter pactum de ſuccedendo, & pactum de non ſuccedendo vt hoc tanquam non contra bonos mores firmetur iuramento. d. c. quamuis de pactis in 6. laſ. in l. pactum. nu. 3. vbi dicit communem illud autem veluti contra bonos mores non firmetur iuramento ſecundum communem concluſionem de qua per glo. in l. & ſi quando. C. de inoff. teſta. in l. fin. & l. pactũ quod dotali. C. de pactis. & in c. quamuis. de pactis. Alex. conſi. 28. Cur. Iun. conſi. 25. nume. 7. laſ. d. conſ. 87. nu. 3. volum. 1. Viui. in d. verb. pactum. nu. 5. Villab. in ſuis commu. opi. in verbo, Pactum. num. 1. Mod. Pariſ. conſ. 36. numer. 1. quam differentiam etiam ponit Bart. in d. conſ. 8. col. 2. & ratio diuerſitatis eſt in prõptu, quia per pactum de non ſuccedendo etiam iuratum, non tollitur facultas teſtandi ei cui ſit pactum, Bar. Rom. & Moder. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. oblig. Dida. in repet. c. quamuis in initio tertiæ partis relectionis. nume. 8. dicens id frequentiore Doctorum calculo eſſe receptum. Pacto vero de ſuccedendo certum eſt, tolli liberam teſtandi facultatem, & ſic quod pactum de ſuccedendo

non comprobetur ſtatuto, vt idem operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito. vulg. l. fin.§.fi. ff.de lega.3.

Secundo modo reſpondetur dato citra veri prę|iudicium, quod ſtatuto, ſeu conſuetudine poſsint admitti huiuſmodi pacta, quam opinionem latè proſequitur Tiraquel. quæſtio. 4. de iure primogenito. & quæſtio.6.numer.23.& quæſtio.7.nume.6. & 7.motus potiſsime ex d.l.licet. C. de pactis. vt ſicut illa lex admittit inter milites huiuſmodi pacta, ita alia lege & ſic ſtatuto vel conſuetudine poſsint inter priuatos admitti, cuius legis argumentum facilè poſſet tollì, propter rationis diuerſitatem: nihilo-
35 minus præmiſsis ſtantibus dicitur † quòd non valet argumentum regulariter à ſtatuto, ſeu conſuetudine, ad pactum affirmatiue, videlicet hoc poteſt fieri ſtatuto, vel cõſuetudine, ergo & pacto. & econtrario à pacto, ad ſtatutum negatiue, videlicet non poteſt fieri pacto, ergo nec ſtatuto, quia non eſt bona conſequentia regulariter, Bar. to. in l. omnes populi. numer. vigeſimo ſexto. ff. de iuſt. & iure. & in l. 2. colu. 2. C. quæ ſit longa conſuetud. laſ. latè in auth. præterea. numer. 15. C. vnde vir & vxor. Hyppo. in rubri. de probationib. num. 34. latiſsimè Euerardus in ſuis locis legalibus, car. 89. vbi etiam reſpondet ad d.l. non eſt impoſsibile. ff. de pactis. Dec. in terminis noſtris in pacto de ſuccedendo. in l. nec ex prætorio. numer. 8. ff. de reg. iur. poſt Ang. conſi. 66. colum. fin. laſ. d. conſi. 87. nu. 3. verſ. & per hoc teneo. vol. 1. Tiraq. in d.q.6. num. 1. pulchra apoſtilla ad Bart. in d.l. non impoſsibile. dicens, quod in his quæ ſunt contra legem plus poteſt lex quam pactum. nõnunquam tamen etiam valet argumentum à ſtatuto ad pactum negatiue, videlicet ſtatutũ non poteſt aliquid facere, ergo nec pactum cum in multis caſibus in præiudicium paciſcentium poſsit aliquid fieri per pactum quod non poſſet per ſtatutum, vt pluribus exemplis comprobat Rip. in l. nemo poteſt. nu. 71. ff. de leg. 1. Aliquando etiam admittitur argumentum à pacto ad ſtatutum ſeu conſuetudinem affirmatiue & negatiue, teſte Afflic. deciſ. 315. nume. 11. & 13. poſt glo. Bald. & Imo. per eum allegatos. Gram. deci. 102. numer. 11. & 17. Ioan. Crotus conſi.
36 72. numer. 27. Nec repugnat † quod dicitur, huiuſmodi pacta de ſuccedendo non eſſe contra bonos mores improbatos à iure diuiuo (naturali) ſeu Canonico, ſed de iure ciuili tantum, vt concludit Dec. locis ſupra ex aduerſo adductis, quia in contrarium loquuntur ſcripta Bal. in dicta l. pactum. colum. ſecunda. verſicu. quintò oppono. dicens Pactum de futura ſucceſsione eſſe contra
27 † ius diuinum, & Salycetus ibi expreſsè dicit numer. 5. Pactum de ſuccedendo non validari iuramento, quia eſt contra bonos mores & nutrit peccatum, dicens ita tenere Canoniſtas. & ponit quatuor rationes, ex quibus arguit huiuſmodi pactum eſſe contra ius diuinum, naturale, & ciuile, nutriens peccatum. ideo eſſe omnino improbatum, ſequitur Alexan. in dicta l. pactum. primo notab. & colum. 2. verſicu. aduertamen, & clarius dicto conſi. 28. numer. 4. volum. 3. Iaſon in dicta l. pactum. numer. vbi dicit, pactum de futura ſucceſsione eſſe contra bonos mores, etiam de iure Canonico duplici reſpectu. Primo quia inducit votum captandæ mortis: hoc enim eſt contra ius naturale, mortem liberi hominis petere, l. inter ſtipulantem. §. ſacram. vbi homo liber. ff. de verb. obliga. per quem text. in terminis noſtris ita dicit Cagnus d.l. fina. numero trigeſimoprimo & 32. de pactis.

Secundò iſtud pactum eſt contra ius ciuile & naturale, quia aufert liberam teſtandi facultatem, l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. quem refert & ſequitur gloſ. in c. ad audientiam. de reſcriptis. & in d.l. pactum. C. de pactis. addens non ſolum dici turpe pactum illud quod fit contra ius ſeu naturam, ſed etiam illud per quod impeditur libera
38 cultas diſponendi de rebus ſuis, † quia mentum ſeu facultas teſtandi, quoad ſubſtantiam eſt de iure gentium, licet ad ſolemnitates ſit de iure ciuili, Bart. interdum. numero ſeptimo. ff. de conſtit. deb. quem refert Dec. conſil. 357. numer. conſi. 361. numer. 6. vbi loquitur in materia noſtra. & conſi. 403. num. 14. Bru. de ſtato excluſiuo fœminarum in primo articulo, quæſtio. 3.

Nec his ſunt contraria quę ſcribit Bar. in d. conſil. 72. quia loquitur in conuentione certarum rerum facta inter eos, qui habebãt poteſtatem legis condendæ, & non de futura ſucceſsione.

Nec mouere poteſt quod dicitur de Eſau, qui pp eſcam vẽdidit primogenita Geneſ. cap. 25. in fi. diuus Paulus ad Hebr. cap. 12. quia illud fuit, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, & adimpleretur ſcriptura dicens, Quia maior ſeruiet minori. Paulus ad Romanos, cap. 9. gloſ. in fin. in c. quàm periculoſum. 7. queſtio.

Ve

Vel potest responderi, † quod ibi fuit venditio iuris sibi competentis propter primogenituram, quod ius apud Iudæos non respiciebat successionem in vniuerso, sed erant quædam prærogatiuæ, seu præeminentiæ, quæ primogenitis debebantur, de qua prærogatiua loquitur textus Genes. cap. 27. & Deutherono. cap. 25. & latè Tiraq. in dicto tractatu Primogenituræ, in præfatione, nu. 12. & sequen. Accedat etiam quod † iuri primogenituræ renunciari potest, illudq; etiam vendi, vt latè dixerit idē Tiraq. in dicto tractatu primogenituræ quæst. 24. vbi tractat de renunciatione, & quæst 29. vbi loquitur, an ius primogenituræ vendi possit.

Nec obstat quod econtrario dicitur, huiusmodi pactum virtute iuramenti valere omni meliori modo quo potest, d. l. cum pater. §. si filius matrem. ff. de leg. 3. cum similibus, quia in casu nostro contrarium tenuit Alex. d. cons. 28. numer. 4. & clarius nume. 7. versic. & licet quandoque, & ea mouetur ratione, quia si iura volunt quod hæc conuentio nullius sit momenti. d. l. ex eo. C. de inutilib. stipulationib. ergo nullo modo valere potest: nam si aliquo modo valeret, nō diceretur nullius momenti, sed alicuius & produceret aliquam obligationem, contra d. l. pactum. C. de pac. Hinc videmus, quod † iuramentum interpositum super donatione omnium bonorum præsentium & futurorum non operatur, vt valeat saltem respectu præsentiū, ex crebriore sententia de qua per Doctores in dicta l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. obligationi. Nec ratio ambiguitatis allegata per Aquen. habet locum saltem respectiu præsentium, quorum si facta tantum donatio fuisset etiam sine iuramento, subsisteret. Nec nocet Bar. d. l. fi. numer. 11. Gozad. d. cons. 89. quia Bar. & Gozadinus loquuntur in promissione bonorum post mortem, quæ iuramento confirmatur, nos autem sumus in pacto de succedendo improbato quod iuramento non firmatur: nam postquam non firmatur iuramento si interponatur est inutile, & habetur p nō appositio arg. l. non dubium. C. de legibus, & ex præmissis tollitur conclusio posita per Cur. Iun. cons. 98. nu. 6. & 7. quòd reuocatio gñalis non trahitur ad conuentiones seu donationes causa mortis iuratas. q̄ cōclusio non est vera cū iuramentū positum in donatione causa mortis reguletur secundū eius naturā, ita vt nō tollat facultatē reuocandi, arg. l. fi. C. de nō nume. pec. ita in terminis nostris respōdet Ias. cōsi. 60. col. 5. vol. 3. cuius tamen dictum nunc non discutio.

Nec contraria opinio adiuuatur ex eo q̄ dicitur, hac conuentione hæredes teneri ad interesse actione in factum secundum Bart. d. cons. 72. num. 2. in fin. & quod habetur in l. si quis ita. §. ea lege. ff. de verb. oblig. & in l. ea lege. C. de condictio. ob causam, quia Bart. & dictæ ll. loquuntur in donatione certæ rei, quæ donatio non improbatur à iure, nos autem sumus in contractu à iure reprobato, & quod non detur actio ad interesse, facit tex. in d. l. stipulatio hoc mo-
42 do, † vbi stipulatio pœnalis apposita pacto de futura successione non valet, etiam ratione pœnę promissę, cōcordat gl. in d. l. ex eo. C. de inutilib. stipulatio. & ratio est, quia ex dicta conuentione nulla actio, nullaq; obligatio oritur, omniaq; in ea apposita nullius sunt momenti, nihilq; in ea scriptum est obseruandum, d. l. pactum quod dotali. & l. fi. in illis verbis, nihil obseruari volumus.
43 C. de pactis. † & clarum est dictionem Nihil esse vniuersalem negatiuam, l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubijs. Ias. in l. 1. numer. 82. ff. de vulg. & pupil. substit. idem de dictione Nulla dicit Dec. in c. ex ratione. colum. quart. versicul. confirmatur hoc, de appellationib. & sic nec ad interesse tenebitur, & illa verba nullius momenti, de quibus in l. ex eo. C. de inutilib. stipulationib. infringunt stipulationem ipso iure, l. 2. & ibi gl. os. & Doct. C. quando prouoc. non est necesse, & nota. in c. ad aures de rescriptis.
44 † nam potentior est vniuersalis negatiua, quam affirmatiua, cum negatiua magis neget, quam affirmatiua affirmet, l. hoc genus & ibi glo. ff. de cond. & demonst. per quam ita notat Castr. consilio 170. in fin. in antiq. Brun. de statu exclus. fœmin. in 6. articuli princi. quæstione 26. colum. sexta. & quod non detur actio ad interesse nominatim tenuit Bald. in d. l. cum Archimedoram. colum. fin. versicul. sed nunquid per consuetudinem. C. vt in possessionem legatorum, quem refert & sequitur Ias. in d. l. pactum. numero secundo, per illum tex. Corneus d. cons. 60. litera l. & R. vol. 3. Tiraq. in d. sexta quæst. 20. in fin. Paris. d. cōsi. 24. numer. 80. & alijs plurib. seq. volum. 2. Et ex istis respondetur ad consi. Soci. Iun. 143. vol. 1. qui loquitur in promissione continente donationem bonorum præsentium, & reseruata quadam quantitate, de qua possit disponere.

Nō nocet vltimū fundamentū, quo con-
45 tēdit tur † dispositionē l. licet extendi, & lo-

cum habere in conuentione facta inter has Magn. personas exercitio militari deditas, Dec.d.consi.516.cum alijs supra adductis, quia in casu nostro non constat hos Dominos contrahentes fuisse deditos exercitio armorum tempore conuentionis, quod requirebatur, secundum Dec.d.consi.516. & Roman.consi.43.

Secundo respondetur Decium loqui in conuentione facta inter Magnificos viros, habentes potestatem legis condendæ in suis oppidis, teste etiam Ru in.consi.99.colu. penulti.versicu.non obstat insuper.volum. 1. quæ potestas non est in istis Magn.Patruo & nepote contrahentibus, cum recognoscant superiorem, nec habeant iura regalia: ergo in eis non militat consi. Decij. Vel & tertio responderi potest, veram & communem opinionem esse in contrari-
46 um, videlicet, † priuilegium de quo in d.l. licet, non competere, nisi militib. in castris degentibus: ita tenet glos. Angel. Salycet. Alexand. Ias. Curti. & magis communiter Doctores ibi, quibus addo Galiaul. in l. centurio. colum. 3. & 4. ff. de vulg. & pub. sub. vbi dicit hoc priuilegium & aliud, testandi quoquomodo voluerint non competere omnibus pergentibus ad prælium, sed duntaxat de publico conductis, & ad prelian-dum destinatis, idq; suadetur ex eo, quod milites proprie dicuntur qui sunt in actu militiæ, Bald. in l. filius famil. §. veterani circa princ. ff. de procur. & in terminis d.l. licet scribit Bened. in repet. d.c. Raynutius. versicu. duas habens filias. nume. 203. de testam. Boeri. d. decis. 204. numer. 15. Nec obstat quod textus in d. l. licet prohibeat priuatos, & non indignitate constitutos, qui non dicuntur priuati, secundum glos. in d. c. fina. distinct. 4. quia text. allegatus per illam glos. in c. qui contra. 24. q. 1. dicit contrarium, dum ponit duo genera priuatorum, videlicet, nobilium & ignobilium, & tamen nobiles dicuntur in dignitate con-
47 stituti, † cum nobilitas sit dignitas, Barto. in l. prima. numer. 46. C. de dignitatib. lib. 12. quem refert & seq. Tiraq. de nobilit. c. 20. numer. 85. Ideo illa dictio priuatos, de qua in dicta l. licet, sumitur à Decio pro non priuilegiatis. Nec aduersatur quod gratia agnationis conseruandæ admittantur huiusmodi pacta secundum Boer. dicta decis. 355. numer. 3. quia loquitur in donatione omnium bonorum aliquo reseruato, de quo possit testari. Minus nocet, quod dicitur hanc conuentionem esse factam in regione vltramontana, in qua confirmantur huiusmodi pacta consuetudine, quia respon-detur non constare de allegata consuetudine, & dato quod constaret non posset vires suas ad bona sita in Ducatu Aug. Barto. in l. pactum in fin. C. de collat. Bald. in l. 2. colum. fin. versic. alij vt lo. C. sit longa consuetudo, & reliqui cumu. per Tiraq. in d. sexta quæstio. numer. vig. simotertio, quibus addo Bar. expresse il. nentē in l. cunctos populos in sexta quæst. princip. in fin. numer. trigesimotertio. C. de summa Trinita. & fid. Catho. loquentem in statuto excludente fœminas propter agno-tos, & concludentem illud esse iniquum & non extendi ad bona existentia extra territorium statuentium, quem refert & sequitur Dec. consilio decimotertio, numer. septimo. vbi dicit istam esse communē opinionem, faciunt dicta per Soci. consi. 7. numer. 18. volum. 1. & consi. 73. numer. 3. volum. 3. & secundum hanc secundam opinionem censuit Senatus prædictam conuentionem veluti de hæreditate & successione vniuersali nō subsistere, nec iuramento firmari.

SVMMARIVM.

6 Pœnas criminum capitalium, seu ipsa crimina remittere delinquentibus nisi de iure communi, hoc solus supremus Princeps potest, vel eius vicarius etiam ex aliqua causa.

8 Principes, Comites, Barones, Imperatorem superiorem recognoscentes, non possunt regalia sibi restituere.

8 Vicarius imperij non potest remittere delictum tale, seu indulgere, nisi in priuilegio Vicariatus sint verba hoc importantia, prout in priuilegio Serenissimi Ducis Sabaudiæ.

4 Remissio siue restitutio quæ fit ex misericordia a Principe fieri potest, quia remittere potest supra legem.

5 Inuestiti cum mero mixto imperio, & omnimoda iurisdictione sunt iudicis ordinarij locorum, quibus inuestiti sunt.

6 Iudex ordinarius inferior à Principe non potest pœnam remittere, vel omittere, sed potius punire & exequi debet.

7 Iudex debet prout iustum & legitimum videri secundum legum dispositionem decernere, innocentes absoluere, & reos punire.

8 Iudex inferior à Principe, vbi sibi post sententiam condemnatoriam constaret de innocentia condemnati non posset illum restituere.

9 Princeps reseruando in inuestituris suorum Vicariorum ius superioritatis, & resorti, videtur sibi reseruasse saltem secundas appellationes, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.

10 Solemnitatum à iure requisitarum defectu, nullus actus, vel priuilegium, nullamq; fidem facit.

17 Concesso vno ex ijs quæ alicui competunt ratione dominij, vel specialis reseruationis, ita intelligitur esse concessum, vt ius aliud remanens concedenti ex ipsa concessione nullatenus violetur.

18 Regalia etiamsi alicui concessa sint in genere, non tamen videntur concessa ea, quæ Principi reseruata sunt in priuilegium coronæ Principalis.

13 Princeps nullomodo potest concedere regalia in præiudicium successorum.

14 Regalia an possint à Vasallo aduersus dominum præscribi.

15 Præscriptio, & consuetudo in pluribus differunt.

16 Præscriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat, quomodo probanda.

17 Fama, & publica vox, quomodo probanda sit.

18 Testis subditus, & debitor non probant.

19 Iura incorporalia, sine scientia, & patientia non præscribuntur, quemadmodum corporalia sine possessione.

20 In præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria nõ extat in contrarium, an scientiæ aduersarij probatio de necessitate requiratur.

21 In præscriptione temporis immemorabilis, cuius vsui & exercitio ius resistat, requiritur scientia & patientia superioris.

22 Ignorantia præsumitur in his, quæ non publicè fiunt, sed occultè.

23 Voluntas ex actu etiam nullo declaratur.

24 Ignarantia iuramento probatur.

25 Præsumptio iuris, & de iure vbi resultat non admittitur probatio in contrarium, fallit vt numer. 33. & seq.

26 Testes deponentes de præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, debent saltem agere 54. ætatis annum, alias non dicuntur legitimi.

27 Præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat, non inducitur propter malam fidem.

28 Paria sunt, scire, vel scire debere.

29 Quod meum non est, scire debeo ad alium pertinere.

30 Error iuris dicitur error iniustus, & tribuit malam fidem.

31 Mala fides probatur ex iniustitia, & inualiditate tituli.

32 Solemnitas ineptè seruata quando actum vitiet, & quando non.

33 Lex vbi requirit certas qualitates in actu, in quo inducit aliquam præsumptionem, semper admittit probationes quod actus non sit talis.

36 Habilia omnia præsupponuntur, vbi de aliquo disputatur.

37 Possidere quis præsumitur ex causa præambula, vel titulo in actis producto.

38 Titulum inualidum producens contra seipsum habet præsumptionem, quod nullum melliorem habeat.

39 Possessionem, vel quasi, qui se adeptum fuisse asserit ex aliqua causa, non sufficit quod probet se fecisse illos actus possessorios, seu quasi, sed debet probare, quod ex allegata causa priuilegiata illos fecerit.

40 Iuuari quis non debet ex eo quod impugnare conatus est, quod limitatur.

41 Præscriptio vt valeat, probandum est omnino eam fuisse perfectam ante litem motam.

DECISIO CI.

Ius indulgendi, & remittendi pœnas criminum capitalium, an alijs, quàm supremis Principibus, competere possit.

IN hac quæstione litis motæ à Magn. Comitibus Valpergiæ, & S. Martini aduersus Fiscum, qua contendunt eis licuisse, licereq; pœnas criminum capitalium in eorum Comitatibus commissorum remittere, delinquentibusq; indulgere, nõ mireris lector acutissime, si solitum morem disputandi non obseruo, cum de industria iniunctum fuerit per communes conclusiones procedere, quamq; ex responsionibus quæ ad adducta in contrarium dantur, satis disputatum esse dicetur: cõclusum itaq; fuit non licuisse, nec licere rationibus infrascriptis.

1 Prima igitur erit conclusio, † huiusmodi crimina, seu eorum pœnas remittere nullũ nisi solum supremum Principem, vel eius iura habentem, etiam ex aliqua causa posse, l. relegati, in fi. l. moris. §. sed enim. l. diuus. la 2. & l. ad bestias. ff. de pœnis, & l. 1. §. fi. ff. de quæstionib. per quæ iura ita notat Bald. in l. imperium. colu. 2. ff. de iurisd. omnium iudi. Iacob. à Sancto Georgio in sua inuest. in verbo, Princeps. versi. quarta specialitas, & vers. decima septima specialitas, & in verbo, Cum mero & mixto imperio, post Bar. in l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudi. & in l. prima. §. de qua restitutione. ff. de postul. Bossi. de Princi. nume. 227. & latè de remiss. ex sola cle. Princ. post hæc scripta visus, in

2 quibus locis concluditur regulariter, † Comites, Barones, & alios vasallos recognoscentes imperatorem, multo magis alium inferiorem non posse famæ restituere, & delictum indulgere, sed id ad solum Principem spectare, Bart. in l. non omnes. §. qui transfugit. ff. de re milit. in l. ambitiosa. numero octauo. ff. de decret. ab ordine faciendis, dum allegat text. in d. l. non omnes. §. à barbaris. sed debuit allegare §. fin. qui eo in casu admittit posse indulgeri concurrentibus omnibus, de quibus in d. §. fina. cui adde eundem Bar. in l. 1. §. cum quis. ff. de quæstionibus, & in l. infamem. colum. fi. ff. de pub. iud. Bal. in l. Cassius. colu. 2. ff. de senatorib. Luc. de Penna post Iserniam

per eum relatum in l. contra publicam. col. 2. verſicu. 6. & 17. C. de re milit. lib. 12. Mart. Laud. in tracta. de Principe. verſicul. 219. Imò dicit Felinus in c. quæ in eccleſiarum. numero 32. & ſeq. de conſtitutionib. & in c. cum te, numer. 14. & 15. de re iud. poſt Bald. Caſtren. & Ancharan. per eum allegatos,

3 † quod Vicarij Imperij non poſſunt remittere, ſeu indulgere, niſi in priuilegio vicariatus eſſent verba hoc importantia, prout ſunt in priuilegio Sereniſſ. Ducis noſtri. Hinc expreſſè dicit Bar. in l. ſi quis vltro. numer. ſecundo. ff. de queſtionibus, quod reſtitutio, quę fit ex miſericordia, à ſolo Principe fieri poteſt, Rub. latè conſi. 50. vbi conſuluit in cauſa Creſcentini, & prędmiſ-

4 ſorum ratio eſt, † quia remittere peccata eſt ſupra legem, vt in Euang. Matt. c. 10. Marci, cap. 1. Lucæ, c. 5. à qua lege ciuili ſolus ſupremus Princeps, vel qui ſupremi iura obtinet, eſt ſolutus, l. Princeps. ff. de legibus. & l. digna vox. C. eod. titulo, reliqui vero legi ſunt ſubditi, Paul. ad Roma. cap. 13. & prima Petri cap. 2. at remittere pœnas eſt quid contra legem, imò naturam, vt notat Innocen. in c. cum P. tabellio. numero ſecundo. de fide Inſtru. ergo ab inferioribus à Principe id fieri non poteſt. hinc refert Boſſi. in dicto titu. de remed. ex ſola clem. Princi. numer. 51. ſe vidiſſe tempore quo Galli dominabantur illi Ducatui, quendam ſubditum feudatarij ſuſpenſum cum gratia collo annexa.

Secundò erit recepta concluſio, quod cũ prędicti D. Comites fuerint ab Illuſtriſſ. Ducibus Sabaudiæ de dictis Comitatibus, cum mero mixto Imperio, & omnimodo iuriſdictione à tãto tempore, & citra, cuius initij non extat memoria in contrarium, reſpectiue inueſtiti, propterea dicuntur in ſe ſuſcepiſſe iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ neceſsitatẽ, gl. in l. 1. in verbo, Poteſt. vbi Bar. Bal. & Moder. ff. de iuriſd. omnium iud. l. munerum. §. iudicandi. ff. de muneribus.

5 & honorib. † ſuntq; Iudices ordinarij ipſorum locorum, Innocen. in c. cæterum. colu. ſecunda. verſic. item ordinem iudiciarium, vbi Abb. numer. 13. de iudicijs, Afflic. de prohib. feu. alienat. per Fed. §. præterea. numer. 19. & 20. & de pace iura. firm. §. iudices. num. 7. Bart. in l. ſi vni. verſ. quinto quæro. ff. de re iud. & in Extrauag. qui ſint rebelles, in verbo, Rebellando. verſ. ſed omnes iſti, Bald. in l. 1. verſ. ſeptimo quero. ff. de offi. conſul. Abb. in c. prudentiam. num. 12. de off. deleg. quos refert & ſeq. Brunus conſi. 103. col. 3. & conſ. 31. nu. 13. Card. in clem. paſtoralis. §. denicq; nu. 7. de re iud. Præpoſitu. de pace tenen. & eius violat. col. 4.

6 Si igitur † huiuſmodi vaſalli d. comitat. ſuſcepiſſe iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ neceſsitatem, tanquam Iudices ordinarij coguntur ius dicere, proinde non poſſunt pœnam remittere, l. pœnam, cum libus. C. de pœnis. c. irrefragabili, de offic. ordinarij, per quem text. ita not. Card. Zabarel. in c. 1. numer. ſecundo. de offic. ordinarij, nec poſſunt legi derogare, l. normam. C. de offic. pręf. prætorio, Socin. conſi. 20. colum. 1. inter conſi. Curtij. Sen. mandatum enim iuriſdictionis ad hoc non extenditur. Afflict. in tit. quæ ſint regalia, in verbo, Penarum, numero 17. poſt Cynum in l. præ-

7 C. de tranſac. † quinimo debent, prout iuſtum & legitimum videtur, ſecundùm legum virtutem decernere, innocentes abſoluere, & reos punire, vt in authen. quomodo iudices ſine quoquo ſuffrag. §. eos autem. & §. quod autem, in authen. vt iud. non poſſint. ect ſacras iuſſ. & §. omnibus, in authen.

8 de iudicib. † imò etiamſi poſt ſententiam condemnatoriam conſtaret de innocentia condemnati, non poſſent vti inferiores Principe illum reſtituere, l. 1. §. ſi quis vltro. vbi Bart. ff. de quæſtionib. & Ange. in l. de crimine. colu. 2. ff. de accuſationib. ita minus pœnam remittere: ex quibus omnibus concluſionibus apparet prædictos Comites iure non poſſe delicta publica indulgere, & gratias facere.

Præmiſſa confirmantur: quia tamen

9 nunciatione, de qua in actis, † quamquam ueſtituris productis parte fiſci, in illis bis, Saluo iure Illuſtriſſim. Duci. ſuperiorum, & reſorti, & quocunq; alio competenti, præfatum Illuſtriſſ. ſibi reſeruaſſe iuriſdictionis ſuperioritatis, & reſorti, & ſic ſaltem ſecundas appellationes, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, laſ. conſi. 161. colum. ſecundo volum. 2. Guid. Pap. quæſt. 518. & 551. colu. 3. Rubeus conſ. 50. numer. decimo. ergo ipſi Domini non poſſunt indulgendo remittere, aut mutare huiuſmodi ius appellationis, quia in iſtis, quod non licet directè, nõ admittitur per indirectum, l. ſi opto. ff. qui & à quib. manum. lib. non ſunt. & l. ſi ex duobus. ff. de neg. geſt. Nam conceſſo aliquo, omnia cenſentur conceſſa, per quæ peruenitur ad illud, l. fin. ff. de offic. cui eſt mand. eſt iuriſd. & l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. ſed ſi prędicti Comites ius haberent indulgẽdi, per indirectũ tollerẽtur appellationes, quod non licet vt ſupra diximus: ergo dicendum eſt, ius indulgendi non cõperere

No

Non obstat quod ex aduerso dicitur, & primo tale ius ipsis Dominis Comitibus competere vigore prætensi priuilegij imperialis in actis producti, quo dicitur concedi huiusmodi auctoritas indulgendi, quia illud non facit fidem, cum careat solemnitatibus debitis à iure requisitis, † præcipuè Epistalmate, sigillo, & subscriptione concedentis, & Notarij, quorum defectus reddunt ipsum priuilegium inutile atque inefficax iux. no. in l. bene à Zenone. §. quæ omnia. C. de quadriennij præscript. & per Moderniores in c. 1. de fide Instru. & in c. inter dilectos, eod. tit. Abb. in c. cum causam. col. 2. de probationibus, Paris. in terminis ferè nostris, in cons. 114. colum. 2. vol. primo, & dato quod esset solemne, apparet, illud esse limitatum ad expressa tantum, inter quæ non legitur concessa huiusmodi facultas indulgendi, ideò ad hoc non extenditur, vulgata l. in agris. ff. de acquiren. rer. dom. & l. quicquid aditringendæ. ff. de verbo. oblig. Lucas de Penna in d. l. contra. colum. 7. in princ. C. de re milit. lib. 12. vbi dicit, † quod in ijs, quæ competunt alicui ratione dominij, vel specialis reseruationis, concedendo vnum ita intelligitur esse concessum, quòd ius aliud remanens concedenti ex ipsa concessione nullatenus violetur. l. si domus. ff. de seruit. vrb. præd. c. quod ad translationem, vbi Abb. in vlt. notab. de offic. deleg. quem refert & sequitur Dec. cons. 85. col. 3. in fine. Isern. in tit. qualiter olim feudum poterat alienari. §. donare, † imò si essent concessa regalia in genere, adhuc non venirent ea, quæ sunt reseruata Principi præcipua in priuilegium coronæ Principalis, vt latè disputat Luc. de Penna in d. l. contra publicam. colum. 7. C. de re milit. lib. 12. dicens, hanc opinionem videri veriorem, quam etiam tenet Afflict. post Luc. de Penna, & Lauden. per eum relatos in tit. quæ sint regalia, in rub. num. 68. & admisso citra veri noxiam, talem facultatem indulgendi fuisse in d. priuilegio concessam, attamen non nocuisset Illustrissimis Ducibus, tunc & nunc respectiuè supremis & directis dominis ipsorum aduersantium, cum priuilegia semper intelligantur sine præiudicio tertij. l. 1. §. merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco public. quinimò † nec in præiudicium successorum ipsius concedentis potuissent concedi secundum Bald. in tit. de pace const. in verbo, Amplius, quem refert & sequitur Felinus in c. 1. num. 5. de probationib. & in c. ad audientiam, num. 5. de rescript. Afflict. in t. t. quæ sint regalia, in rubric. num. 61. Ruin. cons. 91. numer. 11. vol. primo, dicentes, Principem regalia, maximè similia non posse concedere in præiudicium successorum: ergo ex enunciato priuilegio nullum possunt sumere fundamentum.

Nec prædictos Comites tuetur enunciata præscriptio tanti temporis, cuius initij
14 memoria non extat in contrarium, † quia omissa disputatione, an huiusmodi iura regalia possint à vasallo aduersus dominum præscribi, cum text. in c. super quibusdam. §. præterea, de verbo. significat. qui dicitur basis Doctorum tenentium regalia posse præscribi, loquatur in consuetudine, non
15 autem in præscriptione, † quæ in pluribus differt à consuetudine, glos. in c. fi. de consuetudine, & ib. Io. And. Afflict. de proh. feud. alienat. per Fed. §. præterea Ducatus. num. 4. Iacob. à S. Georg. de homag. num. 34. Bario. in l. 2. numer. 11. C. quæ sit longa consuetudo. cum etiam tale ius indulgendi tanquam supra legem sit reseruatum Principi in signum supremæ potestatis, quod non potest ad quo tempore præscribi, vt latè concludit Iaf. post alios per eum relatos in l. imperium. colum. 8. vers. limita dictam communem. ff. de iurisd. omnium iud. Feli. in d. c. cum te. col. 5. vers. præterea de re iudi. Guid. Pap. quæst. 416. in princ. potest multifariè responderi.

Primò, quod dicta præscriptio non est
16 formaliter, nec cõcludenter probata: † nam ad hoc, vt testes concludenter probent talem præscriptionem, debent necessariò deponere, quod semper viderunt, & audiuerunt ita esse, nec vnquam viderunt, nec audiuerunt contrarium, & quod communis est & semper fuit opinio, vox & fama quod sic fuerit, & quod non extat contrarij memoria, hanc formam tradit Iureconsultus in l. si arbiter in fin. ff. de probat. & glos. fin. communiter approbata in c. 1. de præscript. in 6 Balb. post alios per eum relatos in suo tractatu de præscriptionib. in 3. parte, colum. 31 Iacob. à S. Georgio de homag. num. 29. Parisi. consil. 27. numer. 96. & cons. 104. num. 121. & sequent. cons. 112. num. 22. vol. 2. post Abb. Alexan. Corneum, Felin. Cuma. & alios per eum relatos, Alexan. consil. 136. numer. 13. volum. 2. quem citat & sequitur Cassan. in consuetud. Burg. fol. 28. numer. 9. Ruin. cons. 66. num 22. volum. 3. Curt. Iun. cons. 61. num. 11. Pract. Pap. in forma libelli, in actione confessoria, in verbo, Seruitus. numer. 20. in fine. Felin. cons. 2. num. 8. Sed in casu nostro nullus testium de-

ponit secundum suprà scriptam formam, & maximè sic fuisse, & esse communem opinionem, & famam: ergo non probant: ita in terminis concludit Signorolus consil. 17. numer. 19. Et licet aliqui testes, videlicet, quintus, septimus, octauus, & duodecimus conati fuerint deponere de publica voce & fama: attamen non concludunt, quia non deponunt de communi voce & fama temporis immemorabilis, sed longissimi duntaxat, nec à quibus ortum habue-
17 rit: † nam originem habere debuit à personis fide dignis, & non suspectis. c. qualiter & quando. de accusationib. Bart. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstionibus. Dec. cons.37.num.9.& 10.Paris. in materia præscriptionis tanti temporis in d. cons.112. num.25.& seq.Accedat etiam, quia non concludenter deponunt, sed per audire dici. & non sunt integri testes, quia primus est ætatis annorum quadraginta quinque, & sic non legitimæ ætatis. Secundus, subditus & emphyteota capitulantium, & compater
18 alioquorum ex eis. † Septimus & octauus sunt affines & cognati, prætenduntq; habere talem facultatem faciendi gratias. Duodecimus, subditus & debitor capitulantium, quo casu non probant, vt concludit Paris.d.cons.112.num.28.

Secundo non est probata scientia & patientia Illustris. Ducum, quarum probatio necessariò ad probandam præscriptionem in iuribus incorporalibus requiritur, quod infrà scripto ineuitabili argumento probatur. Nulla præscriptio currit sine possessione vel quasi, vera, vel ficta, maximè ciuili. l.sine possessione. vbi glos. ff. de vsucapio. c. sine possessione. de regu. iuris in 6. & ibi latè Dynus & Felinus in c. vigilanti. num. 6.de præscriptionib. Possessioque seu quasi in incorporalibus, sine scientia & patientia aduersarij non quæritur, iuribus infrà cumulandis. At in casu nostro non probatur aliqua scientia & patientia Principis: ergo non potest dici probata dictorum Comitum huius iuris indulgendi præscriptio.
19 † Quod autem scientia & patientia aduersarij in præscriptione iurium incorporalium requiratur, clarè probatur l. quoties via. ff. de seruit. l. ratio. §. si iter. ff. de actio. empti. l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuia. arcen. & vbique Barto. ac in l. si publicanus. §. fin. numer. 2. ff. de public. Oldrad. consil. 254. num. 5. Bald. in l. 2. colum. 1. per illum text. C. de seru. & aqua. dicens, impossibile esse quod quasi possessio in iuribus incorporalibus quæratur sine scientia & patientia aduersarij. Iaf. cons.81.num.1. volum. 3. & in l. Barbarius. num.52. ff. de officio pr... to. post Butr. in c. fin. num.35. de causa pos... sessio. & proprietat. Salycetus in l. si vero... galia. num.5. C. noua vectigal. impon... posse. Abb. in c. cum à nobis. colum... præscriptionibus post Innoc. in c. cum... Tabellio. de fide Instrument. Paul. de Ca... in l. seruitutes. num.9. ff. de seruituti. Ro... cons.136.num.17.& 19. vol.2. & in cons... num. 8. & 12. & cons.94. num.5. vol.5. per... Castr. Ang. Cyn. & Rayner. per eum all... gatos. Baldus cons.352. col.2. vol.1. Felin... in c. cum te. colum. 6. de re iudica. Ma... Socin. in c. cum contingat. colum.3.& 4... foro compet. Aret. in l. more. col.3. ver... tu dic. ff. de acquir. hæred. Boer. decis. ... num.19. But. in c. peruenit. nu.16. de tem... quem refert & sequitur Iacob. de S. Geo... gio de feudis, in verbo, Cum mero & mi... to imperio. num. 24. dicens, istam opin... nem, quando quis fundaret intent... in præscriptione, esse veram, & in casu... stro, Bertach. de gabellis in 1. parte, qua... 1. colum. 6. & 7. Roman. cons. 134. num. ... & 18. post Bellamer. cons. 10. Paris. in c. ... quarta. num. 15. de præscriptio. Didac. ... relectio. reg. c. possessor malefidei, in in... num. 8. Crauet. cons.134. num.14. & de... tiq. tempo. par.4.num.130. & sequen. P... Abb. in cons. 23. col. 2. part. 2. Pract. Pap... forma libelli in actione confessoria, in ver... bo, Seruitus aquæductus. colu. 6. quæ... auctoritatibus constat istam esse veram... communem opinionem, videlicet, ... quisitione iuris præscriptionis in ... incorporalibus regulariter debere ... ri scientiam & patientiam aduersarij... huic conclusioni aduersari videtur alia...
20 clusio, videlicet † in præscriptione ... incorporalium tanti temporis, cuius ... memoria non extat in contrarium, non ... quiri probationem scientiæ & patientiæ ... uersarij, quam crebriorem attestatur Alex... cons. 6. num. 6. & duobus sequentib. ... post Bald. Angel. Salycet. Imol. Barbat... And. & Roman. per eum allegatos, & cons... 24. numer. 13. & tribus sequentib. volum. ... quem refert & sequitur Felinus in c. cum ... nobis. num. 2. versic. sed aduerte. & in c. de ... quarta. col. pen. versic. fallit in præscrip... ne tanti temporis, de præscript. post Paul. ... de Cast. in l. 2. C. de seruitut. Iaf. in l. Impo... rium. num. 2. ff. de iurisd. omnium iud. Bald. ... in tract. præscriptionum. in 2. part. 4. part. ... princ. quæst. 1. col. pen. affirmans, istam es... communem opinionem. Deci. consil. 5... num.

ntum.2 conſ.271. num.3. conſ.341. num.14. Sayſſe.in l. more.colum.4.ff. de iuriſ.omni. iudi.Curt.Iun.conſ.158.num.12. Pariſ.conſ. 3.num.54. vol.1. Rube.conſ.21.num.6.& 7. Socin. Iun. conſ. 76. num. 94. volum. 1. & conſ.6. num.15. vol.3. Didacus in 2. relect. reg.2.c.poſſeſſor malæfidei, in initio col.28. verſic.tertiò ſupra, vſque in finem, D. Roll. à Valle conſ.3.numer.102.lib.1. Natta conſ. 98.num.19. Villalo.in ſuis commu.opinio. in verbo, Præſcriptio.num.222.& 245. Aug. Bero. conſ. 115. num. 35. volum. 1. quia hæc opinio, quæ receptior videtur, locum habet in præſcriptione immemorabili, præcedens verò in alia minoris temporis: ita videtur diſtinguere Alex. in d. conſilijs ſuprà allegatis, videlicet in 6. volum. 1. & 16. volum. 5. & clarius explicat Villalobos d. num.221.nam quamplurimi ex Doctoribus citatis in priori concluſione loquuntur ſimpliciter de præſcriptione. Vel & ſecundò reſponderi poteſt, hanc ſecundam communem concluſionem, ſcilicet, quod in præſcriptione temporis immemorabilis non requiratur probatio ſcientiæ & patientiæ aduerſarij, † limitari non procedere in acquirendis iuribus incorporalibus, quorum vſui & exercitio ius reſiſtit: hanc limitationem ponit Didacus loco ſuprà citato, col. penult. verſic. niſi coactè, poſt gloſ. Domi. Rochum de Curt.& Moder.Pariſ. per eum citatos. At in caſu noſtro ius reſiſtit, vt ſupra probauimus: ergo probari debuit ſcientia & patientia Principis, præſertim cum in ſimilibus gratijs, † quæ nõ publicè fiunt, præſumatur ignorantia. c. præſumitur, & ibi gloſ. ff.de regu. iuris lib. 6. quem ad hoc notat Bellamera. dict. conſ. 10.colum.10.in fin.poſt Henric. Boic. in c. 1. de poſtulat. prælat.

Et dato citra veritatis præiudicium quod præſumeretur ſcientia, nihilominus poteſt probari ignorantia per coniecturas & alias præſumptiones, cum vna præſumptio tollatur per aliam fortiorem.l. diuus.ff. de reſtit.in integ.& l.non ſolum.ff. de ritu nuptiarum.Craue.de antiq.temp.part.4.num. 131. verſ. oportebit probare de ignorantia, & in caſu noſtro probatur talis ignorantia, quia ex actis apparet Principem contradixiſſe, vbi notitiam habuit de ſimilibus gratijs, & hoc conuinci poteſt ex captura illius Bolati, licet intitularetur de aſsiſtentia tantum homicidij, vt deponit ſeptimus teſtis partis,& ſic pro caſu non exigente pœnam ſanguinis, item ex proceſſu contra Poletum in actis producto, de anno 1546. in quo fuit contradictum D. Comitibus ſus non competere faciendi gratias.

23 Et dato, non tamen † conceſſo, quod eſſet inefficax & nullus reſpectu aliorum Dominorum non vocatorum: attamen non tollitur, quin ex tali actu, etiamſi eſſet nullus, declaretur eius voluntas, quod nolebat pati ipſos Comites facere huiuſmodi gratias: quia ex eo actu etiam nullo voluntas declaratur.l.fin.ff. de rebus eorum. l. fundum.§. fin.ff.de fundo Inſtru. l. legatum.§.fin.ff. de

24 adimen.leg. † Item talis ignorantia poteſt probari per iuramentum Illuſtriſſ. Ducis, laſ.latè in l.3 §.iurari.num.6.ff.de iureiuran. Marſil.in rubric.de probatio.num.124.c. vt circa.§. ſuper huiuſmodi de electione lib.6. & ibi Geminianus & Philippus Francus, Dec.conſ. 452. num. 26. attenta præſertim ipſius qualitate, non obſtante præſumptione, ita ſingulariter voluit Anton. de Butri.

25 in c. vidua. de regularib. vbi dicit, † quod licet contra præſumptionem iuris, & de iure non admittatur probatio in contrarium, niſi per confeſsionem partis, ſecundum Bart. in authen. ſed iam neceſſe.C. de donationibus ante nuptias. Attamen hoc fallit in viro bonæ vocis, conditionis, & famæ, quia admittitur ad probandum contra talem præſumptionem, nec per eius iuramentum, & eum refert & ſequitur Marſil. in l. prima. §. ad quæſtionem. num.12.& §. ſi quis vltro. num.12.ff. de quæſtionibus, & ratione talis ignorantiæ, quatenus fuiſſet præſcriptum, deberet reſtitui per ea, quæ latè ſcribit Felin. in c. vigilanti de præſcriptionib.

Tertiò, quia teſtes nullam fidem faciunt:

26 nam aliqui non ſunt ætatis legitimæ, † quia debent ſaltem agere annum 54. ſecundum Geminianum in c.1.col.4. de præſcription. in 6. quem refert & ſequitur Balbus in d. tractat. fol.16.colum.3. Pariſ. dict. conſ.27. num.97. conſ.104.num.124.& conſ.112.nu. 24.volum.primo. Caſſan.loco ſuprà allegato. Aliqui & ferè omnes deponunt de auditu.l. teſtium. & ibi gloſ. alij ſingulares. l. iuſiurandum, alij agnati ſiue affines. l. parentes, alij in cauſa propria. l. omnibus. C. de teſtibus, latè Pariſ. d. conſ. 104. num. 135. & ſequent. & conſil. 112. numer. 28. volum. primo.

Quartò, etiam quod teſtes deponerent concludenter de poſſeſsione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in con-

27 trarium, † attamen non poteſt dici inducta præſcriptio propter malam fidem, quæ impedit omnem præſcriptionem.c.fina.de

præ-

præscriptionib. in 6. c. possessor de reg. iuris in 6. Balb. in d. tract. de præscriptionibus fol. 16. col. 1. & 2. Paris. d. cons. 101. num. 3. & cons. 104. num. 124. & cons. 112. num. 23. vol. 1. post alios per eum relatos. Mala fides autem probatur in casu nostro, primo ex eo, quod primi qui incipiebant facere prætensas gratias, sciebant, vel scire debebant, † quę
28 paria sunt. l. qui fundum. §. seruus. ff. pro emptore. l. si duo. & ibi Paul. de Castro. ff. de acquiren. hæred. l. quod te. ff. si cert. petat. Felinus in c. cum nobis. num. 1. de præscriptionib. Ripp. lib. 2. respons. cap. 12. num. 3. Bald. in §. vasallus. num. 1. & ibi Aluarot. num. 2. si de feudo defun. fuerit controuer. inter dom. & agna. Iacob. Belu. in practica criminali in tit. de furtis & latrocin. num. 12. Bal. in l. quicunque in princ. C. de seruis fugit. quod talis facultas ad eos de iure non pertinebat, sed soli Principi, iuribus suprà adductis: ergo erant in mala fide. c. qui con-
29 tra, cum similibus de reg. iuris lib. 6. † Nam quod meum non est, debeo scire ad alium pertinere. l. fin. C. vnde vi. Bald. cons. 201. volum. 2. loquens in præscriptione regalium, facit regula l. culpa est. ff. de regu. iur. Socin. in l. prima, colum. 2. versic. circa primum. ff. de acq. possess. c. non est sine culpa. ff. de regu. iuris, lib. 6. vbi non caret culpa, qui rei ad se non pertinenti se immiscet: leges enim & constitutiones non licet ignorare. l. leges. C. de legibus. l. constitutiones. C. de iuris & facti ignorantia. Imò talia facta contra ius pro infectis haberi debent. l. non dubium. C. de legibus. c. quod contra ius, de regul. iuris in 6. nec in hoc casu iuris ignorantia excusat, l. iuris ignorantia. & l. iuris ignorantiam. ff. de iuris & facti ignorantia. & c. ignorantia de reg. iuris in 6. Ex tali enim ignorantia induceretur lata culpa, quæ dolo æquiparatur, vulg. l. quod nerua. ff. depositi. l. magna, ff. de verbo. signific. Lucas de Penna in l. 1. colum. 3. C. de deserto. lib. 12. & l. latę culpæ. ff. de verbo. signific. Socin. in l. iustè possidet. colum. 1. ff. da acquiren. possess. Et in materia præscriptionis tanti temporis, cuius initij memoria non extat: ita concludit Paris. d. consil.
112. numer. 33. volum. primo. Bellamera.
30 d. cons. 10. colum. 3. versic. 3. requiritur. † Et hæc corroborantur, quia error iuris dicitur error iniustus, & tribuit malam fidem. l. nunquam. l. 1. & l. si fur. §. 1. ff. de vsucapio. Bart. in l. Celsus. colum. prima, eodem titu. ergo non currit præscriptio, licet in casu nostro de iuris scientia, non autem ignorantia, appareat.

31 † Secundò clare probatur mala fides ex iniustitia & inualiditate prætensi tituli allegati, & producti, vt concludit Paris. d. cons. 101. num. 101. & 102. & sequent. post Innoc. Bal. Imo. Ant. de Butrio, Io. de Imo per eum allegatos, & clarius d. cons. 104. num. 8. & seq. vol. primo, vbi loquitur de quadam scriptura producta per allegantem præscriptionem tanti temporis, quæ carebat subscriptione concedentis, ac Notarij, & testis gillo, quo stante infert assertam præscriptionem tanti temporis nihil prodesse. Quamuis enim talis præscriptio inducat præsumptionem tituli & bonæ fidei, id procedit quando aliter non apparet de titulo, secus quando constaret de titulo iniusto & inualido, quia ex eo probatur mala fides, Bellamera. d. cons. 10. col. 13. vers. plus dico, & decidit regula l. expressa. ff. de reg. iuris, & declarat per Rippam in l. si constante. numero 2. solut. matrim.

Non obstat regula l. vnicę in princ. C.
32 de rei vxo. actio. † quia sicut illa actio dote competit si stipulatio non fuit expressa, ita si stipulatio fuit expressa, sed imperfecter, & hoc ex eo, quod quando actus non assumit aliunde, quàm ex illa solemnitate, & sic eius ineptitudo nõ tangit vires actus, sed fundatur in alijs causis, tunc siue solemnitas fuerit omissa, siue ineptè seruata, valet actus, secus autem, quando lex requirit talem solemnitatem validam, tunc
35 actus, † in quo semper admittitur non ste talis parui. ff. qui §. condemnat. decius. num. 1. refert & sequitur colum. 3. versic. Affirmo, decisio. tuto, quod nullo contra bibrum ponit, quod no- præsumptio præsupponer ornatur talis p patrem præsu stare debet, spo nostro, vt in p semina habilis ꝓ tollere debet, quibus de alio tur tenuit habil ea diuersimod sed quatio aggr minus offic. bri ta fide, quæ præs cap. fin. ergo scriptio.

33 vel sibi. & c. cum super de offi. deleg. Nec aduersatur quod præsumptio, quod ex prescriptione tanti temporis præsumitur iuris dicatur iuris, & de iure, secundum Felin. in c. cum nobis. colum. 2. de præscription b. etsi contrarium tenuerit Philippus Franc. in c. 1. de præscriptionib. in 6. quem refert & sequitur Balbus in d. tract. de præscriptionib. fol. 16. colum 1. dicens, quod opinionem esse magis veram, attamen contra talem præsumptionem admittitur probatio in contrarium per confessionem partis secundum glos. in l. in contractibus, in verbo, Nullo modo. C. de non nu. pecun. & in §. aliud. in verbo, Priuilegium. in authen. de æqual. dotis. Bart. in authen. sed iam necesse. C. de donatio. ante nuptias, & Alciat. in tractat. præsumption. in 2. præ-

fol. 26. num. 6. sed producens priuilegium minus solemne fatetur contenta in eo. l. cum precum. C. de liberali causa. Felin. in c. cum venerabilis. num. 24. de except. & ibi Dec. colum. 26. versic. quinta conclusio. & in ipso prætenso priuilegio est exclusa talis facultas cum restringatur ad expressa tantum. Inclusioq; aliquorum sit aliorum exclusio. l. quæsitum. §. Idem respondit. ff. de fund. instit. & l. cum prætor. ff. de iudic. Ergo ex tali priuilegio probatur mala fides per confessionem ipsorum producentium. Accedat, † quia contra præsumptionem iuris, & de iure admittitur probatio per indirectum. glos. communiter approbata in clementina prima, in verbo, Feciſſe narramus. circa medium de probationib. quam refert & sequitur Alexan. in l. A diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. Felin. in c. quanto. num. 4. de præsumpt. Socin. cons. 191. num. 2. & cons. 242. num. 5. vol. 2. quo fit, vt quamuis directo non possit probari, antiquitatem tanti temporis non habere vim tituli, nec constituti, poterit tamen probari, quod tales præsumptiones non nocent, propter malam fidem, quæ impedit præscriptionem, & sic, quod non est inducta præscriptio tanti temporis. & ratio est, quia cum lex requirit certas qualitates in aliquo actu, † in quo inducit talem præsumptionē, semper admittit probationes, quod actus non sit talis: ita concludit Bart. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. per text. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Barto. in l. diuus. num. 1. ff. de testament. milit. quem refert & sequitur Dec. in cap. ex parte, il 2. colum. 3. versicu. 2. fallit. de offic. delegat. Afflict. decisio. 21. numer. 14. vbi stante statuto, quod nulla exceptio possit opponi contra Instrumentum, poterit tamen opponi, quod non est Instrumentum. Nam vt præsumptio inducatur, debemus semper præsupponere certum suppositum, vnde oriatur talis præsumptio, vt cum dicimus patrem præsumi diligere filium, prius constare debet, ipsum esse patrem, sic in casu nostro, vt in præscriptione tanti temporis omnia habilia præsumantur interuenisse constare debet, quod † sit præscriptio, quia quoties de aliquo disputatur præsumuntur omnia habilia aliunde. l. qui testamento. ff. de testament. & c. 1. de ætate & qualit. sed quando apparet de titulo inualido & iniusto cessat bona fides, & apparet de mala fide, quæ præscriptionem impedit, dicto cap. final. ergo non probatur aliqua præscriptio.

37 Nec obstat † quod ex alio titulo, quam ex prædicto præscripserint, quia vt scribit Paris. d. cons. 114. num. 23. volum. 4. hoc debet probari, cum in dubio præsumatur ex asserto titulo producto, argum. l. quædam mulier, vbi glos. fin. & Bart. ff. de rei vend. Ripp. respon. 1. num. 19. lib. 1. per quem tex. in terminis præscriptionis ita not. Bellam. d. cons. 10. colum. 10. versic. item & aliter respondeo, vbi post Innocen. in c. dudum. de
38 decimis, dicit, quod ille, qui producit † titulum inualidum, præsumptio est, quod nullum alium meliorem habeat, quia si haberet illum produceret, & facit tex. in l. 2. vbi Barto. C. de acquir. possess. Bart. in l. Celsus. col. 4. ff. de vsucap. Bald. cons. 290. istæ allegationes. col. 2. vol. 1. Paul. de Castro cons. 52. colum. 2. in fine. volum. 1. Alexan. cons. 50. num. 8. vol. 3. post Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. col. 3. ff. de itinere actuq; priuato, di-
39 cens, quod † ille, qui asserit se adeptum fuisse possessionem, vel quasi alicuius iuris, ex aliqua causa, non sufficit, quod probet se fecisse illos actus possessorios vel quasi, sed debet probare illos fecisse ex illa causa, vel iure. cum igitur non appareat de alio titulo quàm producto, & ille iniustus & inualidus sit: ergo nulla est probata præscriptio refragante mala fide.

40 † Non obstat, quod parte fisci nullum possit fieri fundamentum in enunciato priuilegio, cum illud conetur impugnare c. ex eo de regu. iuris in 6. quia illud non procedit, quando aliquid impugnatur quo ad aliquem iuris effectum, qui ex illo inducerentur: ita limitat Felin. in c. capitulum, col. 13. versic. limita octauò, de rescriptis, sicut in casu nostro, in quo non simpliciter fuit impugnatum, sed in parte & passibus contra fiscum facientibus, in reliquis verò acceptat. ergo &c.

41 † Quintò, quia non est probatum, præscriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium fuisse perfectam ante præsentem litem motam, & multò magis ante sententiam prolatam de anno 1546. prout probari debebat, alioquin non dicitur probata præscriptio secundum Bartolum communiter approbatum in l. Celsus. numer. 22. de vsucap. & in l. si post. ff. de rei vendit. Corne. cons. 136. litera L. & cons. 247. litera N. vol. 2. Felin. in c. licet causam. col. 5. versicu. tertia causa de probationibus, & ratio est, quia effectus præscriptionis consumitur in fine, quando est perfecta præscriptio, & non ante, Bart. in l. ab hostibus §. sed qui simpliciter.

col. 4.

col. 4. ff. ex quib. ca. maio. in integr. restit. quem refert & sequitur Iaſ. in l. is, qui putat. num. 12. & 13. ff. de acquí. hære. vbi etiam loquitur in præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, quæ etiam debet esse perfecta, & nisi perfecta probetur ante litem contestatam, interrumpitur per litis contestationem. c. illud. & ibi glos. fin. d. præscriptionib. l. cum notissimi. §. imò. & ibi glos. in verbo, Innouata. C. de præscriptionib. xxx. anno. nam fieri potest, quod tempore depositionum nullus extaret, qui recordaretur de contrario, & tamen tempore motæ litis, & multò magis dictæ sententiæ de anno 1546. extarent, qui initij in contrarium reminiscerentur.

Et ex istis satis demonstratum dicitur, nec ex prętenso priuilegio, nec ex allegata præscriptione tanti temporis, cum legitimè non sit approbata, ipsos magnificos Comites iuuari posse. Ideò censuit Senatus non licuisse nec licere præfatis Comitibus indulgere seu remittere pœnas delictorum publicorum, seu vt vulgò dicitur pro eis gratiam facere.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio primæ obligationis per secundam recognitionem aut promissionem interrumpitur.*
2 *Papæ reseruatio in beneficialibus non solum afficit titulum, sed & possessionem. Idem de Principis reseruatione.*
3 *Expressum saltem virtualiter & implicite dicitur quod sub generalitate continetur.*
4 *Clausula generalis, & alio quocunq; iure adeò potens est, vt casus nõ expressos etiam improprios & maiores comprehendat.*
5 *Iurium appellatione veniunt etiam iura competentia de iure speciali & ex priuilegio.*
6 *Præscriptio completa Principis rescripto tolli non potest.*
7 *Clausula ex certa scientia & de plenitudine potestatis habet vim clausularum derogatoriarum, & ea ex colligitur principem voluisse auferre ius tertij quomodocunque quæsitum.*

DECISIO CII.

Interruptio præscription is iurium regalium an inducatur ex inuestituris subsecutis

Secunda ex actis prædictis litis incidit quæstio an probata citra veri prę iudicium prætensa præscriptione tanti temporis, cuius initij non est memoria in contrarium dici possit probata interruptio, ex impro turis parte fisci productis, in quibus ip mites respectiue recognouerunt se es ueſtitos de dictis comitatibus, cum mixto Imperio & omnimoda iurisdic ab ipsis Illustris. Ducibus, saluo tame dem Illustr. Ducibus iure superioritat rectis Dominij, & resorti, ac alio quoc que iure, & dictum fuit esse probatam terruptionem l. cum notissimi. §. sed quis debitorum, & vbi glos. in verbo, nouata. C. de præscript. xxx. annorum in d. c. illud. in verbo, Interruptio de præscriptionib. per quæ iura ita notat Iaſ. 1 qui his. numer. 12. ff. de verbo. obligat. per promissionem seu recognitionem cundam interrumpitur præscriptio obligationis. & præmissis conuenit Angel. in l. 1. §. si quis tutor. ff. quando pelland. sit per illum tex. quem refert quitur Alex. cons. 101. num. 16. vol. 136. num. 12. vol. 2. & citauimus supra 91. quòd si quis habet exemptionem munitatem à datijs seu oneribus, de tiatur se scribi in libro siue cathastro de rum, non potest se iuuare tali immuni sic dicendum est in hoc casu, cum Com in dictis inuestituris saluum esse vo rint omne ius superioritatis, directi nij, & resorti prefatis Ducibus, consequ est vt & saluum esse voluerint ius gentiæ, quod ratione superioritatis petit, ideò sibijpsis nocuerunt. Præ adstipulatur quod scribit Rota dec. 474. In antiquis, argumento text. 2 nostrum de appellationib. † quod ratio Papæ in beneficialibus nedum titulum, sed etiam possessionem. E dicendum est in reseruatione Princ cundum Martinum Laud. in tract. de P cipe versic. 105. & hæc comprobantur his, quæ scribit Lucas de Penna in d. contra publicam. colum. 7. in princ. de re milita. lib. 12. quòd si Princeps quæ sibi spectant ratione dominij, & superioritatis vnum alicui concedat, ita gitur concessum, quod ius aliud remanet concedenti ex concessione illa nullatenus violetur.

Non obstat, quod in tali generali reseruatione seu recognitione non veniat renunciatio talis iuris indulgendi, cui deberet specialiter renunciari, argumento l. principio. ff. si quis in ius vocat. non ire cum multipliciter responderi possit: primo quia si ius appellationis & directi dominij, quod est minus reseruatum, extitit mul

multo magis dicetur reseruatum ius indulgendi quod est maius. authen. multo magis. C. de sacrosanctis ecclesijs, capit. cum in cunctis, & ibi glos. de election. Secundo cum expresse fuerit reseruatum ius superioritatis & resorti, † sub quorum generalitate continetur tale ius indulgendi, vt suprà latè probauimus. Ergo saltem virtualiter, & implicitè dicitur esse expressè reseruatum ipsis Illustrissimis Ducibus tale ius indulgendi, l. prætor ait, in principio, vbi Bartolus ff. de noui operis nunciatione, & ibi Alexand. & And. Pomat. in additionibus, hæcque responsio confirmatur ex illis verbis subsequentibus, & alio quo-
4 cunque iure, † quorum virtus adeò potens est, vt casus non expressos etiam improprios, & maiores comprehendat, l. ea tamen adiectio. ff. de legatis 3. clem. 1. iuncta glos. 1. de re iudicata. l. vnius. §. cogniturum. vbi latissimè Hyppolitus per tres columnas. ff. de quæstionibus. Tiraquellus suo more copiosissimè in tractat. de retractu, lignagier. §. 1. glos. 7. numero vigesimo, & duobus sequentib. Deci. consilio 76. colum. fin. Si igitur reseruatur, quodcunque ius ipsi Illustrissimo competens, excepto expresso concesso, & inter cætera iura eidem soli competat ius faciendi gratias, vt suprà probatum legitur: ergo per talem secundam recognitionem, & reseruationem dicitur interrupta prætensa præscriptio, † cum appellatione iurium veniant etiam iura competentia de iure speciali, & ex priuilegio, cap. Romana. §. debet autem de appellationibus in 6. Abb. in cap. licet causam, in secundo notab. de probationibus, quem refert & sequitur Barba. consilio vigesimosexto. column. mihi decimatertia. versicul. etsi quispiam opponat. volumi. secundo. vbi expressè loquitur, quod in recognitione feudi facta cum clausula saluis iuribus non solum veniunt iura competentia de iure communi, sed etiam de iure speciali & ex priuilegio.

Accedat etiam ad corroborationem iurium fisci, quod Inuictissimus Modernus Imperator, suo Imperiali priuilegio ex certa scientia, & potestatis plenitudine talia iura regalia, & Imperalia à quibusuis personis, & quouis modo in territorijs ipsius Ducis vsurpata, reuocauit, annullauit, & abstulit, illa eidem Illustrissimo duntaxat cōpetere, declarando, quod facere potuit, & etiā ipse Illustrissimus posset, non obstante quauis præscriptione, seu consuetudine, maximè cum appareat de abusu immoderato in faciendo dictas gratias sine iusta causa, secundum Bald. in capit. fin. pagina vltim. de consuetud. quem refert & sequitur Iacob. de Sancto Georgio. in sua inuestitura. in verbo, Princeps. colu. septima. versicul. 47. specialitas. Angelus in l. Lucius in principio. ff. de euiction. quem sequitur Brunus consilio quadragesimoquinto. colum. tertia. vbi dicit
6 † quòd per rescriptum Principis potest tolli præscriptio completa. Idē firmat Rippa respons. 6. numero decimotertio & decimoquarto. libro secundo. post alios per eum relatos. Afflictus in titulo, quæ sint regalia in principio. numero quadragesimonono. Alexand. consilio 101. numero decimosexto. volumin. primo, dicens, † quòd propter talia verba ex certa scientia, & plenitudine potestatis colligitur, Principem voluisse auferre ius tertij, quomodocunq; quæsitum: habent enim talia verba vim clausularum derogatoriarum, Barba. d. consilio vigesimosexto. column. tertia. volum. secundo. Rip. in l. quominus. numero trigesimoquarto. ff. de fluminibus, post [illegible] in capitul. cum inter. de exceptionibus [illegible] cius consilio numero tertio, quod [illegible] ge procedere in iure quæsito de iure [illegible] prout est præscriptio secundum Deci. [illegible] consi. 588. numero decimotertio. post [illegible] Angel. Paul. de Castr. per eam allegatam quam conclusionem nunc pro constanti non pono. Et ex his Senatus in hanc venit sententiam, non probatam fuisse concludenter enunciatam præscriptionem, & quatenus probata dici posset ab ea fuisse recessum, tam ex dictis inuestituris, quam ex dicta sententia prolata anno 1546. necnon priuilegijs Imperialibus & propterea non licuisse nec licere, pœnas corporales remittere & indulgere, pecuniarias verò, eis debitæ sic.

SVMMARIVM.

1 *Laicus vxoratus cum moniali coiens, an possit à iudice seculari vel ab ecclesiastico duntaxat puniri. Et declaratur numero nono. Et quod per talem coitum tria delicta committere dicatur. numero quinto. Et quo pœna puniatur. numero sexto.*

2 *Fornicationis crimen de iure canonico inductum dicitur.*

3 *Connexitatis ratione laicus simul obligatur cum clerico & occasione clerici laicus Coram ecclesiastico conuenitur. Et numero decimo declaratur.*

4 *Iurisdictio, an spectet ad iudicem ecclesiasticum, vel secularem, vbi dubium est, tunc maior iudex, & sic ecclesiasticus, præfertur.*

7 *Sacrilegi possunt sub quouis iudice ecclesiastico, & seculari conuenirri, vnde tale crimen dicitur mixtum, quo ad pœnas temporales, & contentiosas.*

8 *Punitus per iudicem ecclesiasticum potest etiam puniri per secularem.*

—

DECISIO CIII.

De laico vxorem habente & coiente cum Moniali, an à iudice seculari puniri possit.

1 QVæritur in iure, † an laicus maximè vxoratus coiens cum moniali, possit à iudice seculari puniri, an vero à iudice ecclesiastico duntaxat? Et prima fronte videbatur dicendum, huiusmodi criminis cognitionem ad secularem iudicem non spectare, sed ad ecclesiasticum tantum, glos. 1. in capit. eos. distinct. 32. quam ad hoc notat & sequitur Federicus de Senis consilio 167. vbi expressè dicit, quod mulier, quæ est fornicata cum presbytero, deberpuniri, non per iudicem secularē, sed ecclesiasticū, mo-
2 uetur duabus rationibus. Prima, † quia crimen fornicationis videtur inductum de iure canonico, trigesimosecunda, quæstio. 4. capit. nemo. Secundò, quia propter illicitum coitum cum sacerdote, effecta est de foro ecclesiæ. capit. quidam clerici. 81. distinct. & Federicum referunt, & sequi videntur, Antonius de Butrio. in capit. cum sit, numero vigesimo. & ibi Abbas, numero vigesimoquinto. de foro competenti. August. de Arimin. in addition. Angeli de maleficijs, in verbo, Che hai adulterato la mia donna. numero trigesimosexto. secundum paruam impressionem.

Pro hac opinione multum stringit regula, capit. quod in dubijs, cum sit cumulatis in gloss. de consecrat. eccles. vel altaris, vbi maius dignum trahit ad se minus dignum, hinc dicit Iason in l. 2. column. quinta. versicul. item ad istam regulam. ff. si quis in ius vocat. non ier. quod licet alias quando duo iudices contendunt, cuius sit iurisdictio, ambo concurrant, vt in capit. contingat. & in capit. pastoralis, in principio de rescript. tamen fallit quando secularis & ecclesiasticus iudex contendunt, quia ecclesiasticus, vti dignior cognoscit. Item regula l. si communem. ff. quemadmo. seruitutes amittantur, quam notat Bartolus in l. præcipimus. §. eo obseruando. C. de appellationibus. & in l. iurisperitos. §. 1. post Dyn. quem refert ff. de excusa-
3 tion. tutor. vbi expressè dicit, † quòd ratione connexitatis, laicus simul obligatur cum clerico, eius intuitu coram ecclesiastico conuenitur, per quæ iura expressè dicit Socinus in l. cum Senatus, in fine. ff. de dubijs, quod si delictum aliquod iuris commissum à pluribus, inter quos est vnus clericus huiusmodi delicti mixtum commissi, competens iudex est ecclesiasticus, & ita vidit obtentum, quod dictum originale fuit Antonij de Prato, Veteri l. prima in fine. ff. quæ sentent. sine appell. rescindantur. quem refert & sequitur Socin. in capit. 2. colum. decimaquinta. versicul. octauo fallit, de mutuis petitis. Felinus in capit. 1. colum. quarta. de præscriptionibus. Thomas Ferrat. latè in cautel. 10. per Nattam in capit. quamuis, de pactis. in Iason in l. Imperium. numero tertio. de iurisdiction. omnium Iudic. Chiesa consuetud. Burgon. rubric. 1. §. 5. in verb. s'il n'à grace. numero 70. vbi dicit se vidisse hanc decisionem Anton. de Prato, Vex. seruari in Ducatu Mediolani Hyppol. singul. 180. numero secundo. Neuiza. in sua lua libro sexto. numero trigesimooctauo versicul. hinc infertur. post plures quos ibi refert, huic opinioni addebam consiliarum Ancharan. 196. column. secunda. versiculo in contrarium iuncto versiculo secundo casu. vbi tenet, iudicem secularem non posse procedere, contra mulierem, quæ fornicata est cum clerico occulte propter criminis connexitatem. argumento cap. tantum Daniel. 81. distinct. sic in casu nostro propter connexitatem iuris cum moniali.

Ter-

Tertio quia negari non potest, quin ex præmissis res reddatur dubia, † sed ibi est dubium, an iurisdictio spectat ad iudicem secularem, seu ecclesiasticum, non coniunguntur, nec vterq; cognoscit, sed maior præfertur, & sic ecclesiasticus. Ita determinat Butrius post Innocen. in cap. cæterum de iudicijs. quos refert & sequitur Felinus in cap. pastoralis. numer. 4. de rescrip. & Iason in d. l. 2. numer. 19. ff. si quis in ius vocatus non ier. dicens ita communiter teneri.

Prædictis tamen non obstantibus contraria opinio visa est de iure verior, videlicet, † quod iudex secularis possit etiam laicum cum monali fornicantem punire, cũ tria dicatur committere delicta, secundum glos. in cap. virginibus, 27. quæstio. 1. videlicet incestum, adulterium, & sacrilegium, quem refert & sequitur Alb. in d. l. si quis non dicam rapere. numer. secundo. Decius in consilio 338. numer. primo. post Abb. in cap. monasterium. de vita & honest. cleric. Marsil. in repetit. l. vnicæ. numer. trigesimo septimo. in fin. C. de raptu virginum. Paul. Grillan. Castellion. in tractat. de pœnis omnifa. coitus, quæstion. 1. numer. vigesimo secundo. & sequent. potest etiam addi quartum scilicet stuprum argũm. l. inter liberas. §. stuprum, & l. stuprum. ff. ad l. Iul. de adulterijs, cap. si qua monacharum, 27. quæst. 1. quæ delicta etiam puniuntur à iure ciuili, d. l. si adulterium cum incestu in principio & §. 1. & l. quamuis. §. sacrilegos. C. eodem & instit. de public. iudicijs. §. Item lex Iulia & l. si quis non dicam rapere, & l. si quis in hoc genus. & ibi Baldus in primo not. C. de episcopis & clericis & in authen. de sanctiss. episcopis. §. pe. & fin. quæ est canonizata in cap. si quis rapuerit. 27. quæstio. 1. & l. sacrilegij. ff. ad l. Iul. pecul. Bossi de coitu illicito. numero octauo. & sequent. quibus iuribus cauetur, Laicos violantes moniales pœna capitali & proscriptionis bonorum monasterio manialis violarę applicandorum puniri, ipsas vero moniales cum suis bonis in aliud durius monasterium cautius custodiendas detrudi debere: ita etiam dicit Marsil. per dicta iura in l. vnicæ. numero quadragesimoprimo. C. de raptu virgin.

6 † Iason in authen. quas actiones. numer. 10. C. de sacrosanctis ecclesijs. posset tamen defendi hodie, bona adiudicari debere hæredibus propter authen. bona bannatorum. C. de bonis proscript. & damnat. per quam ita sentit glos. in cap. si quis rapuerit. in verbo, In quo. 27. quæstion. 1. legimus & olim ethnicos Romanosq; aduersus hos sacrilegos & sacrilegas animaduertentes vt apud Liuium, libro secundo, Decad. 3. legere est. & Andream Tiraquel. doctè & copiosè de legibus connubialibus, folio 123. numero 88. Si ergo tale delictum est punibile de iure ciuili, nihil obstat quin per iudicem secularem puniri possit.

Secundò, pro hac opinione allegatur textus expressus in cap. cum sit de foro
7 competenti. vbi † sacrilegi possunt sub quouis iudice ecclesiastico, & seculari conuenire. & propterea crimen sacrilegij dicitur crimen mixtum, quo ad pœnas temporales & contentiosas, vt concludunt Anton. de Butr. ibi colum. duodecima. & Abb. 1. 6. & fin. & in cap. 1. numero tertio & sexto. in fin. de officio ordinarij. Ioan. Ca l. consilio vndecimo, numero secundo. de iudi. & foro compet. alioquin frustra diceretur mixtum, vel vtriusque fori, nisi posset ab vtroque iudice puniri, sed laicus habens coitum cum moniali sacrata dicitur committere sacrilegium, quia violat templum Deo consecratum. c. sciendum. 27. quæstio. 1. quod ad hoc allegat Gemin. in cap. felicis. colum. fin. versicul. item qui violat monialem libro sexto. facit etiam text. in c. impudicas eadem 27. quæstion. 1. & in l. si quis in hoc genus. C. de episcop. & cleri. Bald. in l. si nondum. colum. secunda. versicul. committitur autem sacrilegium, & ibi communiter Doctores. C. de furtis, ergo vti sacrilegus poterit à iudice laico puniri, & propterea Maria. Socin. in d. cap. cum sit numero quadragesimoseptimo. de foro competen. expressè dicit, quod si laicus cognoscit monialẽ, respectu laici vterq; iudex poterit procedere, & erit locus præuentioni. quem refert & sequitur Felinus ibi. numero duodecimo. & Stephanus Aufferius de potestate secul. super eccles. person. colum. quarta. versicul. sexto fallit. & colum. sequent. versicul. & idem dicitur si cognosceret monialem, Antonius Franciscus in additionib. ad Abb. in d. cap. cum sit. in prima colum. per nota. in cap. proposuisti, de foro competenti. latè Bossi. de coitu damnato & punibili, numero decimotertio, & quinque sequent. post hæc scripta visus impugnans Anchar. & eum sequentes, concludens hanc opinionem quotidie obseruare, & aliquid dicit numero 79.

Tertiò pro hac opinione multum stringit, quod scribit Baldus in l. placet, circa finem. C. de sacros. eccles. Ab. in d. c. cum sit

in 2.notab. & in dict. capit.1. in fin.de offi-
cio ordinarij. Felinus in cap. de ijs.numero
decimotertio. de accusationibus.& in cap.
1.column. 4. versicu.considerata tamen,de
præscript. bonus text. in cap.fin.§.per hoc
non adimimus,de pœnis libro sexto. vide-
8 licet,† quòd punitus de sacrilegio per iudi-
cem ecclesiasticum, potest etiã puniri p̃ se-
cularem, saltem in eo quod excedit, quam
materiam latè explicat Francus in dict.§.
per hoc, vbi ponit regulam negatiuam
cum octo limitationibus, & latissimè Al-
ciat. in cap. perniciosam. numero 80. & se-
quent. vsque in fin. de officio ordina. Ergo
multo magis poterit iudex secularis puni-
re à principio, vbi non fuisset punitus ab
ecclesia.

Quartò addebam fundamentum ab An-
char.adductum dict. consil. 196. col. 2. ver-
siculo nec videtur posse defendi, vbi dicit
non posse defendi laicum subiectum iudi-
ci seculari ratione originis seu domicilij,
posse eius forum declinare, ex eo quòd
cum religiosa persona fornicatus sit, cum
huiusmodi delictum non tribuat immuni-
tatem l. relegatorum.§. fi. ff. de inter. & re-
leg.nemo.n. debet suo delicto commodum
consequi,c.intelleximus in fin.de iudicijs.l.
non fraudantur.ff.de reg.iu.

Quintò comprobatur hæc sententia
arguendo à loco ad personam, quod argu-
mentum & contra vrget, capit. peruenit,
& capit. cum ecclesia de immunita. ecclesi.
Euerar. latè capit. 41. at laicus committens
sacrilegium in loco sacro, punitur per iudi
cem secularem,Bart.in l.si cui.§. cũ sacrilegi
um. numero tertio. ff. de accusat.& Alexa.
ibi Mantua. in terminis nostris consil. 266.
numero quinquagesimosexto. 72. 79. &
sequent.

Præmissa corroborantur ex consuetu-
dine, quæ induxit, quod in tali casu iudex
ecclesiasticus animaduertat in ecclesiasticas
personas, iudex vero secularis in laicos.
quo casu est obseruanda dicta consuetudo,
vt notatur per Abb. dict. cap. cum sit,hanc
opinionem etiam tenet Boss. de foro com-
pe.nu.147.

Non obstant in contrarium allegata &
primo consilium Federici de Senis,quia lo-
quitur in simplici fornicatione clerici, oc-
culte cum muliere soluta commissa, qui coi
tus punibilis non erat de iure ciuili,cum so
lum fuerit prohibitus de iure Canonico,
vnde non mirum, si laicus iudex non po-
test punire talem mulierem.ita respondent
Antonius de But. Abb. & Fel.in d.c.cũ sit.

9 Secundò, † non obstat regula cum in du
bijs. & ibi gloss. & d. l. si communem. ff.
quemad.seruit.amitt.ac doctrina Bartol. in
d §. eo obseruando. cum alijs sequentibus,
quia illa procedunt in indiuiduis, & se-
parabilibus : ita loquitur textus in d.
communem. & in d. capit. quod in dubijs
& Bartol. expressè in d. §. eo obseruando,
secus autem in diuiduis, & separabilibus
secundum Angel. in d. l. si communem.
Roman. consilio 195. in fine. quos refert &
sequitur Felinus in d.capit. primo. colum.
quinta. primo quod non habet locum de
præscriptionib.Marant.de ordi.iudic.in 4.
parte distinct.11. numero vigesimoquarto,
post Socin. consilio duodecimo, numero
decimoseptimo, volum. primo, etsi dicatur
fornicationem, de qua agitur esse vnicum
factum, licet plures personæ deliquerint.l. qui de crimine. C.de accusa. respon-
detur,non propterea sequi quin dicta
sint plura,prout plures sunt personæ
inde pœna debeat tenere & sequi sub-
ctores,l.sancimus.C.de pęnis.

Non obstat decisio Antonij de Pra
Veter.& aliorum sequentium supra re
10 † quia non est omnino tuta ex tra
per Crau. consili.232.& eam impugnat
aperto ore dicit falsam Didac. lib. pra
quæstio.cap.34.numer.1.versicu.nos ve
vbi contra eam adducit text.in l. si qui
xori. ff. de fur. in princip. vbi in delicto
cius criminis minimè gaudet priuilegio
cij, præterea in casu nostro extrema
sunt habilia, cum nõ fuerit inquisita
persona ecclesiastica, quę se petierit
ti, vel potest responderi, quod non
dit quando iurisdictiones concurrunt
quando delictum est mixtum, & lis est
pta coram altero, quia tunc non fit rem
respectu laicorum, vt concluditur per Do
ctores in d.c.cum sit, sed attenditur præ
uentio d.c. proposuisti, alioquin male di
rent Doctores tale delictum esse mixti fo
ri, fateor tamen quod non obstante senten
tia iudicis laici, poterit ecclesiasticus pro
cedere contra tales sacrilegos ad excom
municationem, & alias pœnas spirituales,
vt veniant condignam pœnitentiam rece
pturi:ita tenẽt Doc.in alleg.cap.cum sit. A
ci.apposite in c. pernitiosa.nu.17. de offi.or
dina.

Conclusum igitur in casu propos
extitit,locum fuisse præuentioni iudi
laici, quoad pœnas temporales, salua pœ
nitentia salutari in iungenda à iudice ec
siastico.

SV

SVMMARIVM.

1 *Occasio non est habenda in consideratione vbi non est ordinata ad effectum, fallit nu. 8.*
2 *Lata culpa in criminalibus dolo non æquiparatur, fallit quo ad pœnam pecuniariam. numero quinto.*
3 *Iniuria facta vni ex consanguineis, omnes affines & consanguineos afficit.*
4 *Homicidij causam præbens extraordinariè puniendus est.*
5 *Culpa præcedens casum punitur.*
6 *Homicidium illi imputandum est, qui operam rei illicitæ & prohibitæ dabat, ex qua sequutum est homicidium.*
7 *Prohibere homicidium, & delictum qui potuit, & non prohibuit, ipse tenetur.*
8 *Regula l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. limitatur in delictis.*
9 *Arbitraria pœna vbi venit imponenda, habenda est ratio personarum & facultatum.*
Arbitraria pœna, pœnam mortis non includit, ex quo reprobatur glo. in §. in summa. inst. de iniurijs. numer. eodem.

DECISIO CIIII.

De eo qui homicidio causam præbuit, quæ pœna puniendus sit.

INuocato Christi nomine. Viso processu causæ criminalis institutæ contra Ioannem Secundum Mozetum Astensem, quæritur, an dictus Mozetus in aliquo deliquerit, ita vt saltem extraordinaria pœna puniri possit? Et prima facie videbatur dicendum, non deliquisse, cum non appareat illum vulnerasse seu occidisse Franciscum Vineam, de cuius homicidio tractatur, nec auxilium, consilium, opem, vel fauorem præstitisse, tam ante, quàm post dictum homicidium: quinimò constat de homicida, quo fit, vt pœna suos tenere debeat auctores, vulga. l. sancimus. C. de pœnis. capit. si habes, 23. quæstio. 3. cum similibus allegatis per Hypp. in repet. rubric. C. de rapt. virgin. numero 83. & pro hac opinione, videtur Decisio in terminis textus & glossæ in capit. final. 23. quæstione vltima, in verbo, Volentes. quam refert & sequitur Baldus in l. data opera. colum. final. C. qui accusare non possunt, vbi dicitur, quod si me rixante cum aliquo, frater meus eum interfecerit præter voluntatem meam non imputabitur mihi hoc delictum, & Baldum refert & sequitur Hyppolit. in l. nihil interest. numero decimoquinto. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & in repet. dictæ leg. vnic. numero 81. C. de rapt. virgin. vbi post Bald. Anchar. & alios plures per eum citatos, concludit aliquem nō puniri de auxilio cooperatiuo, nisi probebetur quòd ad dictum maleficium committendum præcesserit tractatus.

Nec obstat, quod aliqua culpa possit imputari, propter verba iniurioſa, per dict. Ioan. Secundum prolata de Ioannino Socero Francisci occisi, quia cum talia verba non fuerint prolata principaliter ad talem effectum, vt perpetraretur homicidium prædictum non sunt imputanda glos. 1. in in capit. placuit vt vnusquisque, 1. quæstio.
1 1. nam † cum non fuerint prædicta verba ordinata ad tale homicidium perpetrandum, non habet locum regula l. qui occiderit. §. in hac. ff. ad leg. Aquili. Socin. consilio 156 numero vigesimo, post Hosti. Io. And. Henr. Borch. & Albe. per eum citatos. ad hoc accedit, quod dici solet, non debere considerari id quod in consequentiam venit, sed quod principaliter, l. si quis nec causam. vbi Doctores ff. si certum petatur, †
2 l. 1. §. vnde quærit Offilius ff. de exerci. l. nauis aduersa ff. ad l. Rhod. de iactu. Et in tali delicto culpa etiam lata, dolo non æquiparatur. l. in lege. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs. & videtur textus clarus in l. verum. ff. de furtis.

Isti is tamen, quæ prima facie vrgent, non obstantibus, visum fuit iure dictum Mozetum posse condemnari, saltem pœna extraordinaria arbitrio iudicis. Et ad fundandam hanc opinionem præmissum extitit, quod iniuriari, & contuitiari alicui illicitum, prohibitum, & punibile est. luxta illud Domini, Matt. cap. 5. Qui dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilij: qui autē dixerit, fatue, reus erit gehennę ignis. Et toto titulo de iniurijs ff. & C. instit. eodem. §. in Summa.

3 Secundò præmittitur, † quòd ex iniuria illata consanguineis, & affinibus, cēsentur, alij consanguinei & affines iniuria affecti l. lex Cornelia, in principio. ff. de iniurijs. capit. Petrus de homicidio. glos. in cle. grauis in verbo, Quomodolibet. de sententia excommunicat. Bartolus in l. ne pupillo. §. si quis ipsi prætori, in nona quęstio. ff. de nou. ope. nunciat. vbi allegat clemen. 1. de excess. prælatorum. Paul. de Castr. consilio 275. colum. 2. volu. 2. in nouis. plures con-

cordan. refert Tiraq. de pœnis causa hi. nu.68.& sequen.

Tertiò præmittitur quòd qui occasionem damni præstat, damnum dedisse videtur, l.qui occidit.§.in hac quoq;.ff.ad l.A qui.c.fi. de iniur. c. placuit vt vnusquisque. & ibi gloss.1.quęstio.1.cum similibus citatis per Ias. in l. 2. §. item si ex facto. numero vigesimotertio.ff.de verbo.oblig.vrget text. in l. nihil interest.ff.ad l. Cornel.de sicar.& nihil vel parum interest, vtrũ occidat quis, vel causam mortis præbeat, l. nihil interest. ff.ad l. Corn.de Sicarijs cum similibus. Sed ex actis apparet Io.Secundum, verba iniuriosa & turpia dixisse Francisco occiso de Ioannino Sororio, & sic affini ipsius occisi & propter talia verba motus fuit nepos ex fratre Ioannis Secundi homicida ad occidendum: ergo necessariò sequitur inquisitum rei illicitæ & prohibitę operam dedisse, causamq; seu occasionem homicidij præstitisse, & propterea saltem extraordinarie tanquam culposum esse puniendum. pro qua opinione vrgere videtur text. in l.lege Cornelia. §.cum quidam. ff.ad l.Cornel.de Sicarijs, iuncta gl. vbi cum quidam per lasciuiam causam mortis præbuisset, comprobatum est factum Ignatij Taurini Proconsulis, qui eum in quinquennium relegasset, accedit gloss. in d. l. leg. in verbo Culpa.& text. in c. studeat.50. distinct. & ibi gloss.1. & pro hac opinione videtur decisio in terminis Ioan. Andre. in c. Petrus de homic. quem referunt & sequuntur ibi omnes Doctores, quod si clericus incepit rixam, propter quam eius amici & consanguinei indignitati præter clerici voluntatem occidant rixantem cum clerico, efficitur cleri-
5 cus irregularis, † cum culpa sua præcedat casum. per l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. paup. fecisse dicatur. l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi pub.& c.de cætero, de homicidio. Et talem decisionem refert & sequitur Cur.Sen.consilio sexagesimoprimo, colum. secunda. & Castrens.consil.supra allega.col.3.

Non obstant in contrarium adducta, & primo quod delicta teneant suos auctores, & propterea inquisitus non sit puniendus de homicidio, quia verum est, inquisitum non teneri pœna ordinaria legis Corneliæ, sed extraordinaria considerata causa homicidio præstita, vt vniuscuiusque delictum puniatur, iuxta not. in l. fin.ff.ad l. Corn.de falsis. & ita fatetur dominus Aduocatus Inquisiti in schedula inci.nullo, per iura per eum allegata.

Non obstat gloss.in d.c.vlt 23.q.vltima & Baldus in l.data opera, quia duobus modis potest responderi: primò, quod loquuntur respectu pœna ordinariæ, & sic copulis.

Nos autẽ loquimur de pœna arbitraria, in qua culpa etiam lata imò & leuis criminaliter punitur, ita Barto.in l.prima.§.1.colum.prima.ff.si quis testamento lib.esse iussus fuer. & ibi Alexand.& Bar.refert & sequitur Ancharan. in c.presbyterum, de homicidio.l. diuus vbi Ang.ff.ad leg.Iul.de sicar. Grama.dec.17.numero quarto, latè Benedic. Capr. in suis reg. & tract.regul.7. nu.quadragesimo, & seq. in qua regula diserte tractat hanc materiam Boss. de homicidio. numero sexagesimoseptimo, & pluribus seq.

6 Secundò respondetur, dictum glos. & Baldi debere intelligi de eo qui iustificabatur, & sic non dabat operam rei illicitæ, ideo non imputabitur, argumento dictus iuncta glos. fin. de homicidi. nos autem sumus in casu in quo inquisitus dedit operam rei illicitæ & prohibitæ, quo casu imputatur sibi homicidium glos. magistralis communiter approbata in c. sicut dignum. §. fin. in verbo, Consilium de homicidio. vbi homicidium semper imputatur quando quis rei illicitæ operam dabat, siue adhibuerit diligentiam, siue non, Boss. de homici.numero. 93. post Bar. Aretin. & Ias.per eum allegatos, quinimo in casu nostro non præstitit diligentiam quam debebat. nam cum haberet notam audacem turam Antonij eius Nepotis ex fratre, alios huiusmodi actus fecerat, prout ex positionibus ipsius Inquisiti apparet, talis verbis à Nepote prolatis, ô Barba, perche non mi conoscete & distaret dictus homicida spacio tantum duorum vel trium passuum, siue trabuchorum non ad tales in-
7 iurias prorumpere debebat. † aut saltem astare & prohibere debuerat ne Nepos vim aliquam, & percussionem inferret, iuxta not. in c. ad audientiam.& in c.significasti.vbi Felinus eod. titu. de homicidio, & glo.in d. c. sicut dignum. sequuntur Innocentius & Ancharanus in dic. c.ad audientiam.Ioan.Andr.& Abb.in c.continebatur de homicidio. facit text. in c. de occidendis. 23. q. 5. & ita dictum Bald. limitat Felin. in d. c.Petrus.colum.1.vbi dicit illud indistincte procedere, nisi quis iniustè incepisset rixã mouere: & ita limitat d. glossam allegatam per Bald. Socin. Sen. in repet. d. c.ad audientiam.col. 20. versic.de

motertio quæro. & col. 22. in fin. & col. 30. vbi dicit, clericũ incurrere irregularitatem, si fuit causa aggressuræ per text. & ibi glo. in c. fin. §. homicid. lib. 6. & hæc faciunt pro responsione eius, quod dicitur, † debere attendi id tantum, quod principaliter agitur, non quod in consequentiam, quia hoc fallit in delictis, vbi etiam consideratur id, quod in cõsequentiam venit, propter principium illicitum: ita laſ. in dict. l. ſi quis nec causam. colum. 3. ff. ſi cert. petat. quem refert & ſequitur Hyppol. in rubrica de raptu virg. num. 78. per textum in l. qui ſaccum. ff. de furtis. & in d. l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi pub. & hæc fallentia congruè ſumi poteſt ex d. l. qui occiderit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. in quo fit mentio de occaſione, quæ propterea denotat cauſam in modo ſecundum Angel. conſ. 63. num. 4. præſertim quando talis effectus conſueuerat ſequi ex tali occaſione: ita ſentit Socin. d. conſ. 156. num. 21. poſt Angel. & Io. And. per eum allegatos.

Nec nocet text. in d. l. verum. quia de iure Digeſtorum coitus cũm meretrice erat impunibilis: ita reſpondet Bartolus in d. l. verum in ſecunda oppoſitione, & his attentis communi voto fancitum fuit, Inquiſitum eſſe puniendum arbitrarie, in quo arbitrio ſit habenda ratio perſonarum, & facultatum. Ita tamen quod ad mortem non condemnetur, l. fin. ff. de iniurijs. d. l. lege Cornelia. §. cum quidam. glo. in d. §. in ſumma. quæ tamen reprobatur in ea parte, in qua in pœna extraordinaria includit pœnam mortis, vt per laſ. in l. qui iuriſdictioni. colum. 1. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & in l. etſi contra. num. 2. C. ſi contra Iuſ. vel vtili. pub. illam tamen in reliquis partibus ſequitur Felinus in c. ex literis. colum. 2. de conſtitutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Agentes & cooperantes pari pœna puniuntur.*
2 *Abſens non poteſt condamnari pro delicto, pro quo imponeretur pœna maior relegatione, ſecus ſi minor. & num. 8.*
3 *Pœna l. Iuliæ de vi publica. qualis eſſet olim & qualis ſit hodie, & num. 7.*
4 *Pro contumacia non imponitur vera pœna delicti limitat, vt num. 12.*
5 *Auth. bona damnatorum. C. de bonis proſcript. etiam habet locum in crimine. l. Iuliæ de vi publ. declaratur num. 11.*
6 *Contumax in criminalibus non habetur pro confeſſo, & num. 12.*
9 *Banniti noſtri temporis an æquiparentur deportatis vel relegatis.*
10 *Denominatio fit ab eo, quod plurimum poteſt.*
12 *Commodum conſequi ex ſuo delicto nemo debet.*
13 *Procurator an debeat admitti in criminalibus, attento, quod contra abſentes procedi poteſt remißiue.*

DECISIO CV.

An pro crimine legis Iuliæ de vi publica poſſit procedi ad pronunciationem delicti pro confeſſo, bannum, & confiſcationem omnium bonorum contra abſentem.

EXactis aduerſus quondam Paulum Viſcam Cherienſem & eius filios, inſtante fiſci procuratore agitatis, eo quod informationibus legitimis conſtat prædictos filios patre conſentiente & cooperante, hominibus ad hoc coactis & armatis, non tamen in turba, quaſdam ædes ſeu villas in agro Cherienſi ſitas, vulgò appellatas la Caſatia, effregiſſe, & expilaſſe, duo in queſtionem deducta fuerunt. Primùm, an contra prædictos patrem & filios abſentes occaſione prædicti criminis, quod vis publicè eſſe proponitur, ad pronunciationem delicti pro confeſſo, exilium ſiue bannum & bonorum confiſcationem, procedi potuerit? Et poſito quod agentes & conſen-
1 tientes pari pœna puniantur, † l. vnica. C. de raptu vigi. vbi Marſil. cumulatè, numer. 80. & in l. nihil intereſt, numero 7. & ſeq. ff. ad l. Corne. de ſicar. videbatur dicendum non potuiſſe iure procedere, cum in abſentes contumaces graui crimine inſcriptos, pro quo capitis naturalis vel ciuilis pœna eſſet arroganda, proferri non poſſit ſententia, l. abſentem. §. aduerſus contumaces. vbi glo. & Doctor. ff. de pœnis. & in l. abſentem. C. de accuſ. Bal. in l. quamuis indubitati. col. 1. verſic. præterea non eſt recedendum. C. ad l. Iul. de adult. Abbas in c. veritatis. num. 19. & ſeq. de dolo & contum. vbi ponit duas rationes, quare non poſſit procedi Boſſ. in titulo, de reis requirendis, & abſentibus damnandis, vbi poſt alios per
2 eum citatos concludit, † quod pro delictis pro quibus imponitur pœna, à relegatione incluſiuè infrà, abſentes vocati & contumaces poſſunt damnari, ſecus verò ſi indicatur pœna maior relegatione, quæ diſtinctio ab Vulpiano in d. l. abſentem. verſ. melius ſtatuetur. ff. de pœn. tradita legitur,
3 ſed de vi publica damnato † aqua & igni interdicitur, l. qui dolo, in fin. ff. de pœnis, cuius loco ſucceſsit deportatio, l. 3. ff. ad l.

Iuli. pecu. l. 2. §. constat. ff. de pœnis. §. item lex Iulia. instit. de public. iudic. & in deportationis pœna venit confiscatio bonorum, d. l. 3. & l. deportatorum. C. de pœnis, glos. fin. in d. l. qui dolo. ff. ad l. Iuli. de vi publi. hodieq; loco deportationis datur exilium siue bannum à tota patria, l. amissione, in princi. & l. tutelas. §. fi. ff. de cap. dimi. Bald. in titu. de pace tenend. in princip. num. 19. Guid. Pap. quæst. 422. & quæst. sequen. vers. crederem tamen, quem refert & sequitur Crauet. cons. 220. num. 16. Grama. vot. 19. num. 10. alijq; cumulati à Neuiza. cons. 73. in 1. & 2. subrogatumq; sapit naturam subrogati, vulgata l. si eum. §. qui iniuriarum. vbi glos. ff. si quis cauti. ergo non potuit contra dictos patrem & filios absentes procedi ad dictas pœnas: his accedit quod dicitur, † ex contumacia veram pœnam delicti non imponi, Hyppo. latè in repet. l. vnic. num. 130. & sequen. C. de rapt. virg. sed vera pœna à iure imposita pro vi publica est exilium, & bonorum publicatio, vt suprà probatum fuit: ergo hæc pœna propter contumaciam imponi non potuit, præsertim respectu confiscationis omnium bonorum patris, quæ filijs præseruari debent, authen. bona damnatorum. C. de bonis proscript. & damnat. quæ etiam † locum habet in damnato, de vi publica. glos. fin. in d. l. 3. ff. ad l. Iuliam pecul. Bal. in d. titul. de pace tenend. num. 17. & seq. Abb. in d. c. veritatis. nu. 20. versi. nam hodie, de dolo & contum. Guid. Papæ d. quæst. 422. & sequent. circa fin. latè Cassan. in consuet. Burg. in versic. des confiscations qui confischi le corps. §. 1. num. 2. & seq. quo fit, vt dici possit iure non fuisse processum aduersus prædictos patrem & filios ad dictã pronunciationem delictorũ pro confessis, † cum in criminalibus contumax non habeatur pro confesso, Hyppo. in repet. l. del vnoquoque. nu. 182. ff. de re iudi. nec ad exilium siue bannimentum, proinde nec ad bonorum publicationem, verum requiri debuisse, & bona tantum annotari, vt toto titu. de req. reis. ff. & C. vbi Barto. & Docto. & l. absentem. C. de accusat. Bal. in d. titu. de pace tenend. num. 19. nec refert, an antè requirantur, & postea bona annotentur, vel prius bona annotentur, deinde requirantur, glo. in l. 1. in verbo, Annotari. C. de requirend. reis.

Contrariam opinionem aliqui veriorem proposuerunt, quam infrà scripto syllogismo defendunt, contra absentes procedi potest pro criminibus, pro quibus imponitur pœna relegationis, & alia mitior, d. l. absentem. ff. de pœnis, latè Boss. de re... re. At pro vi publica imponitur huiusm... pœna: ergo pro eo crimine contra d... patrem & filios absentes procedi p... minorem argumenti propositionem ... bant, quia hodie † pro crimine ius pu... imponitur pœna arbitraria secundum q... litatem personarum & facti l. hodie i... glos. ff. de pœn. Alex. cons. 55. num. 1. & ... vol. 7. post Imo. in l. 2. col. 2. ff. de public... & glos. in §. pœnæ autem, in verbo, Me... lum. instit. quib. mod. ius. patri. potest ... Guid. Papæ quæst. 423. in fine. Corne. ... 175. litera I. volu. 3. quos refert & seq... Crauet. d. cons. 220. num. 13. & cons. 224. ... 1. & seq. consequentia autem de se pater... go probata dicitur hæc opinio, quam ... probant ex doctrina Bald. in l. absentem ... fin. vers. communis opinio est. C. de ... ti. dicentis, communem esse opini... † quod vbi imponitur pœna relegat... vel alia inferior, potest procedi ad ... tiam contra absentes, sequitur ibi Salyc... 3. Præterea dicunt, quod etsi variæ sint ... niones, an banniti nostri temporis ... parentur deportatis, aut relegatis, q... quæstionem latè disputauit Barto. in p... quæstione, num. 14. & sequen. vsq; ad n... 17. exclusiue, quem refert & sequitur C... in consuetu. Burg. in verbo, Des con... tions qui confise. quę le corps. num. 7. ... quent. concludentes † bannitos nostr... poris non æquiparari damnatis ad mo... in metallum, vel ad bestias, aut depor... vel relegatis. Attamen crebriorem ... sentẽtiam assimilari relegatis: ita ten... pa post Alex. & alios in l. ex facto. ... cto. num. 13. & duobus sequent. vbi ... ticulum hunc explicat, ff. ad Trebel. ... cons. 472. num. 19. & seq. Villalobos ... commun. opin. litera B. num. 3. post ... in d. §. ex facto. & Curt. Iun. cons. 182. ... 8. dicens, esse communem opinionem, ... Iun. cons. 174. num. 20. quam opinion... videtur sentire Iacob. Rim. inter cons... cons. 100. num. 16.

Quid dicendum? putarem esse sanior... doctrinæ Bar. in d. quæst. prima, vt ... modi exules, qui & extorres aliquando ... cuntur, siue banniti, non omnino æquip... rentur deportatis vel relegatis, sed quo... dam tertiam speciem constituant, quæ... dicetur tanquam excedens & excessu... vtputa, si aliquis propter delictum p... cum, de quo plenè constat, perpetuò ... tria exulet, aut banniatur cum publica... ne bonorum: certè horum respectu m...

1 2 3 4 5 6 7 8 9

erunt similes deportatis, quam relegatis. l. qui cum maior. §. is demum. ff. de bon. lib. in illis verbis, aut exilium quod sit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur, Grama. voto 19. num. 10. & sequen. Damhau. in suo Enchir. rerum crimi. c. 58. num. 3. & seq. post glos. Cynum, Bal. Ang. Aret. per eum allegatos, & econtra si exulat simpliciter sine confiscatione bonorũ, nec propter aliquod publicum delictum, sed propter contumaciam & contemptum duntaxat, vel propter aliquod crimen, pro quo pœna pecuniaria esset imponenda, magis conueniet relegatis, quam deportatis. Gram. decis. 17. num. 3. & sequent. Maran. de ord. iud. in 4. parte distin. 2. num. 7. ita quod secundum quid dici possunt æquiparari deportatis, & secundum quid relegatis respectiue, vt nominatim dicit Cassan. loco suprà citato. num 8. & 9. idq; comprobatur ex notatis in l. quæritur, vbi Bar ff. de stat. homi. & in l. legatis. §. 1. ff. de leg. 3. cum similibus citatis per Alexan. cons. 7. num. 3. & sequent. volum. 7. o vbi † denominatio sit ab eo, quod plurimum potest, & æquiparari aliquid dicitur alteri, quanto magis de eius natura participat & accipit, & huius sententiæ reperi clarissimum Iulium Clarum apud catholicam Maiestatem pro Ducatu Mediolani meritissimum in sua practica criminali. §. fi. vers. ego vt ingenue fatear, post hæc scripta emptũ, cum quo magnopere gauisus sum conuenisse.

Præterea tenentes hanc secundam opinionem, dicebant de ea non esse hęsitandum, cum ex forma decretorum Ducalium ex officio & per inquisitionem, pro quocunque delicto publico, siue priuato, præcedentibus tamen legitimis informationibus, & ex vetustissimo stylo, iudiciorumq; more, contra delinquentes absentes ter ex interuallo citatos, & contumaces ad pronunciationem delicti pro confesso, publicationem bonorum & exilium siue bannum perpetuum à tota patria, si per Senatum procedi contingit procedi potest, quibus stantibus extra omnem controuersiam videtur hæc quæstio, vt concludunt omnes Doctores suprà relati, & alij citati à Boer. decis. 63. num. 8. & 9. Ioan. Mil. in sua pract. fol. 58. num. 2. post Barto. in l. inter. ff. de public. iud. & latius fol. 79. num. 19. & seq. post Bart. in l. 1. ff. de requi. reis. & in l. diuus. ff. de custo. reo. Hyppol. in practica in §. postquam, vbi latissimè materiam contumacię tractat. do Clarus in d. §. fin. c. 44. versic. sed hodie, & ex prædictis videntur

11 sublata ex aduerso adducta, nec contrà vrget authen. bona damnato. C. de bon. pro. seu damna. cum duobus modis responderi posset, primo dictam authen. † non habere locum stante dicta consuetudine, stylo, seu more iudiciorum, Bald. in d. l. 1. col. 6. C. de hære. institut. Dec. cons. 442. num. 6. post Alber. & Cepol. per eum allegatos. & cons. 252. num. 5. Guid. Pap. quæstio. 437. num. 3. vbi allegat Bar. in l. mathematicos. C. de episc. aud. sed in meis lecturis non reperi. Bartolum interpretantem dictam legem & alios plures refert & sequitur Boer. deci. 264. num. 15. Boss. in tit. de public. bonor. num. 1. post Bar. Oldra. Afflict. & alios per eum citatos, affirmans istam esse communem opinionem; Hyppo. in l. fin. num. 191. ff. de iur. omni. iud. Iulius Clarus in d. §. fin. quæst. 78. in princ.

Secundò respondetur authen. bona damnatorum. non habere locum in hoc casu, cum ipsi filij, ad quos bona ex dispositione prædicti ę authen. peruentura erant similiter deliquerint. l. 1. C. de hær. institu. vbi Barto. in fin. Bal. col. 1. Alex. in fin. &

12 hæc responsio rationi congruit, † cum non debeant ipsi filij cõsequi commodum & lucrum ex sua malitia & delicto. l. 1. in princ. ff. de dolo malo. l. 2. § nemo. iuncta glos. ff. de cap. minu. c. intelleximus, vbi Abbas, Cardin. & Felin. de iudic. Nec aduersatur, quod suprà dictum est, nunquam ex contumacia imponi verã delicti pœnam, quia illud procedit, quoties simplex esset contumacia, & delictum plenè non probaretur, cessatq; consuetudo seu stylus imponendi veras pœnas præsertim pecuniarias, secus verò stantibus consuetudine & stylo, quia tunc imponi potest vera pœna delicti, vt proxime probatum exstitit in prima responsione ad authen. bona damnatorum. quæ non repeto, & ex his etiam tollitur id quod dictum fuit de iure communi contumacem pro confesso non haberi, quibus addo Bar. in d. l. absentem. num. 3. ff. de pœnis, etsi defendi posset contrarium esse de iure verius, præsertim si de delicto constat ex informationibus, per text. in authen. de exhib. rei. §. si verò etiam, in illis verbis, & pœnæ sui accusatorem per fugam factum. c. absens verò. 3. quæstio. 9. quæ iura ad hoc citat Iacob. de Bel. consil. 9. num. 39. & Io. Claudius cons. 101. num. 2. inter consilia crimina. Zilleti, volum. 1. Fulgo. cons. 146. num. 5. & videtur text. in d. l. absentem. §. aduersus contumaces. ff. de pœn. vbi dicitur, aduersus contumaces

in de-

in delictis pronunciari oportere secundum morem priuatorum iudiciorum, sed in priuatis iudicijs contumax potest haberi pro confesso. c. 2. vbi glos. & Docto. ergo idem potest esse in criminalibus, in quibus contra absentem procedi potest, sed prima responsio tutior est per ea, quæ dicit Bar. in l. lege Cornelia. ff. ad Senatusconsult. Syllania. Cæterum proposueram hic tractare quæstionem non omnino extraneam, videlicet, cum in quibuscunque criminibus ex consuetudine & stylo procedi potest
13 contra absentes, † an debeat admitti procurator pro absente, sed quia reperi hunc articulum plene discussum à Baptista à Villalobos in suis commu. opin. in verbo, Absens. nu. 10. ideò ad illum me remitto, aliàs plenius tractaturus si occasio sese obtulerit, hanc secundam opinionem sequutus Senatus pronunciauit, pronunciationem delicti pro confesso, bannum cum publicatione bonorum tenere.

SVMMARIVM.

1 *Confessio ficta quæ resultat & contumacia, an transeat ad hæredes, intellige vt num. 3.*
2 *Pœna defuncti quando ad hæredes transeat.*

DECISIO CVI.

Contumacia defuncti quando hæredem afficiat.

SVccedit ex dicto processu alia quæstio, cum huiusmodi confiscatio fuerit declarata aduersus patrem ob eius contumaciam & non executa, an executio transeat, fieriq; possit aduersus hæredes: & prima facie videbatur dicendum, non transire
1 † ex doctrina Bartoli in l. eius, qui delatorem. ff. de iure fisci. vbi confessio ficta, quæ resultat ex contumacia, nõ transit ad hæredes, pro qua opinione facit textus in l. crimen. ff. de pœnis, vbi crimen paternum nullam maculam filijs infligere potest. Adducebam pro hac opinione videri doctrinam Bald. in l. si plures. col. 7. in princip. C. de condit. insertis, vbi expressè post Marsi. de Fan. & Cyn. dicit, quod banna bannitorum in aliqua pecunia præstanda, non possunt exigi ab hæredib. allegat tex. in l. si pœna. ff. de pœnis, & videtur sentire Dec. dict. cons. 252. num. 5. quibus adstipulatur Bar. in l. 1. num. 7. ff. de priua. delict. concludens fictam confessionem in criminalibus regulariter non afficere hæredem, quem refert & sequitur Bap. à Villalo. in suis comm. opin. in verbo, Absens. num. 10. vers. & quod licet.

Contrarium tamen in casu nostro visum fuit secundum Alex. in d. l. eius, de delatorem, post Bald. in l. vnica. C. ex delictis defunctorum, vbi dicit, † quod quan-
2 do confessio ficta transit in condemnationem, tunc pœna transmittitur ad hæredes propter sententiam. Idem sentit Ange. in tractatu maleficiorum, in verbo, Dominus Iudex videns. num. 45. & conuenit l. ex diciorum. ff. de accusationibus, vbi Bar. Bal. in l. fin. versic. quæro. C. de condit. sert. & textus in l. 3. C. si pendente appellatione mors interuenit, & l. fin. C. si reus vel actor mortuus fuerit, quibus deseruiunt dicta per Abbatem in c. cum nobis. col. 4. de prescriptionibus post Bart. in l. commissa de publicanis.

Non obstat quod dicitur, contumacia
3 non transire ad hæredes: † quia intelligendum est, quo ad hunc effectum, quia hæres posit purgare innocentiam defuncti, sicut dum Ang. in l. manifestæ, in principio de iureiuran. & ibi Alex. lo. de Platea in col. 2. C. de iure fisci. lib. 10.

Non obstat Bal. in d. l. si plures, & in dict. cons. 255. quia secum adferunt restitutionem, vt apud Bal. in vers. quia bona confiscata, & in versic. nisi sit executa per confiscationem vel exactionem. Et Dec. vers. nisi expressè in statuto hoc dicatur, respondet Neuiza. cons. 68. nu. 18. & 20. num. 30. post Bar. Bal. Berta. & eum citatos. Addebam pro hac opinione esse decretum Dominicale sub rubrica hæredes defunctorum, quibus dum viuunt quo cauetur pœnas seu mulctas defuncti impositas, & non declaratas non transire ad hæredes: ergo si fuerint declaratæ, transeunt, cum in statutis argumentum à contrario sensu vrgent, latè Euerar. in suis locis legalibus cap. 4. col. 16. post plures eum citatos. Et ita fuit in prædicta causa decisum, & inde causa composita.

SVMMARIVM.

1 *Acta instructoria siue probatoria facta in vno iudicio an fidem faciant inter easdem personas in alio dicio ad diuersam finem tendente remissiue.*
2 *Dotes an virgini stupratæ constituendæ sint secundum facultates stupratoris, vel patris virginis stupratæ.*

Argumentum ab euitatione, Absurdi validissimum est, cum à ratione & iudicio naturali desumatur.

Non entis nullæ sunt qualitates, & super non ente nullum cadit arbitrium.

Mater & auus maternus non tenentur dotare filiam, vel neptem, nisi ex magna & probabili causa.

Dotes vbi arbitrio boni viri constituendæ sunt, inspiciendæ sunt qualitates filiæ, quæ dotanda est, & facultates ipsius dotantis, ita tamen vt minores congruis alimentis non sint, quibus dotes æquiparantur.

Dotis constitutio facta à patre filiæ in fraudem creditorum non valet.

8 *Bona in futurum acquirere posse, quis à iure præsumitur.*

9 *Mater dotare filiam tenetur secundum suas facultates, vbicunque pater inopia laborat.*

10 *Virginis corruptor, quas dotes constituere teneatur.*

11 *Stuprator ad dotem non solum tenetur, sed etiam ad expensas in iudicio matrimoniali factas.*

DECISIO CVII.

An virgini stupratæ dotes constituendæ sint secundum dignitatem & facultatem ipsius stupratoris, an verò ipsius virginis qualitatem.

VIsis quæ Specu. Franciscus Beluisius docte quidem & copiose in causa Margarittæ Mussæ aduersus Martinum Lucium à Ripa propecherium oriundum scripsit, degustataq; ipsa materia, dignam eam existimaui ampliore, quàm animus esset, disputatione tractare. Ad cuius veritatem indagandam, cum in causa matrimoniali inter partes coram ecclesiastico iudice vertente vtraque pars stuprum fassa fuerit, omissa disputatione quæstionis, † an acta instructoria siue probatoria facta in vno iudicio fidem faciant inter easdem personas in alio iudicio ad diuersum finem tendente? de qua Bar. & Doctores in l. 2. §. hoc ædicto. ff. vi bonorum. rap. & in l. 2. C. de edendo. varia scripserunt Canonistæ, præsertim Felin. in c. causam, quæ. de testibus, præmitto, quod confessio in vna instantia facit fidem inter easdem personas in alia instantia, non habita distinctione, an tendant ad eundem, vel alium finem: ita pulchrè Felinus in cap. veniens il secundo. num. 20. de testibus. Bal. Castren. Alex. & Dec. in d. l. 2. C. de edendo cum alijs ibi per Decium allegatis, quo præmisso, quæritur, qualiter huic virgini stupratæ sint constituendæ dotes? & prima facie ex allegationibus domini Beluisij videtur dicendum, † illas non esse constituendas secundum facultates stupratoris, sed patris ipsius Margarittæ & secundum numerum liberorum, nec non & puellæ dignitatem l. si filiæ. ff. de legat. 3. l. quæro. & l. sequent. l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium. cum similibus.

Quibus tamen non obstantibus contrariam opinionem veriorem esse dictum fuit, pro qua adducitur textus expressus Exodi, & Deuthero. cap. 22. relatus in cap. 1. de adulterijs. vbi habetur, quod si quis seduxerit virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit in vxorem. si verò pater Virginis dare noluerit, reddet ipse stuprator pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. qui modus æstimabitur secundum facultates illius, scilicet stuprantis, & dignitatem puellæ: ita interpretatur glos. in d. c. 1. in verbo, Iuxta modum, quæ opinio corroboratur, primo arguendo ab absurdo euitando † quod argumentum est in iure validissimum l. 1. §. vnde quæritur. ff. de publicanis. l. nam absurdum. ff. de bonis libertorum. Baldus in l. conuenticulam. C. de episcopis & clericis. quod argumentum sumitur à ratione & iudicio naturali, teste Bald. cons. 29. col. penu. & vltima. volum. 3. & in l. Pomponius. colum. 3. ff. de negocijs gestis. latissimè Euerar. in suis locis leg. cap. 8. absurdum verò esset, si secundum facultates patris, vel puellæ, stuprator constituere deberet dotes, & pater vel puella nullas haberent facultates, quia hoc casu nullas deberet soluere dotes ipse stuprator, † cum non entis nullæ sint qualitates, l. eius qui. §. pen. ff. si cert. petatur. glos. in cap. bonæ memoriæ, il primo, in verbo, Per rerum naturam. de electione. nec esset super quo vir bonus posset arbitrari aliquas dotes, quia super non ente non versatur arbitrium. Bald. in l. milites. C. de testamentis, quem refert & sequitur Cardi. Zab. cons. 139. colum. 3. versic. quartò ad idem. quo casu talis stuprator impunis abiret, quod esset omni iuri diuino, naturali, & ciuili, repugnans. Item & è contrario resultaret absurdum, quia si pater puellæ fuisset diues, ipse verò stuprator pauper, teneretur constituere dotes secundum facultates patris diuitis, quod facere non posset: vt ergo euitetur ista absurditas, vel inhumanitas, debent iura loquentia de stupratore intelligi, vt dotem constituat secundum proprias facultates, & virginis dignitatem. Et pro hac opinione faciunt in argumentum omnia iura supra in contrarium

trarium allegata, quæ hoc modo inducendo, retorquentur. Nam sicut pater de iure naturali, & ciuili tenetur de proprio patrimonio dotare filiam, iuribus suprà allegatis, & l. fin. C. de dotis promissione, debet eam dotare secundum patris facultates, ac numerum liberorum, ac etiam dignitatem mulieris & mariti, d. l. si filiæ, & d. §. gener. & d. l. quæro: ergo à simili ex identitate, ac etiam maioritate rationis dicendum est de stupratore, constituente dotes virgini stupratæ secundum ipsius stupratoris dignitates, & facultates, ac etiam secundum virginis qualitatem, per regu. l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. à Titio. ff. de verbo. obligat. cum similibus, alioquin melioris conditionis esset stuprator, & sic delinquens, quam pater. & huic interpretationi adstipulatur
5 alia ratio, & argumentum. † Nam sicut mater vel auus maternus non tenentur dotare filiam vel neptem, nisi ex magna & probabili causa à lege expressa. l. neque. C. de iure dota. cum tale officium sit paternum. d. l. final. C. de dotis promission. Attamen si mater vel auus à lege cogantur dotare in eorum pœnam, vtputa quando non sunt orthodoxi, tunc debent iuxta modum suarum facultatum, non autem patris, constituere filiabus vel neptibus dotes. l. cognouimus. C. de hæreticis. Ias. in §. fuerat. num. 114. institu. de actioni. Lupus in repetitione rubri. de donati. inter virum & vxorem. §. hodie tamen. num. 4. sic ergo in casu nostro cum à lege diuina, & canonica coga-
6 tur † stuprator dotare stupratam, debet iuxta modum facultatum ipsius illam dotare, & sic arbitrium boni viri erit dotem arbitrari, secundum facultates ipsius Martini stupratoris, & qualitatem filiæ, ita tamen, vt tales constituantur, vt ex eis possit congruè ali, cum dos & alimenta regulentur à pari. l. cum vnus. §. fina. ff. de alimentis, & cib. legatis. & ita dicit debere esse arbitrium boni viri Baldus Nouellus speciali 16. primæ partis. colum. 9. & Archiepiscopus Florentinus in summa in secunda parte, titul. quinto, in cap. de stupro. §. 1. vbi dicit stupratorem debere satisfacere secundum suam facultatem, & mulieris indigentiam.

Non obstant igitur allegata in contrarium, quia loquuntur, quando pater vel eius hæredes cogerentur dotare filiam: ideò nimirum, si secundum facultates suas debet dotare. sed nos sumus in dotatione facienda à stupratore: ergo ipsius, non autem patris, sunt considerandæ facultates, quæ si attendantur erunt dotes constitu[illegible]dæ vltra ducatos ducentum, cum sit di[illegible] argumento dictarum legum.

7 Non obstat † dictum Baldi in l. fin. [illegible] C. de dotis promission. & Roman. [illegible] solut. matrimon. quos refert & sequi[illegible] in §. fuerat. num. 116. instit. de actio. qui[illegible] tifariè potest responderi, primò quod [illegible] beat intelligi huiusmodi constitutio [illegible] tis facta à patre nulla bona habente, [illegible] lere, scilicet in fraudem & præiudi[illegible] creditorum, prout sentit Baldus loco [illegible] allegato, non autem respectu actionis [illegible] sonalis, & bonorum, quæ in futurum [illegible]
8 set acquirere, † prout à iure posse acq[illegible] re præsumitur. l. si defunctus. C. [illegible] vel secundò potest responderi quod [illegible] rum sit patrem inopem non posse do[illegible] tradere, cum nemo det quod non [illegible] sed nos sumus in eo, qui tenetur dotare [illegible] est diues, quo casu non est habe[illegible] paupertatis paternæ, vt in simili [illegible]
9 de matre diuite, † quæ non tenetur [illegible] filiam, nisi pater sit pauper, quia tunc [illegible] secundum eius, non autem patris [illegible] facultates tenetur dotare. d. l. neque [illegible] & ibi Bald. C. de iure dotal. Bartolus [illegible] then. res quæ. colum. 1. C. communia [illegible] gatis. Bal. Nouellus in d. tractat. de [illegible] speciali. 16. primæ partis. col. 1. Ias. in d. [illegible] rat. num. 115. & pro ista opinione quod [illegible] attendatur ea dos, quæ à patre con[illegible] potuisset, sed maiorem dare tenea[illegible] prator, est expressa decisio Abb. in d. [illegible] 4. notab. de adulter. quem sequitur [illegible] ad summam Angel. in verbo, Stup[illegible] tera C. Ias. in §. omnes. num. 24. & [illegible] de actionib. vbi expressè format [illegible] nem post Nicolaum de Neapol. [illegible]
10 cõcludit, quod † corruptor virginis [illegible] teneatur ad illam æstimationem [illegible] tem supra dotes à patre constitutas, [illegible] go non fuisset corrupta, sed plenè tene[illegible] dare dotem de proprijs bonis, & sic in [illegible] stione illa non habita consideratione [illegible] libras trecentum, quas pater pro [illegible] gini filiæ constituerat, ad libras [illegible] prator tenetur. Et ex hac decisione [illegible] litur argutum obiectum Domini Bel[illegible] sij ad id, quod dicebatur de secunda do[illegible] propter deflorationem. Sicut enim pa[illegible] huiusce puellæ, si viueret, vel nunc [illegible] mater data paupertate paterna vellent [illegible] ptui tradere ipsam puellam corruptam, [illegible] inuenirent maritum condignum, qui [illegible] lam vellet in vxorem ducere, nisi [illegible] constituta ducentum aureorum, aut plu[illegible]

ita illam integrè soluere d. Martinus stuprator debet non habita ratione dotis constituendæ à patre, vel matre, si corrupta nō fuisset, & ita expressè sentit Ias. in d. §. omnes. numero 24. & 25. sequitur Bermon. de publi. concubi. in §. stuprum. nu. 17.

Nec in ista dote † constituenda à stuprātore imputari possunt expensæ factæ in causa matrimoniali corā Metropolitano, quinimo tales expensæ essent vltra dotem restituendæ ipsi Margaritæ, aut saltem compensandæ, cum ad dictum matrimonium legitimè egerit secundum ius diuinum, & canonicum, d. c. 22. Exod. & c. 22. Deuthero. vbi addit, quod stuprator patri puellæ dabit quinquaginta siclos argenti propter iniuriam etiam patri illatam, & ipsam puellam habebit in vxorem, quo vero ad experi sas factas coram Senatu, cum succubuerit, nullamq; legitimam causam habuerit luigandi, clarum est eum teneri ad ipsas expensas, l. fina. cum similibus vulg. C. de fructibus & litis expensis. Et ita per Excellentissimum Senatum iudicatum fuit dotandam esse prædictam Margaritam secundum qualitatem & facultates stupratoris, habita ratione qualitatis ipsius virginis, ita vt maior sit dos, quàm si à patre filię virgini fuisset constituta.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissi conditionem in dubio extitisse dicendum est, & ei qui dicit fideicommissum defecisse incumbit onus probandi.*
2 *Filios licet quis antè habuerit, non tamen præsumitur habuisse tempore mortis. & consi. seq. numero secundo.*
3 *Negatiuam alleganti seu opponenti incumbit onus probandi quando talis negatiua esset fundamentum suæ intentionis. & consi. seq. nu. 8.*
4 *Pater & mater in dubio prius mortui præsumuntur quàm filij.*
5 *Mors illius probanda est cuius vita obstaret ei qui dicit se hæredem.*
6 *Obligatio seu stipulatio de aliqua quantitate soluendā & restituenda in omnem euentum dotis restituendæ, habet in se talem conditionem, si sine liberis vxor eius decesserit.*
7 *Superuixisse ex pariter morientibus aliquis non præsumitur, causa committendæ stipulationis.*
8 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*
9 *Qualitates omnes in libello seu in contractu deductæ, probandæ ab eo sunt, qui sibi incumbentia probarevult, aliàs eas non probando succumbit.*
10 *Argumentum à communiter accidentibus transfert onus probandi in aduersarium.*
11 *Intellectus l. spadonem. §. absolutus, de excus. tuto.*
Intellectus ad l. ex facto. §. si quis autem ff. ad Trebel. nu. 12. & consi. seq nu. 5.
13 *Dictio, Autē, aduersatur in iure & in facto.*
14 *Testatoris voluntas vt conseruetur in dubio facienda est interpretatio.*
15 *Superuixisse alterum de duobus quando requiritur, tunc non sufficit quòd simul decesserint.*
16 *Filius quando præsumatur superuixisse parenti, & cui incumbat onus probandi. nu. 17.*
18 *Possidentis in pari causa melior conditio est, & in ambiguis pro eo iudicari solet.*

DECISIO CVIII.

Matre & filio, de quorum successione agitur, defunctis, queritur, cui incumbat onus probandi, matrem filio vel filium matri superuixisse.

CAESAR de Albertis confessus fuit habuisse à Ioanneta de Tatis eius vxore florenos mille dotis nomine, quos promisit restituere in omnem euentum dotis restituendæ his, quib. ius daret, mortua dicta Ioanneta, Honorata eius mater agit contra dictum Cæsarem, proponens dictam eius filiam decessisse sine liberis, proinde eius bona ad eam spectare, petens propterea dictum Cæsarem condemnari ad restituendum dictos florenos mille. Excipiente Cæsare, non teneri restituere prædictam dotem cum dicta Ioanneta ex eo filium susceperit, quod etiam fassa est mater, addens tamen filiā sine liberis decessisse, & ideo casum restitutiōis dotis euenisse. Quæsitum fuit, an ipsi matri incumbat onus probandi Ioannetam filiam sine filijs decessisse, an vero Cæsari marito filium, superuixisse?

ET pro matre agente adducitur l. ex facto. §. si quis autem, ff. ad Trebel. vbi cum non apparet quis ante, & quis post decesserit, conditionem † fideicommissi extitisse, magis dicendum est: hinc dicit ibi Bartol. quod ei qui dicit filios superuixisse, & sic conditionem fideicommissi defecisse incumbit onus probandi, quod etiam voluit idem Bar. in l. qui duos. §. cum in bello. ff. de reb. dub. dicens, quòd si non apparet patrem & filium simul decessisse, & ignoratur, quis prius, & quis posterius decesserit, tunc ille, qui dicit aliquem decessisse sine liberis, habet intentionem fundatam de iure communi, quia licet filios ante habuerit, † non tamen præsumitur tempore mortis habere, l. spadonem. §. qui absolutus, iuncta glo. in verbo, Depositionibus.

ff. de excusat. tuto. & Bartol. referunt & sequuntur respectiue, Corne. cons. 119. litera l. volum. Angel. & Castren. in d. §. si quis autem. Alexand. cons. 20. in fin. & cons. 39. volum. 1. & in cons. 29. volu. 2. Ias. in l. is potest. colu. pen. ff. de acquir. hæred. Soc. in d. l. qui duos. §. cum in bello. col. 2. & consi. 89. nu. 8. vers. accedat. vol. 1. vbi etiam loquitur in successione ab intestato. Alex. remissiue in allega. l. is potest. Dec. in c. in præsentia. col. 23. vers. prædictis etiam adde, quem refert & sequitur Paris. cons. 115. in fin. vo. 4. Alcia. in tractatu præsumpt. regula prima præs. 49. vers. secundo fallit adducens ratio nē ad d. §. si quis autem, Corn. cōs. 340. volum. 1.

Contrariam opinionem tenuit Imola in dicto §. si quis autem, post Iac. de Aretin. Alb. & Rapha. Cum. cuius sententiæ fuit Aretin. in l. si de sua. col. penul. in prin. ff. de acqui. hæred. Alexan. in d. §. si quis autem. & Rippa ibi, quem refert & sequitur Nico. Areletan. in additionib. Alcia. alleg. præsumpt. 49. Paris. sibi contrarius, consilio 36. numer. 45. & seq. vol. 2. qui omnes mouentur eo quia grauatum sine liberis decessisse, est fundamentum intentionis partis agentis, quod etsi effectu ipso negatiuum sit, tamen agenti † incumbit onus illud probandi, l. optimam. C. de contrahenda & committenda stipulatione. & l. in illa. ff. de verborum obligationibus. vbi Bartol. & Docto. Felin. post Ioan. Andre. in c. super his. extra de accusa. numero decimosexto. vbi plura pro hac regula adducit Corne. consil. 87. litera B. volumi. 3. & pro hac opinione consuluit Bald. in cons. 145. volum. 5. pluribus rationibus. primo, quia non probauit agens, filium decessisse ante matrem, quo fit, vt non appareat dictam agentem sciuisse hereditatem filię sibi delatam fuisse: ergo eam adire non potuit, l. hæres. vbi Docto. ff. de acqui. hæred. & l. nec nos. C. de captiuis & postl. reuer. si ergo non potest adire, non potest agere actione ex stipulatu quæ competit hæredi. Sed hęc ratio non mouet, quia fieri posset matrem sciuisse filium prędecessisse, sed probare non posse. Secunda
4 ratio ex Baldo sumitur, qa in dubio debet præsumi, primo mortua mater, quam filius. d. l. qui duos. §. cum in bello. iuncta glo. ff. de rebus dubijs. propter commune votum & pietatem parentum ordinemq; natuturæ, l. nam etsi parentibus. ff. de inofficio. testa. & l. scripto. ff. vnd. lib. l. liberorum, in fin. de verb. sign. lex enim naturam imitatur. instit. de adop. §. minorem. ita determinat Castr. in l. si inter. num. 4. ff. de reb. dub. pulchre Aretin. cons. 50. col. 2. versi. secundo hoc probatur. & col. seq. vers. si ergo. [illegible] præsumitur iuniorem plus viuere, l. hæreditatum. ff. ad l. Falcidiam. Tertiam [illegible]
5 nem eam esse asserit, † quia, quoties quis dicit se esse hęredem propter mortem alicuius, qui sibi obstaret, si viueret, debet docere de ordine mortui: scilicet, quod ille, qui haberet obstare sit primò mortuus, sicut ille qui dicit se hæredem propter mortem alterius, ex substitutione, debet probare casum euenisse, l. fin. C. de ædicto di. Ad. tollen. Alias rationes ponit, quas breuitatis gratia
6 omitto. † Adducebatur in casu isto aliud fundamentum, quia illa stipulatio, quidem florenos mille prædictus Cæsar promittit restituere in omnem euentum & casum dotis restituendæ, habet in se tam conditionem, si dicta Ioannina [illegible] xor decesserit sine filijs, l. dos à pa[illegible] Docto. C. sol. mat. iuncta l. cum acutis. C. de fideicom. l. cum auus. ff. de condi[illegible] demon. sed cum pars agens confiteatur Ioanninam filium ex Cæsare suscepisse, [illegible] eam postea sine filijs decessisse, & sic [illegible] superuixisse, debet talem superuiuentiam probare, cum sit causa stipulationis co[illegible]
7 mittendæ. † nam aliquem superuixisse pariter morientibus, in committenda stipulatione non præsumitur, l. quod pariter de reb. dubijs, secundum intellectum communiter approbatum. ergo idem [illegible] cendum est, vbi ignoratur qui primo decesserit, cum hæc æquiparentur, d. §. [illegible] autem. l. qui liberis. ff. de bon. poss. [illegible] dum tab. iuncta l. qui duos, in princip. [illegible] reb. dub. & hoc fundamentum firmat [illegible] regula, l. sed & in illo. ff. de reb. dub. vbi [illegible] do aliquem prędecessisse, est fundamentum intentiouis alicuius, ad eum spectat probare, à qua regula tres casus excep[illegible] Alcia. in pręallega. præsump. 49. inter quos
8 ponit casum, d. §. si quis autem. † quæ exceptiones firmant regulam in casibus non exceptuatis, l. nam quod liquide. §. fin. ff. de pœ. leg. & latissimè per Felin. in c. fin. in princip. extra vt lite non contest. non procedatur. Pręterea vera & cōis conclusio est, quod agens probare debet, id quod est suę intentionis fundamentum, alias succumbit, etiamsi reus nihil pręstiterit, l. qui accusa. C. de eden. l. 1. & l. frustra. C. de pro-
9 ba. & volens probare † sibi incumbentia, debet probare omnes qualitates dedictas in libello seu in contractu, & non probans illas qualitates succumbit, l. diuus

cum

cum materia, ff. de re iudica. Felinus in c. exa minata, colu. tertia. de iud. c. Marsil. in rub. C. de probationib. numero 333. cum sequen tibus. sed qualitas deducta per matrem a gentem tam in petitione, quàm in actis, est quod Ioannina post susceptum filium sine liberis decesserit, proinde filius matri prædecesserit, & per consequens euenerit casus restitutionis dotis, quæ qualitas non fuit probata: ergo dicitur mater non fecisse sibi incumbentia, nec ius præsumit, quod mater, quæ suscepit filium, decedat sine filijs, cum istud sit facti, & facta non præsumantur, nisi probentur, l. denique. ff. ex quibus causis maiores, l. in bello. §. facię. ff. de ca. & post. reuer. imò ius & natura præsumit, vt supra dictum est, filium superuiuere matri, & prænatum à communiter accidentibus, etiam premori, d. l. qui duos. §. cum in bello. ff. de reb. dubijs. quod argumentum à communiter accidentibus est probabile in
10 iure atque vtilissimū ei, pro quo stat, † quia transfert onus probandi in aduersarium, vt singulariter dicit Romanus sing. 402. per gl. in l. neque natales. C. de probation. Marsil. latè singu. 1. latissimè Euerar. c. 56. igitur ad Honoratam matrem onus probandi filium superuixisse pertinet. Nec repugnat l. spadonem. §. quia absolutus, propter diuersitatis rationem. † Nam ibi pater volebat se excusare à noua tutela ex antiquis excusationibus, vtputa in numero filiorum habitorum, qui cum ob varia accidentia potuerint perijsse, ideo non mirum, si antiquis depositionibus testium attestantium de vita filiorum vti non potest, quia licet sit quædam præsumptio, quod qui olim vixit in futurum per aliquot tempus potuerit viuere, cum mors sit facti, quæ non præsumitur: attamen talis præsumptio non est adeò potens, quo minus is qui fundat se in vita eam debeat probare, vt subtiliter dicit Aretin. in d. l. si de sua. & est de mente Bartol. in l. si quidem. C. solu. matr. quem refert & sequitur Corne. d. consilio 119. litera G. & H. volum. primo. Nos vero sumus in casu quo mater & filius decesserint, & ignoratur quis prius spiritum emiserit, quia tunc attentis supra proximè dictis præsumendum esset matrem prædecessisse d. §. cum in bello. Tota igitur difficultas consistit in responsione ad d. §. si quis autem, & licet lex plures & varios habens intellectus allegari non debeat ad decisionem causarum, vt latè scribit Iaf. in l. 1. numero vigesimo. ff. de transact. attamen quia vnicus tantum est sensus, & proprius intellectus, licet apud Doct. incertus, teste Bar. in l. 3. fl. de re. du. ideo sophisticis interpretationibus omissis, ad verum & germanum sensum deueniam, quem ponit Imo. in sexto intellectu post Bar. dicens, quod
12 ratio d. §. ea est, quia illa conditio † si decesserit sine filijs, debet intelligi de superuiuentibus, & ideo si liberi ante grauatum, vel simul cum eo perierint, non faciunt cōditionem fideicommissi deficere, cum sit verum liberos non superuixisse, quod requirebatur ad tollendam conditionem fideicōmissi. Et si dicatur finem d. §. differre à versicul. sed si naufragio, quia loquitur quando diuersis temporibus decesserunt, sed non apparet quis ante & quis post spiritum emiserit. quod probatur propter dictionem, cum autem positam in fi. d. §. quę aduersatur præcedentibus in iure & in facto, secundum Bar. in l. hoc amplius. ff. de dam. infec. ad hoc respondeo, quod finis se refert & intelligitur, secūdum versiculum, sed si naufragio. vbi simul decesserunt, & tali casu aduersatur in iure & facto. versicu. statim præcedenti incipiente, Aut igitur superuixerit, d. stinguens quod proximè dixerat, nec est inconueniens vt etiam videmus in d. l. sed & in illo. in versicu. in quibus. vbi primo dicit, si pariter decesserunt, deinde magis declarando, subnectit, nec apparet quis prior spiritum emiserit. Et istum puto verum sensum d. §. si quis autem. & eum sequitur Castren. in l. si inter. versicul. 3. fallit. ff. de re dub. Sed ne longiori sermone paginas occupemus, dato quod loquatur quando decesserunt diuersis temporibus, dico quod nō obstat casui nostro, quia illud est fauore fideicommissi, ne pereat, propter conseruandam voluntatem testa-
14 toris, quat dilectus fuit fideicommissarius superuiuens. & hoc innuit tex. in illis verbis, magis dicendum est conditionem fidei commissi extitisse, iuncta l. quotiens. de re. du. ita vult glos. in d. §. si quis autem. in versicul. fideicommissi. & in d. §. cum in bello, quam sequitur Angel. Paul. de Cast. Nico. de Neap. in d. §. si quis autem. Roma. in l. in illa. ff. de verbo. oblig. Alexand. in prealleg. consil. 29. & 39. & in consilio 9. numero vigesimoseptimo, volum. secundo. Socin. in d. §. cum in bello. in 3. & 4. illatione. Alcia. d. præsump. 49. vers. 2. fallit. vbi dicit quod lex non præsumit filios superuixisse, ex quo fideicommissarius qui est dilectus à testatore per talem præsumptionem excluderetur. Nec aduersatur l. sed & in illo. quia Bar. in d. §. cum in bello, impugnat glo. quia

ibi pupillus & substitutus pariter sunt mortui: ideo nimirum si pupillus non pręsumitur pręmortuus, cum non supersit persona prędilecta à testatore, quia ad hoc vt pupillaris locum habeat, necesse est vt pupillo superuiuat substitutus, l. 1. vbi Doc. ff. de vulg. & pub. & quando de duobus requiritur alterum superuiuere, non sufficit quod simul decedant, dict. l. quod pariter. Pau. de Castro expresse in l. si inter. ff. de reb. dub. nam si extaret substitutus, sustineretur dispositio, vt habemus in l. qui liberis. ff. de bonorum possessio. secundum tab. & in l. qui duos. in principio. ff. de reb. dubijs. quam solutionē sequi videtur gl. ibi in verbo, Vtriq.

Non obstat etiam ex alia ratione d. §. si quis autem, quia ibi sumus in dispositione hominis, nos autem sumus quo ad effectum resultantem ex dispositione legis, quæ quidem procedit ex æquitate secundū ordinem naturæ, vt filius consequatur hæreditatem matris, potius quàm econtra, & hanc responsionem facit Alex. in præalleg. cons. 29. in fin. volu. 1. post Bartol. in l. quod pariter. ff. de reb. dub. Aretin. in d. consi. 50. col. pen. vers. si ergo, & ita debet intelligi Barto. in d. §. cum in bello. cum dictum Doctoris intelligi debeat secundum legē allegatam, l. non solum. §. si liberationis, vbi
16 Bar. ff. de lib. legata. Tertio † posset respōderi, quod in d. §. si quis autem, super existentia filij, est in conditione respectu hæreditatis alterius, quàm ascendentis quo casu non præsumitur filium superuiuere, quia tunc talis conditio debet intelligi de filijs superuiuentibus, cum conditiones sint adimplendæ in forma specificata, l. Męuius. ff. de cond. & demonst. nos autem sumus in casu quando superexistentia filij, est in conditione respectu hæreditatis matris, & sic ascendentis, & tunc siue simus in disposione legis, siue hominis præsumitur filium superuixisse, ratione humanitatis, d. l. nam etsi parentibus, & l. scripto. quam humanitatem lex imitatur, d. l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. & hanc doctrinam dicunt esse notandam & sequendam in consulendo & iudicando Moderni Senenses, in d. l. sed & in illo, in fin. estq; de mente Bart. licet eum non adducant, in d. l. quod de pariter, in versicu. aut tale votum non est. & l. ex facto. §. si quis autem. quem sequitur Nicolaus Arelet. in dicta præsumptione,
17 49. vbi ponit † vnam notabilem maximè in casu nostro distinctionem, quæ prius citatur à Rip. in d. §. si quis autem, nume. 9. ff. ad Trebel. & videtur de mente Socin. in d. §. cum in bello in finalib. verbis, videlicet, aut probatur quod filios habuerit, & tunc incumbit onus probandi ei qui dicit illam decessisse sine filijs, quia quando pręsumimus ens, tunc præsumptio in aliquo tempus futurum habet locum, vt dicit l. in l. ex persona. nume. 7. C. de probationib. aut non probatur filios habuisse, & tunc quia allegatio, quod est mortua sine filijs, concordat cum qualitate status hominis ab initio, incumbit onus probandi ei qui dicit decessisse cum filijs, Bart. in l. si prius, in 4. opposit. tertię partis principalis. ff. de reb. op. nun. Præterea inficiari non potest, ut supradictis saltem in ambiguo rem esse possitam, idcirco pro reo & possessore contra petitorem iudicandum est. §. commodum
18 inst. de interdictis. In pari enim causa melior est conditio possidentis, l. fin. C. de rei vend. c. in pari. de regul. iur. libro sexto. & ita sentit Barto. in l. si inter. ff. de rebus dubijs, quem refert & sequitur Rip. in l. si quis, l. autem. num. 9. in fin. latè lup. in tit. de donat. inter vir. & vxor. §. 75. Bald. cōs. 145. Are. in d. l. si de suo. pro quibus faciunt gloss. communiter approbatæ in c. sint manifesta. 12. quæst. 1. & 12. quæst. 5. c. in fin. & secundum hanc opinionem in fauorem dicti Cæsaris decisum extitit, à pluribus arbitris dum Cunei, Consilium Cremontanum resideret, quam decisionem connumerandam putaui, propter illius difficultatem, & Prudentissimi Iurisconsulti Ioan. Francisci Purpurati Pręsidis Meritissimi, cuius responsum inferius inserimus comprobationem, cuius sententię fuisse Doctissimum Didacum, libr. 2. 7. varia. resoluti, quem à biennio citatum & lętatus sum cum viris tam clarissimis hac in re in multis conuenire.

CONSILIVM PVRPVRATI, Senatus Pedemontani Pręsidis Meritissimi.

SVMMARIVM.

1 *Petitione hæreditatis aut interdicto, quorum bonorum agenti, incumbit onus probandi hæreditatem sibi delatam & se proximiorem defuncti.*

2 *Prioritas mortis vbi ignoratur, idem iudicatur de duobus morientibus in diuersis locis, atq; de duobus morientibus simul eodem naufragio.*

3 *Intellectus l. qui duos. §. cum in bello. ff. de rebus dubijs.*

4 Me

Mortis ordo vbi ignoratur, an quis anterior vel posterior mortuus fuerit, ea semper accipienda est præsumptio quæ possessori faueat.

Descendens semper præsumitur, superuixisse ascendenti.

REdemptoris nostri Iesu Christi nomine inuocato. Placet admodum tam quam iuridica conclusio firmata copiosè, & eleganter per Magnificum Iureconsultum D. Octauianum Cacheranū, quod incumbat onus probandi negatiuam matri, quam agendo deducit contra generum possidentem dotes filiæ, ex qua constat eum suscepisse filium, scilicet, quod illa filia pro cuius hæreditate mater agit, decesserit sine filijs † quia agēti petitione hæreditatis, vel interdicto, quorum bonorum, incumbit onus probandi hæreditatem sibi delatam & se proximiorem defunctæ. §. ita demum. inst. de hæreditati, quæ ab intestato. §. proximus. inst. de legit. agnat. successio. Ang in §. actionum. colu. fin. vers. sinautem ab intest. inst. de actionib. quamuis aūt mater filiæ præmortuæ sit in primo gradu, sicut filius ipsius filiæ. §. primo gradu. inst. de gradib. cognat. nō tñ illi defertur hereditas filio superstite, quia prima causa est descendentium, exclusis omnibus ascendentibus, vt toto tit. de hæredi. ab intesta. venientib. in auth. & authen. itaq. C. communia de successio.

Non enim potest primo hæreditas dici matri delata, quæ non probat filium suscepturn per filiam fuisse, ante ipsam filiam, cui succedere conatur mortuum. Non obstat quod videatur sufficere allegatio, quod filia sit mortua sine liberis, si non probetur per generum conuentum, quod filij superuixerint per doctrinam Bar. in l. qui duos §. cum in bello. ff. de reb. dub. & in l. si inter. ff. eo. tit. qui ad hoc adducit l. spadonem. §. qui absolutus. iuncta glos. ff. de excusat. tut. & l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebel. ex quibus iuribus & dictis Bar. patet illud verum, etiam quod mater agens, sit confessa filiam habuisse filium, quia non sequitur, probatur habuisse filium qui vixit, ergo nunc præsumitur viuere: & ita prosequitur Corneus consi. 340. lib. 1. incip. quod dicta Dos, non debeat restitui. vers. his tamen non obstantibus. dicens auctoritatem Bar. esse permaximam in decisionibus, & idem voluerunt Bar. & Bal. in d. §. si quis autem. & quamuis glo. & Ange. ibi dicant speciale fauore fideicommissi conseruandi ne pereat, tamen Bart. in dictis locis generaliter loquitur. Etsi dicatur in §. si quis autem, prout ibi dicit Imo. quod eo casu pater, & filius simul mortui sint d. l. quod de pariter. ff. de rebus dubijs, quia hic per confessionem matris agentis constat, quod non simul mortui sint mater & filius, prout Imol. considerat in eodem §. & respondet Corneus consi. 197. lib. 4. incip. licet in hac consultatione. col 2. vers. cōfert plurimum, quod etiam quando plures decedunt in eodem bello & naufragio, non sequitur, quod eodem momento expirent, imo verisimile est contrarium prout à communiter accidentibus contingit, & nihilominus, quia non potest probari quis prædecesserit, obtinet ille qui se fundat in non superexistentia filiorum, licet actor sit, & videatur fundamentum suæ intentionis quod filij non fuerint superuiuentes matri. ergo eadem ratio suadet, quod idem sit quando simultaneè non perierunt: ergo idem ius esse debet, l. à Titio. ff. de verb. oblig. cum vulgarib. & pro Corneo videtur tex. in l. qui ex liberis in princ. ff. de bonorum poss. secund. tab. vbi idem iudicatur de duobus † morientib. in diuersis locis, vbi † ignoratur prioritas mortis, quod dicitur de duobus simul morientibus eodem naufragio, vt in dict. l. qui duos. in prin. Socinus in d. l. si inter. vers. 2 infertur.

Quia ad ista in quibus neruus conclusionis consistit responsio colligitur ex scriptis per clarissimum & generosum D. primo cōsulentem. Nam primo ad d. § qui absolutus respondet Are. in l. sed etsi de sua. ff. de acq. hæred. colu. 5. vers. vnde adhuc relinquitur dubitatio quod in d. §. præsumptiua quędam est probatio, quod ille qui olim vixit nunc viuat, non tamen talis seu tanta quę faciat plenam probationem: modo in casu nostro non expedit genero conuento probare plene, quod tempore mortis vxoris suę supereſſet ex illa filius, sed satis est confessio matris, quę confessa est filiam ex genero perperisse filium, quo propterea superuiuente, filię hereditas non est delata matri, & licet moriante filiam potuerit, filius tamen etiam potuit superuiuere, ideo agens succumbit, cum efficaci præsumptione non probet id quod est fundamentum suę intentionis, l. qui accusare. C. de edend. Secundo ad d. §. si quis autem. multiplex Responsio colligitur ex scriptis per Alexand. ibi super gl. in verbo, Filium.

quæ in proposito nostro adaptantur. Ex quo sumus in dispositione legis, quę matrem ita demum vocat ad hæreditatem filię ab intestato, si filia sine liberis decesserit. & in quo constat, per matris confessionem filiam liberos suscepisse, matrem ꝙ non possidere, sed agere contra generum possidentem, patrem filij, quem fatetur à filia genitum: dicit enim primo Alexand. ibi quod dictus §. si quis autem, loquitur in dispositione hominis, & quod secus esset in dispositione legis. quod clarius exemplificat idem Alexand. consilio trigesimonono, viso themate. colum. secunda. versicu. nec etiam prædictis. volum. 1. vbi concilians d. §. cum in bello. cum d. §. si quis autem, versic.
3 si qui naufragio, † dicit quod dictus §. cum in bello. loquitur quo ad effectum resultantem secundum ordinem naturalem, vt filius consequatur hæreditatem patris, & ideo in d. §. cum in bello. fingitur patrem prędecessisse, vt filius transmittat hæreditatem patris: & idem repetit Alex. consi. 29. viso themate. lib. 2.

Secundo dicit Alexan. in d. §. si quis autem. in sexto intellectu post Ioan. de Imola. quod si ibi probaretur, grauatum hæredem habuisse liberos, tunc non sufficeret fideicommissario simplex allegatio, quod decesserit sine liberis, sed debet probare, quod prædecesserint, vel saltem quod pereirint simul cum patre hærede grauato. & cum intellectu Imol. dicit Alexand. tenere Raphael. Commen. per regulam l. hoc iure. ff. de verborum obligationib. quod ille qui se fundat in negatiua debet illam probare, & dicit Alexand. quod sibi satis placet talis distinctio. Et ex illo intellectu Moderniores quos dominus Consultor allegat, sumpserunt illam distinctionem. quod aut probatur grauatum filios habuisse, & tunc incumbat onus probandi ei, qui dicit illum decessisse sine liberis, aut non probatur filios habuisse, & tunc procedat d. §. si quis autem. quia allegatio quod quis sit mortuus sine filijs concordat cum qualitate status hominis ab initio. Et hoc vltimum habuerunt ipsi Moderni à Socino in d. §. cum in bello. in finalibus verbis allegantes Docto. Bartol. in l. si prius. ff. de no. oper. nunciatio. in 4. oppositione quartæ partis. Et simili fundamento vtitur Alexand. in l. Titia. ff. soluto matrimo. in illo articulo, an filius præsumatur sui iuris vel sub potestate? Et licet ista distinctio vera sit in primo capite optime seruiens in fauorem nob. Cæsaris, tamen in secundo membro non concordat de necessitate cum qualitate hominis ab initio, de quo loquitur Bartol. in d. l. si prius. vt in simili Moderni dicunt in l. si emancipati. in 3. nota. C. de inoffic. testam. colum. tertia. versicul. est tamen notandum, cum illo primæuo statu dictum fuit homini per Deum, Crescite & multiplicamini, & replete terram, Genesis capitulo & 9. l. 1. ius naturale. ff. de iust. & iure.

Tertiò Alexand. in d. §. si quis autem in 4. intellectu. versicu. subdit tamen Imola. hoc est notabile post Bar. in d. l. si inter in fin. & Ioan. de Imol. ac Raphael Comens. in eodem §. si quis autem, vult quod propter
4 uorem, qui debetur possessori, † in dubio piatur illa præsumptio ordinis mortis, qua possessori fauet. & ab hoc non discrepat, sed de plano procedit quando fideicommissarius agit, & facit regula §. communi insti. de interdictis. & Docto. Bart. & Imo. allegata sequitur Aretinus in [illegible] etsi de sua. colu. 5. Et ita cum hic agatur. dispositione legis per matrem ad hæreditatem filiæ, quam fatetur liberos suscepisse contra generum possidentem, concurrentia, propter quorum quodlibet ipse C[illegible] far est in casu absolutionis. ita vt non [illegible] currendum ad illam solutionem, quæ ri solet, quod speciale sit in d. §. si quis tem, propter fauorem fideicommissarum seruandum, vt ibi per Ange. ergo contrarium erit ius commune in alijs bus, l. 1. ff. ad municip. & propterea quod eit aliquem decessisse sine liberis debet probare. sicut & aliam negatiuam, quæ est fundamentum suę intentionis. scribit & per multa comprobat Cons. consil. 113. Viso processu, colum. 2. versi. nec obstat quod est negatiua. volum. 1.
5 timo tamen considerandum est, † quod scendens præsumitur semper superstes l. cum puberē. ff. de rebus dubijs. in vers. Humanius, per quem tex. Socinus in & in illo. in princ. col. penul. vers. principaliter, dicit, quod non tantum in dispositione legis vt Bart. & Doct. supra legit dicunt descendens præsumitur, superstes se, sed etiam in d. spositione hominis. Et quo singulariter infert Socin. quod si quis autem, fideicommissum factum ab ascendente, tunc præsumeretur filium hæredem grauatum reliquisse liberos & fideicommissario incumberet onus probandi, quod filij non superfuerint grauato, cens hanc esse nouam limitationem ad §. si quis autem. quam consulendo seq[illegible] rer[illegible]

etur. Et ita multipliciter patet non obsta-
e d.§. cum autem. & iudicandum fore ma-
rem prædecessisse filio. Et ita Cæsarem
conuentum iure fuisse absolutum. Salua
orrectione.

Io.Fran.Purpuratus.P.

SVMMARIVM.

1 Delictum punibile dici non potest, quod in alicuius damnum non vertitur, & numero 7. declaratur.
2 Effectus, vbi idem resultat, non refert quid ex æquipollentibus fiat.
3 Subhastationes iustum precium arguunt, & tollunt causam conquerendi.
4 Delictum sine fraude & dolo commissum, non dicitur esse punibile.
5 Capitula de iure communi in dubio sunt admittenda, declaratur num. 15.
6 Administratores seu electi ciuitatis non possunt emere, aut conducere res ipsius ciuitatis, quarum administratio commissa est sub pœna irritationis contractus & quadrupli.
7 Administratores ciuitatis propter negligentiam pœna simpli puniuntur.
9 Dolus & fraus præsumitur ex eo, quod solemnitates requisitæ non reperiuntur seruatæ.
10 Dolus & fraus ex contractu inito per interpositam personam præsumitur.
12 Assignatio ad faciendas responsiones habet vim assignationis ad proponendum.
13 Confessio partis tollit omne vitium nullitatis, nec curandum de ordine iuris aut hominis, num. 13.
14 Fatalibus elapsis perinde est, ac si non fuisset appellatum. num. 14.

DECISIO CIX.

De administratoribus ciuitatis licitantibus, siue conducentibus per interpositam personam res ipsius ciuitatis, an sustineatur talis licitatio siue conductio?

IN causa fisci contra Petrinum Delphinum, & Raphaelem Ferrarium, Cuneenses, prima facie ex argumentis propositis dicendũ videtur pronunciandum esse male iudicatum, & bene appellatum, aut saltem capitula eorum admitti debere.

Primò, quia non videtur ex tali licitatione & remissione subsequuta illatum aliquod damnum communitati Cunei, aut
1 alicui personæ: ergo † dici non potest aliquod delictum punibile fuisse commissum, dato etiam quod aliquod mendacium fuerit dictum, l. fin. & ibi Bald. ff. quod falso tut. auth. & glos. ordinaria in l. Damus. C. de falsis. cum similibus.

Nec obstat quod forsan dici posset, constare ex actis vltimum licitatorem nũquam mutuasse scutos tricentum, de quibus in licitatione, & propterea dictam communitatem in illa summa fuisse læsam, quia ex eisdem actis videtur apparere prædictos inquisitos mutuasse scutos tricentum communitati, eo quod in summa in licitatione posita fuerant inclusi, & exhibitæ libera-
2 tiones per licitatorem, ideò non † referre quid ex æquipollentibus fiat, maximè, vbi resultat idem effectus, l. fideicommissa. §. si cui. & ibi Bartol. ff. de legat. 3. l. Gallus. §. si eius in fin. ff. de lib. & posth. Bartol. in l. ab emptione. colum. fin. ff. de pactis, quod autem nullum fuerit illatum damnum, id con
3 iicere possumus ex approbatione à Decurionibus facta, & subhastationibus, † quæ arguũt iustum precium, & tollunt omnem causam conquerendi, l. 1. c. de præd. decurionum, lib. 10. per quem textum ita not. Angelus in repetitione l. Sciendum. col. 2. ff. de verbo. obligat. & hoc maximè procedit, cum in actis non probetur maior valor, vt concludit Alex. in l. pretia rerum. colum. 3. ff. ad l. Falcid.

4 Secundò, quia vbi † non est dolus nec fraus, ibi nõ potest dici delictum punibile, l. qui iniuriæ. ff. de furtis. l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. & l. 1. C. eod. tit. cum similibus. sed dolus & fraus tollitur ex eo, quòd apparet subhastationes dictæ gabellæ palàm, & publicè fuisse factas, quo casu licuisset ipsis electis licitari. l. cum ipse & ibi glos. C. de contrahen. emptio. ergo non debent puniri.

Tertiò viderentur absoluendi propter nullitatem dictæ sententiæ prolatæ nullis assignationibus ad proponendum, nec legitimis probationibus præcedentibus, quo casu resultat dispositio, l. qui accusare. C. de edend. Item, quia lata post interpositam appellationem, quod non licuit, l. vnica. ff. nil nouari appellatio. interpos.

5 Quartò & vltimò, quia saltem dicta † capitula nouissimè producta in dubio admitti debebant iuxta latè scripta per Dec. cons. 162. & etiam attenta forma decretorum Dominicalium, antiquorum & nouorum, saltem cũ clausula saluo iure impertinentiũ, &

non admittendorum, præsertim in criminalibus.

In contrarium autem dicebatur dictam sententiam de iure defendi posse, pro qua tutanda. Præmissum fuit, quod officium istorum electorum ad rerum vniuersitatis venditiones seu locationes faciendas (de quibus scribit Vlpian. in l. 1. ff. de muner. & hon. & Papi. in l. Imperatores. ff. de administra. rer. ad ciuit. pertinen.) est, non dolo, fraude, nec segniter versari in alienatione, seu locatione rerum ciuitatis, alioquin in duplum, si dolo fraudeúe, & in simplum, si negligenter quid gesserint, plectuntur, iuribus proximè allegatis.

Secundò præmittitur, quòd regulariter
6 † isti electi non possunt res communitatis, quarum distractio siue locatio eis commissa est, emere, nec conducere sub pœna irritationis actus, & quadrupli. l. si in emptione. §. final. & l. non licet. ff. de contrahen. emptio. iuncta l. aufertur. §. quod à præside. vbi Bartol. ff. de iure fisci. Alexan. cons. 4. num. 6. volum. 3. Sed isti inquisiti gabellam vniuersitatis fidei ipsorum commissam vendendam, siue locandam, supposita persona, videlicet, domino Petro Malopera, emerunt, siue conduxerunt: ergo in legem peccauerunt, & illius pœnas incurrerunt. Minor propositio probatur ex eo, quod in actis & pręcipuè confessionib. ipsorum inquisitorum apparet istos inquisitos fuisse electos à Decurionibus Cunei, ad alienandum huiusmodi gabellam. Item constat ipsos per interpositam personam dictam gebellam comparasse: ergo necessariò sequitur, illos rectè fuisse condemnatos.

7 Non obstant † in contrarium adducta, & primo, quod nullum damnum fuerit communitati illatum, quia quo ad casum nostrum potest duobus modis responderi. Primo, quia satis est quod contra iura fuerint mercati, vt contractus ipse irritetur & pœnam sustineat. l. non dubium. C. de legibus. d. l. non licet. ff. de contrah. empt. & c. qui contra. de reg. iuris in 6.

Secundò, quia in illis actis non apparet ipsos inquisitos, aut dictum Petrum licitatorem esse creditores communitatis dictorum scutorum trecentum ex causa mutui, imò ex eorum responsionibus liquido constat de eorum dolo, aut saltem euidenti negligentia, quia vterque interrogatus, an sciret alterum mutuasse pecuniam communitati? respondit se ignorare, quo fit, vt
8 propter † talem negligentiam pœnam simpli non effugiant, d. l. imperatores. §. item rescripserunt curatores. ff. de administ. rer. ad ciuit. pertinen. Sed dolo & fraude potius ipsos versatos fuisse, qui dolus seu fraus pręsumitur ex eo, quod solemnitates in alienationibus, seu locationibus rerum publicarum requisitæ, obseruatæ non fuerunt, legeque prohibente fuerint mercati d. c. qui contra iura. & l. 1. & ibi glos. in verbo, Mala fides. C. de fide Instrum. & iure hast.
9 fiscalis lib. 10. † requirebatur enim, quod ipsis subhastationibus præsens esset officialis. l. fina. & ibi Baldus, C. vectigal. non instit. non poss. quem refert & sequitur Alexan. in additionibus, Bart. in l. licitatio. ff. de publicanis. Sed cum non fuerit præsens: ergo mala fides præsumitur. Item do-
10 lus † & fraus arguitur ex eo, quod supposuerunt aliam personam, quæ ipsis inquisitis postea vectigal licitatum remittere [illegible] tus est expressus in l. pupillus. §. item tutor. versic. sed si per interpositam. [illegible] authen. tuto. vbi Barto. & l. 2. §. quod [illegible] suo nomine. ff. de administra. rer. ad ciuit. pertin. & l. 1. §. fin. C. de prædijs decurio. lib. 10. & ibi Io. de Platea. Crau. cons. 156. num. 11. Item fraus præsumitur ex eo, quod pretium tempore deliberationis non fuit [illegible] liter solutum, prout requirebatur. l. si [illegible] curator. §. fin. ff. de iure fisci. & l. etsi Instrumenta. C. de fide Instrumento. & iure hast. fiscalis. & ibi glos. Bart. & Bald. in l. [illegible] eodem titu.

11 Non obstat, † quod ipsis inquisitis [illegible] rit licitari, secundum glos. in d. l. cum [illegible] C. de contrahen. emptio. quoniam [illegible] & glos. secum afferunt solutionem: loquitur enim in eo administratore, qui palam & bona fide licitatur. sed nos sumus in casu contrario, videlicet in contractu clam & mala fide, ac per interpositam personam facto, quo casu præsumitur fraus secundum Bartol. in l. si pupillus. §. final. ff. de aucto. tuto. Ias. in §. Item si quis in fraudem, num. 47. instit. de actio. facit textus in l. [illegible] qui bonis. ff. de acq. hæredit. ideò [illegible] si precio, quod dederunt, & fructibus ipsius gabellæ fuerunt priuati. d. l. 1. §. fin. C. de prædijs decurionum. l. vniuersas. C. ne rei dominicæ vel templo. & l. 1. C. de præscriptio. xxx. vel xl. anno. Ita soluit etiam Barto. in d. l. si in emptione. §. fin. ff. de contrah. empt. & ex his videtur sublatum primum & secundum argumentum in contrarium adductum.

Nec nocet quod dicitur de nullitate dictæ sententię. Et primo respectu defect[illegible]

assig[illegible]

assignationis ad proponendum, quia † assignatio ad faciendum defensiones, de qua in actis, videtur habere vim assignationis ad proponendum: cum proponere latine idem sonet quod statuere, & deliberare, vel responderi potest, quod Spotanea confessio † geminata inquisitorum tollit omne vitium nullitatis, secundum Innocent. in c. qualiter & quando debeat, col. tertia de accusationibus, quem refert & sequitur Felinus in c. causam, quæ. num. 21. de testi. Dec. cons. 221. num. 3. vbi enim est confessio, non curatur ordo nec iuris, nec hominis, nec mundi. Bald. in disputatione accusatus, de vi turbatiua. col. 4 in fin.

Et confessio non læditur ex summarietate iudicij. Felinus in c. veniens, el 2. num. 20. de testib. Hyppol. in l. 1. §. Diuus Antoninus. ff. de quæsti. Dec. latè in c. at si clerici. col. 2. & sequen. de iudicijs. vbi limitat dictum Innocentij. Et super sola confessione constito. de delicto, potest sequi condemnatio, Alex. cons. 34. num. 3. vol. 3. pulchrè Franc. in c. dilecto. num. 5. de appellation. & in casu nostro, vbi proposita fuit exceptio non dati accusatoris consuluit, Paul. de Castro in cons. 17. col. 2. vol. 1. & communiter sequuntur Doctor. relati copiosè per Marsil. in sing. 201.

Nec repugnat quod post appellationem interpositam ab interlocutoria fuit prolata talis sententia primi iudicis, cum variè possit responderi, primò, quia post talem assertam appellationem, quæ interposita legitur sub die 24. Ianuarij anno 1539. vsque ad diem prolatæ sententiæ, quæ lata fuit die 26. Ianuarij ann. 1541. lapsa sunt omnia fatalia, nedum à decretis dominicalibus inducta, sed etiam à iure communi, quibus elapsis, † perinde est, ac si non fuisset appellatum. l. fin. §. illud. C. de temporib. appellatio. per quem text. ita notat glos. in dict. l. vnica. ff. nil noua. appellat. pend. in verbo, Pronunciatum. Secundò respondetur, quod ex quo pars petierat se absolui, & ius dici, vt apparet in ipso memoriali sententiæ sub die 26. Ianuarij ann. 1541. dicitur ab ipsa appellatione recessum, c. gratum, de officio deleg. & c. sollicitudinem, de appellationibus.

Non obstant ratificationes dictarum alienationum, quæ asseruntur factæ à consiliarijs, quia prima, quæ legitur sub die 22. Martij 1538. loquitur tantum de domino Petro Malopera licitatore, cui nihil impingitur. Secunda verò facta sub die 20. decembris eiusdem anni nō prodest tanquam facta post inchoatam causam, & sic re non integra. l. qui centum. §. fin. ff. ad l. Iul. de vi pub. vbi glos. & latius in l. si maritus. §. si negauerit. ff. ad l. Iul. de adulter. Item potest responderi, quod dictæ ratificationes non leguntur legitimè factæ, cum non interuenerint duæ partes de tribus credentiariorum, prout requirebatur vulgata l. nulli. & sequent. ff. quod cuiusque vniuersit. nomine. nam in ratificatione debent interuenire omnes solemnitates in actus confectione requisitę, Inno. in c. cum delecti de emptio. & vend. Calc. dict. cons. 57. num. 6. late D. Roll. à Valle, nunc visus cons. 90. num. 48. Quapropter Senatus censuit bene fuisse à Iudice à quo, pronunciatum, reosq; condemnatos in quadruplum, & male appellatum, & propterea pronunciandum videtur, appellationem ipsam desertam, ideoq; primam sententiam esse exequendam saluo saniori iudicio, & ita fuit decisum per Excellentissimum Senatum.

SVMMARIVM.

1 *Copulatiua, vt verificetur requiretur vtrumq; fieri.*
2 *Punctus loco copulæ accipitur, limita num. 9.*
3 *Relatiuorum naturam est referre præcedentia cum omnibus suis qualitatibus, & referens regulatur secundum relatum.*
4 *Substitutio vulgaris & fideicommissaria, quando vnitæ sunt, altera alterius naturam assumit, & num. 12. remissiuè.*
5 *Substitutio facta vltimo morienti in tota hæreditate facit videri hæredes tacitè inuicem substitutos, limitatur num. 11.*
6 *Instituti censentur magis dilecti quam substituti, & limitatur num. 14.*
7 *Substitutio fideicommissaria vbi facta est post mortem plurium, & talis conditio verificatur in personam vnius tantum in eius portione admittitur substitutus secundum communem opinionem, & numer. 8. declaratur.*
10 *Substitutio fideicommissaria resoluitur in singularitates.*
Vniuersalis dictio resoluitur in singularitates, numero eodem.
11 *Indefinita tunc demum æquipollet vniuersali, vbi eadem est ratio, secus vbi diuersa.*
15 *Testatorem voluisse, vel de eius mente apparere non sufficit, nisi procedat disponendo.*
16 *Pia causa substitutum etiam ex descendentibus dummodo non agatur de legitima, ex præsumpta mente testatoris dicitur excludere.*

DECISIO CX.

An donatione pluribus personis facta, & pacto inito inter donantem, & donatarios, quod decedentibus ipsis sine liberis bona donata ad donantem spectent, & pertineant, si contin-

gat

gatvnum ex donatarijs decedere absque filijs legitimis & naturalibus, an rectè in illius portionem admittatur, donans vigore suprà dicti pacti, an verò requiratur, omnes donatarios sine liberis decedere. Et sic in omnium personam conditionem adimpleri.

ANNO 1525. Et die 22. Augusti Venera. fratres S. Francis. loci Cunei iure donationis inter vivos dimidiam omnium bonorum, & hæreditatis quon. Passerij & Bernardinæ iugalium de Coruis, quibus successerant, donauerũt nobili Francisco Corui, aliam verò dimidiam donauerunt nobilibus, Bartholomęo, Georgio, Philiberto, & Carolo fratribus etiam de Coruis, pacto inter ipsos donantes & donatarios expresso, quod casu quo prædicti Franciscus, Bartholomęus, Georgius, Philibertus, & Carolus decesserint, vel decedere eos contigerit, absque filijs & filiabus legitimis & naturalibus, tunc & eo casu bona & iura suprà dicta donata spectent & pertineant, sintq; eiusdem conuentus S. Francisci, contigit prædictum Franciscum Coruum donatarium pro dimidia absque filijs legitimis & naturalibus decessisse. Ex quo quæritur an in eius portionem vocentur isti fratres venerandi, an verò debeant expectare tempus mortis, quo omnes de Coruis sine liberis decedant? Et quia disputando & notando veritas magis elucescit. l. fin. §. mixta. ff. de muneribus & honoribus. Ideò quibusdam argumentis hinc inde deductis, quid Senatus censuerit, in præsenti causa scribemus: & quoniam quotidiana est materia, ideò plenius attingendam ver. tus l. legaui. ff. de lib. legata.

Prima igitur facie videretur dicendum, quod fratres diui Francisci non debeant admitti, nisi in persona omnium fuerit purificata conditio. & sic expectare, quod prędicti omnes de Coruis absque filijs decesserint: † quod probari videtur. Primo, quia ad veritatem copulatiuę requiritur vtrunque fieri. l. si is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. vbi Barto. l. si hæredi plures. ff. de conditionib. instit. sed in casu nostro isti de Coruis positi sunt in conditione copulatiuę: ergo omnium concursus requiritur iuribus suprà allegatis.

Nec obstat, † quod in casu nostro nulla sit dictio copulatiua, quia respondetur punctum inter Franciscum & alios fratres de Coruis haberi loco copulæ, l. triplici. ff. de verborum significa. Bartol. & Bald. in l. duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. imò adest coniunctio, cuius natura est iungere, Barto. & alij in rubric. ff. de & iure. & hæc confirmantur, quia Decesserint, & pronomẽ Eos posita uentione sunt pluralis numeri: ergo non contentantur vulg. regula l. vbi merus. ff. de testibus. l. final. ff. ad Treb. & ibi Paul. de Castro. accedat, quia illi fratres continentur vna oratione, regitur ab vnico verbo, Decesserint, coniuncti verbis esse dicuntur, l. re iuncti, vbi Bartol. numer. 11. & Doctores de leg. 3.

Secundò remouendi videntur venerandi fratres S. Francisci ex doctrina Bar. l. quidam testamento. ff. de vulg. & pup. vbi dicitur, quod si testator dixisset, heres decesserint, volo, quod omnia bona mea deueniant in tales, tunc videntur substitutos vocare, cum ambo instituti cesserint, argu. dictæ l. quidam testamento: ergo idem dicendum videtur in casu nostro. Nec aduersatur, quod in substitutione nulla sit dictio vniuersalis, quæ plici modo responderi posset. Primo, quia illa verba, bona & iura suprà donata ferunt ad donationem, in qua est posita dictio vniuersalis omnium: ergo debet 3 ligi relatio cum eisdem qualitatibus, relatiuorum ea natura sit referre præcedentia cum omnibus suis qualitatibus, sed dum Barto. in l. si quis seruum. §. fin. lega. 2. l. asse toto. ff. de hæred. instit. rens regulatur secundum relatum, quis in aliquo. C. de edendo.

Secundò potest responderi quod bona, bona & iura, sunt indefinite proba æquipollent vniuersali, l. si pluribus. lega. secund. & has responsiones per Bar num adductas fuisse reperi, licet per fundamenta in consil. 80. colum. secund volum. 1.

Tertiò, non admittendi videntur prædicti Franciscani, quia quando substitutio compendiosa, prout videtur in casu nostro, in ea contineatur vulgaris, & fideicommissaria, iuxta notata per Barto. & alios in l. precibus. C. de impube. & alijs substitu. & in l. centurio. ff. de vulga. & pupil. Sed in vulgari requiritur, quod conditio purificetur in persona omnium. l. quanuis. C. de impuber. & alijs substitut. Pau. de Castro in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 4. ff. ad Trebel. ergo pariter debet requiri concursus vtriusque in fideicommissa

prop

propter regulam, quod vna determinatio, respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulg. substitu. & l. in testamento. C. de milita. testament. & arg. l. fin. ff. ad Senatusconsul. Trebel. His accedit, quod dicitur istas substitutiones veluti vnitas, † alteram sibi assumere naturam alterius, quatenus talis natura conuenire potest. l. qui patri. ff. de acquiren. hæred. & facit quod notat Bartol. in l. 4. §. Cato. in 3. opposit. ff. de verbo. obligat.

Quartò, pro hac opinione vrgere videtur communis conclusio, quòd quando pluribus institutis facta est substitutio vltimo morienti, in tota hæreditate † censetur inductum reciprocum fideicommissum inter institutos. text. est singu. in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. vbi Bar. latè Rippa post alios in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 14. & sequent. ff. ad Trebell. Doctissimus Crauet. mihi semper obseruandissimus, cons. 113. num. 1. paria que videntur, fieri post mortem omnium, vel vltimo morienti. l. codicillis. ff. de vsufruct. lega. Paul. de Castro, in l. penult. C. de impube. & alijs substit. Alexan. in l. si pater impuberes. ff. de vulg. & pupill. Curt. Iun. cons. 11. num. 5. versic. secundo principaliter. & cons. 16. numer. 5. At in casu nostro substitutio est facta post mortem omnium, per regulam quod indefinita æquipollet vniuersali. l. si plures. ff. de lega. 3. nam illa verba, Eos decedere, apposita in conuentione post enumerationem donationum, sunt indefinitè prolata, æquipollentq; vniuersali, & de æquipollentibus par est iudicium. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Item, est facta in tota hæreditate, vt suprà dictum est in secundo motiuo: ergo in casu nostro habet locum dispositio d. §. Seia. Etsi dicatur l. codicillis loqui in vsufructu, secus in proprietate, vt ibi per Barto. responderi potest, idem esse in proprietate. l. qui duos. & l. si pater impuberes, vbi glos. ff. de vulga. & pupil. substitu. apparet ergo in casu nostro, quod ex quo substitutio videtur facta vltimo morienti, & in tota hæreditate, quod in necessarium antecedens donatarij videntur inuicem substituti, argumento l. denique. §. interdum. ff. de pecul. legato. & l. Proculus. ff. de vsufruct. Socin. Iun. consil. 180. num. 8. & pluribus sequentibus. vol 2. post Socin. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. concludens istam esse communem opinionem, quam etiam sequitur Paris. cons. 43. num. 53. volum. 2. concludentes idem esse, si dicatur, Substituo vltimo morienti in tota hæreditate. Vel dicatur, Si omnes decesserint sine liberis, substituo in tota hæreditate: nam vtroque casu dicunt, totam hæreditatem debere peruenire in vltimò defunctum grauatum, & pro hac opinione adduci possunt, quæ scribit Socin. in d. cons. 180. num. 14. volum. 2. post Alex. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. colum. 1. ff. ad Treb. vbi concludit, quod vbi facta est substitutio pluribus, siue dictum sit post mortem omnium, siue dictum sit, si Titius & Seius decesserint sine liberis, cum hæc conditio sit voluntaria, debet prout verba sonãt impleri, & ideò expectanda est mors omnium, & hoc potest firmari ratione satis
6 colorata: † nam cum sint honorati donatione, videntur magis dilecti. argumen. l. Publius. ff. de conditio. & demonstra. authen. hoc amplius. C. de fideicommiss. Crauet. d. cons. 161. num. 5. post alios per eum citatos, quo fit, vt dici possit à veritate non alienũ, si dixerimus ex istis coniecturis, induci inter eos fideicommissum tacitum. l. cum proponebatur. ff. de legatis. 2. præsertim cum ponatur, donatarios esse fratres patrueles, qui ab intestato inuicem succederent, argumento eorum, quæ scribit d. Crauet. consil. 109. num. 3. quo stante, dicebam videri decisionem Bene. Cap. in suis regulis. in quinta specie substitu. num. 191. Hæc sunt, quæ aduersus reuerendos Franciscanos adducta fuerunt.

Quibus tamen non obstantibus, contrariam opinionem esse de iure veriorem visum fuit, pro qua adducuntur, textus in l. fin. §. filium. ff. de lega. 2. & in l. Lucius. §. Caio. ff. ad Senatusconsult. Trebel. Bart. & communiter Docto. præsertim. Ripp. in l.
7 hæredes mei. §. cum ita. ff. eodem titu. † vbi quando est facta substitutio in tota hæreditate post mortem plurium, si decesserint sine liberis, talisque conditio purificatur in persona vnius tantum, tunc in eius portione admittitur substitutus. Et hanc esse communem, attestantur Doctor. in l. penult. C. de impuber. & alijs substit. Paris. cons. 42. num. 21. & seq. vol. 2. post Bar. Ang. Imol. Paul. de Cast. Alex. & Socin. per eum citatos. Et adeò hoc est verum, quod si substitutio fideicommissaria fieret pluribus extraneis per nomina collectiua: communis opinio etiam est, quòd admittatur substitutus purificata conditione in persona vnius tantum: ita dicit Alexand. in dicta l. penult. reprobata opinione Castrens. &

pro

pro hac opinione communi consuluit Socinus cons.4.volum.4.vbi plenè hanc materiam disputat. & cons.80. in 1. volu. colu.1. vbi loquitur in terminis,scilicet, quando monasterium est substitutum, Alex. cons. 91. colum.3. volum. 1. cons. 2.colum.3. vol. 3. Ias.cons.41. volum.1. D.Crauet.cons.109. num. 1. versic. sed his non obstant, per text. in l. hæredes mei.§. cum ita.& cons.161. nu. 7. Ias.in l. penult. num. 8. C. de impub. & alijs substitu. Io. Crot. cons. 143. num.38. & sequent. Ben.Cap. loco suprà citato.num. 186. latissimè Iacobus Mandellus cognomento Alba, post hæc scripta visus. cons.31. vbi disertè hunc articulum declarat, adducens rationes diuersitatis, inter substitutionem factam vltimo morienti, & factam post mortem plurium, seu omnium, & citat Respons. Alciat. quod transcribit sub numer.32.

Nec obstat,quod ibi Socinus decidit contrarium, quia loquitur in descendentibus testatoris, quo casu ex præsumpta mente testatoris, præsumitur persona coniuncta substitutum excludere. l. cum auus. ff. de conditionib. & demonstra. quod secus est in casu nostro, in quo substitutio est facta extraneis. Bal.cons.373.num.6. versic. praterea quando substitutio, vol. 1. Ias. Bened. Capra.& alijs suprà adducti.

Nec vrgent in contrarium adducta, & primo, quod isti de Coruis vocentur copulatiuè attento puncto posito inter ipsos
9 de Coruis per suprà notata, † quia regulariter punctus non habetur loco copulæ, nisi de natura verborum requiratur, ita notabiliter declarat Bal.in d. l.si duobus.§.si in cocunda. ff. pro socio. vel responderi potest,quod in isto casu non attenditur natura, nec proprietas verborum, sed mens testatoris seu contrahentium, ita nominatim respondet Crauet.cons.109. num.1.in fi.per text.in d.l.hæredes mei.§. cum ita.

Nec obstat, quod dictio,Eos,posita in conuentione sit pluralis numeri, & sic non sit contenta vno: quia huiusmodi dictio, etsi collectiua sit, attamen resoluitur in singularitates, & perinde est, ac si cuilibet separatim facta fuisset substitutio, ex quo distinctæ sunt personæ illorum de Coruis,vt notatur in l. falsa,cum ibi scriptis.ff. de condit. & demonst. & per Doctores in locis prælega. Socinus expresse consil.52.num. 7. volum. 1. & hoc adeò est verum in casu nostro,quod etiam si posita esset dictio vniuersalis, veluti si omnes decesserint sine
10 liberis, † adhuc talis dictio vniuersalis resoluitur in singularitates, ita expresse Socinus cons.249. colum. 4. volum. 2. per iura suprà allegata, ideò tollitur fundamentum de indefinita, quod æquipolleat vniuersali,cum talis regula non habeat locum, vbi sit diuersa ratio, Bar.& Docto.in d.l. [illegible] ribus. Dec. cons.388. num.3.& cons.[illegible] fine. Nec aduersatur doctrina Barto. in quidam testamento.ff.de vulg.& pupil. quam communiter à Doct.reprobatur in d.l. per C. de impu. & alijs substi.& in d.l.hæredes mei.§. cum ita. ff. ad Treb. Paris. d.cons. num.26.volum.2.

Ad tertium argumentum pro parte contraria adductum, responderi potest, †
12 Socinum cons.94.num.6 & 7.vol.4.

Non obstat quartum fundamentum l. Titia Seio. §.Seia libertis, quia non versamur in casu d.§. cum in terminis [illegible] non fuerit facta expresse vltimo morienti substitutio. Etsi dicatur, prout supradebatur, factam esse vltimo morienti substitutionem ex quo facta est post mortem plurium, & locum habere d. l. codicillis vsufructu lega. tam in proprietate quam vsufructu. d. l. qui duos. & l. si pater inheres. ff.de vulg. & pupil. substitut. respondetur illas leges de vulga. & pupilla substitut. ac Doctor. in contrarium adducta loqui in descendentibus ipsius testatoris in quibus est præsumptio, de qua in l. acutissimi. C. de fideicommiss. & in l. auus. ff. de condit. & demonstra. quod secus est in casu nostro, in quo non cadit talis præsumptio, vt per Doct. in locis allegatis, & ita expresse sentit Socinus cons.249. colum. 6. volum.2. & Socinus dicto cons.180. num. 2. & sequent. vol. 2. vbi hanc esse communem dicit, & iudicando & consulendo non est recedendum, & sic dispositio d. l. codicillis habet etiam locum in proprietate inter descendentes ipsius testatoris, vt ibi per Bart. rectè consideretur, vel respondere potest d.l. codicillis. vt per Alciat.respon.[illegible] 5.& sequent.

Non obstat, quod vltimo dicitur, filios de Coruis esse magis dilectos, ex quo [illegible] fuit facta donatio, arg.l. Publius.ff. de condit. & dem.& quod essent personæ, quæ ex præsumpta mente donantium,tanquam magis dilectæ excluderent substitutum, quia respondetur, vt suprà dictum est, [illegible] lem præsumptionem locum non habere nisi in descendentibus, prout etiam loquitur d. l. Publius, non autem in transuersalibus, multò minus in casu nostro, in quo

donat

donantes seipsos vocarunt, quo fit vt cessaret omnis præsumptio dilectionis, cum ordinata charitas incipiat à seipsis, l. præses. C. de seruit. & aqua. Et dato, non tamen cõcesso, quod talis præsumpta mens haberet etiam locum in transuersalibus, dicitur secundum aliquos, quod non sufficit præsumptiue & tacite apparere de tali voluntate, nisi testator procedat disponendo, l. quoties in princ. ff. de hære. instit. l. iubemus. C. de test. l. fi. ff. de iure codicil. Socin. consi. 62. col. 3. volu. 3. Cur. Sen. consi. 42. colu. 12. Dec. consi. 89. numero 2. Crau. consi. 161. Neuiza. consi. 31. numer. 21. Hyp. Mars. in rub. de probat. numer. 305. l. quidam cum filium. vbi Bal. & Imo. ff. de hæred. instit. Alexan. in l. 3. in fin. C. de lib. prete. consi. 202. nu. 4. vol. 7. Præterea quid in ijs tãtopere immoramur? nonne etiam si esset persona, quæ ex præsumpta mente defuncti excluderet substitutũ, quia esset de descendentibus, dummodo non essemus in casu, in quo tractaretur
16 de legitima, admitteretur pia causa ! substituta, purificata conditione in persona vnius tantum? certe sic. ita Alexan. consi. 38. numero quarto, volu. primo, Dec. consi. 426. numero tertio. & pluribus sequentibus. vbi tradit communiter teneri, maiorem fauorem ecclesiæ quam filijs esse præstandum, vbi de legitima non tractatur, Iaf. in dicta l. penulti. C. de impub. & alijs substitutioni. post Baldum, in c. si pater. de testamentis in 6.

Et si dicatur, quod supradicta habent locum in vltimis voluntatibus, secus in contractibus, vt in casu nostro: dico quod argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus & econtrario in iure validum est. l. iure ciuili. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Barto. in l. fina. colum. fin. ff. communia præd. & ita arguit Bartolus in l. si mihi & Titio. colum. prima. ff. de verbo. obligationi. addatur, quòd & in donationibus fiant etiam substitutiones, l. quoties. C. de don. quæ sub mod. l. vnica. §. finautem aliquid. vbi glos. C. de cadu. tol. l. vt hæredibus. ff. de leg. 2. latè d. Crau. consi. 19. num. 8. & ex istis censuit Senatus venerandos fratres debere admitti ad portionem dicti Francisci mortui sine liberis, hac decisione obsoluta, per manus venit Portius, materiam in suis commu. cõclusionibus, lib. 4. c. 34. plenè, & per cõclusiones tractans, quem videre poteris.

SVMMARIVM.

1 Promissio seu obligatio collata in voluntatem promittentis, non valet.
2 Verbis, ad meam voluntatem, seu ad meum beneplacitum, reddunt dispositionem conditionalem.
3 Voluntati aut beneplacito alicuius, quando aliquid relinquitur, potest facere quod vult, etiamsi illud iniquum sit, si modo dolus absit.
4 Promissio hoc modo concepta, cum voluerit, principaliter denotat tempus, scilicet quando voluerit, vnde si declaratio voluntatis vita durante non fiat, extinguitur promissio.
5 Verborum importantium arbitrium boni viri, eadem habetur ratio in contractibus, quæ de verbis importantibus liberam voluntatem.
6 Obligatio, seu dispositio quotiescunque est pura, eius verò exequutio collata in placitum & voluntatem promissoris, tunc statim mortuo promissore, hæres tenetur & nu. 10.
7 Doctrina Bartoli in l. centesimis. § fin. nu. 6 ff. de verbo. obliga. declaratur.
8 Dolus ex perspicuis coniecturis probatur.
9 Verbum, placere, dicitur præse ferre arbitrium boni viri, quod maximè procedit, quando huiusmodi verbo & dictioni placitum additur aduerbium qualitatis, bene.
11 Contractus substantialia in voluntatem promissoris, & sic contrahentis committi non possunt, accidentalia verò sic.
12 Obligatus dare præcisè tenetur, præsertim interueniente iuramento.
13 Argumentum à rebus ad tempus in iure validissimum est.
14 Promissio incerta, tam respectu rerum, quàm respectu temporis, valet, vbicunq; agitur de causa onerosa.

DECISIO CXI.

De eo qui recognouit se debitorem dotium ipsius filiæ, & promisit cum iuramento eas ad sui beneplacitum & voluntatem soluere, si deinde testamento disponat, nolle eius hæredes teneri ad talem solutionem dotium, & quatenus de iure teneantur, non possint ab eis exigi, nisi elapsis nonaginta sex annis, an possunt dicti hæredes cogi ad solutionem dotis, non obstãtib. supradictis verbis illius, in cuius beneplacitum & voluntatem collata erat solutio.

ANNO 1515. quidam Antonius Ausona Vercellensis confessus est se esse debitorem Ioannis Bosetti florenorum mille ex causa dotis Bernardinę eius filiæ, & vxoris Bernardini, d. Ioannis filij, quos cum iuramento promisit soluere ad eiusdem Antonij voluntatem & beneplacitum, & lapsis aliquot annis, testamento declarauit

in hæc verba, Se nolle, nec per se, nec per eius hæredes, soluere dictos florenos mille, & quatenus ad id possent compelli, voluit hæredes dicti Ioannis creditoris, non posse petere dictos florenos mille, nisi præteritis nonaginta sex annis. Eo defuncto, hæredes Bosetti creditoris petunt ab hæredibus dicti Antonij Ausonæ debitoris, dictos florenos mille persolui, quod facere recusarunt, nisi lapsis prædictis nonaginta sex annis, iuxta testatoris voluntatem, & bene placitum. quæsitum fuit, an iure petāt Bossetti hæredes? & videretur dici posse
1 eos non iure petere, ex † doctrina Bartol. in l. centesimis. §. fi. nu. 6. versic. quid si non appono dictionem, Si. ff. de verbo. oblig. vbi dicit, quòd si tu promittis mihi dare decem ad tui voluntatem, perinde est ac si promisisses dare, si volueris, quo casu non valet d. §. fin. sequitur ibi Ias. colum. 2. vers. 2. amplia, imò fortius dicit Bartol. numer. 9.
2 in fin. versicu. si vero diceret, † quòd ista verba, Ad meam voluntatem, vel ad meum bene placitum, faciunt dispositionem conditionalem: id est si declarauerit dictam eius voluntatem & beneplacitum, & propterea non facta declaratione, non valet dispositio d. §. fina. Accedat, dato quod valeret hæc dispositio sequuta declaratione, videretur sequenda ipsa declaratio, iuxta eius formam, quæ debet obseruari in forma specifica. vulga. l. Mœuius cum similibus. ff. de conditionib. & demonstrationibus. alioquin frustra dicta conditio voluntatis & beneplaciti apposita videtur.

Nec mouere debet, quod forsan dici posset iniqua hæc declaratio, si hæredes creditoris expectare deberent nonagesimum sextum annum, quia imputandum est creditori, qui contulit solutionem in ipsius debitoris voluntatem, & beneplacitū, c. damnum, quo quis sua culpa sentit. de regu. iuris in 6. nam attenta huiusmodi voluntate,
3 & † beneplacito, potuit facere, quod voluit etiamsi inique voluerit, dummodo dolus malus absit, l. cum quidam. ff. de leg. 2. quam ad hoc citat Bartol. in d. l. centesimis. §. fina. numero octauo. & ibi Castr. numero tertio, Barto. in l. si sic. de leg. 1. in principio. Alexand. in cons. 47. nume. 14. volum. 1. his addi potest, quod etsi dictum fuisset,
4 † quod florenos mille promisit dare cum voluerit, quo casu substantia promissionis non est collata in voluntatem promissoris, sed duntaxat, & principaliter tempus, videlicet quando voluerit, secundum glos. & Alberic. in d. §. fin. attamen si declaratio voluntatis in vita non fiat, extinguitur promissio, & non habetur pro impleta. d. §. fin. & ibi communiter Docto. præsertim Ias. nu. 2. Ergo multo magis debet reddi inutilis promissio, quando promittens deuenit se nolle dare, siue soluere, vel quatenus deberet solui hæredibus creditoris, id non fieri nisi exacto nonagesimo sexto anno, & in huiusmodi declaratione perseuerauit Paul. Castr. in d. §. fina. nu. 1. per tex. in l. deberi. C. de fideicommis. libert.

Nec videtur obstare, quod illa verba ad voluntatem & beneplacitum, videantur importare arbitrium boni viri, quia cum datio dictorum mille florenorum, & substantia contractus, videatur collata in voluntatem promissoris, ex quo sumuntur
5 contractibus, † idem iudicamus de verbis importantibus arbitrium boni viri, quod de verbis importantibus liberam voluntatem, l. quod sæpe in principio. ff. de contrahen. emptio. Bartolus in l. si sic, in princip. de lega. primo. & in d. l. centesimis. §. numer. 7. & Ias. colum. 5. in princi. Sed quando in contractibus sunt verba importantia liberam voluntatem, attenditur etiam dolus, quod inique quis velle declarat vt supra probauimus: ergo idem & in casu nostro erit statuendum.

Præmissis tamen non obstantibus contrarium verius in casu de quo agitur visum fuit ex communi conclusione, qua cauetur, quod † quotiescunque dispositio est
6 pura, eius verò executio est collata in voluntatem, & placitum promissoris, tunc tim mortuo promissore hæres tenetur. na. ff. qui sine manumiss. ad liber. pe. vtrum. §. cum quidam. ff. de rebus dub. quæ iura ad hoc not. Barto. in d. §. fina. numero secundo. versicu. ex hoc dicerem. & in l. ita stipulatus. colum. 6. versicu. 2. & Ias. colum. 1. versi. secunda solutio. ff. de verbo obli. Alex. in d. §. fin. col. 2. versi. per prædicta. Ias. nu. 3. & 9. post Bart. Bald. Angel. Imol. Cuman. & Alex. per eum allegatos. Alex. cons. 117. nu. 3. versi. aut nos dicimus. volum. 3. Rippa in dicta l. ita stipulatus. numero septuagesimoquarto. Sed in casu supradicto principalis dispositio & obligatio est pura, quia prædictus Antonius pure confessus est, se esse debitorem prędicti Ioannis Bosetti, summæ florenorum mille ex causa reliquatus dotium, & verba illa, ad voluntatem, & beneplacitum, sunt adiecta executioni: videlicet illis verbis, quod scilicet florenos mille promisit dare in numeratis ad voluntatem d. Antonij & eius be-

beneplacitum: ergo eo mortuo ſtatim tenetur hæres promiſſoris iur.bus ſupra adductis.

Non obſtant † in contrarium allegata, & primo Bartolus in l. centeſimis. §. fina. numero ſexto. ff. de verborum obligationibus. cum ſimilibus ſupra allegatis, qu a loquuntur, quando principalis diſpoſitio, & illius ſubſtantia eſt collata in voluntatem promittentis, ſecus in caſu noſtro, in quo obligatio principalis eſt pura, licet eius executio ſit collata in voluntatem obligati. & ex hac ſolutione tollitur etiam obiectum de dictis Bartoli in dicto §. fina. verſicul. ſi vero, qui aliunde communiter reprobatur, vt ibi per Alexand. colum. penulti. Felin. in c. ex literis. numero 10. de conſtitutionib. Soci. in conſ. 77. vol. 2. Dec. conſ. 108. col. fi.

Non nocet, quod dicitur declarationem factam obſeruari debere etiam quod videatur iniqua, ſecundum Bartolum in dicto §. finali. numero vndecimo, cum alijs ſupra allegatis, quia cum dictus Antonius declarauerit prædictam ſolutionem non debere fieri, & quatenus eſſet facienda eam eſſe differendam in annum nonageſimum ſextum apparet manifeſte de eius dolo, propter quem res reducitur ad arbitrium boni viri. Bartolus & alij in locis ſupra citatis in quibus ſemper excipiunt dolum qui ex perſpicuis cõiecturis probatur, l. dolum. C. de dolo. † Bartolus in l. fina. circa finem. ff. de prætorijs ſtipulationibus. ſed nullum maius indicium doli in caſu noſtro eſſe poteſt quam declarare ſolutionem non debere fieri, et ſi facienda eſſet eam differre poſt mortem, tunc viuentium. Accedat, † quia verbum, Placere, præ ſe fert arbitrium boni viri. l. Thais. §. ſororem. verſicul. reſpondeo, & ibi gloſſ. ff. de fideicommiſ. libertatib. Bartolus in l. ſi ſic, in princip. ff. de legatis. 2. Alexand. conſilio 118. numero ſecundo, volumi. quinto, Barbat. conſilio trigeſimoſexto. colum. quinta, volum. 2. quod præſertim procedit, quando dictioni, Placitum, additur aduerbium qualitatis, bene, quia tunc ſemper ſubintelligitur arbitrium boni viri, Bald. in l. fina. §. 1. colum. 1. verſic. Item nota quod illud. C. communia de legatis, quem refert & ſequitur Felinus in c. 1. col. antepen. verſ. etſi dicatur. de conſtitutionib.

10 Non aduerſatur, † quod dicitur per Doct. præſertim laſ. d. §. fin. nu. 2. videlicet quod quando dictum eſt, promitto dare centum cum voluero, ſi non ſequatur declaratio extinguitur promiſsio, quia reſponderi poteſt, illa verba, promitto dare centum cum voluero, non ſolum reſpicere tempus dationis, ſed etiam ſubſtantiam contractus, hoc eſt ipſam obligationem, licet ſecundario, vt volunt Bart. Caſtren. Alexand. & laſ. in d. § fin. reprobata opinione gloſ. ideo nimirum ſi requirunt declarationem. Secus ſi obligatio ſit pura, & huiuſmodi verba reſpiciant executionem, vt in exemplo Barto. promitto ibi centum, quæ dabo cum voluero, quod exemplum conuenit caſui noſtro, quia cum tunc obligatio ſit pura hæres tenetur etiam non facta declaratione, vt ſupra latè probatum fuit, & hæc eſt mera veritas. licet etiam poſſet reſponderi contraria non procedere in dote, cuius fauore tenetur hæres etiam non facta declaratione. Alexand. in d. §. fina. colum. 1. verſ. in textu. ibi, ſi antequam, & Rip. in d. l. ita ſtipulatus. ver. 33.

11 Non † obſtat l. quod ſæpe. ff. de contrah. empt. quia vt ſupra dictum eſt in caſu noſtro ſubſtantia contractus non eſt collata in voluntatem promiſſoris, ſed tantum tempus ſolutionis, & ſic quid accidẽtale, quod in voluntatem promiſſoris, veluti in arbitrium boni viri cõferri potuit, laſ. in d. §. fi. colum. quinta. verſicul. ego aſsigno. & purificatur morte promiſſoris, d. l. fin. ff. qui ſine manumiſ. ad lib. peruen. Addebam hanc opinionem corroborari poſſe arg. l. Celſus. ff. de arbitris. & c. cum dilecti. §. præterea. extra de dolo & contumacia, ex quib. dici poteſt promiſsionem dicti Antonij duo continere, ſcilicet dare florenos mille innumeratis dicto Ioanni creditori. Item & ad eius Antonij voluntatem facere ſolutionem, ſed per dictam declarationem, non poteſt dici dediſſe prædicto Ioanni in numeratis, licet tempus ſolutionis ſit in eius
12 beneplacitum † cum obligatus dare præciſè tenetur, l. vbi. §. fi. ff. de verborum obligat. præſertim interueniente iuramento, c. ad noſtram. de iureiurando. Præterea arguen-
13 do, † de rebus ad tempus, quod argumentum eſt validum, l. miles. §. quod diximus. vbi Bartol. ff. de milita. teſtam. latè Euerardus in ſuis locis legalibus, c. 39. ſicut promiſsio incerta reſpectu rerum, ſi ſit iurata, valet, & cogitur iurans certum quid præſtare. Sayſſel. in d. l. ita ſtipulatus. colum. quarta. verſicul. & ex hoc nouiter infero. ff. de verbo. obligatio. ſic idem videtur dicendum in tempore, vt arbitrio Iudicis, & ſic boni viri ſtatuatur tempus ſolutioni in maximè cum agatur de cauſa do-

tis onerosa, & de damno euitando. glo. in l. penul. ff. de receptis arbitris, Barto. in d. l. fin. circa fin. ff. de prætoris stipul. & ibi Imo. quos refert & sequitur Alexand. in d. l. censimis. §. fina. colum. penulti. ff. de verbo. obligatio. facit text. in l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. Et ita censuit Senatus, hæredes promissoris teneri soluere dictos florenos mille cum bonitate monetæ, à die mortis debitoris, reiecta asserta declaratione, in testamento debitoris facta, veluti iniqua, & dolosa, cum expensis.

SVMMARIVM.

1 *Transigi super controuersijs à testamento dependentibus non aliter potest, nisi inspectis cognitisq; verbis testamenti. & numero vigesimo declaratur.*

2 *L. de his. ff. de transactio. renunciari etiam specificè non potest, quod. nu. 8. & 10. latius declaratur, an cum iuramento renunciari possit?*

3 *Pluralis numerus etiam in vno tantum verificatur, contrarium tamen nu. 18. habetur.*

4 *Pronomen hic, hæc, hoc, dicitur demonstratiuum ad oculum corporis & intellectus.*

5 *Renunciationes strictissimè sunt intelligendæ.*

6 *L. de his ff. de transactionibus. requirit plenam, & certam scientiam testamenti, non autem sufficit habere quandam opinionem, seu credulitatem.*

7 *Renunciantes habuisse notitiam fideicommissi non præsumuntur, nisi per aduersarium probetur.*

9 *Iuramentum eatenus extenditur, quatenus consensus ampliatur, & iurans in dubio de futuro sensisse non præsumitur.*

11 *Renunciatio cum iuramento non includit casus, quos non iurata non includeret.*

12 *Hæredes extranei præsumuntur scisse contenta in testamento, quod secus est in ijs qui ab intestato successuri sunt.*

13 *L. de his. ff. de transactionib. an habeat locum in testamento nuncupatiuo.*

14 *Fideicommissum conditionale, per verba quantumuis generalia remissum esse non censetur, secundum communem opinionem. & nume. 17. limitatur.*

15 *Clausulæ renuntiationum ponuntur in Instrumentis ex stylo potius, & consuetudine Notariorum, quã ex partium præcogitatione.*

16 *Fideicommissum reciprocum pacto, vel transactione remitti potest, nec prætextu alicuius circumuentionis, aut minoris ætatis rescinditur.*

17 *Clausulæ generales ex quibus inducitur remissio fideicommissi.*

19 *Prædecessorum appellatione qui veniant.*

20 *An scientia qualiscunque sufficiat testamenti ad hoc vt dispositio l. de his. seruetur.*

21 *Clausula generalis renuncians omni iuri, & legum auxilio, an inducat renunciationem d. l. de his. ff. de transactionibus.*

DECISIO CXII.

De transactione & renunciatione gen. lib. verbis facta per fideicommissarios, an præiudicet, & an l. de his. ff. de transactio. censeatur renunciatum per generales clausulas renunciationum cum iuramento.

PETRVS Aulonus à S. Germano cundus testamento nuncupatiuo instituit Germanum Aualonum ius fratrem sibi hæredem vniuersalem, & post eum eiusdem Germani quatuor & aliqua ipsarum decedente in pupillate, aut sine filijs legitimis, aliam superstitem, seu superstites, instituit hæredes fideicommissum. Defuncto Petro, Germanus suo testamento nuncupatiuo instituit hæredes vniuersales prædictas eius & ijs verbis eas substituit, quod quarum cedente sine prole, aliæ succedant, vel debus, vel tribus decedentibus remanentibus cedat. Mortuo Germano patre, dictæ sores, cum matre contendente, sibi aliquas beri ex testamento Germani viri, & pa respectiue in bonis & hæreditatibus dictorũ Petri & Germani, deuenerunt transactionem, in qua inter cætera legitur huiusmodi. Item transegerunt ctatu, quo supra, quia dicitur antecessi prædictarum sororum condidisse menta, in quibus continetur hæc clau quod decedente vna ipsarum sororum ne prole, alia seu aliæ remanentes succedant, quod dictæ sorores annullare debeant prædictam clausulam, quam per sens Instrumentum annullarunt, dein deuenerunt ad diuisionem dictorum norum: quæ omnia corroborantur mento & clausulis, de quibus infra tur, an aliqua prædictarum sororum cedente, superstites succedere debeant, tem in bonis patrui, ita vt non censeatur recessum à fideicommisso patrui, non stante dicta renunciatione, aut diuisione an verò censeatur etiam renunciatum deicommisso patrui? cuius quidem articuli decisio non facilis apud me visa est, pter Doct. opiniones, & Instrumenti actionis formam.

1 Et partem negatiuam † comprobat te

in l.prima.ff.quemadmo.testam.aper.& in l.de his.ff.de transactionibus.quibus dispo nitur de controuersijs, quæ ex testamento oriuntur, neq; transigi, neq; aliter veritatem exquiri posse, nisi inspectis cognitisq; verbis testamenti. sed in casu de quo agitur, non fuerunt inspecta, nec cognita verba testamentorum, præsertim testamenti patrui prædicti: ergo non nocet huiusmodi transactio, † & dispositioni d.l.de his.renunciari non potest etiam specifice, cum eius dispositio fuerit fundata propter publicam vtilitatem. Paris.cons.95.numero 24. volum.3. vbi post duodecim Doc.per eum enumeratos, dicit ita communiter teneri. late Calcan.cons.17. colum.1. versic. in contrarium.

Super est duntaxat ad contraria respondere. Et primò, quod verba renunciationis sonent in plurali numero, ideoq; non possint verificari, nisi in testamentis patris & patrui in actis productis, quia responderi 7 potest, illud verbum, prædecessores, † verificari, etiamsi vnus tantum fuit prædecessor, & pariter dictionem, Testamentorũ, in vno sortiri effectum. argum. text. in l. non est sine liberis. & l. seq. ff. de verb. signifi. cũ similibus ibi nota. per Cepol. & Alciat. glo. in c. 2. distinct. prima. Deci. consi. 495. numero secundo. & quod de fideicommisso patertno tantum intellexerit, suaderi videtur ex illis verbis nominatim scriptis, in transactione, in qua fit relatio ad testamentum, in quo est talis clausula, quæ non reperitur inserta, nisi in testamento paterno: nam si de duobus testamentis intellexisset vtiq; magis conueniret loquutio pluralis numeri, quam singularis. † Nam etsi pronomẽ, Hic, sit demonstratiuum ad oculum corporis, & intellectus, vt latè concludunt Docto. post Bar. in l.1.ff.de no.op.nunc. attamen proprie ad oculum corporis refertur, si res demonstrata corporalis sit. Alexan. & Ias. in d.l.1.ff.de no.ope.nunc. Natta consi.487.numero 27. Sed clausula relata in dicta transactione, ex qua dicitur facta mentio testamenti, & renunciatio fideicommissi, legitur eisdem verbis scripta in testamẽto paterno tantum, & non patrui: ergo ad patris testamentum tantum referri debet, 5 cum renunciatio sit stricte † intellenda, l. quicquid astringenda. ff. de verbo. obliga. Deci. cons. 452. numer. 21. & seq. Alb. cons. 74. nu. 1. & 2.

6 Non obstat † renunciatio l.de his.ff.de transactionib. quia Bartolus, & communiter Docto. loquuntur, quando specifica vera, & certa scientia fideicommissi habetur, & ideo Bald. ibi in secunda lectura. in fin. quem Ang. Ias. in fi. & Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres. numer. 64. ff. de verb. oblig. sequuntur, dicit, quod contrahentes debent asserere se habere certam & plenam scientiam testamenti. Et propterea Castr. numer. 2. scribit, non sufficere solam opinionem, seu credulitatem, sequitur Curt. Iun. cons. 92. num. 4. Paris. d. cons. 95. num. 23. vol. 3. dicens istam esse communem opinionem. Sed in casu nostro non potest dici, quòd habuerint veram notitiam testamenti à patruo conditi, cum de eo nulla facta fuerit mentio in transactione, sed tantum de testamento paterno, vt in verbis narratiuis apparet: ergo ad fideicommissum paternum tantum referri debent, argumento l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudicata. l. emptor. §. fina. ff. de pactis. quinimo dicit Curt. Iun. in cons. 92. nume. quarto. aduersarium debere probare, † quòd renunciantes habuerint notitiam fideicommissi. Quod autem non habuerint veram notitiam, apparet ex illis verbis impersonalibus, dum dicitur, in quibus testamentis continetur hæc clausula, &c. non enim constat, quod ipsi transigentes eas clausulas contentas in testamento legerint, imò ex quo clausula relata, non continetur in dicto testamento patrui, constat euidenter de eo non habitam fuisse certam scientiam.

§ Non obstat, † quod dictæ l. de his. renunciari possit cum iuramento, iuribus ex aduerso allegatis, quia in contrarium dicitur esse communem opinionem, teste Paris. dicto consil. 95. numer. vigesimosexto, & 37. volum. 3. & Roland. à Valle consil. 13. numer. 27. cum alijs pluribus ibi per eum allegatis. Vel potest responderi, in contrarium adducta procedere, quando appareret cõtrahentes voluisse remittere quodcunq; fideicommissum. Secus vero si fumus in dubio, veluti si quis simpliciter remitteret iura quę habet, vel habere sperat, quia tunc iuramentum non conualidaret remissionem respectu fideicommissi conditionalis, ad 9 quod remissio non porrigitur, † cum iuramentum non extendatur, nisi quatenus extenditur consensus. Bartol. in l. si quis pro eo. numero decimoquinto. ff. de fideiussoribus. quem refert & sequitur Rippa in terminis nostris, in d. §. duo fratres. numer. 78. Socinus consi. 214. numero septimo. & Paris. d. cons. 95. numero vigesimotertio, vol. 3. In dubio enim non videtur iurans de futuro sensisse, c. 2. de renunciatione. & c. pen.

de iureiurando. Aretinus consil.24.colu.1. & 2. Etsi dicatur, iuramentum fuisse prastitum etiam respectu renunciationis clausulę fideicōmissi contenti in testamentis prędecessorum, & propterea videri cogitatum, imò **expressum** de fideicommisso patrui? responderi potest, vt supra dictum fuit, illudi caput renunciationis fideicommissi restringi debere ad fideicommissum contentum in testamento paterno, de quo fuerat facta mentio in Instrumento transa-
10 ctionis.† Præterea dici posset, quod Docti tenentes renunciari posse d. l. de his cum iuramento, intelliguntur quando expressè fuisset dictum, puta renunciando dispositioni legis de his. ff. de transact. aut saltem, quando est renunciatum fideicommisso cum iuramento, Neuiza. consi.32.nume.16. post Deci. consi. 345. secus si de ea lege, vel de fideicommisso, non fuit facta expressa mentio: quia tunc non sufficit illa renunciatio in genere, renunciando omni iuri & legum auxilio: ita expressè respondet Socinus consi.103.colum.2.volum.3.motus ex communi conclusione, de qua per Bartol. Bald. Angel. & communiter Docto. in l. sed etsi quis.§.quæsitum.ff.si quis cautionibus.quos refert & sequitur Alexand.consi. 28.nu.12. vol.1. post Io. And. Butrium, Ancharan.Salycet.& alios per eum allegatos,
11 † quòd scilicet renunciatio cum iuramento, non includit casus quos non iurata non includeret, Neuiza.consi.32.num.13.& 14. Sed renunciatio generalis sine iuramento non includit casum d.l.de his.vt ibi concludunt communiter Doctores, & Soc.214.num.6. volu. 2. ergo nec iurata ad illum porrigeretur.

Et his accedit alia communis conclusio, de qua per Barto.& alios Docto.in d.§. duo fratres.in 5.quæstio. quem refert & sequitur Socinus d.consi.214. numero 5.& 6. quod non sufficit renunciationem fieri in genere cuicunq; relicto in testamento, & sic in genere cogitasse de testamēto nisi fiat à sciente testamentū, vel ab eo qui scire prę sumitur.

Nec obstat, quod ipsæ sorores transigentes, notitiam habuerint de testamento patrui, cum eius bona hereditaria diuise-
12 rint, †vel saltem pręsumantur sciuisse, cum essent hæredes extranei. Barto. in d.§.duo fratres. in 3. quæstio. quia cum essent de ijs, qui successuri fuissent ab intestato ipsi patruo, quatenus pater non adiuisset fratris hereditatem, præsumerentur ignorasse patrui testamentum. Rip. in d.§. duo fratres. num.58. & hęc declaratio est de mente Bar. in l.eius qui. nu. 29. ff. si certum petat.& in d.§.duo fratres.in 3.quæstio. dum ponit tionem, quare in extraneis non pręsumitur ignorantia, quia non possunt adire hęreditatem, nisi sint certi de viribus testamenti, sed etsi de sua.ff.de acqui.hęredit. quę ratio cessat in ijs qui successuri sunt ab intestato, & firmat Iaf.in d.§.duo fratres. numero 6. post Bal. Angel. Pau. de Castro, Cuman. Fulg.& Alexand. per eum allegatos. bona gl.in l.hęreditas.in verbo, Extraneis.C.de pactis conuen.dicuntur enim isti proximiores habere aliquam spem, licet improbam in successione defuncti.l.fina.C. decictis.multo magis pręsumi debent ignorasse testamentum patrui ipsę sorores habentes iustam credendi causam, hęreditates & bona patrui deuenisse in patrem, quę pręsumptio coadiuuatur iuris dispositione, l.veritus.ff.de probation. Decius consil.452. numero vigesimosexto. & hoc sertim locum habere videntur in ipsa quina muliere, & tempore transactionis minore, l.cum de indebito.§.sinautem.ff. de probationibus.

17 casibus, in quibus † currit præscriptio, sed cũ ius offerendi connumeretur inter casus, in quibus non currit præscriptio, vt not. Balb. in d. tractatu de præscriptionibus, in prima parte, sextę partis in duodecimo casu, necnon Practic. Papiensis loco iam dicto, meritò nõ habet locum argumentum: vel aliter, & melius respondetur, quòd cũ creditor mutuauerit debitori pecuniam, vt ea, quàm diu vellet, vteretur ac frueretur, & ipse vteretur pignore, non põt ei obijcere, huiusmodi negligentia, ex quo consensit ita in effectu vult dicere Sal. in d. l. 1. §. ti. C. de annali. except. & per hęc remanet etiã sublatum id, quod primo loco dicebamus.

Non obstat † textus, in d. l. in bello, in
8 §. si quis seruum. ff. de captiuis, & postlim. reuersis, quia respondetur, ibi speciale esse, vt facilius homines inuitentur ad redimendum captiuos, ideo introductum est, vt redimens possit præscribere iuri offerendi precium, quod competit dominoergo in contrarium est ius commune, l. ius singulare. ff. de legibus, & sic retorquetur, arguendo à speciali, quod argum. forte est, l. ius singulare. ff. de legi. c. q ę à iure de reg. iu. in 6. vel secundò respondetur, quod ibi redemptor possidebat seruum redemptum sibi, & pro se, & non alteri, creditor autem possidet pignus ad vtilitatem debitoris, d. l. serui nomine. ff. de vsucapionib. ita respondet Sal. locis suprà allegatis, & hanc opinionem vltimam, stante præsertim mala fide causata ex pacto sequutus est Senatus veluti æquiorẽ & veriorem, in causa filiarum Blasi Bilie. & Simonis Do. de loco Septimi Rouerari, & post hęc scripta reperi Didacum de hac quęst one d serte scripsisse, libr. 1. Variarum resolut. c. 8. Porti. in suis regul. & commun. concluf. libr. 3. c. 32. & 33. Domin. Roll. à Val. præsem Marchionalem, Meritissimum, consilio vigesimoprimo, vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis in remedijs possessorijs beneficiorum, præsertim retinendæ, & recuperandæ possessionis, cognoscere potest.*
2 *Notorium defectus proprietatis impedit restitutionem possessionis spoliato fieri, numero octauo declaratur.*
3 *Beneficium Parrochiale alteri annexum non dicitur vacare, nec vti vacans impetrari potest.*
4 *Iudex secularis super notoria exceptione proprietatis alicuius beneficij cognoscere potest.*
5 *Beneficij vnio siue annexio ex eo probatur, quòd spacio quadraginta annorum, tanquam annexum, & vnitum, possessum fuerit.*
6 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*
7 *Titulum coloratum probari sufficit in remedio recuperandæ possessionis beneficiorum. Et quis dicatur titulus coloratus.*
9 *Beneficiorum vnio siue pluralitas curam animarum habentium omni iure, diuino, canonico, & tituli est prohibita.*
10 *Abbatis opinio in c. in liberis. de restitut. spoliat. reprobatur.*
11 *Præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, requiritur, vbicunq; de quasi possessione, & præscriptione sine titulo agitur, & vbi turis communis præsumptio est contra præscribentem.*
12 *In præscriptione quadraginta annorum debet allegari, & probari titulus.*
13 *Ad præscriptionem temporis immemorabilis probandam, plura requiruntur.*

DECISIO CXVI.

Ân remedio recuperandæ possessionis beneficialibus obstet exceptio defectus proprietatis, & an iudex secularis in remedijs possessorijs beneficiorum cognoscere possit.

EX actis, agitatis inter Reuerendissimum Episcopum Senetensem, conuentum, ac Reuerendum Domínicum Blancum Eleemosynarium, Serenissimi Ducis agentem remedio possessorio recuperandæ seu reintegrandæ possessionis Prioratus, siue ecclesiæ Parrochialis oppidi de Alos, diœcesis Senetensis, & comitatus Nicię, coram præfecto vti delegato Ducali, & Senatui transmissis, dubium proponitur, an Præfatus Dominicus Blancus sit restituendus in possessionem prædicti beneficij, non obstante exceptione ab ipso epi-

ſcopo propoſita, ſcilicet prędictum benefi-
cium eſſe vnitum, & de membris dicti Epi-
ſcopatus. Et omiſſa quæſtione, an iudex
ſecularis poſsit in remedijs poſſeſſorijs, præ
1 ſertim † retinendæ, & recuperandæ poſſeſ-
ſionis, cognoſcere, cum crebrior opinio Ca
noniſtarum, & Legiſtarum ſit, poſſe: quos
citat Doctiſsimus Didacus, Practic. quæſt.
cap. 35. licet rationibus, & auctoritatibus,
per eum allegatis, contrarium, quando agi-
tur inter clericos, teneat, cui communiori
opinioni addo Ferret. conſi. 1. numero deci
moquinto, videretur decendũ prædictum
Blancum agentem non eſſe reſtituendum
in poſſeſsionem dicti beneficij, etiam poſi-
to, quod probauerit eum fuiſſe, & eſſe cle-
ricum, & dicti beneficij poſſeſsionem ap-
prehendiſſe, virtute collationis eidem Blã-
co factæ, de dicto beneficio tanquam va-
cante à nuncio Apoſtolico, & à Sede Apo-
ſtolica confirmatæ, cum proponatur, titu-
lum illum non eſſe coloratum, quinimo il-
legitimum, & reductum ad non titulum,
quo fit, vt dicatur, eidem Blanco obſtare
notorium defectum proprietatis, afficien-
tem ipſam proprietatem, & poſſeſsionem,
2 qui Notorius † defectus impedit prædi-
ctam reſtitutionem fieri, vt concludit latè
Abb. poſt Innocen. in c. in literis, numero
27. & ſeq. extra de reſtit. ſpoliatorum. Rot-
ta in nouis deci. 3. & deci. 21. de reſtit. ſpo. &
in anti. deci. 7. & 46. Capell. Tholo. deci. 15.
& ibi Auffreri. Guid. Pap. q. 85. numero 1.
poſt Ioan. Andr. loco per eum citato, Caſ-
ſiad. deciſ. 1. & 4. eodem tit. Pariſ. latè con-
ſil. 12. numero ſecundo. & pluribus ſeq. vo-
lum. 4. Iaſ. & Alex. in l. naturaliter. §. nihil
commune. ff. de aq. poſſ. Fel. in c. ſi conſtite-
rit, de accuſ. Hyp. ſing. 11. Bertram. conſi. 235.
num. 6. in 2. par. Ferretus conſ. 1. num. 2. poſt
Innocen. Bar. Ang. Abb. & Decium: ex qui
bus patet hanc eſſe communem opinionẽ,
& exceptio propoſita per dictum Epiſco-
pũ eſt notoria, attẽtis teſtib. & alijs iuribus,
in actis productis, quibus dicitur conſtare
prædictum beneficium eſſe annexum Epi-
ſcopatui: ergo impedit dictam reſtitutio-
nem. quod autem allegata exceptio ſecun-
dum iuris diſpoſitionem ſit impeditiua ti-
tuli ſeu collationis factæ, probatur ex text.
in c. ſuper eo, de præbend. lib. 6. iunct. gloſ.
3 in verbo, Non obuiet, vbi beneficium † Par
rochiale alteri annexum non dicitur vaca
re, nec vti vacans poteſt impetrari. Idem
firmat Fed. de Senis conſi. 200. circa medi-
um. Cald. in titu. de reb. eccleſ. non alienan.
conſ. fin. Felinus in c. in noſtra, numero 30.
de reſcriptis. faciunt nota. in c. ſicut vnitæ de
exceſsi. prælata, & quæ latè ſcribit Pariſ. de
vnione, conſi. 5. numero primo. & plur. [illegible]
ſeq. volum. 4. Nec obſtat quod dicitur prædictam exceptionem concernere ca[illegible]
propietatis, ideo non poſſe Iudicem [illegible]
larem de ea cognoſcere, quia cum prędi[illegible]
exceptio proponatur notoria de ea leg[illegible]
me poterit per iudicem ſecularem incide[illegible]
ter cognoſci, vt latè voluit Guid. Pap. quæ-
ſtio. 1. 71. & 85. quem refert & ſequitur Fe-
retus, conſi. 3. numer. decimoquarto. & ſeq.
& conſi. 6. numero ſexto. & conſi. 23. num.
3. & ſeq. vbi concludit, quod cum conſ[illegible]
de non titulo, non habet locum poſſeſsio-
um remedium in beneficialibus, iuxta [illegible]
in c. 1. de reg. iuris, in 6. Nec videtur ob[illegible]
replicationem, qua contenditur, non [illegible]
probatum dictum beneficium eſſe me[illegible]
brum Epiſcopatus, eiq; annexum [illegible]
tum, tanquam non conſtet de ipſa [illegible]
ſiue annexione, & teſtes examinan[illegible]
probare poſſeſsionem tanti tempo[illegible]
ius initij memoria non extat in com[illegible]
um, quia ad hoc reſpondetur, [illegible]
5 † probare beneficium illud fuiſſe poſſeſ[illegible]
tanquam annexum, & vnitum, ſpacio [illegible]
draginta annorum, vt concludit Boe[illegible]
deciſ. 345. numer. ſexto, poſt plures Doc[illegible]
res per eum relatos. quem refert, & ſeq. [illegible]
buffus in tit. de vnionibus beneficio[illegible]
numer. 34. ſed ex teſtibus prædictis d[illegible]
probari, Epiſcopos Senetenſes, ſucce[illegible]
poſſediſſe prędictum beneficium vl[illegible]
draginta annos: ergo dicetur proba[illegible]
dicta præſcriptio.

In contrarium vero quod non [illegible]
te exceptione ab Epiſcopo oppo[illegible]
beat Dominicus Blancus reſtitui in [illegible]
6 ſionem dicti beneficij, facit regula, [illegible]
ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, [illegible]
integrandæ. 23. q. 1. cum ſimilibus, & [illegible]
in literis. vbi communiter Docto. de reſti-
tutio. ſpol. Guid. Pap. deciſ. 1. & 85. vbi [illegible]
preſſè dicit in hoc remedio recuperan[illegible]
7 ſufficere titulum coloratum, eumq; [illegible]
coloratum, quoties ab habente poſſeſsionem
conferendi proceſsit, & non exigi validi-
tatem tituli, niſi quo ad formam extrinſe-
cam, cum de eius validitate vel inualidita-
te quæſtio non admittatur, quem refert &
ſeq. Ferretus conſi. 1. numero 5. poſt Cald.
Abb. Lap. & Rottam, per eum allegatos.
Natta conſi. 411. nume. 9. & ante eum D[illegible]
conſi. 220. nume. 2. Paul. de Caſtr. conſi. [illegible]
nu. 4. lib. 1. At in caſu propoſito proba[illegible]
dicitur, prædictum Blancum fuiſſe, &

se clericum, haberéq; collationem confirmatum à summo Pontifice, ac in eius executionem apprehendisse possessionem dicti beneficij: ergo non obstat nec admittenda est prædicta exceptio inualiditatis tituli.

Non obstant † in contrarium adducta, & primo Dominus Abb. in c. in literis, num. 17. & sequen. cum alijs suprà citatis, quia loquuntur, quando exceptio defectus proprietatis est Notoria, nec indiget altiori indagine: ita nominatim respondet Ferretus, cons. 4. num. 5. post alios per eum citatos: in præmisso verò casu exceptio proposita non est notoria, sed indiget altiori indagine, cum vnio siue pluralitas beneficiorum & dignitatum sit contra iuris communis dispositionem, vt latissimè concludit Ferretus, cons. 32. numer. 1. & sequent. 9 constanter affirmans pluralitatem † beneficiorum curam animarum habentium omni iure tam naturali, quàm ciuili & canonico esse prohibitam: faciunt c. referente. c. ad hæc. & sequent. de præb. ergo admitti non debet dicta exceptio. Item respondetur Ab. & alios loqui & debere intelligi, quando exceptio defectus proprietatis notoria proponeretur, coram Iudice Ecclesiastico competenti, non autem coram Iudice seculari omnino incompetenti, cap. decernimus, de iudicijs, c. Messana, & c. sacrosancta, de electione: ita expressè respondet Ferretus, cons. 7. num. 1. 10. & 11. post Io. Andr. Philip. Franc. Abb. Bellamer. Decium per eum allegatos, & cons. 10. num. 10. & sequent. cons. 27. num. 3. & sequen. quod tamen pro nunc non pono pro constanti, 10 cum & secularis † iudex incidenter possit cognoscere de re spirituali secundum Abb. & Socin. in c. cum sit, de foro compe. Ter tiò responderi potest, doctrinam Abb. in c. in literis, & Cassiodori. in suprà allegat. decis. non esse receptam. Dec. cons. 57. num. 6. & Rippa in c. sæpe. col. 13. num. 50. de restit. spol. quamuis putem contrariam opinionem esse crebriorem.

Nec obst. Guid. Papien. quæst. 1. 71. & 85. quia loquuntur secundum consuetudinem, & priuilegia concessa Regi Franciæ, prout idem Guid. testatur in sua prima decisione: ita expressè respondet Ferretus cons. 10. in fine. vbi nominatim dicit nunquam fuisse auditum, nec practicatum, quòd admittantur Articuli concernentes Petitorium coram delegato à Principe seculari.

Minus etiam obstabit, quod dictum est, probatam esse præscriptionem vnionis, quia cum non appareat de aliquo titulo, vt suprà demonstrauimus, quo dici possit constare de asserta vnione seu annexione, de- 11 buit concludenter probari † præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, vt not. Felinus, cons. 2. num. 2. 3. & sequent. vbi concludit quod quando agitur de quali possessione, & præscriptione, siue titulo, præsertim rerum, in quibus ius commune, vel præsumptio est contra præscribentem, requiritur tempus, cuius contrarij non extat memo- 12 ria. Et quando agitur † de præscriptione quadraginta annorum tunc debet allegari, & probari titulus, vt sentit Ferretus in simili materia vnionis, cons. 61. num. 11. post plures per eum allegatos. Nec mouet quod testes videantur probasse, Præscriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, quia ad probandum 13 huiusmodi † præscriptionem temporis immemorabilis plura requiruntur, de quibus per glos. fina. in c. 1. de præscriptionib. & Ferretum, d. cons. 61. num. 12. & sequent. vbi expressè dicit post Bald. Angel. Cepol. Felin. Ias. & Balb. allegatos per eum, quod si testes de tempore immemorabili concludenter deponerent, præscriptio ista non sufficeret, nisi articulata esset, & allegata bona fides præscribentium, quia licet ratione tituli præsumpti ex immemorabili tempore bona fides præsumatur, debet tamen allegari, arg. l. si adulterium cum incestu. §. Idem Pollioni. ff. de adulterijs.

Cum igitur Dominicus Blancus haberet titulum coloratum, dato, quod esset iniustus possessor, non debuit spoliari sua possessione, nisi causa cognita per Iudicem competentem, & super petitorio iudicium vertatur, sequaturque sententia c. licet episcopus, de præbend. in 6. vbi Philip. Franc. quem refert & sequitur Ferretus, dict. cons. 1. num. 4. post Bald. Salycet. & Alex. per eum allegatos, & cons. 4. nu. 4. cons. 5. num. 8. & sequent. cons. 10. num. 10. vbi loquitur, data renunciatione, quæ afficit ius, & possessionem, & præmissis stantibus: tenuit Senatus, cum vno non fuerit concludenter probata, prædictum Blancum esse restituendum in possessionem prædicti beneficij, reseruato ipsis partibus iure petitorij coram Iudice competenti.

SVMMARIVM.

1 Instrumento in dubio standum est, cum probatio probata esse dicatur, & veritas apparens.
2 Notarij forensis legalitas ex literis testimonialibus ordinarij iudicis probatur.
3 Et quando fides huiusmodi testimonialibus non habeatur.
Notarius quis sua natura non præsumitur, numero eodem.
4 Falsitas in vna parte capituli indiuidua, reddit totum capitulum falsum.
5 Notarium quem fuisse tempore confecti Instrumenti probandum est.
6 Tempus præcisè probari debet, vbicunque est fundamentum intentionis alicuius.
7 Falsitatis suspicio pro falsitate, & in ciuilibus pro plena probatione, habetur.
Falsitas ex quibus coniecturis, & præsumptionibus probetur, à num. 7. vsq; ad num. 12.
8 Argumentum ab eo quod natura non permittit, & à verisimili, est in iure validum.

DECISIO CXVII.

De donatione causa mortis, an censeatur reuocata per assertum quoddam Instrumentum reuocationis donationis, super cuius validitate plura hîc traduntur.

QVoniam in hac controuersia hæredum, quondam Dominici Taparelli à Genolia agentium, aduersus Gouonos, & Dionisios Fossanenses, omnis difficultas in cognitione infrà scriptorum articulorum versari dicitur: idcirco ipsos articulos pro faciliore eorum cognitione, causæq; decisione, & ne legentes longa lectura tædio afficerentur, separare, & discutere visum extitit.

Primus igitur articulus est, an donatio causa mortis, de qua agitur, dici posset expresse reuocata ex enunciato reuocationis Instrumento in actis producto: in quo articulo, ab ipso limine videretur primo dicendum, dictam donationem fuisse ex subsequuto reuocationis Instrumento expresse reuocatam. † Nam in dubio standum est Instrumento, l. cum precibus. C. de probatio. & Instrumentum dicitur probatio probata, & veritas apparens, secundum Bald. in l. imperator. col. 2. ff. de stat. homi. & Barto. in l. 1. in princi. numer. 8. ff. de no. oper. nun. Marsil. in rub. C. de probat. num. 3. Alciat. latè in tracta. præsumptio. reg. 3. c. 13. ex quo Instrumento duæ oriuntur præsumptiones, prima, quod sit vera: secunda quod sit solemnis, secundum Bald. in c. 1. §. si Instrumentum de not. feud. quem refer & sequitur multis ad hoc cumulatis, Iaso consil. 124. vol. 1. in princ. & consil. 137. num. volum. 4.

Nec obstare videtur, quod dici posset non esse fidem dandam tali Instrumento cum notarius, qui † de eo rogatus legitur forensis, & in loco forensi recepit, quæ hoc facile potest responderi, literas testimoniales legalitatis notarij, per ordinarium, loci domicilij notarij concessas, tollere hanc oppositionem, secundum glos. in pacta nouissima, in verbo, Et maxime, de pact. Bart. in l. si procurat. num. 2. ff. de procura. comprobatur ex sententia Bal. in comparitiones. col. penult. C. de fide Instr. latè per Hypp. in l. si quis nec quæstio num. 144. & seq. ff. de quæst.

Istis tamen, & similibus non obstantibus, contrarium verius esse dictum fuit. Primo, quia notarius, qui de dicto Instrumento rogatus legitur, est incognitus, & ignorisdictionis, & qui sui natura non præsumitur † notarius, secundum Spec. in tit. Instru. edit. §. restat. versic. scias. & vers. autem, quem refert & sequitur Cardin. Clem. 1. col. 3. num. 8. Crauet. consil. 71. num. & 2. vbi plura ad hoc propositum addu Nec assertæ attestationes legalitatis fid faciunt, cum probabiliter à veritate de ent, dum attestantur, indubitatam fid dari scripturis, tam publicis, quàm pr tis dicti notarij, & tamen non est verisim quòd priuatis scripturis dicti notarij beatur indubitata fides: ergo falsitatis ginem habent, teste Bald. in l. 1. C. de & data † falsa parte vnius capituli inti redditur totũ falsum, secundũ gl. cõm approbatam in l. si ex falsis, in verbo, C. de transact. Paris. consil. 23. num. 25. & consil. 83. num. 39. eod. vol. & consil. 27. volum. 4. Socin. Iun. consil. 40. num. consil. 41. nu. 2. & 3. vol. 2. & hæc fortius cedunt in casu nostro, attenta varietate lius officialis concedentis assertas litera galitatis, qui occasione dictarum litterarum testimonialium, tanquam falsarum fuit falsitate inscriptus, & condemnatus, ut ex actis apparet, & dato citra veritatis dicium, quod dictæ literæ essent veræ, tamen non probant, ipsum Instrumentum fuisse scriptum manu dicti Gardini notarij quod probandum erat, secundum Alex. consil. 198. num. 1. vol. 7. Lanfranc. in c. niam contra. §. Instrumentorum produc rum. col. 3. Barb. in additio. ad Bal. in l. co paritiones. col. penult. in litera D. C. de

Instru-

Instrum. nec apparet, dictum Bernardum Cardinum tempore asserti Instrumenti reuocationis fuisse notarium, quia illa verba, Fuit, & est notarius, non includunt necessariò tẽpus Instrumenti reuocationis, quod fuit de anno 1502. 3. Octobris, & literæ legalitatis, anno 1507. 28. Ianuarij. & sic illud verbum, Fuit, potest verificari in duobus, aut tribus mensibus, vel anno ante concessas prætensas testimoniales. Angel. cons. 1. nam probatio † debet necessariò concludere. c. in præsentia. de probation. & qui se fundat in tempore, illud debet præcise probare, Bar. in l. Celsus. ff. de vsucapio. Salyc. in l. matrem per illum text. C. de probatio. Alex. in terminis d. cons. 198. num. 3. & 4. volum. 7. vbi post alios per eum allegatos dicit, quod debet articulari, & ꝓbari quod tempore confecti Instrumenti talis erat notarius: accedat etiam, quia assertis suspicionibus falsitatis militantibus, contra dictum Instrumentum fuit ordinatum, iuxta formam decretorum dominicalium, prothocollum esse exhibendum cum comminationibus, de quibus in actis, & tamen nulla fuit facta legitimè exhibitio. Et admisso citra veritatis noxiam, quod dictum Instrumentum reuocationis haberet solemnia extrinseca, attamen dicitur falsissimum, & vti falsum, & nullam fidem faciens, est pronunciandum, cum † falsitatis suspicio in ciuilibus pro falsitate & plena probatione, quo ad tollendam fidem Instrumenti habeatur. l. vbi. C. de falsis. Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. fin. ff. de edend. Bal. in l. si veritas. colum. 1. C. de fideicom. Abb. in capit. porrecta in 3. not. de confirmatione vtili vel inutili, & ibi Dec. colum. 1. nota. 3. Lucas de Penna, in l. si vacantia. colum. 2. C. de bon. vacan. lib. 10. Ioan. de Annan. cons. 49. Alex. cons. 77. col. penult. volum. 1. & cons. 62. num. 7. colum. 3. Curt. cons. 55. colu. 7. Curt. Iun. cons. 132. num. 10. cons. 166. num. 6. & cons. 178. num. 17. post Dec. & alios per eum relatos, Dec. in cons. 75. & 179. Ias. in cons. 168. num. 2. volum. 4. Ruin. cons. 35. in 4. vol. vbi enumerat plures coniecturas, Socin. Iun. cons. 189. num. 61. & cons. 41. num. 7. volum 1. Paris. cons. 12. num. 16. vol. 4. post Dec. cons. 615. Neuiza. cons. 8. num. 38. Crauet. cons. 134. numer. 26. post plures per eum citatos, ex quibus patet, istam esse communem opinionem, latè Portius in commun. opin. lib. 1. cap. 9. in casu nostro, vltra alias coniecturas, & præsumptiones falsitatis, de quib. in schedulis, & in actis productis, est vna præsumptio, seu potius probatio falsitatis, videlicet, quod ea die, & ferè hora, qua dictus notarius asserit, se recepisse dictum Instrumentum reuocationis in loco Fossani, legitur adhibitus pro teste, in alio Instrumento, in loco Montisbasilij, distante ab ipso loco Fossani decem septem milibus passuum, quod impossibile fuit natura ipsa, etsi cur-
8 sore equo fuisset vectus, † argumentumq; ab eo, quod natura non permittit, est fortissimum. l. Arthusa & ibi Bal. ff. de stat. homi. l. 3. §. econtrario, versicu. contra naturam. ff. de acquiren. posses. l. vbi repugnantia. §. quæ rerum, ff. de regulis iuris, & in terminis. Socin. cons. 28. num. 9. volum. 3. vbi ad probandum falsitatem alicuius Instrumenti, sufficit probatio per verisimile, Bald. in l. per hanc. colum. 7. C. de tempor. appel. Felin. in c. sicut, num. 5. de re iudic. cum igitur hoc non sit verisimile, dicitur quædam falsitatis imago, secundum Deci. cons. 94. colum. 2. Crauet. cons. 28. numer. 1. Curt. Iun. cons. 178. num 5. Bal. in l. scriptu-
9 ræ, colum. 2. C. de fid. Instrum. † Alia etiam coniectura resultat ex tarditate productionis asserti Instrumenti reuocationis, post litem motam, vt concludit Crauet. in cons. 28. num 6. post Bal. Paul. de Castro, Ancha.
10 Oldra. & alios per eum allegatos. † Item alia oritur præsumptio, quia testes, in dicto Instrumento descripti, tempore productionis, reperiuntur mortui, vt concludit Curt. in cons. 65. in fin. Crauet. in d. cons. 28. num. 7. Paris. cons. 27. num. 24. vol. 2. post Corn.
11 per eum allegatum. † Item alia resultat suspicio falsitatis, propter malum nomen asserti notarij, quia aliàs fuit de falso inquisitus, & condemnatus, vt ex actis apparet, quo casu non creditur tali Instrumento, l. iubemus, & ibi glos. in verbo, Suspectus. C. de probatio. & l. final. iuncta glos. in verbo, Scriptura. C. ad l. Corn. de fals. Barto. in l. eadem, in princip. ff. ad l. Iuliam repet. quem refert & sequitur ad hoc propositum, Paris. in cons. 57. num. 36. volu. 4. Neuiza. d. cons. 8. num. 72. & Crauet. in cons. 134. num. 34. post Bal. & Ioannem de Annania, per
12 eum relatos. Item, † & alia, quia ipse notarius confessus est, aliud Instrumentum falsum fecisse, Bal. in l. Cassius, col. 2. ff. de Senat. Alex. cons. 26. num. 3. vol. 3. Item, quia non apparet de prothocollo, §. fina. in auth. de tabu. per quem ita notat Bal. in l. Cassius, col. 2. circa med. ff. de Senat. Non obstant in contrarium adducta, quia procedunt in dubio, secus verò vbi in claris certamus, prout est in casu nostro, stantibus istis

præ-

præsumptionibus, & probationibus falsitatis, quorum duæ sufficerent ad hoc, vt Instrumentum non probet secundum Crauet. d. cons. 134. num. 39. post Io. de Annania per eum citatum, conclusum fuit, non posse fieri fundamentum super asserto Instrumento reuocationis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis ob eam causam facta, quòd donans in longinquas partes iturus sit, an censeatur reuocata, si donans non iuerit, vel confecto itinere redierit, & num. 2. & pluribus sequentibus declaratur.*

3 *Donatio causa mortis collata post mortem, censetur vti legatum vel fideicommissum, quod ob reconualescentem non reuocatur.*

4 *L. si mortis causa. la 2. ff. de donat. cau. mort. declaratur, & num. 7.*

5 *Causa in eius fauorem adiecta, ad quem commodum pertinet, impulsiua, non autem finalis, præsumitur.*

6 *Causis pluribus interuenientibus, vbi vna cessat, altera remanere dicitur, & dispositionem sustinere facit.*

8 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*

9 *Pœnitentia, & voluntatis mutatio, non præsumitur.*

10 *Donatio causa mortis propter filiorum legitimationem subsequutam non reuocatur, cum ius succedendi à iure legitimationis siue filiationis separatum sit.*

11 *Donatio causa mortis per institutionem hæredis vniuersalis non censetur reuocata, dato, quod adsit clausula derogatiua, cassans & irritans.*

DECISIO CXVIII.

An donatio causa mortis, facta propter certas causas, veluti quia esset iturus donans in longinquas partes, censeatur reuocata propter enunciatum reditum ipsius donatoris.

1 SEcundus principalis articulus succedit, † an donatio causa mortis, de qua agitur, censeatur saltem tacitè reuocata, propter reditum donatoris à ciuitate Venetiarum, præsupposito, citra veritatis præiudicium, quod de reditu constaret: & videretur dicendum, dictam donationem esse reuocatam, ob defectum causæ, propter quam dicitur illam factā fuisse: nam cum facta fuerit, eo quia donans certis de causis, & votis factis adimplendis, intendebat ad longinquas partes se transferre, dubiusq; esset reditus, dici potest, siue tale dubium cessauerit, eo quia donans ad longinquas partes non iuerit, aut propter reditum donationem ipsam tacite fuisse reuocatam, tanquam causa non sequuta, l. Senatus §. nec dubitauere. l. 3. & ibi glos. Bar. & Paul. de Castro, l. si mortis causa. ff. de donatio. causa mort. Dec. consil. num. 5. facit regu. c. cum cessante, de appellatio. accuratius tamen intuendo, conclusum fuit in casu isto contrarium esse de iure verius infrà scriptis fundamentis, quia cum attenta forma donationis, in illis verbis Ad habendum, tenendum, & possidendum, sequuta morte ipsius donatoris, aperte clarè appareat, ipsam donationem fuisse post mortem collatam, non dicitur reuocata huiusmodi donatio cessante dicto dubio reditu, † ita in terminis decidit Cum. in l. Marcellus. §. Paulus. ff. de donat. caus. mortis, quem refert & sequitur Dec. in l. non omnis. colum. 2. num. 6. si cessaret moti illa ratione, † quia talis donatio comparatur legato, quod non reuocatur propter conualescentiam, vel reditum, prout etiam voluit Paul. de Cast. & Ias. in d. l. non omnis. colum. 2. & facit textus in l. Marcellus. §. fi. & in l. etsi debitori, in fi. & in l. illud ff. de donat. caus. mort. in l. fin. C. eod. & quod talis donatio causa mortis collata post mortem iudicetur vti legatum, vel fideicommissum particulare, videtur expressus in l. miles ad sororem, in principio. ff. de lega. 2. iuncta glos. vbi Iuncta sultus æquiparat donationem factam fieri absenti per epistolam, quam post mortem aperiri vòluit, ac si defunctus rore præsente loquutus fuisset, quoque casu, cum effectus conferatur post mortem, habet vim fideicommissi, & in illum ad hoc allegat Roman. in l. 1. colum. 2. princ. ff. de donat. caus. mortis. his accedit text. in l. 1. C. de donat. caus. mortis, & ibi vbi quando donatio causa mortis est collata post mortem, ita quod obligatio incipit in persona hæredis, prout in casu nostro, tunc talis donatio habet vim fideicommissi, ita per illum textum notat Bald. in consil. 294. incip. Quæritur, numer. 2. volum. 2. quem refert & sequitur Rip. in l. sciendum. num. 9. ff. de legat. 1. facit quod notat glos. in l. sed interim. §. quod dicitur, in verbo, Donatio. vers. vel dic vt dixi. ff. de donat. inter vir. & vxor. quod donatio causa mortis quæ sic fuit facta, vt demum sequuta morte valeat, non retrotrahitur ad tempus tactæ donationis, quia talis donatio vicegati censetur, † pro quorum opinione

2

3

4

duco textum expressum in d.l.si mortis causa, versicu. etsi quidem, vbi Iureconsultus proposita quæstione, si donator, qui mortis causa rem donauit, conualuit, quærit, an habeat in rem actionem, & distinguendo decidit, quod si sic donatum fuit causa mortis, vt si mors contigisset, tunc haberet is, cui donatum fuit, sine dubio donatori, qui conualuit, competit rei vendicatio. & eo mortuo, is, cui donatum est, rem vendicare poterit: si ergo donatore, qui conualuit, mortuo, competit donatario rei vendicatio, sequitur necessariò, quòd donatio non fuit per conualescentiam reuocata, quia eo casu non competeret donatario rei vendicatio, etsi dicatur, illa verba, Eo mortuo, esse intelligenda, scilicet ex illa infirmitate: respondeo, absurdam esse talem interpretationem, quia non responderet quæstioni propositæ, quod fieri debet, l.1. §. si quis simpliciter. ff. de verborum oblig. nam secundum proposita in illa lege semper debemus præsupponere conualescentiam, alioquin si præsupponeremus mortem ex illa infirmitate, lex esset de indubitabili, contra l. quod Labeo. & ibi glos. ff. de Carbo. ędict. Ripp. respons. 6. numer. 7. lib. 1. igitur debemus intelligere de morte post conualescentiam, vt lex sit de dubitabili, & nō sit superuacua, secundum glos. fi. in l.1. ff. ad municip. & iste intellectus corroboratur ex versic. sequent. si verò sic, vt tam nunc haberet &c. qui aduersatur præcedenti in iure, & in facto, & contrarietas in eo potissimum videtur consistere, quod in primo casu non fuit translatum dominium rei donatæ in donatarium, in secundo verò casu fuit translatum, & sic omnia iura loquentia, quod per conualescentiam, vel reditum, reuocetur donatio, loquuntur, quando donans ita donauit, vt donatarius statim haberet, & sic quando transtulit dominium: ita intelligit Paul. de Castr. l.3. cum tribus sequentib. ff. de donat. causa mort. dum refert eas ad secundam partem. l.2. eodem titu. & suaderi potest: quia omnia ferè iura dicunt, tali casu competere condictionem, quæ regulariter pro re sua non datur. l. fi. ff. vsufruct. quemad. caueat. & §. sit itaque. Institu. de actionib. Secundò

5 sustinetur talis donatio, quia dici posset, † illum accessum in longinquas partes, certis de causis, pro votis factis adimplendis inducere causam potius impulsiuam, quàm finalem, quia gratia accipientium, fuit facta donatio, quo casu præsumitur impulsiua, & cessante tali causa, non deberet cessare effectus. secundum Barto. & Bald. in l.2. §. fin. ff. de donat. quo fit, vt non obstet doctrina Bart. in d.l.3. ff. de donat. cau. mort. dum allegat textum in l. alumnæ §. fin. quia ille textus loquitur in casu, vbi expressè fuerat facta substitutio sub conditione, si ex illa infirmitate filius moreretur, ideò nimirum, si sub contraria conditione videatur adempta, ita dicit Bartol. in l. potest, in fin. ff. de hæredit. institu. & Bal. in l. fin. C. de post. hære. instit. Roma. in l.1. in fin. ff. de donat. cau. mort. sed in casu nostro non fuit ita expressè actum: ergo sub contraria conditione nō potest dici reuocata: addatur etiam quia stante forma Instrumenti donationis, constat in eo plures fuisse expressas causas donationis causa mortis, de qua agitur, quas in præfatione dicti Instrumenti perspicere possumus, quo fit vt vna illarum cessante, & altera remanente, non cesset dispo-

6 sitio, imò vna ex pluribus causis † sufficit ad sustinendam dispositionem, vulg. §. affinitatis. Institu. de nupt. cum similibus ibi allegatis per Aretin. & in l. si non lex Aelia. Sentia. in princ. & ibi Bar. sumat. ff. de hære. instit. per quem text. ita expressè notat Bal. in l. generaliter, la 2. in 2. colum. vers. 2. oppono. C. de episc. & clericis, vbi expressè dicit, quod quando sunt plures causæ, & quælibet influit per se in effectum, & vna cessaret, & altera remaneret, tunc remanet effectus. facit glos. in §. minima, institut. de cap. dimi. & Dec. in c. cum cessante, colum. 1. versic. quarta conclusio fallit. de appel. & ibi Abb. num. 2. glos. in l. si ventri §. fin. ff. de priuileg. cred. & facit reg. l. vbi numerus. ff. de testi. & l. fin. ff. ad Trebel. & l.1. ff. de oper. libert. & ideò licet redierit à ciuitate Venetiarum, ad quam non expressè dixerat se iturum, sed in longinquas partes, certis de causis, & pro votis factis soluendis, attamen supererant aliæ causæ, & alia vota adhuc persoluenda, quæ non probantur reddita, quæ sufficiunt ad sustinendam donationem.

7 † Nec obstat textus in d.l. si mortis causa, quia intelligitur, quando ita actum fuerat expressè, vt ipso redeunte à peregrinatione, reuocaretur donatio, ita intelligit Dec. in l. non omnis. colum. 2. ff. si cert. peta. sed in casu nostro non ita fuit actum, ideò ex tali reditu non reuocatur. Vel potest responderi, ibi vnicam tantum esse causam donandi, in casu verò nostro plures extare causas, faciendi donationem, ideò vna cessante, non tollitur donatio, d. §. affinitatis. Item, quia ibi donatio statim fuit transla-

ta

lata in donatarium, hic verò post mortem, quam donationem etiam manifestè negamus, fuisse pœnitentia reuocatam: quia de aliqua pœnitentia etiam euidenter nõ constat, prout constare debet, l. cum hic status. §. pœnitentiam, in illis verbis, Si appareat euidenter defunctum reuocasse voluntatem. ff. de donat. inter vir. & vxor. cum voluntas in mente retenta nihil operetur, quinimo dicatur abortiua, vulg. l. si repetendi. C. de cond. ob causam. l. quidam cum filium. ff. de hæred. institu. c. 1. & ibi glos. de eo, qui mittit. in poss. & est notabilis textus in c. sicut semina. 32. quæstio. 2. vbi in dubio pœnitentia non præsumitur, cum sit facti, imò debet fieri interpretatio ad comprobandam donationem. text. est expressus in dict. l. cum hic status. §. pœnitentia. ff. de donatio. inter virum & vxor. per quem text. ita not. Socin. in l. si inter virum. col. 1. in 3. nota. ff. de reb. dub. & glo. in l. donatio. in verbo, Perseuerauerit. C. de donat. inter virum & vxorem. & qui vult dicere voluntatem mutatam, id probare debet, l. eum, qui. ff. de probat. Bald. in l. 1. C. de reuocat. donat. & ex præmissis videtur responsum adductis in contrarium in casu nostro per acutis. Albam cons. 55. cuius dictis non obstantibus contrarium tenuit Crau. cons. infrà scripto, & ita fuit iudicatum. Nec ex enunciata legitimatione subsequuta, potest argui donatorem pœnituisse dictæ donationis causa mortis, † cum inter se sint penitus separatæ, vt expressè dicit Bartol. in l. is potest. num. 8. ff. de acquir. hæred. vbi ius succedendi à iure filiationis separatum esse tradit, Socin. in rub. ff. de lib. & posthu. col. 4. versic. alioquin & quintò. & Bart. refert & sequitur idem Socin. cons. 246. col. 2. idcirco de vno ad aliud inferri non potest vulg. l. fin. ff. de calum. idque comprobari potest ex §. filium verò. in authen. quibus mod. natu. effic. sui. vbi legitimatio filij naturalis, non trahitur retro in præiudicium tertij. faciunt, quæ doctè scribit Traquell. in repe. l. si vnquam, in verbo, Suscepit liberos. num. 64. 69. & sequent. C. de reuocat. donat. & Port. in suis commun. conclus. lib. 1. c. 35. in 8. limita. vbi donatio non reuocatur per legitimationem subsecutam rescripto Principis, de qua infrà quarto articulo dicemus, quod ex infrà scripta, & quidem vera conclusione muniri arbitror: nam licet dominium rei donatæ causa mortis, in casu nostro, remaneat penes donantem, l. sed interim. ff. de donat. inter virum & vxor. attamen si donator post donationem aliquem

11 instituereret hæredem, in omnibus † eius bonis, non propterea diceretur reuocata donatio causa mortis, dicta l. cum hic status in princip. & l. 2. C. de donatio. cau. mort. per quæ iura ita expressè decidit Aret. in cons. 74. colum. penulti. versicu. ver. quartum dubium. quem refert & sequ. Crauet. cons. 144. num. 10. & Parisi. cons. num. 25. & 26. volum. 3. imò etsi in testamento esset adiecta clausula derogatiua ca & irritans, &c. non diceretur reuocata donatio causa mortis. Bar. in l. legatum. ff. de lega. 2. quem refert & sequitur Affli cilio. 275. num. 8. versic. & ideò. Parisi. 128. num. 39. volum. 1. post. Bal. Roman alios per eum relatos, quibus consentio gula l. quotiens. ff. de verbo. obligat. co milibus, de quibus per glos. ibi. & Dec cons. 77. colum. penult. Lupum in rub. de donat. inter virum & vxorem. incipiente, Ex casus. col. 2.

SVMMARIVM.

1 Legitimatio spuriorum an sit fauorabilis, & quo pretanda, pluribus sequentibus tractatur.
2 Per legitimationem, Princeps restituit filios spu primæuum ius naturæ, iure positiuo sublat.
3 Illegitimi status vitium vbicunque à iure diuino dit, tunc legitimatur per rescriptum Princ dicitur verè legitimatus, sed fictè, & potius satus.
4 Illegitimitatis vitium à iure diuino proceden tem à iure ciuili, pluribus sacrarum Scrip testimonijs copiosè ostenditur. & num. 5.
5 Vxores duas habere, iure diuino, præcipitur Nouæ auctoritate, prohibitum est.
6 Legitimatio spuriorum potius dispensatio cum dicatur esse contrarius commune.
7 Lex vel statutum, quantumcunq; generaliter recipit restrictionem de habilitate.
8 Dispensandi facultate alicui concessa, cum bus in qualicunque statu, non potest fieri cum prohibitis à iure diuino,
9 L. quidam prouincia. §. diuus. ff. de ritu nup & sequent.
10 Dictio, Perinde, denotat fictionem.
11 Tex. in §. liceat. in authen. quib. mod. natu sui. declaratur num. 12.
13 Castitas dupliciter consideratur, tam nentiæ, quàm matrimonij.
14 Continentia & matrimonium inter se pugn cuntur.
15 Naturalis legitimatus non dicitur verè legitim
16 Matrimonium sacerdotibus de iure diuino dicebatur.
17 Ruini opinio in cons. 75. numer. 19. volum. tur.
18 Ias. opinio cons. 40. vol. 3. reprehenditur.
19 Spurius natus ex coniugato & soluta, per

matrimonium non definit esse spurius propter defectum virginis.

40 Baldi dictum in l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. refellitur, dum vult cuilibet spurio inesse quandam naturalem legitimitatem.

41 Legitimatio verbum generale est, plures in se legitimationum species continens.

42 Legitimatio non valet, vbicunq; facta est absentibus spurijs legitimatis.

43 Ratificatio fieri eo tempore, quo posset fieri dispositio debet.

44 Ratificatio non operatur, quãdo non est integra, & aliqua mutatio est facta.

45 Ratificatio actum non conualidat in tertij præiudicium, cui ius quæsitum est.

46 Vasallo alienante saluo consensu domini, si dominus post mortem vasalli consentiat, talis consensus non præiudicabit agnatis, quibus ius erat quæsitũ per mortem alienantis.

47 Ratificatio ad hoc, vt legitimationem præcedentem conualidet, requiritur perfectam habere scientiam legitimationis tempore eo, quo ratificatio fit.

48 Ratificationis tempus non autem contractus inspici debet, nec retrotrahitur in tertij præiudicium.

49 Legitimatio facta, non habita mentione, quòd legitimans haberet agnatos, quibus donatio collata fuerit, in eorum præiudicium non iustinebitur.

DECISIO CXIX.

An donatio causa mortis reuocetur propter legitimationem filiorum spuriorum natorum ex coniugato & soluta, factam per rescriptum Principis. Et plura de legitimationis materia.

TERTIVS Principalis articulus est, an donatio causa mortis reuocetur, propter legitimationem filiorum spuriorum natorum ex coniugato, & soluta, factam rescripto Principis ex beneficio. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in quo articulo plures alij subingrediuntur: Primus an legitimatio talium spuriorum dicatur propria, & vera legitimatio, & sic fauorabilis, & extendenda, an verò ficta, impropria, & potius dispensatio, ea propter odiosa, & restringenda. secundus, an dispositio l. si vnquam. locum habeat in donatione causa mortis, vt reuocari possit legitimatione spuriorũ subsequuta. Et redeundo ad primum, quoniam notando, & disputando res optima ratione discernitur, l. munerum. §. mixta. ff. de muner. & honor. c. graue. 35. quæst. 9. & c. iudicantem. 30. quæst. vltima, putaui relatis hinc inde Doctorum opinionibus, rei veritatẽ addito iudicantium voto demonstrare.

Prima ergo facie dicendum videtur,
1 † legitimationem, de qua agitur, esse veram, propriam, fauorabilem, latèq; interpretandam, secundum gloss. fin. in authen. licet. C. de natur. lib. & in authen. vnde sumitur. §. fin. in verbo, Participium, argumento l. si quis, in principio. ff. de lega. 3. & l. queris. ff. de natalib. restit. & facit text. in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nupt. vbi dicitur, Principem posse legitimare spurios, & hanc partem tanquam magis communem tenuerunt Pali. inter consilia decẽ & septem. Socin. post alios per eum relatos in consi. 47. numero 36. volum. 4. Iaso. consi. 40. volum. 3. Rui. consi. 67. & 75. volum. 3. moti hoc fundamento, quòd differentia legitimationis, & spurietatis sit inducta de iure ciuili cum ex primæuo iure naturæ omnes nascerentur legitimi. §. liceat, in authen. quib. mod. nat. effic. legit. §. natura, & §. si quis ergo filios, in auth. quib. mod. effic. sui. & sic † Imperator, vel Princeps legitimando spurios simpliciter, non legitimat eos per aliquod medium facti videlicet fingendo super matrimonio, sed simpliciter tollendo ius positiuum, quo inducta fuit talis differentia, restituit eum ad primæuum iuris naturæ statum, d. §. liceat, cum alijs suprà allegatis: ita videtur sentire Bartol. in l. 1. in principio in 3. quæstio. ff. de acquirend. hæreditate. Aretinus in l. ex facto, colum. decima. ff. de vulgar. & pupil. quos refert & sequitur Ruin. consi. suprà allegatis, quibus addo Curti. Iun. consi. 1. post tractat. feud. colum. 10. versiculo quarta conclusio, & ad hoc facit subtilis doctrina Bald. in l. manumissiones. ff. de iust. & iur. vbi singulariter dicit, quod nullus est adeò spurius, quin etiam insit legitimitas naturalis, & cum legitimatur est legitimus, non factus, sed natus, non de nouo factus, sed detectus: & sic Imperator legitimando remouet solum nubeculam, quę dicebatur spurietas.

Sed præmissis & simil. bus, quæ in contrarium adduci possent, non obstantibus, contrariam opinionem in casu nostro veriorem, & magis communem esse sancitum fuit: quam primò comprobabo, deinde ad contraria descendam.

Et primò fundata remanet hæc opinio ex euitabili argum. infrascripto. Nam in
3 iure absolutum est, & clarum, † quòd quando vitium illegitimitatis procedit à iure diuino, tunc talis legitimatus rescripto Principis non est vere legitimus, sed ficiè, & potius dicitur dispensatus. At vitium

illegitimitatis ſpuriorum, de quibus agitur, procedit à iure diuino: ergo vere legitimi dici non poſſunt, ſed ficti, & potius diſpenſati. Maior propoſitio iſtius argumenti probatur ex vera, & communi concluſione, de qua per Iaſo. poſt Anton. de Roſ. Bened. de Blo. Lud. Roma. Cur. & alios per eum relatos, in l. ſi is qui pro emptore. numer. 276. ff. de vſucapio. vbi per quinque columnas antecedentes diſputat ad vtranque partem, tandem concludit in opinionem ſupraſcriptam, quem refert & ſequitur Curt. conſilio decimoſexto, colum. 5. 9. & in fin. vbi dicit iſtam eſſe meram veritatem, & ita fuiſſe concluſum per collegium Bononienſe, & conſultum per Bald. Ang. & Petr. fratres. & idem Curt. conſi. 65. colum. octaua. verſicul. nam quotiens. vbi poſt Bald. Angel. Paul. de Caſtr. diuum Bernar. Ioan. Mona. Anton. de Butr. Speculi. Archid. & Alexan. per eum relatos, expreſſè dicit, quod Imperator in caſu noſtro non poteſt inducere veram legitimationem propter impedimentum à iure diuino cauſatum. idem firmat in conſil. 18. & hanc opinionem ſequitur Alexand. conſil. ſecun. numero vigeſimoquarto, volum. 1. repetito conſi. 87. volum. 2. quem refert & ſequitur Socin. in conſi. 65. colum. fin. verſicu. tertium fundamentum. volum. 3. Deci. conſi. 288. numero ſexto. & conſi. 338. numero quarto & ſeptimo. & conſi. 579. poſt Anchar. Pau. de Caſt. Cor. & alios per eum relatos. quos omnes poſt Lud. de Sard. in tracta. legitimationis, & Præpoſitum in c. per venerabilem, qui filij ſint leg. refert & ſequitur Pariſ. conſi. 1. numer. 206. volum. 2. & conſi. 2. numero 22. eod. volum. Socin. Iun. conſi. 142. numer. 23. volum. 1. & conſil. 43. numer. 41. & conſi. 120. num. 17. & ſeq. volum. 2. addens ita tenuiſſe Angel. Areti. & And. Barbin. locis per eum allegatis, Alber. Brun. latiſsimè conſi. 15. loquens in legitimatione facta per Ducem Sabaudiæ. Capicius deciſ. 194. numero ſeptimo. Chaſ. in conſuetud. Burg. in verbo, De ſucceſſ. des baſtardes. §. 5. volum. 1. Ex quibus omnibus manifeſtè apparet, iſtam eſſe veram, communēq; concluſionem, & ex ea probari maiorem propoſitionem argumenti. Mi-
4 nor autem propoſitio, † quòd vitium illegitimitatis iſtorum filiorum, de quorum legitimatione agitur, procedat à iure diuino, etiam probatur, quia de iure diuino habēs vxorem ad aliam mulierem accedere, & cum ea coire non debet, etſi coierit, fornicator eſt & adulter, quia nullus de iure diuino admittitur coitus, niſi cum vxore, Gen. ſ. cap. 2. Exod. cap. 20. Deut. cap. 5. Matth. cap. 5. & 19. Paul. Corint. 1. cap. 6. & 7. & ad Epheſ. cap. 5. c. nemo ſibi blandiatur, & 32. q. 4. cap. non mechaberis. 32. quæſt. & c. fin. 32. quæſtio. 6. vbi diuus Auguſtinus interpretatur, vel mechaberis, id
5 non ibis ad aliquam aliam præterquam ad vxorem tuam, pulchra gloſ. in cle. ad noſtram, in verbo, Non eſt, † de hæret. nec eſt dubium de iure diuino, præcipue teſtamenti No. ui, licet duas habere vxores, Matth. cap. 5. c. gaudemus de diuor. quibus accedit text. in l. eum qui. C. ad l. Iuli. de adulte. in §. finitatis inſtitut. de nup. in authen. de nupte, & ſemi. §. neq; illo, verſicu. ſicut enim quis, & in authen. quib. mod. nat. eff. ſui. ſi vero effuſa. Io. Lupp. in tractat. de matr. leg. quæſtione, an liceat plures habere res. Nam filij talium non dicuntur filii eo nomine ſunt indigni. c. ſicut, & ea rorum. 32. quæſtio. 4. quibus cōuenit ſcribitur Sapientiæ c. 3. in fin. filij adu rum in conſumatione erunt, & ab thoro ſemen exterminabitur, his adiu tur text. in §. palam. & §. fin. in authen. mo. nat. offi. ſui. in auth. ex complexu. inceſt. nupt. & l. vulgo. ff. de ſtat. hom Quibus maiore & minore propoſitio ſic probatis, neceſſariò ſequitur iſtam timationem non eſſe veram, ſed fictam potius quandam diſpenſationem, prod odioſam ſtrictèq; intelligendam, c. per fili. presbyter. Pariſ. conſi. 12. numer. hoc comprobatur ex eo, q; legitima ſpuriorum eſt contra ius commune expreſſè prohibentur tales ſpurij le ri, l. lege. §. fin. & in authen. liceat. C. libe. §. fin. in authen. quib. mod. nat. per quæ iura decidit Socin. conſi. 95. ro vigeſimoprimo, volum. 4. & Bene Plomb. in diſp. incipiente, Statuto colum. 13. concludens, quod ex quo legitimatio eſt de genere prohibitorum, xime à iure diuino, & canonico, non ra nec propria legitimatio, ſed potiùs ſatio, vt concludit Ioan. Crot. conſi. 20. & ſeq. poſt Paul. de Caſtr. Cur. & collegiū Bononienſe, per eum allegatos.

Non obſtant in contrarium adducta, primò glo. in d. auth. licet. & in §. fin. quib. mod. nat. effi. ſuc. quia poteſt reſpon deri, glo. illas debere intelligi de legitima tione ſpuriorum, quibus vitium illegiti mitatis non procedit à iure diuino, ſed de le gitimatione ſpuriorum, quib. vitium illegi timitatis à iure ciuili, vel canōico poſitiuo

cedit, vt interpretationem recipiant de habilitate, † quia lex, vel statutum quantuncunque generaliter loquens, recipit restrictionem de habilitate, & idoneitate secundum glos. quam ad hoc notat Ias. post Angel. & alios per eum relatos in §. in persona. numer. 26. Instit. de actio. est glos. in §. nostra, in verbo, Quibuscunque verbis. & ibi Ange. Inst. de legatis, & ibi conuenit doctri. Bar. in l. 1. colum. 1. C. de sacr. sanc. eccl. de qua Ias. in loco præallegato mentionem non facit. Et in terminis nostris est decisio Bal. in l. filius à patre. §. fin. in vers. generaliter, in illis verbis, in qualicunque statu. ff. de libe. & posth. vbi dicit, illa verba generalia non referri ad prohibita de iure diuino, & naturali. † & ideo si sit concessa potestas alicui dispensandi cum quibuscunque qualicunque statu, non poterit dispensare in prohibitis à iure diuino & naturali, sed tantum in prohibitis à iure positiuo. Vel potest responderi quod glo. prædictæ non aperiunt, an tales legitimationes sint propriæ, & veræ, an fictæ & impropriæ.

Non nocet text. in l. quæris. ff. de nat. rest. quia loquitur in restitutione ad ingenuitatem, cui non obstat ius diuinum, & talis restitutio fit per quandam fictionem, vt expressè dicitur in l. 2. eod. tit. in versicu. perinde habetur, de qua dictione infrà proximè dicetur.

Nec obest l. qui in prouincia. §. dicunt ff. de ritu. nupt. quia legitimatio quæ fit per illum §. inducitur etiam per fictionem. & hoc demonstratur ex lectura d. §. maximè ex dictione, perinde, † quæ sui natura denotat fictionem, l. sacrilegij, & ibi glos. in verbo. condemnatus, circa medium ff. ad l. Iulia peculatus, Bartol. in l. si is qui pro emptore. numero quinto. ff. de vsucap. & ibi Ias. numero 274. Et sic ex prædictis duobus iuribus in contrarium adductis, quæretor quentur, apparet, quod legitimatus ex rescripto non dicatur verè legitimus, sed ficte. & si accurate ponderetur text. in d. §. diuus, probat opinionem negatiuam suprà firmatam, arguendo à maiori ad minus negatiue, quod argumentum est validum in iure, vt no. in l. 2. C. in quib. cau. restit. in integr. non est necess. Nam si in casu dicti §. in quo concurrunt, figura matrimonij, numerus liberorum, & diuturnitas temporis filij per rescriptum legitimati non sunt vere legitimi, sed ficte: ergo multo minus spurij, de quibus agitur, potuerunt dici vere legitimi, sed ficte, cum in eis non cadat figura matrimonij, nec diuturnitas temporis. de qua quæstione post hæc scripta legi conciuem nostrum doctissimum Nattam consi. 625. à nume. 1. vsque ad nume. 15. exclusiue.

Non obstat id, quod dicitur, differentiam legitimitatis, & spurietatis, esse introductam de iure ciuili, cum † ex primæuo iure naturali omnes indifferenter nascerentur legitimi, d. §. liceat cum similibus suprà ex aduerso allegatis. quia salua reuerentia tantorum patrum, iura ab eis allegata non probant id, ad quod citantur, imò totum contrarium, ita vt, si phas mihi sit dicere, non fuerint ab ipsis intellecta, & ne erubescam sine lege, & ratione loquendo, contra §. consideremus in authen. de trient. & & semis. omissis Ethnicorum veterum fabulis, præmitto mihi vnum in facto verissimum & vulgare, quod primi parentes humanæ naturæ fuerunt Adam, & Eua, inter quos ante filiorum procreationem, & peccatum commissum, contractum fuit Dei viuentis ministerio, matrimonium, vt in libr. Genes. cap. secund. in fin. habetur, & trigesimo secund. quæstio. secund. c. sicut non omnis. §. is ita. & in c. tolle charitatem versicu. Adam, de pœnit. distinct. 2. & in d. c. gaudemus de diuort. Prępos. Mediol. in rubr. de spons. & matri. in 3. quæstio. quibus primis parentibus sic matrimonio iunctis nati sunt primi filij Cain, Abel, & Seth, vt eodem libr. Genes. c. 4. Cognouit & Cain vxorem suam, quæ concepit & peperit Enoch, qui omnes, cum ex parentibus matrimonio iunctis nati fuerint, vere filij naturales & legitimi dici debent, l. filium. ff. de his qui sui vel alien. iur. sunt. & quamuis aliquos primorum patrum plures mulieres alijs viuentibus cognouisse, appareat, id non fiebat citra nomen, & effectum matrimonij, vt legere possumus de Lamech, Adæ trinepote, qui primus duas vxores eodem tempore habuit, Genes. d. cap. 4. inde, si legimus multiplicato genere humano, filios Dei cum filiabus hominum coisse, id etiam à principio non sine nuptijs fiebat, & legitur Genes. cap. sext. in illis verbis, videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant, † & hoc est, quod expressè vult text. in d. §. liceat, in illis verbis, sed antiquis parentibus, antiqui filij mox, vt procedebant, fiebant legitimi, & in dict. §. natura, & §. si quis ergo, in illis verbis, primis namque parentibus, primi filij similiter quidem liberi similiter autem legitimi à

natura fiebant, quę legitimitas non poterat procedere ex alio, quam ex eo, quia tales filij nascebantur ex parentibus matrimonio coniunctis, & sic ex coitu naturali licito, tamen c. vsus naturalis 32. quæstio. 7. & ista confirmantur ex subsequentibus verbis positis in d. §. liceat, ibi, attamen ad concupiscentiam diuersio naturales eis immiscuit, & in d. §. natura, in illis verbis, seruitutem namque inuenit bellum, naturales autem castitatis casus, id est defectus, secũdum glo. ibi, casus enim, siue defectus castitatis introduxit, quod aliqui filij sunt illegitimi, & naturales tantum, sequitur necessario, quod filij nati ante talem casum castitatis, nascebantur naturales, & legitimi, quia casus siue priuatio castitatis præsupponit eius habitum, vulgata l. decem. ff. de verbor. obligatio. & l. manumissiones. ff.
13 de iusti. & iur. vbi Bald. in 2. not. † nam castitas tantum duobus modis consideratur, primo respectu continentiæ Paul. ad Timo. c. 5. c. quis ignoret 32. quæstio. & 32. quæstio. 5. c. 132. quæstio. 8. c. non solum 30. quæstio. 5. c. qualis, & hoc capite continentur virgines & viduæ personæ vt dicit Præpos. in rub. de spons. colum. sext. in principio.

Secundo modo dicitur castitas seruari inter coniunctos matrimonio Paul. ad Tit. c. 2. 30. distinct. c. hæc scripsimus, & expressius in c. Nicena. 31. distinct. facit c. nuptiarum, c. de viduis, 37. quæstio. 1. c. Deus masculum, 31. quæstio. 1. & ibi gloss. & in auth. de no. elig. secundo nub. §. cum igitur, versicu. si vero intestatus, & in auten. quomodo oportet epi. §. hæc autem de Deo, Abb. in c. quod ad te, numero tertio. de cleri. coniug. post Bar. in l. mulier. §. cum proponebatur. ff. ad Trebell. Felin. in c. cum sit. numero decimotertio, de foro competenti, cum alijs infinitis similibus. Sed arguendo à sufficienti partium enumeratione, quod in iure est validum l. patre furioso, & ibi Bartol. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris, cogimur fateri filios natos ante casum castitatis, fuisse natos ex castitate resultante ex matrimonio, non ex castitate continen-
14 tiæ, † cum inter se pugnent matrimonium, & continentia, vt habetur apud Paul. d. c. 7. ad Corint. 1. in illis verbis, ꝑꝑ incontinentiam vestram, & in sequen. qui non potest se cõtinere nubat, melius est nubere, quam vri, Inn. in c. placet, de conuer. coniug. in fi. Hinc videmus nonnunquam continentiam & castitatem poni tanquam diuersa, vt apud Paul. ad Galat. c. 5. vers. fructus autem spiritus, & sic ẽt ex præmissis apparet erroneam esse opinionem dicentium differentiam legitimitatis, & illegitimitatis inuentam fuisse de iure ciuili, quia ante inuentum ipsum ius ciuile erat talis differentia, vt in auth. quib. mo. nat. effi. sui. in pr. quæ statim fuit causata cum homines à castitate conuersi sunt ad concupiscentiã, quod euenisse legimus ante diluuium tempore Noe. vt habetur Gene. c. 6. vers. videns autem Deus quod multa malitia hominum esset super terram, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malũ omni tpe, & c. hoc est quod voluit dicere tex. in d. §. liceat. vers. attamen ad concupiscentiam facta diuersio, naturales eis immiscuit, & in §. si quis ergo, in illis verbis ad concupiscentiam facta cõuersio, ius naturale eis inseruit, & hoc etiam probatur ex c. 20. Exod. & c. 5. Deut. non mechaberis, id est, ad aliam mulierem, præterquam vxorem tuam non ibis, secundum Aug. vt supra dixi, & propterea liquido conlig. ius illegitimitatis non fuit inuentum ius ciuili, sed à iure diuino, & naturali primauo, propter casum siue defectum castitatis, idcirco legitimatio filiorum naturalium facta Principis rescripto, quo restituuntur antiquo ingenuitatis & legitimitatis iuri, in d. §. liceat & seq. fit per quandam fictionem fingendo super matrimonio, quod tamen inter parentes filij naturalis poterat consistere, tanquam talis filius natus esset ex parentibus matrimonio iunctis, alioquin diceretur restitui ad primæuum naturalitatum & ius legitimorum, quæ primæuo legitimitas non ex alio proueniebat, quam ex eo, quod filij nascebantur ex viro & [illegible] vt latè supra diximus, quibus opitulatur quæ scribit Ioan. And. in Merc. c. sine [illegible] colu. 9. cuius verba transcribit Præpos. [illegible] tanta. col. 11. qui filij sint legiti. & ea quæ scribit Ias. in d. l. si is qui pro emptore. [illegible]
15 & seq. vbi tenet opinionem, † quòd naturalis legitimatus non sit vere legitimus, quia opinio multo fortius procedit in legitimatione taliorum spuriorum. Ex quib. omnibus suprascriptis remanet sublatum fundamentum Ruini & aliorum tenentium [illegible] stam esse veram legitimationem & [illegible] bilem, contra quorum opinionem est communis doctorum conclusio supra in probatione maioris propositionis relata, quam etiam seq. Ruin. d. consi. 67. nume. 4. in prima responsione post Host. & Io. And. [illegible] per venerabilem, qui filij sint legit. Vel potest etiam responderi, Ruinum in d. c. [illegible] 67. loqui in legitimatione filij sacer-

tis, prout etiam loquitur Socin. in cons. 47.
5 † quo casu spurietas non dicitur causata ex impedimẽto, ,pueniente à iure diuino, sed à iure canonico positiuo, vt habemus distinct. 31. fere per totam : & c. si quis amodo & seq. ac c. volumus, distin. 81. cum de iure diuino sacerdotibus non fuerit interdictum matrimonium, prout legitur Exod. c. 2. de Raguelle Rege & sacerdote regionis Madian: & in lib. Exod. cap. 6. vbi Aaron sacerdos accepit in vxorem Elysabet filiam Eminadab. legimus etiam diuum Petrum Apostolorum Principem vxorem habuisse, Matth. cap. 8. Paul. ad Timot. 1. c. 3. distinctio. 31. per totam Abb. in c. 1. & c. cum olim de cleric. coniug. hinc est quod etiam nunc orientalis ecclesiæ sacerdotes vxores ducunt, vt c. quoniam, distin. 31. Abb. in c. vt clericorum, numer. 5. de vit. & hone. cle. ideo nimirum si Papa seu Imperator possit legitimare filios sacerdotis, cum non impediantur à iure diuino, sed canonico tantum: ita concludit Alexand. in d. consil. 2. numer. 22. vol. 1. vbi tenet Papã posse dispensare cum constituto in sacris, quod matrimonium contrahat, quod etiam latè scribit Iaf. cons. 11. volum. 3. Abb. in c. cum olim de cler. coniugi.

Non obstat quòd Rui. in cons. 85. sentiret idem videtur in legitimatione spurij nati ex coniugato & soluta, † quia ipse Rui. in d. cons. 75. numer. 19. arbitratur tale impedimentum causatum esse de iure canonico quod tamen est falsum, vt suprà demõstrauimus in probatione minoris propositionis, quinimo præsupponit idem Rui. loco suprà citato quod si impedimentum esset causatum à iure diuino, quod nec Papa posset legitimare, per not. in c. ex publico de conuer. coniug. & in c. fin. de sponsa. duorum. Non obstat consi. Vincentij Paleoti insertum inter consilia Curt. cons. 17. quia imò ipse Paleotus sequitur opinionem Curt. in d. cons. 16. & licet in 3. col. videatur tenere, quod Imperator possit legitimare filium presbyteri, attamen non contrariatur communi conclusioni cùm in tali spurio non subsit impedimentum causatum à iure diuino, vt supra diximus.

Nec vis facienda est in scriptis à Iaf. in
18 d. cons. 4. vol. 3. vbi dicit tale † impedimentum non esse considerabile, cum sit per accidens, & quod sufficit potuisse consistere matrimoniũ aliquo tempore antè vel pòst, arguendo de legitimatione ad arrogationem, & allegat text. §. sed & illud & ibi glos. in verbo, Spadones Inst. de adop. quia salua reuerentia tanti viri, qui contrarium sentit in rub. & in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. diuersa est ratio in casu nostro, nam impedimentum, de quo in d. §. erat impedimentum accidens, causatum facto hominis, ideo nimirum si lex ciuilis contra tale factum hominis inducit illam dispositionem, sed in casu nostro impedimentum causatur à lege & prouidentia diuina, & naturali, vtsupra demonstrauimus, ideo non potest Princeps maximè secularis contra illud disponere. §. sed naturalia, ibi, diuina quadam prouidentia. Inst.
19 de iur. nat. genti. & ciui. † & contra Iaf. est tex. apertus in c. tanta, qui filij sint legitimi. vbi expressè dicitur quod si vir viuente vxore sua, aliam cognouit, & ex ea prolem susceperit, licet post mortem vxoris eandem duxerit, nihilominus talis filius erit spurius, & ab hæreditate repellendus. & facit l. Paulus. ff. de stat. hom. & §. fi. Inst. de nup. & licet aliquo tpe potuerit extare matrimonium nihilominus isti adhuc remanent spurij, nec efficiuntur verè legitimi propter defectum originis: ita nominatim dicit Ioan. Crotus cons. 113. nu. 21. concludens quòd cũ tempore natiuitatis spuriorum nõ potuerit esse matrimonium lege diuina prohibente nõ potest dici, quòd hæc sit legitimatio sed dispensatio, quia cum non potuerit à principio esse veritas matrimonij, nec imago potest fingi, l. 1. C. de nat. lib. toll. post Paul. de Cast. Bal. & collegium Papiense per eum allegatos. Paris. d. cons. 12. nu. 206. & seq. volu. 2. post Deci. Soc. Alex. & alios per eum relatos. His accedit tex. in c. dicat aliquis. 32. q. 4. vbi post Sapie. c. 3. dicit, tales filios esse in abominationem Deo, & nimirum, si etiam lex ciuilis illos nec naturales appellat, d. Auth. ex complexu. si ergo tales spurij non efficiuntur legitimi, etiam per subsequens matrimonium, quo omnis macula abstergitur, & ex quo vera & originaria, ac potentior inducitur legitimatio, d. c. tanta. cum ibi not. & in d. c. per venerabilem & in auth. quib. mo. naturales effi. legitimi in prin. & l. cum quis & l. seq. C. de nat. lib. ergo nec poterunt per rescriptum vere legitimari, arguendo à maiori & potentiori ad minus negatiue, quod argumentum validum est in iure c. si ergo, 8. q. 1. & ibi gl. & in in l. 2. C. in quib. caus. in integ. rest. non est necessaria. Euer. in suis locis legali. c. 66. his conueniunt quæ infrà statim ponam rñdendo ad dictum Baldi in d. l. manumissiones. Et ex istis remanet firmata cõis conclusio quod istanon sit vera legitimatio, non con-

siderata prædicta dicta differentia vt prædictum est, an sit facta à supremo Principe, vel ab inferiore, quia Docto. supra allegati non faciunt hanc differentiam: nam Dec. in cons. 576. loquitur in legitimatione siue dispensatione Papæ, Chass. expressè loquitur in Imperatore, Bru. in d. cons. 15. loquitur in legitimatione facta à Duce Sabaudiæ, concludens in eo casu non esse legitimationem sed dispensationem.

Nec mouet doctri. Bal. in d. l. manumissiones, quia est falsa, & contra communem opinionem, vt supra demonstrauimus, &
10 sine lege loquitur, † imò inquantum asserit, cuilibet spurio inesse quandam naturalem legitimitatem, dicit expressè contra text. in l. si adulterium. §. 1. in illis verbis, cum incestum iure Gentium prohibitum admiserit. ff. ad l. Iul. de adulter. & in l. si quis posthumos. §. sed si ex ea. ff. de lib. & posth. quæ iura vti opposita, allegat gloss. in d. l. filius à patre, in verbo. statu. eod. tit. de lib. & posthu. quæ tandem fędere distinctionis illa concordat, concludens, quod aut matrimonium impediebatur iure diuino, vel naturali, vt in casu dictarum ll. si adulterium, & l. si quis posthumos, & tunc non valeat dispositio, aut matrimonium impediebatur à iure ciuili tantum, vt in in casu d. l. filius à patre, & tunc dispositio teneat. Quo vero ad id quod scribit legitimatum, cum legitimatur, esse legitimum, non factum, sed natum, &c. manifestè pugnat aduersus tex. in authen. quib. mo. nat. effi. sui. §. palam. in illis verbis, alij vero hoc prius non habentes, postea fiunt, & in §. filium vero. in §. reliqui, in illis verbis, legitimum ius prębentes eis, qui erant primitùs naturales, & §. discretus, cum alijs similibus ex quibus omnibus clare apparet, esse veram, & communem opinionem, quod Princeps non possit vere legitimare spurium, quando talis illegitimitas causatur à iure diuino.

11 Non obstat, † quod multi consulendo dixerint istam esse legitimationem, quia verum est, intelligendo large & in genere: nam verbum, legitimatio, est verbum generale, continens in se species legitimationum, quarum alia est restitutiua, alia collatiua, alia dispensatiua, seu habilitatiua, vt not. per Docto. in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, vbi etiam tex. promiscue vtitur verbo, Legitimationis, & dispensationis, & ideo potest & debet accipi secundum subiectam materiam, agum. l. insulam. ff. & pręsc. verb, & l. si vno, in princip. ff. loca. prout etiam videmus in adoptione & arrogatione, cognatione & agnatione. Sed propriè, & strictè loquendo, illa dicitur vera legitimatio, quæ per matrimonium antecedens vel subsequens fit, vel etiam per rescriptum Principis potestatem ad id habentis, dummodo non obstet impedimentum à natura, vel à lege diuina causatum, quia tunc propriè non potest dici legitimatio, sed dispensatio, seu habilitatio iuribus & rationibus supra allegatis.

Præterea dato & non concesso, quod tale priuilegium contineat veram legi-
22 mationem, † attamen huiusmodi legitimatio non valet, facta absentibus prętensis spurijs legitimatis. §. generaliter in authen. quib. mod. nat. effi. sui. Dec. consi. 661. numer. 10. & hoc est quod pro indubitato firmat Brun. in d. consi. 15. colum. 2. versi. 3. videtur ista legitimatio corruere, [illegible] Angel. Sign. Cur. ac alios per eum [illegible] dicit, talem legitimationem corruere, [illegible] quo fuit facta absentibus dispensatis, [illegible] legitimatis, & licet conualidetur per ratificationem, teste Tiraq. latè in tracta. de [illegible]
23 c. 6. num. 29. attamen † talis ratificatio debet fieri tempore, quo dispositio fieri possit alias corruit, quia extremum à quo non habile, secundum Bar. in l. bonorum. ff. [illegible] rat. hab. Corn. consi. 110. colum. penult. [illegible] ra M. volum. 2. Dec. in l. contractus, [illegible] semper qui non prohibet. nu. 17. ff. de [illegible] iur. & ibi Cagnol. qui plures concordantes allegat, & cumulatius Tiraq. in lib. [illegible] tract. §. 1. glo. x. num. 85. vbi more [illegible] mos Doct. allegat. Paris. cons. 77. [illegible] 39. volum. 1. & ad hoc conuenit, quod [illegible] loan. Andr. in reg. c. sine culpa. colum. [illegible] versi. ad tertium argumentum, loquens legitimato, quod in fictionib. quo ad principium trahi debent, oportet quod eadem causa & essentia perseueret, Dec. cons. [illegible] in fin. & Socin. consi. 77. numer. 114. & [illegible]
24 volu. 1. vbi post Bart. & Alex. dicit, † quod ratificatio nunquam operatur, quando res non sunt integræ, & aliqua mutatione est facta, arg. d. l. bonorum. Alex. consi. 78. nu. 10. volum. 5. vbi post Barto. in l. si vxor. §. si quis vxorē. ff. ad Iul. de adulte. & alios per eum allegatos, concludit, quod ratihabitio tunc trahitur retro, quando res est integra, & in eo statu in quo erat, quando initio fuit gestus ille actus, qui ratificatur alias non, quem refert & sequitur Dec. consil. 247. colum. penult. vers. tertio bene [illegible] & seq. & consi. 226. numer. 6. & seq. [illegible]

dipotest, quod scribit Alexan. in cons. 24. num. 20. vol. 5. quod donatio facta absentibus, non potest ratificari mortuo donatore, Rub. cons. 132. & innumeri Doctores coacervati per Tiraquel. in d. tractat. de retract. lignagier, in verbo, De dans lan. §. 1. glos. 10. num. 85. sed in casu nostro huiusmodi ratificatio fuit facta post mortem patris, quo tempore non potuit fieri dispensatio, siue legitimatio, tanquam re nõ existente in eodem statu: ergo non valet ipsa dispensa-
5 tio, siue legitimatio. Et dato † quod ratificatio post mortem fieri possit, & eo tempore facta cõualidaret talem dispensationem, siue legitimationem, non tamen retrotrahitur in præiudicium donatariorum, quibus est ius quæsitum formaliter, per mortem donantis, secundum gloss. ordinariam in c. ratihabitione, de reg. iur. lib. 6. cui conuenit doctrina Andre. Iser. in titu. de prohib. feud. alien. per Fed. in princip. col. 7.
6 † vbi mortuo vasallo alienante saluo consensu domini, si dominus consentiat, talis consensus non præiudicat agnatis, quibus ius erat quæsitum per mortem alienantis, & ibi sequitur Alciat. & Præpos. quia talis consensus non retrotrahitur, nec valet in præiudicium tertij, & Iser. sequitur Deci. cons. 144. col. 1. & 2. Afflict. decis. 335. num. 12. & Paris. cons. 14. num. 3. volum. 1. Natta cons. 504. num. 20. sed tantum sumit vires à tempore ratihabitionis, vt firmat Bart. in l. obseruare. ff. de offic. proconsul. quem ad hoc propositum refert & sequitur Decius cons. 367. num. 4. post Alex. in d. cons. 78. num. 16. & 17. volum. 5. & ita etiam consuluit Ruin. cons. 72. num. 8. & sequent. vol. 3. post Barto. in l. si indebitum. §. fin. ff. rem
7 rat. hab. vbi loquitur etiam in infante, † & ad hoc, vt talis ratificatio post mortem facta, conualidet præcedentem legitimationem, requiritur, quod tempore ratificationis habuerint de legitimatione scientiam, & claram notitiam, per inspectionem Instrumenti legitimationis: ita cõcludit Ruin. post Specul. & Paul. de Castr. per eum allegatos, cons. 71. num. 5. volum. 3. nam talis legitimatio respectu ratihabitionis non dicitur vera legitimatio, sed ficta, vt concludit Ruin. post alios per eum allegatos, in d. cons. 75. num. 10. volum. 3. & præmissis conueniunt latè cumulata à Tiraquel. in suo tractat. de retract. lignagier, de dans l'an. § 1. glos. 10. num. 63. & sequent. vsque ad num.
28 72. concludente, † ratihabitionis siue ratificationis tempus, non autem contractus inspici debere, & non retrotrahi in præiudicium tertij, & Soci. Iun. in d. cons. 77. num. 118. & 119. volum. 1. quo fit, vt ex isto solo capite, etiam dato, quod legitimatio omni ex
29 parte esset valida, † non potuerit præiudicare, nec nocere ipsis donatarijs, & eius hæredibus, in bonis donatis, cum solum sumat vires à tempore ratihabitionis, & sic post mortem donantis, præsertim cum legatur facta, non habita mentione, quod legitimans haberet agnatos, maxime quibus dos hasset, quo casu non valet in eorum præiudicium, secundum Alex. cons. 25. numer. 10. volum. 1. cui adstipulantur, quæ scribit Ioc. Crotus cons. 78. numer. 15. & sequent. vbi multis iuribus concludit rescripta mandata, & concessiones Principis semper debere intelligi cum iustitia & sine præiudicio tertij, motus ex l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loc. pub. & l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. præsertim non uocatis seu citatis ipsis donatarijs, quibus ius erat quæsitum, vt idem Crotus sentit dict. cons. 113. num. 22. & 23. & ex præmissis concluſum extitit, assertam legitimationem seu potius dispensationem, non præiudicare donatarijs prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis an reuocetur propter legitimationem filiorum spuriorum ex beneficio l. si vnquam. C. de reuoc. donat. & plurib. num. sequent. tractatur.*

2 *Donationes causa mortis ad instar legatorum in omnibus redactæ non sunt.*

3 *Donatio inter viuos reuocatur propter superuenientiam liberorum, quod multò magis in donatione causa mortis dicendum videtur.*

4 *In exorbitantibus ex identitate rationis fit extensio, & num. 12.*

5 *L. si quis argentum. C. de donat. dispositio ad donationem causa mortis trahitur, & num. 14.*

6 *L. si vnquam. C. de reuocand. donat. verba declarantur, vt donationem causa mortis non comprehendant. & num. 8.*

7 *Priuatio habitum præsupponit.*

9 *Vbi aliquid non simpliciter, sed cum adiuncto, & cum aliqua qualitate proponitur, illud non dicitur propriè & verè tale.*

10 *Conditio apposita in aliquo actu, censetur causam sufficientem inducere.*

11 *Lex alienatum. §. donationis. ff. de verbor. significat. declaratur.*

12 *Donationis inter viuos & donationis causa mortis diuersitas rationis affertur, cur beneficium l. si vnquam. C. de reuocand. donat. locum non habeat in donatione causa mortis, quemadmodum inter viuos.*

13 *Minori non datur restitutio aduersus donationem causa mortis, eum posse eam ad libitum reuocare.*

DECISIO CXX.

An donatio causa mortis reuocetur ex dispositione l. si vnquam. C. de reuocand. donat. & an reuocetur legitimatione spuriorum, quibus ius diuinum & naturale resistit.

QVartus articulus erit, an donatio causa mortis, de qua agimus, reuocetur propter assertam legitimationem dictorum spuriorum sub sequutam ex beneficio l. si vnquam. C. de reuoc. donat. de quo suprà in secundo articulo perfunctoriè aliquid diximus. Et quia ad huius quæstionis veritatem indagandam duo sunt discutiendi articuli. Primus, an donatio causa mortis reuocetur ex dispositione d. l. si vnquam? Secundus, posito quòd reuocetur propter
1 natiuitatem filiorum legitimorum, † an reuocetur legitimatione spuriorum, maximè quibus ius diuinum & naturale est impedimento? idcirco non extra rem erit, illos discutere. Et redeundo ad primum, in eo variæ fuerunt opiniones relatæ à Rippa in repet. d. l. si vnquam. in 10. quæst. vbi dicit distinguendum, prout in legatis, de quibus loquitur in 19. quæst. in qua distinguit, arguendo à dispositione auth. ex causa, ad casum nostrum: quod aut filius est ignorans ter præteritus, & tunc reuocentur legata, & sic pariter do natiò causa mortis, aut sciens, & tunc non reuocentur legata, nec donatio causa mortis, in quo articulo de legatis copiosè scripsit Tiraquel. in sua repetit. d. l. si vnquam. in versicu. donatione largitus. quæst. 14. num. 207. & sequen. vbi relatis hincinde opinionibus, propter earum inter se pugnantiam in neutram partem concludit, sed se remittit ad scribentes, in d. auth. ex causa. omissa igitur quæstione
2 de legatis, † ad quorum instar non ita passim redactæ sunt donationes causa mortis, vt habetur in glos. in l. Marcellus. §. fina. in verbo, Reuocatæ. ff. de donat. causa. mort. & in §. 1. Insti. de donat. & latè Dec. in l. non omnis. num. 14. ff. si cert. petatur. vbi dicit, legata non reuocari sola pœnitentia. Et reassumpto articulo donationis causa mortis: videretur dicendum, donationem causa mortis reuocari ex benefic. d. l. si vnquam, argu. not. per Bar. in l. filio præterito. colum. 4. versic. præterea. ff. de iniust. rupt. test. vbi
3 dicit, quod † si donatio inter viuos, quæ maiori nititur firmitate, reuocatur superuenientibus liberis: ergo multò magis debet reuocari donatio causa mortis, quo argumento ita demerminat Paul. de Castro in cons. 434. in fin. in antiqu. dicens, expresse donationem causa mortis reuocari beneficio l. si vnquam. & hanc opinionem sequitur Corne. in cons. 244. litera G. volum. 2 addens duas rationes: tum quia l. si vnquam generaliter loquatur, & sic debeat generaliter intelligi, vulg. l. generaliter. ff. de leg. præst. cum etiam valeat argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, vulg. l. ex legati causa. ff. de verbo. obliga. quorum opinionem coadiuuare videtur Tiraq. in d. repet. vers. donatione largitus, quæst. num. 199. ex text. in l. alienatum. §. donationis. ff. de verbo. signific. vbi donationis verbo simpliciter loquendo continetur etiam donatio causa mortis.

Nec obstat, quod lex, si vnquam. enim
4 tans sit, † quia in exorbitantibus ex ultimitate rationis fit extensio, vulga. l. libertus. §. Senatusconsulto. ff. de ritu nupt. & ibi facit secundum Tiraq. num. 200. l. si quem gentum. C. de donatio. quæ licet sit exorbitans à iure communi in eo, in quo dispon. ex nudo pacto donationis oriri actionem vt dicunt Bal. & Ang. in l. Iurisgentium. sed cum nulla. ff. de pact. glos. Bald. & Acolum. 1. in l. si certis anni. C. de pact.
5 man. cons. 407. † tamen trahitur etiam donationem causa mortis, secundum glos. in l. cum pater. §. Mœuio. in verbo, Donabat. & in verbo, Reuocaretur. ff. de legat. cum similibus.

Istis tamen, & similibus non obstantibus puto contrariam opinionem de iure communem, & magis cõmunem, quam primo niam, deinde contrarijs respondebo. hac opinione primò facit reg. cui non ueniunt verba, nec etiam conuenit eius spositio, vulg. l. 4. §. totiens, & ibi Bar. ff. damno infecto, cum similibus abunde mulatis per Tiraq. in repet. d. l. si vnquam in verbo, Libertis. nu. 2. sed donationi sa mortis non conueniunt verba d. l. si quam: ergo non conuenit eius dispositio quod autem non conueniunt verba, pro
6 ret, † quia text. loquitur de donatione, qua fuit translatum dominium in donatarium, prout liquidò demonstrant illa verba, totum quicquid largitus fuerat, reuertatur eiusdem donatoris arbitrio, & ditione mansurum, quæ verba non possunt aliter interpretari, nisi in donatione pura & propr ex qua res donata confestim facta est do tarij, quod fieri nõ potest, nisi accedente minij trãslatione per rei traditionem, l. de

de donat. iuncta l. traditionibus. C. de pact. & hoc est, quod voluit textus in d. l. si vnquam. iuncta glos. in verbo, Reuertatur, id est, ipso iure, & sic vendicabit, vel condicet possessionem rerum donatarum, quem ita etiam notat Bar. in l. quisquis. C. de omni agro deser. lib. 12. & ibi Ioan. de Platea. vbi verbum, Reuertatur, significat translationem dominij à donatario in donantem, & sequitur Socin. in l. 1. in fi. & ibi Dec. num. 11. C. de pact. & Rippa in d. l. si vnquam. quæst. 40. † Nam sicut priuatio rei donatæ præsupponit habitum in donatore, l. decem. ff. de verb. obliga. cum concord. alleg. per Ias. in l. non erit. §. si neque. num. 6. ff. de iureiur. ita reuersio rei donatæ ad donantem præsupponit ante priuationem: ita not. Bald. singul. in d. l. manumissiones in 2. not. ff. de iusti. & iure. & facit in arg. tex. in l. remittit. ff. de iureiurand. vbi iuramentum non dicitur remissum à parte, nisi fuerit susceptum, quæ verba nullomodo possunt adaptari, nec conuenire donationi causa mortis in casu nostro, in quo res donata non abijt à donante, sed eius dominium apud eum remanet, qui donauit, d. l. sed interim, in prin. ff. de donat. inter vir. & vxor. quia eo casu donans se habere maluit, quam eum, cui donat. l. 1. & l. Senatus, in princ. ff. de don. caus. mort. & Insti. de donat. in princ. & propterea non conuenit dispositio d. l. si vnquam. donationi causa mortis.

Secundò probatur l. si vnquam. non habere locũ in donatione causa mortis, † quia d. l. est omnino exorbitans à iure communi, quo donatio perfecta non potest reuocari, l. 1. vers. igitur. ff. de donat. l. si donationem. C. de reuoca. donat. cum alijs cumulatis per Tiraqu. in d. l. si vnquam. in verbo, Libertis. num. 17. & 22. & Rippa in d. l. si vnquam. quæstio. 1. & 2. quo fit, vt veniat restringenda, non autem extendenda, vulg. l. ius singulare. & l. quod verò contra. ff. de leg. & c. quæ à iure communi, de regul. iuris, lib. 6. & hoc fundamento motus consuluit Corne. cons. 244. litera G. volum. 2. vbi post Imol. in l. filio præterito, dicit l. si vnquam. non esse trahendam in consequentiam, & expresè Steph. Beltr. cons. 83. col. 2. vol. 2. Rube. in casu nostro cons. 3. vbi in individuo super hoc casu consuluit, quos, Beltrandum & Rubeum, sequitur Tiraque. in d. l. si vnquam. in verbo, Donatione largitus. quæst. 13. num. 106. quibus addo Rui. cons. 123. num. 7. volum. 1. & cons. 62. nu. 12. vol. 2. vbi expresè tenet, donationem causa mortis non reuocari ex beneficio l. si vnquam, & idem firmat Alex. cons. 40. num. 12. vol. 4. & in cons. 162. num. 4. volum. 6. Ias. cons. 171. col. 2. versic. sed præmissis, vol. 4. vbi expresè dicunt, l. si vnquam. non habere locum in donatione, quæ non sit propria: ergo non haberet locum in donatione causa mortis, cum non sit propriè donatio. d. l. 1. §. 1. ff. de donationib. per quam l. ita not. Ang. in d. l. si vnquam, & idem firmat Bart. in l. filiusfamilias. num. 1. ff. de donationibus. & ad hoc facit doctrin. Bar. in l. 9 Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 3. † vbi quando aliquid non simpliciter, sed cum adiuncto, vel aliqua qualitate proponitur, illud non dicitur propriè, & verè tale, facit l. spadonem. §. qui accepit. ff. de excus. tuto. vbi Bald. & Io. de Plat. in l. vacuatus. C. de decurionib. lib. 10. Ias. in l. 1. in princ. num. 7. ff. si ex nox. causa aga. Socin. in l. 1. §. per seruum. col 1. ff. de acquiren. poss. Et hæc comprobantur ex eo, quod idem Bar. voluit in d. l. 1. in fi. quod statutum loquens de donatione simpliciter, debet intelligi de propria, & non de donatione causa mortis, quem ibi sequitur Alex. in apostil. & in d. l. filiusfamilias in fin. vbi post Imol. allegat idem tenere Bal. in cons. 61. lib. 3. idem firmat Ias. in l. si tibi pecuniam, colum. 2. not. 2. ff. si cert. petatur. Angel. in l. fin. C. de donat. causa mort. prædicta corroborantur ex eo, quod donatio causa mortis, est donatio sub conditione, d. l. 1. §. dat aliquis. ff. de donat. & propterea dicitur donatio ob causam, scilicet, si moriar, vt expresè dicit glos. in principio, in verbo, Pœnituisset. Institu. de do- 10 nationibus. † quia omnis conuentio, & actus, qui fit sub conditione censetur habere causam sufficientem, & ipsa cõditio est eius causa sufficiens. l. hoc iure. §. fin. & ibi glos. in verbo, Donationem. ff. de donat. quem text. ad hoc not. Bar. in l. à Titio, in princi. ff. de verbo. obligat. & in l. cum ad præsens. ff. si cert. petatur.

Non obstant in contrarium adducta, & primò, quod dicit Paul. de Castro, in dict. cons. 434. in antiqu. quia fundat se in scriptis à Bar. in d. l. filio præterito, qui non loquitur in donatione causa mortis, sed in legatis, dependentibus ex testamento, quod rumpitur præteritione posthumi ignoranter facta, ideò nimirum si legata ex eo dependentia rumpuntur, secundum Barrol. ibi. col. 3. ita respondet Tiraquel. in d. versic. donatione largitus. quæst. 13. num. 198. remissiue tamen, & ideò bonum non est argumentum, maximè in correctorijs, à maiori ad minus, vbi potest assignari diuersa ra-

sa ratio, & diuersæ sunt species secundum Deci. & Cagnol. in l. non debet, cui. ff. de reg. iuris, & conuenit glos. in clem. ne Romani. in verbo, Potestatis. de electio. Præterea non est semper bona similitudo donationis, allegata per text. in l. cum mater. ff. de inoffic. test. per quem text. ita expressè not. Socin. in rub. ff. de liber. & posthum. in fin. & facit quod dicunt Doctor. in l. sciendum. ff. de lega. 1. Bened. in c. Raynutius, in verbo, Testamentum 4. num. 36. de test. vbi dicit in donatione causa mortis non requiri aditionem hæreditatis, secus in legato, post Bartol. in l. in mortis, in fin. ff. de donation. causa mortis. licet forsan in casu nostro secus sit, cum conferant effectum suum post mortem, & sic æquiparetur legato, vt suprà diximus in secundo articulo.

Non obstant rationes Corn. in d. cons. 244. volum. 4. videlicet, quod l. si vnquam generaliter loquatur, & argumentum valeat à contractibus ad vltimas voluntates, quia expressè negatur, l. si vnquam. generaliter loqui: quinimò verba illius adaptari non possunt, nisi ad donationem puram, & propriam, & sic inter viuos, vt suprà demonstrauimus, & argumentum à contractibus ad vltimas voluntates non procedit, vbi est diuersa ratio, l. pactum inter hæredem, & ibi Bartol. & Ias. ff. de pactis. quod autem sit diuersa ratio in donatione causa mortis, infrà clarè demonstrabimus.

11 † Non obstat text. in l. alienatum. §. donationis. ff. de verbo. signific. quia multifariè potest responderi. Primò, prout respondet Bart. in l. filiusfamil. in princ. in 2. oppo. ff. de donatio. vbi respondendo ad d. l. dicit, quod ibi ponitur genus alienationis, ideò donatio causa mortis comprehenditur. Vel potest responderi, l. illam loqui in verbo, donationis, simpliciter prolato, quod vti genus potest continere donationem causa mortis, & quamlibet aliam donationem, sed l. si vnquam. non loquitur simpliciter, quinimò de propria donatione, pro qua res donata fuit effecta donatarij, licet propter superuenientiam filiorum reuertatur ad donantem, vt suprà prox. dixi. Vel etiam tertiò potest responderi, §. donationis, intelligi debere respectu temporis, quo donatio ipsa causa mortis effectum sumit, quod contingit, quando nulla amplius est spes resolutionis donationis causa mortis: ita illum §. ibi interpretatur Alciatus, vir in omni scientia eruditissimus.

Non obstat, quod in exorbitantibus ex identitate rationis possit fieri extensio de
12 casu ad casum, † quia illud verum est, vbi est eadem ratio, sed vbi est contraria, aut saltem diuersa ratio, non potest de vno ad aliud inferri. vulg. l. finali. ff. de calum. & interpositas. C. de transactio. quod autem sit diuersa ratio in donatione inter viuos, à donatione causa mortis, luce clarius apparet, quia illa ab initio pura & propria, hæc conditionalis, & impropria: illa irreuocabilis, hæc verò ex arbitrio reuocabilis: nam ratio l. si vnquam, secundum Bar. & communiter Doctor. est quia si donans cogitasset se filios suscepturum, non ita pure irreuocabiliter donasset, & ideo propter talem præsumptam voluntatem lex videtur non posse à donatore tales perpetuas & irreuocabiles donationes reuocari, [illegible] tis regulis iuris communis, cum res donatæ amplius non essent in arbitrio & ditione donantis, voluit prouidere, vt per superuenientiam filiorum reuerterentur res donatæ in arbitrio & ditione donantis, & hoc necessariò infert text. in d. l. si vnquam, in illis verbis, reuertantur, in arbitrio & ditione mansuræ. Ergo arguendo à contrario sensu, quod in iure est validissimum, vulg. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius. & l. quod testamento. §. mulier, & ibi glos. in verbo Argumento, dicens, contrarium sensum legis pro lege accipi. ff. de testamentis, vt res donata semper mansit in arbitrio, & dominio donantis, non habet locum distinctio d. legis, sed contraria. at in donatione causa mortis res donata semper remansit in arbitrio donantis, & talis donatio [illegible] potest per pœnitentiam, vt in d. l. 1. ff. de donatio. causa mortis. & Instit. de donatione in princ. ergo in ea non militat eadem ratio, de qua in d. l. si vnquam, & ad hoc facit
13 quod dicitur † minori non dari restitutionem aduersus donationem causa mortis seu testamentum, cum possit ad libitum reuocari, glos. est ad hoc not. in l. Aurelius. §. Gayus inter legitimam. ff. de lib. leg. [illegible] l. 1. §. fuit quæsitum, & ibi Alex. col. [illegible] & Ripp. num. 31. ff. ad Trebellia. [illegible] frater. num. 2. C. qui testa. fac. possunt, quod innumeris auctoritatibus comprobat Tiraquel. in d. l. si vnquam, quæst. 13. num. [illegible] Dec. in l. non omnis. num. 14. ff. si cert. pet. Et istis adstipulatur alia ratio, quia vt suprà diximus, remedium istius legis est exorbitans, & extraordinarium, ideò debet cessare, vbi remedium ordinarium potest competere. vulg. l. in causæ, la secunda, in p[illegible]

ff. de mino. cum similibus ibi not. per glos. & ita in casu nostro firmat Dec. in d. l. non omnis. num. 14. dicens, quod cum donatio causa mortis posset reuocari via ordinaria per pœnitentiam, non opus est extraordinaria reuocatione.

Non obstat l. si quis argentum. §. sin autem. C. de donat. iuncta glos. in d. §. Mœuio l. cum pater. ff. de lega. 2. de qua plura scribit etiam Ias. in §. in personam. num. 57. & sequent. Institu. de actionib. quia in eo casu natiuitatis actionis, siue nascatur ex nudo pacto, siue condictione, ex illa l. eadem vr get ratio in donatione causa mortis, sicut in donatione inter viuos, secus autem in casu nostro, vt suprà demonstrauimus: ita reperi post hoc responsum perfectum respondere Romanum, in l. 1. colum. vlt. versicu. quartò nota. ff. de donatione causa mortis. & sic ex præmissis apparet veram & communem esse conclusionem, donationē causa mortis non reuocari ex dispositione legis, si vnquam. C. de reuocandis donationibus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis an legitimatione spuriorum per rescriptū Principis facta reuocetur. Rippæ distinctio affertur, & num. 2. communis opinio traditur, non reuocari donationem per rescriptum Principis subsequutam.*

3 *L. si vnquam. dispositio longo tempore, legitimationis formam à Iustiniano per rescriptum Principis introductam præcessit.*

4 *Argumentum à speciali in iure validum est & firmum.*

5 *In legitimatione per subsequens matrimonium, speciale est, vt per eam reuocetur donatio.*

6 *Legitimatus per rescriptum Principis, non dicitur proprie, & vere legitimus.*

7 *Socini opinio in cons. 226. in 2. volum. & aliorum tenentium per legitimationem ex rescripto Principis donationem reuocari, declaratur, & quomodo intelligenda sit, copiosè ostenditur.*

8 *Ratio diuersitatis cur legitimatus præteritus, vel non iusta ex causa exhæredatus, testamentum rumpat, non autem donationem causa mortis reuocet, explicatur.*

9 *Adoptione siue arrogatione filij rumpitur testamentum, veluti agnatione sui hæredis. Donatio autem adoptione siue arrogatione non reuocatur.*

DECISIO CXXI.

An donatio causa mortis reuocetur per legitimationem factam rescripto Principis, in quo articulo aliquorum Doctorum opiniones consutantur.

QVintus articulus est, an dato citra veritatis præiudicium, quod donatio causa mortis reuocetur natiuitate filiorum naturalium, & legitimorum, an reuocetur legitimatione talium spuriorum ex rescripto Principis, in quo articulo, ne alieni laboris gloriam assequi videar, primò dicta nouissimorum repetentium ex fide referam, deinde rationes aliquas apud me nouas, & vrgentes ad sustinendam donationem in medium adducam.

Hunc igitur articulum proposuit Rippa in repetitione d. l. si vnquam. quæst. 30. vbi discussis hincinde opinionibus tandem fœdere distinctionis illas concordare nititur, concludens, in spurijs natis, & legitimatis post donationem locum habere opinionem Socin. in cons. 226. & aliorum tenentium donationem inter viuos legitimatione reuocari, sed in filijs spurijs natis ante donationem, & legitimatis post, militare opinionem Baldi, & aliorū tenentium, puram donationem legitimatione non reuocari, quem quidem articulum fusius tractauit Tiraquel. in d. l. si vnquam. in verbo, Susceperit liberos, à num. 52. vsq; ad num. 84. excluſiue, vbi relatis hincinde opinionibus cum distinctione Rippæ residere videtur, sed quicquid isti distinguant,

2 † communis Doctorum conclusio est, donationem non reuocari ex legitimatione per rescriptum subsequuta: ita expresè sentit Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 14. vers. pro declaratione. ff. de lib. & posth. vbi dicit sibi videri, posito quod legitimatio retrotrahatur, tamen ius quæsitum alteri non tolli, & sequitur ibi Alexand. post Bal. Salycet. & Angel. col. fin. vers. circa tertium, dicens, Doctores communiter ita concludere, & Socin. in rub. eod. titu. in fin. dicens, ita esse communem conclusionem, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum: & ibi Ias. num. 4. & in d. §. & quid si tantum. num. 127. quos refert & sequitur Martinus Laud. in tract. legitimat. col. 20. & idem Iaso. in l. si is qui pro emptore. num. 264. ff. de vsucap. & Sayssc. in d. §. & quid si tantum, col. pen. versic. tertiò quærit. Alex. & Io. Crot. in repe. d. §. colum. 37. num. 56. in fin. & in terminis nostris, de spurio nato ex vxorato, & inde legitimato consuluit, Curt. cons. 74 colum. 24. in princ. Socin. Iun. cons. 52. num. 5. & 6. vol. 1. idem firmat Castr. in l. fin. in fin. C. si quid in fraud.

fraud.patro. Rub.conſ.111. Curt. Iun. in l. 1. num.9.C.de pact.Ruinus conſ.96.num.4. conſ.106.num.7.& conſ.79.num.11. verſic. non obſtat etiam.vol.3.& Dec.in l. poſthumo.num.18.C.de bon.poſſeſsio.contra tab. dicit concluſionem Soc.in d. conſ.226. eſſe contra communem opinionem, idem dicit Pariſ. conſ. 72. num. 24. lib.1 referens ſe idem dixiſſe in d. rub.ff. de libe.& poſthu. Et quod l. ſi vnquam.non reuocetur per legitimationem ex reſcripto, vltra rationes à Doctoribus ſuprà citatis allegatas, iuuatur alia, & quidem iudicio meo vrgentiſsi-
3 ma ratione, † quia tempore d. l. ſi vnquam. nondum erat cognita legitimatio per reſcriptum, niſi in caſu d. l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nupt. ergo de tali legitimatione non poteſt intelligi d.l. ſi vnquam argu.not.per Iaſ. in l. ſi frater à fratre.col.7. verſic. in aduentitijs non poteſt loqui lex. ff.de cond.inde.& Bar.in l.à filio.ff.de lega. 1. nu. 1. cum à Conſtantio Conſtantini Magni filio fuerit promulgata, qui annis ferè ducentis præceſsit Iuſtinianum Imperatorem, à quo legitimatio filiorum naturalium per reſcriptum introducta fuit. §. ſi quis verò non habens.& ſequent.in auth. quib.mod.nat.effi.leg. & in §. ſi quis ergo filios.in auth.quib.mod.natu.effi.ſui. quæ ratio multò fortiùs procedit in ſpuriorum ex tam damnato complexu natorum legitimatione, quæ, vt iam dictum fuit, de iure communi fieri prohibetur. d. l. legem, & auth. licet, cum ſimilibus. C.de natur. libe. ergo d.l. ſi vnquam. cum ſit exorbitans, &
6 contra rationem iuris communis, non debet trahi ad talem legitimationem penitus incognitam, & à iure prohibitam.d.l.quod contra. & l. ius ſingulare. & ibi gloſ. ff. de leg. argu.notatorum per Barto.in l.final.in princ.colum.1. verſic. nunc ad propoſitum. ff.de eo, per quem fact.erit.& propterea dixit not.Bald.in l.fina.numer.11.C.ſi quid in fraud.patrona. l. ſi vnquam.non habere locum in poſthumo facto hominis. ſed tantum in poſthumo facto naturæ, & Bal. refert & ſequitur Socin. Iun. conſ. 52. num.5. volum.1. & hæc opinio corroboratur alio
4 fundamento arguendo à ſpeciali, † quod argumentum eſt validum, & forte, quia ſi eſt ſpeciale in vno caſu: ergo ius commune eſt in contrarium, vt expreſsè voluit gl. in l. eos. C. de fabri. lib. 11. in c. præſenti. §. loca, in verbo, Specialiter. de pręben. lib. 6. & facit l.ius ſingulare.ff. de leg. Abb. conſ.
5 94.colum.fi.volum.1.ſed ſpeciale † eſt in legitimatione, quæ fit per ſubſequens matrimonium, vt per eam reuocetur donatio, ſecundum Alexand. & Iaſo.in d. rub.de libe. & poſthum. Salycet.& Angel.in l. ſi tota C. de inoffic. don. ergo in contrarium eſt ius commune in alijs legitimatis, quæ rationes, & fundamenta concludunt etiam in natis antè, & legitimatis pòſt, vt affirmat Rippa in d. quæſt.30. colum.1. loquens rationibus à Doctoribus allegatis. Et præmiſſa coadiuuantur: quia ſi diceremus donationem cauſa mortis reuocari propter legitimationem talium ſpuriorum, cogemur fateri, caſum l. ſi vnquam. extendi donationem cauſa mortis, & ad filios legitimatos per reſcriptum, & ad tales filios legitimatos, quorum illegitimitas prouenit à iure diuino, naturali & ciuili, & ad legitimatos abſentes, qui propter eorum abſentiam tempore legitimationis non fuerunt effecti ſui, nec in poteſtate patris.d.§.generaliter.& ſic concurrerent quatuor facta principalia, & prouenientia ex eodem ſente circa idem, contra regulam l.1.C. [illegible] tis promiſ. & ibi gloſ.de qua per Bart. [illegible] is, qui pro emptore.num. 71. & ibi Iaſ. [illegible] penult.& vltima.

Non obſtant fundamenta Socin. in [illegible] cto conſ. 226. quibus reſpondet in ſpe[illegible] Rippa in quæſt. ſuprà allega. col. 2. dicens quod niſi tertium fundamentum Socin. ſuſtineretur, eius opinio in totum corruret: tota igitur ſecundum Rip. erit diffinitas in reſponſione tertij fundamenti multifariè reſponderi poteſt, & primo
6 ſponſio pendet ex illa quæſt. † an legitimatus reſcripto Principis ſit propriè aut fictè, & impropriè legitimus [illegible] latè Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum, [illegible] dem poſt Bene.de Plombino concluſit [illegible] lem legitimatum non eſſe verè legitimatum attenta vera & originaria legitimatione quæ ſolum ex matrimonio efficaci procedit, & Iaſonem refert & ſequitur plurimis alijs relatis Cotta in memorali incip. legitimati non ſunt: ita etiam ſentit expreſſè Dec. in conſ. 484. num. 12. & 13. cum [illegible] conueniunt innumeri Doct. cumulati per Tiraq. in d. verſic. ſuſceperit liberos num. 79. quos gratia breuitatis non repeto, quorum opinio probatur ex d.l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nupt.l.2.& l. quarta ff. de nat. reſtit. quibus legibus manifeſte conſtat, legitimationem ex reſcripto Principis induci quadam fictione, & vt verbis Imperatoris vtar, per quandam matrimonionem. §. filium. & d. §. generaliter auth. quib.modis natur.effic.ſui.prout [illegible]

aperte demonstraui supra in tertio principali articulo, respondendo ad l.quæris.& d.§.diuus, quibus fundamentis iudicio meo non video posse responderi, & hoc idem firmat Anchar.in d.consilio 290. allegatus à Rippa, dum dicit legitimationem factam rescripto, æquiparari postliminio, quod est ius rei recuperandæ, & in pristinum statum restituendæ.l. postliminium. ff. de cap. & postli. reuer. & hoc non aliter fit, nisi per quandam fictionem, quia postliminium semper fingit captiuum in ciuitate fuisse. l. retro. ff. eod.t tu.& insti.quib. mod.ius patri.potest solui.§. si ab hostibus. Ergo idem dicemus in legitimatione quæ fit ex Principis rescripto, videlicet illam induci per fictionem, vt æquiparatorum eadem sit dispositio. l. si quis seruo. Et ibi glo. & Bart.C.de fur.& seruo corrup.& late.in §.ex maleficijs,numer. trigesimonono.Inst. de actio. Alcia. de præsumptio. in prima parte,nu.sexto,si igitur talis legitimatio dicitur fieri quadam fictione, sequitur necessario,quod talis fictio retrotrahi non possit in præiudicium alterius, vt supra latè demonstrauimus,& tradit Bar.in d.§.& quid si tantum.quem refert & sequitur Anto. de Rossell.in tracta. de legitimatio. de effectu legitima.caus.vl.nu.20.vers.sed stat dub ũ.

Secundo & propius potest rñderi † ꝙ Anch. & Soci. alijq; quotquot sunt eorum sententias sequentes, loquuntur in legitimatione valida & perfecta, factaq; prælentibus legitimatis,ex qua legitimitate efficiuntur sui,& sic in potestate legitimantis rediguntur, & hoc concludunt eorum rationes, sed nos sumus in legitimatione facta absentibus legitimatis, qui propterea non fuerunt redacti in potestatem legitimantis, nec sui hæredes effecti,d.§.generaliter, & licet fuerit ratificata post mortem, attamen non facit legitimatos suos hæredes, nec fuisse in potestate tempore mortis,sed solum sumit vires tempore ratificationis,vt supra latè docuimus.

Tertiò respondetur eos loqui in legitimatione spuriorum, quibus tm̃ ius politicum siue sit canonicum, siue ciuile obstat: quo casu dicitur vera legitimatio,secus autem in legitimatione spuriorum, quibus ius diuinum vel naturale est impedimento,quo casu non dicitur vera legimatio,sed potius dispensatio, vt supra probauimus, & ita expresse sentit Ancha. d. cons.290.in prin.in illis verbis, amouetur ergo per indultum Principis obstaculum siue macula alio iure quam naturali inducta: vult ergo quod si obstaculum siue macula inducatur à iure naturali, & multo magis diuino, quod non amoueatur indulto,siue priuilegio Principis, & hanc dici dispensationem non legitimationem vltra alios supra allegatos in 3.articulo addit Dec.cons.610. col. pe.vers.non obstat quod.Bal. Didac.in epitome 2.par.de spons.& matri.c.8.nu.4.ver. 3.ex eadem,post Bal.Pau.de Cast,Soc.Cro. & alios quos refert.

Quartò,& vlr.potest responderi,Anch. & alios eum sequentes loqui in ruptura te- 8 stamenti in qua est diuersa ratio,† cum testamentum, præteritione filiorum siue scienter,siue ignoranter facta, saltem quo ad hæredis institutionem rumpatur, vulg.auth. ex causa, cum similibus. C. delib. præteri. quia in testamento debent filij hæredes instituti, vel exhæredari. Inst. de exhær. lib.in prin.ideo nimirum, si filij legitimati,qui ẽt dicũtur sui,§.quib.annumerari.Inst.de hær. quę ab intest defer. rumpunt testamẽtum, si se reperiant præterios, vt latè consuluit Dec.in cõs.55.in fi.& ita expresse sentit Ancha.in fi.d.cõs.Nam ratio quare testamentũ rumpatur præteritione filij legitimati, non sumitur ex præsumpta voluntate testatoris, sed ex eo quia testamentum reperitur carere debitis solẽnitatibus l.1.ff. de iniust. rup. testa. & quia res deuenerit ad eum casum,à quo incipere non potest,sm̃ Bar.in l.pluribus.§.& si placeat.nu.2.ff.de verb.oblig.sed in donatione, maximè in donatione causa mortis,non requiritur exhæredatio siue institutio,vt in l.1.& l.si totas.C.de in of.don. & in auth.vnde & si parens.C.de inoff.test. Steph.Beltr.cons.217.col.3.vers.etiam donationem.vol.2. idcirco de vno ad aliud penitus separatum argui nõ potest, vulg. l. fi.ff. de calumniat. & l. si maritus quondam. C. de donat.inter vir. & vxo.l. inter stipulantem.§.sacram.ff.de verbo.oblig.& hæc corroborantur† quia certum est,quod adoptio- 9 ne,seu arrogatione filij, vel filę rumpitur testamentum veluti agnatione sui hæredis. l.1. & ibi gl. & l. certũ. ff.de iniust.rup.test. & Instit.quib.mo.test.infirm.§. 1. & tm̃ non reuocatur donatio adoptione,siue arrogatione, vt concludit Alex. d.cons. 40.nu.mihi 14.volu.4. quem referunt, & sequuntur Rippa,in rep.d.l.si vnq̃.quęst.24.& Tiraq. in verbo,Susceperit,à nu.2.vsq; ad nu.6.& ex istis quatuor rñsionibus,vel ex qualibet earum remanet sublatum tertium sudamẽtum Socini, proinde eius opinio, & salua manet communis sententia, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes per verba credulitatis, referentes se ad iudicium proprium, non concludunt.*

2 *Exceptio prohibita opponi contra tenorem Instrumẽti, non prohibebitur opponi contra instrumentum, vt cognoscatur an sit instrumentum necne.*

3 *Lex, vel statutum, vbi deducit aliquid cum qualitate, tunc & principalis dispositio, & qualitas probari debet.*

4 *Principis verba narratiua, quando dispositionem inducant.*

5 *Principis verba assertiua non probant, nisi aliunde constet vera esse suggesta & Principi narrata.*

6 *Donatio per superuenientiam liberorum, an reuocetur vbicunq; constat donantem ante donationem factam filios habuisse.*

7 *Filia non solet reuocare donantem à donatione, quemadmodum masculus.*

8 *Spurij longe minus diliguntur, quam legitimi, etiamsi pater sit certus.*

9 *Donator, vbicunq; post donationem factam aliquo tempore superuixit, quo donationem reuocare potuit, & non reuocauit, censetur in eadem voluntate decedere, & propterea firma remanet donatio.*

10 *Donatio facta cum clausula, pro se & suis hæredibus agnatione sui hæredis, non reuocatur.*

11 *Clausula, per se & suos hæredes æquipollet vniuersali, extenditurq; ad omnes hæredes in infinitum.*

12 *Donatio causa mortis. an reuocetur in totum, vel solum pro virili per legitimationem filiorum subsequutam.*

13 *Rippæ distinctio in l. si vnquam. quæst. 6. C. de reuoca. dona. reprobatur.*

14 *L. penul. ff. de iure codicillorum, verus intellectus affertur, reprobato Rippæ intellectu.*

DECISIO CXXII.

De verbis narratiuis Principis quam probationem faciant, & an donatio per superuenientiam liberorum reuocetur, vbicunq; constat denantem ante donationem factam filios habuisse? Et an donatio causa mortis reuocetur in totum vel pro virili?

SEXTVS erit articulus, dat. etiam citra veritatis offendiculum ꝓ vera distinctione Rippæ, an ea casui nostro conueniat. Et an videretur dicendum illam conuenire respectu Brunetæ, quæ asseritur nata & legitimata post donationem. Sed accuratius intuendo dicta testium, dicitur non probari concludenter, ipsam Brunetam natam fuisse post donationem, quia omnes fere testes sunt singulares, in eorum dictis, & eorum rationes non concludunt
1 necessario, † quia deponunt per verba, credunt, quo casu non probant sm̃ gl. & communiter Doctores in d. l. testium. ff. de test. & Cano. in c. quoties, extra eodem tit. item deponunt per verba, videre suo, suo iudicio, & similia, quo casu etiam nullam fidem faciunt, & non valet eorum testimonium Bar. in l. quod tamen. §. si arbiter. ff. de arb. Ang. in l. sciendum. col. 2. in fi. vbi etiam alij Docto. ff. de verbo. obli. cum alijs per Viuium citatis in suis com. opinio. in verbo. Testis deponens de credulitate, ex quibus testibus non probatur ætas alicuius, vt in terminis decidit Bar. consi. 92. col. 1. & 2. & faciunt cumulata per las. post alios per eum relatos, in l. 1. in princ. col. fin. ff. de iust. & iure. Et dato non tamen concesso, quod esset probatum dictam Brunetam natam fuisse post donationem, attamen dicitur non probari, ipsam fuisse filiam domini legitimantis tempore legitimationis, prout requiritur arg. l. in dilectis. §. si detractus. ff. de nox. act. cui arridet doctrina Bart. [illegible] uus. nu. 1. de testa. milit. quem refert [illegible] quitur Dec. consi. 10. nu. 7. & in c. ex parte el 2. colu. 3. vers. 2. fallit, de offic. deleg. idem Bart. in l. 1. §. & parui. nu. 3. ff. quod vi aut clam. Afflic. Deci. 21. nu. 14. bonus text. in si quis legatum princ. ff. ad l. Cornel. de [illegible]
2 sis, vbi dicunt, † quod si statuto prohibetur aliquam exceptionem opponi contra Instrumentum, poterit tamen opponi exceptio, quod non est Instrumentum, Alexand. consi. 33. col. 1. lib. 1. & consi. 3. nu. [illegible] 2. ac consi. 101. nu. 3. vol. 4. Ang. in l. non [illegible] in princip. ff. de iureiu. Paul. de Castr. vers. & iste tex. ff. de const. pec. Ro[illegible] 42. visisq; egregiæ. col. 1. Corn. consi. [illegible] 1. & conuenit alia doctri. Bar. in l. 1. § [illegible] tor. ff. ne quid in flu. pub. Alci. in tract. [illegible] sumptionum in 3. part. numer. 8. ad [illegible] plura cumulat Phil. Simoneta in add. [illegible] Felin. in c. examinata. numero 5. de iudic. Marsil. in pract. cri. §. quoniam. num. 52. [illegible]
3 seq. vbi passim concluditur † quod quando aliquid à lege, vel statuto, vel in aliqua dispositione deducitur cum aliqua qualitate, debet illud principale, & eius qualitas probari. & Barto. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in [illegible] publi. refert Alexand. consi. 3. numero tertio. versicu. vnde dico. & consi. vltimo. numero tertio. ac consi. 172. nume. 5. lib. 2. consil. 1. colum. 6. versicul. hoc probo libro tertio. consil. 8. numero 14. eodem. libro 3. consil. 166. in fin. libr. 7. Deci. consi. 550. numero 4. & consi. 356. numer. 4. consi. 66[illegible] consil. 626. etiam numer. 4. cum similibus ad hoc cumulatis per Tiraquel. de retr[illegible]

§.8.glo.7. num.1.& seq.& in casu legitimationis ita consuluit Paris.consi.6.numer.44 & consil.12. numero 228. volum.2.vbi post Alexand. Curt. & Socin. expresse concludit,quod liquidò constare debet, legitimatos esse filios legitimantis tempore legitimationis: cum igitur in casu nostro non constet dictam Brunetam fuisse natam post donationem,& quatenus constaret ipsam fuisse natam post donationem, non liquet eam fuisse filiam tempore legitimationis, sequitur necessario dictam legitimationem in aliquo non obesse ipsi donationi.

Nec obstat quod in rescripto legitimationis Princeps enunciet tales legitimatos filios legitimatis,& verbis narratiuis Principis sit standum vulg. clem. 1. de probat. 4 † quia illud non habet locum, quando tractatur de præiudicio tertij. ita respondet Dec.in c.quæ in ecclesiarum. colu.17. ver. non obstat cle. 1. post Ancha. & Paul. per eum allegatos de constitutio. Vel potest responderi d. cle.1. locum non habere, qñ talia verba sunt narratiua facti alieni,c. si Papa,de priui.lib.6. per quem tex.ita not. Rippa lib.2 respons.c.6.nu.7.post Oldra. & Cald. per eum allegatos, Roman. consi. 180.colu.1. nouissime Bellon.cons.36.cum alijs ibi alleg.Crau.de Antiqu. tempo. par. 1.sectione incip. propositum nostrum. nu. 9.quæ responsio multo fortius procedit in casu nostro, cum Princeps ita enunciet ad suggestionem,& importunitatem asserti patris petentis tales filios legitimari, † quo casu verba assertiua Principis non probant, nisi aliunde cõstet, vera esse suggesta,arg.c. inter dilectos, in fi. de fi. Instrum.Rippa d. respons. 6. nu.3. post Oldr.d.cons.258.& in tali legitimatione loquitur Paris. cons.12. nu.228. vol.2.

Septimus erit articulus, dato, nõ autẽ concesso, quod probaretur Brunetam filiam natam, & legitimatam post donationem 5 fuisse, † cum tempore donationis tres spurij essent iam nati, an Bruneta postea superueniens reuocet donationem ex beneficio d.l.si vnquam.in hoc articulo latè scripsit Rippa in d.l.si vnquã. in 6. quæst.& latius Tiraq. in gloss. in verbo. filios non habens Et licet arbitrer opinionem negatiuam veriorem, & magis communem. Attamen ero contentus sola distinctione Tiraquellibi num.9.concludentis,quod si nihil fuit reseruatum liberis natis tempore donationis,tunc postea nati non reuocabunt.Nam qua ratione priuauit iam natos à rebus donatis,eadem ratione verisimile est,quod excluisset nascituros, quos minus diligebat. sed tempore donationis nihil reseruauit iam natis, imò tunc erant penitus incapaces: ergo Bruneta superueniens non reuocat, & licet idem Tiraq.numer.10.videatur hoc relinquere arbitrio boni viri,attamen in casu nostro quilibet bonus vir arbitrabitur, donantem idem fuisse donaturum, etiamsi de tali filia nascitura cogitasset, pluribus rationibus. primo, quia cum tempore donationis essent iam nati tres filij, nõ est verisimile, quod retrotraheretur donans à donando natiuitate vnius,argumento l.si filiæ.ff.de lega 3.Aretin.cons.92. colum.4. versicul. quid enim si hæreditas. 7 Secundò quia nata est filia, † quæ non solet reuocare donantem à donatione,sicut masculus, secundum Corn.consi.4. colum.4. volum.3. quem refert & sequitur Rippa in d.l.si vnquam. quæstio.8.numero decimoseptimo. & Tiraq. in glo. in verbo,omnia vel partem, numer. 27.& sicut magis dilexit donatarios in rebus donatis, quam filium masculum iam natum,quo poterat conseruari familia,siue agnatio, si fuisset legitimus, verisimile est, quod pariter donasset, etiamsi de filia cogitasset, & præcipuè de tali nata ex tam damnato coitu, cuius natiuitatè non reuocatur donatio, vt concludit 8 Rippa quæstio. 25. Tertiò † quia secundum communem contingentiam longe minus diliguntur spurij, etiamsi pater sit certus, quam legitimi:non enim secundum naturam ita proni sunt fornicarij parentes ad educandam,& instituendam prolem fornicariam, sicut legitimam, & naturalem,vt expresse concludit Ioan.Andr.in. d.merc. sine culpa.colum.9. & Præpositi.in c. tanta, qui filij sint legit. colum.11. considerata etiam qualitate personarum, quibus fuit donatum secundum Iaso. in authen. ex causa. numer.6.vers.4. C.de l.be. præter. Nec ei prodest subsequuta legitimatio:quia si talis legitimatio subsequuta non prodest iam natis tempore donationis, vt concludit Rippa d.quæst.30.ergo multo minus debet prodesse filijs nascituris, cum in iam natis sit maior amor, & affectio, quàm in nascituris, vt pluribus rationibus, & auctoritatibus comprobat Tiraq. in d. gloss.in verbo,Filios non habens.numer.1.2.3.4.& præmissis conuenit, quia donator post legitimationem factam superuixit annis tribus, quibus potuit reuocare donationem causa mortis, quam tamen non reuocauit, quo casu censetur, in eadem voluntate decedere, ipsamq; donationem ratam,

& firmam remanere, sm̃ magis cõmunem opinionem Docto. quos cumulat Tiraqu. in gloss. in verbo, Susceperit liberos nume. 173. quibus addo Pau. de Castr. cons. 200. in fin. in antiq. Corne. cons. 118. in fin. vol. 2. & Dec. cons. 242. col. 2. vers. sed breuiter, dum approbat Angel. cons. 96. incipien. Petrus de vrbe veteri, dicens cum Ang. esse communem opinionem. Cur. lun. cons. 150. nu. 12. Steph. Beltr. cons. 10. nu. 3. vol. 1. Socin. in lun. cons. 67. num. 43. vol. 2. & facit d. l. eum qui voluntatem. ff. de proba. vbi alleganti voluntatem mutatam incumbit onus probandi, quia præsumitur quis in eadem voluntate durare in qua fuit l. cum hic status, in princ. ff. de dona. int. vir. & vxor. c. maiores de baptis. Cur. in l. pacta nouissima. numer. 20. C. de pact. dominus meus cons. 3. num. 6. quæ omnia in casu nostro muniuntur validissimo, & quidem iudicio meo inexuitabil fundamento quod ad sustinendam hanc donationem causa mortis sufficeret. Nam † cum ea donatio sit facta ab intestato adiecta, & sæpius repetita clausula, per se & suos hæredes, & c. non reuocatur talis donatio agnatione etiam sui hæredis tex. est expressus in l. si quis cum testamentum, & in l. ab intestato ff. de iure codicill. & ibi gloss. Bar. & Bal. vbi codicilli ab intestato facti, non infirmantur agnatione etiam sui hæredis, vt expresse dicit tex. in d. l. si quis testamentum. vers. & si post codicillos. in illis verbis vel suus hæres. Nam † cum illa verba indefinita in donatione posita per se, & suos haredes, æquipolleant vniuersali, extendanturq; ad omnes hæredes in infinitum. l. in annalibus, & ibi Doc. C. de leg. l. hęred s appellatio, & l. sciendũ. ff. de verb. sig. quib. adstipulatur Bar. in l. si pluribus. ff. de leg. 2. & in l. 1. ff. de reg. iu. & ibi Dec. non possintq; talia verba magis verificari, quam in illis legitimatis, etiam si diceretur effecti sui: sequitur necessario quod legitimatione illorum spuriorum, non reuocatur talis donatio, cum saltem in genere, tam de natis, quam nascituris cogitauerit, eosq; etiam ab intestato succedentes donatione grauauerit d. ll. supra alleg. & hoc est quod sentit Bar. in cons. 210. col. 1. vers. non obstat l. si quis cum testamentũ, & in l. cum pater. §. cũ existimaret. ver. si simpliciter. ff. de leg. 2. & ibi Pau. de Ca. nu. 3. Are. cõs. 83. col. 3. & 4. & Rippa in d. l. si vnquam. quæst. 19. col. pen. vers. ad tertium.

Octauus, & vltimus erit articulus, dato & nõ cõcesso, quod natiuitate, & legitimatione dictæ Bruneręq; reuocaretur donatio cã mortis, † an reuocetur in totũ, vel solũ in virile? Et prima facie videretur dicẽdũ, donationẽ reuocari in totũ, sm̃ Rip. in d. q. 6. nu. 5. & q. 20. vbi distinguit, Aut pater habebat filiũ tã natũ exosũ, & tũc solũ reuocetur in virili. Aut pater nõ habebat filiũ tã natũ exosum, & tũc reuocetur in totũ. Sed saluanda excellentissimi iurecõsulti reuerentia, contraria opinio maximè in casu nostro est de iure verior, & cõis. s. vt solũ reuocetur pro virili arg. l. pe. ff. de iure codicillorum, & l. cũ pater. §. cũ existimaret. ff. de leg. 2. & ibi Bar. expile, per q̃ iura ita tenuit Bal. in d. l. vnc̃ß referens Dy. in d. §. cũ existimaret. & Bal. in l. 1. col. 4. vers. sed quid litpe donationis, & c. C. de inoff. dona. per tex. in d. l. ff. de iure cod. cil. & in l. nlio prętento. 2 in fin. ff. de inutil. rup. test. & est de mente Ang. in d. l. si vnc̃ß dũ allegat d. l. pe. nu. 215. nu. 5. & in rub. ff. de libe. & posthu. nu. 5. quos refert & sequitur Tiraq. gl. in verbo, filios nõ habẽs. nu. 5. & licet opinioni aditipulatur alia apud me iungẽs rõ. Nam cessante hac donatione liberta non habuisset in bonis donat s nisi virilẽ, in qua tm̃ pp donationẽ diceretur, sa, & circũscripta. Ergo satis sibi esse debet vt eatenus, quatenus, læditur, & cui scribitur, reuocetur donatio, cũ in aliis portionib. nullũ ius habeat. ita videtur tenere Are. in l. Titius, in pri. col. fi. in final bus. b. s. ff. de li. posth. per tex. in aut. vtcũ de cog §. finaũ. hęc obseruata. Et hucusque opponi possunt addi Doct. tenẽtes, donationẽ ter viuos factã ab habẽte filios nõ re per superueniẽtiã liberorũ, & licet tione inter viuos videatur in Doctos qua pugnãtia, atm̃ donat one causa tis, quæ in hoc æquiparatur legatis cellu. §. fin. & l. illud. ff. de don. cã mo clara, & cõis cõclusio, quod non reuoca nisi pro virili d. l. pe. ff. de iure cod cill.

Non obstant, quæ adducit Rippa q proponens, † donationẽ reuocari pro p onibus filiorum superuenientium: q ne lege loquitur, & eius distinctio fun subuerti potest ex his, quæ scribit Paul Cast. in d. l. 1 C. de inoff. don. cui opino conuenit rationi naturali, qua præsum dũ est, quod si pater habens filium re donauit, quod non donasset si eum non osum habuisset, quia ratio naturalis hor parentum liberis, non autem extraneis dicit. l cum ratio. ff. de bon. damna. & in then. de hære. & falc. §. primum itaq authen. quib. mod. natur. effi. sui. §. ergo ciendum & c. fina. 17. quæstio. 4 & lic

iam natum non odio habuisset, non donasset, ita dicendum est, quod si donauit habens iam natum exosum, quod non donasset, si cogitasset filium sibi nasciturum. Et ideo isto casu deberet donatio in totum reuocari propter præsumptam mentem donantis, secundum distinctionem Paul. de Castr. & propterea etiam sine lege & ratione, quod idem Rippa subdit, donationem scilicet in totum reuocari, si pater filium iam natum exosum non habebat, quia si non obstante filio nato, quem diligebat, donauit: ergo multò fortius dicendum est, quod etiamsi cogitasset de filio futuro, in quem non tantus erat amor, non destitisset donare. Et sicut priuauit iam natos rebus donatis, ita ab eis excluisset nasciturum, si forsan non à toto excluisset, attamen saltem à parte, & pro portionibus iam natorum, quos iam rebus donatis priuauerat, & hoc maximè coniecturandum est in casu nostro, in quo tantum filia spuria dicitur supernata, vt supra in 7. articulo demonstrauimus.

14 Nec obstat responsio Rippæ ad d.l.pe. quam interpretatur locum habere, quando nominatim à filio iam nato erant relicta legata. ita dicens respondere Alexandrum in authen. ex causa. & Lud. Rom. consi. 181. quia licet verum sit secundum communem intellectum, legem illam intelligi in codicillis ad filium natum scriptis, attamen potissima, & principalis ratio, ppter quam iurisconsultus decidat legata reuocari pro portione posthumi tantum, est illa, quia pater de posthumo non cogitauit. Et ideo legata pro parte reuocantur, quæ insolidum deberentur à filio, à quo nominatim sunt relicta, si pater de posthumo saltem in genere cogitasset, l. post emancipationem. ff. de leg. 3. per quam l. ita dicit Bar. in d.l. cum pater. §. cum existimaret. versicul. 3. casu. ff. de leg. 2. quæ quidem ratio non cogitationis de filio posthumo etiam militat in donatione, ideo nimirum, si Bald. & alij Doctor. supra relati ex illa l. pen. argumentum sumant ad reuocationem donationis, ex ea ratione, quia non fuit cogitatum de posthumo, non ex ea, quia fuerit nominatim grauatus filius iam natus, quia si ex ea ratione posthumus, de quo non est cogitatum, non tenetur ad legata pro portione sua, quia filius iam natus est nominatim grauatus, sequeretur arguendo à contrario sensu, quod si legatum non esset nominatim relictum à filio iam nato, quod tali casu posthumus etiam ad legata teneretur pro portione sua, & sic insolidum soluerentur, argumento d. ll. si quis cum testamento. & l. ab intestato. ff. de iure codicillorum.

RESPONSVM CLARISSIMI Iurisconsulti, D. Aymonis Crauetæ super eadem materia reuocationis donationis causa mortis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis facta metu alicuius periculi imminentis, tacitè reuocatur periculo cessante, & nu. 2. declaratur.*

3 *Donandi causa quam diu permanet, tam diu constare debet donatio.*

4 *Leges per gloss. allegatæ in l. 3. ff. de donat. caus. mort. vbi tacitè reuocatur donatio conualescente donatore, in quibus terminis loquantur.*

5 *Extensio, non solum ad casum diuersam rationem habentem, verumetiam ad eum casum, in quo minor sit ratio, licet non diuersa, etiam in materia fauorabili fieri, non permittitur.*

6 *Clausula ad habendum, tenendum & possidendum, sequuta morte donatoris adeò generalis est, vt quæ documq; mors donatoris sequatur, suum sortiatur effectum.*

7 *Generalis dispositio idem operatur, quo ad omnes species, vt eas includat, quod specialis enumeratio, vbicunque eadem interuenit ratio.*

8 *Generalis dispositio restringi non debet, nulla interueniente ratione restringendi.*

9 *Sequentia ex præcedentibus declarantur, vbicunque dubia sunt, secus, vbi certam habent orationem separatam, & determinatam.*

10 *Repetitio præcedentium in sequentibus non fit, nisi ratio suadeat fieri repetitionem.*

11 *In repetitione facienda, obseruanda præcipuè est mens disponentis, etiam contra regulas iuris ad repetitionem pertinentes.*

12 *Generalia verba incertitudinem inducunt.*

13 *Probatio generalis vel vti incerta, & dubia non concludit.*

14 *Donationem in dubio reuocatum non censeri, interpretatio facienda est.*

15 *Reuocatio legati odiosa esse dicitur.*

16 *Donatio remedio l. si vnquam. C. de reuocat. donatio. non reuocatur propter legitimationem filiorum subsequutam, quando tempore donationis alij extabant liberi.*

17 *Reuocatio donationis, quæ fit ex remedio legis, si vnquam. & ea, quæ fit ex titulo de inoff. donat. quomodo differant.*

18 *Distinctio notabilis affertur, An, & quando donatio tanquam inofficiosa per subsequutam filij naturalis, aut spurij legitimationem reuocari possit.*

19 *Donatio, quæ non fuit in officiosa re, & consilio in totum non rescinditur, sed ad legitimam tantum,*

& quando dicatur inofficiosa consilio esse, & nu. 20. declaratur.

RESPONSI D. CRAVETAE

ARGVMENTVM.

De donatione causa mortis ex certa causa facta, an ea cessante censeatur reuocata Donatio. Et an reuocetur ex dispositione l. si vnquã. C. de reuocand. donationibus propter legitimationem filiorum subsequutam, quando tempore donationis alij extabant liberi.

DIVINO subsidio ex corde postulato, cogor infra rem scribere in termino tam angusto de lite annosa, & seculo veluti prisco instituta, per quondam Magnificum dominum Dominicum Taparellum ex dominis Genoliæ contra Gouonos à Fossano dubia duo præcipuè agitantur in alea hac iudicij. Primum an donatio causa mortis facta per quondam nobilem Iuuenalem Gouonum memorato domino Dominico, ac dominæ Georginæ eius sorori, quia in animo haberet donator ad partes longinquas recedere pro certis causis, & votis factis absoluendis, cum anceps sit reditus, quo religioni, aut conscientiæ suæ prospectum esset, reuocata dicatur ipso donatore incolumi ad patriam restituto ex vrbe Venetiarum.

1 Dubium facit, † quia donatio causa mortis facta metu alicuius periculi imminentis tacitè reuocatur periculo cessante, gloss. & Docto. in l. 3. ff. de dona. cau. mort. argumento l. non omnis. ff. si certum pet. & l. si mortis. 2. ff. de dona. cau. mort. Sed hoc argumento non obstante in sententiam consentio Magnifici, ac celerrimi Iurisconsulti domini Octauiani Cacherani veluti fratris maioris honorandi per dictum Cuma. in l. Marcellus. §. Paulus. versicul. tertia differentia. ff. de donation. cau. mort. vbi, † quòd donatio causa mortis facta metu instantis periculi, tunc reuocatur periculo cessante, quando traditio intercessit, quasi verisimile non sit, voluisse donatorem, vt remanerent bona apud donatarium, exempto à periculo donatore, quæ ratio cessat, quando traditio non interuenit, sed confertur donatio post mortem, quod Cumani dictum, licet non ita ex fide relatum, sequitur Deci. in d. l. non omnis. colum. 3. num. 6. ff. si cert. peta.

Secundò, considero ad confirmationem dicti Cumani, quod vbi traditio non fit, licet fiat donatio periculi formidine, tamen ob talem metum non vult donator bona venire ad donatarium. at demum post mortem, itaq; mors ipsa est causa finalis ipsius donationis. Plane certissimum est mortis fatum cessurum tandem, ob id dici non potest cessare causam donationis periculo illo cessante, per consequens reuocatio tacita induci non debet, tanquàm cesset causa donationis, quæ † ipsa nunquam non constat porrò constare debet donatiõ quamdiu donandi stat causa. l. si cui. §. fi. ff. ex quib. cau. maior. l. 2. §. omnes. ff. de iu. l. qui nomine. ff. de administr. tut. quæ iura ad hoc citat Signorol. consil. 135. colum. 2. post princip. facit regula, quod cessante causa cessat effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. arguendo à contrarijs l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur.

Tertiò considero pro hac opinione, † quod glo. in d. l. 3. ff. de dona. cau. mort. citat illa duo iura, in quibus reuocatur tacitè donatio conualescente donatore, quæ iura expressè loquuntur, quando donator redidit, vt possit repetere, aut vendicare, planè si volumus extendere dicta iura, quando donator possidet fiet extensio ad casum diuersum, habentem rationem separatam contra l. fin. ff. de calum. & l. Papinianus exuli. ff. de mino. diuersitatem autem rationis ostendit Cuma. in d. l. Marcellus. §. fi. de donat. cau. mort. rationem etiam diuersitatis manifestam feci in fundamento ximè relato. quinetiam † non solum extensio ad casum diuersum, habentem rationem separatam, verumetiam ad casum non fit, in quo minor sit ratio, licet diuersa, etiam in materia fauorabili, & extendibili l. cui pacto. ff. de seruis exportandis lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nupt. quæ iura ad hoc citat Socin. in cons. 9. colum. in fin. libro tertio. Tradit idem Socin. in l. 1. in princip. in 4. not. ff. de verbo. oblig. Imò oportet eandem esse rationem nomino, vt fiat extensio, Alexan. cons. 97. circa si. versicul. vel dato, lib. 2. cæterum existimet quis an tanta sit ratio reuocandi donatio, quando donator possidet, & bonorum non eget, quanta eo non fruente bonis rursus si eadem sit ratio reuocandi quando confertur post mortem, atq; vbi traduntur statim bona.

Quartò arguitur sic, in donatione subicitur clausula, ad habendum, tenendum, possidendum, sequuta morte donator

† quæ verba sunt generalia, quandocunque sequatur mors, siue in peregrinatione, siue post: ergo generaliter debēt intelligi, vulg. l. de precio. ff. de publici. l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præstand. cum similib. & vbi restrictio fit verborum generalium, illud est, quotiens non est eadem ratio omnium

11 comprehensorum sub generalitate: † at vbi eadem est ratio, idem operatur generalis dispositio quoad omnes species, vt omnes includat, quantum specialis distributio, Bart. in l. si pluribus. ff. de legat. 2. not. in c. quia circa, de electio. lib. 6. Paul. de Cast. in cons. 187. notandum est, colum. penul. post med. lib. 2. Ideò dicimus, † dispositionem generalem restringi non debere, nulla intercedente ratione restringendi, Bal. in cons. 48. quia verba, lib. 4. Angel. in cons. 281. colu. 1. Abb. in cons. 1. colum. 2. in cons. 44. colu. 2. in cons. 51. colum. fina. in cons. 64. colum. penult. lib. 1. in cons. 55. colum. 2. lib. 2. sed quæso, quæ ratio restringendi donationem ad mortem vnius temporis, potius quam alterius? esset autem ratio restringendi, quando bona iam essent tradita, vel quando irreuocabilis donatio esset. porro donatore possidente, & reuocandi facultatem obtinente, reuocandi ratio, quæ constare possit, non facilè videtur.

Neque obstat, si dicatur restringi verba illa sequuta morte, ex præcedentibus, videlicet donatore votorum causam, aut solemnia peragente, † quia verum est sequentia dubia declarari ex præcedentibus claris l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1. cum similibus. planè vbi sequentia sunt certa habentia orationem separatam, & determinatam, non fit repetitio præcedentium ad restrictionem sequentium, etiam apposita dictione repetitiua. l. qui fundum. ff. de contrahen. emptio. Bart. in l. in repetendis. ff. de legat. 3. & in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. instru. & in cons. 27. visa facti narratione, Bal. in cons. 58. in restitutione dotis, in primo dubio, lib. 2. Paul. de Cast. in cons. 275. super primo quæsito dicendum videtur dictam substitutionem. col. penul. in 5. dubio, lib. primo. in cons. 11. super primo quæsito. in quantum quæritur, in 2. dubio. & in cons. 16. viso dicto puncto, & dubijs, in fin. lib. 2. Alex. in cons. 66. col. 2. circa med. lib. 3. cum similib. sed ista verba sequuta morte apponuntur in clausula omnino separata & oratione diuersa.

10 Secundò respōdeo, † quod repetitio non fit, nisi ratione suadente, vt fiat repetitio, Roma. in cons. 345. circa primum, ante fin. Anchara. in cons. 262. præmittendum est, quod in traditione, versic. his non obstantibus. sed nulla ratio mouet, vt restringantur verba ad mortem vnius temporis, potius quàm alterius, ex quo donator fruiturus erat bonis, quam diu viueret, & reuocandi facultas in integro erat.

Tertiò respondeo, † quod in hac materia repetitionis mens disponentis præcipuè est obseruanda, quia fit, aut non fit repetitio ex mente disponentis, etiam contra regulas iuris ad repetitionem pertinentes, l. Iulius Paulus. & l. cum seruus. ff. de condi. & demon. Bart. in d. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. instru. Paul. de Cast. in cons. 122. viso puncto suprà scripto. col. 2. circa med. vers. pro hoc etiam facit verisimil tudo. lib. 2. & in cons. 410. viso facto, & dubijs, in fin. lib. 1. Alex. in cons. 47. colu. 2. post med. vers. sed istis non obstantibus. lib. 5. Aret. in cons. 121. in præsenti. col. 2. circa. med. vers. sed si diceremus. & in con. 148. paucis est agendum. col. 2. circa med. Socin. in cons. 64. colu. 2. circa princi. lib. 3. Sed intueamur donatoris mentem interiori lumine, donationem illa contulit, quo religioni suæ aut conscientiæ consultum foret, liberalem se egit erga cognatum nobilissimum, qui ad matrimonium consensurus non fuerat, nisi futuræ liberalitatis inductus spe, causa conscientiæ subleuandæ non vtique cessabat, donatore reuerso, si non ad nauitas eum conferas, ad quos periculo defunctos, blasphemandi, peierandique scelus continuò recidit.

Quintò considero, quod verba illa, cum certis de causis, & votis factis intendat vota sua implere, & ad regiones longinquas se transferre sunt verba generalia pluralis

12 numeri, † quæ incertitudinem inducunt l. in tradendis. ff. commu. prædiorum. l. cum Stichus. ff. de sol. l. prætor edixit. §. quod autem. ff. de iniur. l. ita fidei. ff. de iure fisci. Oldrad. in cons. 81. quod processus. col. 2. ideò non sequitur, reuersus est donator à ciuitate Venetiarum: ergo vota omnia persoluit,

13 † proinde dicimus, probationem generalem non concludere, veluti incertam, & dubiam. l. non nudis. l. non epistolis. l. neque natales. C. de proba. c. in præsentia, eod. tit. Gemin. in cons. 48. colum. 5. post princ. Roma. in cons. 321. in fin. cum similibus. itaque necessarium foret, vota omnia nominatim fuisse expressa, & deinde probari solutionem eorum.

Sextò & vltimò, vbi res dubia esset, quam ipsam tamen clarissimam arbitramur, in

14 † dubio iudicium faciendum esset, vt donatio reuocata non censeatur, sed efficax constet. Freder. de Senis in cons. 233. casus talis est, monasterijs, colu. fin. Paul. de Cast. in cons. 278. passus iste dubitabilis. colum. final. lib. 1. pro quo tex. in l. si inter virum. vbi Soc. in tertio not. ff. de reb. dub. & pondero, quod ille text. loquitur in donatione reuocabili, & ibi Socin. expressè dicit, quod in dubio iudicandum est, donationem reuocatam nō esse per pœnitentiam, per text. in l. cum hic status. §. pœnitentiam. ff. de
15 donat. inter vir. & vxorem. Idem † in legato, quod in dubio reuocatum censeri non debet, quia reuocatio legati dicitur res odiosa. l. cum quidam. ff. de reb. dub. Alex. in cons. 169. col. 3. versic. quinto, quia. lib. 5. & in cons. 157. col. 1. lib. 7. in dubio enim non præsumitur mutata voluntas, nisi probetur, l. cum tacitum. ff. de probat. l. Lucius. ff. de leg. 2. cum similib. vt per Alexan. in d. cons. 157.

Circa secundum dubium, Excellentissimus dominus Octauianus adeò copiosè, & subtiliter scripsit, vt accessionem non capiat, videlicet, quod donatio non reuocetur in totum, sed in viriles per legitimationem subsequutam, quando liberi alij iam erant nati tempore donationis. Sed hîc con
16 siderandum, † quia sententia illa videtur receptior, vt non reuocetur donatio hoc casu per l. si vnquam. C. de reuo. donat. Bald. in l. 1. colu. pen. c. inoffic. donat. & in l. 2. c. si quid in fraud. patro. Salyce. in l. si totas, per illum textum. C. de inoffi. donat. Curt. Sen. in cons. 74. colum. 24. & hanc opinionem dicit communem Socin. in rub. ff. de libe. & posthum. colum. penult. & fin. eandem opinionem tenet Ias. in l. si is, qui pro emptore. colum. 56. num. 276. ff. de vsucap. in rubr. C. de posthumis hæredi. instit. & in l. cum acutissimi. col. 2. C. de fideicom. Addo Paul. de Cast. in cons. 435. super hoc puncto plura. lib. 2. & licet Socin. contrarium teneat in cons. 226. lib. 2. tamen ad eius rationes patet responsio ex dictis Paul. de Cast. in d. cons. 435. vbi pulchrè & efficaciter loquitur.

Ex præmissis infertur, quod cessante reuocatione ex dict. l. si vnquam. illud solum quærēdum videtur, an reuocetur tanquam inofficiosa, & an insolidum, aut in partem, nec cadit quæstio reuocationis particularis, quando fit reuocatio ex d. l. si vnquam. quicquid distinxerit Rip. in d. l. si vnquam. quæst. 6. in fin. cuius distinctio est contra doctri. Bart. in d. l. Titia. §. Imperator. ff. de
17 lega. 2. † Vbi distinguit inter reuocationem quæ fit ex d. l. si vnquam. & eam, quæ fit ex titulo de inoffic. dona. Nam ea, quæ fit ex d. l. si vnquam. procedit ex tacita, & verisimili mente donatoris, qui non donasset verisimiliter, si de liberis cogitasset. Ideò semper fit in totum, cum in nullo stet mens donantis liberis susceptis, illa autem, quæ reuocatur vt inofficiosa, procedit contra voluntatem donatoris, ideò strictius in ea proceditur: propterea Paul. de Cast. in sua distinct. quam ponit in d. l. 1. C. de inoffic. donat. & quam refert Ripp. in d. l. si vnquam. quæst. 6. vult, quod aut in totum fiat reuocatio, aut in nihilo ex d. l. si vnquam.

Neque obstat, quod ista distinctio fuit legatis per Bald. in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. testament. quia retorquetur argumentum, cum velit Bal. fieri reuocationem pro portionibus posthumorum, quia ad natos verò non fit reuocatio, qui fuerunt honorati, licet etiam Baldi distinctionem reprobet Rippa in d. l. si vnquam. quæstione 20.

Itaque posthabita distinctione Rippæ,
18 dico sic: † Aut quærimus vtrum ista donatio fuerit inofficiosa ab initio? & concluditur quod non, cum proles legitima non esset, sed illegitima tantum, cui legitima non debetur in bonis patris: Bal. in cons. 479. quando pater, in fin. lib. 4. si non debetur legitima: ergo donatio inofficiosa considerari non potest, cum dicatur inofficiosa, quatiens fraudantur filij legitima, & cessante fraude legitimæ inofficiosa dici donatio non potest. l. cum donationibus. & l. si inter. C. de inoffic. dona. Aut quærimus quid facta fuerit inofficiosa ex post. superuenientiam filij naturalis, & legitimati, cui legitima debetur. Abb. in cons. 16. lib. 1. Curt. Sen. in cons. 74. colum. 16. Dec. in cons. 52. col. 1. & alibi sæpe, & dicendum videtur, quod sic, si legitimatio ostenditur in plena forma, secus si strictè, & limitatè legitimatus esset in eo, quod patri videbitur: Dec. in cons. 264. Imò si simpliciter legitimatus sit, & spurius esset ex coitu punibili, non dicit donationem inofficiosam, nisi legitimationis forma aliter habeat, quod possit venire etiam contra voluntatem patris. Socin. in Rub. ff. de libe. & posthum. col. 2. post med. versic. ex quibus infero. & col. 3. vers. quinto infero, vbi expressè dicit, non competere spurio legitimato quærelam inofficiosæ donationis.

Sed fingamus filium postea natum & legitimatum naturalem fuisse, vel spurium quidem, sed ita legitimatum, vt venire p

sit ad hæreditatem etiam contra parentis voluntatem, licet donatio fieri possit inofficiosa ex post, glos. & Doctor. in d.l.1. in 9. quæstio. C. de inoffic. donat. Paul. de Cast. in authen. vnde si parens. C. de inoffic. testa. & in d. cons. 356. dubitatio lib. 2. † tamen talis donatio etiam facta extraneis non rescinditur in totum, sed ad legitimam tantum, cum inofficiosa non fuerit re, & consilio, quod vtrunque copulatiue requiritur: Bar. in d.l. Titia. §. Imperator. ff. de leg. 2. Roman. in cons. 26. colum. final. in quarto dubio, & in cons. 95. Paul. de Castr. in cons. 251. viso quodam Instrumento, colum. 2. circa med. lib. 1. sed ista donatio inofficiosa dici consilio non potest, cum filium pater non haberet, cui legitima deberetur, quod ipsum requiritur, vt inofficiosa consilio dicatur, Paul. de Castr. in dicto consil. 251. colum. 2. circa med. versic. & contrafaciendo lib. 2. & in d. cons. 356. ante finem eod. lib.

20 † Secundò, posito citra præiudicium veritatis, habuisset donator filium tempore donationis, adhuc non diceretur inofficiosa consilio, quia non donauit pater bona omnia præsentia, & futura. Imò nec omnia præsentia, sed bona particulariter descripta in Instrumento donationis, ob id, futuræ proli legitimæ bona reliqua supererant, ad quæ venire posset ab intestato. Ita in terminis considerat Paul. de Castr. in d. cons. 356. lib. 2. Rippa lib. 3. respons. de donatio. reuoc. c. 10. colum. pen. post med. & licet bona in donatione non inclusa ad legitimam satis non essent, tamen adhuc non fit reuocatio in totum, sed ad legitimam tantum, aut eius supplementum, Barto. in d.l. Titia. §. Imperator. ff. de legat. 2. Curt. Senior in cons. 1. colum. final. Socin. inter consilia Curt. Sen. in cons. 2. eandem opinionem amplectitur Ias. in cons. 125. colum. fin. lib. 1.

Ex quibus concludo, non posse reuocari donationem, nisi ad legitimam, aut eius supplementum, saluo sanioris iudicio.

SVMMARIVM.

1. *Senex multa in iure habet priuilegia.*
2. *Senex in causis criminalibus torqueri non potest.*
3. *Senes mitius puniuntur in delictis.*
4. *Senex pro debito ciuili mitius detinendus.*

DECISIO CXXIII.

Senex pro debito ciuili, an & quomodo detinendus.

DVbitatum fuit, an senex sexagenarius pro debito ciuili possit in carceribus detrudi, & arrestari? Et prima fronte dicebatur, non posse, 1 cum regulariter, † senes habeant plura priuilegia in corpore iuris clausa, & idem honor debeatur senibus, qui & magistratibus, vulg. l. semper. ff. de iur. immunit. quem text. multum ad hoc commendat Panorm. in c. statuimus, in secundo nor. de maio. & obed. Felin. in rub. & in c. 1. eod. tit. ad quod faciunt multa, quæ congerit Gell. lib. 2. cap. 15. noct. Attic. plura, vt illius mos est, per Tiraquel. in tractat. de iure primogenit. in præfatione. num. 75. cum plurib. sequent. & Salom. lib. Sapien. capitulo quarto, quæ ibi cumulatissimè videri poterunt.

Secundò allegabatur communis opinio 2 Docto. dicentium, † Senem in causis criminalibus non posse torqueri, iuxt. text. in l. si quis in graui. §. ignoscitur. ff. ad Syllia. per quem text. ita ibi tenet Bar. quem sequitur Gand. in suo tract. de quæst. & torm. in prin. Ang. Aret. in tract. maleficior. in glo. in verbo, Fama publ. versic. quæro quæ personæ. Marsil. in l. edictum. col. 3. ff. de quæst. Quamuis in casu isto contrarium singulariter tenuerit Paul. Grilland. in tract. de quæst. & tortu. in 6. quæst. num. 11. & vlteriùs suadetur hoc ea 3 ratione, † quod senes mitius puniuntur in delictis, l. 2. ff. de termi. mot. c. tanta, vbi Archid. 86. distinct. cap. tempora, 26. quæst. 7. not. glos. & Docto. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infam. & in l. etsi seuerior. C. eod. tit. glo. in c. pœnitentes. 50. distinct. Alber. Gand. in tract. maleficior. tit. de pœn. colum. 15. versic. item in Sene, quæ iura cum alijs Doctoribus refert, & sequitur Tiraquel. de pœnis causa 8. in princ.

Tertò dicebatur maiora priuilegia debere competere senibus, quàm mulieribus per ea, quæ suprà dicta sunt, sed mulier pro debito ciuili carcerari non potest, l. 1. C. de offic. diuers. iudic. & authen. sed nouo. C. de custod. reorum, senesq; & mulieres æquiparantur, glo. 1. in l. ad egregias. ff. de iureiuran. & ibi Ias. num. 9. & 10. ergo sicut mulier carcerari nō potest, idem videtur à maioritate, vel identitate rationis in sene dicendum. Et pro hac opinione in septuagenario expressè tenet Ancha. cons. 336. vers. his præmissis facilis est solutio.

Quartò facit pro hac opinione, quod senex à muneribus personalibus, & quæ ope-

rari

tam personalem requirunt, exempti sunt, vt ab exercitio tutelæ l.2. ff. de excus. tuto. & d.l.semper.ff. de iur. immunit. cum simil. quæ adduci possent.

His tamen non obstantibus, videtur de iure dicendum contrarium. Nam cum regula sit generalis, non videtur ab ea recedendum, nisi expressè aliter cautũ sit, iuxt. not. in l. omnis definitio. ff. de regu. iur. Et præsertim in hac patria Ducali, vbi generaliter disponitur, & consuetudine receptum est, omnes pro causa ciuili incarcerari posse in contumaciam non soluentium, nulla ætatis distinctione habita.

Nec obstant ea, quæ in contrarium adducta sunt. Quoniam procedunt in casibus, in quibus expressè priuilegiati sunt senes, non in alijs, cum in cæteris firma sit regula in contrarium, & specialia non sint multiplicanda, l.1.C. de dot. promiss. diuersaq; sit ratio torturæ, & detentionis, & cum etiam alia sit ratio detentionis mulieris propter scandalum ratione sexus: item & diuersa ratio in muneribus, cum eis, quis se non obliget voluntariè, prout facit debitor aduersus creditorem: nam damnum, quod quis sua culpa sentit, alijs imputare non debet, l.quod quis.ff.de reg.iur.& c.damnum, de regul. iur. in 6. Et præsertim cum senex possit se statim à carceribus eximere, aut per solutionem, aut per bonorum cessionem. Quibus rationibus motus Senatus,
4 censuit † senem non esse carceribus relaxandum, verùm, vt ratio aliqua ætatis habeatur, non esse arctius illum detinendum, sed solum arrestandum in domo Prætoris. Et iuxta hanc Senatus sententiam pronunciauit, & iudicauit Serenissimus Dux noster EMANVEL PHILIBERTVS in quadam publica audientia, quam in auditorio Senatus Taurini residentis primò habuit, post Dei clementia, & fauore restitutam illius ditioni Taurini Ciuitatem anno 1563. die decima Februarij, assidentibus tunc apud Principem Excellentissimis, & Illustribus Viris, Ioanne Thoma Langusco Comite Stroppianæ magno Cancellario, Cassiano à Puteo primario Præside, & me secundo Præside eiusdem Senatus, Vbertino Sollario Equite Senatus. Necnon Clarissimis Senatoribus, Antonino Thesauro, Carolo Malopera, Iuuenale Costafort, Ioanne Iacobo Curbio, Cæsare Cambiano, Amedæo de Ponte Honorato Dracone, & Palemone Caquerano.

SVMMARIVM.

1 *Exhæredari ex quibus causis filia potest, ex eisdem iure alimentorum erit priuanda.*
2 *Adulterij crimen iustam præbet exhæredationis causam.*
3 *Argumentum de dote ad alimenta in iure receptum est & num. 15. tractatur.*
4 *Matrem dotare filius non tenetur.*
5 *Pater dotem filiæ semel constitutam iterum dotare non tenetur, vbicunque eius culpa, & facto amissa fuerit dos.*
6 *Quod etiam in legitima filio constituta ampliatur.*
7 *Alimenta quis habere non debet ex his bonis, quæ illa ratione delicti auferuntur, & num. 12.*
8 *Alimenta parentibus filij præstare tenentur, vbicunque habent, vnde se alant.*
9 *Alere filium pater tenetur, qui portionem sibi assignatam ludendo consumpsit, & numer. sequent. latè comprobatur.*
10 *Alimenta de iure naturali debentur, & nullo effectu tolli possunt.*
11 *Marito exulti alimenta per vxorem præstandi sunt.*
13 *Mater quæ adulterium commisit, dummodo non deuiat, & pœniteat, à filijs alimenta sumere potest, & num. 14. comprobatur.*
14 *Pœnitentibus Deus ignoscit.*
16 *Rui. opinio in consil. 131. num. 8. volum. 4. reprobatur.*
17 *Verba intelligi eo respectu debent, quo prolata sunt.*

DECISIO CXXIIII.

De matre, quæ propter adulterij crimen commissum dotem perdidit, an à filijs alimenta suscipere debeat.



IN quæstione proposita an filius teneatur præstare alimenta matri condemnatæ in amissa dotis propter crimen adulterij commissum, iuxta dispositionem, [illegible] rũq;, de donat. inter vi. & vxor. Videretur prima facie dicendum, filium non teneri alere matrem, quę dote sui culpa priuata fuerit, quæ opinio probatur primò, † quia
1 quibus causis filia exhæredationem meretur, ex eisdemmet iure alimentorum erit priuanda, l. si quis à liberis. §. idem [illegible] vbi glos. in verbo, Detulerat. ff. de liber. agnoscend. quam citat Spec. in titu. qui filij sint legit. num. 15. vers. quid si filia tua. glos. & ibi Bar. in l. fi. C. de alend. lib. quem Bald. sequitur in l. si iudex. in 2. lect. ff. de adop. & in auth. sed si post. col. 1. C. de inoffic. testam. Ias. in l. ius ciuile. num. 29. ff. de iustit. & [illegible] idem Bart. in tract. de alimentis. numer. [illegible] Lup. in repet. cap. per vestras, in 3. nota. §. num. 2. & sequent. & §. 13. fol. 205. ex [illegible] de

de donatio. inter virum & vxor. Didac. in epitome secundæ partis de spons. & matri. c.8.§.6.numer.17. Petrasanct. in suo primo singula. cum alijs pluribus in eius additio. relatis. † At per adulterij crimen commissum iure potest exhæredari mulier, & à paterna successione excludi. l. si filiam. C. de inoff. testamen. & §. causas. vers. si alicui. in auth. vt cum de appellat. cognoscitur. vbi exhæredationis iusta causa est vitæ turpitudo, per quã non solum maritus, sed etiam tota familia dehonestatur. argu. l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. & not. per Castr. cons. 275. colum. 2. volum. 2. ideò ab ipso filio alimenta consequi mater non debet, cum aliàs regulariter alimenta præstare matri non teneatur. l. 1. §. præterea. ff. de tutel. & rationibus distrahend. vbi tutor, qui matrem aluit imputare expensas matri factas pupillo non potest.

Secundò pro hac opinione facit, † quia argumentum de dote ad alimenta in iure receptum est, glos. in l. ob æs. C. de Præd. mino. Alexand. in l. Centurio. numer. 13. post Bar. in locis ibi per eum allegatis. ff. de vulg. & pupill. & in additio. ad eundem Bar. in l. si quis à liberis. §. idem iudex. ff. de libe. agnos. & habetur in apostil. ad Bald. in l. fin. in verbo, Ingratitudinis. C. de dotis promiss. Bar. in l. Mœuius. §. duobus. ff. de lega. 2. cum alijs per Euerard. adductis in suis locis legali. in loco ab alimentis ad dotem, † sed dotare matrem filius non tenetur, l. si vineæ. vbi Bald. C. de præscript. long. tempor. quem text. not. Alexan. in l. 1. num. 20. ff. solu. matrim. & ibi etiam Ang. quem refert Campez de dote part. 1. quæst. 21. Ripp. in d. l. 1. num. 82. ff. solut. matri. vbi eam affert rationem, quia per transitum matris ad secunda vota, filijs iniuria inferatur. §. prospeximus, in auth. de non elig. secundo nubent. quæ sanè † iniuriæ ratio maior esse dicitur in terminis quæstionis nostræ, vbi à matre adulterium fuit commissum: ergo nec ad alimenta exhibenda tenebitur filius, postquam à dote constituenda immunis est.

Tertiò subsistente eadem dotis, atque alimentorum æquiparatione, certum est in
5 iure, † Patrem qui semel dotem filiæ constituit, quæ deinde eius culpa & crimine amissa fuerit, non teneri amplius eam filiam dotare, iuxta text. in authen. quod locum, in illis verbis, nisi filiæ posit imputari. C. de collationib. l. si socius pro filia. §. cæterum. ff. pro socio. Bar. in l. si cum dotem. §. si post solutam, ff. solut. matrim. vbi etiam Angel. Imol. & cæteri communiter. & hanc communem conclusionem dicit Campez. de dote, parte 1. quæstio. 15. vbi verum istud esse dicit, si lata siue leui culpa filia dotem amiserit, secus tamen si leuissima. Castr. cons.
6 80. in prima parte, num. 2. † loquens etiam in legitima semel à patre filio constituta, quam si filius consumpserit aditeratam eius assignationem non obligabitur pater. Soci. cons. 75. num. 7. volum. 1. idem tenet Ias. in §. fuerat. num. 135. Instit. de action. imò nec ad alimenta in specie teneri patrem, vbicunque dolo aut culpa lata filia dotem amisit, tenet Bal. in authen. contra rogatus, num. 8. C. ad Trebe. ergo videretur in terminis nostris idem concludendum esse in filio, à quo non proprio iure naturali debentur alimenta parentibus, cum parentes magis filijs quàm filij parentibus ea præstare debeant. Felin. in c. si diligenti. colum. 1. de foro compet. quem refert Cagnol. in l. iura sanguinis, num. 4. ff. de reg. iur.

Quartò firmari potest hæc opinio ex
7 ijs, quæ not. Bal. in authen. bona damnatorum. num. 4. C. de bon. damnat. vbi inquit, † quod ex bonis, quæ auferuntur alicui ob delictum, quis ali non debet. §. si verò omnibus, de pace tenenda. in visibus feud. per quem text. idem sentit Soci. cons. 124. colum. 3. lib. 3. dicens, quod quando pater propter delictum priuatur aliquibus bonis, & filijs aliqua portio reseruatur, nõ debet pater de filijs alimentari: ergo ex dote materna propter crimen adulterij ad maritum, & eius filios perueniente, alimentari mater non debebit, ne pœna, à lege constituta quodammodo elusoria reddatur. Quare ex suprà dictis in fauorem filiorum videbatur pronunciandum, matrem propter adulterij condemnationem, & dotis amissionem, alimenta à filio consequi non posse.

8 In contrarium verò † adduci potest id, quod habetur in l. 1. & 2. C. de alend. lib. & parentibus. l. si quis à liberis. §. vtrum. & §. parens. ff. de lib. agno. vbi filij tenentur præstare alimenta parentibus, non habentibus, vnde se alant, quod sanè æquitate quadam, & sanguinis charitate inductum esse dicitur, pro qua opinione faciunt notata per Bal. in l. scimus. col. fin. versic. sextò quæro. C. de inoffic. testam. vbi post Iacob. de Aret.
9 dicit, † patrem teneri alere filium, qui partem suam ludendo consumpsit, arg. l. libertus qui operarum. ff. de operis libert. & l. Imperator, in fin. ff. ad Trebel. vbi filius, cui fuit restituta hæreditas propter fraudem

patris

patris alienationis bona fideicommisso subiecta tenetur patrem inopem alere, & Bald. refert & sequitur Iaſ. in auth. quod locum. num. 7. & 8. C. de collatio. vbi rationem red
10 dit, † quod cum alimenta de iure naturali debeantur, nullo euentu tolli possunt, l. eas causas. ff. de capitis diminutio. l. 1. §. ius naturale. de iure nat. gent. & ciuili. not. Dec. & Cagnol. in l. iura sanguinis. ff. de regul. iur. Et licet Bald. in auth. contra rogatus. C. ad Treb. num. 8. quem suprà in tertio fundamento contrariæ opinionis citauimus, videatur diuersum sentire, scilicet non teneri patrem alimenta exhibere filio, qui peculium sibi assignatum luxuriosè consumpsit, tamen contraria opinio verior est, & magis tenenda, prout eam tenuit idem Bal. in l. 1. §. ius naturale. num. 7. ff. de iure natu. gent. & ciui. & in auth. si captiui. in fin. C. de episc. & cler. quem refert & approbat Castr. in l. si cum dotem. §. si post num. 7. ff. solut. matrimo. & ibi etiam Angel. col. 2. versic. sequitur Iaſ. in alleg. auth. quod locum. num. 8. Guid. Pap. sing. 568. incip. nota pactum. versic. circa hæc quæro.

Secundò, hæc opinio comprobatur ex his, quæ not. Barto. in l. si constante. num. 22. versicu. plus etiam, soluto matrimon. vbi
11 † marito exuli alimenta per vxorem præstanda sunt, idemque dicendum est in parente bannito, cui filia alimenta præstare tenetur, allegat text. in l. mutus. §. manente. ff. de iure dot. & §. si verò contigerit. authen. de incestis nup. vbi gl. in verbo, Alia. facit etiam text. in l. eas obligationes. iuncta l. legatum. ff. de cap. dimin. & l. si in metallum. ff. de his, quæ pro non script. hab. quæ iura adducit ad hoc Nellus à sancto Gem. in tractat. bannito. in prima parte. 2. tempor. quæstio. 48. versic. sed ego sto, hanc opinionem tenens, reprobata opinione Baldi contrarium sentientis in cap. 1. de pace tenen. & eius viola. colla. 10. per illum text. cui respondet idem Nellus loco suprà citato: licet enim pater contemptor legum, & impius sit, nihilominus est pater, sicque naturalem potius causam considerat text. quam paternum crimen. eandem opinionem sequitur Bal. in auth. incestas, in fi. C. de incest. nupt. idem Bald. clarius hoc explicat in l. vbi adhuc. num. 21. post Specul. in titu. de dot. post diuor. rest. num. 20. C. de iure dot. quæstionem ponens in marito,
12 † qui adulterium commisit, ex quo vxor secundum ius canonum respectu thori ab eo recedit, & dos ad mulierem redit, nunquid ex tali dote ali maritus debeat? respondet negatiue, & rationem reddit ibi Bald. quia non debet ex matrimonio præmium consequi, quod nixus est impugnare, quod si non peccauerit in legem matrimonij, sed alio crimine fuerit bannitus, mulier ex fructibus dotis eum alere debebit, & licet hæc opinio Baldi videatur prima facie firma, potius primam opinionem, quam suprà adduximus, quod scilicet filij non teneantur præstare alimenta matri adulteræ, ea ratione scilicet, quod in matrimonij legem peccauerit, & ob id digna non sit alimenta percipere ex fructibus dotis, & per cõsequens matrimonij: tamen respondetur, Baldi opinionem, quamuis generalem, restringendam terminos, de quibus loquitur l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. l. milites agrum. de re militari. Aretin. cons. 161. col. 3. versi. ergo oratio. tractatur enim in allegata quæstio. de viro & vxore, quorum alteri debetur dote propter adulterium, non debebit ex fructibus dotis alimenta conferri. nos verò agimus hîc de matre & filio, quæ matri alimenta præstare non ex dote, sed ex reliquis eorum paternis bonis debebit de iure, & æquitate naturali suadente, quæ magis inter parentes, & filios, quam inter maritum, & vxorem consideramus. Similem considerationem, & differentiam cum peritis his scriptis facere Lupum in rubric. donatio. inter vir. & vxor. §. 64. limitatione 2. num. 12. & 14. & in repe. c. per vestras. in princ. §. 19. sed quamuis. num. 2. versi. tellige sane nisi maritus, & c. eodem tenet. donat. inter vir. & vxor.

Ex his igitur in vtranque partem allectis dubitabilis hæc quæstio visa est, qua tamen inter se dissidentes Doctorum opiniones facili negocio concordari pos-
13 runt, si dicamus, † primam opinionem tunc cum habere, quoties mater adultera ex vitæ turpitudine luxuriosè vitam agens perstitisset: tunc enim iniquum esset filios ad alimenta præstanda cogi. quod si meliorem vitam redeundo eam peccati commissi criminis pœnituisset, tunc alimentis, & filiorum subsidijs priuanda debet: ita videtur sentire Specul. in titu. qui filij sint legitimi. num. 16. versic. quid si filia tua peccat. per tex. notab. in l. Imperatorem. C. de nuptijs. ex quo textu †
14 lem. C. de nuptijs. ex quo textu † max. Dei erga humanum genus demonstrata clementia, qui quotidianis hominum peccatis semper ignoscens pœnitentiam suscipit nostram, & ad meliorem statum reuocat. Nam scriptum est Ezechie. cap. 34. Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis ad ruinam iniquitas. Et Ezechiel. cap. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, viuendo viuet, non morietur. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 2. Pœnitentiam habe, ab his quæ facis, alioquin veniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Et Ioannes in epistola. 1. cap. 1. Si confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est, & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 3. Ecce sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 21. Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus, & ipse erit mihi filius. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 22. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras ultra non egredietur. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 3. Qui vicerit, dabo ei manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo nouit, nisi qui accipit. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 2. Qui vicerit, dabo ei potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vasa figuli conteret eas, sicut & ego accepi a patre meo, & dabo ei stellam matutinam. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 3. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 3. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras ultra non egredietur. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 21. Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus, & ipse erit mihi filius. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 22. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras ultra non egredietur. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 3. Qui vicerit, dabo ei manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo nouit, nisi qui accipit. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 2. Qui vicerit, dabo ei potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vasa figuli conteret eas, sicut & ego accepi a patre meo, & dabo ei stellam matutinam. Et Ioannes in Apocalypsi. cap. 3. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius.

rit, & ingemuerit, omnium eius iniquitatū amplius non recordabor & eiusdem c. 18. si impius auerterit se ab impietate sua vita viuet, & non morietur, facit & tex. iuncta gl. in l. 3. C. de apost. & in simili casu in iure constitutum legimus, quod filius ingratus qui potest exhæredari ratione ingratitudinis. §. aliud quoq; capitulum, auth. vt cum de appel. cognoscitur, si tñ viuo patre pœniteat, non priuabitur hæreditate, est dictū Alexa. in l. 1. nu. 33. vers. ex his infero. ff. sol. mat. quem refert & sequitur las. in l. in arenam. col. fi. vers. & per hoc infert dñus Alexander. C. de ineff. testa. in l. filio quem pater. col. 2. vers. bene fateor. ff. de lib. & posth. & in auth. nō licet, in prima col. C. de li. prę ter. Hanc Spe. opinio. refert & seq. Bal. in l. si filiam. C. de inoff. test. Cāpez. in tract. de dote, in 13. q. vers. prædicta vera nisi filia, las. in l. ius ciuile. nu. 29. post Io. And. Bal. & Alex. per eum allegatos, de iust. & iure, & notissime Mantua. Patauinus iurisconsul. in sing. 130. in prin. & licet ab hac opinione recedat Fel. in c. Rodulphus. col. 3. de rescrip. necnon Cur. Iun. in d. auth. non licet. col. 1. C. de lib. prę ter. cū quibus transit etiam Didacus in c. Raynutius in prin. nu. 18. de testam. Attamen opinionem Alexandri cōiter approbari dicit Catel. Cotta in memorali, incip. filius fam. qui à patre, post Paul. Piccum quem refert in d. auth. non licet in 3. col. vers. pulchrum occurrit dubium. C. de lib. præt. eandem communem esse opinionem attestatur Viuius in suis commu. opin. in verbo, Filia quæ peccauit in corpus, &c.

Et licet in pluribus casibus supra cōnumeratis, filia amittens dotem culpa sua non debeat iterum dotari, vt latè supra probaui mus: tamen ad alimenta id trahendum non est, cum diuersa in eis militet ratio, ex quo magis debita censeantur alimenta, quam dos ipsa, cum illa iure naturali quodam instituta sint, dos verò originem ducat à iure ciuili, vt not. Cagnol. in l. iura sanguinis. numero octauo. de iust. & iur. † imò absolute non valere arg. de dote ad alimenta tradit Alexand. in l. 1. nu. 18. ff. sol. matr. pater enim naturalis tantum filium alere tenetur, non autem dotare l. licet. C. de naturalibus lib. & filius matrem alere, non autem dotare tenetur l. 1. C. de alen. lib. iuncta l. tutor. §. fi. ff. de admin. tutorum, Bal. Nouel. de dote in 6. par. priuileg. 15. col. 2. in fi. vers. licet autem filius.

6 Nec prædictæ diuisioni Spec. † obstabit cons. Ruyni 138. nu. 8. vol. 4. vbi concludit filiam per pœnitentiā subsequentē nō recuperare ius, quod amisit, sed tantum dignam esse venia, & quod illi iniuria ab offenso remittatur, declarando dictum Speculatoris ita esset intelligendum, quia si rectè Speculatoris verba perpendantur, apparet eum duas opiniones in eo articulo proponere. Prima quod pœnitentia peccati ipsius filiæ quæ corpore suo deliquerat, illi prosit respectu alimentorum consequendorū à patre, Secunda in contrarium arguit, quod per talem pœnitentiam non tollatur turpitudo. l. qui ea mente. ff. de furt. cum alijs iuribus per eum allegatis. tandem residet in illa prima opinione, quod pœnitentia filiæ ei prosit, vnde non aliter considerare possumus ei pœnitentiam prodesse, nisi dicamus, eam alimenta à patre consequi posse, vt verba illa, quod ei prosit, intelligantur sīm terminos superioris quæstionis propositæ. l. qui testamento. ff. de testa. l. Proculus. ff. de
17 vsufructu. † cum enim prolata sint respectu alimentorum huiusmodi verba, eo respectu intelligi debent, quo prolata sunt. §. fin. Inst. de codicillis l. fi. ff. quemad. seruit. amit. l. Nesennius. §. fundi. ff. de re iud. not. Crau. in cons. 9. nu. 21. Et secundum supra dictam Specul. opinionem ita apud excellentissimum Senatum iudicatum fuit, in proposita quæstione.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio facta à patre inter filios habet vim vltimæ voluntatis.*
2 *Diuisio patris inter filios in potestate existentes regulariter non valet fallit nu. 4. 5. & 6.*
3 *Hæreditas pacto dari non potest.*
7 *Absolutio à iuramento non prodest obtinenti, nisi vocata parte, cuius interest.*
8 *Iuramentum conualidat diuisionem inter filios factā.*
9 *Diuisio hæreditatis per quottas differt à diuisione rerum particularium.*

DECISIO CXXV.

Diuisio facta à patre inter filios iuramento firmata quando subsistat.

PATER bona sua diuisit inter liberos, ipsis præsentibus, & acceptā tibus, ac promittentibus non contrauenire, cum iuramento, dictiisque liberis bona realiter remissa fuerunt, post aliquot annos pater eā diuisionem in codicillis obtenta absolutione à iuramento reuocauit, dubitatum fuit, an talis reuocatio, vel diuisio antea facta subsistat? & pro reuocatione vrgere videntur fundamenta infra scripta.

Inprimis, quia huiusmodi diuisio habet uim, & formam vltimæ voluntatis. l. si filiç. §. si pater. ff. fam. hercis. & l. quoties. C. de eo. tit. sicut ergo vltima voluntas erat ambulatoria, & mutabilis vsq; ad mortem. l. 1. C. de sacros. eccl. l. 4. C. de admen. lega. ergo potuit Ioannes Cozolus codicillis voluntatẽ mutare. Nec referre põt conuentionem prædictam non habere solemnitates testamentarias, vel vltimæ voluntatis, quia dispositio patris inter filios valet quouis modo facta fuerit l. fi. C. fam. hercis. & l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. §. nos igitur, in auth. de test. imperfec. & hoc arg. in simili casu vtitur Paris. in cons. 34. nu. 13. li. 2. & cons. 33. nu. 3. lib. 3. post Alex. Soc. Corn. Dec. & alios ibi per eum relatos.

Secundo pro hac opinione facit, quia re-
2 gulariter talis † diuisio inter filios in potesta te existentes non valet, gl. in l. si ancillam in §. si pater. ff. pro suo, quam ibi sequitur Alb. & Bal. in l. 1. col. 3. C. pro don. Soc. in cons. 4. incipien. visis actis. col. 2. lib. 1. Corn. consil. 228. incip. quod d. Ser. Antonius. nu. 1. li. 4. Marsil. sing. suo 674. Paris. latè consilio 24. nu. 60. lib. 2. & rõ esse potest, quia quicquid acquirit filius reuertitur ad patrem. l. placet ff. de acq. poss. l. 1. §. 1. ff. de don. cum multis simil.

Nec obstare videtur si dicatur, talem diuisionẽ fuisse iuratam, quia etiam subsistente iuramento, prædicta diuisio non valet, prout in terminis ita tenuerunt Castren. in cons. 345. incip. circa bona, quę fuerunt. col. 2. li. 1. in nouis, & clarius fere in terminis casus nostri Oldr. consi. 231. vbi idem Old. voluit hoc procedere, etiamsi filij præsentes confirmarent talem diuisionem & Old. verba d. cons. 231. refert & sequitur Bal. in §. itè sacramenta. nu. 17. & seq. de pace iur. firm. vbi Affl. Rom. in rep. rub. de iure iur. in 4. q. quos etiam refert & sequitur Paris. cons. 24. nu. 60. libr. 2. & cons. 34. eo. lib. & tanto magis hoc videtur dicendum in casu nostro, vbi adest absolutio à iuramento: quo casu reuocari põt p̃dicta diuisio, sm̃ Alc. in l. pactũ quod dotali. col. fi. C. de pac. nu. 90.

Tertiò pro hac opinione militat, † quod
3 dici solet, hereditatẽ pacto dari non posse l. hæreditas. C. de pact. conuen. l. pactũ. C. de collatio. cũ vulg. qđ ampliatur, ẽtsi esset pactũ reciprocũ, vt in casu isto, per ea q̃ dicit Bar. cons. 112. Alex. cons. 28. lib. 3. Dec. consi. 225. & 236. & cons. 513. Paris. cõs. 26. lib. 1.

Præmissis tñ non obstantibus contrariam opinionem de iure veriorem esse ex infrascriptis demonstratur fundamentis.

Primò quia Instrumentum hoc diuisionis factę inter liberos á patre nõ stat in pa-
ris terminis diuisionis, & vltimæ voluntatis, sed trãsit in vim, & formam contractus continetq; pacta reciproca, cum promittant, & iurent partes non contrauenire, pohilq; vlterius inuicem petere, in quorum executionem subsequuta fuit traditio, qui casu militat dispositio l. si diuisione. C. familiæ hærcis. & vlterius reseruauit sibi pater in testandi de certa portione, necnon debonis acquirendis, ex quibus omnibus demonstratur, mentem patris, & filiorum fuisse disponere in vim vltimæ voluntatis, sed contractum celebrare, qui inter fratres, & cum patre factus iuramento confirmatus fuit, & irreuocabilis est, iux. no. per Doc. in l. frater à fratre. ff. de cond. inde. præsertim Ias. nu. 40. Cagnol. nu. 272. & 339. vbi dicit hanc esse receptam conclusionem, & hodie communiter omitto, q̃ ita in pari casu arguit Pari. cons. 31. & 34. libr. 3. qui ad hoc plura cumulat, quæ breuitatis causa omittuntur, his addatur d. cons. 228. nu. 9. & 10. lib. 4.

Secundò pro hac opinione adducitur
4 receptior Doctorũ sententia in his terminis, q̃ talis diuisio, & promissio iuramento firmata valeat teste Bal. in l. 3. col. fin. ver. sed quid si fuit. C. de vsucap. pro don. quę sequitur Soci. cons. 107. lib. 3. Dec. cons. nu. 8. vers. vel qñ iuramentũ. posit. Cacia in d. l. frater à fratre. q. 21. nu. 90. vbi examinans rñdet ad rõnem Romani contrariũ tenentis, eandem opinionẽ sequitur Rui. cons. 96. nu. 8. lib. 5. Paris. latè de nu. 35. li. 3. per totũ, qui diligenter vide est pro decisione huius casus. Nat. cons. in causa & quæstione. Ex quibus etiam hanc esse magis communem opinionem

Non obstant in contrarium addu-
5 primo q̃ dicitur huiusmodi diuisionem habere vim vltimæ volũtatis, quia in hoc clare apparet patrem noluisse contrahere timam voluntatem, sed contractum mutuos, & donationem, vt ex præfatione ipsius Instrumenti, necnon ex formulis rum dispositiuorum euidenter dignoscitur per ea quæ supra dicta sunt, & quæ Paris. d. cons. 33. nu. 17. 18. 37. & 40. Cons. 228. lib. 4. nu. 10. Rui. cons. 187. lib. 2. nu.

Nec aduersatur quod dicitur talem
6 uisionem regulariter inter filios in pote te existentes non valere, quia prædicta eluso limitatur non procedere, quando diuisione interuenisset iuramentum vt in casu nostro; ita in specie re-

det Soc.d.cons.107.lib.3.quo fit, vt iure defendi possit, non esse verâ opinionẽ Oldra. Bal. & aliorũ tenentium talem diuisionẽ iuramennto non firmari, cũ in contrarium sit cõis opinio, vt supẽ in secundo fundamẽto pro hac opinione adducto demonstrauimus, præterea dicitur † opinionẽ Oldr. procedere, qñ appareret primã voluntatẽ patris diuidentis factam fuisse in vim vltimæ dispositionis, & testamẽti, & ita intelligi debere Old. & alios supra relatos declarat Aluarot. in d.§. itẽ sacramẽta, vers. quæro subsequenter. col. pe. Rui. d. cons. 187. lib. 2. in fin. Et in his terminis loqtur Paris. in respõ. suis pro contraria parte adductis, pẽsertim cons. 24. nu. 66. Et q̃ differat casus Oldradi à casu nostro apparet, quia ibi Rex retinuerat sibi dñiũ in vita sua, conferens effectum donationis post mortẽ, sed in q̃stione proposita totũ cõtrariũ factum est, vt supẽ diximus. nõ omitto, qd̃ Rex ille disposuerat de bonis feudalibus, hic aũt de allodialibus.

Nec refert q̃ obijcitur de absolutione à iuramento, † quia illa nõ potuit obtineri nõ vocata parte, cuius interest, l. de vnoquoq̃ ff. de re iud. notãt in specie Doc. in c. 1. de iureiu. Didac. lib. 1. var. resol. c. 4. nu. 5. vbi post Curt. Deci. & alios, quos refert, dicit, hanc esse cõem opinionem: addo pdictis Alexa. cons. 222. nu. 8. & 9. lib. 2. & in cons. 66. nu. 13. lib. 6. Franc. Turza. in suis com. opinio. opinione 47. q̃ intellige, quando absolutio petitur ad effectum tollendę obligationis, seu retractandi contractus, secus aũt si petatur ad affectũ agẽdi, seu excipiẽdi, quia tũc non requiritur partis citatio: ita distinguit Old. cons. 120. Ancha. cons. 382. Abb. & post eum Fel. in d. c. 1. de iureiu. Dec. in c. qua fronte. col. fi. vers. 2. fallit, de appel. Affl. decis. 220. col. 4. dicens hanc esse communem, Cur. iu. cons. 152. affirmans communem stylum ita seruare. Itẽ ex eo q̃ talis absolutio personalis sẽ, neq̃ põt, pdẽe filijs, q ea nõ obtinuerũt, & nũc iuramento cõtraueniunt. Accedat, q̃ opi. Alcia. intelligẽda est, qñ in vim vltimę volũtatis diuisio facta est: nam si in vim cõtractus post ius tertio q̃sitũ absolutio à iuramento nõ inualidat cõtractũ, quia cõtractus à principio voluntarij ex post facto sunt necessarij, l. sicut. C. de act. & oblig.

§ Ad tertium obiectũ rñdetur, † primo non procedere, qñ adest iuramentũ, vt dicit Dec. cons. 655. nu. 16. & Alc. in d. l. pactum quod dotali. C. de pac. Verùm quia hæc opinio cõmuniter reprobatur, vt supẽ latè probauimus decis. 100. nu. 31. Ideo tutior ẽ rñsio, q̃ hic non fuit facta diuisio hereditatis, sed bonorum particularium, quo casu dicta regula non procedit, vt pulchre dicit Nat. cons. 474. nu. 1. & alij cumulati eadem decis. 100. nu. 26. & hanc veriorem, & communiorem solutionem dicit Paris. cons. 126. nu. 103. lib. 2. idq̃ clarissime constat ex eo, quod pater sibi ius disponendi reseruauit de quibusdã bonis, & præsertim de acquirendis post eam diuisionem.

Ex quibus apparet, opinionem secundam veriorem, & crebriorem esse, ac tutiorem ad animarum salutem, ob iuramenti religionem, ideoq̃ in iudicijs obseruandam, prout in simili casu dicit Oldr. cons. 127. viso Instrumento pacti, in fin. Et secundum hanc opinionem iudicauit Senatus, referente Domino Antonino Thesauro Senatore in causa fratrum de Cozolis de Orbazano, confirmatis duabus sententijs præcedentibus iudicis ordinarij scilicet & præfecti Pedemontium.

SVMMARIVM.

1 *Textus § sed & hoc præsenti, in auth. de sanctiss. episcop. ratio affertur, & nu. 12. declaratur.*
2 *Contemplatiua vita excellentior esse dicitur actiua.*
3 *Conditiones plures à iure reijciuntur, quando publicæ vtilitati aduersantur, & turpitudinem in se continent.*
4 *Monasterium loco filij habetur, & melius nu. 20. declaratur.*
5 *Fictio vbicunq; à lege introducta est super actu de quo lex ipsa disponere potest, tunc lex dicitur vere, non autem ficte facere.*
6 *Mulieri monasterium ingredienti an eadem pecuniæ quantitas debeatur, quæ in casum nuptiarum fuerit à testatore relicta, & nu. 22. declaratur.*
7 *Testatoris mẽs tacita à lege suppleri, & intelligi solet.*
8 *Conditio, si sine liberis ex suo corpore legitime procreatis decesserit, quomodo intelligatur, & nu. 10. & 11. latissime declaratur.*
9 *Textus in c. quicunq;. 17. q. 4. quomodo intelligatur.*
10 *Mixtum sub simplici non continetur, maxime in exorbitantibus, & correctorijs. nu. 13.*
14 *Fauoris eius ratio haberi non debet, qui mixtum in se odium contineat.*
15 *In potestate instituti esse non debet, voluntatem testatoris irritam reddere.*
16 *Adoptio quare non operetur defectum substitutionis factæ sub conditione, Si sine liberis decesserit.*
17 *Filio paterna successio tum ratione pietatis, tũ etiam ratione naturali debetur.*
18 *Monasterium secundum magis communem opinionẽ liberos non excludit, vbicunq; facta est substitutio sub hac conditione, si sine liberis decesserit ex suo corpore legitime procreatis,*
19 *Testatoris voluntas secundum communem loquendi vsum intelligi debet.*
Verisimile est, testatorem sensisse id, quod communi loquendi vsui conuenit. nu. eod.

23 *Ratio tex. §. sed & hoc præsenti auth. de sanct. episc. per Richardum Malumbr. adducta confutatur.*

23 *Decij opinio in consi. 426. col. 1. circa intellectum, & declarationem c. quicunq; 17. quæstio. 1. confutatur.*

24 *Distinctio vera affertur, qua diuersæ Doct. opiniones conciliantur, an monasterium excludat substitutum, nec ne.*

25 *Testatoris mens adeò attendi debet, vt etiam si dispositio reddatur inutilis, ab ea tamen non sit recedendum.*

26 *Tex. in § sed & hoc præsenti in auth. de sanct. ss. episc. limitatur.*

27 *Fratres minores, mendicantes, & Carmelitani, incapaces bonorum esse dicuntur.*

DECISIO CXXVI.

An substitutio sub hac conditione facta, si sine liberis ex suo corpore legitime procreatis decesserint, censeatur euenisse per ingressum monasterij: vel defecisse.

ANDREAS Fauentia Nicensis institutis eis filijs hæredibus vniuersalibus, altero ipsorum decedente sine liberis ex suo corpore legitimè procreatis, eidem substituit alterum filium superuiuentem: contingit, mortuo patre, alterũ dictorum filiorum postquam professus fuit religionẽ Carmelitanorum decedere sine liberis ex suo corpore legitime procreatis. quæsitum fuit, an substitutionis cõditio euenerit, vel defecerit? Et prima fronte videbatur dici posse defecisse substitutionis conditionem & monasterium, tanquam loco filij, substituto esse præferendum, quę opinio tam legibus, quàm rationibus, & Doctorum testimonijs adiuuari potest.

Primò ex textu in §. sed & hoc præsenti. in auth. de sanctiss. episc. ex quo desumpta est auth. nisi rogati. C. ad Treb. vbi si institutioni vel substitutioni alicui factæ conditio apponatur, si sine liberis decesserit, ingressusq; is fuerit monasterium, huiusmodi conditio inualida, & pro non scripta habetur, cuius tex. rationem eam esse dicebat Richard. Malumbr. relatus à Bar. in l. si ita quis. §. is cui de leg. 2. & consi. 1. incip. Par-
1 mensis quidam. nume. 2. † quia si talis conditio admitteretur, retraherentur homines à vita contemplatiua, qui timentes ne si sine liberis decederent, eorum bona virtute substitutionis in aliam personam transferrentur, ad matrimonium contrahendum potius, & sic ad actiuam vitam, quam ad religionem, & contemplatiuam, animum applicarent. quę ratio firmari potest ex tex. in l. quoties. & l. Titiæ si non nupserit. ff. de cond. & demonstra. vbi legatum mulieri lictum sub conditione, si non nupserit, mota conditione tanquam impeditiua trimonij, debetur: ergo à fortiori remouda erit conditio, quæ religioni, contines
2 tiæq; aduersatur, † cum excellentior contemplatiua vita sit, quam actiua. §. 1. vbi glo verbo, Celsiorem, in auth. de monachis. chidia. in c. scripturis. 8. quæst. 1. sicut &
3 videmus † plures conditiones reiici in quæ publicæ vtilitati aduersantur, vel quam in se turpitudinem continent. l. si filius. ff. de cond. inst. l. 1. cum ibi C. his quæ pœ. nomine.

Secundò pro hac opinione facit, quòd talis conditio, si sine liberis, tanq; da sustineri possit, circumscripta remota dispositione d. §. sed & hoc præsenti non diceretur verificata, nec adimpleditio in fauorem substituti, cum per sum monasterij non iudicetur quis
4 beris decessisse, † ex quo monasterium filij reputatur. c. in præsentia, cum ibi per Canonist. de probatio. auth. si qua lier. C. de sacros. eccl. vbi Ias. commun dicit, quẽ refert & sequitur Baptista lalobos in suis communi. opinio. liten nu. 120. Alexa. in l. vtrum. ff. de verb. quẽ refert Affl. decis. 220. nu. 9. & æquiparatio per fictionem introducti vt sentit Bal. in alleg. auth. si qua Fel. in d. c. in præsentia. nu. 42. de beatq; conditio specifice, & forma em seruata, non aũt per fictionem ri. l. qui hæredi, & l. Mœnius. ff. de demonst. Ias. in l. Gallus. §. & quid
5 13. ff. de libe. & posth. † quia hæc ficti lege introducta super actu, de quo disponere potest, vt scilicet fauore nis monasterium loco filij habeatur, & cum filijs ad successionem admittatur, tur lex vere, non autem ficte, id facere not. Ant. de But. in cons. 20. relatus à l. si is qui pro emptore. nu. 224. ff. de & de eo, tanquam de casu vero, iudi est, iuxt. l. qui ad certum. ff. locati. l. Cornelia. ff. de vulg. & pup. substit.

Tertiò hanc partem iuuare videtur
6 clusio illa communiter recepta † quod testator mulieri relinquat centum, si serit, si vero religionẽ ingressa fuerit, quaginta tm̃, ita poterit monasterij ad iorem summã centum aureorũ mulier lictã admitti, ac si mulier ipsa nuptias

traxisse, hanc conclusionem firmat Ioan. Andr. in additio. Specul. in 4. par. super rubri. de statu monacho. Roman. in l. stipulatio hoc modo concepta, colum. septima. versicul. vltimo. ff. de verbo. oblig. quem refert & sequitur Barto. de Bellenzi. in addition. ad Abba. in d. c. in præsentia, in versicul. & ex his patet decisio, extra de probatio. laso. in authen. si qua mulier, versiculo, iuxta hanc partem. C. de sacrosanct. eccles. Matthesil. notab. 52. incip. nota quod testator. Thomas Ferr. caut. 9. vbi tenendā hanc esse asserit, & ab ea non esse recedendum in consulendo, quem refert Boer. decis. 3. numero decimoquarto, eandem opinio. tenet Castell. Cotta in memorali incip. conditio adiecta legato post Roma. quem refert in singul. 436. hæri consului, sed in singu 439. vbi dicit hoc didicisse ab Angelo in disputa. incip. nob lis quidam genere, & hanc esse communem opinionem attestatur Rippa in l. 1. numero 62. ff. solut. matrimon. & Vi. ius in suis commun. opinion. in verbo, filiæ relinquens pater, vbi tamen istud non procedere dicit, vbi expresse pater voluntatem suam declarauit, se nolle filiam posse consequi centum, nisi matrimonium contraxerit, eandem communem appellat Paris. in d. c. in præsentia, numero 145. de probatio. si igitur non obstante speciali prouisione testatoris, qui de religione cogitauit, relinquendo quinquaginta mulieri monasterium ingredienti, ad plenius legatum centum aureorum monasterium contra voluntatem testatoris admittitur, multò magis illud statuendum erit, vbi nulla facta est prouisio expressa à testatore, prout in quæstione proposita facta non fuit, de quo lex præsumit, quod si de monasterio cogitasset, verisimiliter voluisset substitutum ab eo excludi: prout hanc rationem sensisse videtur Castr. in authen. nisi rogati, numero quarto. C. ad Trebellia. quem sequitur Alexand. consi. 121. numero 12. volum. 2. ex tacita igitur mente testatoris à lege interpretata, dicendum videretur, locum non esse substitutioni admisso monasterio, iquemadmo-
7 dum pluribus in casibus in iure positis, & tacita mens testatoris, à lege suppleri, & intelligi solet. l. cum auus. ff. de cond. & demonstr. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. facit glossa in l. tale pactum, in fin. ff. de pact. quam sequitur Alexand. consi. 24. col. pe. lib. 2. Dec. consi. 64. col. fi. Cur. Iun. consi. 19. col. pen.

Nec obstant, quæ contra hanc primam opinionem adduci possent, scilicet hic ex
8 presse apparere de mente testatoris, voluisse monasterium excludi, & de eo cogitasse, dum vsus fuit ijs verbis, & quod altero ipsorum decedente sine liberis ex suo corpore legitime procreatis, alterum superuiuentem substituebat, cum illa verba, de suo corpore procreatis, naturaliter, non autem ciuiliter intelligi debeant. l. si ita quis. § is cui, de lega. 2. l. fi. C. de his qui veniam ætatis impetraue, quia respondetur, quòd etiamsi ex presso non fuissent huiusmodi verba, tacitè tamen intelligerentur, cum appellatio filiorum simpliciter facta, intelligatur de filijs ex se natis. l. fideicommissum. ff. de cond. & demonstr. vnde, cum expressio eorum nihil operetur, quæ tacitè insunt l. 3. de leg. 1. l. non recte. C. de fideiussorib. perinde habenda sunt illa verba, ac si non fuissent expressa, & per consequens facienda est interpretatio, ac si simpliciter conditio, si sine liberis, fuisset apposita, secundū dispositionem d. §. sed & hoc præsenti, in auth. de sanctiss. episc. qui de conditione simpliciter prolata si sine liberis, loquitur, ita sentit Dynus relatus per Bar. in alleg. l. si ita quis. § is cui, de leg. 2. & in supra allegato consi. 1. in princ. incip. Parmentis. quem sequitur Alex. consi. 121. nu. 4. vol. 2. vbi per eadem fundamenta relata a Bar. in supradicto consi. hanc opinionem in fauorem monasterij sequutus fuit, & ante eum Bal. in c. in præsentia. nu. 8. versic. sed quid si testator, de proba. Cast. in l. Deo nobis. C. de episc. & cler. Abb. in d. c. in præsentia. nu. 48. Felin. in eod. c. nu. 36. versic. & ista denotant difficultatem, de de probatio. Deci. consi. 674. nu. 3. & consi. 259. num. 2. expressim loquens in terminis nostris, quando essent apposita illa verba, si sine liberis ex suo corpore procreatis, & clarius in eisdem terminis in consi. 426. colum. 1. las. in authen. si qua mulier. col. pe. C. de sacros. eccle. & licet in quæst. præsenti filius substitutus alteri filio fuerit, non autem extraneus, quo casu augeri videtur difficultas, an monasterium filium substitutum excludat, nihiloninus Deci. in supra allegato consi. 426. colum. 2. etiam facta filiorum substitutione in fauorem monasterij cōsuluit, contra c. quicunq; 17. q. 4. quē text. interp̄tatur, & intelligit sm̄ mentē Anch.
9 cōsi. 45. prima facie videretur, & vt. s. ꝓcedat, qñ ageretur de exheredatione filij in totū, & de excludēdo eū à portione legitimę, secus si de alijs bonis præter legitimā tractare tur, quia in ijs magis monasterio, & pię cause fauendū esset, quā filijs: vt sentit Are. præallegato consi. 12. in causa Nicolai, colum 2.

Alex.conſ.92.nu.8.vol.3.quam etiam opinionem firmat ex præallegato textu, in d. §.ſed & hoc præſenti, dupliciter eum inducendo, prout latius ibi per eum allegata videri poterunt.

Eandem opinionem in fauorem monaſterij tenuit Rip. in l. ſi vnquam in 34. quæſtio. C. de reuocand. donat. poſt plures ibi per eum allegatos, & latius in l.ex facto §.ſi quis rogatus. nu. 38.cum ſeq. ff.ad Tre-
10 bel.vbi per illa verba, † ſi ſine liberis deceſſerit, ex ſuo corpore procreatis, non vult neceſſario manifeſtam reddi voluntatem teſtatoris, quod de monaſterio cogitauerit, & de eo excludendo à ſucceſsione ſenſerit, cum potuerit intelligere de excluſione adoptiuorum, & eorum, qui de legitimo matrimonio nati non ſunt.eandem acerrime defendit Pariſ.in d.c.in pręſentia.num. 136.& ſeq.de proba.Barba.per eum relatus, conſ.20.volum.1.Bertrand.conſi.123. incip. thema conſultationis. volum. 2. in nouiter impreſsis. Rui. conſ.153. in fin. volum.3. & nouiſsime hanc opinionem ſequutus eſt Aymo Craue. conſ. 152. colum. 1. vbi eam communem eſſe atteſtatur. his addi poſſunt, quæ citat Aſtor de Guidonibus inter conſ. vlti. volun.conſ.161.à nu.1.vſq; ad nu. 7.vbi nonnulla ex ſupraſcriptis fundamentis citat.

Contrariam opinionem diſputando tenuit principaliter Iacob. de Beluiſio.relatus à Bal.in d.l.Deo nobis.C.de epiſcop.& clericis,quod monaſterium hoc caſu ſubſtitutum non excludat: mouetur ea ratione
11 † quia textus in alleg. §. ſed & hoc præſenti procedit per interpretationem, & fictionem iuris,iuxta not.in d.c.in præſentia, de probatio. quæ interpretatio legis tunc locum habet,quando de mente teſtatoris expreſſa conſtat voluiſſe voluntatem ſuam ſubijcere iuris interpretationi. Vbi vero verba teſtatoris clara ſunt, & eius mentem ſignificantia, ex quibus voluit diſpoſitionem ſuam naturaliter, non autem ciuiliter, & per fictionem intelligi:tunc locum habere non debet ſupra allegatus text. Ex verbis autem pręſentis quæſtionis,ſi ſine liberis ex ſuo corpore procreatis deceſſerit,manifeſta teſtatoris intentio colligitur,voluiſſe intelligere de filijs naturalibus, & per naturalem generationem procreatis,non autem de interpretatis à lege: cum naturalem illorum verborum ſignificationem communis loquendi vſus ſuadeat, qui ſemper attendi debet.l.cum dellanionis. §. aſinam. ff.de fundo inſtructo.l.librorum.§.quod tamen Caſsius,de leg.3.Bar. in l. omnes populi.numer. quinquageſimonono,de iuſt. & iur.Bal.in l.fin.quæſt.14. C. de hær.inſtituen.not.Docto.in rub.ff.de no.ope.nunc quo fit, vt ab hac teſtatoris diſpoſitione recedendum non ſit,l. generaliter.§. fin.cum ibi no. C. de inſt. & ſubſt. l. in conditionibus.ff.de cond.& demõſt.cũ enim manifeſtus eſt ſenſus teſtatoris, verborum interpretatio nuſquam tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat: eſt not. textus in l.3.C.de lib. præte.cum nullum maius ſit mentis noſtrę teſtimonium quam qualitas inſpecta verborum l.Labeo.§.idem. ff. de ſup.legat. c. is autem 22.q. 2. Bal.in l.voluntatis.C.de fideicom.

Secunda ratio pro hac opinione addu-
12 ci poteſt, quia tex.in d.§.ſed & hoc præſenti, dicitur eſſe exorbitans, propterea ſtricte intelligi debet, iuxt. not. in l. ſi vero.§.de viro. ff. ſol. matr. & in authen. quæſtiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. Vnde cum quatur in ſimplici conditione deficientium liberorum,non debet trahi ille text.ad conditionem mixtam, in qua addita eſſet ſua qualitas, ſine liberis ex ſuo corpore legi-
13 me procreatis,† cum ſub ſimplici conditione non contineatur mixta, iux.no.per l. in §.omnium.numer.vigeſimooctauo.l. de actio. & l. 2. ff.de verbo.obliga.maxime in exorbitantibus, & correctorijs, vt Aretin.in l.cum antiquis. C. de inoff. & licet appellari fauorabilis poſsit eius diſpoſitio tanquam introducta ſit in fauorem
14 monaſterij, & piæ cauſæ,† tamen eius ratio haberi non debet, cum iuxta hoc eſt ipſorum filiorum lædatur in honore de foro competenti.c.nuper de ratio.inter vir. & vxor.Caſtr. conſ. 40. num. 4.volum.primo:& maximè cum fauorabilis mere dici non poſsit ea diſpoſitio, quæ mixtum in ſe fauorem, & odium continet iux.no.per Dec.in l.uenia.nu.5.C. de in. voc.

Tertiò, confirmari poteſt hæc opinio
15 † quia in poteſtate inſtituti eſſe non debet ſubſtitutionem à teſtatore factam eludere & irritam reddere, argumento l. nuper teſtate. & l.ſi quis rem.ff. de arbitris. Alex. conſi.49.libr.2.ſed ſi diceremus, per ingreſſum monaſterij ſubſtitutum excludi, eſſet in poteſtate inſtituti voluntatem teſtatoris eludere, quia conditionalia illa verba ſi ſine liberis deceſſerit ex ſuo corpore legitime procreatis, à caſu & fortunæ arbitrio dependentia, in poteſtatiuam conditionem hæredis grauati transferre

contra mentem testatoris, facileq; esset ipsi instituto monasterium ingrediendo, substitutum excludere: quare non sine ratione in iure receptum est, † filium adoptiuum non operari defectum substitutionis factæ sub conditione, si sine liberis decesserit. iux. l. si ita quis testamento. §. fin. de leg. 2. & notatorum per Doctor. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. ne in potestate instituti sit, per adoptionem filij substitutum excludere: ita hanc rationem visus est sentire Calcaneus cons. 20. num. 11. licet eam non ita expresse declaret.

Vltimum erit fundamentum, quod, vt dicitur, falcem ad radicem ponit, quia in proposita quæstione agitur de substitutione filij, non autem extranei, quo casu monasterium filium substitutū excludere non censetur, † cum illi, & ratio naturalis, & paterna pietas successionem paternam conseruent. l. scripto. ff. vnde libe. l. filio. ff. de libe. & posthu. not. Iaf. cons. 212. vol. 2. post Bal. Fulgo. & Alexand. per eum allegatos. Rippa in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 41. ff. ad Trebel. vbi contrariam Decij opinionem in cons. 426. à nobis suprà relatam reprobat, dum extra legitimam magis monasterio, quam filio fauendum esse asserit, Boer. decis. 354. numer. 7. post Beltrand. & Pract. Pap. per eum allegatos. Gratus repon. 3. num. 61. referens Socinum in l. cum quidam. ff. de cond. & demonst. moueturq; ea ratione, quod à communiter accidentibus, & ex coniecturata mente testatoris, videamus, patres velle bona ad filios, potius q; ad ecclesiam peruenire, cum iure naturali inspecto ad patrum successionem filij veniant, vt pulchrè notat Oldrad. cons. 94. num. 8.

† Hanc igitur opinionem in fauorem liberorum sequutus est, & principaliter tenuit Iac. de Beluisio in d. §. sed & hoc præsenti. Bal. & Castre. in d. l. Deo nobis. C. de episcop. & cleric. & idem Bal. in auth. nisi rogati. C. ad Trebel. Pract. Pap. in forma libelli, quo agitur ad substitutionem, in vers. ex suo corpore, plures congerit Ripp. hanc opinionem tenentes, in l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 37. vers. & ideò pro substituto. ff. ad Trebel. Gratus d. cons. 111. num. 49. post Fulgos. And. Barba. & Corne. per eum allegatos, hanc communem esse attestantes, Dec. in c. in præsentia. nu. 58. circa finem numer. de probat. dum vult præferri voluntatem testatoris, quando apparet testatorem de monasterio cogitasse, & voluisse substitutum admitti, prout ex verbis quæsitionis nostræ colligi eius voluntas potest: eandem sequitur Boer. d. decis. 354. num. 6. vers. tamen primæ inhæret, post Calca. ibi per eum allegatum, cons. 20. num. 1. & ante eum Alexan. sibijpsi contrarius, in cons. 18. volum. 1. ad quam varietatem miror, neminem ex scribentibus, quos viderim, aduertisse: & nouissimè hanc opinionem Moder. Paris. firmant cons. 15. num. 27. & in additio. ad Alex. cons. 121. lib. 2. Asior de Guidonibus d. cons. 161. à numer. 8. vsq; ad num. 27. excluiuè, vbi etiam respondet ad aliqua in contrarium adducta, Natta cons. 602. num. 4. post plures per eum citatos, Boer. cons. 114. num. 21. & 22. vol. 2. vbi etiam ad contraria respondet: ex quibus dici potest, istam esse crebriorem sententiam.

His rationibus, & auctoritatibus firmata hac secunda opinione, non videntur obstare in contrarium adducta, & primo fundamentum §. sed & hoc præsenti, super quo textu tota vis consistit, de sanctissimis Episcopis, aduersari non videtur, quia satis ex primo huius secundæ opinionis argumento clare responsum apparet, scilicet, illum textum loqui de conditione simplici, si sine liberis, non autem, quando adiecta essent illa verba, ex suo corpore procreatis, quia expressa redditur voluntas testatoris voluisse monasterium excludi, aliàs illa verba adiecta superfluo starent, & nihil operarentur contra regulam l. si quando. ff. de legat. 2. & c. si Papa de priuilegijs, lib. 6. cum alijs latè adductis per Cauet. cons. 135. numer. 24. salua enim ratione recti sermonis non aliter possent intelligi illa verba, nisi de liberis ex procreatione naturali gentis, non autem à iure interpretatis,

19 † cum dispositionis voluntas secundam communem loquendi vsum declaretur iuribus suprà allegatis, quibus addo Roman. cons. 179. num. 5. Socin. cons. 37. volum. 3. imò à verisimilitudine arguendo, verisimile est testatorem id sensisse, quod communi loquendi vsui conuenit, Angel. cons. 261. colum. 3. Socin. in l. cum testamento. ff. de rebus dub. quia si testator monasterio voluisset bona sua conferri, casu quo alter filiorum ingrederetur monasterium, profecto non per verba naturalia, & naturalem procreationem importantia loquutus fuisset, sed simpliciter conditionem, si sine liberis, apposuisset: quare cum dicendum non sit dispositionem illius textus intelligi debere, & seruari contra expressam voluntatem testatoris, ne plures fictiones, pluraque specialia in eo inducamus

contra regu. l. 1. C. de dotis promissione, eatenus erit intelligendus, quatenus de mente testatoris expresè non constat, & sic, quando simpliciter conditionem, si sine liberis', apposuisset, nulla alia expresiori clausula adiecta.

Non obstat secundum fundamentum,
20 † quod monasterium loco filij habeatur, quia respondetur per Felin. in c. in præsentia. de probatio. num. 58. referentem Bal. in l. filium, de ijs, qui sunt sui vel alieni iuris. quod fatuitas dicitur allegare, monasterium loco filij haberi, quia nullibi id expressum legitur, multisq; rationibus illud admittendum non esse, ostendit, eodem modo respondet & Didac. lib. 1. varia. resolut. c. 19. num. 6. post Bar. Bal. Imol. Castren. & alios in locis per eum relatis, Rippa in d. l. ex facto. §. si quis rogatus, num. 37. ff. ad Trebel. versic. item dicitur, quod monasterium, & in l. si vnquam. quæstio. 34. numer. 93. C. de reuoc. donatio. dicens, post Bal. & Iaf. quos refert, monasterium non haberi loco filij, nisi in casibus à iure expressis: idem dicit Paris. in d. c. in præsentia. num. 133. de probatio. & in cons. 65. num. 10. & 11. lib. 2.

Nec obstabit ratio illa per Richardum Malumbr. ad text. adducta in dict. §. sed & hoc præsenti: scilicet conditionem pro non scripta fauore monasterij haberi, ne retrahantur homines à vita contemplatiua: quia
21 responderi potest, † hanc rationem considerabilem non esse, cum verisimile non sit eum, qui ad monasticam vitam suscipiendam mouetur, & spiritu Dei ducitur, retrahi à proposito religionis, ex eo, quod si decesserit sine liberis, alius sit ei substitutus, cum scriptum legatur Lucæ cap. 9. in fine, Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei: nam per ingressum monasterij mundo quis renunciat, & paupertatem vouet cap. vidua. 20. quæstio. 1. & hanc responsionem adducit Rippa in allegat. §. si quis rogatus. num. 37. & ante eum Dec. in allegat. cap. in præsentia, num. 58. versic. pro resolutione. Iaf. cons. 43. colum. 5. vers. tertio respondetur, volum. 2. & nouissimè hanc Richardi rationem pluribus rationibus improbat Didacus d. c. 19. lib. 1. varia. resolut. num. 7. versic. sed & hæc ratio, &c.

Non obstabit tertium fundamentum
22 sumptum ab ea conclusione, † quod si fiat mulieri legatum de minori summa si religionem ingressa fuerit, de maiori verò pecuniæ quantitate fuerit illi prouisum, si matrimonium contraxerit, quod per ingressum monasterij non amittat pinguius legatum, ex quo remouetur dicta conditio tanquam impeditiua vitæ contemplatiuæ, quia respondetur, non absolute dici posse illam esse communem conclusionem, cui multos habeat contradictores connumeratos in additio. Matheſil. ad notab. 52. supra allegatum, vltra quos addo Iaf. late cons. 43. colum. 4. versic. non obstat, volum. 2. vbi attestatur, in contrarium esse communem opinionem, quæ per generalem consuetudinem obseruatur, vt minus filiabus monasterium ingredientibus relinquatur, quam si matrimonio iungantur, cum maiores expensæ in matrimonio carnali, quam in spirituali interueniant, eandem ante Iaf. communem esse, & ita de facto seruari dixit Petrus de Ancha. in c. nemo potest, col. 3. versic. quinto pone, extra de regu. iuris. 6. Dec. cons. 419. & clariùs in d. cap. præsentia, num. 59. versic. in contrarium enim, de probat. vbi in specie respondet ad m. l. Titiæ, si non nupserit. ff. de condit. & demonst. super quo dicta conclusio fundata erat Ioan. de Monteferrato in repet. l. nemo potest, col. 31. versic. antequam deueniam ff. de legat. 1. vbi dicit, istam opinionem æquiorem, & magis consonam voluntati testatoris, quam etiam sequitur Didac. l. 1. variar. resolutio. c. 19. numer. 9. vbi de intellectu dict. l. Titiæ, si nupserit. ff. condit. & demonstrat. plures etiam alios legari possent contra dictam conclusionem tenentes, quos consulto prætereo, cum nobis principaliter de ea quæstione agendum non sit. Præterea diuersa est ratio hos casus. Nam in casu l. Titiæ filia progressum in monasterium minus percipit, in casu autem nostro filius ingrediendo monasterium nihil amittit.

Non obstat consilium Decij 426. col. dum multis rationibus in fauorem monasterij concludit, etiam in eo casu, quo inter se substituti fuissent sub ea conditione, Si sine liberis, ex suo corpore proce-
23 tis alter decesserit: † quia nihili faciendo eius auctoritas, cum sibijpsi contrarietur, in l. licet. C. de pact. vbi concludit magis, quàm monasterio, etiam vltra legitimam, fauendum esse, & in cons. 419. num. 4. vbi tenet voluntatem testatoris impediri non debere fauore religionis, & eccle-quem sequuntur & approbant Moderni Paris. in annot. ad allegat. l. licet, & in cap. in præsentia. de probatio. Iaf. cons. 212. volum. 2. colum. fina, vbi plures responsiones

contrariæ opinioni affert, quas hîc referre superuacuum & inutile foret.

Exsuprà dictis igitur patet, quam lato in pelago versetur hæc quæstio, in qua distinguendum esse puto, † quod, aut expressè apparet de mente testatoris voluisse monasterium excludere, apponendo conditionē, si sine liberis decesserit legitimis, & naturalibus, & ex vero, & legitimo matrimonio procreatis, vel si sine liberis ex suo corpore procreatis, & tunc existimarem, veriorem esse hanc opinionem, quod scilicet non admittatur monasterium, sed substitutus, cum testatoris voluntas semper attendi debeat. §. disponat. authen. de nup. l. cum virum. C. de fideicommiss. quod adeò verum est, † vt etiamsi dispositio reddatur inutilis, ab ea recedendum non sit. l. si quis à filio, in princip. ff. de legat. 1. not. Iaf. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupill. ex illis autem verbis necessariò infertur, quod cogitauerit de exclusione monasterij, quia dato, quod monasterium loco filij habeatur respectu eius, qui ingreditur, non tamen dicitur natus ex suo corpore, sed à lege per fictionem introductus, quo fit, vt talis eius mens præsumatur, qualis secundum rectum sermonem procedere potest: vt not. Bartol. in l. fin. numer. 2. ff. ad Trebellia. Curt. Iun. cons. 57. incipien. habita. colum. 4. quem refert Belon. cons. 53. num. 6. Aut non constat de expressa mente testatoris, quod monasterium voluerit excludere, quia simpliciter loquutus sit testator, si sine liberis decesserit: tunc enim legis interpretatio locum habet, & militat dispositio, §. sed & hoc præsenti, de sanctis epis. per quem text. prima opinio procedere, & sustineri posset: ita videntur distinguere Dec. in d. c. in præsentia. & ibi cæteri Docto. Rippa in alleg. §. si quis rogatus, † quod tamen locum haberet, vbicunque extraneus esset substitutus, secus si filius, quia vt suprà dixi, secundum magis communem opinionem filius substitutus monasterio esset præferendus, vt concludit Rippa in allegat. §. si quis rogatus. num. 41. & Boer. decis. 354. num. 7. cum alijs pluribus suprà allegatis, quibus addo Gratum d. cons. 111. num. 6. vol. 2. Beron. d. cons. 114. num. 21. & sequent. vol. 2. Ex qua communi conclusione limitari posset text. in d. §. sed & hoc præsenti, qui aliam notabilem recipit declarationem, vt loquatur ille text. in monasterio capace bonorum, ad hoc, vt favorabilis illa dispositio effectum sortiri possit, secus est in monasterio incapace, prout communiter declarant exemplificantque Docto. in d. c. in præsentia. scilicet in fra-
27 tribus minoribus, † qui omnino incapaces esse dicuntur, & in fratribus mendicantibus, Clem. exiui. de verbo. signific. & latè not. Alexan. cons. 13. colum. 1. & 2. volum. 3. Socin. cons. 92. colum. 3. volum. 1. Rippa in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. numer. 42. Paris. d. cons. 65. numer. 11. lib. 2. & Boer. in allegat. decis. 354. numer. 8. Cum igitur in terminis quæstionis nostræ concurrant hæ duæ restrictiones, ad d. §. sed & hoc præsenti, scilicet, quod filius substitutus reperiatur, non autem extraneus, & quod vnus ex ipsis liberis ingressus fuerit monasterium Carmelitanorum, quod in numero mendicantium habetur, iuxt. nota. per Dec. in d. c. in præsentia. num 70. in fine, & Felin. in eodem cap. num. 13. cessabunt difficultates, & variæ Doctorum opiniones, quæ suprà allegatæ fuere. Ideò locum esse substitutioni contra monasterium iudicauit Senatus, cum stantibus prædictis extra difficultatem quæstio nostra versetur, & idem censuit, vbi monasterium esset capax, & descendens à testatore esset substitutus.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina nupta extra familiam non est de familia patris, sed viri.*

2 *In dubio mens testatoris videtur conformis statuto, ideò ab eo interpretationem recipere debet.*

3 *Retractus agnatis & generi concessus, stante statuto, quod existentibus masculis fœminæ non succedant, mulieribus non competit.*

4 *Dispositio inducta in fauorem agnationis non comprehendit fœminas, in quibus finitur agnatio.*

5 *Indefinita non refertur ad omnes, vbi non est vniformis ratio.*

6 *Idem iudicatur de principio principiante, quod de his, quæ subsequuntur.*

7 *Differentia constituitur inter eum, qui dicit se de familia, & eum, qui de domo & de cognomine se profitetur.*

8 *Clausula volens quod bona perpetuò in familia conseruentur prohibet fœminas à successione huiusmodi bonorum.*

9 *Fœmina exclusa à substitutione ob id, quod extra familiam sit, non prohibetur capere pro se tantum, & eius vita durante.*

DECISIO CXXVII.

Fœmina nupta extra familiam, an excludatur à substitutione, in qua vocantur proximiores de agnatione, &c.

Testator

TEstator quidam de Binellatis à Sauiliano sororem suo vltimo testamento hæredem instituit, eiq; decedenti sine filijs, substituit proximiores in gradu succedendi de domo, & de cognomine de Binellatis. Demum mortua sorore hærede instituta, quædam Margarita neptis testatoris ex fratre, nupta in domo de Agnellonis tanquam proximior petijt ab hæredibus sororis institutæ sibi hæreditatem testatoris restitui, proponendo, conditionem fideicommissi euenisse, seq; esse proximiorem de cognomine de Binellatis, aduersus quam quidam Bernardinus Binellatus se opposuit, hæreditatem sibi spectare contendens, eo quod esset proximior de domo de Binellatis, ideoq; fœminam excludi debere, quia nupta, in agnatione de Agnellonis iam nõ sit de domo Binellatorum, dubitatum fuit, quænam partium ius foueret? Et pro muliere infrà scripta argumenta videbantur vrgere.

Primò, quod ipsa erat proximior testatori, hæredique institutæ, & propterea in ea verificabantur verba testatoris, qui vim nõ fecerat, an proximior de Binellatis esset masculus vel fœmina, ideò vocata censebatur ex dispositione l. maximum vitium, C. de lib. præte. proximiorumq; appellatione comprehendebatur etiam fœmina, & ex ea descendentes, vt latè not. Tiraquel. multa ad hoc suo more cumulans, in tit. de retract. Ligna. §. 1. glo. 9. num. 201. & Paris. cons. 88. num. 13. lib. 2. diciturq; de casata, Paris. cons. 35. num. 4. lib. ac de agnatione, & parentella, Alciat. cons. 69.

Secundò, pro eadem muliere allegabatur, quod licet fœmina nupta extra familiam sit finis, & vltimus terminus agnationis, nihilominus est de agnatione, & familia patris l. voluntas. C. de fideicommiss. l. 2. circa principium. ff. vnde legit. l. pronunciatio. ff. de verb. signifi. §. hæc quidem. Insti. de legit. agnato. successio. Et quamuis illa iura non loquantur in sorore nupta, tamen Doctores idem dicũt, si esset nupta, Paris. cons. 23. num. 45. vol. 1. post Paul. de Cast. Corn. Alexan. Socin. Curt. & plura iura per eum allegata, loquens in nupta contra familiam patris, & cons. 63. num. 4. lib. 2. ac cons. 51. num. 13. eodem lib. cons. 47. num. 56. lib. 3. Rub. cons. 63. & cons. 106. Bertrand. cons. 182. num. 6. lib. 3. in 2. parte, Bal. & Paul. de Cast. in d. l. voluntas, Alex. cons. 56. num. 4. vol. 1. Rippa responso 3. num. 3. lib. 2. Soc. cons. 227. incipiente, præsens &c. col. 8. versi quibus non obstantibus. Cardin. cons. 9. col. 2. Dec. in l. fœminæ. num. 95. ff. de reg. iur. & cons. 287. in ciuitate Placentiæ. num. 12. Cagnol. in l. cum quædam puella. num. 13. ff. de iurisdict. omn. iudic. Corne. cons. 230. num. 11. lib. 3. Curt. cons. 63. col. 16. in Crauet. cons. 67. num. 3. his addo Soc. Iun. cons. 1. num. 23. 44. 58. & latè cons. 94. num. 7. & plurib. seq. vol. 1. vbi respondet ad cons. Corn. in contrarium adducta: nam etsi finis sit vltimus terminus cuislibet rei: attamen habet eandem naturam, & substantiam, quam habet principium eiusdem rei, imò magis inspiciendus est finis, quàm initium c. cum missa, in princ. de elect. lib. 6. l. si stipulatus essem abs te. ff. de verb. oblig. cum alijs allegatis per glo. in c. dudum, el primo, de elect. & in c. scientes, de censi.

Tertiò facit regula, quòd vna pars testamenti aliam declarat. l. qui filiabus. ff. de legat. 2. cum similibus, sed cum in principio testamenti instituta esset soror, & sic fœmina, videtur esse de mente testatoris, quod etiam in substitutione voluerit posse admitti fœminam: ita in simili casu determinat Crauet. cons. 270. colum. 1. & 2. & ... riùs cons. 306. num. 5. Ias. cons. 55. lib. 3. cons. 115. lib. 4. Ruin. cons. 24. num. 3. ... 3. Paris. cons. 35. numer. 7. lib. 3. præsertim cum testator in verbis conditionalibus rationem filiorum ipsius sororis institutæ qui omnino erant extra familiam, etiam habuerit: ergo tantò magis videtur voluisse hanc fœminam, quæ erat adhuc de familia (vt suprà dixi) in hæreditate suorum, quæ opinio pro fœmina adeò vera videtur, vt etiam locum habere dicatur, si in eodem testamento esset facta mentio masculinitatis, prout in hoc casu ita consuluit Paris. cons. 35. num. 5. & num. 9. lib. 3. & hoc argumentum visum fuit multum vrgere, quod non fuerit facta substitutio principaliter fauore agnationis. Contrariam opinionem proposuerunt nonnulli Senatores, pro qua adducta fuerunt infrà scripta fundamenta.

1 Inprimis ex eo, † quod dici posset fœminam nuptam extra familiam non esse de familia patris, sed viri. l. quicunque. C. de re militari. libr. 12. cap. hæc imago. 33. quæst. 5. glos. & Bald. in l. etiam. colum. final. C. de testa. Specul. in titu. qui filij sint legitimi vers. nec dicamus. Barto. in l. quoties. circa medium. versic. nota singulariter. C. de priuileg. scholar. lib. 12. Anchar. consil. ...

plura sunt dubia. colum. 2. & 3. Curt. Sen. cons.40.colum.4.& 5. Ruin.cons.141. lib.3. & cons.24. num.12. lib.2. Grat. cons.67.& 68.lib.2. Gozad. cons.34. num.15.& cons. 79.num.7. Alciat. cons.126.num.13.Socin. Iun. cons.168.num.59. lib.2. Riminal.cons. 185.num.3. lib.1.Corset. singul.240.Cagno. post Alexand. per eum relatum in l. lecta. num.70. ff. si certum petat. Quinimò non dicitur talis fœmina esse de cognomine paterno, vt per Corn. cons. 41. num.10. & 11. lib.4.cons.55.colum. penult.lib.1.& cons.26. lib.4. Socin.cons.30. colum.3. lib.1. idcirco talem fœminam non esse ad successionem admittendam.

Secundò pro masculo vrgere videtur, quod cum extaret statutum in loco Sauil- liani disponens, mulierem dotatam non succedere, cuius statuti ea ratio videtur, vt bona conseruentur in agnatione, † mens autem testatoris intelligatur conformis statuto, ideò verba ipsius à statuto, & lege municipali interpretationem recipere debent, iuxt. not. per Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. & latè per Dec. in cons. 397. num. 7. Nat. in c. quamuis, quæst.19. col.79.versic. octauò facit. Barba.in c.Raynutius. colum.3. vers. ego hunc articulum, extra de testam. & in his terminis ita consuluit per hanc rationem Corn.cons.41. num. 7.lib.4. Alciat. cons.52. in fin.& facit, quod quamuis fœmina admittatur ad retractum generi concessum, vt cumulatissimè probat Tiraquel. in tracta. de retract. Ligna. §.1. glos. 9. num. 239. & 241. tamen illud non procedit stante statuto, quod existentibus masculis, fœminæ non succedant, vt per eundem Tiraq. dicto tit. §.1. glos.8.num.13. vbi concordantes adducit.

Tertiò, pro masculo agnato adducitur, quod verba illa, de domo, & cognomine de Binellatis, essent superflua, nisi per ea intelligerentur vocati masculi agnati, quia aliàs satis fuisset dicere, proximiores ipsius testatoris, sed nihil debet esse in dispositione superfluum. §. quibus, in prima constitutione. C. igitur, &c.

4 Quartò, pro hac opinione facit, † quod dispositio inducta in fauorem agnationis, & domus non comprehendit fœminas, in quibus finitur agnatio, iuxta vulgatam opinionem de Ana. in cons. 4 incipien. visis statutis. col.2. vers. circa verò secundum dubium, cum quo plerique Docto. transeunt, præsertim Ruin.cons.146.num.4.lib.2.Paris.cons. 22.num.41.& cons.40.num.43.lib.3. Alcia. cons.69. incipien. Visis his. col.1. Riminal. cons.121.lib.1.Crau.cons.180.& cons.250. ac
5 cons 306.& ratio est, † quia indefinita non refertur ad omnia, vbi non est vniformis ratio, secùndum Bal. in l. tres fratres, in prin. ff. de pact. & Dec. in cons.309. num.13.Soc. Iun. in cons.1.num.115. cons. 23.nu.27. lib.1. cons.9.num.7.cons.168.num.29.& num.50. & cons.186.num.10.lib.2.

Neque obstant pro prima parte adducta, quia ad primum respondetur, id non procedere, quia licet etiam fœmina sit proximior, tamen non dicitur esse de agnatione, per ea, quæ proximè dicta sunt, & quia illa dictio, de agnatione, vel de cognomine, factum ipsum demonstrat, vt in terminis dicit Guid. Pap. quæst. 25. & Dec. cons. 263. Et cum appareat de mente testatoris, non habet locum l. maximum vitium, quæ loquitur ab intestato, & in filiabus, quibus debetur legitima.

6 Ad secundum respondetur, † quod non iudicatur idem de fine, quod de principio, quando est diuersa ratio, quinimò idem iudicatur de principio principiante, quod iudicatur de his, quæ subsequuntur, vnde licet filia sit agnata, tamen quia est principium alterius agnationis, & cognominis, idem de ea iudicatur, quod de aliis ab ea procreatis, qui de alia agnatione sunt: & ita per hanc rationem in terminis casus nostri consuluit Curt. Iun. cons.154. numer.3. & cons.172. num. 5. necnon Crauet. cons. 270.num.3.

Neque etiam obstant l. voluntas, & alia iura prælegata, quia loquuntur in pœnali prohibitione alienandi, ideò non punitur quis alienans in fœminam, & pœna non est extendenda, c. Raynutius, de testa. in vi. Secus in casu isto, vbi non agitur de alienatione, sed potius quod bona in agnatione conseruentur, & in his terminis cõsuluit Mant. cons.116.col.fin.

Secundò respondetur, quod l. voluntas
7 loquitur de familia, † secus verò, quando dicitur de domo, & de cognomine propter communem vsum loquendi: ita respondet Corn. cons. 41. num. 11. lib. 4. licet hæc responsio non moueat, cum non sit tuta, ex his, quæ scribit Socin. Iun. d. cons. 94. num. 8. & sequent. vol. 1.

Tertiò respondetur, quod l. prædicta loquitur in filia, quæ dicitur de familia testatoris, & patris, non autem in alia fœmina transuersali, quæ non est in familia, nec supposita potestati testatoris, l. pronunciatio. §. communi iure. ff. de verb. sig ific. Corne. in cons.229. col. fin. lib.3.

Ad

Ad tertium argumentum respondetur, aliam esse rationem in sorore instituta propter proximitatem sanguinis, aut aliam à testatore consideratam, quæ non militat in casu nostro in hac fœmina, quæ longiori gradu distat à testatore, prout in his terminis dicit Gozad. cons. 79. num. 14. & hæc opinio in fauorem agnati masculi tanto fortius procederet, si in testamento facta esset
8 mentio masculinitatis, † aut adiecta clausula, volens bona perpetuo conseruari in familia, per ea, quæ dicit Paris. in cons. 63. nu. 4. & num. 23. volum. 2. Quamuis idem Paris. sibijpsi contrarius aliter teneat in cons. 35. num. 5. & num. 9. lib. 3.

Verum quia punctus, & passus iste videbatur satis dubius, & periculosus, prout in hoc casu dicit Alciat. in d. cons. 69. num. 3. ideò aliqui ex dominis existimabant, posse ex æquitate causam hanc determinari,
9 † vt mulier admittatur durante vita ipsius, & ea mortua hæreditas reuertatur ad agnatos masculos, quæ opinio videbatur esse de mente Alexan. in cons. 81. colum. fin. lib. 6. & clarius Paris. in cons. 35. & cons. 47. nu. 68. lib. 3. pro qua opi. facit text. in l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iur. fis. qui text. ampliatur etiam, quando agitur de voluntate testatoris, vt sentit Rui. in cons. 122. incipien. de duobus. colum. 4. versic. & non obest quod testator. Nihilominus omissa hac distinctione, Senatus sequutus est secundam opinionem pro agnato indistinctè facientem ex rationibus superiùs relatis.

SVMMARIVM.

1 *Testis iterato examinandus, an possit se referre ad priorem suam depositionem, vel cogatur extense testificari, & num. 7. cum pluribus sequentibus tractatur.*
2 *Expressum illud esse dicitur, quod relationem habet ad aliud, quod etiam in vltimis voluntatibus locum habet, & num. 4.*
3 *Productio generalis scripturarum, quæ relationem habet ad aliud, quod certum sit, admittitur.*
5 *Rationes reddidisse quis dicitur, qui codicem rationum suarum legendum exhibuit.*
6 *Stante ædicto, quod natarij omnes contractus in publicum instrumentũ redactos denunciare debeant, sufficiet iudici exhibere scripturas legendas, quæ in se tales contractus continent, & num. 17. declaratur.*
8 *Viuæ vocis probatio præfertur voci mortuæ.*
9 *Accusationes, & testimonia per scripturas proferri non posse iure canonico cautum est.*
10 *Testis præmeditatum sermonem referens, & nimis animose deponens reijcitur.*
11 *Vestium probatio in arbitrio iudicis posita est.*
12 *Testium depositionibus in alia curia examinatis fi[illegible]dum non est, sed iterato deponere coguntur.*
13 *Propalationes, quæ vigore monitarialium fiunt [illegible]ximè differunt à iuratis testium depositionibus.*
14 *Geminatio verborum enixam voluntatem ostendit.*
15 *Expressio specifica vbi requiritur non sufficit illud [illegible] primi per relationem ad aliud.*
16 *Clausula, ita tamen, restrictiuè, & determinatiuè [illegible] formamq; inducere dicitur.*

DECISIO CXXVIII.

Stante decreto siue rescripto Ducali, [illegible] testes examinandi, qui aliàs propalasse dicuntur, in eorum repetione ad extensum deponere debeant, an possint petere sibi legi primam eorum depositionem, & ad eam se referre, an verò compellantur, extense deponere.

RESCRIPTO dominicali cautum legitur, testes examinandi, qui aliàs propalasse dicuntur, in eorum repetione ad extensum deponere debeant, ita tamen quod si petant eis legi ipsas propalationes concedatur earum lectura, & post eam ad extensum fiat dispositio: vnus testis, [illegible] examinaretur, petijt sibi legi primam [illegible] depositionem, qua lecta noluit ad extensum deponere, sed se eius depositioni [illegible]lit, protestando nolle aliter attenta [illegible]mè imbecillitate memoriæ, deponere [illegible]ritur an compelli possit ad extensum [illegible]ficari, vel sit recipienda depositio [illegible] Et aliquorum fuit opinio, sufficere [illegible]tionem relatiuam, per ea, quæ not. [illegible]
1 l. eos. num. 8. ff. de falsis. vbi sentit [illegible] depositionem testis relatiuam ad [illegible]dictum iudice acquiescente: quam [illegible]nem sequitur idem Bart. in l. legata [illegible]ter. ff. de leg. 1. quem refert & sequitur [illegible]
2 Pap. decis. 72. num. 2. † nam satis expressa certa ea esse dicuntur, quæ relationem habent ad aliud, quod certum sit l. asse [illegible] de hæred. instit. l. si ista scripsero. ff. de [illegible] & demonstrat. l. certum, cum ibi not. [illegible] cert. petat. l. vbi non apparet. §. illud [illegible] verbo. obligat. vbi Ang. not. quod [illegible] appellatione à sententia interlocutoria exprimi in specie grauamen debeat, [illegible]cle. appellanti de appella. nihilominus [illegible]ciet se referre ad eam partem actorũ, in [illegible]bus reperitur grauatus, quem sequitur [illegible]lexan. cons. 80. num. 9. vol. 1. & in alleg. [illegible] non apparet. §. illud, de verbo. obligat. [illegible] illud, quod per relationem constat, [illegible] priè constare dicitur, vt not. Iaso. in [illegible] Prætor. §. si iudex. numer. 5. ff. de re iudi[illegible]

ibi Rip. in prin. Paris. consi. 2. num. 14. volu. 3. latissimè & in materia productionis scripturarum, † quod sufficiat generalis productio, quæ relationem ad aliquid, quod certum sit, habeat: tenet Crauet. in tractat. de antiq. tempor. particula. incip. Quæritur, num. 22. Docto. in c. imputari, extra de fide Instrum. † quod etiam in vltimis voluntatibus locum habere videmus. Nam licet hæredũ nomina exprimi à testatore debeant in testamento nuncupatiuo, l. iubemus. C. de testa. l. hæredes palàm, in princi. ff. eod. titu. valebit tamen eorum expressio implicita, relata ad certam scripturam, iux. not. per Bart. in l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demonstra. Alexand. consi. 176. numero sexto, volum. 5. Iaf. in allegat. l. à Diuo Pio. §. si iudex. numero tertio. ff. de re iudicata.

Secundò pro hac parte adduci potest id, quod not. Abb. in consi 28. num. 1. volu. 1. vbi † officialis publicus obligatus ad rationes reddendas satisfacit obligationi, si codicem suum rationum; vel membranas legendas tradat, l. argentarius. §. edicto. ff. de edendo, & in specie quæstionis, ibi proposita, consuluit Abb. d. consi. 28. † stante ita ruto, quòd contractus omnes, qui in publicum rediguntur Instrumentum, denunciari debeant à notarijs, sufficiet si exhibeantur iudici omnes scripturæ, quę huiusmodi contractus descriptos habeant: quia perinde erit, ac si omnes, & singulos contractus specificè denunciassent: ergo satisfactum rescripto etiam dicetur, si primam suam depositionem legendam testis exhibeat, ex cuius lectura maior certitudo, & expressio, quàm ex verbali depositione colligitur: arg. eorum, quæ trad. glo. in §. fin. Inst. de gradib. cognationum. c. quoniam contrà, de probatio. Hanc Bar. opinionem in allegat. l. eos. & in l. legata inutiliter. de leg. 1. sequi videtur Bal. in l. gesta. C. de iudic. dum eum simpliciter refert Alex. consi. 133. nume. 4. volum. 1. Abb. in c. cum in tua. nu. 3. extra de testib. Rip. in l. ait Prætor. §. si iudex. numer. 3. ff. de re iud. Guid. Pap. q. 72. numer. 1. vbi remissiuè allegat doctrinam Bar. in d. l. legata inutiliter. Boer. decis. 108. nu. 7. & nu. 9. in fine.

His tamen non obstantibus, contrarium decisum fuit, per ea, quæ scribit Bal. in l. fin. C. de testib. in fin. vbi concludit, † testes iterato deponentes clarè deponere debere, non autem se referre ad priorem testificationem: tùm quia confusa diceretur huiusmodi depositio: tùm etiam, quia superfluo testes repeterentur, si liceret ad priorem se remittere depositionem: quam opinionem sequi videtur idem Bal. sumpta ratione per eum allegata in l. iusiurandi. num. 3. C. de testib. dum ponit quæstionem, an testis possit testimonium suum in scriptis porrigere iudici siue tabellioni? quod fieri posse concludit, dummodo depositionem suam recitet, ratioq; ibi redditur: quia in teste requiritur viuæ vocis actus, cum dicatur probatio per viuam vocem, §. si verò tale aliquid. authen. de instr. caut. & fide, § dum vult, † digniora esse testimonia, quæ viua voce dicuntur, quàm per scripturam ipsam, quæ mortuæ voci æquiparatur: & hanc opinionem sequutus est Castr. consil. 168. numero secundo, volum. 1. d. cens, testem specificè debere testificari, non autem confusè per relationem ad aliam suam depositionem.

9 † Præterea hæc opinio confirmari potest ex text. in c. testes. 4. quæst. 9. & c. relatum 2. quæst. 5. vbi canonicis patrum institutis sæpius cautum legitur, accusationes, nec testimonia vlla, per scripturas posse proferri: ad idem est etiam text. in c. testes. 3. quæstio. 9. vbi habetur, testes per quamcunq; scripturam testimonium ferre non posse, Spec. in tit. de test. §. nunc tractandum. nu. 17. Felin. in c. de testibus. nu. 17. de testib. & licet Bal. in alleg. l. iusiurandi. contrarium sentire videatur, testimonium proferri posse in scriptis, dummodo iudici, vel tabellioni legatur, illud tamen absolutè verum nõ est, cum in allegata l. iusiurandi. contrarium teneat Salycet. relatus per Felin. in d. c. de testibus. numero duodecimo, & hanc esse communem opinionem atteſtatur Viuius in suis com. opinio. in verbo, Testis non potest tradere in scriptis. post Didac. Couarruui. lib. 2. var. resolu. c. 13. nu. 6. reprobata opinione Bartoli contrarium sentientis in l. Theopompus. ff. de dote prę leg. Eandem opinionem suprà relatam tenet Auffrer. de
10 reprobat. test. numer. 94. † Ex ea enim lectura scripturæ videretur testis præmeditatum sermonem dicere, contra c. cum causa de testib. & nimis animosè deponere, contra ea, quæ not. Dec. consilio 100. colum. quarta. versic. 3. huic 2. testi. & Craue. consi.
11 249. nu. 4. versic. saltem negari. † cum enim testium probatio in arbitrio iudicis posita sit, iuxta l. 3. §. tu magis. ff. de test. Rom. consilio 451. in fin. qui ex vultu, trepidatione, modoq; deponendi ipsorum testium, nec non & ex alijs circumstantijs, de quibus per Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. iudicare debebit, quanta fides illis

sit adhibenda, non aliter ad huiusmodi cognitionem deueniri poterit, quàm si extensè & expressis verbis testes deponant. Iuuatur & alia concludendi ratione hæc opi-
12 nio, † quia testium depositionibus alio in foro examinatis credendum non est, l.3.§. idem diuus Adrianus. ff.de testi. iuncta gl. in verbo, Non testimonijs. quam notat Natta consi. 29. in princip. Vnde cum isti testes fuerint vigore monitoriarum examinati in curia episcopali, non poterunt se ad
13 priores suas propalationes referre, † cum maximè differant inter se huiusmodi propalationes, vt no. Rippa in tractat. de remedijs ad curandam pestem. numero 128. Neuiz. in tracta. monitoriarum. numero 61. & seq. Socin. consilio 98. numero 13. volum. 3. vbi ex mente Aretini ibi per eum relati distinguit: quod aut examinatio testium facta fuit diligenter in iudicio plenario, & tunc valebit depositio testium relatiua ad præcedentem depositionem, secundum quam declarationem procedet dictum Bart. in alleg. l. eos. ff. de falsis. & eorum opinio, qui eum sequuntur. Aut examinatio non fuit diligenter facta, veluti in iudicio summario: & tunc, quia non præsumitur tanta diligentia adhibita in dicto examine, quemadmodum in plenario iudicio requireretur, non admitteretur testis depositio, referentis se ad priorem suam testificationem. Idem igitur erit in præsenti quæst. concludendum, quod, cum in huiusmodi propalationibus non fiant solita interrogatoria, nec exactę examinationes, quæ in iudicio necessariò interueniunt, debebũt repeti testes, & iterum distinctè, & clarè deponere: non autem ad superiores suas propalationes in alio, & diuerso iudicio factas se remittere. Quæ opinio eò magis suaderi videtur, quando verba rescripti per se clara sunt, nullamq; probabilem dubitationem pati videntur: dum in eo sæpius repetitum est, quod testes examinandi, qui aliàs propalasse dicuntur, in eorum repetitione ad extensum deponere debeant, & quod lecta illis lectura ipsarum propalationum, ad extensum depositio
14 fiat, † ex qua verborum geminatione enixa ostenditur, voluntas Principis voluisse, vt testes explicitè, non autem implicitè, per relationem ad priores depositiones testimonium redderent, per ea, quæ not. Bar. in l. cum scimus. C. de agricol. & censit. lib. 10. Deci. consilio 23. numero quarto. & in consilio decimo, numero 5. cum alijs per nos allegatis, supra decisio. 90. incip. & si ad quæstio. nume. 5. His igitur rationibus firmata hac secunda opinione, nõ obstabunt quæ supra in contrarium allegata fuere, quòd satis expressum aliquid dicatur per relationem ad aliud, quod certum sit: qui
15 respondetur, † quòd vbi de forma requiritur specifica expressio, non sufficit illud per relationem exprimi, §. si verò expressim cum ibi not. auth. de hæred. & Falcidia. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. stam. cum alijs allegatis per Afflict. decis. 220. numer. 15. quam responsionem in specie refert Dec. in l. certum. numer. 3. versic. hoc tamen limita. ff. si cert. peta. & in l. cum lum. 3. C. de errore calculi. sed quod forma ex verbis rescripti inducatur, requirentibus extensam depositionem, apparet ex illis verbis, Ita tamen, quòd si petant eis legi
16 † quæ verba stant determinatiuè, & reductiuè: vt est tex. l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Treb. & formam inducere dicuntur. ita not. per Felin. in c. cum dilecta. vbi ... mè de hac materia formæ tractatur, in primo signo, de Rescript. & per ea, quæ in primo signo traduntur, quòd sola voluntas Principis in rescripto expressa pro forma esse dicatur. Præterea illa verba, Extensè deponant, reddunt Principis mentem manifestam, vt de distincta depositione non autem de relatiua intelligere voluerit, quam interpretationem communis loquendi vsus introducit, qui propriè significatum æquiparatur, l. librorum. §. quod tamen ... sius de leg. 3. Bal. in l. liberti libertęq; ... peris libertorum. & in l. fi. quæst. 14. C. de hæred. insti.

Non obstabit Abbatis consilio ... mumoctauũ, secũdo loco pro principio
17 nionis fundamento adductum, † quia respondetur, ibi pro forma introductum ... fuisse ex statuti dispositione, vt notarii omnes contractus in Instrumentis descriptos denunciarent, sicut in terminis ... dominicalis rescripti formam inesse superiùs demonstratum fuit: vnde cum ibi ... la consideretur forma, poterit per ... pollentem effectum statuti dispositio ... impleri, l. 3. C. de instit. & substitu. ... Roman. consilio 433. numero secundo.

Præterea, diuersa inest ratio in casu nostro à terminis allegati statuti, super quo Abbas consuluit, quia in denunciatione contractuum sufficit, si aliquomodo constet iudici, quinam cõtractus fuerint ... in loco statuti, secus est in testiũ depositionib. in quib. cum multa extrinseca à iu-

considerentur, quæ not. Bar. in alleg. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. veluti trepidatio vocis, vultus mutatio, & alia huiusmodi similia, necessaria verborum erit expressio, & distincta depositio, non autem per solam relationem ad scripturam, rescripto satisfactum esse censebitur.

Ex supradictis igitur firma remanet conclusio, testem iterum examinandum, non posse ad præcedentes suas propalationes se referre, in quibus non ea diligens examinatio fieri consueuit, quæ in iudicio ordinario præstatur à iudice, & eò magis vbi forma expressa à Principe fuit inducta, quam ad vnguem obseruari debere iure receptum est, l. cũ hi. §. si Prætor. ff. de transaction. Alexand. consi. 42. numero 26. volu. 1. & secundum hanc opinionem censuit Senatus tanqua m veriorem, & magis amplectendam.

SVMMARIVM.

1 *Senatus excellentissimi sententia exequutionem statim meretur tàm ex forma iuris communis, quàm nouarum constitutionum.*
2 *Instrumenta de iure communi exequutionem paratam habere non dicuntur.*
Stante statuto, quod Instrumentum Guarentigiatum exequutionem paratam habere debeat, intelligitur super his tantum, quæ expressim in Instrumento contenta requiruntur.
Quæstio super interesse dicitur separata à quæstione principali.
3 *Instrumentum ad hoc, vt exequutionem paratam habeat, liquidum esse debet.*
4 *Liquidatio præcedere debet, antequam ad exequutionem procedatur.*
5 *Instrumentum quando dicatur rem liquidam facere, & notoriam reddere.*
6 *Exceptiones si opponi à decreto prohibeantur, non tamen censentur illæ excluse, quæ substantiam rei respiciunt.*
7 *Paria sunt, aliquid non esse, vel non apparere, & non probatum esse.*
8 *Exequutio super interesse non liquidò concedi potest, quod tamen de proximo veniat liquidandum, & num. 14.*
9 *Vsuræ dicuntur accessoriæ ipsius principalis debiti, adeò vt dilatio concessa super sorte, dicatur etiam concessa super vsuris.*
10 *Interesse intrinseci maior habetur ratio, quàm extrinseci.*
11 *Expressum propriè illud intelligitur, quod per relationem ad aliud habetur.*
12 *Sententia, indiuidui iuris esse dicitur.*
Circuitus inutiles sunt euitandi, nu. eodem.

DECISIO CXXIX.

De eo, qui certam grani quantitatem statuto tempore debitam non persoluit, & ob id iudicialiter cõdemnatus fuit ad summã grani principalem, habita ratione interesse quanti plurimi, prout loquidabitur, an contra eum executio concedi possit, non solum pro summa principali, sed etiam pro dicto interesse quantiplurimi, dato, quòd illud nondum liquidatum sit.

GIRARDVS Darmellus à Rubelento, cum teneretur tradere Petro Anfosso certam quantitatem grani, statuto termino non tradidit, ideo conuentus ad summam grani, habita ratione quantiplurimi, quod in actis fuerat deductum, non tamen quoad quantitatem probatum, condemnatus fuit videlicet ad grani restitutionem cum valore quantiplurimi valuit à die moræ, prout in executione loquidabitur, à qua condemnatione supplicauit: verùm pendente supplicatione, Petrus Victor supplici libello petijt, sibi concedi sententiæ exequutionem, attento decreto, cũ sententia præsertim lata sit super Instrumento publico, & liquido, quæsitum fuit, an pro summa quantiplurimi liquidanda debeat exequutio concedi? & præsupposita validitate sententiæ, quamuis incerta sit respectu valoris quantiplurimi ex his quæ citat Iaso. in §. curare. numer. 54. & quia hoc modo pronunciandi vtitur Senatus, quoties in fructibus vel expensis & interesse petitis, licet illiquidis, contingit pronunciare.

Et videbatur dicendum, non esse exequutionem concedendam, siue consideremus sententiam ipsam in fauorem Anfossi latam, siue Instrumenti publici, & liquidi tenorem. Nam etsi sententia à Senatu prolata exequutionem, tam ex forma iuris cõmunis, authen. quæ supplicatio. C. de præcib. Imperat. offerend. l. 1. C. de senten. præfecti. prætorio. §. illud. in authen. vt spon. largi. Guid. Pap. q. 50. quàm ex dispositione antiquarum nouarumq; constitutionum mereatur, illud tamen intelligeretur, vbicunq; sententia liquida foret, per tex. notabilem in l. hæc aũt. §. 1. in verbo, Liquere. ff. quib. ex. ca. in pos. eatur. quem no. Iaso. in l. 1. nu. 32. ff. de edendo. Cra. consi. 164. nu. 1. at cũ in casu nostro ratione interesse quantiplurimi nulla appareat liquidatio, nec certitudo, dicendum erit, effectum sententiæ, & eius executionem ad prædictum interesse,

quod nõdum liquidum fuerit declaratum, non extendi: his accedit etiam dictum Bar. in l. perinde. §. notandum. ff. ad l. Aquil. & Afflict. deci. 231. numer. 2. vbi expressè dicit, quòd licet sententia concilij habeat executionem, præstita cautione, non tamen fiet executio in expensis: idẽ Affl. decis. 358. in fin. quem refert Rebuff. in suis commenta. titu. de supplica. quæstio. 6. nume. 40. Maranta, de ord. iudicio. part. 6. in 2. actu principali, nu. 16.

Quòd si vis aliqua constituenda sit, super dicto Instrumento publico, & authentico, tanquam illud exequutionem paratam habere debeat ex forma antiquarum constitutionum, certum est, decretum illud communis iuris dispositioni aduersari, vt expressè dicit Deci. consi. 322. colum. 1.

2 † cum Instrumenta de iure communi exequutionem paratam habere non dicatur, l. minor, cui fideicommissum. ff. de mino. 25. ann. quem tex. ad hoc meliorem in iure dicit Angel. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matrim. relatus per Rui. consi. 144. numero septimo, volum. 4. idem Ang. in l. ait Prætor. §. 1. vbi ẽt Imo. & cæteri. ff. de re iud. quos refert & sequitur Cotta in Memorali, incip. Instrumentum publicum de iure. Bal. in l. 1. colum. 1. C. de execu. rei iudi. Boer. decisio. 295. numer. quin. vbi dictum tex. pluribus modis limitat. Cum igitur iuri communi contrarium sit decretum strictè erit intelligendum, vt quanto minus possit, illud corrigat l. 2. C. de noxali. l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan. c. dilectus, de consuetud. Deci. d. consi. 322. numero tertio. ne extendatur ad interesse quantiplurimi, sed ad id tantum, quod in Instrumento principaliter continetur: accedat etiam, quod notat Bald. in l. ab Anastasio. C. mandati. vbi ex-

3 pressè ponit: † stante statuto, quòd Instrumentum Guarentigiatum exequutionem paratam habere debeat, intelligetur statutum super his, quæ posita in Instrumento leguntur: non autem, quæ in eo expressè non continentur: quem ad terminos huius interesse quantiplurimi refert, & sequitur Socin. Iun. consi. 136. numero quarto, volum. 2. vbi expressè consuluit, quòd licet statuto Senensi cautum sit, super omnibus causis compromissum fieri, & gabellam solui debere, exceptis ijs causis, quæ per scripturas manu propria debitoris confectas probari possunt: illa tamen exceptio non extendetur ad interesse quantiplurimi proueniens ex debito in scriptura contento, intra statutum tempus fortè non persolu-

4 to, † quia dicatur quæstio, super huiusmodi interesse, separata à quæstione principali ipsius debiti: quo in casu concludit, faciendum esse compromissum, & gabellam soluendam, non obstante, quod super principali debito, nec compromissum facere, nec gabellam soluere quis cogatur: quo fit, vt cum hoc interesse quantiplurimi vigore Instrumenti non debeatur, sed ex mora, & negligentia ipsius debitoris merè proueniat, ad illud non sit facienda extensio decreti exequutionem conceden-

5 tis. Præterea, † ad hoc, vt Instrumentum exequutionem paratam habeat, liquidum esse debet, vt not. Bartol. in l. per diuersa. C. mandati, quem refert Decius consi. 682. numero nono. idem Bartolus in d. l. proinde. §. notandum. ff. ad l. Aquil. Bald. in l. 2. C. de exequutio. rei iudic. Alexan. consil. 188. numero primo, volum. secundo. Socin. consil. quart. volum. primo. in l. 1. numero trigesimoprimo. ff. de ...

6 † præcedere enim debet liquidatio, antequam ad exequutionem procedatur, ... ta l. hoc iure vbi Doctor. ff. de verborum obligatio. quem not. Bald. in l. si quidem numero quinto. C. de exceptio. idem Bal. consi. 393. incipien. Inchoatis verbis stat. volum. secund. quem refert Boerius decisio. 52. numero octauo. Gratus respon. ... numero vigesimoseptimo, volum. 1. plurimis casus colligit Rolland. à Valle, in quibus requiritur prius liquidatio, antequam ad exequutionem deueniatur, in consil. 20. numero octauo, & pluribus sequentibus. ... dum igitur facta liquidatione præsumitur interesse, iniquè videtur concedi sententia exequutio. Et licet vulgò recepta ...

7 Instrumentum † rem liquidam efficere notoriam reddere, & sentit Bartolus ... numero octauo. & ibi not. commun. Doctor. ff. de noui operis nunciatio. Deci. consil. 36. numero secundo. & consil. 4... numero nono. Tiraq. in tractat. de retr. consangu. §. 2. glos. 1. numer. 20. cum ... pluribus, quæ ad hoc propositum ... apud Doctor. reperiuntur: hoc tamen absolutè verum est, sed ita demum, Instrumentum nullas in contrarium oppositiones, aut exceptiones pati possit, & ... Imo. in c. constitutus, de filijs presbyterorum. Anton. de Butri. in c. cum contingat, ... not. de Rescrip. Decius cons. 474. num. ... & in c. licet causam. in 13. notab. de probationibus. Soci. consi. 226. num. quarto. ... cons. 128. num. 1. & 13. vol. 4. sed in term...

præsentis quæstionis, quoad interesse quantiplurimi, opponi poterit, illud nondum liquidatum esse, & per consequens, executionem non mereri: ergo non est concedenda exequutio. Et licet daremus † decreto prohiberi, quascunque opponi exceptiones, non tamen illæ censerentur excluſæ, quæ substantiã, & validitatem ipsius Instrumenti concernerent, Bartol. in l. 1. §. quod parui. ff. quod vi aut clàm. in l. 4. §. condemnatum, de re iud. Dec. consi. 499. numero decimoquarto, cum alijs supra citatis, decisio. 122. numer. 2. veluti quòd nullum sit Instrumentum, vel non liquidum, quæ duo paria esse iudicantur, argumento regulæ, de qua in l. in lege fundi. ff. de contrah. emptio. † cum paria sint, aliquid non esse, vel non apparere, & non probatum esse, l. quidam tabularum. ff. de furt. c. in præsentia. de probatio. non erit ergo liquidum Instrumentum, quòd huiusmodi oppositionibus sit suppositum minus quàm iure poterit exequutioni demandari. Et pro hac opinione consuluit Romanus, consi. 211. colum. fin. expresse dicens, quòd quando profertur sententia in iudicijs particularibus incerta, non mittitur executioni: & respondet ad doctrin. Bartol. in l. 1. ff. de lega. 2. & l. 1. ff. de ędendo. dicens illam procedere in iudicijs vniuersalibus. Præterea pro hac opinione dicebam satis vrgere text. in l. in summa. §. qui sortis. ff. de re. iudica. in l. hac sententia. C. de senten. ti cert. quanti. prolata. Inst. de actio. §. curare vbi gloss. quibus iuribus cauetur, sententiam etiam in vsuris & alijs accessorijs debere proferri certam, aliàs esse nullam: per quæ iura ita tenet Alex. cons. 4. nu. 4. vol. 3. consi. 109. in prin. vol. 5. Dec. consi. 322. nu. 3. qui refert & sequitur Romanum d. consi. 211. latè Rui. consi. 29. nu. 11. vol. 5. consi. 87. nu. 4. vol. 4.

Contraria tamen opinio verior & receptior visa fuit, scilicet concedi posse exequutionẽ super interesse nõ liquido, quod tamen in exequutione veniat liquidandum, primò ex doctr. Bartol. in l. solet. col. fin. ff. de aliment. & cibar. legat. vbi † stante statuto, quòd de damno dato stetur iuramento damnum, passi super quæstionibus emergentibus, & incidentibus ipsius principalis causæ, stabitur etiam dicto iuramento ea ratione, quia quæstio incidens assumit sibi naturam causæ principalis, clem. dispendiosam, de iudicijs, quam rationem affert Socin. consi. 300. numero sexto. vbi expresse firmat dictam doctr. Bartol. Ripp. in l. damnum, colum. secunda. ff. de damno infec. † Accessorium enim interesse ipsius principalis debiti rectè dicimus, cum vsuras, quarum loco interesse honestiori vocabulo constituitur, accessoria sorti esse dicamus, adeò vt qui prior sit tempore in sorte, in vsuris, & in interesse, prior in iure esse dicatur, iux. sing. tex. in l. Lucius. ff. qui potiores in pignore habeãtur. de quo tex. plura not. Alexand. in l. si cum dotem. §. sinautem in sæuissimo. ff. sol. matr. de qua quæstione aliàs dicemus, & dilatio concessa super sorte, intelligatur etiam concessa super vsuris, tanquam successorijs, l. soluitur. §. si paciscatur. ff. quib. mo. pign. hypoth. soluitur. Rom. sing. 176. incip. Vltimò quæro. & tanto magis considerari poterit, non paruam esse connexitatem inter principale dibitum, & huiusmodi interesse, cum istud circa rem ipsam versetur, & intrinse-
12 cum dicatur, non autem extrinsecum, † cuius non tanta in iure habetur ratio, atque intrinseci. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empt. not. communiter Docto. in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest, prof. Cagn. in specie in l. vinum. numer. 19. ff. si cer. pet. vbi sentit contra opinionem Decij & Moderniorum, interesse hoc quantiplurimi, venire potius ex dispositione hominis, quàm legis, cum sit interesse intrinsecum, & à qualitate & bonitate rei productum. Præterea ex quo prędictum interesse etiam promissum fuit in Instrumento ab ipso debitore, de eodem iudicabitur, atq; de summa ipsa principali, vt respectu exequutionis faciendæ æquiparentur inter se, diceturq; illud interesse esse de tenore ipsius Instrumenti, cum expressim de eo facta sit mentio in Instrumento verbis infrascriptis, Cum refectione quorumcũq; dãnorũ & interesse, litis, & extra iux. no. per Bal. in l. ad probationem. C. de probationibus. vbi plus dicit, q; ea dicuntur de tenore Instrumẽti, q; ex Instrumento p̃sumptiuè resultant, las. in §. fuerat. num. 62. Inst. de actionib. & in specie Soc. Iu. d. consi. 136. in fi. vol. 2. vbi tenet, exequutionem Instrumenti fieri posse super interesse, vbicunque illud esset in Instrumento ꝓmissum, & licet indeterminatè, & simpliciter de eo dicatur, nihilominus verè, et propriè promissa quãtitas illa intelligitur, quę deberi pro
13 babitur, † cũ illud vere & ꝓprię ẽt intelligatur, quod per relationẽ ad aliud habetur, l. certũ. ff. si certum petatur. vbi Doct. & in l. ait Prætor. §. si iudex. ff. de re iudic. Deci. consi. 389. colum. si. & cons. 489. columna pen. & satis certum, & liquidum interesse

appellatur, quod de proximo liquidandũ venit, arg. regulæ l. pen. ff. de milit. testa. de qua per Marsil. latè sing. 106. faciunt & ea, quæ no. DD. in l. fi. per illum tex. C. de compensat. quòd licet liquidi ad non liquidum compensatio non fiat, vbi tamen de proximo liquidatio fieri debet, admittitur compensatio: vt not. Alex. cons. 94. nu. 3. vol. 4. Paris. cons. 121. nu. 24. vol. 1. cum alijs allegatis supra in decis. 92. nu. 36.

Secundò iuuatur hæc opinio, ex glo. in l. 1. ff. de ędendo. pro qua Bar. ibi nume. 8. &
14 communiter Docto. notant, † exequutionem sententiæ non liquidę peti posse, vbicunque liquidatio fieri intenditur in exequutione, Bar. in l. 1. ff. de lega. 2. in fin. idem Bart. in l. 2. C. de sent. quæ sine cert. quant. profer. & ibi Bal. sequitur Roma. cons. 76. num. 5. vers. secundò est præmittendum. Socin. Iun. d. cons. 136. num. 3. vol. 2. Cagnol. in rubr. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. num. 5. & sicut petitio incerta super interesse admittitur, cum in potestate non partis, sed iudicis sit, illud interesse taxare, l. vnica. C. de sente. quæ pro eo, quod interest. Ias. in §. curare. num. 54. & 57. Inst. de actio. ita & sententia valida erit, quæ conformis libello esse debet, l. vt fundus. ff. communi diuid. c. licet Heli. cum ibi notatis per Felin. de simon. data igitur validitate sententiæ respectu interesse incerti, nulli dubium erit, quin etiam exequutio legitime concedi possit ipsius interesse, super quo fuit
15 prolata sententia, † quæ cum indiuidua esse dicatur, l. in hoc iudicio. ff. famil. hærcis. l. etiam. §. ex ea, iuncta gloss. ff. de minorib. absurdum esset, si diceremus, exequutionem concedi posse in parte, & in parte non.

16 Præterea, † vt inutiles euitentur circuitus, l. dominus. ff. de cond. indeb. clem. auditor, de Rescrip. Deci. in l. cum fundus. §. seruum tuum. ff. si cert. peta. iunctis ijs, quę not. Doctor. in l. 1. ff. de leg. 1. tenenda erit hæc opinio, vt pro interesse quantiplurimi peti, & concedi possit exequutio, dato, quòd liquidum nõ sit, cum in exequutione possit liquidari, ne cogatur ille, qui sententiam in sui fauorem obtinuit, post factam liquidationem iterum iudicem adire, & aliam separatamq́ petitionem exequutionis respectu solius interesse facere.

Et tenendo hanc secundam opinionem, non obstant in contrarium adducta, & primò, de decreti interpretatione strictè facienda, vt non fiat extensio ad hoc interesse, quia imò nulla dicitur fieri extensio, cum hoc interesse promissum expressè in Instrumento contineatur, vt supra ostendimus, quibus addo Abb. in c. cum olim, numero 10. de censibus, vbi post Butri. dicit illum tex. facere notabiliter pro Instrumentis gerentigiæ, vt mandentur exequutioni, non solum in his, super quibus fuit directè contractum, sed etiam in his, quę indirectè probantur in Instrumento: vnde si in principali debito executionem meretur Instrumentum, eadẽmet ratio militabit in ipso interesse, vt super eo executio iure concedi possit, tanquam comprehendatur in verbis ipsius decreti. Et ex hac responsione tollitur etiam fundamentum illud Bar. in l. ab Anastasio. C. mandati. & Socin. Iun. in d. cons. 136. num. 6. volum. 2. cum eius dicta potius hanc secundam opinionem [illegible] uent, vt supra diximus, quàm, vt eam aliquomodo impugnent. Minus etiam obstabit, quod dicebatur, Instrumentum non aliter executionem habere, nisi illud liquidum sit, quia in terminis nostris liquidum appellari poterit interesse, cum expressum in Instrumento promissum sit, & in actio probatum fuerit deberi, cuius incertitudo cum tantum in quantitate versetur, quia facili in exequutione liquidabitur, de iudicabimus, atq́ de certo & liquido [illegible] esse. Non obstat Afflict. decis. 231. cum iure & ratione loquatur, quia si sententia inferioris habet executionem in expensis multò magis sententia consilij supra [illegible] Nec mouet Roman. d. consi. 211. cum [illegible] contrarius in d. consi. 76. nec adducta [illegible] nem diuersitatis, in hoc inter iudicia [illegible] cularia, & vniuersalia. Vel respondeo [illegible] test ad contraria, vt per Zasium [illegible] summa. colum. secunda. versicul. [illegible] pta occasione tractant Doctor. vbi [illegible] guendo conciliat has opiniones, quod [illegible] fructus seu interesse possunt de facili liquidari, & tunc debuerunt liquidari [illegible] sententiam. aut de facili liquidari non possunt, & tunc valeat sententia, post quam possit fieri liquidatio. Sed & hæc distinctio parùm me mouet, quo ad casum nostrum. Melior videtur distinctio Ioan. Fab. & Ioan. de Plat. in §. curare. Inst. de actio. quem refert & sequitur Natta consi. 569. num. [illegible] post Specul. Bar. Bal. Imo. Angel. & alios per eum relatos, quòd si interesse vel fructus petuntur principaliter, tunc liquidatio non debet fieri post sententiam, secus petantur accessoriè, vt in casu nostro, quia petitum fuit granum cum valore quantiplurimi valuit.

Quid dicendum? Senatus hanc secundam opinionem semper seruauit, ex suprà allegatis, quibus addi possunt Innocen. & communiter Canonist. in c. finem litibus, de dolo, & contum. non facta distinctione, an de facili possint liquidari vel non: cum sententia in his accessorijs executioni non mandetur, nisi facta liquidatione fructuum interesse, valoris quantiplurimi, vel alterius accessorij, licet in valore quantiplurimi debiti occasione principalis debiti consistentis in frumento, aut alijs similibus speciebus, ante liquidationem posse fieri executionem, dicat doctiss. Didac. post hanc decisionem absolutam visus lib. 2. Variarum resolut. cap. 11. vbi diserte hanc materiam tractat, & col. 6. versic. quartò omnibus his, &c. defenditq; Paul. de Cast. in l. 1. num. 9. ff. de ędendo. tenentem contra Bar. communiter approbatum.

SVMMARIVM.

1 *Creditor in diem, an ante diem agere possit? & plurib. num. sequent. tractatur.*
2 *Agens ante diem malè agere dicitur.*
3 *Ius de futuro in iudicium deduci non potest, & num. 19. declaratur.*
4 *Actione carere dicitur, qui ante diem iudicium mouere intendit.*
5 *Fideiussor in diem, si ante diem soluat, actionem mandati non habet, nisi die adueniente.*
6 *Tempus in stipulatione appositum censetur adiectum gratia promissoris.*
7 *Damnum eo solo alicui infertur, ex quo aliquid contra eius voluntatem fit.*
Præiudicij, quamuis modici, ratio est habenda, num. eodem.
8 *Regula de in tempus. ff. de hæred. instit. limitatur.*
9 *Creditor in diem ante diem agere potest, vt die aduenientè ei soluatur.*
10 *Legis effectus & natiuitas obligationis tolli à contrahentibus non potest.*
11 *Chirographum conditionalis debiti, qui deleuit conditione ipsius debiti nondum purificata, lege Aquilia condemnatur, quamuis exactio ad tempus purificati debiti differatur.*
12 *Magistratus, licet durante officio, conueniri non possit, poterit tamen eo magistratu durante citari, vt post perfectum officium compareat.*
13 *Textus in §. plus autem. Instit. de actio. limitatur.*
14 *Debitor, qui dilationem à lege concessam habet, satisfacere cogitur de soluendo die aduenientè.*

DECISIO CXXX.

Creditor in diem, an ante diem, agere possit, vt die aduenientè soluere debitor condemnetur?

PRoposita fuit quæstio, an creditor, cui certa die pecunia soluēda est, possit ante diem impunè agere, ad hoc, vt debitor soluere condemnetur die aduenientè? in qua quæstione discutienda, tractandum erit etiam, an Nata obligatio, & actio, ante
1 ipsius diei euentum sit? Et prima fronte † videbatur dicendum, eo modo actionem intentari non posse, maximè si ab aduersario opponatur, ante tempus eum agere non posse. §. plus autem. Instit. de actio. §. temporales. Instit. de exceptio. c. 1. cum ibi not. de plus petit. coercetur enim importunitas petentium, & eorum, qui plus loco, vel tempore petunt. Facit text. in l. iustas. C. de iure fisci. lib. 10. l. eum, qui Calendis. ff. de verbo. obligat. l. cędere diem. ff. de verbo. signi-
2 ficat. † malè enim agere dicitur, qui ante diem agit, l. 1. §. fin. ff. quando dies vsusfru. leg. cedat. quem ad hoc allegat Barto. in l. exceptionem. C. de probationib. in l. eum, qui ita. §. qui ita stipulatur, in fin. ff. de verb. obligatio. idem in l. lecta. num. 22. ff. si certum petatur, quibus in locis communiter concluditur, quòd si exceptio pluris petitionis contra agentem ante diem opponatur, processus per eam exceptionem impediri poterit.

Pro hac opinione faciunt notata per Alexan. cons. 95. num. 3. vol. 1. quem refert & sequitur Cagnol. in l. in omnibus obligationibus. num. 16. ff. de regu. iur. † asserens,
3 ius de futuro in iudicium deduci non posse, reo opponente, l. nō quemadmodum. ff. de iudicijs. l. 1. in princ. de vsur. non igitur validum iudicium redditur super debito in diem concepto, nondum die ipsa completa, vel aduenientè, quinimò etiam reo non opponente: sentit ibi Alex. iudicem absoluere reum debere, vbicunq; ex actis constat, obligationem esse in diem, iuxta not. per glos. & Docto. in l. vbi pactum. C. de transact. nam agentem sine actione iudex ex officio à limine iudicij repellere potest: notat Cagn. in l. lecta. num. 165. ff. si cer-
4 petat. † eum autem carere actione, qui ante diem iudicium mouere intendit, probatur ex textu, in l. certi condictio, in princ. ff. si cert. petatur. vbi si in diem, vel sub conditione fit obligatio, ante diem vel conditionem agere non potero. Facit & text. in l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de leg. 2. nam legatum sub cōditione, vel in diem, ante diei vel conditionis euentum repudiari

diarí non pôteſt, rationem reddit ibi text. quia ad nos non pertinet, antequam dies, vel conditio exiſtat. idem & in fideiuſſore
5 in diem ſcriptum reperitur, † vt ſi ante diem ſoluat actionem mandati non habeat, niſi die adueniente, l. ſi mandauero tibi. ff. manda. & ſicut in dilatione tacitè à lege ſubintellecta non prius oritur actio, quàm dies aduenerit, l. interdum. ff. de verborum obligatio. l. 1. in fin. ff. de condit. & demonſtra. idem erit dicendum & in expreſſa dilatione inter cõtrahentes appoſita, vt antequam dies venerit, actio competere non dicatur.
6 Præterea, † cum tempus in ſtipulatione appoſitum, cenſeatur adiectum gratia promiſſoris, l. qui hoc anno. ff. de verborum obligat. l. eum, qui Calendis. §. qui ita. ff. eodem titu. l. cum tempus. ff. de reg. iur. ante diem nulla poterit iudicialis moleſtia debitori inferri, in cuius fauorem appoſita in dubio temporis dilatio præſumitur. Et licet dicatur, nullum hîc verſari præiudicium, nec damnum ipſius debitoris, ex quo non cogitur ante diem ſoluere, ſed tantum condemnatur, vt die adueniente ſoluat, & debito ſatis faciat? Reſpondetur hîc præiudicium eo ipſo conſiderari, quòd inuitus quis cogatur ante diem præfixum ſolutioni, ſubire iudicium, & condemnatoriam
7 ſententiam ſuſtinere, † cum damnum ex eo ſolo inferri dicatur, quando aliquid contra alicuius voluntatem fit, l. fin. ff. de vſu. & habit. Bartol. in l. 2. numer. 12. ff. ſoluto matrimo. & talis præiudicij, quamuis modici, ratio habenda eſt, vt not. Dec. in cap. ſuper eo. colum. 1. de offic. deleg. & conſ. 525. num. 8. laſ. inl. quo minus. num. 22. ff. de flumini. & quamuis effectus huius actionis intentatè conferatur in tempus habile, vt ſcilicet ſolutio die adueniente fieri debeat, quo caſu ſecundum regulam l. in tempus. ff. de hæred. inſti. huiuſmodi iudicium etiam ante diem conceptum validum red-
8 di poſſe videatur, † tamen ex quo lex ab initio reſiſtit, dicens, agentem ante diem malè agere, d. l. vni. ff. quando dies vſufru. leg. cedat. locum non habebit ſuprà dicta regula l. ſi minor. ff. de ſeruis exportan. laſ. in l. fina. num. 4. C. de pact. Craue. conſ. 197. num. 8. Videretur igitur concludendum, ius agendi non competere huic creditori in diem, qui (cum temporalis exceptio ei obijci poſsit, pendente tempore) propriè creditor dici non poterit, l. creditor autem is eſt. ff. de verbo. ſignificat. Bar. in l. 1. numer. 32. communiter receptus. ff. ſi cert. petat. Quinimò qui ante diem petit, duplicantur inducit. §. hodie. Inſtit. de prope. & temp. act.

9 Contraria verò opinio, † quòd imò licet creditori agere contra debitorem ad diem vt die adueniente debitum perſoluat, ſtionibus defenditur, quia cum ante die nata ſit actio & obligatio, l. cedere die vbi Alciat. num. 10. ff. de verbo. ſignific. Docto. in l. ita ſtipulatus. & præcipuè Rpa de verbo. obliga. Alex. conſ. 133. num vol. 5. non erit inconueniens, ſi talis actionata in iudicium proponatur, & exercetur, neq; diei, vel temporis alicuius appotio obſtabit, quia cum ab initio per conſtactum inter ipſas partes initum nata ſit obligatio, & actio, mediante iuris diſpoſ-
10 tione, † non potuit per adiectionem dei vel temporis huiuſmodi legis effectum, natiuitas obligationis alterari, vel ab cocontrahentibus tolli, argu. l. cerdonem. de op. libert. not. Barto. in l. ita ſtipulanum. 39. ff. de verbo. obligat. cum tempnon ſit modus tollendæ, vel inducendiligationis, l. obligationum ferè. §. placet. de actio. & oblig. & cum tempus in dubio præſumatur appoſitum cauſa differendi ſolutionis, vt not. Bart. in l. eum, qui in. qui ita. ff. de verbo. obliga. ad eam dumtaxat cauſam limitabitur, vt ſcilicet ſolutio, exequutio differatur, non autem actio & obligationis natiuitas, l. ex his. C. quando dies leg. ced.

Secundò confirmari poteſt hæc opex l. in lege Aquilia. ff. ad l. Aquiliam
11 fortiori: † nam ſicut ibi lege Aquidemnatur is, qui chirographum debiditionalis deleuit, cõditione nõdum debiti purificata, condemnationis vecactio ad tempus purificati debiti differgo à fortiori ſuper debito in diem ferentia ferri poterit, vt adueniente die ſolnem quis debiti præſtet, in quo maior titudo, quàm in conditionali debito vetur, argumento l. dies incertus. ff. de con & demonſtrat. nec abſurdum eſt condenatoriæ ſententiæ effectum ad futurum pus, & præfixam à contrahentibus trahi, cum aliquando videamus ad tempore inhabili fieri non prohibere, ad hoc, vt eius effectus in tempus habile conferatur: argu. regu. l. id tempus. ff. de red. inſtit. laſ. in l. in ius vocari. colum.
12 de in ius vocando. † nam licet magiſtratu durante officio conueniri non poſsit, literarum, cum alijs ſimilibus. ff. de poterit tamen eo magiſtratu durante ueniri, & citari, vt poſt perfectum offi-

compareat: sicq; præcipuè erit attendendus effectus iste, an solutio fiat ante diem, vel die aduenientes: argu. l. si vno. ff. locati. l. si olei. C. eod. Dec. cons. 306. num. 2. laso. in l. cum quædam puella. §. quoties. ff. de iurisdict. om. iudicum. & ita effectum hunc considerando cessabunt, quæ in contrarium potissimum adducebantur, d. §. plus autem. Instit. de actio. † quòd scilicet ante diem agens, plus petere dicatur ratione temporis, quia cum agitur tantum ad declarationem debiti, vt eius demum solutio aduenientes die fiat, nihil dicitur ab ipso debitore ante diem exigi, sed simplex tantum petitio, & declaratio fieri, quo casu ius ipsius rei hoc modo agendo nullomodo deterius redditur.

14 Præterea sicut videmus, † quod propter dilationem ad soluendum debitori à lege concessam satisdare cogitur debitor, se aduenientes die solvturum, l. si constante. §. quoties. ff. solut. matrimon. & ibi Alex. in princ. l. vniuersa. & ibi glos. C. de precib. Impe. offeren. l. in omnibus. ff. de iudicijs, & sicut potest debitor in diem, aut sub conditione suspectus capi, vt tenet Calcialup. in tract. de debitore suspecto. quæst. 3. eadem ratione, pendente tempore solutionis poterit fieri declaratio, vt reus aduenientes die soluere teneatur.

† Non obstabit etiam Alex. cons. 95. vol. 2. quòd tractatus futuri temporis ad iudicem non spectent, nec possit actio intentari super debito in diem pendente à futuro euentu, quia respondetur illud verum esse, quoties aliquid in totum penderet à futuro euentu, secus, si vires capiat à præsenti statu, qui tamen dependentiam habeat à futuro, quia tunc licebit ius de futuro in iudicium deducere, vt declarat Bar. in l. 1. C. de senten. quæ sine certa quantitate proferuntur, & in l. 2. in fin. C. de fideicommiss. vbi tenet in annuis præstationibus licere agere pro futuro tempore, ad hoc ne cogatur quis singulis annis, & mensibus de iure suo experiri, l. male agitur. C. de præscript. xxx. annorum. nor. Rippa in l. ita stipulatus. num. 92. ff. de verbo. obligat. Aretin. in §. præiudiciales. num. 11. circa medium. Instiut. de actionib.

Non obstabunt etiam iura superiùs allegata, quibus probatur, ante tempus agi non posse, quia procedunt, quo ad effectum, vt solutio tunc fiat, secus, si actio ante tempus proponatur, vt aduenientes tempore fiat solutio, ita in terminis respondet Asfli. decis. 279. infi. vbi secundum hanc opinionem in sacro Neapolitano Concilio iudicatum fuisse attestatur, & fuit responsio Decij in l. 1. num. 29. ff. si cert. pet. quem refert & sequitur Viui. in suis communibus opini. in verbo, Creditor, quam etiam sententiam sequutus est Senatus.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, Si & quatenus iuris sit, reddit dispositionem conditionalem.*
2 *Dictio, Nisi precedente oratione negatiua, ponit & affirmat.*
3 *Appellari à sententia super possessorio lata, an possit.*
4 *Appellans, an possit intra tempus appellandi variare, & à iudice, quem primo loco appellauit, recedere, alium appellando, & num. 9. cum plurib. sequen. declaratur.*
5 *Re integra multa fieri permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*
6 *Electio vbicunque in alicuius voluntate admittitur, potest quis, vno electo, ad alterius electionem deuenire.*
7 *Variatio pluribus in casibus in iure admittitur.*
8 *Appellatio alternatiua non prohibetur, dummodo intra tempus appellandi certa reddatur appellatio.*
9 *Appellatio effectum ipsius sententiæ extinguit.*
10 *Iudex à quo vbicunque appellationi defert, censetur transfusa omnis iurisdictio in iudicem ad quem.*
11 *Quod nullum est, amplius rescindi, & annullari non potest.*
12 *Sententia per primam appellationem rescissa amplius rescindi per secundam non potest.*
13 *Appellationi renunciari non potest per appellantem, vbicunque de præiudicio appellati tractatur.*
14 *Appellantes diuersos iudices, coram maiori iudice appellationem interponere debent.*
15 *Apostoli vbicunque semel super prima appellatione concessi sunt, non licet secundò appellare, & ratio, cur ita constitutum sit, affertur.*
16 *A Vicarij sententia ad quem appelletur.*
17 *Regula Boues. §. hoc sermone ff. de verbo. sign. fic. ornatur.*

DECISIO CXXXI.

Appellanti an liceat variare & mutare iudicem, quem primò appellauit? Et de clausula, Si & quatenus iuris sit.

DEcreto Astensi sub rub. de causis committendis per D. Gubernatorem, fol. 96. cauetur, succumbentes à sententijs domini Vicarij Gubernij posse appellare dominum Gubernatorem, si hoc elegerint, in causis non excedentibus summam ducentum

tum aureorum contigit, Vicarium Gubernatoris interdicto, Quorum bonorum, coram eo intentato, pronunciasse in fauorem agentis, & reum, seu eius procuratorem viua voce appellasse Serenissimum Principem, præfatumq; Vicarium Apostolos in hunc modum concessisse. & nos memoratus Vicarius, attenta natura causæ ipsam appellationem non esse admittendam duximus, nec admisimus, Nisi, si, & quatenus iuris sit, & admittenda veniat: inde intra decendium, & antequam appellatio fuisset recepta seu introducta ad Principem, idem appellans in scriptis Gubernatorem appellauit. De pluribus hîc dubitari contigit. Primò, an per illam clausulam, Si & quatenus iuris sit, censeatur admissa appellatio? Secundò an à sententia lata super possessorio adipiscendæ liceat appellare? Tertiò, an licuerit appellanti variare, & intra decendium Gubernatorem Astensem appellare, appellatione ad Serenissimum Ducem non obstante?

Quod ad primam quæstionem attinet, paucis rem absoluendo dicimus appellationem fuisse conditionaliter receptam:
1 quia † huiusmodi dictiones, Si & quatenus, conditionalem dispositionem reddunt, per ea, quæ notat Alex. cons. 127. num. 1. vol. 7. Roman. cons. 501. num. 2. cum alijs per nos allegatis. Decis. 5. num. 9. & 10. vbi plenè de hac clausula tractatur: nam operatur hæc clausula hunc effectum, quòd si causa appellationis est rationabilis, censeatur admissa appellatio, secus, si irrationabilis sit: Felin. in c. cum contingat. num. 13. de offic. delegat. Ruin. cons. 61. num. 17. vol. 5. Soci. Iun. cons. 18. num. 16. vol. 1. Marant. de ordi. iudic. in 6. par. in secundo actu princ. num. 200. dicens post Bar. Bal. Roma. Angel. & alios, quos refert, istam esse veritatem: & licet dicatur, non fuisse admissam appellationem per huiusmodi verba negatiua prolata, scilicet, & nos Vicarius attenta natura causæ appellationem nō esse admittendam
2 duximus, nec admisimus: † attamen cum post præcedentem negatiuam posita sit clausula, nisi, si & quatenus, ideò censetur aliquid affirmatiuè positum in oratione, & per consequens admissa appellatio, quamuis sub conditione, per text. notab. in l. si feriatis. ff. de ferijs. l. actione, cum ibi notatis per Ias. C. de transact. Dinum in regula, Peccatum, de reg. iur. in 6. Alexan. cons. 39. num. 1. lib. 7. Dec. cons. 532. num. 1.

Hac igitur appellatione admissa sub conditione, Si iuridica fuerit appellatio, viden-
3 dum nunc erit, † an iure à sententia super possessorio lata appellari potuerit? qua in quæstione satis erit Doctorum testimonia referre, & Senatus approbatam in hac quæstione sententiam adducere, cum abundantiæq; eam tractauerimus suprà decisione 25. vbi attestati fuimus, eam in Senatu Ducali receptam esse opinionem, vt à sententia super possessorio lata appellatio admittatur, cum clausula suprà scripta, Si & quatenus iuris sit: quam etiam opinionem alias in curijs obseruatam fuisse habemus, prout in consilio Neapolitano attestatur Afflict. decis. 267. & apud Capellam Tholosanam habetur quæstio. vlt. Guid. Pap. quæstio, sed quia articulus iste varijs in locis apud Doctor. examinatur, ideò ad eorum dictamen remitto. Nam Rippa in c. sæpe. num. de restit. spoliat. hunc latissimè tractat post Dec. cons. 28. Calchan. cons. 83. in princ. in tracta. fallent. regula 18. & 264. & cons. 299. col. 2. vol. 2. Ias. cons. 187. lib. 2. Cur. cons. 168. in fine. Brunū conciuem nolum cons. 98. num. 9. Gratum cons. 16. & vltim. lib. 2. Cottam in Memorali. incip. Appellari non licet, de iure ciuili, &c. Guid. Pap. in tractat. de appellat. num. 55. quam etiam tractat Vantius de nullita. titu. quis possit dicere de nullit. num. 34. & nouissimè Nota cons. 121. num. 4.

Præsupposito igitur, quod admissa fuerit appellatio, tanquam à iure permissa
4 succedit tertia quæstio: † an potuerit pars quæ primo loco Serenissimum Principem appellauerat, intra tempus appellationis variare, & ad D. Gubernatorem iuxta illius decreti dispositionem appellationis introducere? qua in quæstione dicendum debatur, Potuisse de nouo D. Gubernatorem respectu appellationis coram eo excendæ eligere, per text. in l. si quis libellos C. de appellat. relatum in c. ei, qui. §. si quis libellos. 2. quæst. 6. quem text. ad hoc communiter notant, glo. & Doct. licere appellanti commutare arbitrium suum, & per pœnitentiam variare, vel in totum appellationi renunciare. Maranta de ordi. iudic. part. 6. in 2. actu principali vlt. part. nunc. 134. & 139. post Bar. Ang. Salyc. & Philipp. Fran. quos refert, & dicit Salycet. in d. l. si quis libellos, colum. 2. versic. quid igitur dicendum, quod potest quis vsque ad 10. dies appellationem immutare, quia isti decem dies dantur, vt plenissimè deliberet, an velit appellare, vel acquiescere: sed qui illico appellat, nedum plenissimè, imò nec plenè deliberat, sed quodammodo iracundia

dam accensus, vel ex leuitate quadam illico appellat: ideò de tali prima appellatione non debet cõsideratio haberi, si postea eam mutet. Facit etiam text. in c. quamuis. § cæterùm. de electione, lib. 6. vbi licet parti appellanti ab appellatione, nondum sedi Apostolicæ præsentata, recedere. Re enim integra adhuc existente, & nondum coram Serenissimo Principe, vel D. Iudicibus vltimarum appellationum introducta appellatione, facilè admittitur variatio, † cum multa re integra fieri permittantur, quæ aliàs non permitterentur, l. mandatum. iuncta ibi glos. C. mandati. Bart. in l. si pecuniam. col. 1. ff. de cond. ob causam. glos. nota. in c. cum in causis. in verbo, Cum res non esset integra. de election. Socin. cons. 46. num. 12. vol. 1.

6 Secundò probatur hæc opinio, † quòd vbi cunque electio in alicuius voluntate permittitur, potest quis vno electo ad alterius electionem deuenire, nondum acceptata priori electione, l. qui absentis. ff. de acqui. possess. not. Barto. in l. absentis, in fine. ff. de donatio. Facit text. in l. si conuenerit. ff. de iurisdict. om. iudic. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. vbi glos. ff. de acquiren. possess. Pœnitentia enim ante litis contestationem regulariter admittitur, vt not. Bald. in authen. habita. in quæst. quòd scholares plures iudices habentes, electionem de vno factam, ante litis contestationem reuocare possint, C. ne filius pro patre. quinimò passim in iure videmus, † permissam esse variationem pluribus in casibus: prout est text. & ibi glos. notab. in l. si sterilis. §. fina. ff. de actio. empt. quem not. Afflict. decis. 146. in fin. l. cum, qui certarum. cum ibi notatis. ff. de verb. oblig. l. nonnunquam. ff. de collat. bonorum.

Præterea certum est, † alternatiuam appellationem admitti, & sic incertam, dummodo quis intra tempus, quo appellare debuit, certum iudicem appellationis nominet, vt not. Ioan. And. in addit. Specula. in titu. de appellationib. §. nunc tractandum. versic. sed pone aliquis. Alexand. cons. 101. num. 2. & cons. 167. num. 4. vol. 2. geminatæq; appellationes iure non prohibentur, vbicunque quis viua voce appellans, deinde in scriptis intra decendium appellationem introducit, l. 1. §. biduum. ff. quando appellandum sit. Barto. in l. si procurator. §. si dominus. col. 1. ff. de nou. oper. nunc. Bald. in l. 2. ad finem. C. de episcop. aud. ergo ex iis rationibus concludendum videtur, posse sustineri hanc secundam appellationem tanquam re integra, & nondum introducta priori appellatione coram supremis iudicibus proposita.

His tamen non obstantibus, contraria verior visa fuit opinio, non licuisse appellanti variare, & D. Gubernatorem Astensem secundo loco appellare, ea præcipuè
9 ratione, † quia appellatio duos parit effectus: primò enim effectum ipsius sententiæ extinguit, seu suspendit, pendente appellatione, l. 1. in fin. ff. ad Turpilian. c. venientes, de iureiurando. Barto. in l. 1. num. 2. ff. de appellatio. Afflict. decis. 296. in fi. Socin. cons. 9. col. 2. vol. 4. quem refert Syluanus cons. 5. num. 5. in fine.

Secundò, quia per appellationem deuoluitur causa ad iudicem, ad quem appel-
10 latur, c. super eo, de appellationi. † & vbicunque ludex à quo appellationi defert, censetur transfusa omnis cognitio in ludicem ad quem, c. cum appellationibus frinolis, de appellationib. lib. 6. Cum igitur per primam appellationem, cui detulisse Vicarius videtur, per illam clausulam, Nisi, si, & quatenus iuris sit, vt suprà demonstrauimus, fuerit cognitio translata ad D. Iudices vltimarum appellationum, effectusq; primæ sententiæ fuerit propter appellationem in suspenso tentus: ita vt per secundam appellationem extingui amplius non potuerit, iuxta regulam l. nam etsi sub conditio-
11 ne. † §. post defectum. ff. de iniusto rupt. testamento. Bald. in l. appellatione. num. 6. C. de appellationib. & in l. si vt proponis. 2. C. quomodo & quando iudex. frustratoria dicetur secunda appellatio, cum nihil habeat, quod extinguere possit, propterea non erit admittenda, c. interpositas, cum ibi not. de appellat. l. eos. §. ne temerè. C. de appellationib. & nominatim Roman. scribit cons. 81. num. 4. cum alijs allegatis per Gratum respons. 119. in princ. vol. 1. Rota decis. 49. in Nouis.

12 His accedit, † quòd cum appellatio tam communis appellanti, quàm appellato esse dicatur, l. ampliorem. C. de temp. appellat. Alex. cons. 183. num. 4. volum. 6. Abb. cons. 2. num. 2. parte prima. Dec. in c. si duob. co-
13 lum. 2. de appellationib. † non poterit appellans priori appellationi renunciare, per secundam appellationem inuito appellato, vbi de eius præiudicio tractatur, l. fi. C. quando prouoc. non est necesse. not. Abb. & Felin. in c. ex parte. fi. 2. de Rescriptis. Felinus in c. significauerunt. num. 3. de exceptioni. Tiraquell. in tractat. de retract. in verbo, Ad finem tituli. num. 25.

Tertiò

Tertiò confirmatur hæc opinio ex ijs, quæ not. glos. in allegat. l. si quis libellos. C. de appellatio. dum inquit, mutationem arbitrij & voluntatis in appellante admitti, dummodo æqualis, vel maioris iurisdictionis iudex appelletur, non autem, si minoris: per textum in l. 1. §. fin. ff. de appellatio. faciunt nota. per Dec. in c. si duobus. nu. 2. de appellatio. vbi † si diuersi ad diuersos iudices appellent, appellatio interposita ad maiorem prævalet, & elidit appellationem interpositam coram minori iudice, argum. eorum, quæ habentur in l. contra pupillum. §. qui ad maius. ff. de re iudic. & nota. per Canonist. in c. cum parati. de appellat. Dec. cons. 640. num. 2. & eò magis id locum habet, vbicunque prima appellatio ad maiorem iudicem fuit interposita in tempore, quia secunda subsequens non valebit, cum iam deuolutum sit ad superiorem iudicem totum negocium, iuxta nota. per Bald. in alleg. l. appellatione, num. 6. C. de appellat. Vnde † constitutum rectè fuisse apparet, vt in casibus, in quibus permissa est geminatio appellationis, si Apostoli super prima appellatione concessi fuerint, non liceat secundo loco appellare, quia cum Apostoli dicantur pars ipsius appellationis, c. ab eo. de appellatio. lib. 6. cum alijs per nos allegatis, decis. 7. numer. 4. & per dationem illorum fuerit functus iudex officio suo, consumptaq; sit eius iurisdictio, amplius ab eodem iudice impetrari non poterunt. c. cum appellationibus. §. si verò, vbi Gemin. num. 5. de appellatio. lib. 6. not. Bald. in l. eos. §. Apostolos. col. 2. C. de appellatio. Perusin. in c. sua. num. 21. de appellationibus. Quare in terminis nostris erit concludendum, non licere iudici secundo loco appellationem admittere, vbicunque priori appellationi semel detulit. Vnde cum hāc primam admisisse Vicarius videatur ex illis verbis, si & quatenus iuris sit, consequens fit, vt ab eo iurisdictio translata in D. Iudices vltimarum appellationum fuerit, nec possit amplius secundam appellationem admittere, vbicunque prima effectum habere potest.

Vltimò iuuatur hæc opinio, quia huiusmodi Decreta Astensis ciuitatis, dum electionem parti appellanti concedunt, vt D. Gubernatorem à sententia eius Vicarij appellare possint, censentur in hac parte derogatoria iuris communis, † quo disponitur à sententia Vicarij nō appellari ad eum, cuius quis est Vicarius, sed ad eum, ad quē appellaretur, si ipse iudex ordinarius iudicasset, vt not. Bartol. in l. præcipimus. C. de appellatio. cap. Romana. de appellatio. lib. 6. & in cap. non putamus, de consuet. lib. 6. Marant. de ordin. iudic. loco supra citato. num. 369. quo casu strictè sunt intelligenda: ita vt dum electionem concedunt parti appellanti, ad vnicam tantum electionem restringantur, nec possint postes eligentes à prima electione facta recedere † iuxta regulam, l. boues. §. hoc simone. ff. de verbo. signific. de qua latè in l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matrimo. & in l. duobus. §. si ei, qui. num. 5. de iureiurand. Dec. in c. quanto. num. de iudicijs. Abb. & Felin. latè in c. fina. de tregua & pace. Dec. cons. 80. num. 2. & cons. 93. num. 3. & licet variatio permissa fit, vbicunque electio committitur voluntati cuius, vt suprà dicebamus: id tamen intelligitur, si res adhuc integra sit, & nondum alteri ius acquisitum. hic verò reintegra dici non potest, ex quo per Vicarium missa fuit appellatio, à quo statim tota omnis iurisdictio in iudices vltimarum appellationum fuit, vt suprà latè probatum, & in specie respondet Perusin. in alleg. c. sua. de appellat. vbi textum in d. l. si libellos limitat & declarat, pro qua singula l. quòd in hærede. §. eligere. ff. de butori. Amplectenda igitur hæc secunda opinio videbatur, non licuisse parti appellanti Gubernatorem secundo loco appellare post propositam coram prædictis cibus appellationem, & secundum hanc iudices vltimarum appellationum Astensis, qui & Senatum repræsentat fuit iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ ratione retardatæ solutionis dotium prorum licitè à marito peti possunt.*

2 *Alimenta durante matrimonio per maritum pro vxori remissa titulo donationis præsumuntur cunque taciturnitas longi temporis, & mortis mariti interuenit. & num. 11.*

3 *Donationes facilè præsumuntur inter affines iunctos.*

4 *Pater remittendo vsumfructum bonorum rum filijs, hæredes ab eiusdem vsufructus tione excluisse videtur.*

5 *Maritus non petendo dotes propter vxoris amissas, censetur eas tacitè remisisse, adeò des eas repetere non possint.*

6 *Emphyteosim propter canonem non solutum num translatam, hæredes vendicare non pos si dominus tacuerit.*

7 *Alimentorum petitio hæredibus competere bet, qui onera matrimonij non sustinent,*

respectu alimenta iure debentur.

8 *Maritus mulieri, quamuis indotatæ, alimenta præstare tenetur.*

9 *Marito imputandum est, qui alimenta diu præstitit vxori nulla præmissa protestatione de ijs repetendis.*

10 *Taciturnitas consensum inducit, etiam in ijs, quæ præiudicium aliquod afferre possunt, vbicunq; aliquis extrinsecus actus interuenit.*

11 *Mulier marito operas præstare tenetur.*

12 *Alimenta libertis relicta, dato, quòd per longi temporis spacium petita non fuerint, remissa esse nõ præsumuntur.*

13 *Remissio donationis vim habet.*

14 *Donatio in dubio non præsumitur, nisi illa expresse probetur.*

15 *Donatio inter personas prohibitas non præsumitur.*

16 *Actionibus personalibus, & officio iudicis minori spacio non præscribitur, quàm xxx. annorum.*

17 *Textus l. quod in vxorem. C. de neg. gest. declaratur, & ibi Alex. opinio refellitur.*

18 *Maritus vxorem alere non tenetur, vbicunq; dos promissa non soluitur, imò iure vxorem expellere maritus potest.*

19 *Alimenta, quando præsumantur per maritum vxori remissa titulo donationis, notabili distinctione declaratur, per quam diuersæ in hoc articulo Docto. opiniones concordari possunt.*

20 *L. Vir vsuras. ff. de donat. inter vir. & vxorem. declaratur, reprobato Cornei intellectu.*

DECISIO CXXXII.

An hæredes mariti, qui dum vixit, alimenta vxori, nondum receptis dotibus, præstitit, possint dicta alimenta vxori præstita, & à marito non petita petere.

IN dubium vertitur quæstio, an hæredes mariti possint occasione dotis promissæ, & non solutæ, petere alimenta à marito vxori præstita, & ab eo viuente non petita? ad cuius dubij veram cognitionem prius tractandum erit, an liceat regulariter marito vsuras ratione retardatæ solutionis dotium promissarum, & non solutarum, tam iure ciuili, quàm canonico, petere? quo in 1 articulo decisiuè loquendo concludo, † id esse vtroq; iure promissum, vt in c. salubriter. vbi communiter Canon. de vsuris. Bartolus, & cæteri scribentes in l. insulam. §. vsuras. ff. soluto matrimonio. Baldus in l. fin. §. præterea. C. de iure dot. Iason in §. fuerat. numero 20. Institu. de actionibus. Socin. consi. 176. numer. 3. & pluribus sequent. volum. 2. post Alexand. consi. 31. & consi. 200. volum. 6. & consi. 74. colum. 1. ac consi. 141. libro 5. vbi post Innocen. & Ioan. Andr. differentiam constituit inter maritum & vxorem, vt marito liceat petere vsuras, vxori autem pro dote restituenda non: eandem differentiam facit etiam in consil. 27. nume. 9. lib. 4. quæ tamen, an vera sit, pro nũc non tango. Sed in marito idẽ tenet in consi. 63. numero quarto. eodem libro quarto. Deci. consi. 119. numero 4. Gratus responso. 57. parte prima, vbi de cõmuni attestatur. Cagnol. in l. curabit. numero 41. C. de actionibus empti. Crauet. consil. 189. numero 7. versicu. quintus casus. Modern. Paris. in tract. vsurarum. quæstio. 74. numero 524. plura scribentes circa declarationem allegati c. salubriter. & latiùs post Modernos, Paris. Didac. libro secundo, Varia. resolu. c. 1. num. 3.

Quæ conclusio sic firmata licet in se vera sit, in proposita tamen quæstione du-
2 bia videretur, † cum non liceat hæredibus mariti defuncti petere alimenta, quæ per maritum, dum viueret, petita non fuerant: quia taciturnitate longi temporis subsequuta morte ipsius mariti, remissa & donata vxori præsumantur, l. vir vsuras. ff. de donationibus inter vir. & vxorem. l. cum quidam. §. Diuus. ff. de vsuris. l. aduersus. C. de vsuris. per quæ iura apparet, remissionem vsurarum induci ex taciturnitate longi temporis ipsius mariti, necnon & eius mor-
3 te, † maximè, vbi charitatis & affectionis vinculum concurrit, l. alimenta. l. quod in vxorem. C. de negot. gestis. l. si seruus communis. ff. de donationib. inter vir. & vxorem. l. Procula. ff. de probationibus, cum a lijs adductis per Alciat. in tract. præsumptio. regu. prima præsumpt. 32. Crauet. consi. 159. numer. 4. vbi post Alex. Dec. Soc. & Calcan. per eum allegatos concludit, hæc duo, scilicet, sanguinis coniunctionem, & taciturnitatem longi temporis donationis præsumptionem inducere.

Secundò iuuatur hæc opinio ex textu in l. cum oporter. §. sinautem. C. de bonis quæ liberis. quem allegat gloss. in dicta l. vir vsuras. ff. de donat. inter vir. & vxor. v-
4 bi † si pater aduentitiorum bonorum vsumfructũ tacitè filijs remiserit, prohibiti erunt hæredes patris eundem vsumfructum à filijs vendicare: eadem igitur ratione suadente, si vir per totum matrimonij tempus tacendo alimenta seu interesse dotis non solutæ non petierit, videtur facta alimentorum remissio: & hunc textum ad confirmationem prædictæ opinionis alleg. Ro.

consi.517.num.16.Alex.consi.138.colu.pen. volum.5.Boer.decis.196.numer.4. faciunt etiam ea, quę de taciturnitate mariti notant
5 Doctor.† qui dotem propter adulterium ab vxore commissum sibi adiudicari non petijt: nam eo mortuo hæredes dotem repetere non poterunt, Alexand. cons.189.nu. 7.vol.6.arg.glo.fin.in l.fin.vbi Rippa quęstio.61.C.de reuocand.donationibus. Dec. cons.138.nume.5. & 6. loquens de emphy-
6 teosi, † quę propter canonem non solutum ad dominum transire debet: nam si à domino non petatur, hæredes eius emphyteosim vendicare prętextu canonis non soluti non poterunt, cum ipsius domini declaratio requireretur, Bar.in l.2. quæst.1. C. de iure emphyteotico. Specula. in tit. de locato.§.nunc aliqua.versicu.47.Rui.cons. 143.num.14.vol.1. Natta cons.274.nu.12.in
7 fine. † cum enim alimentorum petitio ratione retardatę solutionis dotium eo respectu concedatur, quòd maritus onera matrimonij sustineat, l. pro oneribus. C. de iure dot. l. dotis fructus. ff.eod.titulo.DD.in l. insulam.§. vsuras. ff. solu. matrimonio. eo mortuo cessat prædicta ratio, & in persona hæredum locum habere non debet, cum nulla onera matrimonij sustineant, nec præterito tempore sustinuerint, vt notat Deci. d.cons.571.in prin.

Tertiò confirmari videtur hæc opinio,
8 † quia maritus mulieri indotatæ præstare alimenta tenetur, l. quod in vxorem, cum ibi notatis per Docto.C. de neg.gest. Alexand.in l.si cum dotem.§.sinautem in sęuissimo.num.8.ff.sol. matr.Roman. in allegato cons. 517. in princip. Ruin. cons.139.volum. 4. post Afflic.decis.x.in princip.Abb. cons.39.nume.4.parte secunda.Cum igitur inspecto effectu ipso, ex quo dos promissa soluta non fuit, mulier indotata dici possit, concurratq; legis dispositio, qua obligatur maritus ad alimentorum præstationem, frustra quæritur, an repeti possint ab hæredibus mariti huiusmodi alimenta, quę debita erāt mulieri ex legis dispositione.

9 Quartò † imputandum est marito, qui, dum viueret, tacuit, & alimenta præstita ab vxore consequi nō curauit, & ex quo protestatus non fuit, ea alimenta exhibuisse animo repetendi, vt not.Soc.Iun.cons. 114. nu.45.vol.3.post Bald.cons.474.incip.post biennium.vol.3. Abb.cons.85.num.3.& 4. parte 2.Alci.in alleg.tract. pręsumpt. regula 1.pręsumpt.32.nume.7.& nouissimè clariss.iurisconsult. Ioan. Cephalus, consil.85. numer.13. concludens, quòd vbi per totum tempus matrimonij maritus non petijt vsu-
10 ras dotis, ea remisisse præsumitur † taciturnitas enim consensum inducit, etiam in ... quæ præiudicium afferre aliquod possunt, vbicunque aliquis extrinsecus actus interuenit, vt notant Doctor. in l.quæ dotis ... solut.matrimonio.Crauet.in tractat.de antiqu.temp.parte prima, pag.41.numero ... & in cons.111.numero 5. nam ex quo maritus durante eius vita continuò alimenta præstabat, concurrente eius taciturnitate & morte subsequuta videtur consensisse, vt ea alimenta titulo quodam tacitæ donationis essent apud vxorem, nec ab hæredi-
11 bus repeti possent, † maximè cum mulieris seruitio ipsius mariti versaretur, & operis eo viuente, prout tenebatur, pręstaret, l. ... ut. ff. de operis libert. cum alijs allegatis per Socin. Iun. consi.114. numero 42. vol. 3. aliàs, si diuersa mariti mens & ... fuisset, verisimiliter de eis repetendis protestationem fecisset, animiq; sui motum declarasset, argumento l. 1. §. sinautem ... ficientis. C. de caduc.tollendis.Dec.consi. 63. numero tertio. & consi.89. numero secundo.

Hanc opinionem, quòd per lapsum dicti temporis taciturnitatem & mortem mariti censeantur remissa vxori alimēta, ad vt per hæredes mariti amplius repeti non possint, sequutus est Bald.in allegat.cons. 474. volum.3. Roman.consil.517.numero 16.post Dionys.de Perusio eius præceptorem per eum relatum. Lupus in repet. per vestras.§.vnum tamen.colum.2. ... ad idem text. de donationibus inter vxorem. Corneus consi.165. litera C. 4. Francis. Cremensis singul. 5. post ... cons.numer. octauo. volum.5.Gomez ... actiones.num.6.Instit.de actionibus ... de præscriptionib. in prima parte 3. ... principalis, col. xi.Neuiza.consi.57.num. 8.post Campez.de dote part.quæst.6.col. fin.vers. vide Baldum, &c. Boer.decis. ... numer.4. Socin.Iun.cons.40.vol.3. Grammat. decis.103.nu.29. Alciat. latè tract. ... sumptionum, reg.1.pręsumptio.22.nu. ... seq.post Marsil.sing.360.nu.4.Abb. ... 85. parte 2. & nouissimè Cephalus, d.cons. 85.nu.13.

Contrariam opinionem plures sequuti fuere, quam probari dicunt ex textu l. libertis.§.1.ff. de aliment.& cib.legatis.† vbi alimenta libertis relicta tam futura, quam pręterita peti poterunt, & si spacio longi temporis ad eorum solutionem hęre-

interpellati non fuerint, cuius textus ratio ea esse potest: quia remissio alimentorum, quorum causa fauorabilis est, l. cum ſi, in princip. ff. de transacti. Bar. in l. Mela. ff. de aliment. & cib. legatis. Crauet. consi. 199. num. 10. non inducitur ex sola taciturnitate longi temporis, nisi & alia requisita, de quibus in l. Procula, cum ibi not. ff. de probationibus, concurrant, Item ex eo, 3 quod † remissio donationis vim habet, l. si quis delegauerit. ff. de nouat. Dec. in l. si quis obligatione. ff. de regu. iur. cum alijs 14 pluribus ibi per eum allegatis: † quæ donatio in dubio non præsumitur, nisi illa expresse probetur, l. cũ de indebito. ff. de probationib. l. si cum aurum. ff. de solutionib. Deci. consi. 402. numero sexto. post Alex. late in l. à Titio. ff. de verbor. obligat. & ibi Aretin. colum. penul. dicentem, potius esse præsumendum actum inualidum, quàm donationem, cum alijs notatis per Crau. 15 consi. 142. numero 26. Et † hæc præsumptio exclusiua donationis fortiùs locum habet inter virum & vxorem, inter quos prohibita est donatio, l. vxori. §. vxori. ff. de leg. 3. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. eodem. Corneus consi. 145. litera Q. volu. 2. quem refert Dec. consi. 571. nu. 3. videtur igitur dicendum, per taciturnitatem longi temporis alimentorum tacitam donationem non præsumi.

6 Secundò facit pro hac opinione, † quia actionibus personalibus, & officio iudicis minori spacio xxx. annorum non præscribitur, l. sicut. & l. omnes. C. de præscriptionib. xxx. annorum. & in specie facit tex. in l. eos. C. de vsuris. las. in §. fuerat. numer. 22. Inst. de actionibus, post Aretin. ibi num. 7. Corneus in dicto consi. 145. litera M. volu. 2. & consi. vltimo litera G. vol. eodem. sicut igitur poterat maritus, non obstante longi temporis cursu, ad alimentorum repetitionem venire: ita idem ius agendi hæredibus cõpetere debet, cum eiusdem potestatis, & iuris sint, cuius fuit & defunctus, l. nihil aliud. & l. hæredem, cum ibi notatis per Cagnol. ff. de reg. iur.

Tertiò probari videtur hæc opinio ex textu l. quod in vxorem. C. de negot. gest. 17 arguendo à contrario sensu: † nam dum ibi dicitur, præsumi alimenta vxori infirmæ præstita fuisse pietatis causa: ergo à contrario sensu, si sanæ vxori exhibita fuerint, locus erit repetitioni: ita hoc modo illum textum inducendo scribit Alexand. in l. insulam. §. vsuras. numero tertio, in fine. ff. solu. matrimon. post Roman. ibi per eum allegatum: quem refert & sequitur Ruinus consi. 61. nu. 6. vol. 4. Gratus resp. 57. num. 6. parte prima: quamuis satis tutum mihi non videatur argumentum hoc Alex. sumptum ex verbis dictæ l. quod in vxorem. ex ijs quæ notat Socin. Iun. consi. 114. nu. 45. vol. 3. vbi eum expresse reprobat.

Quartò horum sententia coadiuuatur, 18 quia † maritus vxorem alere non tenebatur, cum dos promissa illi non persolueretur, glos. notabilis in §. fin. in verbo, Onera. in authen. de non eligendo secundo nub. quam notat Alex. consi. 56. numero 10. vol. 4. Boer. decis. 22. in princip. imò non solum alimentis eam priuare, sed domo expellere iure potuisset, l. fin. C. ad Velleianum. Affl. decis. 10. cum alijs per Boer. allegatis dicta decis. 22. sed istud non admittendum esse existimant Modern. Paris. in additio. ad Alexand. in consi. 56. col. pen. lib. 4. eò quòd sit contra ius diuinum, vt Matthæi c. 19. Marci c. x. Pau. ad Ephes. c. 5. quod putarem verum, cum prohibitum sit, vxorem dimittere excepta fornicationis causa, & naturali & diuino iure teneatur vir cohabitare cum vxore, ideo ab hac obligatione se eximere vir nõ poterit ob dotẽ non solutam: et ita hanc eandem opinionem comperi tenere Didac. Couarru. in epito. 2. par. de sponsa. & matrimo. c. 8. nu. 2. vbi respondet ad l. fi. C. ad Velle. & ad alia iura in contrarium facientia: fraudari igitur hæredes mariti nõ debebunt huiusmodi alimentis vxori præstitis, nullo iure cogente, imò ad eorum repetitionem rectè admitti posse videntur.

Hanc opinionem, quòd nõ censeantur remissa alimenta longa taciturnitate mariti, possintq; ab hæredibus eius repeti, tenuit Bartolus in l. quę dotis. numero quarto. ff. solu. matrim. Aretinus in §. fuerat. numero septimo. & ibidem las. num. 21. versic. sed audite. Inst. de actionib. dicens, q; si casus sibi cõtingeret, ita teneret & cõsulendo & iudicando, & in l. quę dotis. num. 21. ff. solu. matrim. ac in l. de diuisione. num. 13. ff. eodem. Corneus in alleg. consi. 145. litera Q. colum fin. volum. 2. & consi. fin. colum. fina. volum. eodem. Alex. consi. 63. nu. 13. & 14. vol. 4. consi. 208. nu. 10. volum. 7. & consi 56. nume. 6. volum. 4. Deci. consi. 571. Chassa. in consuetu. Burg. rubr. 4 §. 23. nume. 17. limita. 4. versicu. sed hęc limitatio non est vera. Ruin. consi. 224. nume. 15. volum. 1. consi. 61. nume. 5. volum. 4. Gratus responso. 57. parte prima. Grammaticus decisio. 70. Moderni. Paris. in additio. ad Alex. consi. 63. vol. 4.

quam opinionem perpetuam ipsius Alexandri fuisse tam legendo, quàm consulendo, tradunt. Ex his igitur apparet, dubium reddi articulum hunc propter diuersas, & inter se pugnantes Doctorum opiniones, in quo arbitror fœdere distinctionis posse eas ad concordiam reduci.

19 Nam † aut quærimus, an per lapsum longi temporis siue decennij, & dicti temporis taciturnitatem ab alimentorum repetitione excludatur maritus, tanquam ea remissa, & donata vxori præsumantur: & tũc existimo, quòd viuente marito, donata non præsumantur, cum iuri agendi, siue officio iudicis tam breui tempore non præscribatur, vt suprà dictum est. Et hoc modo intelligẽda erit, & declaranda secunda opinio, nec non & Doctores ad illius confirmationem allegati: quorum verba si rectè perpendantur, ad eos terminos referri debent, quando maritus viuens alimenta vxori præstita repeteret, quæ tamen longo tempore non petierat. Vnde tunc remissa non fuisse, nec tacitè donata, concludendum est, cum de contraria ipsius mariti viuentis voluntate appareat, quæ omnem donationis præsumptionem excludit. Aut loquimur, quando cum longi temporis lapsu, & diuturna taciturnitate concurrit etiam mors ipsius mariti, & per consequens dissolutio matrimonij, agiturq; de heredibus mariti repetentibus præterita alimenta vxori præstita, in quibus terminis præsens quæstio loquitur: & tunc locum habebit prima opinio, quòd remissa, & donata vxori alimenta censeantur. Nam præsumptio illa donationis alimentorum, quę aliàs per solum longi temporis cursum, necnon & taciturnitatem mariti non sustineretur, per mortem ipsius vim capiet, & conualidabitur, cum verisimile sit, eam fuisse mentem mariti, alimenta vxori præstita, quæ toto vitæ eius tempore durante petere non curauit, voluisse remittere. Et hoc modo declaranda erit prima opinio: qua declaratiõe siue distinctione sic stãte, facilè concordari poterunt, quæ hinc inde à Doctoribus in vtranque partem adducta leguntur. Hanc distinctionem sensisse videtur Romanus, licet non clarè eam explicet, in consilio 517. numero decimosexto. versicul. vnum tamen dico. nam postquam opinionem Bald. in suprà allegato consil. firmatam ex text. l. cum quidam. §. Diuus. ff. de vsuris. reprobauit, respondendo in specie allegato §. Diuus. tandem concludit, quòd si vir per totum tempus matrimonij, & sic vita eius durante tacet, nec petit vsuras seu interesse dotis non solutæ, tunc illud silentium continuum inducit tacitam vsurarum remissionem: & Romanum in suprà dicto consilio sequuti sunt, Balb. in dicto tractatu præscriptio. parte prima, 3. partis principalis. columna vndecima, versicul. Iubet Romanus. Boerius d. decisio. 196. numero quarto. Cephalus in allegato consil. 85. numero decimoquarto. vbi eandem distinctionem tacitè sensisse videtur. Inquit enim: Quòd licet videantur opiniones diuersæ, an decennium sufficiat, tamen quando per totum tempus matrimonij hæc vsuraria maritus non petijt, ea gratiose videtur remissa, per text. in allegata l. vsuras. ff. de donationibus inter. & vxo. cuius textus verum sensum & intellectum eum non esse arbitror, quem Cornæus

20 allegato consi. 145. adduxit, videlicet quod ibi remissæ titulo donationis dicantur ibi, eo quòd donationes fuerint verbis fideicommissi confirmatæ. Vnde à contrario sensu arguendo, si non fuissent verbis fideicommissi confirmatę donationes, vsuræ remissę non iudicarentur: quia ita intelligendo redderetur indubitabilis ille textus. Nam si volumus intelligere, pro hanc confirmationem donationũ, factam verbis fideicommissi, induci remissionem vsurarum in eo textu, necessario præsupponere debemus eas vsuras fuisse donatas, ad hoc, vt suprà dictis verbis conueniant, quę de confirmatione donationis loquuntur. Si igitur præsupponimus dictas vsuras fuisse expressè à marito donatas, & tunc nulli dubium, quin fuissent comprehensę sub donationibus verbis fideicommissi confirmatis, cum in claris locis dubitationi non sit, vulg. l. continuus §. cum ita. ff. de verbor. obligat. decp indubitabili esset lex contra not. in l. quod Labeo. de Carbo. edict. Vnde ad hoc, vt ille textus casum magis dubitabilem decidat, intelligendus videtur in tacita donatione inducta per lapsum longi temporis, & taciturnitatem mariti durante matrimonio, & non in expressa donatione. Sicq; ludicio meo inductio illa per Corneum facta, contra ipsum retorqueri posset: cui etiam responsio ad allegatum text. l. vsuras, subsistere non potest, dum ait, ibi cum habere in vsuris promissis, quę odiosę sunt, & quarum remissio facilè profitetur, cum odia restringi debeant: quia re-

spon-

spondetur, verba illius textus alium pati sensum, scilicet, vt intelligantur de vsuris, quæ loco alimentorum succedunt, non de vsuris simpliciter, quod sanè ex illa clausula colligitur ibi, cum per omne tempus matrimonij sumptibus suis vxorem, & eius familiam vir exhiberet, quæ superfluo staret, & nihil operaretur, si intelligeremus, simpliciter fuisse promissas vsuras, non autem respectu alimentorum: cum etiam videamus Doctor. communiter loquentes de huiusmodi vsuris in materia dotium, referre se adonera matrimonij, & alimenta, quæ maritus, nondum persoluta dote, vxori præstat & exhibet: prout de ijs latè Modern. Paris. scribunt in tractat. vsurarum, quæstio. 74. numero 523. Firmum igitur remanet fundamentum d.l. vir vsuras. ff. de donationibus inter vir. & vxor. quæ secundum mentem Bartol. ibi in eius summario intelligenda est, vt si vir viuens vsuras dotis non petat, eas donasse videatur. Et propterea in prædicta quæstione iudicauit Senatus non esse admittendos hæredes mariti ad repetitionem alimentorum vxori præsitorum, quæ ab eo viuente petita non fuerant, denique per longi temporis taciturnitatem, & subsequutam mariti mortem remissam fuisse præsumantur.

SVMMARIVM.

1 *Creditores priorem hypothecam habentes potiores in iure esse debent, quod ampliatur nu. 3.*
2 *Agendi ius quibus competit, multò magis excipiendi & retinendi competiturum erit.*
4 *L. Quoties. C. de rei vendicat. dispositio locum non habet in hypothecis.*
5 *Possidentis melior est conditio, vbi duo creditores pari tempore hypothecam habent.*
6 *Per constitutum transfertur ciuilis & naturalis possessio.*
7 *Possidens vigore constituti remedia possessoria intentare potest.*
8 *Prioritas temporis locum non habet, vbi ageretur mero possessorio.*
9 *Regula l. inuitus. §. cui damus. ff. de regul. iuris. limitatur.*
Regula, Dolo facis, qui petis, quod alteri restituturus es. limitatur, nu. eodem.
10 *Circuitus sunt euitandi, quoties inutiles sunt.*

DECISIO CXXXIII.

An secundus creditor habens ius hypothecæcum clausula constituti in certis bonis debitoris, rectè agere possit remedio recuperandæ possessionis contra tertios possessores, iura cessa habentes à priore creditore, & in eo remedio obtinere, non obstante prioritate temporis.

MAGNIFICVS Percival Solarius condominus Villenouæ, debitor Pistonà Carnano sub hypotheca bonorũ suorũ, cõfessus est se debitorem Gulielmi Casetì secundi creditoris aureorum 300. quos termino conuento sub obligatione omnium bonorum suorum soluere promisit, constituens, se prædicta bona tenere, & possidere nomine dicti Caseti: deinde quædam ex bonis hypothecæ subiectis, & in constituto comprehensis fratribus de Bardazanis, habentibus iura cessa à Pistono, locauit, contra quos egit Casetus remedio l. final. C. de acquir. possessione. Excipientibus conductoribus, ipsos iure prioris hypothecæ possidere dicta bona, & propterea dictum secundum creditorem excludere. Quæritur, quis contendentium potior sit in iure?

Et prima facie videbatur dicendũ, Bardazanos tanquam † priorem hypothecam
1 habentes ex iure cessio à Pistono primo creditore, esse potiores, l. 2. l. qui balneum. l. potior. ff. qui potiores in pignore hab. c. qui prior. de regul. iuris, in 6. Nam sicut tanquam potiores virtute suæ anterioris hypothecæ possessionem rerum pignori acceptarum à secundo creditore, si is possideret, auocare possent, † multò magis excipe-
2 re, & possessionem retinere, si in ea reperiantur, poterunt, ex regula l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. l. creditor, in princip. ff. qui potio. in pign. habeantur.

His accedit, quod notat Negusant. de pignorib. in 5. parte secundo membro, in 6. ampliatione, vbi per tex. in l. si prior, §. fina. ff. qui potiores in pign. habeantur. dicit,
3 † priorem creditorem secundo præferri, etiamsi secundo res fuerit tradita. Ergo Pistonus, & per consequens, conductores cessionarij, veluti priores, præferri Caseto posteriori, etiamsi possideret virtute constituti, debent. Et huic opinioni conuenire videtur limitatio per laso. scripta in l. quoties. numero vndecimo. C. de rei vendicat.
4 † quòd dispositio illius legis locum non habeat in hypothecis, quia prior tempore semper præfertur, non obstante possessione alterius. Præterea pro hac opinione videtur text. in l. si debitor. ff. de pignor. vbi † duorum habentium hypothecam eodem

tempore melior est conditio possidentis: ergo multò fortius, si possidens sit prior in tempore. Sed in præsenti casu isti fratres habent priorem hypothecam, & sunt in actuali possessione: ergo potiores ẽe debẽt. Adiuuatur hæc opinio ex regula, Dolo facis petere quod restituturus es, l. dolo facit. ff. de doli mali excep. Sed per actionem hypothecariam ex persona Pistoni intentandam Casetus tenetur restituere eisdem fratribus Cessionarijs: ergo doli exceptione repelli potest. Conuenit, quod dicitur, Circuitus esse euitandos, l. dominus. vbi Bart. ff. de cond. indebi.

6 In contrarium vrgere videtur, † quod per constitutum possessorium domini Pręciuallis adiectum hypothecæ bonorum factæ prædicto Caseto, iuxta scripta per Negusant. de pignorib. in 2. membro primæ partis, nu. 3. dicatur ipsi acquisita possessio vera ciuilis, & naturalis, vulg. l. quod meo. vbi Bart. & communiter Docto. ff. de acq.

7 possess. quo fit, † vt ei competant remedia possessoria retinendæ seu recuperandæ: las. post Alex. in l. 1. §. per seruum corporaliter. nu. 3. ff. de ac. possessio. Negusant. in primo membro, 3. partis. nu. 31. & per consequens, remedium dictæ l. fi. C. de acq. posses. vt nominatim tenet Alex. post alios per eum citatos in l. exitus. col. fin. ff. de acq. posses. latè Gratus, & ferè in terminis nostris, respõ. 63. numer. 33. & seq. parte 2. Tiraq. de iure consti. in prima par. num. 12. & 35. ac in limita. 14. num. 7. & nouissimè Iaco. Menoch. ijs scriptis editis de remed. recup. posses. 13. nu. 40.

Non obstant in contrarium adducta, quia loquuntur & procedunt, quando ageretur hypothecaria inter primum, & vlteriorem creditorem: eo enim casu prior tempore potior est iure. Secus verò, vbi agere-

8 tur mero possessorio: † quia tunc non consideratur prioritas temporis in hypothecaria, sed debet possidens restituere, deinde nouo iudicio auocare possessionem, per hypothecariam argumento notatorum per glo. & Doct. in auth. item possessor. C. qui potiores in pignore habeantur.

Nec aduersatur Regula l. inuitus. §. cui

9 damus. ff. de reg. iuris. † quia non procedit in remedijs possessorijs, præsertim recuperandæ, vt per Dec. ibi. Negusant. de pignorib. in secundo membro quartæ partis, num. 26. dicens: In istis iudicijs possessorijs non admitti exceptionem, Dolo facis petere, qđ restituturus es. Iaco. Menoch. loco suprà citato. nu. 16. Nec repugnant notata

10 in l. dominus. ff. de cond. indeb. † quib intelligi debent de circuitu inutili. Sed in casu nostro circuitus non esset inutilitis, cum aduersus primum creditorem agentem hypothecaria contra secundum creditorem possidentem cõpeteret exceptio excussionis principalis debitoris, qui cum proponatur soluendo, satisfaciet primo creditori in alijs bonis, & secundus remanebit in possessione dictorum bonorum. Quare in præsenti causa Senatus iudicauit, condemnandos esse fratres de Bardazanis conductores, & iura cessa habentes à Pistono primo creditore, ad restitutionem prædictorum bonorum faciendam Caseto secundo creditori.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi post bienniuum, siue confessio summæ fiat in priuata, siue in publica*

2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non tollitur per confessionem quantitatis etiam iuratam.*

3 *Confessio iudicialis in iudicio obligat, cum in eo contrahatur.*

4 *Confessio iudicialis habetur pro iudicato, quo fit ex ipsa condemnatione oriatur actio & obligatio ciuilis in factum.*

5 *Ex confessione iudiciali datur etiam vtilis confessoria.*

6 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quando tollatur per confessionem in iudicio factam, & quando notabili distinctione declaratur.*

DECISIO CXXXIII.

An exceptio non numeratæ pecuniæ opponi possit contra confessionem priuatam factam in contentioso iudicio, & quid confessione voluntaria?

BABTISTA Tortiglia Astensis, repetit coram iudice Georgio Ferrario, petijt ab Astaria nouem grana ex causa puri mutui, qui confessus fuit se mutuo ad petita, offerens se paratum subinde tanean condemnationem: qua confessione attenta, iudex eum condemnauit ad restitutionem dicti grani Kalendis Augusti tũc sequuturis. Cũ prædictus Tortiglia ipso termino peteret, dictum Ferrarium repelli ad restitutionẽ dicti grani. Opponitur reus exceptionem non numeratę pecuniæ seu grani nõ mutuati. Quęritur quid iuris. Et videretur dici posse, eam compe-

Instit. de literar. obligat. versic. planè. vbi † si quis confessus est, se debere summam alicui, potest intra biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, & hoc habet locum, siue confessio fiat in priuata scriptura, siue in publica. glos. ibi in verbo, Si quis. quam sequitur Ang. col. 3. versic. in glos. si quis. & Io. Fabri. col. 3. versic. quæritur 3. glos. & Salycet. num. 9. & 10. in l. si ex cautione. C. de non numera. pecunia. Iaſ. in l. qui pecuniam. num. 1. & 10. ff. si cert. petatur. alia glos. in l. cum de indebito. §. fin. in versic. sin autem cautio. ff. de probationib. non tamen ex publico Instrumento oritur obligatio, licet competat exceptio, sicut oritur ex priuato chirographo ipsius debitoris, quod probatur ex d. l. si ex cautione. C. de non numera. pecun. ponderando dictionem, Ex, quæ causam proximam & immediatam denotat, vt ponderat post alios Emanuel Costa, vir doctissimus, in d. l. si ex cautione, in principio: quæ obligatio non oritur ex publico Instrumento: quia illud magis ad probãdum, quàm ad obligandum inuentum est, vt per eundem Emanuelem post Petrum Salycet. & Castrensem, in d. l. si ex cautione, in prima declaratione. Pro hac opinione videtur vrgere argumentum ab æquiparatis: nam æquiparantur iuramentum & sententia, l. 1. & 2. & ibi glos. l. qui iurasse. §. fin. ff. de iureiurando. † Sed si iuramentum interponitur super huiusmodi confessione, non propterea tollitur exceptio non numeratæ pecuniæ, in fin. C. de non numera. pecunia. Ergo idem dicendum, si sententia accedat confessioni: hoc argumento vtitur Iaſ. hanc partem tenens in l. qui pecuniam. num. 7. ff. si cert. pet.

In contrarium videtur text. in l. de ætate. §. interrogatus. iuncta glos. 1. ff. de interrog. actio. vbi † qui interrogatus in iudicio, respondit se teneri, puta in decem causa mutui, obligatur ex huiusmodi confessione: quia in iudicio quasi contrahitur: & illum §. allegat Aretin. instit. de litera. obligat. col. 3. versic. tertio casu principali. & concordat text. iuncta glos. in verbo, Soluere. in princ. in l. vnica. C. de confessis. † vbi si quis confessus fuit in iudicio, se pecuniam mutuò accepisse, pro iudicato habetur: quo fit, vt ex ipsa condemnatione oriatur obligatio, & actio ciuilis in factum seu iudicati, l. actori. & ibi Bal. C. de reb. creditis. Barto. in l. à diuo Pio. §. 1. num. 2. & in l. nam & postea. §. fin. num. 3. ac in l. sed & si possessori. num. 2. & 3. ff. de iureiurando. Ioan. Fabri. Instit. de literar. obligat. col. 5. & instit. de obligatio. numer. 10. & ibi Barto. numer. 11.

5 † Imò ex ipsa confessione iudiciali datur vtilis confessoria, l. proinde si occisus. §. si procurator. & ibi glos. in verbo, Confitea-tur. ff. ad l. Aquil. quam dicit sing. Roman. sing. 22. & hanc opinionem expressè firmat Iaſ. in l. pacta nouissima. numer. 10. versicu. sextus notabilis effectus. C. de pact. post Salyc. in l. ea. C. de confessis.

6 Quid dicendum? † In hac difficultate, & controuersia præsentis quæstionis fœdere distinctionis concordari poterunt prædictæ opiniones, vt prima procedat, quando confessio fit in iudicio per modum voluntariæ iurisdictionis, & quando quis sponte, seu voluntariè, non virtute alicuius citationis, confitetur, subitóq; spontaneam condemnationem. Felin. in c. 1. num. 15. vt lite non contesta. non procedatur. tunc enim posset opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Secunda verò opinio procedat, quando confessio non fuisset facta sponte, sed in contentioso iudicio: tunc non posset opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, ita distinguit Salycet. post Cynum in l. in contractibus. numer. 7. C. de non numera. pecunia. & in l. 1. in 1. & 3. oppositione. C. de confessis. quem refert & sequitur Iaſ. in d. l. qui pecuniam. num. 7. ff. si certum petat. Albe. in d. l. si ex cautione. num. 5. & Felin. in c. si cautio. num. 47. de fide Instrumen. Hanc distinctionem nouissimè sequutus est Emanuel Costa Lusit. in d. l. si ex cautione, in 11. fallentia. num. 2. C. de non numer. pecun. quem his scriptis vidi. Sed in casu nostro ista condemnatio dicitur lata super spontanea confessione: ergo potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Et ita iudicauit Senatus in prædicta causa.

SVMMARIVM.

1 *Creditori posteriori ius offerendi priori creditori competit.*

2 *Res hypothecata secundo creditori transit apud eum cum suo onere.*

3 *Dotales casus etiam sub regulis generalibus comprehenduntur, dato, quòd priuilegiati sint.*

4 *Creditoribus soluto matrimonio per mortem mariti competit ius offerendi solutionem dotalis debiti, & res pro dote hypothecatas prosequendi. numero 4.*

5 *Restitutio dotis, quæ fit in casu soluti matrimonij, vel in specie, quando maritus ad inopiam vergit, in iure æquiparantur. Sed contrarium verius est, numero 9.*

6 *Dotium collocatio in tuto, siue assignatio fieri debet, citatis prius creditoribus.*

7 *Citatio illius necessaria non est, quem constat, nullam habere defensionem.*

8 *Pecunia dotalis licitè ad honestam lucri partem mercatoribus traditur, vt ex eius lucro onera matrimonialia sustineantur.*

10 *Oblatio inualida est, vbicunque non est facta legitimo loco, nec tempore.*

11 *Pecunia fragilis esse dicitur, & inter ea connumeratur, quæ seruando seruari non possunt.*

12 *Creditoribus posterioribus non licet offerre pecuniam vxori petenti dotes suas in tuto collocari propter mariti inopiam superuenientem, quod sanè communi calculo receptum est, & numero 13. declaratur.*

DECISIO CXXXV.

An ius offerendi dotem mulieri petenti eam in tuto collocari propter mariti superuenientem inopiam secundo creditori competat?

QVæstio difficilis tractanda proponitur, an creditor virtute posterioris hypothecæ ius habeat offerendi vxori, cui vergente marito ad inopiam facta fuit collocatio, seu restitutio dotium suarum constante matrimonio. In qua non modò contrariæ Doctorum opiniones, & inter se pugnantes reperiuntur, sed etiam aliquorum Scribentium aperta redditur contrarietas, qui sibijpsis dissimiles & parum constantes
1 fuere. Primò igitur, † quòd posteriori creditori ius offerendi competat, ex textu probatur in l. 1. C. si antiq. creditor pign. vendider. quem not. Afflict. decis. 16. & decis. 187. num. 2. post alios ibi communiter scribentes, vbi dicit, licere secundo creditori offerre debitum primo, & rem hypothecatam apud se retinere: de quo latè Negusan. in tractatu de pignoribus, in 3. membro 5. partis principalis: vbi regulam hanc pluribus modis ampliat, & restringit, per quam consultum est indemnitati vtriusque credi-
2 toris, tam primi quàm secundi. † Cum enim res hypothecata secundo creditori transeat apud eum cum suo onere, l. si debitor. C. de distract. pign. l. si conuenerit. §. si fundum. ff. de pignor. actio. l. alia ratio. ff. de contrahen. emptio. Alexand. cons. 193. incipien. Ex themate. num. 4. in fin. volum. 2. æquitatis ratio suadet, vt oblatione totius summæ realiter, & integrè facta primo creditori, ius hypothecæ in persona secundi creditoris conseruetur, & dicit Afflictus decision. 259. numer. 2. quod ius offerendi competit cuilibet possessori, etiamsi esset iniustus: idem dicit Capici. decis. 99. num. 6. quod etiam in dote locum habere debet, cuius iura, quamuis priuilegiata sint, l. 1. C. de priuileg. dot. l. assiduis. C. qui potiores in pignore habe. iunctis ijs, quæ not.
3 Bald. Nouellus in tractat. de dote. † tamen sub illa generali regula, de qua suprà diximus, etiam casus dotales includi debent l. in fraudem. §. fin. ff. de milita. testamen. Dec. in c. qua fronte. colum. 1. de appellat. & in cons. 5. numer. 2. & in specie dotis scribit Natta cons. 410. num. 20. quare dicendum videtur secundum creditorem offerendo mulieri dotem, rem, quamuis hypothecatam, ratione dictæ dotis retinere posse.

Secundò firmari potest hæc opinio l. cum tibi. C. qui potior. in pignore habeant. † qua permissum est creditoribus soluto matrimonio post mortem mariti, non pro dote hypothecatas persequi offerendo solutionem dotis: sicut igitur in restitutione dotis soluto matrimonio facienda ius offerendi habent creditores: idem erit & in hoc casu restitutionis faciendæ, propter mariti superuenientem inopiam dicendum, cum pari passu ambulent, & æquiparentur prædictæ restitutiones, † si restitutio dotis, quæ fit propter superuenientem mariti inopiam, vera & propria restitutio dicatur, l. vbi adhuc. versicul. ita eam posse. C. de iure dot. notat Ro. consil. 392. incipien. Circa primum, in principio, quem sequitur Deci. consil. 45. num. 2. Hanc opinionem per textum in allegat. l. cum tibi. tenuerunt Cynus, Bald. Imola, Castrens. & Alexand. in d. l. constante, in princip. ff. solut. matrim. in authen. quod locum. num. 8 C. de vbi hanc reddit rationem, quòd sicut mutus offerendo pecuniam vxori liberatur, l. sed & ideò. ff. solut. matrimon. ius offerendi illi competat, argu. l. mulier. ff. qui potio. in pigno. habeant. ergo erit dicendum in creditore mariti, cum habeat ab eo. Afflict. decis. 221. num. 3. Doctores suprà citatos: quos refert & sequitur Crot. cons. 107. num. 10. & hanc tem sibi videri veriorem, dicit Capic. de dote, part. 3. quæst. 51. idem sentire videtur Cap. Tholos. quæstio. 338. incip. Item
6 fuit quæsitum. † vbi in assignatione facienda, seu collocatione dotium in bonis mariti vergentis ad inopiam requirit citationem creditorum fieri, tanquam de eorum interesse, & præiudicio tractetur: ita vt assignationem impedire possint creditores, offerendo dotem mulieri: quòd si contra

trarium diceremus, creditores ius offerendi non habere, non esset necessaria eorum citatio, iuxt. glos. l. de vnoquoque. ff. de re iudic. l. 1. §. pe. ff. de ventre inspicien. † citatio enim illius necessaria non est, cui constat nullam cõpetere defensionem, c. quanto de translat. episc. Abb. & Felinus latè in c. cum olim. num. 11. de re iudicata.

Non obstat ratio illa, quam communiter Doctores cõtrariam opinionem tenentes sequuntur, quòd ius offerendi dotem in pecunia numerata ideò creditoribus non competat: quia cum agatur de assignandis, & collocandis in tuto dotib. propter mariti inopiam, ex qua consignatione possint onera matrimonij sustineri, ea commodè, & tutò in pecunia per creditores offerenda fieri non possit, cum illa fragilis sit, & facilè consumi, & dissipari queat: quia respondetur satis esse consultum indemnitati mulieris, & oneribus matrimonij, † si talis pecunia à creditoribus oblata mercatoriad honestam lucri partem tradatur, ex quo demum onera matrimonij sustineantur, iuxta cap. per vestras, de donatio. inter virum & vxorem: quem ad præsentem quæstionem not. Aflict. dicta decisio. 221. Roman. cons. 520. num. 5. Crot. d. cons. 107. num. 10.

Contraria tamen verior videtur & magis communis opinio, † quòd imò non liceat creditori offerre dotem vxori petenti eam in tuto collocari super bonis ipsius mariti dilapidantis, & ad inopiam vergentis, cuius opinionis ea præcipuè ratio affertur: quia hæc assignatio, siue collocatio dotium in tuto, quæ ad petitionem vxoris constante matrimonio, ratione superuenientis inopiæ mariti conceditur, non dicitur vera dotis restitutio, vt not. Ancha. cons. 119. num. 2. post Bart. in l. si quis sic stipulatur. ff. solut. matrimo. Bald. in l. vbi adhuc. colum. 5. vers. iuxta hoc. C. de iure dot. quem refert Natta cons. 81. num. 3. vbi Romani opinionem in allegato cons. 392. contrarium sentientis reprobat, sed tantum dicitur quædam prouisio in fauorem matrimonij introducta, vt per retentionem bonorum ipsius mariti pro concurrenti quantitate dotis possint onera matrimonij sustineri, & habeat vxor, vnde maritum, filios, & se ipsam alat: ita tenet Io. And. in additionibus. Specul. in titu. de dote post diuort. restit. §. formatis, in verbo. Viro. post Iacob. de Aretio. in l. cum tibi. C. qui potiores in pignore hab. per eum allegatum. Nam cum casus solutionis matrimonij nondum aduenerit, & per consequens nec tempus dotis restituendæ, † si talis admitteretur oblatio, ea inualida diceretur, tanquam non facta legitimo loco, & tempore, contra l. si soluturus. ff. de solutionib. & notatorum per Bald. in l. acceptam. in 3. quæst. C. de vsuris. Ias. in cons. 9. num. 15. vol. 1. Et per hanc rationem ita tenet Alber. in l. vbi adhuc. nu. 15. C. de iure dot. vbi aliam adducit, quod cum fauore mulieris inductum sit, vt ante actionem personalem cõpetentem hypothecaria experiri possit ratione dotis in tuto conseruandæ, non debebit in eius læsionem concedi oblatio ipsis creditoribus, contra l. quod fauore. ff. de legibus, & not. per Dec. in cap. intelleximus. numer. 5. de iudicijs. Prætudicium enim mulieris, & læsio hinc manifestè appareret, † quia eius interest bona immobilia mariti potius habere, ex quorum fructibus, seu redditibus onera matrimonij sustineri possint, quam pecuniam à creditoribus oblatam, quæ fragilis esse dicitur, & quæ inter ea connumeratur, quæ seruando seruari non possunt, Bartol. in l. Iulianus. numer. 2. ff. de condit. indebit. & in l. si ex legati causa. ff. de verbo. obligat. Boer. decis. 209. num. 4. cum alijs cumulatis per Tiraq. in tractat. de retractu Lignagier. §. 1. glos. 7. num. 104.

† Hanc igitur secundam opinionem vltra suprà allegatos, sequitur Bartol. in l. si constante in 7. quæst. 3. partis, numer. 88. ff. solut. matrimo. Paul. de Castro sibijpsi contrarius in l. 2. in principio. ff. solu. matrimo. vbi refert Bar. consuluisse in fauorem mulieris, quæ petendo consignationem dotium suarũ, executionem faciendam à creditoribus in bonis mariti impedire potuit, nec audiri creditores offerentes dotem mulieri, vt bona immobilia ad manus suas reducant, cum id tantum soluto matrimonio ipsis liceat. Idem sentit Bald. sibijpsi contrarius, cons. 84. volum. 3. Angel. in l. 1. colum. fin. ff. solut. matrimo. & ibi Imo. col. penult. versicu. item adde secundum eum. Salyce. in l. cum tibi. C. qui potio. in pigno. hab. Corneus cons. 85. videtur prima facie, col. 2. num. 5. vol. 4. Bald. Nouellus in tract. de dote in 7. part. priuilegio. 47. Soc. hunc articulum latè examinans in cons. 111. visa consignatione, volu. 3. vbi ait, temerarium esse ab hac opinione recedere, & maximè cum tractetur de causa dotis, in cuius fauorem in dubio iudicandum est, Aflict. decis. 199. incip. Vxor habens Instrumentum referens concilium Neapolitanum in decisione huius quæstionis variasse; sequitur

tur Negusant. in tract. de pignoribus, in primo membro. 5. partis principalis, num. 31. & duobus sequent. vbi opinionem hanc
13 communem restringere videtur, † vt prohibeatur oblatio respectu bonorum, quæ pro concurrenti quantitate dotium suarum mulier retinere intendit, non autem pro alijs bonis dotem excedentibus, ad hoc vt fraudibus occurratur, quæ in præiudicium creditorum fieri facilè possent, si aliter dispositum foret. Assignatio enim dotis pro rata quantitatis ipsius dotis tantum fieri debet, vt pulchrè notat Alexand. cons. 142. num. 15. volum. 5. & ante eum Ioan. And. in addit. Specul. in titu. de dote post diuor. restitu. §. formatis, in verbo, Viro. in fine. Et hanc secundam opinionem nouissimè sequuti sunt Alba. cons. 80. per totum, & D. Roland. à Valle cons. 9. num. 39. quo fit, vt ex pluribus Doctorum testimonijs, quos suprà retulimus, magis communis esse videatur, non obstantibus in contrarium adductis, quæ facili negocio dissoluuntur ex responsionibus Socini in allegato cons. 111. volum. 3. qui quæstionem hanc plenius cęteris examinauit. Quare in eadem opinione resedit Senatus, vt pro cōcurrenti quantitate dotium ius offerendi creditoribus non competat.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas in dubio ad bona postea quæsita, ex crebriore opinione trahitur.*
2 *Immunitas ad bona etiam allibrata extenditur.*
3 *Ias. opinio cons. 81. volum. 3. contraria reprobatur. vbi notabilis distinctio pro concordia diuersarum opinionum adducitur.*
4 *Obseruantia generalis immunitatem confirmat, & omnem dubitationem remouet.*

DECISIO CXXXVI.

An immunitas extendatur ad bona postea quæsita, vel quæ iam fuerant in catastro publico posita.

IN controuersia vertente inter vniuersitatem Vigliani, petentem D. Georgium de Montibus compelli ad solutionem collectarum impositarum pro rata bonorum ab eodem in prætensis finibus loci Vigliani possessorū, ipso excipiente se ex antiquissimis priuilegijs Imperialibus à Comitibus Astensibus confirmatis, vsu approbatis immunem esse, pręsupposito, quòd de dicta immunitate ex ipsis actis liqueat. Duo discutienda proponuntur. Primum, an immunitas ab antiquo concessa extendatur ad bona postea quæsita.

Secundum an comprehendat bona in catastro seu æstimo Vigliani æstimata, & allibrata.

Verum quoniam controuersia agitur coram prudentissimis, & consumatissimis iudicibus, apud quos superfluo proponuntur disputationes, ideò istis omissis, crebriores duntaxat sententias adducendas duxi.

Nam, quod ad primum dubium pertinet, verior & crebrior ea sententia dicitur.
1 † Immunitatem in dubio censeri cōcessam, etiam quo ad bona postea quæsita: ita expressè tenet Bartol. cons. 59. numer. 4. dicens, de hoc esse casum in l. peculium. ff. de lega. 2. & in c. quia circa, de priuileg. Bald. cons. 401. num. 2. volum. 5. & in cons. 1[illegible] num. 4. versic. dici potest. lib. 2. Alex. cons. 178. num. 17. volum. 2. vbi plura similia hanc opinionem comprobandam addunt, quos sequitur Ias. in l. qui filiabus. colum. [illegible] in 4. not. versic. tu autem. ff. de lega. 1. & in cons. 25. num. 1. volum. 2. addens Cynum & Imolam ita tenere: quam etiam tenet R[illegible] cons. 217. num. 17. volum. 1. post plures eum citatos, Paris. cons. 68. num. 7. & volum. 1. post Abba. & Docto. in loco citatis, affirmās eam esse veriorem & crebriorem, reprobata opinione Bruni de augmento monetæ articulo 9. Hanc eandem sententiam post alios per eum citatos quam communem tenuit Natta, cons. [illegible] num. 13. & cons. 160. numer. 23. ac [illegible] num. 4. pro qua vrgent dicta Alex. [illegible] num. 8. lib. 2. quod priuilegium immunitatis alicui concessum extenditur ad [illegible] operis impositionem superuenientem [illegible] concessionem immunitatis. Ex quibus omnibus patet hanc esse veram, & magis receptam opinionem.

Quo verò ad secundum dubium, an dicta immunitas extendatur ad bona in catastro Vigliani allibrata, dicitur pariter
2 receptissimam esse sententiam. † Immunitatem ad prædicta bona allibrata extendi, tenuit Bart. cons. 180. quem refert & sequitur Felinus in c. ecclesia S. Mariæ. num. [illegible] versic. secundo nota. de constitutio. Brunus cons. 94. num. 2. & sequent. & cons. [illegible] num. 6. post Bald. Archid. Io. And. [illegible] Geminia. Barbat. Paul. de Castro, Panor. Roman. & Alex. per eum allegatos. Alex. respons. 168. num. 6. & 7. addens Socinum [illegible]

tenere, conſ. 243. Natta d. conſ. 328. num. 2. & Io. Mauritius in repetit. l. vnicæ. C. de mulierib. & in quo loco. colum. 61. lib. 10. affirmans opinionem Bart. dicto conſ. 180. eſſe communiter receptam, cui deſeruiunt, quæ ſcribit Alexan. conſ. 35. num. 16. & ſeq. volum. 4. Dec. in l. in omnibus, in fine. ff. de regu. iur. videlicet mutatione perſonæ in collectis mutari conditionem rei. Ex quibus apparet hanc eſſe communem opinionem, cui non aduerſantur allegata per laſ. conſ. 83. volum. 3. quia tribus modis reſponderi poteſt. Primò, quòd iura per eum allegata loquantur, & intelligi debeant de prædictis tributarijs. Ita reſpondent Felin. loco ſupràcitato, & Brunus conſ. 94. & 103. nu. 6. per alios per eum allegatos. Secundò, quòd contra laſ. opinionem tenent magis communiter Doctor. Tertiò quod laſ. & alij per eum allegati intelligi debent, quando immunitas eſſet conceſſa, poſtquam bona fuerunt in æſtimo, ſeu cataſtro communi allibrata, quia tunc immunitas ſuperueniens non debet nocere, ſecus verò, ſi immunitas ſit conceſſa, antequam prædia ſint in æſtimo poſita, quia tunc allibratio nocere non debet immunitati anteriori, aliòquin facilè eſſet omnes immunitates illudere, ſtatuendo bona in cataſtris publicis allibrari debere. Hæc diſtinctio probatur ex dictis per Alexand. in dicto conſ. 178. num. 18. verſic. & non poteſt dici. volum. 2. & Brun. conſ. 90. num. 1. & ſequent. vbi dicit immunitatem ſuperuenientem non ſe extendere ad bona iam regiſtrata. Vt igitur contrariorum eadem ſit diſciplina, & idem operetur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito, idem videtur dicendum, ſi regiſtratio, ſiue allibratio ſuperueniat, & tunc non tollat immunitatem præcedentem. Sed ex actis conſtat cataſtrum fuiſſe factum poſt immunitatem conceſſam, cum legatur confectum Anno 1534. ideò dicimus immunitati præcedenti non præiudicare. Accedat quod hactenus ſemper fuit obſeruatum, quod immunis eſſet D. Georgius etiam reſpectu bonorum per eum acquiſitorum, & in dicto aſſerto regiſtro deſcriptorum, prout concludunt
4 etiam teſtes ipſius vniuerſitatis, † ex qua obſeruãtia tolleretur omnis dubietas, ſi qua ineſſet, iuxta notata per Bartol. in dicto conſ. 59. & in l. miſsi opinatores. num. 14. C. de exact. tributorum. lib. 10. & in terminis noſtris Paulus Caſtrenſ. conſ. 313. col. 1. volum. 1. Crauet. conſ. 211. num. 8. & conſ. 111. num. 5. & ſequent. Et ita cenſuit Senatus prefatum D. Georgium à petitis eſſe abſoluendum, & quem abſoluit.

SVMMARIVM.

1 *Vſuræ de iure ciuili non prohibentur, imò permittuntur ea ſaltem permiſsione, quæ pœnam nõ infligit, contrarium num. 9. & intellige, vt num. 11.*
2 *Vſurarijs variæ pœnæ indictæ tam de iure Canonico, quam ciuili, quod intelligi, vt num. 14.*
3 *Vſurarum crimen mere eccleſiaſticum, contrarium num. 10.*
4 *Dolus in ſcientem commiſſus non punitur pœna ſtellionatus.*
5 *Actio de dolo ceſſat, quando dolus actione ex eo contractu, in quo intereſt, purgari poteſt, quod intelligi, vt num. 17.*
6 *Vſura eſt contra legem diuinam.*
7 *Item contra legem naturalem, & quare.*
8 *Item contra legem canonicam, ibidem.*
9 *Item contra legem ciuilem.*
11 *Quæſtio ſuper vſuris meri facti quæ dicatur, & quæ meri iuris.*
12 *Iudex ſecularis cognoſcere ſuper vſuris poteſt, quòd Principis decreto vſuræ ſunt prohibitæ.*
15 *Infamia ob aliquod delictum notatum inconuenientis non eſt alijs etiam pœnis affici.*
16 *Scienti & conſentienti dolum non fieri, quando procedat.*
18 *Princeps vſurarios tollerare eo colore non debet, quòd inde ſubditorum vtilitas reſultet, aut vt malum malum, ac damnum euitetur.*
19 *Malis duobus imminentibus minus eligendum, vt maius euitetur, quomodo intelligatur.*

DECISIO CXXXVII.

De iudice laico an poſsit ſuper cauſa vſurariã cognoſcere, & vſurarios punire, & an Princeps ob ſubditorum vtilitatem vſurarios tollerare debeat?



ET ſi in quęſtione propoſita, an iudex laicus poſsit de cauſa vſurarũ cognoſcere, & pœna pecuniaria vſurarios punire, plures non mediocris doctrinæ, & auctoritatis viri abundè, ac variè ſcripſerint: ita vt illorum ſcriptis velle aliquid addere, iuxta Salomonis dictum Eccleſiaſtes c. 1. in fi. non ſine magna moleſtia fiet. Attamen, vt maiorum meorum iuſsibus, & mihiſpſi ſatisfaciam, hæc pauca poſt diſertiſsimos meſſores colligere viſum eſt. Qui igitur partem negatiuam ſuſtinent, eam infrà ſcriptis ar-
1 gumentis defendunt. Primò, † quod à iure ciuili ex Imperatorũ intentione vſuræ non ſunt prohibitæ, ſed permiſſæ ea ſaltem permiſsione, quæ pœnam non comminatur, aut infligit, vt in titulis ff. & C. vſuris. & nominatim

minatim in l.eos.C.eodem tit.Bar.in l.1.nu. 6. & ibi Ias. num.48.C.de sum. Trinit. & fide Charol.lo.And.in Mercurial.in regula, Peccatum.col.8.& seq.de reg.iur.in 6.Abb. in c. cum sit.num.18. versic. concludo ergo, de foro competen. Bal. in rub.C.de vsuris, in principio.& propterea inferunt, id, quod fit lege permittente, pœnam non mereri, vulgata l.Gracchus.C.ad l.Iuliam,de adult. l.fin.ff.quod quisque iuris.

2 Secundò, † quia solum à iure Canonico vsurarijs indictæ sunt pœnæ spirituales, videlicet, priuationis à communione altaris, à sepultura in ecclesia,& quòd eorum oblationes non recipiantur,c. quia in omnibus, de vsuris, à confectione testamenti arcentur,c.quamuis eod. titulo, in 6. & à iure ciuili exercentes improbum fœnus,notantur infamia: pluribus etiam alijs pœnis afficiuntur, quas ponit Angelica in verb. Vsura.2. num.3. & pluribus seq.

Tertiò pro hac opinione videtur text.in c.cum tu,de vsuris.vbi arguendo ab vniuersali negatiua, videlicet, quòd facta restitutione vsurarum, aut si illæ restitui non possunt,propter paupertatem, nulla pœna imponi potest: quòd si nulla, ergo nec etiam extraordinaria.

Quartò, quia secundum opinionem multo-
3 rum † vsura est crimen merè ecclesiasticum, vt notat Bal.in l.quoties. col. 2. versic. tu dic.C.de iud.glo.in Clem.dispendiosam, de iudic. in Clem.1. de vsur. Bald.cons.443. in fine. vol.3.Abb.in c.cum sit.num.17.post glossam in c.1. in verbo, Secundum canones, de offic. ordinarij. Lappus allegatione 56. & 70. pluresq; alij relati à Didaco lib. 3. Variar. resolutio. c.3. in principio. & Rolland. à Valle cons. 75.num.14.& seq.

Quintò,quia vsura committitur in scien-
4 tem,† & quando dolus cõmittitur in scientem,non potest quis de dolo puniri crimine stellionatus, secundum Bal. cons. 240. incipien. Præsuppositio statuto. volum. 2. quem refert,& in terminis sequitur, Craue. cons.6.num.104.

Sextò, pro hac parte vrgere videtur illa
5 conclusio, quæ habet, † quòd quoties dolus commissus contra aliquem purgari potest actione ex contractu, in quo dolus interuenit, tunc cessat actio de dolo, nec punitur dolus criminaliter, l. & eleganter, in principio.ff.de dolo.Bald. cons.15.volum.1. quem refert & sequitur Crauet. d. cons.6. numer. 105. post Paul. de Castro, cons. 411. colum.2.vol.1. Rolland. à Valle d. cons.75. num.31.& seq. At vsuræ repeti possunt condictione indebiti, c. Michael, de vsuris, cum alijs per eundem Crauet. cumulatis dicto consil. 6. ergo non potest criminaliter cognosci.

Septimò, hanc partem, quòd crimi-
ter vsurarij inquiri non possint à iudice
co, tenent Lappus d. allegation, 56.&
Bal. in l. improbum. versic. credo glos
verum dicere. C.ex quib. causis infam.
gatur. dicens,id non reperiri iure cauti
quitur Salyce.ibi, num.3. versic.sed com
glossam oppono,& est de mente Io.And
in d.c. peccatum.col.8. & 9. allegatur An
nia in cap.1.de offic.ordina. Bertrand.
215. volu. 2. idem etiam vult Bal.in tit
controuersia inuestituræ.§.similiter.nam
versic. item de reatu vsurariorum,quem
fert & sequitur Dec. cons. 170. Ias.
col. penult.in fin. & col. fina.lib.4.sequitur
eandem Marant.de ordine iudic. in
in principio,num.110.& in sua dispositione
quinta. Crauet. d. cons. 6. num. 10
& nouissimè ac latissimè omnium
à Valle d. cons.75.num. 13. & seq.
finem.vbi num.28.dicit,istam esse
nem opinionem, & respondet ad
Natta cons.198.num.25.

Qui verò affirmatiuam tuentur,
multis muniunt fundamentis: primò
6 dem, † quòd vsura sit contra legem
nam vtriusque testamenti, veteris
& noui,vt habetur Exod.cap.23.Le
25. Deut. cap. 23. Esdræ lib.2. cap.5.
15.& 55. Ezechiel.cap.18.& Psalmo
tur: Domine quis habitabit in
cio tuo. cui respondet Dominus:
greditur sine macula,& qui pecuniam
non dedit ad vsuram. & Lucæ
7 c.super eo,de vsuris.Item † est
naturalem, secundum Aristotelem
Politico. c.6. & 7.ac quarto Ethic.
5. quem refert & sequitur Bald.in
C. de vsur. Ioan. Andre. in Mercu
in regula, Peccatum. colum.4. vbi
conclusionem non esse dubiam
veritatem,& opinionem omnium
hac materia scripserunt, videlicet
tractus vsurarius ex natura rei
ac malitia conuolutus: & ibi
dicit, id esse propter quatuor. Primo
facit rem naturalem superualere
ræ, & rem artificialem suæ arti, &
contra naturam. Secundò, quia
res, quæ nõ parit fructum, generat
quod est contra naturam. Tertiò,
cit, quòd ea, quæ habent omnino
valorem vnum eorum excrescat in

re per alterum, quod etiam est contra natu
ram. Quartò, quia facit, quòd res mutuata
per abusum trahitur ad aliquid, ad quod
nõ est ordinata principaliter, nec cõsequẽ-
ter, quod est ẽt contra naturã: & hęc dicta
Io. And. declarat Laur. de Rodul. in c. con-
suluit, in prin. nu. 14. & 15. Ab. in c. cũ sit. nu.
18. vers. nã ecclesiasticus agit, de for. cõpet.
& in rub. de vsu. Sal. in auth. ad hęc. nu. 6.
C. eo. Et dicit Ro. cons. 500. col. 2. post Bal.
& Inno. quos refert, q̃ rõ, cur prohibitum
est mutuantẽ capẽr vsurã, est quia mutuãs
dñiũ, pecunię mutuatę in mutuariũ trãstu-
lit, vnde tũc recipiens vsurã, recipit lucrum
ex re aliena in recõpensationẽ tẽporis, quo
mutuũ durat, quorũ vtrũq; est irrationabi-
le, cũ & ipsum tẽpus sit cõe omnib. animã-
tibus: & ideo nõ est redimendũ ab aliquo
simpliciter, & per se sumptũ, nec est in cõ-
mercio, sicut nec aer, nec mare, vt in l. 2. ff.
de rer. diuisi. quã rõnẽ approbat Lauren. de
Rodul. in c. cõsuluit, in prin. nu. 16. Frã. in c.
1. in prin. de vsur. in 6. Alex. cons. 49. nu. 5.
vol. 4. Natta cons. 369. nu. 5. Bal. cons. 443.
vol. 3. Af. in cõstit. regni, de vsura pun. §. v-
surariorũ. nu. 2. His tamulatur reg. l. nã hoc
natura. ff. de cond. inde. & l. iu. naturę. ff. de
reg. iu. & dicit vir ille, nunq̃ satis laudatus,
Lactantius Firmia. de vero cultu, li. 6. c. 18.
pecuniæ, si quã crediderit, nõ accipiat vsu-
rã, vt & beneficiũ sit incolume: quòd suc-
currat necessitati, & abstineat se prorsus
alieno: in hoc. n. gñre officij debet suo esse
cõtẽtus: plus aũt accipere, q̃ dederit iniu-
stũ est, quod qui facit, insidiatur quodãmo-
do, vt ex alterius necessitate p̃detur. His ac-
cedat Marci Catonis auctoritas in primo
sui libri, de Re rustica. Maiores, inquit, no-
stri ita in legib. posuẽre furẽ dupli cõdẽna-
ri, fœneratorẽ quadrupli, quãto peiorẽ ci-
uẽ existimarint fœneratorẽ hinc licet exi-
stimare: & Cicero li. 2. de Officijs, in fine, in
quit: Dare sub vsuris, esse hominẽ occidere.
Addatur quod idẽ Cicero refert lib. 1. Tu-
sculana. q̃st. qui cũ à Catone q̃reretur, quid
in re familiari optimũ esset, rñdit: Bene pa-
scere, bene vestire, & bene arare. Et cum
interrogaretur deinde, quod fœnerari? rñ-
dit: Quid hominẽ occidere? quasi dicat,
fœnerari esse occidere p̃ subtractionẽ ne-
cessariorũ: & Ciceronẽ refert Affl. in d. cõ-
stit. regni, §. vsurariorũ. nu. 2. in fi. & ppea
And. Barb. in apostillis ad Bald. in d. l. im-
probũ. C. ex quib. ca. inf. irrog. tenet contra
Bald. ibi. dicẽs, vsurariũ, quia peccat contra
naturã, debere puniri veluti abutẽtẽ natu-
8 ra. Itẽ † ẽ cõtra legẽ canonicam, vt in tit. de
vsur. lib. 5. & 6. & in clemẽtinis, ac 14. q̃st. 3.
9 & 4. Item † cõtra ius ciuile nouissimũ, quo
omne fœnus dicitur illicitũ, & p̃ cõsequẽs
p̃hibitũ, Bal. in d. l. improbũ. & ibi Sal. nu.
2. Pau. de Ca. in pri. C. ex quib. ca. inf. irrog.
idẽ Sal. in l. eos. nu. 8. eo. tit. gl. in c. quid di-
cã. 14. q̃st. 4. gl. 1. in c. quia in omnib. vbi Ab.
nu. 7. de vsur. gl. in auth. ad hęc. post Io. &
Azonẽ. C. de vsu. Cardinalis in c. in ciuita-
te. nu. 6. de vsu. Bal. in sua Margarita in ver-
bo, Vsura. vers. 9. Alb. in l. si pecuniã. nu. 3.
ff. si cer. pe. vbi exp̃sse ait, Vsuras hodie esse
p̃hibitas omni iure, diuino, canonico & ci-
uili. Idẽ tenet Gui. Pap. in tract. de vsu. in
prin. vbi nu. 3. dicit, q̃ qui diceret pertinaci-
ter, q̃ recipere vsurã, non est peccatũ, esset
hęreticus: vt in clem. vnica. in fi. de vsuris.
Alex. de cõs. 49. nu. 1. lib. 4. dicẽs, neminẽ
dubitare iure authenticorũ vsuras esse p̃hi-
bitas: quod ẽt affirmat Ang. & ibi Bar. in
authen. de ecclesiast. titulis. mouẽtur aũt ex
tex. in d. auth. de ecclesia. tit. in prin. vbi Im-
perator mãdat dispositа in quatuor cõcilijs
vicem legis obtinere, & sicut leges obser-
uari, sed in concilio Niceno prohibentur
vsuræ, c. q̃n. 47. dist. in. ergo & à Iustiniano
prohibitæ cẽsentur: & hoc argu. vtitur ẽt
Sal. in d. auth. ad hęc. num. 3. & 5. C. de vsur.
vbi hanc opinionem tenet, quã ẽt, licet per
aliam rõnem sequitur Abb. in d. c. cũ sit. nu.
18. vers. primò tenendo. affirmãs opinionẽ
gl. esse cõem: quem ẽt refert & sequitur do-
ctissimus Didacus lib. 3. Variar. resolut. c. 1.
nu. 6. & nu. 5. vbi plenè multis rõnib. & au-
ctoritatibus probat, vsuras omni iure, diui-
no, naturali, Põtificio, & ciuili, ẽe prohibi-
tas: quod ẽt firmat Rui. cons. 145. nu. 9. lib. 4.
latè Marquardus in tract. de iudeis. c. 11. nu.
1. & 2. Rolan. à Valle sibi cõtrarius, cons. 35.
nu. 26. post Alex. Soci. & Paris. per eũ rela-
tos. Summa Angelica in verbo, Vsura. §. 2.
nu. 1. Ambrosius de Vignate, de vsu. in c. sa-
lubriter. nu. 28. & 30. 33. & 34. vbi tenet, vsu-
ras esse prohibitas de iure. auth. per l. 1. C. de
sum. Tri. & fid. Cath. & per auth. de ecc. tit.
§. 1. Fortunius Garcia in trac. de vlt. fi. iu. Ca.
& ciu. illatione 5. col. 24. Cro. cons. 86. nu. 1.
His addo ẽt Soc. cons. 2. col. 2. vers. quia vsu-
ra hodie. lib. 1. quem refert & sequitur Cot-
ta in Memorali, incip. Vsuræ trientes. col.
fi. vers. quãuis contrariũ. & colu. 4. vers. pro
cõfirmatione, &c. Secũdò ex supra dictis
10 infertur, † quòd crimẽ vsurarũ, non est cri-
men mere ecclesiasticũ, sed mixti fori, prout
tenuerũt Arch. in c. quod dicam. 14. quæst.
4. Cald. inter cons. Anch. cons. 236. post Io.
Monachi, in c. 1. de vsu. Io. And. in rub. de

vsu.col.2.in 6. Card.in c.in ciuitate. col.fin. dicens vsuram esse crimen ecclesiasticum non sui natura,sed per accidens: Abb. in d. c. cũ sit.nu.18. Sal. in l.eos nu. 8.& seq.C.de vsur.post alios quos refert Didacus li.3.uariar. resol. c.3.col.2.& col.4.vers.3.apparet, Modern. Paris.in tract. de vsur. nu.55.qui vrgentissimis fundamentis dicunt, erroneã esse opinionẽ canonistarũ, & legistarũ distinguentiũ inter q̃stionẽ iuris, & facti, q̃ distinctionem ẽt asserit verbalẽ Ias. in l. quoties.nu.7.C.de iudicijs,Dec.in c.decernimus.col.24.vers.quarto fallit,de iudicijs.

Tertiò indubitata hæc opinio videtur, vbi quæstio super crimine vsurarũ est meri
11 facti,† quod duobus modis esse potest, vel quod partes fateantur contractum,ex quo nulla iuris dubitatio oriri possit qui sit vsurarius, vel factum tm̃ proponant,videlicet tot esse soluta, vel recepta aut non, quibus probatis,in iure dubium non est,contractũ esse vsurarium. Nam tunc communis opinio est iudicem secularem posse cognoscere, Bal.cons.17.nu.1.vol.1.Pau.de Cast.cons.110.col.fi.in nouis.Abb.in d.c.cum sit.nu. 17.& in c.post miserabilem, in secundo no. de vsu. Barb.in d.c.cum sit.nu.173.& cõiter Doct.relati per Soc.in eo.c.cum sit.col.6.& seq.de for.comp.quibus addo Fel. ibi nu.1. Alex.cons. 9. vol. 4. Franc.in c.1.num.2.de vsur.in 6. Auffr. de potest. iud. secul. in eccle.perso.in quarta reg.fallen.7. Affl.in cõstitu. regni de vsura. punien. §. statuimus. nu.1.Chass.cons.63.nu.18.Natta d.cons.369. nu.8.& 12.Alc.in c.1.nu.53.& seq.de off.ordi.Moder.Paris.de vsur.nu.155.Marquard. de iudeis c.xi.nu.10. Iser.in suo grario constitutio.Neapoli.in verbo, Vsuræ.

Quartò hanc opinionem dicunt esse magis cõem.Nam eam tenuerunt Io. Monachi. Archid. Io. And. Geminia.& Philipp. Franc.in c.1.de vsu.in 6.gl.Cyn.& Iac. Bustrigarius in l. improbum.C.ex quib.ca.inf. irroga.quem refert, & sequitur Cacialuppus in repet.l. 1.col.34.vers.propono tibi. C.de sum. Trin.& fid.Cath.Bal.in sua Margarita, in verbo, Punitur.vers.3. & in verbo, Vsura.vers.4.Calder.d.cons.236.Corn. cons.19. litera E. circa finem, lib.3. Alc.in c. 1.nu. 54. de off.ord. dicens hanc esse cõmunem opinionem, quem refert & sequitur Dida. in epito.2.par.de spons.& matri.c 6. nu.19.& c.8.§.12.nu.5.vers.hanc tamen opinionem. Natta d.consi.369.num.8.Rolan. à valle d. consilio 35. in fin. admonens iudices debere seueriter punire istos vsurarios,Iul.Clar.lib.5.senten.iur.§.vsura.ver.& ex hoc infertur, vbi post plures quos refert constanter affirmat, posse aliquem propter vsuram criminaliter à iudice laico puniri, et ita pluries fuisse iudicatum per Senatum Mediolani puniendo vsurarios pœna extraordinaria, & facta etiam speciali delegatione, vt contra ipsos inquireretur. his accedit quod dicit Socin. cons.219.col.fi. vers. sicut.circa tertium lib.2. quod iudex potest contra vsurarium deficientibus aliis probatio.procedere ad torturam ad eruendam veritatem. & pro hac opinione videtur esse tex. in d. c. post miserabilẽ de vsuris, vbi Iudæi possunt cõpelli per Principes seculares ad restitutionẽ vsurarũ, & dicit Abb. in 2. notabili, quod multò magis possint compellere Christianos vsurarios, idem confirmat Geminia.in c.si annum.§. si verò.vers.in eadem gl.ibi, vsurę de iudicijs. & ex eo textu hanc opinionem amplectitur Didac.lib.3.variar. resol. c.3.col.37. & clarius col. 4.vers.3. apparet. ex quibus dictis patet opinionem Ias.in d.cons. restringentem dictum c.post miserabilem Iudæos tm̃, iure non subsistere.

Quintò opinio hæc sine difficultate procedere videtur,quando Principis seculi
12 decreto vsurę tollerent prohibitę,ita nominatim docet Iser.in tit.quæ sint reg.in verbo, contrahentium incestas nupt. col.2. sicut.ex his patet iudicium vsurarum. Nota d. cons.369. nu.8. & seq.Moder.Paris. vsur. num.153.& 156. Didacus d.c.3.col. prin.Affl.d.consti.regni,de vsurar.pœna per totum. ex quorum dictis legitur in regnis Franciæ, Hispaniæ, ac Neapolis Marchionatuq; Montisferrati huiusmodi decreta vigere. At in hac patria similis dictum, siue decretum contra vsurarios tur,vt lib.3. decretorum dominicalium tit. de vsu.& reprobatiõe vsurarię pravitatis:ergo iudices seculares possunt in vsurarios animaduertere.

Et tenendo hanc partem affirmatiuã contraria rñderi põt, & primo adducitur, vsuras de iure ciuili nõ esse prohibitas, sed permissas. rñdetur illud proprie
13 de iure digest.& Codicis, secus verò de iure authenticorum sm̃ magis cõem opinionem Canonistarum,& Legistarum, quod in primo fundamento huius partis in principio: quibus addo Villalobos in suis communibus conclusionibus in verbo, Vsura & nouissimè Iul. Clar. lib.5.senten. iur. §. vsura. vers. difficultas est, vbi dicit hãc opinionem apud nos seruari,& ab ea tanq; priore,& magis cõi,non esse aliquomodo

practica recedendū. Præterea permissio illa veluti à non habente potestatē aduersus ius diuinū, naturale, & Pontificiū, inualida & nullius reputatur effectus, vt notāt Bar. Ias. & alij in d.l.1. C. de sum. Trin. & fid. Catho. & olim de iure digest. & etiam C. dabatur actio ex stipulatu ꝓ vsuris, vt in l. eos. C. de vsu, hodie verò dari non posset ēt Imperatoris intentione, quia turpē cām continet stipulatio, vt in c. debitores, de iureiurando. & in l. generaliter, de verb. obliga. Fortunius Garcia in d. tract. de vlt. fi. iuris cano. & ciuil. d. illatio. 5. col. 24. in fine.

Hinc ēt sequitur, verū non esse quartum argū partis negatiuæ, s. crimen vsurarū esse mere ecclesiasticū, seu spirituale, cū abundè probatū fuerit, ēt dici cōtra naturalē rōnē, & ex magis recepta sentētia esse mixti fori, p̄sertim, vbi est q̄stio facti, ex no. in secūdo fundamēto partis affirmatiuę, & ita sentit Rolā. à Valle conſ. 75. nu. 36. Nec ēt aduersatur, quod dicitur certas pœnas esse impositas à iure can. & ciuili, vt in c. † quia in omnib. cū alijs supra adductis, quia loquūtur quoad pœnas spirituales, & respicientes forū pœnitentiale: nos verò loquimur de pœna tēporali. Nec obstat l. improbatū. C. ex quibus cau. inf. irrog. † quia rndetur, nō esse inconueniēs, vt qui ob aliquod delictū fit infamis, ēt alijs pœnis ordinarijs, & extraordinarijs, prout delicti qualitas exigit, afficiatur, vt habetur ff. & C. de ijs qui notā. inf. & in l. infamē. ff. de pub. iud. vbi dānatus pro furto, rapina, seu iniuria, non solū non punitur in eo, q̄d dānatus est, sed ēt fit infamis. 14

Non ēt repugnat regula legis, Nemo videtur fraudare. ff. de reg. iu. c. sciēti, de regu. iu. in 6. vbi volēti non fit dolus. Nā rndetur primò q̄ exigēdo vsuras contra p̄ceptū legis, dolus ineſt, ētsi à volente exigātur, quia vsura furtū seu rapina dicitur: ita rndet Alc. in d.c.1. nu. 54. Natta d. conſ. 369. nu. 6. & 7. 6 † & ppea Doc. limitāt regulā illam l. nemo videtur. non habere locū, quin in fraudem commissam consentiret, vel in dolosa persuasione: ita limitat Dec. ibi num. 5. in fi. & Cag. nu. ēt 5. Ias. in l. cū donationis, in primo not. C. de trāsac. Tolli ēt hoc argū potest ex rnsione, quā Cacialuppus affert in d. l.1. nu. 49. & seq. C. de sum. Tri. & fid. Cath. post Iac. But. et Ang. videlicet, q̄ illicitū ex conuentione p̄stitum, contra voluntatē obligati p̄stari dicitur. Alia ēt responsio accommodari potest, de qua per Corne. d. conſ. 19. litera G. & conſ. 159. litera B. vol. 3. Postremò, nec ēt sextum fundamentū d.l. & eleganter. ff. de dolo, quod Crau. & Rol. à Valle dicūt esse efficacissimū, nocet, quia si accuratè videatur Bal. in d. conſ. 15. vol. 1. ex aduerso adductus, ipse hāc difficultatē 17 tollit, dū p̄supponit, id ꝓcederet q̄n dolus esset commissus in aliquo actu, qui non haberet propriū nomē delicti: tūc. n. cū possit purgari p̄ actionē ex cōtractu, cessat actio de dolo, & crimē stellionatus, secus verò, si dolus fuisset cōmissus in actu habēte ꝓpriū nomē delicti, vt furtū & similia. Sed vsura ē propriū nomē delicti, vt furtū & similia. c. quia in omnib. & c. super eo, de vsuris in 6. ergo in eo non militat dicta cōclusio: ita videtur sentire Bal. d. conſ. 15. in pri. Vel rnderi ēt pōt, cōclusionē p̄dictā ꝓcedere, q̄n materia, de qua agitur, nō esset apta, nec ordinata ad crimē cōmittēdū, sed potius ad nulliter cōtrahēdū: ita ēt exp̄sse dicit idē Bal. d. conſ. 15. circa fi. vers. sm̄ ea, q̄ proponūtur. q̄ rnsio ad p̄cedētē proximè accedit. Posset & alia huic fundamēto accōmodari rnsio, de qua per Cor. d. conſ 19. litera G. & conſ. 159. litera B. dū ait, dolū vsurarij puniri non respectu eius, qui mutuū sub vsuris accepit, sed tanq̄ sit commissum in Deū, legem naturalē & superiorē. Et hāc opinionem affirmatiuā, videlicet, vsurarios præsertim manifestos à iudicibus secularibus puniri posse communi voto, sequutus est Senatus, stāte maximè dispositione decretorum expresse omnes vsuras prohibentium.

18 Quòd verò Princeps † pp subditorū vtilitatē, quò maius malū, seu dānū euitetur, huiusmodi vsurarios Christianos tollerare debeat, persuadere id mihi nō possum, nisi legi diuinæ, naturali, pōtificiæ, ac ciuili contradicere, in excommunicationisq̄ sentētiā (quod absit) incurrere velle nō vererer, c. 1. de vsu. in 6. cle. 1. eo. tit. q̄nquidē Princeps, qui pōt prohibere, & nō prohibet tollerando, dicatur permittere, c. quāte, de sent. excom. c. sicut dignū, de homic. c. negligere. 2. q. 7. vbi non caret scrupulo societatis occultę, qui, cū possit, manifesto facinori desinit obuiare: quib. famulatur c. qui peccātib. xi. q. 3. & reg. l. culpa caret à contrario sensu. ff. de reg. iu. Vnde dicebat in proposito Bal. in l. 5. col. 3. ver. sed iuxta hoc q̄ro. C. de sum. Trin. & fid. Cathol. q̄ Imperator ēt ob bonū publicū non potest permittere vsuras: quia inferior non potest permittere illud, quod vetat superior, id est, ipse Deus, iux. c. cū inferior de maiori. & obedien. cuius dictū plurib. comprobat Alex. conſ. 1. circa primum dubiū. col. 2. lib. 2. licet ipse teneat Summum Pontificem ex causa publicam vtilitatem cōcernēte posse dispensare, vsu-

ras exerceri. Nec excusationē p̄stat, qd̄ dici-
19 tur, † de duobus malis minus esse eligendū, seu maius euitandum, c. non solum. 22. quæstio. 4. l. quoties nihil. ff. de reg. iu. quia ea procedunt, vbi duo mala vrgent, & vtrunque euitari nō potest: ita Doctores in locis suprà citatis, præsertim Cag. in d. l. quoties. Faciunt quæ diuus Thomas Aqui. scribit, 2. secundę quęst. x. arti. 11. Sed in casu nostro vtrunq; malum potest euitari: ergo neutrū admitti. Præterea si pro vita captiui redimenda non licet vsuram exercere, c. super eo, de vsuris. multo minus pro maiore dāno euitando. Princeps enim suo peccato non debet alterius saluti, multo minus, cōmodo consulere, c. faciat homo. c. si quis à te fugerit. & c. ne quis arbitretur. 22. q̄st. 2. Aff. decis. 22. nu. 3. & in constitutio. regni. §. vsurariorum. nu. 27. His auxiliatur, quod legitur 14. quæst. 5. per totum, vbi habetur, non esse committendas vsuras, vt eleemosynæ, & alia bona inde sequantur: quib. alludit Diuus Paul. ad Ro. c. 3. contestans, non esse facienda mala, vt eueniant bona.

SVMMARIVM.

1 *Delicti confeßio resultat ex narratis in precibus Principi porrectis.*
2 *Item ex gratia siue indulgentia mediante pecunia à Principe facta.*
3 *Confeßio delicti extraiudicialis, & absente parte facta probat contra cōfitentem, etiam inter alias personas.*
4 *Ratihabitio in delictis locum habet, et mandato æquiparatur.*
5 *Ratihabitio delicti commißi ratum habentem obligat ex maleficio.*
6 *Vniuersitas ob ratihabitionem commißi delicti subsequutam punitur, & obligatur.*
7 *Vniuersitas delictis, quæ contra dominum committuntur, resistere tenetur, aliàs nō resistendo delinquere dicitur.*
8 *Ratihabitio in præiudicium ratum habentis valet, etiā quado fit de eo, quod eius nomine gestum non est.*
9 *Ex mandato quem non obligari post actum cōsumatū etiam in vim ratihabitionis, quomodo intelligatur*
10 *Vniuersitas ex delictis obligatur cām succeßiuā non habentibus, ēt absq; vlla consilij congregatione.*
11 *Gratia siue remißio delicti per Principem facta, iuri ex delicto parti offensæ quæsito non præiudicat.*
12 *Verbū, Videtur, de sui natura improprietatem, & fictionem importat.*
13 *Narrata in libello, siue precibus ante litem contestatam probationem, siue confeßionem non inducunt.*
14 *Confeßio inter alias personas facta alijs non prodest.*
15 *Vniuersitas ob crimen rebellionis prædas dari, ac solo æquari potest.*
16 *Absolutio aliquando petitur, etiamsi quis excommunicationem non incurrerit.*
17 *Ratihabitio vt ratum habentem obliget, quid requiratur.*
18 *Gestū, vt aliquid dicatur nomine alicuius, quid necessariò requiratur.*
19 *Ecclesia an ex prælati delicto obligetur.*
20 *Delicta suos tenent auctores, consensu, & ratificatione cessante.*
21 *Vniuersitates & subditos teneri resistere dominis notoriè delinquentibus aliàs videri participes delictorum, quomodo intelligatur. & nu. 22. & 26.*
23 *Vasallus quòd dominum defendere teneatur, etsi non defendat, amittit feudum, quomodo intelligatur.*
24 *Ignorans consentire, nec delinquere aut pati dicitur.*
25 *Delictorum noctis tempore commissorum ignorantia præsumitur.*
27 *Vniuersitatis congregationem requiri ad hoc, vt ea delicto obligetur, de quo delicto intelligatur.*
28 *Vniuersitas quando ex delicto non obligetur.*
29 *Fortificatio, aut exterarum gentium introductio, quando ab vniuersitate licitè fieri poßit.*
30 *Ex delictis in præsenti non præsumitur in præsenti.*
31 *Delicta quando vniuersitatis nomine facta præsumatur, siue de eius mandato.*
32 *Vniuersitas deliquisse non præsumitur ex eo, quod multi, aut fortasse omnes ad locum commissi delicti accesserint, & bona rapuerint, ac [illegible]rint, & nu. 33.*
34 *Statuto stante, quòd Villæ teneantur eorū [illegible] custodire, & damna emendare, non tenetur [illegible] de damno de nocte dato, aut in gentiū [illegible]*

DECISIO CXXXVIII.

De vniuersitate, an, & quando deliquisse censeatur, & de delicti ratihabitione tacita, gratia mediante pecunia impetrata resultante, ac vt vniuersitas ex delicto obligetur, an requiratur consilij congregatio & deliberatio.

ANNO 1529. nonnulli à loco Crescentini [illegible] di Comitem R[illegible] eorum vtilem d[illegible] necnon vxorem [illegible] familiā occiderunt [illegible] mum effregerunt, [illegible] pilarunt, quæ omnia vniuersitas ipsi Crescentini secundum ea, quæ à Moderno Comite proponuntur, inde rata tam verba quàm facto habuisse dicitur: cuius ratihabitionis, necnon rebellionis (vt proponitur) subsecutæ prætextu, petijt Comes dictam vniuersitatem condemnari ad refectionem damnorum passorum culpa, & facto vniuersitatis, ac ad constructionem casus, siue domus fortis exustæ, & declarari ipsi Comiti licere Crescentinates delinquentes à loco Crescentini ad Castrum Sancti Ianuarij separatæ iurisdictionis, sub eodem tamen vasallo transducere, necnon compelli ad solutionem quarti denarij compositionis factæ per dictam vniuersitatem occasione prædictorum delictorum, cum quondam Illustrissimo [illegible]

D

Duce dicti loci supremo domino. Excipientibus syndicis seu procuratoribus Vniuersitatis, eandem in nihilo deliquisse, quo condemnari ad petita damna debeat, neque licere domino Comiti aliquos Crescentinates trahere extra territorium Crescentini, tam ex iuris communis dispositione, quàm ex forma conuentionum, seu transactionum initarum, cum Comitibus ipsius Moderni Comitis prædecessoribus. Nullumq; quartum denarium ex iuris communis, vel decretorum dominicalium dispositione deberi. Rescripsit serenissimus Dux Senatoribus, vt perfectis actis causæ, votum vnusquisque eidem rescriberet, quod munus, vti eiusdem sacri ordinis vnus, recusare non potui: idcirco Serenissimo Duci scribendum existimaui, quas arbitrarer futuras esse suæ celsitudinis partes pronunciandi.

Quæritur itaque, an iure agat Comes? Verùm, quia omnis difficultas in eo consistit, an ex ratihabitione proposita, & rebellione enunciata, deliquerit Vniuersitas, ita vt damna petita resarcire teneatur ac Castrum ædificare? item an dictis conuentionibus, & transactionibus prædecessorum afficiatur Modernus Comes? ideo prædictos duos articulos tantum discutiendos existimaui, cum ex istorum absolutione dependeat decisio reliquorũ. Quoad primum, itaque videtur prima facie dicendum, D. Comitem rectè agere, cum eius petitio videatur iustificata ex precibus nomine prædictæ Vniuersitatis quondam Illustrissimo Duci Carolo porrectis: in quibus fateri videtur, se tam in particulari, quàm in vniuerso rata habuisse prædicta homicidia, & alia delicta, ea nocte perpetrata, l. cum precum. C. de liberali cau. & l. 2. C. de institutio. & substitut. † quod procedit, etiamsi preces essent subreptitiæ, Deci. consi. 274. in princip. & consi. 534. numero quarto. Chassa. consi. 46. colum. 3. & etiamsi rescriptum esset reprobatum, Abb. & Fel. in c. examinata. colum. 2. in fin. de Rescri. quos refert & sequitur Capicius decis. 71. num. 1. Comprobatur etiam agentis intentio ex gratia, & indulgentia subsequuta, mediante pecunia, † ex qua etiam delicti confessio resultat, l. Athletas. §. fin. & l. seq. ff. de his, qui notan. infam. c. Venerabilis. §. sunt enim. & ibi glo. de electio. Socin. consi. 4. nu. 22. vol. 3. Curtius Sen. consi. 50. col. 21. versic. duodecimò probari potest. Faciunt notata per glo. Bar. Bal. & Sal. in l. transigere. C. de transact. vbi transigens, vel paciscens de delicto pro confesso habetur. Neuiz. consi. 68. num. 12. & 13. post Cepollam consi. 21. colum. 2. & hæc confessio, de qua in dictis precibus, † licet extraiudicialis fuerit, & absente Comite facta, attamen probat contra ipsos confitentes, etiam inter alias personas, c. per inquisitionem. vbi Ioan. And. Inno. Abb. & Im. de elect. & in c. fin. de confess. Crot. consi. 102. nu. 2. Guid. Pap. q. 254. Sal. in l. cum te transegisse. nu. 12. C. de transac. vbi ait confessionem in supplicatione Principi porrecta factam, etiam absente parte plenè probare, idem dicens de confessione in libello iudici porrecto absente parte, quæ plenè probat: Bar. in l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. in l. 2. in fin. ff. de iure fisci. quem sequitur Iason in §. si minus. num. 4. Institu. de actio. cum ab ipso Comite fuerit acceptata, Paris. consi. 81. num. 14. vol. 3. post plures per eum citatos) quod maximè procedit, quando non tendit ad obligandum confitentem alteri. Sed ad probandum aliquid, ex qua probatione absenti acquiritur obligatio: Angel. in authen. de hæred. & Falc. §. si verò expressim. colum. 4. vers. & ex hoc patet. Hyppolit. in rub. de probatio. numer. 95. post Angel. & Felin. per eum relatos: idem Felin. in c. si cautio. colum. 7. num. 28. de fid. Instrum. & dicit cõmunem opinionem Aret. in consil. 60. colum. 1. in prin. post Bal. quem refert in l. generaliter, in fi. in 12. quæst. C. de non num. pec. & hoc esse summè notandum, dicit Cotta in Memorali, incipien. Confessio facta absente parte. post alios, quos ibi refert, qua ratihabitione probata, perinde est, ac si vniuersitas ipsa mandasset fieri prædicta crimina, † cum in delictis etiam locum habeat ratihabitio, & mandato comparetur, l. 1. §. sed etsi cum quis. ff. de vi & vi armata. c. 1. de homic. in 6. c. cum quis, de sent. excommunic. in 6. c. ratihabitionẽ, vbi glo. de reg. iu. in 6. l. semper qui non prohibet. ff. de reg. iu. vbi Dec. nu. 8. pulchra gl. in c. fi. de iureiu. concordat l. qui patitur. ff. man. sed ex delicto propter mandatum teneretur vniuersitas erga Comitem agentem, qui passus est damnũ, Bar. in l. nõ solum. §. si mandato. nu. 9. ff. de iniur. quẽ sequitur Sal. in l. non ideo minus. nu. 24. C. de accu. per illum tex. Dec. consi. 221. colu. 1. vers. sed tamen. ergo idem dicendum est in ratificatione, cum æquiparatorum eadẽ sit disciplina, vt in terminis ratihabitionis: ita decidit Oldra. consi. 199. num. 7. & 8. Sal. in d. l. non ideo minus. nu. 25. de accu. dicens † ratũ habẽtes obligari ex maleficio cõmisso pro-

pter ratihabitionem, d.l.1. in principio. & d.§. sed etsi cum quis. ff. de vi & vi arma. quem refert & sequitur Socin.consi.28. colum. fin. vers.sexta conclusio. volu.primo. Bossi. in suo tractat.titul. qui banniri possint. numer. 1.versic.& sufficeret ratificatio post Felin.& Aretin.in locis per eum relatis, quibus adstipulatur doctrina Bart. in l.
6 aut facta.§.fi.nu.10.ff.de pœnis.dicens † ratihabitionem subsequutam sufficere ad puniendum, & obligandum vniuersitatem, quod latè prosequitur Ias. cons.139.vol.4. post Anch.cons.158.

Nec obstare videtur, quod dicitur, eandem solemnitatem in ratificatione actus requiri, quæ in confectione requiritur, l.si vt proponis. C.de nupt.l.nuptiæ.ff.de ritu nuptia. Deci. consi. 532. numero 2. Aretin. consi.127. colum.1.numer.2.& quod in committendo delictum requiratur decretum ordinis decurionum, Bar.in l.aut facta.colum. fin. ff. de pœnis. ergo pariter in ratificatione interuenire debeat. Quia prædicta locum non habent in delictis, quę committuntur in omittendo, Salyce. in l.1.nume. 3.C. de sedit.quem refert & sequitur Felin. in c. dilectus.2.num.7. de simo.& c.cum omnes.nu.32.de constitutio.Iaso.in l.ciuitas. nume.4.ff. si cert.pet.sed ex dictis precibus dicitur, constare ipsam vniuersitatem rati-
7 ficasse delicta, † quibus resistere tanquam subditi debuerant, Bal. in l.verum.nu.3.ff. ad l. Pomp. de parricid. & in l.1.§. occisorum.ff.ad Senatusconf. Sillania. Felin.in c. quantæ.nume.4. in 2. & 3.limitatio.de sentē.excommunica. At, cum non restiterint, deliquerunt in omittendo: ergo non est necessaria vniuersitatis conuocatio, vt cōcludit Carrer. in sua practica.§.circa quartum. nu.348. post Capicium decis.130. nu. 69. dicens, quòd si ciues vident offendere officialem, & non defendunt, ciuitas tenetur, nec requiritur conuocatio communitatis: debebant enim Crescentinates statim cum sciuerant perpetrata delicta saltem ꝓtestari, quod non consentiebant, arg.l.si filiusfamiliàs, cum concord.in glo.ff.ad Macedonia.

Non etiam obstat, si dicatur, non apparere prædicta delicta fuisse commissa nomine vniuersitatis: ideo non nocere ratificationem, c. ratum, cum similibus de reg. iur. in 6. Quia cum die sequenti introduxerint gentes exteras in locum: & in eo se fortificauerint, præsumitur, quod vniuersitatis nomine omnia facta fuerint: ita tenet Cardi.in clem.1.col.8.versicu.in contrarium est, de pœnis, Aretin.consi.165.col. antepe. vers. dico, pro concordia, &c. V
8 potest responderi, † quòd quoad præiudicium ipsius ratificantis valet, etiamsi e nomine non sit gestum, l. si fundus. §. de pigno. quem ad hoc notat Cagnol. semper qui non prohibet. numero 22. ff. reg. iur. Gramma. decisio. 103.num.12. sicul. sed quoad præiudicium. Tiraq. de tract.in verbo, Lignagier.§.1.glo.9.nu. & faciunt, quæ notat Purpur. in l. si e seruum.nume.11.ff.si certum peta. post dum, vbi inquit, quod possum ratific gestum non nomine meo ratificatio extraordinaria, & subsidiaria.

9 Non obstat, quod dici posset, † ex dato post actum consumatum, etiā in ratihabitionis, quem non obligari, dum Alex.in additio.ad Bart.in l. ff.rem ratam haberi, post Bar.Bal. per eum relatos. Iason in l. quo 135. ff. de fluminibus. & in additio. cium in d. l. semper, qui non prohib verbo, Delictis. ff. de reg.iur. Quia est differentia inter mandatum, & rati tionem: nam licet mandatum post a consumatum nō obliget, vt suprà dic est, attamen secus est in ratificatione delicti: ita expressè respondet Alexan Ang.in l. Iulianus.colu.1.versiculo, & dit. ff. qui satisd. cogan. quod dicitur tan. pro limitatione, & declaratione §. sed etsi cum quis. idem etiam dic li.146.nu.14.volu.5. Accedat, ꝙ præ delictorum ratificatio inducitur lione subsequuta, de qua dicitur etiam dictis precibus, in illis verb crastinum mandauerunt captum exteras pro custodia loci, & sese fortificauerunt. Ex quibus dicitur & probata rebellio in d. comitem.
10 consi. 139. in fin. volu.4.† quæ, cum causam successiuam obligat vniuersi nec requiritur congregatio consili in d.l.aut facta.§.fin.num.10.Cardinal clem.1. colum.8.de pœnis.latè Carrer suprà citato versi. secundò limita. gat omnes Doctores supra add Afflict.in constitutio.Reg.libro 2. 15. cui addo eundem Afflictum decis. Paris. cons. 21. nu.33.& seq.volum.4. consi.28.num.11.Hiero.Gigantem de læsæ maie.in tit.de rebellibus. q̄st. 12. imò ex quo in crastinum sese fortificar in loco, & sic se rebellarunt, dicuntur rebelles etiam tempore, quo fuerunt dicta homicidia, incendia, & rapina

Iason concludit d. cons. 139. versic. nec obstat. volum. 4. per doctrinam Bartoli, & Ang. in l. si ventri. §. coram. ff. de priuileg. creditor.

Non obstat gratia siue remissio à Principe facta: † quia per illam non censetur remissum ius parti offensæ ex delicto acquisitum, l. venia, in fin. & ibi glos. Bartol. & Bald. C. de in ius voca. Bald. in d. l. transigere. col. 2. vers. quartò oppono. C. de transact. Paul. de Cast. in terminis, in cons. 423. col. 2. versic. secundò videndum est. vol. 1. secundum impressionem Papiens. Iaf. cons. 227. col. 6. versic. septimò facit, lib. 2. Felin. in c. super eo. num. 5. de offic. delega. ex quibus omnibus suprà dictis videbatur dicendum, præfati D. Comitis petitionem iure comprobatam, & propterea dictam vniuersitatem ad petita esse condemnandam.

In contrarium verò pro vniuersitate dicitur, non esse probatam Comitis intentionem, quoniam stantibus actis, prout stant, non constat de aliqua legitima ratificatione vniuersitatis, non quidem ex prædictis precibus, & gratia subsecuta, cum ex eis non videatur probari aliqua ratificatio expressa, siue tacita præcedentium delictorum, quæ obesse possit ipsi vniuersitati: non enim expressè fatentur supplicantes rata habuisse crimina perpetrata, sed narrant, quòd ex eo, quod ipsi supplicãtes tam coniunctim, quàm diuisim conuersati fuerunt, & colloquia habuerunt cum delinquentibus, rata habuisse videntur gesta per dictos homicidas, & delinquentes, & sic
12 impropriè, † cum verbum, Videtur, de sui natura improprietatem, & fictionem importet, d. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi armata. Barto. in l. si is, qui pro emptore. num. 5. ff. de vsucap. Felin. in c. vt famæ. de senten. excommun. Quinimò, in precibus prædictis expressè negant vniuersitatem in aliquo deliquisse, vt in illis verbis, Quamuis ipsa cõmunitas deliquisse nõ censeatur. Item in illis verbis, Quatenus vniuersitas deliquisse comperiatur, quod tamen non arbitrantur, quo fit, vt propterea non obstet l. cum precum. C. de liberali ca. cui potest etiam responderi vltra alias limitationes, de quibus per Riminaldum in l. conditioni, in tertio notabili. C. de institutio. & substitutio. & Iaf. in d. §. si minus. colum. 2. Instit. de actio. limitari, non habere locum ante litem con-
13 testatam: † quia tunc narrata in libello siue precibus non inducunt probationem, siue confessionem, cum pars possit pœnitere, & se corrigere, seu emendare, ante litem contestatam, Bald. in authen. qui semel. col. 2. C. quomodo & quando iudex. Socin. cons. 41. colum. penult. & cons. 244. colum. penult. versicu. præterea non præiudicat, post Bart. in l. ex hac scriptura. ff. de donat. & alios per eum relatos. Portius in suis commun. opinio. conclus. 13. lib. 1. limita. 4. post Purpu. Alex. & alios in locis per eum relatis: quorum tamen dictum limitat procedere Felin. in c. significantibus. col. 8. vers. fallit octauò, de libel. obla. in verbis narratiuis seu enunciatiuis: secus, in verbis dispositiuis, quia tunc dicit confessionem reuocari non posse, nisi probato errore, l. error, cum materia. C. de iur. & fac. ignor. quæ limitatio fuit Alexandri, in l. edita, in primo nota. C. de eden. quem tamen improbat, & bene iudicio meo, Curt. Iunior ibi. num. 34. & sequent. vbi latè hunc articulum disputat, & maximè, vbi verba narratiua sunt necessaria in actu, de quo agitur, argum. l. optimam. C. de contrah. & committen. stipul. Portius in suis commu. opin. loco proximè citato, limita. 1. post Dec. Maria. Socin. & Iaf. in locis per eum relatis. Et faciunt adducta per Carrer. in sua practica, in principio. num. 121. vers. limitate, nisi fuisset reuocata. & per Felin. in c. de hoc. num. 1. de simonia. cum itaque proponatur, reuocatam fuisse dictam confessionem ante litem contestatã, quia vniuersitas in hoc iudicio negauit proposita domini Comitis, & se deliquisse: ergo super ea fundamentum fieri non potest.

Responderi etiam potest, dictas preces fuisse de dicto Anno 1529. porrectas extra iudicialiter respectu fisci Ducalis, non au-
14 tem respectu D. Comitis, † quo casu eidem prodesse non possunt, l. fin. ff. de interrog. actio. iuncta regula C. res inter alios acta, &c. latè Hyppol. in rubr. de probatio. num. 80. & sequen. & in additio. ad Guido. Pap. d. quæst. 254.

Nec aduersatur, quod idem Hyppol. dicit in d. rub. num. 95. quia in casu nostro exhuiusmodi ratificatione non inducitur probatio alicuius actus, ex quo possit acquiri obligatio absenti, vt suprà dictum fuit, & inferiùs clariùs demonstrabimus: ex quibus etiam patebit, non obstare dictum Iasonis in d. l. cum te transegisse. numer. 12. C. transactio. Non mouet cap. per inquisitionem, de electi. quia, vt dicit ibi Abb. colum. penult. versic. item limita. quem sequitur Felin. in c. at si clerici. num. 6. de iud. illud procedit, vbi agitur criminaliter, secus, vbi agitur ciuiliter, vt in casu nostro.

Non etiam obstat, quod dicitur, huiusmodi ratihabitionem probari ex gratia mediante pecunia, l. Athletas. §. final. & l. sequent. ff. de ijs, qui nota. infam. Barto. & Iaſ. in d.l. tranſigere. C. de tranſactio. quia intelligi debet, quando pecunia ſolueretur in caſu, in quo prohibita eſt tranſactio, ſecus, quando ſolueretur in caſu, quo eſt permiſſa, vtputa, in caſu exigente pœnam ſanguinis, vel aliam ſimilem grauem, prout in caſu noſtro, ſi vniuerſitas deliquiſſet,
15 † cum propter rebellionem prædæ dari, & ſolo æquari poſſet, Felin. in c. dilectus. el. 2. num. 4. de ſimonia. imò pro crimine læſæ maieſtatis commiſſo nomine vniuerſitatis poſſent ſingulares perſonæ decapitari, Alexan. conſ. 13. num. 9. & 10. volum. 6. Felin. in c. grauem. de ſenten. excommun. Brun. d. conſ. 28. colum. 2. & diximus ſuprà deciſ. 90. num. 2. Nam tunc ex huiuſmodi ſolutione non induceretur confeſsio, argu. l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante ſenten. mortem ſibi conſciuerunt. Ita expreſsè Alberi. Bald. & Salycet. in d.l. tranſigere. colum. 2. & penult. & Paul. de Caſt. num. 7. Vel reſponderi etiam poteſt, legem illam intelligi de tranſactione, quæ fit inter accuſatorem, & accuſatum ſine licentia iudicis, ſecus, ſi fiat cum ſuperiore, vel de eius licentia, Paul. de Caſtro ibi. num. 2. Præterea attenta forma ſupplicationis, in qua negatur, expreſsè vniuerſitatem deliquiſſe, non poteſt quicquam contra ipſam inferri, nec locum habet diſpoſitio dictæ legis tranſigere, ſecundum Alexand. ibi in fin. & Iaſonem. num. 20. Abb. in c. cum ab omni. colum. 2. verſic. in gloſ. 1. de vita & honeſta. clerico. Feli. in c. dilectus, el primo. de ſimonia. pulchra gloſ. in d.c. venerabilis. §. ſunt enim. in verbo, Poſtulauit, de electio. per text. in c. final. diſtinc. 5. dicens, bonarum mentium eſſe culpam ſuam agnoſcere, vbi culpa non eſt, Felin. in c. Apoſtolicæ. colum. penul. in
16 fin. de exceptio. † concludens, abſolutionem aliquando peti ad cautelam, licet quis excommunicationem non incurrerit, poſt Bartol. in l. decem. num. 7. ff. de verborum obligatio. & in terminis veniæ impetratæ: idem Felin. in c. literas. colum. 4. num. 19. de præſumpt. Alexan. conſ. 70. colum. penult. num. 10. lib. 1. dicens, poſt Ang. quem refert in l. fi. ff. de prætorijs ſtipula. quòd ille, cuius miſericordiæ, vel gratiæ me commiſi, niſi mihi gratiam, vel miſericordiam faciat, debet me in priſtino ſtatu reponere, Abb. in c. exhibita, in fi. de homicidio. vbi per illum tex. & poſt gloſ. & Hoſtien. affirmat, quòd in tribus caſibus petens veniam non videtur fateri delictum. Primò, ſi extrajudicium, & non ſolemniter petatur. Secundò quando ad cautelam petitur. Tertiò, ſi ſit petitio conditionalis, vtputa, ſi dicat, Non puto hoc feciſſe, ſed ſi in aliquo deliqui, peto veniam: tunc enim nõ fatetur delictum & in tracta. de crimine læſæ maieſt. incert. auctore. §. penult. num. 5. poſt Roman. in l. in principio. & ibi Alex. in ſecundo not. ff. de oper. noui nunc. Iaſon in d.l. decem. num. 50. ff. de verbo. obligat. poſt Bartol. & Alex. ibi Hyppol. in ſua practica, in §. diligenter. num. 180. Pariſ. conſ. 1. num. 58. vol. 4. Afflict. in tit. ſi de feud. fue. cont. int. dom. & agn. in §. naturales. in 4. not. & in tit. quæ ſint regalia. in verbo, Et bona communia. crimen læſæ maieſtat. verſ. an autem ſententiæ. quens. num. 146. Itaq; cum in caſu illo reditionaliter venia petita ſit, ex ea nondùm tat confeſsio delicti.

Cæterùm, dato citra veritatis præ cium, quòd legitimè conſtaret, vniuer tem Creſcentini rata habuiſſe prædicta licta: adhuc tamen dicendum eſt, dictam niuerſitatem ex huiuſmodi ratihabitio non obligari erga hæredem interfectoris quia non conſtat, prædicta crimina fu commiſſa nomine vniuerſitatis, nec q ipſa vniuerſitas ea rata habuerit, tunc
17 eius nomine geſta: † quod requiritur ad vt ex huiuſmodi ratihabitione induca obligatio, quia non ſufficit, quòd ſit geſt nomine vniuerſitatis, cum illa poſſit care, tanquam ſic geſta: non autem tan geſta nomine vniuerſitatis; ita Ba in l. 1. num. 9. C. qui admitti. gloſ. com ter approbata in l. 1. §. ſed etſi cum c verbo, Ratum. ff. de vi, & vi armata. ibi ſequitur Bartol. & illam ſingulari cit Angel. in l. non ideò minus. C. de & ibi Bald. & Salyc. num. 3. Bal. in l. uare. §. poſt hæc. colum. 5. verſic. decim tio quæritur. ff. de offic. proconſulis & gati. Paul. de Caſt. conſ. 423. num. 2 quent. volum. primo, ſecundum imp nem Papienſem, Corne. conſ. 224. c volum. 4. Hierony. Tort. in conſ. filia Butrij, num. 3. qui Doctores tur in ratificatione vniuerſitatis, gl Clem. prima, in verbo, Rata, de pœnis reri. in ſua practica in §. circa igitur num. 195. Angel. in tract. de maleficio bo, Et Sempronium Rudolph. Aretin. conſ. 165. col. 4. Dec. conſ. 2. & 3. & in d.l. ſemper qui non pro numer. 10. & 11. & ibi Cagnol. num.

reg. iur. Petrus de Anchar. in c. ratihabitionem. colum. 2. in fin. versic. secundò quæro de reg. iur. in 6. dicens post glos. quam refert in d. l. non ideò minus. quòd ratihabitio mandato æquiparatur, quando quis ratum habet delictum suo nomine commissum, prout suo nomine factum est: si autem non, vt factū est suo nomine, sed tanquam delictum contra illum commissum, fortè sibi maleuolum gaudet & letatur, tunc ex hoc non tenetur, tanquam ratum habeat, argu. eius quod dicitur, quod quandoque quis approbat factum, sed non qualitatem facti: & quandoque quis approbat sententiam vel latā, sed non tanquam benè latam, l. 3. §. falsus. ff. rem rat. haberi. & argu. l. cum interdictæ. C. arbit. tutelæ. Felin. in c. mulieres. num. 4. de senten. excommu. per tex. in c. ratum, de reg. iur. in 6. & ibi Philippus Franc. Bertrand. cons. 200. num. 9. in fi. vol. 3. melior text. & ferè in terminis in c. cum quis, de senten. excommun. in 6. & ibi glos. pen. loquens de ratificatione resultante ex receptione, & communicatione sequuta, Bal. in d. l. obseruare. & Felin. in c. afferte. num. 11. de præsump. Innocen. in c. grauem, de senten. excommunic. Firm. in suo repertorio, in verbo, Ratificatio. nu. 61. vbi istud verum esse dicit, iure fori, secus iure poli, quia eo iure ratificans tenetur, etiamsi ratificet non suo nomine factum, glo. sing. in d. c. cum quis. in verbo, Tuo nomine, de senten. excommun. in 6. & dicit Salycet. in d. l. non ideò minus. num. 34. C. de accusa. quòd

8 † ad sciendum aliquid fuisse gestum nomine alicuius, necesse est, quòd in ipso actu gestionis ipse asserat se facere nomine illius, cuius nomine actum gerit, arg. d. l. 1. §. quoties. ff. de vi, & vi armata. & l. si pupilli. §. item quæritur. ff. de neg. gest. Dec. d. cons. 437. num. 2. vbi expressè ait, vniuersitatem ratificare non posse, quod eius nomine gestum non est.

Non obstat, quòd etiamsi non appareat, crimina fuisse commissa nomine vniuersitatis, nihilominus communitas sibi præiudicauit, l. si fundus. §. 1. ff. de pig. Quia huiusmodi præiudicium non operatur, vt propterea possit vniuersitas ex ratificatione obligari, & conueniri. Bar. in d. l. 1. §. sed etsi cum quis. ff. de vi, & vi armata. & in d. l. si fundus. §. 1. num. 1. ff. de pigno. Salyc. in d. l. non ideò minus. num. 31. C. de accusar. Philippus Franc. in d. c. ratum. num. 2. Dec. in d. l. semper, qui non prohibet. numer. 11. & cons. 281. num. 2. Felin. in c. sicut. el 2. col. fin. vers. fallit primò, de simonia. Præterea illud, quod dicitur, ratificationem non gesti nomine alicuius valere in præiudicium ratificantis, verùm illud est in contractibus, secus autem in delictis, secundum Petrum de Anch. in d. c. ratihabitionem. col. 3. vers. no. vt dixi, de reg. iur. in 6. post Cynum: quem refert in d. l. non ideò minus. C. de accusa. & ratio diuersitatis in promptu est, quia contractus non meo nomine celebratus non produxerat secum plenum effectum, ideò ratihabitio supplet illum defectum, ex quo poterat contractus ille irritari: sed delictum non cōmissum nomine meo fortitum erat plenum effectum, & in eo ratihabitio nihil addit, & nihil operatur.

Non obstat dictum Ang. in d. l. Iulianus. ff. qui satisd. cog. quia debet intelligi, quando actus erat factus nomine ratificātis, aliàs malè loqueretur, & contra regul. d. c. ratum. & c. ratihabitionem, de regu. iur. in 6. quæ communiter intelliguntur de ratificatione actus facti nomine ratum habentis: & ita loquitur Oldra. d. cons. 199. supra allegato, item requiritur, quod simul congregati, tanquam in vniuerso ratificauerint, Corn. cons. 224. litera S. vol. 4. Dec. cons. 437. nu. 2. & 3. repetito in cons. 672. Abb. in c. irrefragabili. num. 3. & ibi Zach. & Ant. Franc. in apostil. de offic. ordina. præsertim quando delictum non habuit successiuam causam, vt infrà dicetur.

Non obstat consilium Ias. 139. vol. 4. quia contrarium tenuerunt Paul. de Cast. d. cons. 423. Corn. d. cons. 224. Aret. cons. 163. Socin. cons. 20. inter consilia Curtij Senior. Hiero. Tort. in suo consil. post consilia Butrij. Vel potest dici, Iasonem non aduersari casui nostro, quia quoad homicidia, incendia, & bonorum exportationem, omnia eadem nocte commissa, vt preces referunt, non possunt dici delicta habentia tractum successiuum: igitur in eis locum habere non possunt dicta Iasonis, & aliorum per eum allegatorum, qui loquuntur de delictis habentibus tractum successiuum.

Quo verò ad alia delicta, inde forsan subsequuta, de eis non constat in actis, nec de aliquibus damnis eorum occasione factis. Præterea Iason fundat intentionem suam, primò super dictis Anchar. cons. 158. num. 11. & sequent. qui mouetur ex l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. quam ad hoc notat,

19 † quòd ex delicto prælati ecclesia tenetur: de qua materia tractat Paris. in c. cum venerabilis. num. 52. de exceptio. Nam si capiamus l. iubemus nullam. ex ea hoc non probatur, nec in textu, nec in glossa: imò con-

contrarium potius probatur, vt in glos. finali in fin. Si verò capiamus l. iubemus nulli. nec etiam ipsa hoc probat, imò potius contrarium, vt in §. œconomus. iuncta glo. in verbo, Passus, vbi prælatus tenetur de facto subditi, d. c. cum venerabilis, de exceptio. Paul. de Castro in d. cons. 423. num. 26. Allegat secundò text. in c. cum dilectus de ordin. cognitio. qui etiam non probat, imò glos. in verbo, Ipsius dolum: super quo forsan Anchar. fundat dictum suum, probat contrarium, dum præsupponit, quòd delictum prælati ibi nocebat ecclesiæ: quia totus conuentus ab initio consenserat: vel ex post facto ratificauerat, & sic nō ex facto prælati, sed ex proprio consensu, vel ratificatione afficiebatur conuentus: † quibus cessantibus delicta suos tenent auctores, c. si episcopum. 16. quæstio. 6. l. sancimus. C. de pœnis. §. quoniam, in authen. vt nulli iudic. liceat habere loci seruato. & hoc etiam voluit Anchar. dicto cons. 158. Tertiò dicit Anchar. † quod subditi, seu vniuersitates tenentur resistere dominis notoriè delinquentibus, aliàs videntur participes delictorum, & eorum vitia venerari, c. quantæ, de sentent. excom. c. sicut dignum, de homicid. cap. si quis presbyterorum, de reb. eccles. non alienand. cap. admonendi, & c. negligere. 2. quæstio. 7. ergo multò magis tenentur resistere alijs communicipibus priuatis pro defensione domini, seu rerum eius, ad cuius defensionem, seu tuitionem iure fidelitatis, & subiectionis tenebantur, & sic deliquerunt omittendo: quo casu non requiritur deliberatio consilij, vt dicit Iason in d. l. ciuitas. num. 4. ff. si certum petatur. Quia si accuratè videantur iura suprà adducta, & maximè c. quantæ. & c. sicut dignum. & c. negligere. quæ videntur idem dicere, videlicet, quòd non careant scrupulo societatis occultæ, qui cum possent, manifesto facinori desinunt obuiare: hæc, inquam, iura præ se ferunt responsionem propter verbum, Possint, quod glos. in d. c. quantæ. in verbo, Interpretamur. versic. sed hoc ita. generaliter interpretatur ratione potestatis, vt quia delinquens aliquo respectu, sit sub eius potestate: & sequitur ibi Felin. num. 2. † vel ad eius officium spectat prohibere, & possit Dec. in l. culpa caret. ff. de regu. iur. & ibi Cagno. & videtur de mente eiusdem Anchar. in d. cons. 158. num. 3. & 13. & sequent. Paul. de Castro in d. cons. 423. num. 28. vbi expressè dicit, quòd scientia vniuersitatis ei non imputatur, quando huiusmodi scientia non habet patientiam: quod contingit, quando vniuersitas non potest prohibere, nec cohercere ad restituendum ablata. Facit text. in l. nullum. ff. de reg. iur. & quod in fin. dicitur de vasallo, † qui tenetur dominum defendere, & non defendit, quòd amittit feudum, quia hoc intelligitur, si potuit, in tit. de feudo sine culpa non amittendo in fin. & in titu. quæ fuit prima causa beneficij amitten. §. sed non est alia. Et est pulcher text. in l. omnes. §. final. ff. de re milit. vbi, qui præpositum suum non protexit cum posset, in pari causa factori habendus est, si resistere non potuit, parcendum ei, & in l. 1. §. occisorum. versic. quia tamen ff. ad Senatusconsult. Syllania. l. cum dominus, eodem titul. Nec obstat, quòd vniuersitas ex eius officio tenebatur tueri dominum, & eius bona, vt suprà dictum est: hoc verum est, si sciuisset prædicta damnosa debere committi, & potuisset prohibere, & non prohibuisset, sed cum nescierit, & dato, quòd sciuerit, prohibere tamen non posset, caret omni culpa, & omnino, d. l. culpa caret. Oldrad. cons. 315. vers. non obstat, si dicatur vniuersitatem reus &c. † Ignorans enim contemnere non dicitur, l. si ignorans. ff. loca. nec delinquere. l. ex maleficijs. §. longius. & ibi gl. de actio. & obligatio. nec etiam patiendo, siue in non impediendo actum ex quo nimirum, si [illegible] dum. Sed delictum [illegible] est delictum [illegible] factum: ergo [illegible] & propositionem [illegible] vniuersitas teneatur, quæ requiruntur, quatenus grata, hactp [illegible] deliberato consilio [illegible] rit sciens, & prohibere potuerit: idem [illegible] Gramma. decis. 47. in principio, post [illegible] in locis suprà allegat. & Corne. in cons. viso processu. volum. 1. quod maxime cum habet respectu delictorum nocturno pore, & sic clàm factorum, quorum ignorantia præsumitur, Barto. in d. l. 1. §. occisorum. num. 2. ff. ad Syllania, quem refert & sequitur Roman. cons. 7. versic. primum. §. occisorum. quod præsertim milites dormientibus ea nocte à loco Crescentini, concludit Roman. dicto cons. 7. versic. quam argumento eius, &c. post Alberi. per eum relatum, qui omnino casum nostrum decidit: sequitur Alexand. in d. §. occisorum. Hinc dicimus, quòd statutum disponens communitatem teneri de roboria, & cum non habet de roboria clàm ei non [illegible] tem[illegible]

tempore facta, sed de robaria palam facta secundum Angel. in l. si serui vestri. per illum text. C. de noxa. de quo latè per Barba. cons. 17. colum 4. in 2. dubio lib. 2. post Bar. quem refert in l. si quis in graui. §. subueniturr. ff. ad Syllania, & in l. si ideò. C. eod. tit. & maximè, cum proponatur in facto, ex hominib. dicti loci Crescentini maiorem partem tunc solere habitare extra locum Crescentini in agris. Et dato quod die sequenti sciuerit vniuersitas, attamen amplius prohibere non poterat, nec resistere, cum delicta iam essent commissa & consumata, pulchra glos. in d. c. negligere 2. quæst. 7. item
26 debet intelligi, † si commodè, & sine periculo, ac scandalo potest resisti, Deci. in d. l. culpa, in fin. & Cagno. num. 8 & seq. Felin. in c. 1. num. 5. de offic. deleg. Aret. in d. cons. 163. colum. penult. versic. præterea, Socin. d. cons. 20. col. 21. versic. circa quintam & vltimam, inter consilia Curtij Senioris. Præterea Anch. in d. cons. 158. loquitur per verbum, credo, imò num. 14. dicit, opinionem suam esse nimium rigorosam. Allegat etiam Iason Salyce. in l. 1. C. de seditio. qui nihil dicit de delicto habente tractum successiuum, sed tantum de delicto in omittendo, vt in eo non requiratur conuocatio, quod verum fateor, quia delictum in omittendo, siue in non faciendo non requirit aliquem actum extrinsecum, sed per se stat, ideò nimirum, si non requirit conuocationem. Sed delictum resultans ex ratificatione, est delictum in faciendo, cum ratificare sit factum: ergo requirit conuocationem,
27 & propositionem, † cum regulariter ad hoc vt vniuersitas teneatur ex delicto commisso requiritur, quod solemniter fuerit congregata, fiatq; propositio, & subsequatur deliberatio consilij, Bart. communiter approbatus in d. l. aut facta, §. nonnunquam Curtius Iunior cons. 174. numer. 33. & cons. fina. in fi. Dec. cons. 221. num. 2. versic. & hoc confirmatur Socin. d. cons. 20. col. 20. versic. præterea, Oldrad. cons. 315. num 3. Corne. d. cons. 224. litera K. volum. 4. Hyppo. in sua practica in §. constante, numer. 47. & hanc esse communem opinionem dicit Baptista Villalobos in suis commu. opin. litera V. num. 46. post Curt. quem refert cons. 175. num. 9. in fine & nouissimè eandem communem etiam esse attestatur Iul. Clar. lib. 5. senten. iur. §. fi. quæst. 16. vers. vlterius quæro post Alb. Abb. summam sylueſtrinam &
28 plures alios quos refert. † Cum igitur non probetur ea delicta fuisse facta nomine vniuersitatis, eamq; sciuisse, & potestatem in ipsos delinquentes habuisse, potuisseq; prohibere, quorum probatio domino Comiti incumbebat, argumento nota. per Bar. in l. si ab hostibus. §. si vir. vers. quærit glos. ff. soluto matrimo. & in l. idem erit. ff. pro socio. Alex. cons. 123. num. 2. & 3. lib. 7. Rui. cons. 12. num. 8. vol. 5. Dec. d. cons. 437. num. 3. vbi ait talem scientiam vniuersitatis debuisse articulari, & probari, & clariùs Iason cons. 46. num. 2. vol. 3. dicens, quod in delictis in omittendo necesse est constare de scientia inculpati. Cum itaque probatum non sit, nec constet, sequitur, quod ex prædictis delictis communitas non obligetur. Oldra. d. cons. 315. Paul. de Castro d. cons. 423. col. 4. & penult. Aretin. d. cons. 163. col. penul. Hieron. Tort. in d. suo cons. Bart. in d. l. aut facta. §. fin. num. 10. Corne. d. cons. 224. col. 4. & sequent. vsque in fin. vol. 4. vbi plura ad materiam nostram scribit. faciunt dicta per Decium cons. 221. num. 10. vbi id, quod dicitur patientiam cōmunitatis haberi loco mandati. l. qui patitur. ff. mand. locum habet, si id, quod patitur, fiat nomine vniuersitatis Paris. cons. 21. numer 31. & seq. vol. 4. vbi dicit, quod omnia erant gesta nomine vniuersitatis, & ita intelligi debet Iason in d. cons. 139. quoniam iura per eum allegata, secundum quæ intelligi Iason debet, iuxta Bartol. in l. non solum. §. liberationis. ff. de liberatio. legata, loquentia de ratificatione, semper præsupponunt actum factum nomine ratificantis, vt in l. 1. §. defeciſſe, & ibi glos. ff. de vi & vi armata, glos. in d. c. cum dilectus de ordin. cognitio. Innoc. in d. c. grauem de senten. excom. quæ iura allegat Bartol. in d. l. aut facta, & aliter intelligendo diceremus contra regulam c. ratum, de regul. iur. in 6. vbi ratum habere non possum, quod meo nomine gestum non est. Et dum Ias. prædicta iura in princ. secundæ columnæ ad hoc allegat, quod ex quo in casu suo bona fuerunt deprædata in palatio vniuersitatis sito in loco eminenti, & propter hoc facilè in omnium notitiam pertransisse: ergo homines patiendo, & sic ratificando videri deliquisse, & proinde vniuersitatem teneri. respondetur illa iura non probare Iasonis dictum, nec consequentiam esse bonam, deducendo hoc modo, Delictum aliquod fit in loco eminenti, seu publico, vt in platea, quod facilè in omnium notitiam pertransire potest: ergo omnes in vniuerso tenentur: ita tradit Paul. de Castro in d. cons. 423. numer. 28. vbi dicit, scientiam vniuersitatis ei non imputari, si non potest prohibere, nec co-

gere

gere ad restituendum, d. l. culpa caret. Sed in casu nostro communitas prohibere non potuit, facta ea nocte, vt suprà demonstrauimus: ergo scientia ei non nocet.

Nec aduersantur, quæ dicit Iason, col. 2. versic. non obstat. quòd, ex quo statim post rapinam ciuitas rebellauit contra Regem, dicitur etiam fuisse rebellis tempore, quo bona fuerunt rapta, argumento notatorum per Bar. & Angel. in l. si ventri. §. eorum. ff. de priuileg. credito. sic in casu nostro, ex quo die sequenti supplicantes miserunt captum gentes exteras, & se fortificauerunt in dicto loco, ex quibus induci videtur rebellio contra ipsum Comitem, sequitur, quòd etiam censeri debeant rebelles tempore dictorum homicidiorum, & bonorum raptorum. Quia, primò negatur ex illis verbis, probari aliquam rebellionem contra Comitem. Nam ita leguntur, & in crastinum mandauerunt captum gentes exteras pro custodia loci, & sese in eodem loco fortificassent, ne ab aliquibus offenderentur: ex quibus verbis alio non facto, non potest dici, quòd probetur rebellio, cum illa introductio gentium exterarum, & fortificatio facta fuerit pro custodia loci, & ne ab aliquibus offenderentur: non autem, vt domino Comiti resisterent, aut
29 eum à loco excluderent, quo fit, † vt legitimè facta dici possit prædicta introductio ad custodiam, & defensionem, l. vt vim. ff. de iustitia & iure. Oldrad. latè cons. 71. & in similibus terminis, Socin. consil. 20. colum. 14. versic. quod verò Laurentius. inter consilia Curtij Senioris. Iason consil. 86. numer. 1. volum. 3. Bertrand. dicto cons. 200. num. 10. volum. 3 Nec hactenus legitimè apparet, quòd ipsi domino Comiti resistiterint, ne reciperetur in eum locum. Et dato, quòd de resistentia constaret inde per aliquot dies facta, & sic de rebellione subsequuta, non propterea inferri potest necessariò, quòd tempore homicidiorum, & bonorum raptorum essent rebelles, & per consequens, teneatur vniuersitas prædicta
30 damna refarcire, † cum in delictis ex præsenti regulariter non præsumatur in præteritum, latè Alciat. de præsumptio. reg. 2. cap. 26.

Nec obstant nota. per Bart. & Angel. in d. l. si ventri. §. eorum. ff. de priuileg. credito. cum alijs allegatis per Iasonem: quia ibi præcesserat actus illius, contra quem præsumitur, actu statim subsequuto, vt donatio omnium bonorum, & alloquutio ad aurem: sed in casu nostro nullus omnino actus ab vniuersitate fuit gestus ea nocte, contra quem ex rebellione subsequuta
31 ducatur præsumptio. Fateor tamen, † si ex dictis rebus deprædatis aliquæ ex lo administrantium peruenissent in vtatem vniuersitatis, præsumerentur à cipio facta eius nomine, & de eius mato, proinde teneri vniuersitatem, d. l. ex dolo. §. 1. ff. de dolo malo. & d. l. 1. §. ergo adijcitur. ff. de vi & vi armata. quara allegat Bartolus in d. §. nonnunq num. 10. post Innocent. in d. c. grau. quuntur in delicto successiuo, vt etiam monstratur exemplo Barto. de retent Castri per vniuersitatem, quæ retenti supponit actum successiuum. Et exempla non restringant regulam, illamen declarant: Instit. de grad. affin §. hactenus. Nec repugnat Bartolus nioni nostræ, cum loquamur de momentaneis: ipse autem de delibentibus tractum successiuum: Aretin. d. cons. 163 colum. antepen. Afflict. d. decis. 376. num. 4. Paris. 21. num. 35. Anchara. d. cons. 158. num. & 15. vbi tamen hoc restringit debere ligi, vt vniuersitas teneatur, scilicet tum est facta locupletior: quem refsequitur Afflict. in additio. ad prædi decisionem 376. & hoc verum, si uenerint ad vniuersitatem extradition linquentium, aliàs secus: Aretin. d. 163. col. antepen. in fin.

Nec est impedimento, quod in precibus dicatur, quòd habita noctorum homicidiorum, & delinocte factorum multi accesserunt tium ipsorum dominorum interfi ad capiendum de bonis in pallatio tibus, ipsaq; bona rapuerint, & exuerint. † Quia ex hoc non sequitur
32 vniuersitas deliquit. Dec. in d. cons. 1. Oldrad. d. cons. 315. num. 2. Nam quidem multi, sed omnes homines de vniuersitate iuissent, & exportasset na, non propterea diceretur vniuersitas exportasse, & deliquisse, nisi probatum iuisse ex proposito, & deliberato animo Curtius Iunior d. cons. 174. num. 8. dicta bona fuissent exportata nomine vniuersitatis ratam habuisset dictam exportationem congregato consilio, vel aliquo vniuersitatem aliquid peruenisset, secundum Bartol. in d. §. nonnunquam. colum. fin. & Dec. d. cons. 437. num. 2. & 3. cum suprà proximè allegatis: & ideò non est argumentum, quod aliqui vsi sunt

ceere, quod exquo nescitur quis exportauerit prædicta bona, propterea vniuersitas, quę nō deliquit, teneatur illa restituere, adducens pro eorum opinione dicta Io. de Anna. & Abb. in c. dilectus, de simon. qui hoc non dicunt, † imò præsupponunt, quod ad hoc, vt communitas obligetur ex aliquo delicto, præcedere debeat delictum, aut saltem culpa ipsius vniuersitatis: sed eorum dictum probari potest ex adductis in cons. 65. in fine inter consil. Calcha. quod tamen non militat in casu nostro, quia ex processionibus parte domini Comitis productis apparet de homicidiarijs, & raptoribus bonorum, ex quorum delicto non debet ipsa vniuersitas teneri, vt iam dictum fuit, & concludunt Paul. de Castro in d. consil. 423. Aret. d. cons. 163. & alij omnes suprà relati. Facit reg. l. sancimus. C. de pœnis. c. quęsiuit, de ijs, quæ fiunt à maiore parte ca. & §. quoniam verò. in authen. vt null. iud. Afflict. in constitutio. regni. §. si damna clandestina, in princ. pro. & pro vniuersitate, quòd non teneatur ad damna illata de nocte, facit decisio Bart. & Baldi, & Angeli in d. l. l. §. occisorum. ver. si autem damnum. 4 vbi ait, † quòd stante statuto, prout est Bononiæ, quod villæ teneantur custodire eorum territoria, & emendare damna, cum ignorantur damnum dantes, non propterea tenetur villa de damno dato de nocte, vel in gentium multitudine, quam non potuit reparere: Dec. cons. 64. colum. 3. cum alijs adductis suprà nume. 24. Ergo multò magis, vbi non extant statuta, vt in casu nostro, cum simus in iure communi, quo villa non tenetur ad emendationem damni, vt notant Deci. & Cagnol. in d. l. culpa caret. & expressè Roland. de Curt. cons. 64. nu. 1. & 12. inter cons. Cal. hanci. His famulantur, quæ scripsi suprà Dec. 88. num. 1. & duodecim. seq. nec repugnant, quæ in contrarium ibi adduxi propter diuersitatem facti, l. interpositas. C. de transac. Cum igitur legitimè non appareat ex actis, Comitem agentem esse hæredem quondam Comitis Richardi, cuius erant bona rapta, minusque appareat, delicta ea nocte perpetrata fuisse nomine vniuersitatis, nec etiam de rebellione proposita, quodue in vtilitatem prædictæ vniuersitatis aliquid peruenerit, vel retinuerit, dicendum videtur, vniuersitatem esse veluti factore non probante ab huiusmodi rapinis ea nocte factis absoluendam.

Quod verò attinet ad id, quod quęrebatur, an eidem Comiti liceat subditos delinquentes traducere ad locum sancti Ianuarij extra locum Crescentini? breuiter existimo, quòd non, arg. l. fin. ff. de iurisd. om. iud. & nota. per Dec. cons. 286. colu. 2. num. 3. vbi concludit, subditos non debere trahi extra eorum territorium, quia essent magis vexati & grauati litibus, & expensis: & ita fuit iudicatum per præstantissimos viros in hac causa à Serenissimo Duce delegatos, D. Petrinum Bellum, consiliarum, Amedeum de Ponte, Senatorē, Melchiorem Scarauellum, Regium Senatorē, & Franciscum Nucetum, qui dictam vniuersitatem à prædictis delictis absoluerunt.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quando quis dicatur habere ex pacto, & prouidentia primi inuestiti, & primi concedentis.*
2 *Vasallus habens feudum ex pacto, & prouidentia primi inuestiti, nihil potest facere in præiudicium successorum, quod intellige, vt nu. 13.*
3 *Partis appellatione venit quælibet pars, etiam minima.*
4 *Inuestituræ antiquæ probatio fit per eius tenorem in alia inuestitura relatum.*
5 *Comes in perpetuum inuestitus de Comitatu, dicitur esse Princeps, & ea in ipso Comitatu posse, quæ Imperator in suo imperio potest, intelligę, vt nume. 16.*
6 *Par in parem non habet Imperium.*
7 *Alienatio Rege facta cedens in magnam diminutionem Regiæ iurisdictionis, non valet, & potest reuocari, non obstante iuramento.*
8 *Successor Principis non tenetur stare ex noua causa contractibus antecessorum cum subditis initis.*
9 *Princeps priuilegia subditis concessa, ob eorum ingratitudinem reuocare potest.*
10 *Priuilegium mediante pecunia subditis concessum, an & quando Princeps reuocare possit?*
11 *Successores Principum, Ducum siue Marchionum, ligantur pacto antecessorum suorum.*
12 *Principi à contractu etiam præsumpto ex longæuo vsu, & continua obseruantia inducto recedere non licet.*
14 *Feudum concessum pro se, & liberis masculis, & hæredibus, dicitur esse mixtum, quo casu successor debet esse hæres vasalli defuncti.*
15 *Patris factum feudum gratis acquirentis pro se & filijs masculis non nocet filijs succedentibus.*
17 *Successor in feudo ordinariam habens potestatem à contractibus antecessorum sine causa recedere non potest.*
18 *Dignitas Vicariatus Imperij non confertur ex eo solo, quòd Imperator aliquē in inuestitura Vicarium nominet.*
19 *Clausulæ de plenitudinne potestatis, ex certa scientia, & motu proprio ius tertij non tollunt.*
20 *Clausula, Saluo iure cuiuslibet tertij facit contractū conditionalem.*
21 *Dispositio idem continens, quod ius commune, firmior redditur, & efficatior.*

22 *Priuilegia mera subditis concessa, an & quando reuocari possint.*
23 *Castrum siue oppidum se subijciens alicui domino, etiã certis tamen capitulis, censetur esse subditum, quoad illa capitula tantum, non quoad alia.*
24 *Contractus talis esse præsumitur, qualis per nomen appellationis profertur.*
25 *Subditi inferiorem dominum habere non coguntur.*
26 *Princeps reuocare non potest concessiones habentes perpetuam commensurationem cum re concessa.*
27 *Inferior Principe priuilegium datum reuocare non potest.*
28 *Contractus siue transactiones initæ cum Principe ab vniuersitate in remunerationem meritorum reuocari à Principe non possunt.*
29 *Fœnæ remissio inducitur per receptionem Canonis, siue census debiti nulla facta protestatione.*

DECISIO CXXXIX.

Successor in Comitatu, an ligetur transactionibus, conuentionibus, & pactis, ab antecessoribus suis cum subditis initis.

CONTINVANDO materiam suprà scriptæ controuersiæ, superest videre, quid ius statuat in secundo articulo, scilicet, an Modernus Comes successor in Comitatu transactionibus, seu conuentionibus prædecessoris ligetur? Et prima fronte videretur dicendum, non ligari: quia si attendimus formam inuestituræ Sigismundi Imperatoris, quam obseruare semper debemus, ca. 1. in fine, de duobus fratribus à Capita. inuesti. cum alijs adductis suprà decis. 23. nu. 2. & 20. quibus addo Dec. cons. 468. nu. 9. Soci. Iun. cons. 76. num. 108. lib. 1. Mo-
1 dernus Comes dicitur † habere feudum ex pacto & prouidentia primi concedentis, cum inuestitura sit facta pro se & liberis masculis, Isern. in cap. 1 §. hoc quoq; de successor. feud. Alex. cons. 26. nu. 4. vol. 5. quem refert & sequitur Decius cons. 185. nu. 2. & 4. loquens in inuestitura Dñi de Sabaudiæ. Affl. de prohibita feudi aliena. per Federic. §. præterea Ducatus. nu. 46. Dec. cons. 445. nu. 8. Soc. Iun. cons. 72. nume. 24. vol. 1. post Bart. Isern. & Alex. ac Decium, per eum re-
2 latos: † quo casu vasallus nihil potest facere in præiudicium successorum, dict. cap. 1. de success. feud. & glossa ibi, in verbo, Inuestiri, glos. fi. in titulo, Qui successo. feudo. dare tenen. vbi Isern. in fin. & Lauden. colum. 2. Præpos. num. 5. Afflic. colum. 16. versicu. secundus casus, & in præludijs feudorum. col. 28. & alij cumulati à Pari. cõs. 23. nu. 147. quibus conuenit text. in l. eum, qui. ff. de in-
terd. & relegat. vbi ea, quæ à genere, vel Principe, aut ab ipsa rerum natura proueniunt, debent liberis remanere incolumia & in transactione, facta per vasallum, quæ non præiudicet successoribus in feudo, net Decius cons. 185. num. 5. post Aluaro cap. si vasallus de beneficio. colum. fin. feud. fuerit controuersia inter domin. agnat. vbi Afflic. nume. 45. Iacob. à Sancto Georg. in sua inuestitura, in verbo, Et cum pacto de non alienando. nume. 12. Cumã feud. in quarta parte, in prima regula, vers. septimò principaliter quæro, in fin. Tra. quell. de iure primogenit. quæstione 26. numero 5. quæstio. sequent. numero prime & 13. Et hæc procedunt, etiamsi tantum alicuius partis feudi fuerit facta transactio, argumento capit. Imperialem, versicul. nihilominus, de prohibita feudi aliena. per Fe-
3 deric. ibi, totum vel partem aliquam. Totius appellatione venit quælibet pars minima, l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. vbi communiter Doctor. præsertim Raquel. in verbo, Omnia, & partem aliquam.

Nec obstat, quod dicitur, non constare de dicta inuestitura, nisi per inuestituram Imperatoris Sigismundi, de qua
4 tamen non constat, † quia cum per tenentem sit relata in inuestitura Moderni Imperatoris confirmantis, dicitur legitimè probata, Paris. cons. 23. numero octuagesimo primo, volum. 1. Rippa in l. si constante numero 10. ff. soluto matrimon. late Dec. decis. 247. numero 1. 2. & 3. Et dato, quod non probaretur, attamen dicetur Dominus Imperator de nouo dare, seu concedere, l. de adoptio. vbi Ang. ff. de adopti. Barto. & communiter Modern. in l. vnic. ff. de iurisdiction. omn. iudic. Roman. cons. 98. Deci. cons. 341. numero 7. & cons. nu. 8.

Secundò, pro hac opinione facit, quod Modernus Comes & sui antecessores acceptantur inuestiri de Comitatu in perpetuum,
5 † quo casu in dicto Comitatu dicitur ius posse, quæ Imperator in Imperio potest, vt latè concludit Afflict. in Rub. quæ. Regal. numer. 68. & sequenti. Cumulum. cons. 100. numero 3. post Doctor. per eum relatos, & in tract. de feud. in 2. parte. da quæstio. principali. char. 17. quod maximè procedere debet in casu nostro, cum dicti Comites fuerint inuestiti cũ potestate Imperatoria, Felin. in c. quę in eccle-
6 nu. 2. de constitut. quo fit, † vt antecessor cõtractus nõ liget successorem, quia pr

parem non habet Imperium, l.3.§.final.& l. sequen. ff. de recept. arbit. cap. innotuit. §. quamuis, de electio. gloss. fina. in l.digna vox.C.de legi.per illum textum.& Bald.in fine.& in l.1. in principio. ff. de constitution.Princip.gloss.in titul.de pace constan. cap.priuilegia.in verbo,Eadem obseruentur.& ibi Bald.in verbo, Amplius consueuerunt.numero primo & secundo.Pau. de Castro consi. 227. volum. secund. versicul. secundò,quia factum antecessoris.& colu. fin. versicul. Item non obstat. volum.primo.Iason consil.227.colum.finali.præcipuè in his, quæ sunt de Regalijs, quæ indistinctè per successores reuocari possunt, siue concessio de Regalijs sit in magnam, siue immodicam diminutionem status, vt concludit Bossius in suo tractat.titu.de Principe, in fine. & titul. de Regalijs. numero trigesimoquarto. post Felin. in cap.1. numero quinto.de probation.& in cap.ad audientiam.numero quinto.de prescription. Bald. & alios per eum relatos, Campezi. consil.2. numero 143. inter consilia Bruni. Socin. consil. 4. numero octauo & nono. volum.3. Deci. in dict. cap.1. columna 4. versicul.retenta communi, de probationi. cum alijs adductis per Portium libro quinto,commun.opinion.conclusio.18.amplia. 2.versicu.sed secus est.quibus accedit,quod inquit Bartol. in l. prohibere. §. planè. ff.
7 quod vi aut clàm. † quòd si Rex alienat aliqua,quorum alienatio esset in magnam diminutionem iurisdictionis Regalis, non valet, & potest reuocari, non obstante iuramento,cap.intellecto,de iureiurand. Sequitur Felin.in dict.cap.1.numero quinto. de probatio. Iason cons.7. colum.5 versicu. quartò adhuc. libro tertio.cum multis alijs relatis per D. Rolan. à Valle consi.2. nu.95. & 97.lib.1.

Tertiò, quia dato citra veritatis præiudicium, quòd dicta transactio afficeret
8 successores in Comitatu: attamen † Modernus Comes non cogeretur ex noua causa stare prædictæ transactioni, iuxta nota. per Felin.in cap.1.numero sexto. de probation.post Bald.in l.finali.ff. de Senat. Imol. & Anton. per eum relatos,concludentes, Principem infringere posse contractus, & priuilegia,etiam non subditis concessa ex noua, & iusta causa,vtputa propter ingratitudinem contrahentium, vt exemplificat Ioan.Crotus in l. omnes populi. colum.21. ff. de iusti. & iure. His concordant Bald.in l.digna vox, in fi. C.de legi.& Deci.in d.c. quæ in ecclesiarum.columna nona.versicu. secundò principaliter. & colum. decimasexta. Felin.in cap. nouit.colum.8.versicu. quartò limita. de iudic.Oldra.consi.65.nu-
9 mero octauo. † quod multò magis procedit in priuilegijs concessis subditis.gloss. in cap.decet.versicul.& nota,de regulis iuris,in 6. latè Alexand.consi.216.nu.decimosexto & vigesimosecundo, volu. secundo. Afflic. Deci.361. numero sexto.Sed in casu nostro constat de iusta causa, & ingratitudine ob homicidia, & rebellionē in quondam Comitem Richardum ab ipsis Crescentinatibus factam,propter quæ crimina dicuntur amisisse quæcunque priuilegia, quascunque Franchisias,& conuentiones, Bald. in l. 2. in fin. C. de libert. & eor.liber. quem sequitur Iason dict. consi. 227. colum. sexta.versicul.septimò facit. Ergo dictis transactionibus stare non est cogendus.

Nec obstat, quòd dictæ conuentiones legantur factæ mediante pecunia: ergo
10 ab eis recedi non potest. † Quia quando gratia, & priuilegium præponderat, tunc pecunia recepta non facit desinere esse gratiā, quæ pōt reuocari de plenitudine potestatis:vt in simili consuluit Socin.d.consi.4. numero sexto,septimo,& sequent.volum. 3. necnon numero 22. vbi dicit, quòd vniuersitas rebellando abusa est priuilegio suo.

In contrarium verò facere videtur tex. in cap.priuilegia.versicul.eadem obseruentur de pace constant.vbi Imperator vult eadem à successore obseruari, quæ ab ipso facta sunt:& licet loquatur textus in Imperatore, & sic in successore per electionem,in quo probabiliter dubitari potest ex notatis per Iserniam,in tit.Qui succes.feudum dare tene. columna fina. & ibi Laud.colum. secunda. & Præpos.etiam colum. secun-
11 da. Attamen † in his, qui per successionem admittuntur, vt in Regibus,Ducibus,Comitibus,& similibus,indubitanter concludendum videtur successorem antecessoris pacto ligari, & ratio diuersitatis esse dicitur: quia Imperator non transmittit Imperium ad successorem, sicut Comes Comitatum, saltem de consuetudine.Soc. in cons. 165.nu.2.9.& sequen.Afflic. de his,qui feudum dar. poss. colum. 4. versicu.quartum, & vltimum genus. Bartol. cons.72.colum. 2.versicu. 4. probatur. Et quòd successor in Regno, siue Comitatu teneatur obseruare contractus seu conuentiones antecessorum:tenet Bal.in d.tit.qui feud.da.poss.nu. 35. & in d.l. digna vox, in fin.C.de legi.vbi

dicit quod pacta, quæ hodie fiunt cum Regibus sub nomine suæ gen i porriguntur ad successores: quem refert & sequitur Pau. de Castro ibi, numero tertio. Alexand. consil. 124. colum. 1. versicu. ex quibus. volum. 1. vbi ait, Successorem in dignitate non posse contrauenire contractui, per antecessorem facto: Lauden. de Principe numero 127. Socin. consi. 10. numero 27. inter consilia Brun. Ioan. Iacobus de Leonardis inter consi. eiusdem Brun. consi. 114. numero 198. Socin. Iun. consi. 60. numero decimooctauo & 29. libr. 3. Felin. in c. nouit. colum. 7. versicu. aut verò priuilegium non stetit, de iud. in d. c. 1. numero primo, de probation. per illa iura: quem refert & sequitur Afflic. decis. 392. numer. 17. & Deci. 128. numer. 9. & sequen. ac deci. 2. numero secundo. Rod. sua allegat. 8. numer. 3. & sequen. Aug. Berous consi. 65. numer. 4. volum. 1. & consi. 138. numer. 18. & 19. volum. 3. Socin. consi. 32. numer. 7. Afflict. in d. titu. qui success. dar. tene. colum. 16. in principio. Iason. in l. 1. numer. 13. & 14. ff. de constitu. Princip. Et hanc opinionem dicit esse veram, & communem idem Iason consil 1. colum. 3. versicu. circa secundum dubium. volum. primo. & latiùs consi. 10. numero 1. & sequen. volum. 3. ac consi. 86. colum. 5. lib. 3. vbi loquitur in successore Pontficis, Crauet. cons. 241. numero 17. vbi multa ad rem hanc congerit Paris. consi. 2. numero 132. libro quarto. Roland. à Valle consi. 1. numero 42. 43. lib. 2. Boer. decis. 204. numer. 42. Natta consil. 636. nume. 13. lib. 3. & consi. 122. numero 3. libro 1. & nouissimè Portius libr. 5. com. opinion. d. conclusio. 18. amplia. prima: & eandem audacter tenendam dicit Neuiza. inter consil. Bruni consi. 12. numero 30. Campe. consi. 2. colum. septima. versicu. aliquando etiam inter cons. eiusdem Bruni, Iac. à Sancto Georg. in inuestitura, in verbo, Princeps. ver. sed an Princeps. Et multò magis hæc opinio sibi locum vendicat in casu nostro, in quo secundum ea, quæ proponuntur prædictæ transactiones hactenus fuerunt confirmatæ ex ipso longæuo
12 vsu, & continua obseruantia, † ex quibus quidam præsumptus contractus inducitur, à quo etiam Principi sine causa recedere non licet, Afflict. de prohib. feud. alienatio. per Federic. §. Præterea Ducatus, in 6. nota. nume. 54. & sequen. Pau. de Castro consi. 313. colum. 1. in fin. volum. primo, secundum impressionem Papien. Iason. cōs. 227. col. 4. vers. tertiò facit. & col. 6. vers. sextò facit.

Non obstant in contrarium adducta, quibus etsi abundè responsum appareat per Iason. in d. cons. 10. colum. penul. & vltima: attamen, vt de iustitia casus nostri pateat, sigillatim respondere visum est. Primò itaq; ad id, quod dicitur, feudum Crescentini esse feudum ex pacto, & prouidentia inuestientis & inuestiti, & ob id vasallum aliquid facere non posse in præiudicium vasalli successoris, habentis iura ex in-
13 uestitura primi concedentis. † Respondetur, hoc intelligi debere procedere in contractu facto à vasallo, qui feudi acquisitor non fuit. Nam cum successor ab eo nihil habeat, sed à primo, ideo eius contractui stare non cogitur: secus, si ageretur de contractu facto ab eo, qui feudum acquisiuit: gloss. in d. verbo, Inuestiti, de success. feudi. gloss. final. in titulo, Qui success. feudum dare tene. quæ ponit rationem ex regula, de qua in l. ex qua persona. ff. de regul. iur. & in l. ab eo. C. de liberal. causa. & eum sequitur Bald. ibi, Rippa libro primo rñso. cap. tertio. Brunus consi. 40. numero tertio in fin. Alexand. consi. 19. numero decimoseptimo. post Dynum volum. 5. Socin. Iun. consi. 76 numero vndecimo, & sequen. volum. primo, quod præsertim procedit in
14 su nostro, † in quo feudum dicitur habere mixtam naturam, ex pacto scilicet, & prouidentia, dum dicitur pro se & liberis masculis, & hæreditarij propter qualitatem hæredibus, cuius prætextu successor debet esse hæres mediatus vel immediatus primi. Afflict. de success. feud. §. hoc quoque volum. 4. 5. & 16. Crauet. consi. 197. numero quinto. vbi dicit, hanc esse communem opinionem, Paris. dict. consil. 23. numero 162. 167. 177. & 189. volum. 1. quo casu successor tenetur stare contractu primi inuestiti, vt in titul. Qui successores feud. dar. tenentur. Curtius de feud. in quarta parte, quæstio penult. primæ regulæ, columna finali, versiculo, idcirco mihi. Sed in casu nostro trāsactio fuit facta à primo acquisitore, cuius facto feudum Crescentini deuenit ad Comites successores, & nouissimè ad Modernum Comitem: ergo eius factum improbare non potest, sed transactionibus stare tenetur. Verùm quia hac responsio dubia redditur ex his, quæ scribit Curt. Iun. de feud. in 4. parte penultim. quæstio. primæ regulæ, columna sexta, & sequ. post Aretin. in l. apud Iulianum §. si quis alicui. colum. penulti. ff. de leg.
15 1. † vbi factum patris acquirentis gratia feudum pro se & eius filijs masculis, [illegible]

nocet ipsis filijs succedentibus, de quo articulo aliàs Deo fauente dicemus: ideo alia etiam accommodari potest responsio, videlicet prædictas transactiones fuisse à partibus, & ab ipso Illustrissimo directo domino ratificatas, vt in inuestitura Comitis Iacobi facta de Anno 1435. apparet, & transactione inita cum Comite Richardo prædicti Comitis Iacobi filio, facta de Anno 1452. cuius Comitis Iacobi inuestitura fuit ratificata per Modernum Comitem, vt in eiusdem inuestitura apparet, facta de Anno 1550. Ex qua ratificatione tollitur omne dubium, vt dicit Iason dicto consilio primo, colum. tertia. versicul. non expeditur.

Non etiam nocet, quod dicitur, Comites Crescentini fuisse perpetuò inuestitos de Comitatu, ideo posse ea in suo Comitatu, quæ Imperator in Imperio potest, secundum Curt. dict. consil. 100. cum similibus suprà allegatis. Quia Curtius, & alij loquuntur in Duce Mediolani, habente iura Imperialia ex priuilegio, seu longissima consuetudine, & qui supremus dominus reputatur in suo Ducatu, secundum Curtium de feudis in secunda parte, secunda quæstio. principali, char. 17. versicu. quod Comes virtutum, post Angel. & alios, quos refert Bossius in suo tracta. titul. de crimin. læsæ maiestatis, numero quinquagesimoquarto. versi. est tamen in dominio suo, &c. & in titu. de Regal. numer. 36. & idem in alijs Ducibus, & Comitibus habentibus similia iura, secus in alijs ea non habentibus, & superiorem immediatum, aliumq; Imperatorem recognoscentibus,
16 † quia huiusmodi sunt Principes abusiui, Afflict. in titul. quis dicatur Dux Comes & Marchio. colum. 3. in fine. Et ad hæc faciunt, quæ dicit Iason post Bartol. Alexan. & Aretin. in l. 5. in principio, numero decimo. ff. de verbor. obligat. quòd Comites recognoscentes superiorem æquiparantur præsidibus, & Magistratibus, non autem principibus. Sed Comes Crescentini non habet iura imperialia, nec supremus dominus reputatur in suo Comitatu, vt ex inuestituris productis patet: ergo ea exercere non potest. Vel responderi potest, prout proximè præcedenti argumento responsum fuit.

Nec repugnat inuestitura Sigismundi Imperatoris, quia de ea legitimè non con-
17 stat, † & etiamsi de ea legitimè constaret ordinariam tantum tribuit potestatem, ex qua non potest sine legitima causa à contractibus antecessorum recedere, iuxta nota. in dict. cap. 1. de probatio. & in d. c. nouit, de iudi. & nec etiam à priuilegijs c. decet, de regul. iur. in 6. Paul. de Castro consil. 313. in fin. volum. primo. secundum impressionem Papiensem. Deci. in cap. quæ in ecclesiarum. colum. decimatertia. versicul. sed de potestate ordinaria, de constitutio. propterea dicit Deci. in dict. colum. 13. & notandum est, quòd si Principi reseruata inferiori concedantur, non intelliguntur concessa cum illa plenitudine potestatis, q̃ in ipso Principe consideratur. Faciunt notata per Bartol. in l. bonorum, in 2. notabili, & ibi in additio. C. qui admitti. & per Paulum de Castro consil. 317. numero secundo, volum. primo, secundum impressionem Papiensem. Rube. consil. 50. qui consuluit in hac causa Crescentini.

Nec releuant verba in d. inuestitura Sigismundi posita, quibus Comites ipsi no-
18 minantur Vicarij Imperiales, † quia non propterea Imperator in dignitate illa dicitur eos approbare voluisse, nec eis de nouo tribuere: pulcher text. in clemen. finali, de sentent. excõmunicatio. quem ad hoc notat, pluribus alijs more suo cumulatis, Tiraquellus de nobilitate cap. 6. numero vigesimotertio. & faciunt dicta Baldi in consil. 447. numer. 3. libr. 5. dum loquitur de Vicariatu, concesso cum plenitudine potestatis.

Non obstat concessio seu confirmatio Moderni Imperatoris, quia ea fieri non potuit in præiudicium Illustrissimi Ducis, cuius iam erat vasallus d. Comes, nec etiam iuris vniuersitatis, l. 2. §. meritò. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco public. Curt. d. consi. 100. numero quarto. Afflict. de prohib. feudi aliena. §. præterea Ducatus in 6. nota. numero quinquagesimosecundo.
19 † etiamsi in dicta confirmatione esset clausula de plenitudine potestatis, motu proprio, ac ex certa scientia, ex quibus non tollitur ius tertij, de quo non est facta mentio. Parisi. latè consil. 82. colum. fina. volum. 4. Deci. consil. 407. Pleniùs ac latiùs D. Crauet. d. consi. 241. numero vigesimo, & sequent. vbi post multos, quos allegat, concludit, ex huiusmodi clausulis non censeri sublatum ius tertij: & de clausula ex certa scientia, quòd ea nihil operetur in detrimentum tertij, tradit Gozad. consi. 9. numer. 42. Socin. Iun. consi. 77. numero 126. lib. 1. Parisi. consi. 1. numero 83. & 84. libr. 1. post Abb. Felin. Socin. & Curt. in locis

per eum relatis, quibus addo Aretin. consi. 15. colum. 3. & 4. Curt. Iun. consi. 142. nume. 8. vers. nec obstat. eundem Paris. consi. 11. numer. 121. lib. 1. Gram. decis. 104. numer. 1. 2. & 3. Imò confirmatio dicitur nulla, si in ea, vel in precibus mentio facta non fuit iuris tertij, Anch. consi. 10. per tex. in c. cum nostris. vbi Abbas numer. 7. de concess. præb. & in d. c. nostra. num. 32. de Rescript. Deci. consi. 689. numer. 16. Alexand. consi. 70. in fine, volu. 3. quòd ius tertij conseruare voluit attenta clausula, saluo iure cuiuslibet tertij, † quæ facit contractum conditionalem, Iacob. à Sancto Georgio in sua inuestitura, in verbo, Et cum pacto. num. 6. quæ subintelligitur, etiamsi non exprimatur: Afflict. in titu. qui success. feud. dar. tenen. colum. 7. vers. bene tamen præsumuntur. & in titul. Per quos fiat inuestitura. colum. 2. in fin. & in d. §. præterea ducatus, in 6. nota. numer. 53. Deci. d. consi. 185. numer. 9. circa finem, & consi. 286. numero 8. latè Paris. consi. 23. numero 143. & sequent. vol. primo. Iason latè consi. 24. num. 5. volum. 3. Bald. in l. 1. in principio. ff. de constitutio. Principum.

Non obstat, quòd par in parem nullum habeat imperium, quia iura, de hoc loquentia, intelliguntur, quando par nihil habet à pari, vt in Imperatoribus, & in summis Pontificibus, qui electione succedunt: secus autem in casu nostro, in quo in comitatu non electione, sed per successionem admittuntur Comites, vt prædictum est.

Non nocet doctrina Bartoli in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clàm, cum similibus alijs: quia ea locum habet, quando huiusmodi concessiones, siue alienationes tenderent in magnam diminutionem iurisdictionis, secus, si nullam vel minimam diminutionem inducant, prout in casu nostro: in quo licet concedantur aliqua emolumenta in criminalibus à decem florenis infrà, & respectu bonorum campestrium, non propterea eis aliqua conceditur iurisdictio, quæ tota in comite residet, nec ex eo, quod conuentum est homines Crescentini, in quibusuis causis non posse extrahi extra locum & territorium Crescentini, potest dici diminuta iurisdictio, cum hoc sit conforme iuri communi, quo nemo extra territorium trahi potest: Deci. consil. 286. numero 7. l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. † cum dispositio redditur effi- 21
catior ex ipsa conuentione, Iason consil. 227. colu. 2. vers. 30. prædicta. & dato, quòd in aliquo diminueretur iurisdictio, attamen cum sit modica diminutio, valet: Bartol. in d. §. planè. Felin. in c. 1. num. 5. de proba. Iason d. consi. 227. colum. 3. vers. quintò facit. & consi. primo, colu. 2. vers. circa secundum dubium, lib. 1. Alexan. consi. 1. nu. 18. & lib. 5. vbi Moder. Paris. in additio. multi concordantes cõgerunt: quibus addo Deci. consi. 191. nu. 1.

Nec mouet, quod dicitur, Principem non posse concedere regalia in præiudicium successorũ, quia, vt suprà dictum est, hoc locum habet in concessione, quæ tenderet in magnam dimunitionem Regni, seu iurisdictionis, vt si concederetur sine causa quota Regni, vel ea, quæ sunt supremæ iurisdictionis, quia hæc nõ sunt in mero supio Principis, secus, si non multum diminuunt, quia tunc valet concessio & successor tenetur seruare, Felin. in d. c. 1. numero 5. Iason. d. consi. 227. colum. 5. vers. quod facit. Afflict. in titu. De prohibita feudi alienatio. per Federic. §. præterea ducatus, in 6. nota. & in tit. quæ sint regalia. num. 53. & sequenti. Rippa lib. 1. responsorum. nu. 53. 54. & seq.

Non obstat, quòd prædictæ concessiones sunt mera priuilegia, quo casu exbitrio possunt regulariter reuocari, cum sint concessa subditis, secundum Felin. in 22
nouit. nume. 10. de iudi. † Quia dici potest, dicta priuilegia concessa fuisse non subditis, cum fuerint facta tempore, quo se iecerant, vel paulò pòst, quo casu ne sa legitima reuocari non possunt, vt in terminis scribit eleganter Iaf. d. casu mo. colu. 6. nu. 4. lib. 1. Pau. de Castro nu. 6. & 7. Et his adstipulatur, quod dicit Soc. in l. ti ex toto, in fine. vers. septima 23
clusio. ff. de legat. 1. † quòd si Castrum seu oppidum alicui se subijcit domino, cum certis tamen capitulis, subditum esse tenetur, quoad illa capitula tantum, quo vero ad alia, non.

Vel dici potest, istud procedere in priuilegijs simpliciter concessis, secus autem, si in vim contractus transeant: ita respondet Deci. in consil. 286. numer 6. Felin. in c. nouit. col. 5. vers. aliquando verò priuilegium conceditur subdito. & d. nu. 18. vers. limita. de iud. Socin. consil. 4. numer. 5. volu. 1. cum infinitis concordantibus adductis per Portium lib. 5. comm. opi. concluf. 19. in principio. Sed licet prædictæ conuentiones videantur continere concessiones, & priuilegia, attamen sunt contractus, & transactiones: quia his nominibus à parti-

nominantur, quo casu tales præsumuntur: Bal. in titulo, qui succeſſ. dare tenean. vbi † talis præsumitur esse contractus, qualis per nomen appellatiuum profertur, Socin. conſ. 165. numer. 5. Præterea, si consideremus primam conuentionem inter homines Crescentini, & Comitem, Richardum primum acquisitorem loci Crescentini fa-
ctam Anno 1315. non sine causa ad eam deuentum fuit. Nam cum ciuitas Vercellarum, quæ tunc temporis oppido Crescentini dominabatur, fuisset ob enunciatum læsæ maiestatis crimen, præcedente iudicato, priuata dominio dicti loci, qui propterea remanserat immediatè subiectus Imperatori, & ideò poterat allegare, se non
25 posse cogi inferiorem dominum habere, † & consequenter contradicere inuestiturę, prædicto Comiti Richardo factæ, vt eidem fidelitatem non præstaret, per ea, quæ scribunt Felin. in dicto c. 1. num. 4. de probatio. Iaſ. latè d. conſ. 227. colum. 1. latiſſimè Neuiza. d. conſ. 12. num. 108. & pluribus sequentibus. Gomeſ. in d. §. item Seruiana. num. 41. & sequent. Inſtitu. de actio. cum multis alijs concordantibus relatis per Portium d. lib. 5. commun. opinion. concluſio. 21. de quo articulo alias suo loco discutiemus, nihilominus prædicti Crescentinates non quidem se opposuerunt, sed quasi deficientes à Ciuitate Vercellarum propter sententiam contra eam latam totis viribus d. Comiti Richardo fauerunt, vt plenum dicti loci dominium obtineret, vt ex confeſsione dicti Richardi apparet, quo fit, vt reuocari non possit: Paul. de Caſtro conſ. 317. colum. penult. & fin. vol. 1. secundum impreſſ. Papiensem. Item ex prædicta conuentione, vniuersitas tenetur potestati salarium soluere, seu iudici Crescentini, quod tamen de iure communi spectaret ipsi Comiti, ad quem iurisdictionis emolumenta pertinent, l. secundum naturam. ff. de regu. iur. c. qui sentit onus, eod. tit. in 6. Et in secunda conuentione facta, de Anno 1452. confirmatoria primæ, obligatur communitas soluere Comiti florenos 135. quo fit, vt dictarum concessionum prætextu dicatur concedens habere vniuersitatem obligatam ad dationes, quæ perpetuam cum re concessa habent cõmensurationem:
26 † quo casu concessiones in contractũ transfred cuntur, & princeps eas citra dolum reuocare non potest: Bald. in l. qui se patris. colum. 7. versicu. hoc scias. C. vnde liberi. quem sequitur Felin. in d. c. nouit. num. 8. in fin. & num. 9. & 10. versic. limita penulti-
mò. & num. 12. de iudic. Roman. conſ. 436. colum. penul. Dec. fere in terminis nostris, in conſ. 286. num. 4. Franc. Luca. in tract. de priuileg. fiſci. col. 2. in fin. Pariſ. conſ. 82. num. 48. vol. primo. Iaſ. d. conſ. 1. col. 7. versic. tertiò principaliter, lib. 1. Portius d. concluſ. 19. in princ. lib. 5. Vel potest responderi, in contrarium adducta non procedere in in-
27 feriore à Principe, † qui non potest priuilegium à se concessum reuocare: Felin. in d. c. nouit. num. 11. post Bal. Ant. Alba. Imo. Federi. de Senis, & alios per eum allegatos. Dec. in c. quæ in ecclesiarum. colum. 12. versic. quarta declaratio, de constitutio. maximè sine causa, vt declarat Ruin. conſ. 230. num. 4. iuncto num. 9. versic. & idem etiam potest, lib. 1.

Non obstat, quod ob ingratitudinem per Crescentinates aduersus Comitem Richardum commissam, sunt priuandi eorum priuilegijs, & transactionibus, etiam quòd in contractum transiuissent † quia respon-
detur, non constare de aliqua ingratitudine, seu delicto per vniuersitatem commisso, vt in præcedenti decisione probauimus: ergo ex particularium delictis non potest inquiri vniuersitas, & prædictis transactionibus priuari, Bar. in l. aut facta. §. fi. num. 9. ff. de pœn.

Secundò responderi potest, quòd etiam dato, quòd de aliquo vniuersitatis delicto constaret, ex quo ipsius ingratitudo resultaret: attamen adhuc à dictis transactioni-
28 bus recedere non liceret, † tanquam factis in remunerationem meritorum, & promissorum per vniuersitatem, quo casu reuocari transactiones non possunt: Roma. d. conſ. 26. col. 2. verſ. concludo ergo. & conſ. 436. col. pen. Felin. in d. c. nouit. num. 12. & ibi in additio. versic. secundus effectus. latiſsimè Tiraquel. in repetit. l. si vnquam. verſi. donatione largitus. num. 13. & 14. & ibi Rippa quæſt. 14.

Tertiò responderi potest, quòd dato, quòd commissa fuisset ingratitudo, propter quam non tenebatur Comes Io. Andreas prædictis transactionib. stare: tamen, quia, vt proponitur, acceptauit deinde solutio-
29 nes census † sibi ex dictarũ conuentionum forma debiti, sine alia protestatione, videtur dictam ingratitudinis causam remisisse, & per consequens, pœnam ex ea resultantem, argumento not. per glos. & Doct. in l. 2. C. de iure emphyt. Alex. conſ. 105. vol. 3. Modern. Pariſ. in conſuetud. Pariſien. § 14. quæſt. 1. num. 9.

Non obstat, succeſſorem non teneri sta-

re dicto contractui, cum non fuerit consumatus tempore rogitus, sed erat consumandus tempore successorum: prout dicit Afflict. in d. tit. Qui success. feud. dar. tenean. col. 16. versic. quartò fallit. Quia ad præmissa respondet Paul. de Cast. in l. si Stychum. §. stipula. ff. de verbo. obligatio. Rui. cons. 34. col. 2. vol. 2. videlicet, quòd quando sumus in contractibus, attenditur tempus contractus, etsi porrigat effectum singulis annis: quibus stantibus, pronunciauerunt præfati domini delegati esse obseruandas conuentiones prædictas.

SVMMARIVM.

1 *Correlatiuorum eadem est disciplina, quod fallit, quando est diuersa ratio. num. 7.*

2 *Vxor vendens prædium cum marito, præsumitur adhibita pro forma, & totum precium ad maritum peruenisse, & num. 7.*

3 *Maritus emens de pecunia donata vxori, acquirit vxori.*

4 *Vxor emens fundum, præsumitur emere de pecunia viri, ideò dicitur acquirere marito, contra num. 8. & 9.*

5 *Vxor possidens de marito, præsumitur iure familiaritatis possidere, non obstante titulo, Contraria est verior. num. 10.*

6 *Vxor & maritus si simul stipulantur, vnusquisque sibi acquirit pro dimidia.*

9 *L. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxorem. limitatur & declaratur.*

Defenditur opinio Abba. in c. 2. de donat. inter virum & vxorem. ibi.

DECISIO CXL.

Viro & vxore simul ementibus, an cuique pro virili acquiratur, præsertim ambobus in possessione missis.

MAritus & vxor simul emerunt prædium, amboq; missi sunt in possessionem illius, mortuo marito, vxor instituit quendam hęredem, qui ab hæredibus mariti dimidiam dicti prædij petijt. Quæsitum fuit, an iure petat? & videbatur dicendum, non iure petere.

Primò; quia correlatiuorum eadem est
1 disciplina: nam quòd de vno dicitur, de altero necesse est vt intelligatur: l. fin. C. de in dict. viduit. toll. vbi latè las. Euerard. in suis locis legali. c. 76. l. fin. ff. de accept. & in emptione, & venditione. Est text. in l. prima, cum ibi not. C. de cupress. ex Luco Daph. lib. 12. Felin. in procem. Decret. num. 5. & sequent. Io. Ronchagallus in repet. l. eandem, in princ. num. 43. ff. de duob. reis, Et si maritus & vxor simul prædium vendant,
2 † præsumitur vxor adhibita pro forma, & totum precium peruenisse ad maritum, secundum Bald. Nouell. in tractat. de prædor. parte septima priuileg. primo, num. post alios per eum relatos. Laud. in addit. ad Bart. in cons. 124. Afflict. decis. 209. num. 2. & sequent. Boer. decis. 23. num. 7. latè D. Crauet. cons. 91. num. 1. & sequent. lat. sim. Tiraq. in tit. De retract. Lignag. §. 31. glos. num. 4. & 5. quos omnes refert & sequitur Io. Ronchagallus in repe. d. l. eandem rem, à num. 55. vsque ad num. 63. ff. de duob. reis, vbi disertè tractat hunc articulum, & reprobata opinione Barto. in d. cons. 124. in hanc concludit. Ergo idem dicendum erit in emptione, cum hæc sint correlatiua.

Secundò alio simili argumento repellendus videtur actor: nam maritus & vxor
3 correlatiua sunt, † sed res empta à marito de pecunia vxoris donata viro acquiritur viri, l. vxor marito. ff. de donat. inter virum & vxo. vbi Bar. & communiter Docto. ergo idem dicendum erit de re empta ab vxore de pecunia mariti, vt acquiratur marito, autem vxori. Sed in casu nostro res præ-
4 mitur † empta de pecunia mariti, l. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxo. l. etiam. C. de tit. & c. 2. extra eod. tit. ergo dicetur acquirenda marito: & hæc opinio comprobatur auctoritate Abba. in d. c. 2. in fi. de donat. inter vir. & vxo. vbi dicit, maritum possidere, cum rem emptam ab vxore: & videtur mente Dec. cons. 237. num. 8. & sequentibus comprobari possunt ex his, quæ [illegible] in l. Titium. §. altero. num. 1. & sequentibus admi. tuto. vbi tutor nomine suo emens de pecunia pupilli acquirit pupillo.

Tertiò actori aduersatur, quia [illegible] tur, mulierem acquirere potuisse, [illegible] in dubio inspiciendum est, quis eorum esset in possessione, l. multùm interest, [illegible] quis alter vel sibi, in fin. Sed in casu [illegible] paret maritum possidere: ergo ad [illegible] maritum pertinere debet prædium emptum. Nec mouet, quod dicitur, [illegible] etiam vnà cum marito in possessione [illegible] quia præsumitur possidere iure familiaritatis, † non obstante titulo, Et hoc propter
5 præeminentiam viri, vt not. Alexan. [illegible] Aquen. in l. qui iure familiaritatis. [illegible] acquir. poss. & clariùs Alciat. regul. [illegible] sumptione 26. nu. 8. in quinta declaratione vbi dicit, hoc esse nota. & magnum [illegible] ad ampliationem d. l. qui iure fami[illegible]

tis, ex quibus suprà scriptis videtur dicendum, non iure agere mulieris hæredem.

Pro opinione verò contraria, videlicet ad hæredem mulieris dimidiam prædij empti competere, idcirco illam iure petere, adducebatur doctrina Bal. in l. si vxorem. C. de cond. inter. colum. 2. versic. idem si stipulatus, † vbi si maritus & vxor simul stipulantur aliquid sibi dari, acquiritur vxori dimidia: quam doctrinam refert & sequitur Alexand. cons. 133. num. 3. lib. 4. quibus addi possunt, quæ scribit Ronchagall. in d. l. eandem. num. 50. versic. accedat. & notata in vulgata l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. vbi Ronchagall. latè num. 59. plures auctoritates ad hoc citat. Ego pro hac opinione dicebam videri casum legis in l. 1. & in l. multùm interest. vers. nam siquidem. C. si quis alteri vel sibi. vbi vxor emens prædium nomine suo, si res eidem tradita est, sibi, non viro, acquirit, salua tamen marito vel hæredibus eius actione ad precium aduersus vxorem, eiusue hæredes, quatenus locupletior facta est: quas leges adid adducit Bar. in l. etsi Instrumenta. num. 6. C. de fide Instru. lib. 10. quem refert & sequitur Paris. cons. 80. num. 9. vol. primo, post plures per eum citatos, & licet ibi lex loquatur, quando vxor emit rem in totum, attamen idem dicendum est de parte, l. quæ de tota. ff. de rei vendi.

Nec obstant allegata in contrarium: quia regula correlatiuorũ non procedit, † quando est diuersa ratio, teste Felin. in procœmio Decre. num. 10. Euerar. d. c. 76. col. 2. versic. præmissa tamen militant, prout in casu nostro esse videtur. Nam in venditione à muliere, & viro facta hoc inducitur: tum quia præsumitur totum precium ad maritum, propter eius præeminentiam, & auctoritatem peruenisse, cùm etiam, vt tutiùs contrahere emptor, qui emit rem dotalem, prout dicit Bald. Nouell. in allegato priuilegio primo, illaque opinio Doctor. procedit fauore mulieris, ne fiat illi fraus fideiubendo pro viro, authen. si qua mulier. vbi Bal. Salycet. & Castren. C. ad Senat. cons. Velle. Assilct. d. decis. 109. num. 3. cum aliis suprà num. 2. adductis: quibus addo D. Rol. cons. 64. num. 7. vsque in fin. vbi plura propter diuersitatis rationem cumulat: & Natta cons. 552. num. 2. & 3. & propterea non iuri consonum videtur, vt ea, quæ inducta sunt in eius fauorem, in odium retorqueantur, vulga. l. quod fauore. ff. de legib. ideò non militat argumentum de venditione ad emptionem.

Ad secundum respondetur, quòd l. quintus. non procedit, † quando maritus est 8 scius & præsens, vt consuluit Fulg. cons. 198. in quæstione, & hoc dicit etiam Bertac. in suo aureo reperto. versic. vxor contrahit. num. 27. Neuiza. in sua Syllan. nupt. lib. 4. num. 22. versic. quartò limita. sed magis in terminis casus nostri, q. Lex quintus. non habeat locum, quando maritus & vxor simul emunt: & quòd tunc etiam præsumatur facere de pecunia vxoris, est doctrina Alex. in addit. ad Bar. in l. quod ait. ff. de diuor. quem ad hoc citat & sequitur Bertach. in d. § vxor contrahit. num. 27. & num. vlt. qui etiam ad hoc allegat Salycet. in l. mater. C. de rei vendica. & Alexan. in cons. 22. lib. 4. quamuis sit consil. seq. numer. 2. Potest 9 etiam responderi, † d. l. quintus. non procedere respectu acquisitionis proprietatis, & possessionis: quia etsi ex d. l. quintus. præsumptio iuris inducatur, vt res empta ab vxore de pecunia mariti præsumatur empta, turpis quęstus euitandi gratia, non propterea dicit lex illa rem emptam ab vxore nomine suo ex pecunia, quæ præsumitur mariti, acquiri ipsi marito, cuius nomine non fuit empta: ita nominatim dicit Bart. in d. l. etsi Instrumenta, in fin. C. de fide Instrumen. lib. 10. & ibi Io. de Plat. Alexan. d. cons. 133. num. 3. vol. 4. Alcia. in d. præsump. 26. versic. octauò intelligi suprà dicta, post Bar. Bal. & Signo. de Homod. per eum citatos. Boer. decis. 81. num. 5. D. Crauet. consil. 81. num. 4. post Bart. & Bald. per eum citatos: quos refert & sequitur, post plures per eum adductos, Portius in suis communi. opin. lib. 1. c. 14. versic. quartò limita. post hæc scripta visus: & id apertè elicitur ex d. l. quintus. secundum communem interpretationem, vbi non erat controuersia de re acquisita, à quo scilicet mulier acquisiuisset: quia certum erat à quo rem ipsam habuisset mulier, scilicet à venditore vel alio contrahente. Sed erat contentio, ex cuius bonis ad mulierem peruenisset: & euitandi turpis quæstus gratia dicit Iureconsultus existimari à viro ad eam peruenisse, nihil tangens, an res ad vxorem peruenta acquiratur marito?

Præterea non video iure cautum, si vxor suo nomine emat fundum, asserens illum de pecunia mariti fuisse, quòd propterea fundus ille marito acquiratur, imò contrarium Paris. d. cons. 80. num. 25. vbi respondet ad argumentum, quod fit de pecunia pupilli, dicens, esse speciale in pupillo, vt etiam dicit speciale Bart. in d. §. altero. Facit

l. vxorem

l. vxorem. iuncta glos. l. ff. de leg. 3. & text. in dicta l. 1. & in l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. Ex quibus patet, non esse receptam opinionem Abbatis, & aliorum eum sequentium, in d. c. 2. in fin. de dona. inter vir. & vxor. Nec pro Abbate vrgere potest l. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxorem. iunctis dictis per Bar. & alios ibi: quia dum dicunt, mulierem posse vendicare rem emptam de pecunia sua, loquuntur, marito non existente soluendo, & in subsidium: ita nominatim respondet Alciat. respons. 326. quo casu possit defendi opinio Abbatis & aliorum eum sequentium, vt scilicet in subsidium possit maritus vendicare rem emptam de pecunia sua.

Ad tertium respondetur, quòd postquam probatur pro parte dominium esse vxoris, frustra contendimus de possessione, nisi ad effectum acquisitionis dominij, iuxta l. traditionibus C. de pactis.

Non obstant, quæ scribit Alci. in d. quinta declaratione, quòd l. qui iure familiaritatis. procedat, etiamsi appareat de titulo,
10 † quia est contra text. in d. l. 1. & l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. & glos. in d. l. vxorem. ff. de leg. 3. & l. quædam. ff. de acquir. re. domi. & alia adducta per ipsum Alciatum in d. tractat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 23. Ita videtur de mente Angel. in d. l. qui iure familiaritatis. quo loci videtur eam legem intelligere, quando non constat de titulo. Sed vlteriùs, etiamsi de titulo nõ constaret, videtur æquior opinio, vt dicamus, vtrunque pro dimidia possidere: prout voluit Ang. in d. l. qui iure. quem sequitur Socin. in cons. 128. col. 2. lib. 1. Ioan. Lup. in tit. de donat. inter vir. & vxor. §. 60. col. fin. qui tamen in ea opinione non videtur residere, etsi verissima sit.

Aduertendum tamen est, quòd illa additio Alex. in d. l. quod ait. quæ est l. fi. ff. de diuort. quam refert Apostil. in addit. ad Alex. in d. cons. 133. num. 3. vol. 4. non videtur simpliciter vera, videlicet, quòd l. quintus. non procedat in emptione, quia hoc esset contra omnes Doctores, qui semper ferè exemplificant in acquisitione per emptionem, præsertim cum addatur quantitas precij, nisi eam defendas ea ratione, quia ibi maritus simul emit. Et sic erat præsens & consentiens, vt innuit text. in l. vxorem, in princ. quem Alex. allegat, licet & ille textus retorqueri posset, ex eo, quòd ibi videmus fundum emptum à marito, & de pecunia viri, quamuis nomen vxoris inseratur: maritus autem prouidere voluit, vt filij esset dimidia iure hæreditario, non quia per emptionem dimidia facta esset vxori, cum post prædium emptum illud communicauerit vxori, sed ne præsumpta donatione morte confirmaretur: vt in simili casu consuluit Fulg. d. cons. 198. & Ripp. respons. lib. 3. nisi sustinendo Alexan. intelligant voluisse vnà cum l. vxorem. iungere

1. ibi, quæ concludit, quòd cessante dispositione mariti testatoris, vxor habuisset dimidiam ex contractu, & alterius dimidiam ex dispositione mariti testatoris. Quibus omnibus discussis, Senatus censuit, hæredem mulieris iure agere, cuius propterea esse relaxandam dictam dimidiam prædij empti, salua hæredibus vxoris actione personali ad precium, aduersus hæredem mulieris, & rei vendicatione in subsidium, 1561. 17. Augusti.

SVMMARIVM.

1 *In his, quæ respiciunt solemnitatem, & ordinem iudicij, attenditur constitutio statutum seu consuetudo loci, vbi iudicium agitur.*

2 *Publicatio constitutionis in vna prouincia facta, non ligat existentes in alia prouincia, vbi non est facta publicatio, dato, quòd fuerit facta in curia principis vel imperatoris.*

3 *Ea nostra dici possunt, quibus auctoritatem nostram impartimur.*

4 *Quodlibet verbum, etiam minimum, in quacunque dispositione, debet censeri appositum cum mysterio, vt aliquid operetur.*

5 *Non est verisimile, quem se velle corrigere asserenti, quod præcipuè habet locum in dispositione magnatum & principum.*

6 *Contractus principum pro lege habentur.*

7 *Ex iuris communis dispositione varijs modis potest, aduersus Senatus & aliorum nostrorum Magistratuum sententias, præsertim per ignorationem.*

8 *Ordo scripturæ attendi debet, & dispositio illius ordinis attendenda, quæ est prior habita consideratione ordinis scripturæ.*

9 *Natura dictionis, Et, est denotare diuersitatem eorum, ea, inter quæ ponitur, etsi ponatur inter incompatibilia, debet resolui in alternatiuam, secundum effectum, & num. 10.*

11 *Prouisio hominis non tollit prouisionem legis ipsius.*

12 *Quando verba patiuntur dubiam interpretationem, debent semper interpretari contra se fatentem in illis.*

13 *Non sufficit allegare statuta alterius loci, nisi producantur.*

14 *Exceptio, quòd quid non sit tale, prout asseritur, quam censetur exclusa.*

15 *Imputandum est actori, qui non probat id, quod fundamentum suæ intentionis.*

Doctoribus etiam mortuis, attestantibus de consuetudine, & alijs, quæ sunt facti, non est credendum. Paria sunt, quid non esse, vel esse, & non probari.

DECISIO CXLI.

Capitulum nouissimi fœderis, quo cauetur, Aresta regia suum debere sortiri integrum effectum, & nihilominus licere grauatis sibi prouidere aduersus ea per reuisionem & secundum ordinem legum, iuris, & ordinationum, quomodo interpretari debeat.

IN hac causa illustris dominæ Miolani, & Magnificorum fratrum Abduensium de pluribus dubitari contingit, primò, an rescripta concessa ipsis partibus respective, nec nō gesta corā Senatu, dici possint fuisse facta contra formam capituli pacis?

In quo articulo operæprecium putaui aliqua, quæ sensum dicti pacti respiciunt ad faciliorem veritatis cognitionem discutere.

Et primò iure defendi potest, illam dictionem, Ordenances, simpliciter in dicto capitulo pacis debere intelligi de ordinationibus, quæ vigent in locis, in quibus iudicia reuisoria vel alia remedia à fœdere concessa tractanda sunt. Text. videtur expressus in l. 2. in illis verbis, Secundum leges mores ć locorum. C. quemadmo. testa. aperian. vbi nuncupatim Bal. & Salycet. adnotant, quod † in his, quæ respiciunt solemnitatem, & ordinem iudicij, attenditur constitutio, statutum, siue consuetudo loci, vbi iudicium agitur. Hoc idem docet Bart. communiter receptus in l. 1. num. 15. C. de sum. Trinit. & fid. Catho. quem refert & sequitur Iaf. cons. 48. numer. 3. volum. 1. & cons. 133. num. 16. volum. 4. latè Hyppol. in repet. l. fin. nu. 57. ff. de iuri. omni. iudic. & per consequens, in casu proposito debent obseruari constitutiones seu ordinationes vigentes in agro Pedemontano, tempore reuisionis & aliorum remediorum intentatum: & sic Ducales cum regię non obseruentur.

Et dato, citra veritatis offendiculum, quòd de regijs deberent intelligi dicitur faciendam esse interpretationem de ordinationibus Regijs, scilicet in prouincia Pedemontium publicatis: non autem de his, quę Lutetiæ, seu in Regno Franciæ publicatæ & obseruatæ fuerunt, cum hæc degentes in agro Subalpino, vbi non fuerunt publicatæ, non ligent; authen. vt faciæ nouæ constitutiones, & c. c. 2. vbi glos. & cōmuniter Docto. de constitu. Alex. cons. 181. num. 12. vol. 6. & cons. 52. num. 1. vol. 7. post Bartol. Bald. Ant. de Butr. Io. de Lign. Io. And. & Imo. per eum citatos, concludentes, quòd 2 † publicatio constitutionis facta in Curia Papæ vel Imperatoris, & per consequens, etiam Regis, non afficit existentes in prouincia, sed debet in ea publicari: quod sequitur Felin. in d. c. 2. num. 7. de constitu. & in c. 1. col. penul. de treg. & pac. Aret. in §. ius autem ciuile. col. 6. de iure natu. gent. & ciui. & in constitutionibus Regijs ita dicit Rebuff. in proœmio in glo. 1. num. 27. & gl. 5. num. 15. post Chass. in consuetu. Burgundiæ, & de supplicant. 2. & 3. glos. vlt. per tex. in d. authen. vt faciæ nouæ constit. ex quibus patet, hanc esse communem, & veram Doctorū conclusionem. Sed in patria Pedemontana non fuerunt, vt dictum est, publicatæ ordinationes Regiæ, super quibus se fundat domina Miolani: ergo de illis non potest intelligi capitulum pacis, sed de ordinationibus Regijs, in dicta patria publicatis, & obseruatis: quarū extat separatum volumen, cui titulus est, Ordinationes Regiæ continentes formam, & stylum procedendi coram Illustr. Curia parlamenti Taurini, & alijs Curijs subditis, quæ in hac regione leguntur publicatæ: & propterea de his, non de alijs, dicendum est, contrahentes sensisse, & se iuris communis dispositioni conformasse. Quod autem ordinationes Regiæ, quibus innititur domina Miolani, vsu receptæ in prouincia Pedemōtana non fuerint, ex multis patet, præsertim, quia, vt dicitur, dictis ordinationibus Regijs cauetur, sententias siue Aresta, & processus debere fieri lingua Gallica, teste Rebuff. in proœm. consti. reg. glo. 5. num. 85. & in titu. Vt contractus testamenta sententiæ, & alij omnes actus fieri verbis Gallicis: & tamen notorium est in hac patria, tempore Regio omnia fuisse facta, & scripta lingua latina: ergo dictæ constitutiones siue ordinationes Gallicæ saltem omnes in ea non haberent locum. Accedat aliud notorium, quod tam coram Illust. Curia parlamenti, quàm inferioribus iudicibus regijs, tempore, quo Christianissimi Reges Franciæ agro Pedemontano dominabantur, semper fuit processum in causis Forensibus, iuxta formam antiquorum Ducalium decretorum, quæ mutato nomine, Decreta patriæ vocabantur, exceptis casibus, in quibus expressè per præfatas ordinationes Regias, Taurini publicatas, prouisum fuerat: quo

fit,

3 fit, vt †dictæ patriæ decreta regia dici possint, cum reges omnes eorum auctoritatem illis fuerint impertiti, §. omnia. C. de veter. iur. enucle. dum igitur in dicto capitulo pacis fit mentio de ordinationibus, etiam quòd facienda esset interpretatio de regijs, nihilominus debemus intelligere de prædictis ordinationibus regijs, in hac patria publicatis, & obseruatis, iuribus suprà allegatis. Sed ex ordinationibus regijs in hac patria publicatis, & seruatis, non impeditur supplicatio, seu reuisio aduersus aresta secundum iuris communis, & decretorum dominicalium dispositionem: ergo rescripta laxata, & acta senatoria, veluti iuri communi ordinationibus, & decretis consentanea tenent, nec eis aduersantur capitula Fossani facta, quibus dicitur dispositum, dictionem illam, Ordonances, debere intelligi de regijs, quia non propterea sequitur, quòd intelligi debeat de ordinationibus regijs in Gallia publicatis, sed de regijs in hac patria publicatis, & seruatis.

Sed demus circa veri noxiam, in capitulo pacis esse scriptum de ordinationibus regijs, quæ in regno Franciæ fuerunt publicatæ, & receptæ, adhuc dici potest (vt verbis prædicti capituli pacis vtar) Abduas potuisse sibi prouidere aduersus aresta producta, per D. Miolani, non solum secundum ordinem, & dispositionem dictarum ordinationum, sed etiam alijs modis, videlicet per reuisionem, ac etiam secundum ordinem, & dispositionem iuris communis, vt expressè legitur in d. capitulo, in illis verbis, sic latinè ad literam versis, Bene erit licitum partibus sibi prouidere per reuisionem, & secundum ordinem, ac dispositio-
4 nem iuris, legum & ordinationum: † quandoquidem quodlibet verbum cum ministerio censeatur positum, & vt aliquid operetur, nec sit superfluum, l. si quando. ff. de legat. 3. l. si quando. iuncta glos. C. de inoffic. testam. Barto. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infect. Bald. in rubri. C. de contrahen. empt. quæst. 9. Alex. cons. 11. num. 14. vol. 2. Ias. latè in l. fina. in princ. num. 5. ff. si cert. pet. Dec. in cons. 414. num. 2. & 6. Neuiz. cons. 69. numer. 29. post plures per eum citatos. Rebuff. de literis obligat. glos. 2. & in similibus terminis ita sentit Roman. cons. 251. versic. quarto. Boer. decis. 23. num. 24. Modern. Paris. cons. 49. num. 11. Vlda. Zas. cons. 13. numer. 49. & sequent. lib. 2. loquens in materia capitulorum pacis inter Cæsarem & Venetos cum innumeris similibus. At si intelligeremus, prædictam clausulam debere restringi ad ordinationes regias duntaxat, scilicet, quòd prætendens se grauatum, ex aliquo aresto regio, posset tantum sibi prouidere, secundum ordinem & dispositionem regiarum ordinationum, profectò alia verba posita in capitulo pacis, videlicet licebit sibi prouidere per reuisionem, & secundum ordinem, ac dispositionem legum, & iuris, essent superflua, & sine effectu posita, contra iura proximè allegata, & §. vt liceat. in proœm. Instit. contrahentesq; in continenti dicerentur se corre-
5 xisse, † contra l. non ad ea. ff. de conditio. & demonstrat. ac latè cumulata per Alciat. de præsumpt. regu. 2. c. 28. Nec est verisimile, quòd tam magni Principes contrahentes, quorum † contractus pro lege habetur,
6 l. penult. C. de donat. inter virum & vxor. glos. & Barto. in l. Cæsar. ff. de public. Cur. Sen. latè cons. 49. col. 6. & eorum fit latissima interpretatio, c. dilecti. de donatio. l. fin. ff. de constit. Princ. voluerint superflua vti verbis, in continentiq́ue se corrigere, l. pen. & ibi Bald. in fin. C. per quas person. nob. acquiren. contineretq́ue dictum capitulum in se repugnantiam, & ideò non valere, l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & l. ibi repugnantia. ff. de regulis iuris, cum alijs similibus adductis per Decium, consil. 60. numer. 4. & sequent. Repugnantia autem euidens dignoscitur ex infrà scriptis. Primò, quia si intelligeremus, quòd quis posset sibi prouidere per reuisionem, secundum ordinationes regias, perinde esset, ac si dictum fuisset, Non possit quis sibi prouidere per literas reuisionis, cum per ordinationes regias, præsertim nouas, cautum dicatur, aresta non posse amplius reuideri, vt refert Rebuff. in tracta. de suppl. seu propositio. erro. art. primo. glos. 3. & de literis ciui. in princip. num. 6. vbi dicit, quòd antiquitùs interdum contra aresta impetrabantur literæ reuisionis, vt iterum processus sumptibus impetrantis reuiderentur. Sed Anno 1455. publico edicto reiectas fuisse huiusmodi literas: ergo modus prouidendi contra aresta per reuisionem dicitur per ordinationes Regias abrogatus, & per consequens, pugnant inter se, quòd sibi prouidere quis possit aduersus aresta per literas reuisionis, & quòd teneatur obseruare ordinationes regias, quæ prohibent huiusmodi literas reuisionis: vnius enim inclusio est alterius exclusio, vulgata l. cum prætor. ff. de iudicijs.

Secu-

Secunda repugnantia resultat ex eo, quod in capitulo pacis dicitur, licere partibus sibi prouidere aduersus arresta prolata, tam tempore Regis Francisci, iam fere duodecim annis elapsis, defuncti, quàm Regis Henrici, & tamen teste Rebuffo, ex dictis ordinationibus Regijs nullomodo, aduersus arresta præsertim post tot annos à die lati arresti lapsos succurritur, ergo per rerum naturam consistere nequit, quod possint condemnati sibi prouidere aduersus arresta Regia, prolata annis saltem duobus ante inita fœdera, & quòd id fiat secundum ordinationes Regias, non admittentes post biennium remedia contra arresta. Et ex his etiam dignoscitur, contrahentes cogitasse de ordinationibus, seu decretis in patria Pedemontana receptis, in quibus non fit restrictio ad biennium.

Tertia repugnantia sumitur eo, quia ex iuris communis dispositione varijs modis succurri potest aduersus Senatus, & aliorum maximorum magistratuum, sententias, præsertim per supplicationem, proponendo iniquitates, tam iuris, quàm facti, nullitates, tam agendo, quàm excipiendo: l. vnic. C. de seten. præfecto præto. l. nemo. C. de senten. & inter. omni. iudi. & vbique Doct. Imo. cons. 142. numer. 3. Alexan. cons. 2. colum. 3. & 4. volum. 3. Seb. Vant. latè in rub. an quælibet sententia à quocunq; maximo magistratu prolata, possit per viam nullitatis improbari, sed per ordinationes Regias, pluribus legibus disponentibus, quomodo succurratur aduersus sententias etiam maximorum Magistratuum, est derogatum, ita, vt nec earum rationes fuerint receptæ, vt latè ponit Rebuff. in d. Proœm. glos. 5. numero vigesimoprimo. vsque ad num. 120. exclusiue, & aduersus arresta non admittuntur aliqua remedia iuris, nisi tria: scilicet, per literas, quas Galli ciuiles vocãt: per supplicationem seu propositionem erroris: & per in integrum restitutionem, teste eodem Rebuff. de literis ciuil. num. 3. & seq. & de supl. seu erro. propo. quæstio. 2. nume. 11. & quæst. 10. num. 70. & 74. pluribusq; alijs locis: ergo prædicta inter se pugnant, quinimo† cum ex lectura dicti capituli, secundum ordinem scripturæ, prius scripta sint illa verba, Prouidere per reuisionem, & secundum ordinem, & dispositionem iuris, legum, quàm illa, & ordinationum. Dicendum videtur primò, esse obseruandum ordinem, & dispositionem legum, quàm ordinationum, argumento l. quoties. ff. de vsuf. & notatorum per Doc. præsertim per Fel. in c. cum delicta. nu. 4. & sequ. de Rescript. vbi plura scribit de ordi. scripturæ.

Quapropter, stantibus verbis capituli pacis dicendum puto, ne prædicta verba, Per reuisionem, & secundum ordinem iuris & legum, superfluò posita censeantur, correctioq; in continenti aut repugnantia inducantur, Principes contrahentes, voluisse consulere prætendentibus se ex arrestis grauatos, vt eis liceret omni legitimo modo sibi prouidere, aduersus prætata arresta, scilicet, vel per literas reuisionis, aut secundum iuris, seu legum ordinem, & dispositionem, vel secundum ordinem & dispositionẽ ordinationum Regiarum, prout melius grauato competet: nam cum simus in concessione, contractu, & beneficio Principum, latissima facienda est interpretatio, maximè cum per eum redimus ad ius commune, d. l. fin. vbi Doct. præsertim Ias. ff. de const. Prin. & hęc comprobari possunt argumento, quod sumitur ex l. fi. §. fin. ff. de leg. 2. cum similibus not. Dec. cõs. 107. vers. 3. quia, videl cet idem debere operari propositum in proposito, quod oppositum in oppositò: nam sicut si in capitulo pacis dictum fuisset, quòd nullus possit sibi prouidere aduersus arresta Regia, nec per reuisionem, nec secundum ordinem legum, & iuris, & ordinationum Regiarum, hoc casu non posset aliquis se iuuare aduersus d. arresta aliquo remedio sibi competenti, vel à iure, vel ab ordinationibus Regijs: ita si dictum fuit, quòd possit sibi prouideri secundum remedia iuris, & ordinationum Regiarum, poterit prætendens se grauari, vti remedijs sibi competentibus aduersus arresta, tam ex iuris dispositione, quàm ordinationum Regiarum, iuribus suprà citatis: imò, si in capitulo pacis non fuisset facta mentio iuris cõis, sed tm dictum, q; possent sibi prouidere sm ordinationes Regias, nõ ppea essent sublata remedia à iure cõi competẽtia: vt in terminis tenet Im. in cons. 142. nu. 3. & seq. arbitrati. n. sunt contrahentes satis esse consultum his, qui obtinuerunt arresta, si ea subsisterent, & executionem, interea non obstante l. decernimus. C. de sac. san. eccl. habere voluerunt, quæ circumscripto dicto pacis capitulo, pro cassatis & irritis, ex d. legis dispositione, ipso iure forsan habita fuissent, & hæc interpretatio sumenda est, † attenta propria significatione & natura huius copulæ, Et quę regulariter ponitur inter diuersa: verùm † si inter in-

compatibilia, vt proximè demonstrauimus, sit posita, dici potest, ipsam resolui debere in alternatiuam, siue disiunctam, l. sępe. ff. de verbor. significat. l. si Titio fundus, de vsufruct. leg. vbi Bartol. & in l. recusare. §. Titius. ff. ad Trebellia. Bal. in auth. hoc locum. C. si secundo nup. mul. col. 1. Ias. latè in l. 1. colum. 2. ff. de Iustit. & iure. & ibi Sayssel. col. 4. Lance. colu. 2. Facit, quod scribit Decius in Rubr. ff. si certum petatur. numero 1. vbi dicit, dictionem, Et, inducere diuisionem, per tex. in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. imò semper aliquid addit, l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3. vbi Doctor. Neuiza. dict. cons. 66. numero quadragesimosexto. post Corne. cons. 70. volum. 2.

Vt igitur euitetur contrarietas, & repugnantia, facienda est prædicta interpretatio, argumento notatorum per Alexand. cons. 56. numero quarto, volum. 2. & Deci. cons. 602. nume. 3. & sequen. quæ comprobatur ex eo, quòd, etsi non scripta fuissent illa verba, Secundum ordinem, & dispositionem iuris legum, sed simpliciter inter contrahentes dictum fuisset, quòd partes possent sibi prouidere aduersus arresta, secundum ordinem & dispositionem ordinationum Regiarum adhuc defendi poset, non fuisse sublata remedia competentia dispositione iuris communis, cum
11 † prouisio hominis non tollat prouisionem legis pleniorem, l. fina. §. fin. & ibi Paul. de Castr. numer. 2. ff. de eo, per quem factum erit. Iason latè in l. 2. numer. 143. C. de iure emphytheo. & his stantibus, frustra contendimus de interpretatione capituli pacis, cuius verba sunt clara: & in claris non opus est coniecturis, vulga. l. continuus. §. cum ita. vbi gloss. & Doctor. ff. de verbor. obliga. & l. generaliter. §. idem quęsijt. ff. de vsu-
12 fruct. leg. & † quatenus verba paterentur aliquam dubiam interpretationem, semper debent interpretari contra se fundantem in illis, vulgata l. veteribus. ff. de pactis. Alex. consi. 35. numero 5. volum. primo.

Præterea, posito, quòd capitulum pacis, de ordinationibus Regijs in Francia receptis duntaxat deberet intelligi, non uideo illas ordinationes, super quibus se fundat Domina Miolani, productas fu-
13 isse coram Senatu, † nec sufficit earum allegatio, capit. 1. de constitut. libro sexto. l. præscriptione. C. si contra ius, uel utilitat. pulic. ubi gloss. Bartol. & communiter Docto. & Barto. communiter receptus in l. omnes populi. numero sexagesimoseptimo. ff. de Iustit. & iur. vbi latè Ioan. Baptist. à Sancto Seue. colum. vltima. Felin. in c. 1. numero vigesimoprimo. post innumeros Doctor. per eum citatos, & Deci. columna trigesimonono, de probat. Cardin. cons. 72. columna quinta. loquitur in stanto prohibente appellationem non recipi, dicens, illud debere produci, quando est alterius fori. Nam cum Senatus consueuerit, prout quemlibet rectum iudicem decet iudicare ex his, quæ ex fide gestorum, non quæ ex extrinsecis, probantur, non
14 potuit † aliquid decernere, quod ad obseruantiam odinationum Regiarum spectet, nisi prius eidem constaret de dictis Regijs ordinationibus, iuxta doctrinam Bartol. communiter approbatam in l. diuus. ff. de test. mil. quam refert & sequitur Deci. pluribus cumulatis in cap. ex parte. columna tertia. versicu. secundò fallit, de offic. delegat. Rippa in l. 5. §. condemnatum. numero octauo. post Bartol. & Alexand. ff. de re iudic. Bonus tex. in cap. cum venisset. §. non igitur, de eo, qui mit. in possess. vbi qui obtinuit causam cognosci secundum consuetudinem, debet probare consuetudinem. Facit text. in l. 1. §. item illud. ff. ad Sillan. Sed Senatui non constitit de huiusmodi ordinationibus: ergo super eis non potuit iudicare. Iustā enim causam ignorantiæ ordinationum Regiarum Regni Franciæ habuit, præsertim cum nunquam fuerint in hac patria publicatæ, & etiam fratres de Abdua nunc comparentes sint hæredes condemnatorum, semperq; fuerint absentes dict. cap. secundo, de constitut. capit. de constitu. in 6. l. qui alterius, de regul. iur.
15 † Ideo imputandum est Dominæ Miolani, si non produxit prædictas ordinationes, quas producere debebat, cum essent fundamentum suæ intentionis, l. 2. ff. de probatio. & l. qui accusare. C. de edendo. Nec credendum est Rebuffo describenti in suis libris prætensas ordinationes Regias: tum quia non sunt originalia ipsarum ordinationum: & Rebuffo non est credendum in his, quæ sunt facti, Decius consil. 472. numero decimoseptimo, & sequen. Mod. Parisi. libro secundo de censiue, & droictis seigneu. §. 56. gloss. 1. numer. deci-
16 mo, concludens, & † Doctoribus etiam mortuis attestantibus de consuetudine, & alijs, quę sunt facti, non esse credendum. Conueniunt, quę scribit Bartol. & Docto. in l. 1. ff. si cert. pet. & in authen. si quis in aliquo. C. de edendo. & tex. in l. 1. ff. si quadru. paup. feci. dicatur. nec etiam libe-

Rebuffi continens exemplum assertarum ordinationum, tunc Senatui incognitus fuit productus, & hoc solo fundamento, non productionis prædictorum ordinationum, cui non video posse responderi, tolluntur omnia fundamenta dominæ Miolani, † cum paria sint non esse, vel esse, & non probari, l. duo sunt Titij. ff. de test. tute. Rui. consi. 144. num. 17. volu. 4. Quinimo nec hactenus constat legitimè de prædictis ordinationibus. Ex quibus omnibus censuit Senatus rescripta Ducalia legitimè fuisse concessa.

SVMMARIVM.

1 Statuta, consuetudines, siue constitutiones, recipiunt interpretationem paßiuam à iure communi.

2 Statuta ita sunt intelligenda, ne quis indebitè ius suum amittat.

3 Appellatione sententiæ intelligendum est de sententia ritè & rectè lata.

4 Stante statuto, quòd nulla poßit opponi exceptio contra sententiam, tamen illa potest opponi, quòd non fit sententia.

5 Sententia, fundata super non productis, est nulla.

6 Post conclusum in causa nõ admittitur aliqua productio.

7 Minæ non præsumuntur interuenisse, cum sint facti, præsertim si contractus fiat coram Principe, & num. 13.

8 Ratificatio ex interuallo subsequens conualidat etiam contractus nullos, & dolosos.

9 Allegatio metus purgatur per actus contrarios subsequentes.

10 Actus subsequentes contrarij præcedentibus, faciunt videri recessum à præcedentibus, præsertim quando de illis facta reperitur expressa mentio.

11 Satisfactum dicitur, l. fin. C. de nouat. requirenti expressam fieri mentionem de nouatione per contrahentes, si per coniecturas appareat partes voluisse nouare.

12 Vbi requiritur specialis mentio, non sufficit personalis.

14 Absolutio à iuramento debet omnium obstantium facere mentionem, alias subreptitia iudicatur.

15 Ratificatio subsequens tollit effectum nullitatis.

16 Sententia, quæ transitum fecit in rem iudicatam, non censetur rescripto Principis sublata, nisi in precibus facta sit specifica mentio, quod sententia transitum fecit in rem iudicatam.

17 Clausula, Non obstantibus, in rescripto apposita, præsumitur subreptitia, probato, quòd rescriptum sit obreptitium, & subreptitium.

18 Princeps non præsumitur suo rescripto velle tollere contractus, & ratificationes communi partium consensu vallatas.

19 Clausula, Ius & iusticiam ministrari, in rescripto apposita, declarat mentem rescribentis.

20 Sententia, siue arrestum dicitur esse nullum, vbicunq; se refert ad acta, in quibus apparet de contrario, quam in arresto contineatur.

21 Sententia contra petitionem partis prolata, dicitur nulla.

22 Actus sequentes appellationi contrarij faciunt præsumi appellationi renunciatum.

23 Sententia prolata contra rem iudicatam, parte opponente est ipso iure nulla: quod etiam procedit in rescripto, & sententia Imperatoris, & numero sequen.

25 Sententia, quæ transitum fecit in rem iudicatam, non censetur sublata per clausulam, nõ obstante, in rescripto Principis appositam.

26 Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, inducit notoriũ, & lata contra notorium est nulla.

27 Dispositio legis ampliorem non habet locum, quando appellatur in parte, & paßibus odiosis, numero 46.

28 Sẽtentia lata, non obseruata forma rescripti, dicitur nulla.

29 Obreptio in parte rescripti vitiat totum rescriptum.

30 Sententia lata contra expressam Principis constitutionem, dicitur nulla.

31 Statutum præfigens terminum ad dicendum de nullitate, habet locum in agente tantum, secus, in excipiente, quod potest non obstante statuto quandocũque excipere de nullitate.

32 Nullitas resultans ex eo, quòd sententia non sit conformis petitioni, non comprehenditur sub statuto prohibente dici de nullitate post certum tempus.

33 Statutum prohibens post certum tempus dici de nullitate, non includit nullitatem euidentem, & quæ ex actorum lectura apparet.

34 Notoria nullitas, quæ resultat ex actis, impedit executionem trium sententiarum conformium.

35 Tempus ad interponendum appellationem, supplicationem, seu reuisionem, intelligitur currere à die scientiæ: & talis scientia debet esse per intimationem instrumenti sententiæ, numero 36. quod procedit etiamsi pars fuisset personaliter citata ad audiendum sententiam, & fuisset contumax, ibidem.

37 Acta sunt nulla, in quibus interuenit circunductio.

38 Illa verba, Faciat, prout exigit iustitia, important facultatem decidendi, & ordinem iuris seruari, remissiuè

39 Iudex procedendo ad vlteriora videtur super exceptionibus, & alijs emergentibus, seu incidentibus pronunciare.

40 Factum procuratoris nocet domino.

DECISIO CXLII.

De oppositionibus & exceptionibus, quæ sunt aduersus sententiam, de qua agitur.

SVPRASCRIPTAE decisioni alia succedit quæstio, posito, quòd ordinationes Regiæ in Regno Franciæ receptę, fuissent publicatę, debuissentq; in sua patria obseruari, & capitula pacis essent restricta ad dictas ordinationes, adhuc dicitur non fuisse contrauentum ordinationibus Regijs, minus capitulo pacis: ad quod demonstrandum propono infra scriptum syl-
1 logismum: † Statuta, consuetudines siue constitutiones vbi iuri communi non aduersantur, recipiunt interpretationem passiuam ab eodem iure communi, Bartol. in l. omnes populi. numero 60. ff. de iustit. & iure. vbi Iaſ. numero 60. & sequent. Curt. Sen. cons. 79. colum. 3. Iason in authen. præterea. numero decimoquarto & decimoquinto. C. vnde vir & vxor. Dec. cons. 445. nume. quadragesimonono, concludentes, hanc esse communem opinionem, Nat. cō-
2 sil. 172. numero 3. 4. & 14. vbi dicit, † statuta ita debere intelligi, ne quis amittat ius suū, & indebitè damnum patiatur, latè Socin. cons. 46. nume. 5. & pluribus sequen. volumine 4. vbi loquitur in statuto denegante audientiam venientibus contra alienationes, & concessionem, scilicet quorundam officialium à Principe deputatorum, & in constitutionibus Regijs: Rebuff. de constitutio. reg. in Proœmio, in glos. 5. numero 139. post Stephan. de Federi. in tractat. de interpret. legum. Tiraquel. de iure primogenio. quæstio. 24. numero sexto. & quæ-
3 stio. 4. num. 85. Ar † ius commune, cum de sententia, siue condemnatione loquitur, intelligitur de ritè & rectè prolatis, l. 4. §. condemnatum. vbi communiter Doctores, præsertim Rippa, ff. de re iudicata. Ergo constitutiones Regię cum de arrestis, & alijs sententijs loquuntur, debent intelligi de ritè, & rectè prolatis, Rebuff. de sup plic. quæstio. 4. in prefat. numero 45. Deci. cons. 8. numero nono. post Bar. in l. 2. §. 1. prætor. ff. qui satisdar. cogantur. Roma. consi. 384. idem Deci. cons. 361. numer. 1. & 2. vbi loquitur in prohibitione appellationis à sententijs Senatus, adducens bonum textum, in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonor. possess. contra tabul. & Barto. ibi, & Alexand. cons. 33. nume. 3. volum. primo, vbi
4 dicit, quòd si † ex forma statuti prouisum est, quòd contra sententiam nulla possit oppōi exceptio, tñ poterit semper opponi, quod illa non est sententia ratione alicuius nullitatis: Rippa in d. §. condemnatum, nu. 8. post Bartol. Alexand. & Felin. per eum citatos. Ruin. d. cons. 144. colum. penul. volum. 4. & hæc est communis sententia. Faciunt quæ scribit Barto. in vulgata l. uus. ff. de testam. milita. Dec. consi. 408. numero 1.

Quod autem arrestum in fauorem domine Miolani non fuerit (sit semper cum reuerentia dictum) ritè, & rectè prolatum, ex multis demonstratur. Primo, quia legitur fundatum in prętenso rescripto Regis, dato Anno 1549. die 24. Decembris, quod in actis curiæ Regij Parlamenti coram Senatu Ducali exhibitis productum non lo-
5 gitur, ideo † arrestum super non productis fundatum, est euidentissimè nullum, l. vt fundus. ff. communi diuid. l. 3. C. de sentent. quæ sine certa quan. proferuntur: quam ad id adducit Alex. cons. 37. nu. 18. & seq. vol. 2. post Bar. Bal. Sal. Io. And. Butr. & Imo. per eum citatos, Iaſ. in l. 1. §. æditiones. col. fin. ff. de ędendo: Rebuff. in tit. de part. produc. prima glos. nu. 3.

Et dato, quòd citra veri præiudicium fuisset productum, vt pars pręsupponit, est nulla dicta productio, cū fuerit facta post assignatas partes ad ius, seu ad consilium
6 † & sic post conclusum in causa, c. cum dilectus. vbi communiter Doc. de fid. Instru. Alex. d. cons. 37. nu. 21. Card. d. cons. 71. col. 6. vers. ad quartum dico, post Spe. Imo, C. Bar. & Bal. per eum citatos. Rebuff. de partium produc. in gl. incipiente, Quando nu. 4. & 5. vbi transcribit constitutionē Ludouici 12. expressè prohibentem productionē post assignatas partes ad consilium, sic decretis patriæ, tunc Regijs cauebatur maximè, quia prædictum rescriptum continebat nouam petitionem, pręsertim respectu duorum mille aureorum solutorum in secundo contractu facto de Anno 525. prout etiam in d. arresto narratur.

Sed demus, quòd intra legitima tempora fuisset productum prætensum Regium rescriptum, dicitur illi fuisse oppositum de obreptione, & subreptione, quę in infra scriptis capitibus substantialibus demonstratur.

Primò, quia narrauit secundum contractū factum de Anno 1525. persuasionibus, et minis Illust. quon. Marchionis Vasti, de quib. nunquam constitit, nec cōstabit, nec
7 † pręsumūtur, cū sint facti, & sonēt in delictū, vulgata l. in bello. ff. de capti. & post reuers. & l. meritò, p socio. l. dolū. C. de dolo. l. quoties. §. qui dolo, ff. de proba. latè Alci-

de præsumpt. regul. 3. præsump. 4. & 7.

Secundò narrauit, nulla Instrumenta, seu exempla iurium enunciatorum in prima transactione Anni 1524. fuisse per Abduas, iuxta formam prædictæ primæ transactionis exhibita, & tamen ex Instrumento nunc coram sua celsitudine producto, & aliàs coram Senatu ante probationem sententiæ lecto, rogato de Anno 1525. die 13. Martij, clarè constat intra annum, de quo in prima transactione, fuisse edita Bernardino Bechi procuratori ipsius Dominę Miolani, prædicta Instrumenta, iuxta dictæ primæ transactionis conuenta, & promissa, quæ exhibitio ex vehementi coniectura conijcitur, solutionis scilicet duorum millę scutorum solutorum ante tempora conuenta: quam quantitatem, verisimile non est, dominam Miolani noluisse soluere, nisi sibi prius constitisset, exempla iurium iuxta primam conuentionem tradi promissa, fuisse realiter tradita: ita nominatim dicit Paulus in l. cum de indebito. versicul. qui enim soluit nunquam ita resupinus est. ff. de probat. cum nemo præsumatur suum iactare.

Tertiò, in dicto rescripto tacuit ratificationem secundæ transactionis, factam per ipsam Dominam Miolani, existentem in patria Sabaudiæ, Anno 1525. die 17. Martij, & domini Gulielmi de Pictauia eius mariti, Anno 1526. & mense Mai, ex qua ratificatione ex interuallo facta cõualidantur etiam precedentes contractus nulli, & & dolosi: Affli. deci. 220. nu. 7. 8. & 20. qui potest videri.

Quartò, tacuit deuentum fuisse ad secundam conuentionem Anni 1525. eo, quia ipsa nõ adimpleuerat à se promissa, non autem, quia non fuerint sibi ab Abduis exhibita iura, vt ex ipso secundo Instrumento legitur.

Quintò, narrauit Regiæ M. fructus annuos loci Caramaniæ ascendisse ad aureos quingentos in singulos annos, & receptos fuisse per Abduas ab Anno 1527. inclusiuè, vsque ad Annum 1534. & tamen ex Instrumento transactionis factæ de dicto Anno 1534. legitur, Abduas non percepisse fructus Annorum 1527. 1528. & ex sententia iudicum, dictoq; arresto annui redditus fuerunt taxati duntaxat ad scut. 360.

Sextò, tacuit quòd in executionem primæ, & secundæ conuentionis, seu transactionis, prouio processu, & sententia in fauorem Abduarum prolata, fuerunt missi Abduæ in possessionem bonorum Caramanię, de quibus, processu, & sententia, fit etiam mentio in d. transactione facta Anno 1534. 14. Nouembris.

Septimò, tacuit, quòd super prętensis vsuris, & interesse, ac allegato metu, primę, & secundę transactionis fuisset expresse transactum, vt nominatim legitur in dicta transactione facta Anno 1534. die 14. Nouembris: † ex qua transactione, acaliįs actibus subsequutis, si aliquis fuisset metus, diceretur purgatus, l. 2. C. de his, quę vi, metusue ca. fin. & l. si mulier. iuncta glosi. in verbo, Ratum. ff. eod. titul. & argum. l. fina. ff. de liber. exhib. & c. ad id quod, de sponsal. Alcia. pulchrè consil. 5. numero decimo quarto. Afflic. disertè, & ferè in terminis nostris, decis. 220. numero septimo & octauo. vbi adducit tex. in l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pactis. affirmans, dolum prętéritum posse remitti in alio contractu ex interuallo: Gramma. Deci. 66. in fi. vbi ita dicit fuisse iudicatum.

Octauò, tacuit Abduas esse mercatores celebres, solitos negotiari, vt ex actis coram iudicibus Regijs concludenter probatum fuerat, & quòd ipsi Abduenses consenserunt haberi rationem fructuum per eos perceptorum, iuxta petita per Dominam Miolani, dummodo haberetur etiam ratio interesse ipsorum, prout legitur expresse in dicta tertia transactione.

Nonò, subticuit, quòd virtute dictę tertię transactionis factę Anno 1534. die 14. Nouembris, dato, & non concesso, quòd prędicti Abduę contrahentes non exhibuissent, iura exhiberi promissa in primo Instrumento, facto Anno 1524. fuit recessum, derogatum, ac renunciatum dictę exhibitioni iurium, vt legitur in dicto Instrumento, in secundo capitulo, incipiente, Item conuenerunt, & transegerunt, quod pro omnibus, & singulis prędemissis hincinde petitis, ac pro quibuscunque. in quibus dictę partes inuicem ratione prędemissorum, vsque in prędictem diem teneri possent, quouis modo, quauis ratione, vel causa, & c. item in fine Instrumẽti, in tertia linea, in illa clausula, Renunciauerunt omnibus iuribus, quibus contra prędemissa venire possent, vel altera earum posset. † ex quibus verbis clarè patet, fuisse à primis contractibus, quorum fuerat habita expressa mentio, recessum, & saltem ope exceptionis inductam nouationem: l. pacta nouissima. C. de pactis. l. si de certa.

vbi glo. & Docto. C. de transactio, Alexan. late cons. 42. colum. 3. volu. 1. & cons. 11. numer. 8. volum. 2. l. fin. vbi glos. fi. C. de nouat. quam dicit communiter receptam Socin. cons. 21. nu. 1. vol. 1. Ang. Bero. cons. 205. nu. 13. & 14. volum. 3. Deci. cons. 400. circa fin. loquens in transactione, Afflic. deci. 44. 11 numer. 15. vbi dicit, † satisfactum esse, l. fin. C. de noua. si per cõiecturas apparet, quod partes voluerunt facere nouationem, & si non exprimatur, quòd nouandi animo cõtrahant: & id ex verbis dicitur apparere, si in vltimo contractu dictum sit. Exempli gratia. Pro decem, quæ mihi debebas vigore talis Instrumenti, promittis nunc vigin-ti. Ita nominatim declarat Saly. in d. l. fi. numero tertio. C. de noua. quem refert & sequitur Alexand. cons. 13. numero 14. & 15. volu. 2. post Azo. Bar. Imo. Paul. de Castr. Fulg. & Cum. per eum allegatos. & cons. 2. numero 14. vol. 4. Socin. d. cons. 21. nume. 3. Cagn. in l. singularia, num. 102. ff. si cer. pet. & clariùs Paris. cons. 107. numer. 27. volu. 3. Crau. cons. 168. nume. 9. Quibus accedunt, quæ scribit Rom. cons. 22. col. 1. in fi. & seq. ex quibus apparet, istam esse communem sententiam.

Nec obstat, quòd de premissis satis dicatur facta mentio, cum fuerit facta relatio, ad dicta tria Instrumenta, & ad rescriptum Regium de Anno 1545. in quibus de prædictis oppositionibus continetur, argumento l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudi-12 quia † vbi requiritur specifica mentio, non sufficit generalis: ita respondet Affric. d. deci. 220. nu. decimosexto. & clariùs Thom. Grammat. deci. 66. numero 18. & 19. latè Iason in l. actione. numero 8. C. de transactioni.

Decimò, tacuit (& in hoc capite animaduertatur) quod de Anno 1534. die 17. Nouembris, præfatus Dominus Guliel-mus de Pictauia maritus præfatæ Dominæ Miolani, cum vnus ex Abduis recusasset ratificare prædictam tertiam transactionem, deinde ratificasset, iterum eam comprobauerit, additis quibusdam nouis pactis, & capitulis, de quibus in dicto Instrumento facto sub die 17. Nouembris, An. 1534.

Vndecimò, narrauit domina Miolani transactionem, Anno 1525. 14. Nouembris fuisse factam minis, & coactione, ab Illustri tunc Duce Carolo illatis, & tamen ex In-strumento præfato liquet, omnia spon-13 tè, & legitimè fuisse transacta, † prout & à iure præsumitur, l. non est verisimile. ff. de eo, quod met. cau. cum similibus.

Duodecimò, tacuit ipsam Dominam Miolani die 6. Decembris, 1534. expresse ratificasse cum iuramento duos contractus per eius maritum factos sub diebus 14. & 17. Nouembris, 1534. quo fit, vt tanquam per iura non debuerit, nec debeat audiri vulgata l. si quis maior. C. de transac. nec 14 † prætensa absolutio à iuramentis prodicta coram iudicibus regijs prodest dominæ Miolani, cum de dicto vltimo Instrumento, & subsequuta ratificatione iurata, nulla fecerit mentionem: Affl. in simili casu d. decisi. 220. in fin. versi. quinta, & vltima sumptio est. quia non fuit facta mentio de transi-15 actione ratificata, addens, quòd † licet contractus primus esset nullus, ratificatio eamen tollit nullitatem, l. fin. C. ad Macedl. licet. ff. de iudic.

Tertiodecimò tacuit, quòd ipsa domina Miolani à principio litis solum petierit restitutionem bonorum Catanniæ cum fructibus, & obtulerit se paratam imputare summam principalem nõ solutam, & quod acquieuerit, ac consenserit expresse, & tacite sententiæ dominorum iudicum, eamq; exequi petierit, & pro maiori parte executioni ad ipsius dominæ Miolani instantiam, missa fuerit, & propterea quòd dicta sententia transiuerit in rem iudicatam, nec satis fuit narrare, iudices rei iudicasse, & ab ea appellatum fuisse, cum 16 expresse debuit exprimere, † dictam sententiam transitum fecisse, prout fecerat rem iudicatam, vt infrà demonstrabimus: ita nominatim respondet Alexand. cons. nonagesimoquarto, numero secundo, tertio & quarto, volum. 2. quem refert & sequitur Decius post alios, per eum relatus, cons. 198. numero quarto, per totum, vbi loquitur in rescripto, & sententia Imperatoris prolata contra sententiam, quæ transiuerat in rem iudicatam, quos rogo videri: quia multum accedunt ad casum nostrum, & respondent ad clausulam, Non obstantibus, positam in rescripto: cui etiam 17 potest responderi, quòd cum † ex suprascriptis appareat, rescriptum fuisse obreptiũ, & subreptitium, clausula prædicta etiam præsumitur subreptitia iuxta nota. in dem. l. de preben. Ita nominatim respondet Dec. 18 ci. cons. 142. in fine. † Quis enim eius erit iudicij, qui velit cogitare Henricum regem Christianissimum & iustissimum, si præmissa omnia sibi ex fide relata fuissent, voluisse, tot contractus pacti, transactiones, & ratificationes va-

eò rescripto tollere? certè nemo: ideò non tenet rescriptum, nec arestum, l. 1. & 2. & l. etsi legibus. C. si contra ius vel vtil. public. l. fin. vbi Docto. C. sententiam rescind. non poss. Alex. & Dec. cons. 15. proximè adducti, Rebuff. de literis ciuil. artic. vni. glos. 6. num. 12. post Ias. cons. 47. in fin. vol. 3. † & hæc mens dignoscitur ex clausula posita in dicto rescripto, videlicet, In casum oppositionis iustitiam ministretis, Alexan. d. cons. 94. num. 4. vol. 2.

Secunda nullitas resultat ex causa falsa expressa in ipso aresto, dum dicit, quòd domina Miolani coram ipsa curia Parlamenti petijt pronunciari malè per iudices regios fuisse processum, & bene appellatum, maximè respectu interesse, in quo fuerat condemnata præfata domina Miolani, & tamen in primo memoriali tento die 8. Iulij, 1549. coram dicta curia, in causa appellationis, petijt domina Miolani, seu Elias eius procurator, pronunciari partem de Abdua pro non appellante, & sententiam dominorum iudicum exequi: item & in memoriali facto sub die 13. Augusti, eiusdem anni, & in schedula, incipiente, A nullo prorsus grauamine, &c. nominatim petijt pronunciari, bene fuisse iudicatum per dominos iudices appellationum, saluo in ea parte, in qua ipsis Abduensibus reseruatum fuit interesse, idem semper petijt vsque ad assignationem factam ad consilium sub 4. Nouembris, 1549. † cum igitur appareat in dicto aresto fuisse ea expressa, quæ relata ad acta legantur falsa, & erronea. Consequens est, vt dicamus, prædictum arestum esse nullum, ex nota. in l. 1. ff. quæ sententiæ sine appel. rescind. & per Abb. & Docto. in c. inter cæteras. & c. sicut de re iudica. Maran. de ordin. iudic. in 2. par. 6. par. num. 18. latè Vanti. de nullit. senten. ex defectu process. num. 128. 129. & 130.

1 † Et huic nullitati proxima est sequens tertia euidens nullitas, videlicet, quia prolatum fuerit contra petitionem partis, de qua in prima & secunda instantia, l. vt fundus. ff. communi diui. l. habebat. ff. de instito. Ruin. cons. 62. num. 30. vol. 5. post Bald. & Philip. per eum allegatos.

Quarta nullitas ex eo resultat, quòd cum sententia dominorum iudicum transitum fecisset in rem iudicatam, quo ad ambas partes, respectu summæ principalis, cum ipsa domina Miolani tam in libello suo coram præfatis primis iudicibus producto, quàm alijs schedulis, necnon rescripto regio, de Anno 1545. in actis coram iudicibus producto, semper obtulerit se paratam imputare cum fructibus loci Caramaniæ & domini iudices iuxta petita iudicauerint, scilicet computandum esse principale cum fructibus, & à dicta sententia in ea parte non legatur à partibus, præsertim ab ipsa domina Miolani appellatum, imò ei expresè consensisse, petendo coram curia primò illius exequutionem indistinctè, deinde pronunciari bene per iudices primos
22 pronunciatum, excepto in interesse, † quibus stantibus, dato, quòd appellatum fuisset, censeretur appellationi renunciasse, & sententiæ acquieuisse, iuxta nota. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudic. & in l. ad solutionem. C. de re iudica. in c. concertationi, circa fin. de appellatio. in 6. & in c. gratum. de offic. delegat. ac in cap. quod ad consultationem, de re iudicat. non potuit curia contrarium, stante partis oppositio-
23 ne, pronunciare, quo fit, † vt prædictum arestum veluti prolatum contra sententiam, quę transiuit in rem iudicatam, sit ipso iure nullum, l. 1. ff. quæ senten. sin. appella. l. post sententiam. C. de sent. Franc. March. decis. 466. per tex. in l. 1. vbi Bart. & communiter Docto. C. quando prouoca. non est necess. glos. ordinaria in Clem. si appellationem. in verbo, Appellatus, de appel. Dec. ferè in terminis nostris in d. cons. 198. num. 3. circa fin. & num. 4. per totum. vbi expres-
24 sè dicit, † rescriptum, & sententiam etiam Imperatoris contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, non valere, l. fin. C. senten. rescind. non pos. & l. causas & lites. C. de transact. Bonus text. in c. exposita, de arbit. & adeò dicit, hoc procedere, quod licet concedatur rescriptum à Principe, & in eo dicatur, non obstante tali sententia, prout videtur in casu nostro rescriptum
25 fuisse, † non tamen intelligitur derogatum sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, & adducit Alex. ita etiam tenentem cons. 94. num. 2. 3. & seq. vol. 2. cui addo eundem Alex. cons. 33. num. 12. vol. 1. vbi circa fi. post Butr. & Innoc. dicit, quòd sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, inducit noto-
26 rium, c. fin. de cohabi. cleric. & † sententia lata contra notorium est nulla, c. Romana. §. 1. de senten. excommun. in 6. latè Vantius de nul. senten. ex defect. processus. nu. 125. & seq. aliscp exceptio nullitatis impedit executionem sententiæ: ergo arestum latũ contra primam sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, quoad summam principalem, est nullum.

Nec obstat, quòd domina Miolani po-

tuerit se iuuare appellatione partis, quæ voluit in totum impugnare sententiam iudicum Regiorum, l. ampliorem. C. de appel. quia respondetur, Abduas non indistinctè appellasse, sed in parte & passibus odiosis: & per consequens, non appellauerunt ab ea parte sententiæ, qua domina Miolani fuit condemnata ad solutionem, seu restitutionem summæ principalis, cum in eo capite sententia sit prolata in fauorem Abduarum, & eam acceptauerunt: quo casu,

27 † quando appellatur in parte & passibus odiosis. non habet locum dispositio. l. ampliorem, nec appellatus potest se iuuare appellatione partis: ita dicit glos. in d.l. ampliorem. in verbo, Iudicatis. & expressè Felin. in c.2. col.2. vers. secundò limita. de mutuis peti. in c. cum Io. de fide Instru. num.20. & in c. significauerunt. nu.3. de excep. post Bart. Bal. Imo. Abb. & Butrium per eum allegatos. Si dicatur, dominam Miolani pariter appellasse in parte & passibus, ei odiosis: respondetur, quòd quoad summam principalem, dicta sententia non est in odium ipsius d. Miolani, cum sit conformis suæ petitioni, quæ semper obtulit se paratam imputare summam principalem: nam volenti non fit iniuria, c. scienti, de regul. iur. in 6. & dato, quòd diceretur in ea parte odiosa, respondetur, Dominam Miolani appellationi renunciasse, & sententiæ acquieuisse, petendo executionem dictæ sententiæ, & pronunciari bene iudicatum per præfatos iudices, excepto in interesse, vt proximè diximus, & propterea negari non posse, dictam sententiam dominorum iudicum, quo ad summam principalem transitum fecisse in rem iudicatam.

28 Accedit † etiam quinta nullitas præfati arresti, resultans ex inobseruantia formæ asserti Regij rescripti, c. cum dilecta, de Rescriptis, & cap. venerabili. vbi Abb. & Docto. de officio delegati. nam mandabatur procedi vocatis Abduis, & constito, quod preces veritate niterentur, tamen nec legitimè puto eos fuisse vocatos, & quatenus vocati appareant, non constitit, quòd preces veritate niterentur, præsertim, quòd persuasionibus & minis Marchionis Vasti, hæredis Marchionis Piscariæ defuncti, fecerunt dictam transactionem de Anno 1525. die 19. Decembris, & alia de Anno 1534. 14. Nouembris, fuerit facta coactione Illustrissimi & Excellentissimi Ducis Caroli, quæ omnia erant probanda, c.2. de

29 Rescript. † & obreptio in parte vitiat totum, c. sedes, eodem tit. de Rescript. & latè Dec. d. cons. 198. num. 4. circa medium, post Io. And. Abb. Cal. Card. & d. cons. 602. nu. 2. & seq. & num. 15. & seq.

Sexta nullitas, præsuppositio, quòd constaret de ordinationibus regijs in regno Franciæ (vigentibus) resultat, quia præfatum arrestum legitur prolatum contra expressam constitutionem Regis Ludouici 12. publicatam in regno Franciæ, Anno 1512. qua cauetur, quoscunque contractus & distractus non posse post decennium à die celebrati contractus vel distractus, vt refert Rebuff. de rescind. contract. arti. vnic. glos. 1. rescindi, prætextu doli, fraudis, vis, metus, circumuentionis, & deceptionis;

30 ideò † nullum ipso iure, l. 1. §. item cum contra. ff. quæ senten. si appellar. rescind. l. 2. C. quando prouoca. non est necess. & c. 1. de senten. & re iudic. & vbique Docto. Guid. Pap. quæst. 292. Gratus respon. 80. num. 7. lib. 2. Rebuff. de consuet. num. 102.

Non obstat, quòd ex prætensis ordinationibus Regijs, non potest quis contrauenire arrestis via nullitatis & contrarietatis, sed duntaxat via propositionis erroris, supplicationis ciuilis, & restitutionis in integrum, intra quem tempus statutum, vt refert Rebuff. in tract. de supplic. artic. 7. glos. 1. & 2. quia multis modis responderi potest, primò, præmissa posse procedere agendo, fa-

31 cus autem excipiendo, † cum annalia sint agendum sint perpetua in excipiendo, l. pure. §. fina. ff. de doli excep. Ita interminatum statuti præfigentis terminum ad dicendam de nullitate, vt perpetuò possit excipi de nullitate, consuluit Socin. cons. 46. num. 42. post Abb. & Imol. per eum citatos, volum. 4. Ruin. cons. 62. num. 29. volum. post Spec. Bald. Angel. Salycet. & Imo. per eum

32 adductos, & num. 30. post Bald. & † Philip. Franc. dicit, talem prohibitionem non habere locum, quando nullitas resultaret ex eo, quòd sententia non esset conformis petitioni, prout fuit in casu nostro, vt supra probauimus.

33 Secundò † respondetur, præfatam Regiam ordinationem debere intelligi, quando exceptio nullitatis & contrarietatis requireret altiorem indaginem, secus verò, quando nullitas vel contrarietas concernens ius partis est euidens, & apparet ex lectura actorum, nihilque extrinsecus desiderat: Barto. in Extrauag. ad reprim. in verbo, Summariè. col. fin. versic. quædam sunt, quæ opponuntur. Paul. de Cast. post Bal. in authen. quæ supplica. num. 3. C. de precib. imper. offer. Abb. cons. 64. colum. 3. versi-

ma

Nam quando, & c. vol.1. dicens, q̃ quando lex prohibet propositionem nullitatis, hoc facit, non quòd velit confirmare actum nullum, sed vt tollatur fraudis præsumptio, quæ cessat, si probatio est euidens, vel offertur in continenti, & clariùs col. fi. versic. tamen puto. vbi loquitur de nullitate manifesta: idem expressè dicit Alex. cons. 91. nu. 1. & seq. vol. 6. Iaf. cons. 44. in princ. vol. 3. Felin. in c. inter cæteras. num. 10. & seq. de re iud. Guid. Pap. quæst. 50. quem refert & sequitur Boer. decis. 247. nu. 12. latè Ripp. in d. §. condemnatum. num. 16. & sequen. & ibi Zas. col. prima. Ruin. cons. 196. num. 13. vol. 1. & cons. 29 num. 2. vol. 5. vbi post Bar. Bald. Cuma. Alex. Philip. Franc. & Moder. per eum citatos, concludit, quòd statutum generale tollens nullitatem, & restringens facultatem dicendi de nullitate, non comprehendit nullitatem, de qua euidenter apparet in actis: ita tenet doctissimus concivis noster, & Senator, Marchionalis M. Anton. Nat. cons. 172. num. 3. & seq. post plures per eum citatos: Afflict. decis. 283. num. 1. & 2. Grat. d. cons. 80. num. 8. & 9. lib. 2. Neuiz. cons. 41. num. 44. & id videtur sentire Rebuff. de literis ciuil. glos. 3. vbi post Doctores suprà scriptos, & alios per eum allegatos dicit, idem procedere, quando constaret de euidenti iniquitate: & huic declarationi deseruit communis conclusio, quæ habet, quòd † notoria nullitas, quæ resultat ex actis, impedit executionem trium sententiarum conformium: de qua latè per Portium in suis commun. conclus. lib. 4. c. 25. colum. 2. versic. contrarium, quòd imò. & col. sequen. post innumeros Doct. per eum citatos, & cons. 209. num. 10. & pluribus sequen. ex quibus omnibus euidenter dignoscitur, iustas fuisse causas concessionis reuisionis dicti arresti, quibus stantibus, Rex ipse veluti iustissimus similiter fuisset referipturus ex notatis per Boer. d. decis. 242. nu. 12. vsque in fin.

Præterea dicitur, Abduas obtinuisse reuisionem præfati arresti intra tempus à prætensis Regijs ordinationibus statutum, 35 † cum tempus prædictum non currat, nisi à die notitiæ habitæ, exemplo appellationis, vt concludit Rebuff. de supplic. glos. 35. & adducit text. in c. concertationi. iuncta glo. 36 in verbo, Sciuerit, de appellat. in 6. † & talis scientia debet esse per intimationem Instrumenti sententiæ, vt concludit Iaf. cons. 159. volum. 2. post Specul. Archi. Ancha. & alios per eum allegatos. & in l. 1. num. 3. ff. de eo, per quem factum erit. Felin. in c. quod ad consultationem. num. 22. de re iudic. Dec. cons. 34. num. 3. Natta cons. 162. num. 33. concludentes, hoc etiam procedere, si pars fuisset personaliter citata, ad audiendam sententiam, & fuisset contumax. Sed ex gestis productis coram Senatu non video legitimè intimatum Instrumentum prætensi arresti ipsis Abduis, nisi die 20. Decembris, 1561. qua die Abduis legitimè comparentibus fuit facta productio asserti arresti: ergo nisi à præfato discurrit dictus Annus.

Etsi dicatur, productionem arresti fuisse factam die 6. Ianuarij, 1561. in primo memoriali: respondetur, eam productionem fuisse factam parte absente, ideò non esse legitimam. Nec nocet Abduis processus Mediolani factus, quia in eo non legitur fuisse intimatum Instrumẽtum arresti: item, si videantur omnia illa gesta, & alia in eorum executionem coram curia Taurini facta, sunt nulla, ex pluribus capitibus, præ- 37 sertim, † quia omnes actus sunt circumducti, tenti alijs diebus, quàm assignatis, l. aut qui aliter. vbi Bar. & Docto. ff. quod vi aut clàm. latè Felin. in c. 1. numer. 22. de iudic. post Bart. Butri. Ioan. And. & Abb. per eum citatos, quo fit, vt dicantur facti parte non vocata, & sic nulliter, & propterea literæ concessæ Abduis per Serenissimum Ducem die 16. Aprilis, 1561. cum clausula, Ex certa scientia, & plenitudine potestatis, quibus committitur D. delegatis causa reuisionis, fuerunt intra annum à die intimationis arresti, etiamsi à dicta die 6. Ianuarij incipiamus annum.

Nec obstat, quòd prętextu dictæ delegationis nihil actum fuit, quia respondetur id fuisse culpa, & facto dominæ Miolani, cuius factum non debet Abduis nocere ex regula: Alteri per alterum non debere conditionem iniquam inferri. Nam in suis precibus porrectis die 10. Iunij, 1561. petijt domina Miolani causam reuisionis commissam delegatis, committi Senatui, ita tamen, quòd antequam procederet ad merita alicuius reuisionis, inprimis cognoscat, an pars, attentis capitulis pacis, & ordinationibus Regijs, veniat audienda, & rescripto Ducali fuit commissum Senatui, vt super supplicatis prouideret, & interea inhibitum delegatis supersederi, qua supersessione stante, & dum litigatũ fuit coram Senatu, non dicitur cucurrisse tempus prædictis Abduis, argumento notatorum per Bar. in l. 2. §. non solum. ff. ad Senatusconsul. Tert. & Alex. cons. 71. num. 4. vol. 5.

Quid

Quid autem esset commissum Senatui virtute dicti Rescripti, puto id esse, vt scilicet cognosceret, an stantibus capitulis pacis, & ordinationibus regijs, esset locus reuisioni petitæ, quod & factum legitur vsque in diem 6. Martij, 1562. intra quod tempus domina Miolani contendit, non esse locum reuisioni, attentis capitulis, & ordinationibus regijs, veluti tempus petendæ reuisionis esset lapsum, & forma in reuisione petenda non fuerit secundum ordinationes regias obseruata, arrestumq; exequi debere. Contra verò dicentibus, & excipientibus Abduis, Arrestum non debere exequi, stantibus euidentissimis, & notorijs nullitatibus, iniquitatibus, & exceptionibus, de quibus suprà, & propterea esse locum reuisioni, & reformationi prædicti arresti.

Narratur enim in precibus dicti Rescripti, quòd dum ageretur causa coram Senatu inter Dominam Miolani, & Dominos fratres Abduas, in qua ipsa Domina Miolani petebat executionem dicti arresti, adiuerunt Abduæ S. ALT. vt reuideretur præfatum arrestum, & causa reuisionis commissa fuit dominis delegatis, & quòd contra rescriptum præfatum Domina Miolani obtinuit aliud per copiam annexum, quo committitur Senatui, vt in eo continetur, & quòd dum coram Senatu tractaretur executio arresti, proposuerunt ipsi Abduæ nullitatem, & causas, quare non deberet exequi. Et quia in causis executionis, nullitatis, & reuisionis, coram Senatu poterat proferri sententia, cognoscat super dictis, executione, nullitate, & reuisione, quibus precibus Princeps rescribit Senatui, coram quo causa, de qua supplicatur, pendebat, vt in ipsa causa procederet, etli vnio causarum requisita fieri deberet, & in ipsis causis coniunctim iudicandum esset: ita faceret, prout pro iustitia faciendum eidem videbatur, ex quib. verbis certè inficiari non possimus causas executionis nullitatum, & reuisionis esse commissas.

Nam etsi antea coram Senatu penderet causa executionis arresti. Item & an esset locus reuisioni, stantibus capitulis pacis, & ordinationibus regijs, & in ipso processu propositæ forent exceptiones nullitatis, & aliæ aduersus dictum arrestum, possetq; dici, vsque in eam diem esse commissam causam reuisionis, attamen cum nullitates, & iniquitates propositæ aduersus arresta sint præparatoriæ ad causam reuisionis consentaneum fuit, vt Senatus, qui fuit iudex causæ præparantis, esset iudex causæ præparatæ, l. ordinarij. & ibi glos. C. de re vendit. Ideò nimirum si Princeps etiam mandauit Senatui, vt si causæ prædictæ essent vniendæ, & coniunctim iudicandum ea faceret, id est causas vniret, & eas coniunctim iudicaret, prout eidem Senatui fa-
38 ciendum pro iustitia videbatur: quæ verba important facultatem decidendi, vt latè concludit Felin. in c. 1 colum. 16. de constitutionibus. & quòd seruetur ordo iuris, vt latè probauimus decis. 1. num. 34. versic. & quid, si dictum sit, Iustitiam faciat: igitur Senatus potuit ordinare, & interloqui, prout interloquutus est sub die 13. Martij, 1562. quæ ordinatio dicitur iuri consona, cum mandauerit arrestum iuxta capitula pacis esse exequendum, & rescriptum Regium datum, Anno 1549. in arresto designatum per Dominam Miolani esse exhibendum, vt cognoscatur super exceptionibus Abduarum, assignando eos Abduas ad exhibendum eorum iura, & prosequendum in d. causa ad primam iuridicam post Pascha: ex cuius ordinationis mente & verbis, manifestè dignoscitur, prædictam ordinationem virtualiter comprehendere, ac si dictum fuisset, audiendos esse Abduas, locumq; esse reuisioni cum cognoscere super exceptionibus oppositis aduersus arrestum, seu sententiam, nihil aliud sit, quàm arrestum posse reuideri, seu super eius iuribus cognosci. Frustra enim mandatum fuisset, esse cognoscendum super exceptionibus Abduarum, nisi esset locus reuisioni arresti, vt supplicabant fuissent Abduæ assignari ad exhibendum iura, & Domina Miolani prædictum rescriptum, nisi super illis cognosceretur, quæ sit, vt perinde sit, ac si nominatim dictum fuisset, locum esse reuisioni, cum par sit vigor tus taciti & expressi, vulga. l. cum quid & si certum petatur. Facit regula l. illud. ff. de acquiren. hæred. His adstipulatur doctrina Bar. in l. à procedente. C. de dila. vbi inter
39 † procedendo ad vlteriora, videtur super exceptionibus, ac alijs emergentibus, seu incidentibus, pronunciare: quemadmodum & sequitur Felin. in c. suborta. num. 4. de re iudic. Rippa in d. §. condemnatum. num. 25. post Angel. Innocen. Dec. & Felin. per eum allegatos, quorum dicta præsertim ibi cum habent attenta sententia diffinitiua de sequuta, quæ præsupponit pronunciationem super exceptionibus incidentibus & emergentibus præambulis, vt ibi

eos: & hæc maximè procedunt, cum dicta interloquutoria transitum fecerit in rem indicatam, tam tacitè per lapsum decendij, & appellationis non interpositæ, quàm expressè ex eo, quod die 17. Aprilis, 1562. præsignata, Elias procurator dominæ Miolani accusauit contumaciam partis, non exhibentis iura, & non parentis ordinationi Senatoriæ institit eam compelli, offerendo, se paratum sui parte parêre dictæ ordinationi: & idem repetit die 11. Mai: qua die exhibuit dictas literas Regias. Hinc fit, vt factum d. Eliæ procuratoris nocuerit ipsi dominæ Miolani, l. 1. §. si procurator. vbi Bartolus ff. si quis iusdic. non obtemperet, & in l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confessis. Abb. & Felin. latè in cap. 1. vt lite non contest. Nam regulare est, actus per procuratorem factos in modum contentiosæ iurisdictionis nocere domino, & ex hoc solo fundamento, quòd partes consenserint in Senatum, iurisdictio est prorogabilis, etiam circumsc̃ripto præfato rescripto delegatorio, dato, quòd essemus extra omnia tempora iuris communis, & ordinationum Regiarum, potuit Senatus super exceptionibus Abduarum cognoscere: ergo multò magis, stante præfato Ducali rescripto. Et ex his etiam tolluntur, quæ aliquando opposita fuerunt, scilicet non fuisse ab Abduis supplicantibus factum inuentarium actorum in curia agitatorum, prout ex forma assertarum constitutionum Regiarum necessariò requirebatur. Cui obiectioni potest etiam responderi, negando confectionem prædicti inuentarij esse necessariam, cum non legatur posita inter requisita ad obtinendam supplicationem descripta, per Rebuff. de suppli. arti. primo. glos. 20. & sequent. vbi ponuntur septem requisita, inter quæ non legitur huiusmodi de Inuentario. Quinimo idem Rebuff. de suppli. quæst. 10. in præfatio. nu. 72. dicit, supplicantem non debere acta ab actuario curiæ repetere, sed id spectare ad victorem, si velit. Responderi etiam potest, Abduas nunc supplicantes, veluti extraneos, & ignaros prædictarum ordinationum Regiarum, esse excusandos ab illa scrupulosa formalitate prædictarum ordinationum Regiarum, d. c. 2. de constitut. & cap. 1. de constitut. lib. 6. & vbique glos. & Docto. Innocen. in rubric. de consuetu. num. 5. & 6.

Item & ab ipsis solemnitatibus fuisse recessum, ex quo partes consenserunt prænaratæ ordinationi.

Non obstat, quòd dicitur sententiam Senatoriam videri iniquam ex eo, quòd in actis constat, Abduas nunc comparentes habere duntaxat ius pro eorum portionibus hæreditarijs, vt in dicta ordinatione prolata dicta die 13. Martij apparet: & tamen sententia diffinitiua legitur indistinctè prolata, quia etsi sententia Senatoria fuerit simpliciter prolata, tamen cum ad acta necessariò referri debeat, & ad personas legitimè comparentes, d. l. vt fundus, cum similibus. ff. communi diuidundo. ea fuit mens Senatus, vt ad eam portionem, pro qua Abduæ legitimè comparebant, se referret sententia, & ita censuisset Senatus, si domina Miolani prosequuta fuisset appellationem introductam ab excessu commissarij.

Quapropter concludo, rescripta Ducalia legitima esse, sententiam Senatoriam fuisse ritè prolatam, capitulis pacis, & ordinationibus non fuisse contrauentum, præsertim, cum de dictis ordinationibus legitimè non constet, nec fuerint in hac patria publicatæ, ignorantesq̃ non afficiant.

SVMMARIVM.

1. *Transigi potest super dolo, metu, & vsuris præteritis, & tacita illorum potest induci remissio.*
2. *Pactum de non computandis fructibus in sortem licitum dicitur, quando vsura, seu interesse licitè debetur.*
3. *Filiæ acceptanti legitimam in quantitate licitè debentur vsuræ, sicut debentur fructus legitimæ in prædijs consistenti.*
4. *Vsura seu interesse lucri cessantis debetur in foro negociari, & mercari.*

DECISIO CXLIII.

Dolus, metus, & vsura, de præterito remitti possunt: necnon pactum de non imputandis fructibus in sortem, vbi vsura, seu interesse legitimè debetur, fieri potest.

SVpereſt videre, an rectè censuerit Senatus, & constanter teneo, iustè iudicasse: nam quod attinet ad cõtractus factos ab Anno 1524. vsq; in Annum 1534. exclusiue, dato, & non concesso, quòd in dictis cõtractibus interuenisset aliquis dolus Abduensium, conuentioq̃ de fructibus percipiendis fuisset facta in fraudem vsurarum, nec exhibuissent iura in primo cõtractu exhiberi

per Vantium, de nullita. senten. ex defec. process. num. 72. & per Rebuff. in suis commen. in tract. vt testes, contrac. testamenta. sententiæ, & alij omnes actus Gallicis concipiantur verbis, eo maximè, quod omnia acta iudicialia sunt scripta lingua Italica, iuxta eorundem decretorum formam dicitur, dictam sententiam duo continere capita, quorum primum, sententiam continet interlocutoriam, secundum diffinitiuam, & hæc incipit in versi. alioquin.

Quod attinet ad primum caput, videbatur prima fronte defendi posse, ordinationem primorũ iudicum esse validã, cum ꝓponatur, actorem ipsum fundatam habere intentionem ex instrumentis, & alijs iuribus eius nomine productis, quibus nõ obstare videntur cõtractus cũ domino Drago conuẽto initi, tanq̃ de re litigiosa facti fuerint, & ꝑ consequens nulli sint, et inualidi, quia tẽpore dictorum contractuum, inter Ioanninam de Ferrarijs primã venditricẽ, & Lombraium, nec non inter quendam Franciscum Oliuetam assertum procuratorẽ Ioannis Bergieræ, & cuiusdam Vrsulę, ac dictum Petrũ Lombraium lites exti-
2 tisse proponatur, † quibus stantibus, dicitur non potuisse D. Dragũ, citra vitium litigiosi emere dicta bona, toto titulo, ff. C. & auth. de litigiosis. Item, quia fuerunt contractus facti in virum Senatoria dignitate decoratum, & sic potentiorem etiam ratione magistratus, contra titulum, C. de contrac. iud. l. vnica. & C. ne liceat potẽ. vbi gl. & contra l. fi. C. de litigio. l. fi. C. de rescin. vendi. l. non licet. ff. de contrahen. empt. l. aufertur. §. quod si à præside. ff. de iu. fisci cum similib. in glossis cumulatis, qui contractus tanquam contra leges facti non firmantur iuramento, Bar. in l. si quis pro eo, num. 10. circa fi. ff. de fideiuss. quem refert & sequitur Deci. in l. principalibus. nu. 4. versicul. quinto ampliatur. ff. si cer. pe. Paris de Puteo, de sindic. in verbo, Iuramentum. nu. 7. & in verbo, Contrahere. nu. 3. vers. tamen, an isto casu, & c. dicens, seruandum esse iuramentum, per c. debitores, ext. de iureiu. Tum etiam quòd proponatur Lombraius enormissimè ex ipsis contractibus læsus, & propterea irritandos esse, iuxta nota. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obli. qua actoris intentione probata, æquum fuit, reum admitti ad probandum suas ex-
3 ceptiones, † cum in eis actor dicatur. l. 1. ff. de except. vbi Paul. de Castr. l. 1. C. de probat. l. quinquaginta. ff. eo. tit. pręsertim hoc requirente ipso D. Drago: qui propterea videtur non posse conqueri de ipsa pronunciatione, cum in eo capite admissio capitulorum ipsius D. Conuenti fauorem concernat.

In contrariũ vero, nomine ipsius D. Cõuenti excipitur, ipsum fuisse ex prædicta ordinatione grauatũ, ad quod demonstrandũ inprimis negatur esse ꝓbatã actoris intentionem respectu alicuius iuris petitorij, aut possessorij, ꝙ in bonis, de quibus agitur eidẽ competere possit, & quatenus ius aliquod ipsi actori cõpetijsset, illud elisum ex dictis cõtractibus cum D. Drago factis remanere dicitur, idq̃ demõstrari, arguendo à sufficiẽti partiũ enumeratione. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Nam triplici ex capite, se ius in prædictis bonis habere proposuit Lombraius. Primo ex prętensa donatione causa mortis, eidem Lombraio, à dicto Petro Seruant, vt asserit facta, & huius capitis ꝑtextu, nihil in actis productum, aut probatum legitur, ex quo dici possit, legitime de dicta donatione cõstare, cum asserti testes super ea Anno 1562. examinati à Lombraio producti, nemine, cuius interesse posset, vocato, & sic nulliter, testimonium prębuerint. c. 2. de testi. c. in primis. 11. q. 1. & l. iudices, vbi Bald. Angel. Sal. & Pau. de Cast. C. de fide Instru. cum similibus, & propterea, nullum ius ex allegata donatione Lombraium in dictis bonis habere, constat.

Secũdò, proponit Lõbraius sibi in eisdẽ bonis ius cõpetere, virtute generalis hypothecę, omnium bonorũ pręsentiũ, & futurorum prędicti Petri Seruant, pro summa scutor. 188. eidem Lombraio debitorum, constitutiq̃ generalis, facti post venditionem pignorũ, eidem Petro Seruant à iugalibus de Ferrarijs perfectã, & ex hoc capite nulla in ipsis bonis possessio efficax eidem Lombraio acquisita dici potest, cum ipse Seruant eadem bona specialiter, & expressè prius hypothecasset iugalibus de Ferrarijs venditoribus, pro summa scutorum 900. restantium ex precio primæ venditionis, eaq̃ nominatim dictus Petrus Seruant constituerit se tenere, & possidere nomine dictorum iugalium: quæ pacta fieri potuerunt, arg. not. per Dec. cons. 440. num. 1. quo fit, vt ex illo speciali constituto nomine dictorum iugalium facto, tollatur effectus constituti generalis postea nomine pręfati Lombrai facti, quia, aut dicere volumus Petrum Seruant tempore dictæ hypothecę, & constituti generalis, non possidere dictam villam, seu gra-

gia

consl.111.colum.3.vers.nam de interesse lucri cessantis ratio habetur, post Inn. Cin. Anch. Bal. Ioan. And. Abb. Io. de Ana. Host. Paul. de Castr. Alex. Lud. de Rodul. per eum citatos: idem tenet in c. cum venerabilis. col. 5. & 6. vbi etiam Felin. nu. 7. & sequ. Paris. nume. 32. & seq. de excepti. Craue. consl. 189. numer. 7. vers. secundus casus. Purpur. in l. rogasti. §. si tibi. nume. 39. & seq. ff. si cer. pet. Rube. consl. 65. Socin. consl. 156. nume. 9. vbi dicit istam esse communem conclusionem: quod etiam attestatur D. Io. Baptista Plotus, in repet. l. si quādo. nu. 469. C. vnde vi. Et ne in cumulandis auctoribus idem sentientibus membranas occupem, innumeros citat conciuis meus Neuiz. consil. 77. col. pen. & vbi requirantur, Moder. Paris. in tract. de vsur. num. 28. & duobus seq. vbi nu. 3. dicūt, in iustis negotiationibus lucrū cessans vicinius esse damno emergenti, quàm lucro, quod etiam testatur nu. 125. Dida. Varia. resolut. lib. 3. c. 4. nu. 1. & 2. vbi in versiculo, quibus accedit vsuras. dicit, huiusmodi vsuras, quæ licitè capi possunt, dici recompensatorias: ex quibus omnibus patet, esse veram & receptissimam in iure conclusionem, à qua in iudicando non est recedendum: ideo bene processisse & iudicasse Senatum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ea lingua scribenda, quæ communis & intelligibilis est in loco, in quo profertur.*
2 *Contractus alienationis rei litigiosæ & in potentiorem est nullus, nec iuramento firmatur, & nu. 23. vbi de intellectu l. vn. C. de contract. iudicum & aliorum iurium.*
3 *Reus in exceptione dicitur actor.*
4 *Constitutum nihil operatur, si constituens tempore cōstituti non possidebat, & idem, si alieno nomine possidebat.*
5 *Constitutum generale adiectum hipothecæ generali eua nescit, & extinguitur sublata hipotheca.*
6 *Remittentibus iura sua non datur regressus.*
7 *Litigiosi vitium non contrahitur, si agatur hipothecaria aut personali ad precium. Idem si venditio fiat à tertio, nu. eod.*
8 *Vitium litigiosi non inducitur per litem nullam, cum falso procuratore institutam.*
9 *Vitium litigiosi cessat lite finita per sententiam, aut per renunciationem, & propterea alienatio facta tenet.*
10 *Litigiosa res non dicitur, de cuius possessorio contenditur.*
11 *Conclusionem l. fin. C. de litigio. agere non potest, qui dolo particeps est in alienando rem litigiosam.*
12 *Titulus C. ne liceat potentio. quando locum habeat. Alienatio sine cessio, facta in potentiorem. quando dicatur, & de intellectu tit. C. ne liceat potē. nu. eod.*
13 *Officialis quod prohibeatur contrahere, & negatiori in prouincia, de quo officiali intelligatur.*
Officialis perpetuus dicitur ad beneplacitum Principis constitutus, nu. eo.
14 *Officialis in prouincia contrahere potest cum non sibi subdito.*
Idem, si palàm, & bona fide contrahat, nu. eod.
15 *Actor suam actionem probare tenetur, antequam reus suas exceptiones.*
16 *Reus exceptionem proponere intelligitur sub conditione, si actor suam intentionem probauerit.*
Reus si assumpsit onus Probandi exceptiones, & non probet, non videtur renunciare iuri absolutionis, quæ fieri solet, actore non probante, nu. eo.
17 *Clausula citra onus, &c. non restringendo, &c. plus & minus, saluo iure, &c. quid operentur.*

DECISIO CXLIIII.

De contractu alienationis rei litigiosæ in potentiorem an, & quando valeat, & de intellectu titu. C. ne lice. poten. & de contract. iudicum, & de vitio litigiosi, in quibus casibus cōtrahatur, & in quibus non. At in quibus casibus officialis contrahere possit, & contractus teneat.

EX actis causæ appellationis vertentis coram Senatu inter D. Senatorem Dragum conuentum, & appellantem, ac Petrum Lombraium actorem, & appellatum, in controuersia fuit, an benè, vel malè per primos iudices iudicatum fuerit, quatenus dixerunt, quòd nullo habito respectu ad proposita partium, antequam ad diffinitiuam procederent, ordinabant D. Dragum conuentum teneri suis sumptibus, vocato Lombraio, infra tres menses, quos eidem pro peremptorio termino præfigebant, cōtenta in d. ordinatione probare, qua probatione facta, ac visa, prouidebitur partibus, prout iuris alioquin, probatione intra præfatos tres menses non facta, & in manibus primi Secretarij non delata, erit: sicut est ex nunc, prout ex tunc dictus actor remissus, & restitutus in suis iuríb. & in possessionē bonorum, de quibus agitur, ab eo venditorum, cum fructibus perceptis, & percipiendis per dictum conuentum, & in ea qualitate, prout d. Lombraius erat ante dictos contractus cum præfato D. Drago initos, illis non obstantibus, & latiùs, vt in eadem sententia continetur.

Et omissa quæstione, an d. ordinatio, & sententia subsistat, tāquam facta lingua Gallica contra formā decretorum Ducaliū, sub † titulo, dele domande, & supplicationi, † q̄ decreta iuri communi sunt cōformia, iuxta l. decreta. ff. de re iud. cum aliis cumulatis

hiberi promissa, clarè tamen patet, contrahentes ipsos ex contractu seu transactione facta de Anno 1534. à præcedentibus contractibus recessisse, vt suprà num. 10. & seq. latè probauimus, & super assertis, metu, dolo, & vsuris præteritis, transegisse, quo fit, vt prætextu allegati doli, metus, fraudis, alijsq; prætensis, non debuerit audiri domina Miolani, l. fratris. l. causas. l. non minorem. l. si de certa. C. de transact. cum similibus : † potuit enim transigi super metu, dolo, & vsuris præteritis, l. si vnus. §. illud. iuncta glo. in verbo, Agat. ff. de pactis. Dec. in l. contractus. num. 40. & sequent. ff. de regu. iur. l. actione. l. cum donationis. C. de transact. l. prima, in fin. C. de plus peti. l. in summa. ff. de conditio. indebit. & vbique Docto. Afflict. d. decis. 220. nu. 7. post Bart. in l. Pomponius. col. 5. versic. venio ad versiculum, sed super. ff. de nego. gest. quos refert & sequitur Paris. cumulatè, consil. 49. num. 44. & seq. post alios plures per eum citatos, vol. 1. quibus addo tex. expressum, qui citari non solet in d. l. si vnus. §. pacta. in illis verbis, Sed post admissa hæc paciscí possumus. ff. de pactis. Quæ quidem remissio doli, & fraudis præteritę, tacitè etiam inducitur ex lapsu quinquennij post perfectam ætatem ipsius dominæ Miolani. l. fin. C. si maior factus ali. rat. hab. Paris. latè dict. cons. 49. num. 49. & seq. vol. 1. Rudolph. in tract. de vsu. quæst. 8. Faciunt, quæ scribit Alexan. in l. creditori, circa fin. C. de pactis. quòd qui promittit nõ petere id, quod putabat sibi deberi, donare videtur.

1

Quod verò spectat ad fructus perceptos, post annum 1534. & virtute præfatæ vltimæ transactionis, omissa quæstione, an vsuræ futuræ possint remitti, & donari, argumẽto notatorum in c. quemadmodum, de iureiurand. & per Iaf. in vsibus feud. nu. 29. cum ex actis clarè constet, Abduas, tam contrahentes, quàm eorum hæredes, ab Anno 1524. vsque in diem prolati arresti, de quo in actis, fuisse respectiuè mercatores celebres, solitos mercari, & magna negocia tractare, & ex pecunijs suis lucrari,

2

defendi iure potest, licitum † fuisse pactum inter contrahentes factum, quòd ipsi Abduæ perciperent fructus Caramaniæ loco interesse, & eos non computandos in sortem: ita nominatim dicit glos. fin. in l. 1. C. de distract. pignor. quæ citat text. satis vrgentem, in l. si ea lege. C. de vsuris. cui non obstat text. in l. 1. & 2. C. de pignor. acti. & in cap. conquæstus, de vsuris, cum similibus: quia dicta iura procedunt, quando essemus in casu, in quo vsuræ essent illicitæ, & reprobatæ à iure Canonico: secus vero in casu, in quo vsuræ, seu interesse deberetur etiam iure Canonico: quia tunc valet pactum de lucrandis fructibus, & non computandis in sortem, sed loco vsurarum seu interesse legitimi, prout in casu nostro. l. eos. §. illos. C. de vsur. ita sentit Panorm. in d. c. conquęstus. num. 6. post glos. Nam cum iure, præsertim Canonico, permittente, possunt mercatores licitè capere pro vsuris, seu interesse bessem pro singulo centenario, d. §. illos, cum alijs proximè allegandis, nihil obstat, quin loco dicti interesse possint fructus percipere, & ideò dicantur extinguere vsuras, seu interesse, non autem sortem, vt sentit Bal. in l. 1. ca finem. C. de distract. pigno. & sicut interesse non computaretur in sortem: ita nec fructus sunt computandi, præsertim cum sint incerti. Et hæc opinio comprobatur et adductis per Alexand. cons. 69. colum. fin. versic. accedit ad confirmationem, vbum.

3

primo. vbi † filiæ acceptanti legitimam in quantitate, debentur vsuræ, seu interesse loco fructuum, qui filiæ deberentur, si legitimam habuisset in prædijs, & Alexand. necnon alios suprà citatos, referunt & adquuntur Modern. Paris. cons. 41. num. 12. & seque. ponentes conclusionem, quod quandocunque sunt licitæ vsuræ de iure Canonico, validum est pactum de fructibus, non computandis in sortem: quod autem vsuræ, seu interesse debeantur mercatoribus solitis negotiari, & lucrari ratione lucri cessantis à die mor[illegible] in casu nostro, ex dictis testium, & [illegible] ribus in actis productis, liquidò [illegible] tum dignoscitur, receptissima Doctorum sententia est, omni iure, tam Canonico, quàm ciuili munita: & text. sunt clari in eos. §. illos. C. de vsuris. & in l. 3. §. fin. in fi. de eo, quod certo loco. vbi glos. pen. & [illegible] Bar. num. 2. Alb. versic. si autem quæritur, Bald. in fin. Paul. de Cast. & Iaf. in fi. Doctores communiter in l. 2. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter profer. vbi Cant. num. 39. dicit, istam esse communem opinionem, & ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo, post Cyn. Bal. Salyc. & alios, in authen. & hæc. C. de vsu. Abb. in d. c. conquęstus. nu. 6. de vsu. Alex. latè cons. 221. num. 1. & 7. volum. 2. Aret. cons. 9. versic. sed venio ad tertium, vbi dicit, hoc esse expeditum de iure ciuili, & Canonico, & esse communem opinionem Socin. cons. 156. num. 9. & sequen. Dec. co

giam, prout ipse Lombraius in precibus correctis Proregi Anno 1562. die 10. Aprilis in actis productis fatetur, † & tũc ipsum constitutum nihil operatur, l. contractus. vbi Deci. numero 14. ff. de regul. iur. post Bal. Ang. Alexan. & Soci. per eum allegatos, quem ibi sequitur Cagnol. cum infinitis concordantibus, quos more suo congerit Tiraq. de iure constituti. par. 3. limita. 1. quibus addo Neuiza. cons. 79. num. 16. Aut verò dicere volumus, Petrũ Seruant tempore præfati constituti generalis, ipsa bona possidere: & hoc casu dicitur, quòd non suo nomine possidebat, sed nomine iugalium de Ferrarijs venditorum, quorum nomine expressè constituerat se prædicta bona possidere, donec eisdem precij residuum solusset: quo constituto nomine dictorum iugalium stante, non potuit Petrus Seruant postea constituere se eadem bona nomine Lombrai possidere, cum ipse non possideret, sed iugales de Ferrarijs, quorum nomine antea constituerat se possidere, l. 3. §. ex cõtrario. & l. quod meo, in princ. ff. de acq. poss. vbi Barto. & alij Docto. in l. fin. C. eod. tit. Accedat, † quod prædictum constitutum generale erit adiectum hypothecæ generali, quæ cum fuerit sublata, solutione dictorum 188. scutorũ ipsum quoq; constitutum sublatum dic. necesse est, secundum Bar. in l. si debitor. ff. de precario. & in l. si rem alienam. ff. de pignora. actio. Areti. in l. qui pignoris, in hinc. ff. de acqui. posse. Rui. cons. 173. numer. 19. volum. 1. Tiraq. de iure constituti. par. 3. limita. 29. & in tracta. cessan. causa. par. 1. numer. 54. Neque aduersantur, quæ diximus suprà decisio. 35. num. 5. & seq. quia ibi constitutum est adiectum hypothecę in contractu puro appositæ: hic verò in contractu conditionali, qđ patet ex dictione, Donec, quę est conditionalis, vt per Bar. in l. 1. numero 15. ff. de condit. & demonstrat, quo casu ipsum quoque constitutum conditionale est, vt per Tira. in tract. de iur. constitut. par. 2. ampli. 15. numero tertio. post Alexand. Deci. Gra. & Gozad. per eum relatos, imò vt idem Tira. dicit ibi nu. 4. tale constitutum appositum contractui conditionali, interim pendente conditione, nullum est, & ineficax, quod in dubio locum habet, attenta actuali traditione possessionis dictorum bonorum D. Drago facta: qua stante, etiam data citra veri præiudicium nullitate dictorum contractuum, amisit Lombraius suam possessionem & ea domino conuento est quęsita, l. 1. §. si vir. d. l. quod meo, in principio. & §. 1. ff. de acquirend. possess. & vbique Doctores, & multò magis à possessione, quæ ipsi Lombraio virtute constituti generalis competebat, suo facto cecidit Lombraius, ex quo mandatum speciale à dicto Petro Seruant tenendi, & possidendi, possessionemq; continuandi, ac colendi dictam Grangiam, & prædia nomine eiusdem Seruant constituentis, suscepit, argument. l. si quis conduxit, in principio. & l. interdum. §. fina. & l. si aliquam rem. ff. de acquir. possessio. & sic ex hoc quoque secundo capite virtute dictæ hypothecæ, constitutiq; generalis conditionalis nullum in ipsis bonis ius Lombraio spectare potest.

Tertiò, prætendit ius habere Lombraius in dictis bonis virtute dicti mandati eidem à Petro Seruant Anno 1561. die 5. Decembris, facti: & ex hoc capite clarum est, nullum etiam ius in dictis bonis tam respectu possessorij fuisse Lombraio acquisitum, l. generaliter. ff. de acquir. possessio. quàm petitorij, cum sola actio personalis competeret, verùm eius potestatem morte mandantis extinctam fuisse, l. inter causas, in principio. ff. manda. cum similibus. Hinc fit, vt ex prædictis appareat, aut saltẽ dubium sit, an actoris intentio fuerit iustificata? Et dato, citra veri præiudicium, quòd ex omnibus prædictis capitibus, vel ipsorum aliquo ius aliquod in prædictis bonis præfato Lombraio spectaret, illud renunciauit, & remisit D. Drago constantibus Instrumentis in actis productis, quæ ipse Lombraius cum geminato iuramento obseruare promisit: † ideo ad ea regressum non habet l. quæritur. §. si venditor. ff. de Aedilitio ædict. cum alijs à Tiraquello cumulatis in tracta. de retract. §. 1. gloss. 9. nu. 119. & sequen. gl. fin. in c. cum venissent, de testi. 6

Nec obstat, quod dicitur, Prædictos contractus esse nullos, veluti de re litigiosa, & in potentiorem Senatoria dignitate decoratum, factos, iuribus suprà allegatis: quia negatur litem aliquam inter Ioannam Ferrariam venditricem, & Lombraium fuisse de dominio dictorũ bonorum. Nam nomine ipsius Ferrariæ, binæ preces tantum Proregi porrectę leguntur, in quarum primis exhibitis die 20. Martij 1562. narrat se creditricem ratione restæ precij dictæ Grangiæ, & eam ipsius residui prętextu esse eidem venditrici specialiter hypothecatam, requirens constito, quod prętatus Lombraius esset hęres dicti

Seruant emptoris declarari, Lombraium non debere immiscere in dicta Capsina in præiudicium iurium ipsius supplicantis, & ordinari ipsi esse satisfaciendum ad formã Instrumenti, quibus attentis clarè patet, bona prędicta non esse affecta vitio litigio-
7 si, † cum non contenderetur de dominio, sed de hypotheca, & actione personali, non ad rem, sed ad precium, iuxta formam Instrumenti, §. ab hoc autem. in authen. de litigio. vbi latè Ang. Bar. in l. 2. C. de litigio. & in l. 1. §. si inter. numero secundo. ff. eod. titulo: quem sequitur, licet eum non citet, Roma. consi. 270. col. 1. versicu. secundò videndum est. post Bal. & Innoc. per eum allegatos, dicens esse casum in l. quanquam. §. Iulianus. ff. de aqua pluuia. arcenda. Idẽ tenet Ang. in l. diuus. colum. 2. vers. vltimò conclude, de petition. hæreditat. Abbas in consi. 110. in causa hospitalis. colum. penult. versicul. re[illegible]t examinare, libro secundo. & dicit Bald. in consi. 332. incip. Statuto ciuitatis Vincentiæ, in fin. lib. 3. & consi. 40. num. 5. lib. 1. quòd vitium litigiosi non habet locum, vbi agitur actione personali, vel officio iudicis. His addo Iason consi. 43. numer. 2. volu. primo. Natta consi. 2. nume. 2. Crauета consi. 279. num. 1. vbi reprobat Iasonem in eo, quod dicit, litem super actione personali ad rem inducere vitium litigiosi, & affirmat contrariam opinionem esse communem post innumeros per eum allegatos, quanquam cum Iasone teneat quoque Felin. in c. dilecte. colum. fin. versi. præterea dictum Inno. de excep. post Imo. ibi, quem refert. Idem tenet Pract. Pap. in titul. forma resp. rei conuen. §. exceptionem. nu. 3. versicul. in personali autem. dicit tamen ibi in fin. quod per hypothecariam ad rem non efficitur res litigiosa: sicut nec per confessoriam, & negatoriam. & Prac. Pap. refert & seq. Guid. Pap. sing. 826. incip. Litis pendentia. sequitur Vitali. in trac. clausul. in verbo, Nil nouari lite pendente. col. 7. vers. item alius effectus.

In secundis verò precibus porrectis die 2. Aprilis, 1562. narrat tenorem Instrumenti venditionis, & eundem Seruant diu abesse, Grangiamq; minari ruinam, supplicans pro suo, & dicti emptoris interesse declarari, sibi licere ædificium munire, ne ruat, & prædia colere vsque ad reditum dicti Seruant emptoris, aut suorum hæredum, quibus offert se paratam reddere rationem de fructibus, quibus precibus respondit Lombraius offerens se residuum precij aduenientibus terminis in Instrumento præfixis soluturum: & quia erat procurator prædicti Seruant, & eo mortuo eius, vt asserit, hæres, requirit se manuteneri in possessione dictæ Grangiæ super quibus precibus fuit à Prorege die 10. Aprilis prædicti Anni 1562. per modum prouisionis ordinatum, quòd dictus Lombraius ipsa bona more boni coloni coleret vsque quo certiores redditi fuerint de vita, vel morte dicti Seruant, cuius dinationi partes acquieuerunt: quapropter, siue attendamus materiam deductã, siue ordinationes à Prorege latas, non possumus dicere tempore emptionis D. Dragi bona empta, fuisse litigiosa inter Lombraium & Ioanninam Ferrariam. Et dato, non tamen admisso, ea bona fuisse litigiosa inter ipsos Lombraium, & Ferrariam, non propterea fit irrita emptio, quam fecit D. Dragus à Francisco Oliueta vti procuratore Vrsulæ vxoris dicti Petri Seruant tanquam à tertio facta, cum quo nulla lis erat, d. l. 1. §. si interã. de litigio. Angel. in authen. de litigio. incipit. numero tertio. vbi per tex. in d. l. §. si inter. cautelam tradit, quòd quando quis vult emere rem litigiosam, vt non emat à litigantibus de re, sed à quodam tertio: eandem cautelam post Ang. tradit etiã Cepolla cautel. 35. incip. Debes scire, quòd res litigiosa. & inter singularia dicta refert Boeri. sing. incip. Vitium litigiosi. numer. 3. & 4.

Nec etiam dici possunt prædicta bona fuisse vitio litigiosi affecta ob contractam inter Franciscum Oliuetam alterum procuratorem Ioannis Bergiæ, & Lombraium coram Prorege, seu magistro Requestarum Anno 1562. die 20. Augusti motam: quia cum proponatur, dictum Oliuetam fuisse falsum procura-
8 rem, † non possumus dicere, cum eo litem fuisse, & per consequens, rem litigiosam esse, quoniam non entis nullæ sunt qualitates, c. ad dissoluendam. vbi gloss. de desponsa. impub. vulga. l. eius, qui in prouinciam. ff. si cert. peta. Facit text. à contrario sensu in d. l. 1. §. si inter, in fine. ff. de litigio. Afflic. decis. 85. nu. 4. Accedat, quòd illi prætensæ liti ab Oliueta intentatæ fuit ex sententia Proregis impositus finis, quo dictum fuit Lombraium esse manutenendũ in possessione dictorum bonorum, quem admodum antea erat cũ inhibitione dicto Oliueto facta, non molestandi ipsum Lombraium in sua possessione, & propterea
9 in hoc, quã in superioribus capitibus, †

P

perempta est instantia sententia superioris, vel renunciatione, aut lapsu temporis, etiam quod de dominio litigatum fuisset, tenet alienatio postea facta: Ang. in d. auth. de litigio. in prin. col. pe. nu. 5. ver. ad vnum aduerte. & nu. 8. Alberic. in l. 1. numero 4. versicul. octauò remanet ergo solutum dubium. C. ne liceat potentio. quem refert & sequitur Cra. cons. 279. numero primo. post Bal. Saly. Gui. Pap. per eum citatos: & in cons. 182. numer. 4. Nat. d. cons. 2. nu. 2. Feli. in c. causam, quę. 1. nu. 29. vers. item declaratur, de testibus. Aret. in d. l. fi. C. ne liceat poten. Iaſ. in l. cum mota. colu. 4. vers. facit, quod vult. gl. C. de transa. Idē etiam sentit in l. 2. col. 5. vers. limit. notabiliter. C. de edē. quibus in locis loquitur, qñ instantia est perempta renunciatione partium, Vitali. d. trac. clausula, loco supra citato, col. fi. vers. nam si perempta est instantia.

Quo verò ad nouissimā citationē, & libellū porrectum ab ipso Oliueta, vti procuratore Vrsulæ prætensæ vxoris, & hæredis d. quon. Petri Seruāt, dicitur ēt ex dicta citatione, & libello, ipsa bona non esse affecta vitio litigiosi, præsertim cum fuerit conclusum in remedio possessorio adipiscēdę, † super quo lis mota non facit prędia dici litigiosa sm̄ communem cōclusionem, de qua per Bar. in d. l. 1 §. si inter. nu. 2. Ang. in auth. de litigi. col. 2. gl. & ibi Ab. & Dec. post Inn. & alios in c. 1. de contr. vtil. vel inut. Fabia. in trac. de empt. in 4 q. prin. nu. 33. Gui. Pap. sing. 810. Boer. sing. incip. Vitium litigiosi, nu. 3. Paris. cons. 188. nu. 4. vol. 1. Nat. d. cons. 2. Cra. d. cons. 279. num. 3. & 4. vbi multa ad materiam hanc adducit. Bosi. de pœnis. nu. 41. Præterea, dato citra veri noxiam, quòd d. bona inter ipsos Lombraium, & Oliuetam litigiosa fuissent, & ob id alienari non potuissent, obstante dispositione, l. fi. C. de litigi. † attñ Lombraius non potuit agere cōdictione ex d. l. fi. contra D. Dragum per regulam l. viro atq; vxore. ff. sol. matr. cum iple actor particeps fuerit doli, quia sciens rem litigiosam tacitè consensit contractui facto cum Oliueta, & de suis iurib. conuenit cum D. Drago, vt constat Instrumentis in actis productis: ita expressè tenet Bar. in d. l. fin. circa finem. vers. item quæro, quæ actione. C. de litigi. quem refert & sequitur Paris. in c. dilecti. nu. 24. vers. & ideo. Idem Bar. de exceptio. conueniunt, quæ scribit Bar. in l. si debitor. ff. de his, quæ in fraud. credit. cum igitur ex præmissis pateat prædicta bona non posse ex hoc capite dici litigiosa, & quatenus litigiosa dici possent, non competere actionem Lombraio: consequens est, intentionem actoris iustificatam non esse.

Nec etiā ex eo alienatio dicitur nulla, q̄ fuerit facta D. Drago in Senatoria dignitate constituto, & sic potentiori, contra titulum C. ne liceat poten. quia † dictus tit. in rubro, & nigro, locum habet, qñ alienatio seu cessio bonorum, vel actionū fit dolo in potētiorem rōne officij: ita declarat gl. in l. 1. in verbo, Specialiter. vers. 2. liquidem. C. ne liceat poten. & Bar. Bal. Ang. Sal. Paul. de Castr. Alex. & Areti. in d. l. fin. C. eod. tit. Hinc dicit Alber. in d. l. 1. nu. 2. vers. & ideo cessio. quòd si cessio fiat potentiori non ratione officij, valet, l. qui stipendia. C. de procurato. Item intelligi debet, qñ cessio, seu alienatio fit in potētiorē, qui ratione officij possit metum inferre aduersario cedenti, seu alienanti, secus, si terrorē inferre non posset: ita sentit Bal. in d. l. fi. vers. deinde cōclude. Saly. nu. 3. Ang. in d. l. 1. eod. tit. Ab. in c. fi. numero 1. de alien. iud. mut. cap. fac. post alios per eum allegatos, concludens, hunc esse communem intellectum, ad titulum C. ne liceat potē. Facit, quod dicit Ange. in l. 1. col. 1. vers. intelligo ego. C. si rector prouinciæ. quem refert & sequitur Paris de Put. de syndica. in verbo, Contrahere. nu. 3. ver. & dixit Ang. quòd prohibitio cōmercij in officiali habet locum in eo, qui potest inferre minacem terrorem: & propterea inferunt Doctores, talem potentiorem habere debere potestatem, seu iurisdictionem de iure, & de facto in aduersariū: ita nominatim dicit Abb. in d. c. fin. num. 1. de alien. iud. mutan. ca. fac. post Inno. Hostien. & Spec. per eum adductos, affirmās, Doctores hoc communiter tenere: sequitur Card. ibi num. 5. & Roma. cons. 518. versic. quoniam respondetur. Rota decisio. 177. nu. 1. in Nouis. Et hæc interpretatio comprobatur ex prima, & secunda responsione, quæ infrà dabitur ad l. vnicam. C. de cōtrac. iudi. & ad alia iura in contrarium allegata. Sed Senatoris dignitas & officium non sunt idonea ad arguendum terrorem, seu metum, per quem Lombraius dicit initum fuisse contractum, l. ad inuidiam. C. de his, quæ vi, metusue ca. gesta sunt. cum præsertim fuerit facta in ciuitate, in qua Princeps, magnus Cancellarius, & Senatus resident. l. non est verisimile. ff. eod. tit. nec D. Dragus, etsi Senator, potestatem, & iurisdictionē habet in Lombraium, ac Oliuetam: ergo aduersus eam non militat dispositio d. l. fi. C. ne liceat poten.

Non etiam aduersantur l. vnica. C. de contrac. iud. & alia iura ex aduerso alle-
13 gata: † quia ea loquuntur in magistratibus administrationem, & iurisdictionem habentibus, secus autem in non habentibus iurisdictionem, vt in singulis Senatoribus: ita nominatim respondet Bar. in d. l. aufertur. §. quòd si à præside. in fi. ff. de iure fisci, per tex. in d. l. ad inuidiam. C. de his qui vi metusúe, cau. gesta sunt. quem refert & sequitur Iason in l. principalibus, in nona limitatione, ff. si cert. peta. & Dec. in septima limitatione post Parid. de Puteo in tract. syndica. in verbo, Contrahere.

Secundò responderi potest, iura contraria locum non habere in officiali perpetuo: ita Iason in d. l. Principalibus, in secunda limitatione, dicens, istam esse communem opinionem per tex. in l. præsidis, eod. tit. quam etiam communem dicit Decius ibi numero septimo. circa finem, versi. quia communiter fit distinc. & numero 11. licet ipse dicat, id procedere in officialibus accessoriis, non autem in principali. Amedeus de Castell. in tracta. de syndica. numero 175. Bal. in cons. 333. præmitto, in princip. libro tertio. Socin. in trac. fallen. regu. 341. fallen. 7. Sed D. Dragus dicitur officialis perpetuus, quia ad beneplacitum Principis constitutus, vt per Iaso. ibidem, & Parid. de Puteo in d. verbo. Contrahere. num. 6. dicens, post Cin. Bar. & Bald. in locis per eum citatis, quòd officialis ad beneplacitum habetur pro perpetuo, & ideo idem iudicatur de eo, quod de officiali perpetuo: Cassa. in consuet. Burg. rub. 1. §. 6. numero 82. quibus conueniunt, quæ scribit Felin. in c. ex literis. numero 9. de constitu. Deci. consi. 204. num. 5. Boeri. de auctorit. magni consilij. nu. 154. Ergo in eo non militant dictæ leges.

14 Tertiò respondetur, † dicta iura locum non habere, quando contrahitur cum non subdito, Ias. in d. l. principalibus, in secunda limitatione, post glos. Bar. & Salyc. per eum allegatos. sequitur Dec. in secunda limitatione num. 8. post glo. Bar. & alios Doctores, Soci. loco proximè citato fallen. 3. Sed Oliueta & Lombraius, cum quibus contraxit D. Dragus, non sunt subditi: ergo non militant dicta iura. Posset etiam responderi contraria non procedere, quando contractus fuit palàm & bona fide celebratus, vt per Iason. in septima limita. Paris de Puteo de Syndic. in d. verbo, Contrahere. num. 3. versi. quod possunt emere palàm, &c. Socin. d. reg. 341. fallent. quinta: sed palàm aliquid fieri dicitur, quando de eo est confectum publicum Instrumentum, Barto. in l. fraudem. ff. de [illegible] quib. vt indig. Paris. cons. 10. num. 70. vol. 1. vbi post alios dicit, Instrumentum facere rem notoriam: quibus accedunt notata in l. cum precibus. C. de probationi. At de prædictis contractibus extant publica Instrumenta: ergo palàm facti dicũtur. Quod autem bona fide fuerint facti, id à iure præsumitur, præsertim attenta qualitate ipsius D. Dragi.

Quartò dicitur, etiam dictas leges contrario vsu esse antiquatas, quia passim videmus in qualibet Christiani orbis parte Cancellarios, Præsides, Senatores, præfectos, & alios magistratus, etiam administrationem, & iurisdictionem habentes emere immobilia in patria, in qua eorum officia exercent. Quo verò ad allegatam enormissimam læsionem non venit insistendum, cum non sit probata: ideò non obstat l. si quis cum aliter. ff. de verborum obligatio.

Præmissis igitur stantibus, aperte liquet, intentionem actoris non esse probatam, aut saltem id dubium esse, & propterea D. Dragum reum non debuisse onere probandi grauari, cum indubitati
15 iuris sit, † actorem primò probare debere actionem suam, antequam reus exceptiones præstare cogatur, l. qui accusare. C. de edend. l. 2. & l. actor. C. de probatio. vbi qui aliqua prædia vrbana, siue rustica ad se pertinere dicit, debet secundum iudicorum morem prosequi, quia possessor non incumbit necessitas probandi ad se pertinere, cum actore in probatione [illegible] dominium apud possessorem remanet, d. l. qui accusare. C. de edend. vbi communiter Doctor. Bal. cons. 406. in principio, volum. 4. Dec. cons. 564. numer. 1. & dicit sing. Bald. in rubric. C. de manumiss. vind. quòd regul. l. qui accusare. locum habet etiam eo casu, quo ex forma statuti denegaretur defensio reo, cuius dictum pro sing. commendat & sequitur Cotta in memor. incip. Actore non probante. post Cepol. quem refert caut. 343. apud me est 151. incipi. Similem cautelam. versicu. & ideò facit text. in l. 1. ff. si pars hæredita. peta. vbi ius metimur non ex eo, quod possessor occupauit, sed ex iure actoris, cum alijs innumeris auctoritatibus vtriusque iuris Canonici, & ciuilis, quas adducere tœdiosum esset.

Nec his aduersatur, quod dicitur, reum

petij

petiſſe capitula ſua admitti ad probãdum, quia reſpondetur, dominum conuentum fuiſſe grauatũ plura probare, quæ ipſe non capitulauit, & dato, quòd omnia in capitulis deduxiſſet: attamen non debuit onere probandi grauari, niſi prius actor ſuam intentionem probaſſet: quia † reus excipiendo, intelligitur exceptionem proponere ſub conditione, ſi actor probauerit: gloſſ. in l. non vtique, in relatiuo, Qui. ff. de exceptio. & in l. & ſiquidem. in gloſ. 1. C. de exceptio. quam ſequitur Iaſon in §. item ſi quis poſtulante. colum. 4. Inſtitut. de actio. & dicit gloſ. in l. circa, in fine. verſic. item an videatur renunciare. ff. de probat. quod ſi reus onus probandi exceptiones aſſumat, & eas non probet, non propterea videtur renunciare iuri abſolutionis, quæ fieri ſolet actore non probante: quam gloſ. ſequitur Bar. ibi. & in l. Diuus. colum. 2. verſicu. item in reo. ff. de re iudica. & eam dicit veram, & communiter approbatam, Felin. in c. cum cauſam. num. 1. de re iudicata, poſt Fulgo. & alios per eum allegatos, Salycet. in l. 2. & in l. fruſtra. C. de probat. & per Modern. Veron. in addit. ad Mathes. ſing. 27. num. 5. Dec. conſ. 430. colum. 1. circa finem, & in l. qui accuſare. numer. 15. vbi Iaſon, & alij Moderni. C. de eden. Faciunt quæ latè ſcribit Hyppol. in l. vnius. §. in ea. num. 4. & ſequen. ff. de quæſtio. poſt Doct. per eum citatos. Accedat, quòd dominus conuentus ſemper vſus fuit clauſulis ſolitis, citra onus, non ſe aſtringendo, & plus & minus, ac ſaluo iure, ex quibus apparet, eum noluiſſe recedere à regulis, & diſpoſitione iuris communis: Bart. in d. l. Diuus. ff. de re iudica. & in d. l. circa. ff. de probatio. Socin. in c. ſignificantibus. articulo 13. queſtio. 4. de libelli oblatio. & de clauſula non ſe aſtringendo, Maranta de ordin. iudic. par. 6. in tertio membro, num. 11. Et eò magis grauatus videtur conuentus, cum præfati primi Iudices declarauerint, probationes fieri debere vocato Lombraio, & ſumptibus ipſius rei, qui ſi probaſſet iuxta formam ordinationis, clarum eſt actorem, tanquam calumniosè agentem, debere in expenſis condemnari, iuribus vulgaribus. Non obſtat l. 1. C. de probatio. & ff. de exceptio. quia intelligitur, actore prius probante intentionem ſuam. Facit d. l. quinquaginta. ff. de probatio.

Propterea, Aut dicti contractus iure non ſubſiſtunt propter vitium litigioſi, & tanquam facti in potentiorem ratione officij, & per impreſsionem: & hoc caſu ſuperflua videtur probatio capitulorum: quia illis probatis non tolluntur prædicta vitia, & nullitates. Aut ſunt validi dicti contractus, aſſertis oppoſitionibus non obſtantibus, & tunc etiam vana, & ſuperflua eſt dictorum capitulorum admiſsio, & probatio: quia etiam probatione non facta fundata eſt D. Dragi conuenti intentio.

Præmiſsis itaque omnibus diligenter perſpectis, & diſcuſsis, etſi pluribus Senatoribus viſa fuerit ſuperflua prædictorum capitulorum admiſsio, eſſeque deueniendum ad diffinitiuam, nihilominus maiori parti Senatus viſum eſt, non ab re eſſe ad maiorem cauſæ cognitionem dicta capitula ante diffinitiuam ſententiam admittere, & primorum iudicum in ea parte ordinationem confirmare.

SVMMARIVM.

1 *Sententia abſoluteria lata ſub conditione, ſeu reſeruatione, quòd ſi error probabitur, poſſit actor iterum agere, dicitur pura reſoluenda, ſub conditione.*

2 *Conditio in ſententijs ſi præcedat, vel ſequatur condemnationem, an ſit differentia, vt ſententia dicatur conditionalis.*

3 *Conditio in ſententijs retrotrahitur.*

4 *Reſcripto Papæ ſi mandetur iudici, vt condemnet Titium in 10. Seio, ſi Seius probauerit, illa ſibi deberi, valet ſententia, etiamſi nihil probatum ſit.*

5 *Dictio, Alioquin, eſt conditionalis, & interpretatur, id eſt, ſi non fuerint prædicta.*

6 *Ablatiui abſoluti regulariter conditionis vim habent.*

7 *Ablatiui abſoluti tunc ſemper conditionem important, quando futurum tempus reſpiciunt, & id, quod ſui natura eſt incertum.*

8 *Conditio, ſi ſatis dederit, de qua in l. muto. §. 1 ff. de tutelis. dationem tutoris non ſuſpendit, ſed adminiſtrationem.*

9 *Conditio, an ſit negatiuè vel affirmatiuè concepta, nihil refert, quoad effectum, vt actus dicatur conditionalis.*

10 *Argumentum à contrario ſenſu, an locum habeat in ſententijs, & conditionibus.*

11 *Sententia ſub conditione reſolutiua ferri non poteſt.*

DECISIO CXLV.

De ſententia conditionali, quando dicatur conditionalis, vel pura ſub conditione reſolutiua.



VPereſt, vt ſecundum caput dictæ ſententiæ, continens condemnationem, diſcutiamus ad cuius cognitionem prę ſuppoſito pro conſtanti huiuſmodi ſentẽtiam

esse diffinitiuam, cum super negocio principali lata sit, iuxta glos. communiter approbatam, in Clement. 1. in verbo, Diff. nitiua, de sequestra. possessio. & fructu. quam citat, & in similibus terminis, sequitur Socin. cons. 91. num. 2. volum. 4. Videndum prius est, an huiusmodi sententia dicatur conditionalis, vel pura, sub conditione resolutiua, cuius quæstionis effectus diuersus proponitur: quia vbi conditionalis esset, non diceretur condemnatus, nisi eueniente conditione, si verò sit sub conditione resolutiua, interim purè condemnatus dicetur, licet condemnatio eueniente conditione sit resoluenda secundum Doctores mox citandos, & per tex. in l. 2. ff. de in diem addictio.

1 Et videtur prima facie dicendum, † sententiam prædictam esse puram, resoluendam in euentum conditionis: ita nominatim Socin. tenet d. cons. 91. num. 3. volum. 4. post glos. quam dicit ordinariam, in d. l. 2. ff. de in diem addictio. & Bart. in l. Iulianus, in fine. ff. de conditio. indeb. concludens, sententiam absolutoriam, latam cum tali reseruatione, quòd si probabitur error in quodam libro, posset actor iterum petere, non obstante absolutoria, dici puram, licet resolui possit facta probatione: & Socin. ac Barto. refert & sequitur Gramma. decisio. 58. num. 10. idem sentit Zasius in l. à Diuo Pio. § in venditione. num. 40. ff. de re iudic. ponens exemplum in sententia, qua aliquis condemnatur, nisi infra duos menses producat duo Instrumenta, affirmans dictionem, Nisi, esse quidem conditionalem, sed habere vim resoluendi id, quod simpliciter fuit diffinitum. Facit glos. in l. obligationum. §. conditio. in verbo, Veluti, in fin. ff. de actio. & obliga.

Nec obstare videtur, quod in casu nostro dictio, Nisi, seu conditio, videatur pre-
2 cedere sententiam condemnatoriam, † quo casu facit eam conditionalem, secundum glos. in d. §. conditio. in verbo, Sed hoc casu. & Bartol. in l. si eum. §. qui iniuriarum. num. 7. & sequent. ff. si quis cautio. quia in contrarium est doctrina eiusdem Bartoli in l. 1. num. 10. ff. de condit. & demonst. quem refert & sequitur Iason in d. §. qui iniuriarum. num. 26. circa finem, post Imolam in d. l. 1. qui omnes ea ratione mouentur, quòd magis sit attendendus ordo intellectus, quàm scripturæ, l. nec enim. ff. de solutio. l. cum pater. §. fidei tuæ. ff. de lega. 2. cum similibus: & sic in casu nostro secundum ordinem intellectus condemnatus censeatur D. Dragus, nisi probauerit intra dictos tres menses. Hinc fit, vt eueniente conditione, vt quia intra trimestre non est probatum, retrotrahatur conditio, & perinde habeatur, ac si à principio pure, & simpliciter
3 fuisset lata sententia: † nam in sententijs conditio retrotrahitur, vt notat Franc. post glos. Bal. & Abb. in c. præterea requisuistis. num. 9. & 10. de appellationib. præsertim stantibus verbis, Ex nunc, prout, ex tunc. Franc. ibi, num. 15. sequitur Tiraquell. de retract. §. 1. glos. 10. num. 49. Nec obstant ibi ablatiui absoluti, & probatione non facta, quia non faciunt conditionem, sed sunt causatiuè, & pro ratione, scilicet, quia non probauit, argu. l. muto. §. 1. ff. de tutel. vbi illa verba, Si satisfecerit, non faciunt conditionem, sed admonitionem: & in terminis nostris adduci potest, quod scribit Nota cons. 529. num. 27. citans Innoc. in præsentiam. num. 9. de officio delega. & Bal. in l. præscriptione. colum. 3. C. si contra ius vel
4 vtilita. public. dicens, † quòd si Papinianus dat condemnari Titium in 10. Seio, libera probauerit illa sibi deberi, valebit sententia condemnatoria, etiamsi nihil probatum fuerit: quia illa verba, Si probauerit, sonant in monitionem, & non in conditionem. Idem videtur sentire Bal. in l. non dubium. colum. 6. versic. iuxta hoc quæro. C. de leg. & sequuntur alij cumulati à Ruino cons. 133. num. 7. & 8. vol. 5. His etiam verbis notata per Bart. in l. 1. num. 5. ff. de condit. & demonst. Nec ablatiui absoluti semper important conditionem, cum multipliciter accipiantur, secundum Iasonem & alios in rubric. ff. solut. matrimo. quem ad finem nostros adducit Curt. Iun. in l. qui accusare. in fin. C. de edend. vbi etiam constituit differentiam, an conditio sit apposita affirmatiuè, an negatiuè.

Præmissis tamen non obstantibus, contrarium verius visum est, videlicet, sententiam, de qua agitur, esse conditionalem, & non puram sub cõditione resolutiua, quod probatur, primò ex dictione, Alioquin,
5 † quæ secundum eius propriam naturam est aduersatiua conditionalis, & ita interpretatio, Alioquin, id est, si non fuerit facta prædicta: ita nominatim tenet & interpretatur Bart. per multa iura in l. 1. num. 11. ff. de conditio. & demonstrat. dicens, dictionem hanc, Alioquin, esse mirabilem, & non solum facere orationem conditionalem, sed eam in seipsa continere conditionem, præcedenti dispositioni contrariam: & Bart. referunt & sequuntur So-

conſ. 51. numer. 9. volum. 1. Corne. conſ. 113. litera B. volum. 4. Dec. in l. 2. num. 5. in prima lectura, & clariùs in ſecunda lectura poſt Alberi. Ioan. Andre. & Salycet. per eum citatos, ff. ſi certum petat. quos omnes ſequitur, additis Iaſone, & Felino, doctiſſimus D. meus Purpuratus in d. l. 2. numer. 19. & idem dicendum eſt de dictionibus, Aliàs, Niſi, Etſi, Non, vt per eundem Bar. Socin. & alios Docto. in locis ſuprà allegatis docetur.

Secundò, conditionalis probatur eadem ſententia ex illis ablatiuis abſolutis, † & probatione non facta, ſeu reo non probante, qui regulariter conditionis vim habent: Bart. in l. ab emptione. num. 1. ff. de pactis. & in l. à teſtatore. ff. de conditio. & demon. Dec. conſ. 466. num. 18. Iaſon in rubric. ff. ſolut. Matrim. in ſecunda lectura, num. 17. dicens, durum eſſe, ab hac communi regula recedere: Ruin. conſ. 155. num. 3. & 13. vol. 5. præſertim ſi ablatiui abſoluti per participium ponantur, vtputa, ſi dicatur, Actore non probante: vt notat Bart. in d. l. 1. num. 34. ff. de conditio. & demonſtrat. & in terminis noſtris ita tenet expreſsè Decius in d. l. qui accuſare. numer. 21. nec contradicit Curtius, ſi accuratè legatur, licet dicat, ablatiuos abſolutos multipliciter capi: & in caſu noſtro res extra omnem dubitationem conſtituta videtur, † cum ablatiui abſoluti futurum tempus, & id, quod ſui natura omnino incertum eſt, reſpiciant: nam à futuro euentu pendet, an D. Dragus infra trimeſtre prædictum probaturus ſit ea, quę ex ordinatione probare tenebatur: quo caſu receptiſsima eſt concluſio, ablatiuos abſolutos conditionem inducere. Hanc concluſionem firmat Bar. in d. l. 1. numer. 3. 5. & 34. Bald. loquens de ablatiuis abſolutis in l. 1. colum. 4. verſic. 11. oppono. ff. de legat. 2. quem refert & ſequitur Iaſon in rubr. ff. ſolut. matrimon. num. 2. & in ſecunda lectura. num. 20. latè Alciat. num. 7. & pluribus ſequentibus.

Non obſtat l. muto. §. 1. ff. de tutel. quia ad eam reſpondet Bartol. in d. l. 1. numer. 3. verſicu. inſtatur ergo contra prædicta, d. l. muto. §. 1. videlicet, tutorem ſub conditione à iudice dari non poſſe, & expreſsionem conditionis, quæ tacitè inerat, non inducere conditionem, & Bart. refert & ſequitur Nattad. conſ. 529. num. 26. poſt Bal. & Abbatem in locis per eum citatis. Verùm quia hæc reſponſio non ſatisfacit Bartolo, 8 ideò alia accòmodatur, videlicet, † conditionem ibi poſitam non ſuſpendere datio-

nem tutoris, ſed adminiſtrationem, & ſic executionem: & Bar. refert & ſequitur Decius in l. in omnibus obligationibus. num. 7. ff. de reg. iur. concludens, quòd vbi conditio reſpicit executionem non ſuſpendit, neque facit actum conditionalem: ſequitur ibi Cagnol. num. 23. Sed in caſu noſtro conditio adiecta dicitur condemnationi, & ſic actui principali, & non executioni: ergo non obſtat d. l. muto. §. 1. Nec nocet doctrina Innocentij in d. c. prudentiam. num. 9. verſicu. etſi contrarium. à domino Natta citata, quia eius pace dictum, ex fide non refert Innocentium. Nam loquitur per verba præteriti temporis: eius enim verba hæc ſunt. Mandatur iudici, quòd ſi talis probauit, rem talem ſibi deberi, cõdemnes reum, & ſic in conditione de præterito: ideò nimirum, ſi talis ſententia valet, etiamſi probatum non fuerit, quamuis ea ſit contra ius litigatoris, & propterea non faciat conditionem propriam, & dato, quòd verba Innocent. in futurum ſonarent, prout refert Bal. in d. l. præſcriptione, adhuc dicitur, Innocentium conſtituere differentiam, an huiuſmodi verba dirigantur ad eum, qui iudex eſt, vtputa ad ordinarium, & hoc caſu videatur excitata iuriſdictio, & non adiecta conditio: ſecus in iudice delegato, cui mandata eſt iuriſdictio, quia tunc faciunt conditionem, & propterea poteſt retorqueri Innocent. cuius dicta comprobantur ex nota. per Felinum in cap. ex parte. colum. 3. verſic. ſecundò limita, de conſtituti. Præterea attentari poſſet, dicta Innocent. & Baldi poſſe impugnari ex nota. per Pariſ. conſ. 41. num. 14. volum. 4. ac negari, non valere argumentum à ſententia ad reſcriptum, propter rationis diuerſitatem.

Nec vera eſt, quoad caſum noſtrum, differentia, quam conſtituit Curtius Iunior inter conditionem affirmatiuè conceptam, & negatiuè, quoad hoc, vt actus dicatur 9 conditionalis, vel non: † quia vtraque forma conditionalis eſt, l. in facto. ff. de conditio. & demonſtra. quam citat Barto. in d. l. 1. num. 1. verſic. item ſiue affirmatiua, ſiue negatiua. & in conditione negatiua eſt tex. in d. l. qui accuſare. ibi, actore non probante. qui ablatiui ſecundum crebriorem ſententiam inducunt conditionem, & differentia, quam Bartolus conſtituit in d. §. vtrum. inter ſtipulationem affirmatiuè, aut negatiuè conceptam, eſt reſpectu commiſſionis ſtipulationis pœnalis, vt vno caſu ad euitandum pœnam neutrũ fiat: altero verò

vtrumque

vtrumque fiat, vt ibi per Bart. & alios Doctores.

Non etiam obstant, quæ scribit Socin. d. cons. 91. numer. 3. quia in casu Socini sententia erat absolutoria, cui consentaneus erat status illius causæ, & iuris dispositio, qua actore non probante, reus erat absoluendus, & in casu resolutionis expresè prouisum fuit, ideò nimirum, si sententia erat pura, resoluenda in euentum conditionis, scilicet probationis allegati erroris. Sed in casu nostro status causæ, iurisq; dispositio, cum sententia condemnatoria non conueniunt, nec sententia in euentum conditionis resoluitur, imò eo casu remaneret firma condemnatio, quoniam in nostra facti specie conditio est negatiuè concepta, id est, si non probabit, ideò eius euentus non resoluit, sed condemnationem confirmat, & ob id locum in eo non habent dicta Socin. & glossæ in d. l. 2. ff. de in diem addictio. dum volunt euentum conditionis resoluere, non autem firmare contractum.

Etsi dicatur, conditionem resolutiuam
10 sumi arguendo à contrario sensu, † quod etiam in conditionibus locum habet, secundum Bart. in d.l.1. num.4. ff. de condit. & demonstr. Purpura. post Iaf. in l. 1. num. 682. ff. de offic. eius. & per Felin. in c. significasti. numer. 10. & sequent. de fo. compet. Roman. cons. 115. colum. 1. & cons. 399. col. 2. versic. quintò probatur. Euerard. in locis legali. cap. 4. col. 82. per textum in l. Pomponius. §. sed & is. ff. de procurat. Nam ad hæc respondetur, Contrariam opinionem, quòd imò in sententijs locus non sit, argumento à contrario sensu, tenet Dec. in d. l. 1. num. 50. ff. de offic. eius. Et in terminis nostris videtur decisio Baldi in c. quod ad consultationem. colum. 2. versic. illam sub auditionem feci, de re iudicata, concludentis, quòd argumentum à contrario sensu locum non habet in sententijs, vt si dicatur, Si probatum est, condemno: quia non sequitur, Ergo si non est probatum, absoluo: & hæc præsertim procedunt in casu nostro, in quo in euentum probationis factæ, noluerunt primi iudices sententiam statim resolui, sed dixerunt, quòd probatione facta, erit prouisum partibus, prout iuris, & ob id incertum adhuc erat apud ipsos iudices, quid essent facturi, facta plena, vel semiplena probatione, & sic, an resolueretur sententia, vel non. Ex quo sequitur in casu nostro, argumentum prædictum locum non habere: quia nedum non potest sumi argumentum à contrario sensu literæ, sed nec etiam à contrario sensu mentis iudicum, quorum vtrumque requiritur, vt locum habere possit, vt per Docto. in d.l.1. de officio eius, & clariùs per Alciat. in c. quod sedem. num. 5. & sequent. de offici. ordina. Patet enim ex prædictis verbis, videlicet, probatione facta prouidebunt, prout iuris, noluisse tunc iudicare in casu probationis factæ.

Et ex præmissis apparet, casui nostro non obstare, quæ dicit Zas. in d. §. in verditione. attento maximè, quòd verba sententiæ, de qua agitur, effectum probationis in tempus futurum referunt, dum dicitur, Ex nunc, prout, ex tunc, l. 4. §. fin. ff. de condit. & demonst. Dici etiam potest, opi-
11 nionem Zasij tutam non esse: † contrariam enim tenet Vitalli. in tracta. clausula. §. sed an iudex possit sententiam suam corrigere. num. 6. fol. 269. Franc. post Baldum in c. præterea. num. 3. de appellat. hanc opinionem sequitur Dec. in c. in literis. colum. 2. versic. secundò ampliatur, de offic. delegat. & in d.c. præterea in primo nota. Io. Crotus cons. 138. num. 5. & sequen. Iaco. Philip. Portius lib. 4. commun. opin. conclusio. 9. col. 5. versic. sextò limita. quos post hæc scripta vidi, concludentes, post Bar. Bal. Saly. Iaf. & alios per eum allegatos, istam esse magis communem opinionem cum limitationibus de qua per eos, videlicet, an conditio resolutiua præcedat, vel sequatur sententiam, quæ limitatio mihi visa est dubia ex doctrina Bartoli in d.l.1. num. 10. ff. de condit. & demonst. suprà allegata, quòd magis attendendus sit ordo intellectus, quàm scripturæ, & per ea, quæ scribit Imol. in dicta l. posteaquam. col. fin. versic. vnde non mirum. ff. de re iudica.

Nec obstat, quod dicitur, conditionem retrotrahi, & esse purificatã, ex quo lapsus est trimestre ad probandum statutum, & probatio non est facta, quia stante appellatione, non potuit retrotrahi, vt nonnullis tenet Philip. Franc. in d. c. præterea. quisiuisti. num. 7. & 9. post glos. Bal. & alios per eum allegata. Et in hanc opinionem venit Senatus, quòd sententia prædicta sit conditionalis.

SVMMARIVM.

4 *Conditio intrinseca quæ dicatur, & quæ extrinseca.*

5 *Sententia lata sub conditione extrinseca, an valeat? num. 6.*

6 *Sententia est actus legitimus.*

4

4 *Sententia debet esse conformis libello.*
5 *Sententia sine causæ cognitione, & deliberatione lata, est nulla.*
6 *Sententia sub conditione extrinseca lata, tenet, sed per appellationem rescinditur.*
7 *Sententia licet sit actus legitimus, attamen recepit diem, & conditionem.*
Regula actus legitimi. ff. de reg. iur. de quibus actibus loquatur, num. eodem.
8 *Sententia, quando dicatur lata causa cognita, & quando causæ cognitione præcedente, lata præsumatur.*
9 *Conditio in præsens aut præteritum tempus excepta non est propria conditio, & quæ sit vera & propria conditio.*
10 *Sententia sub conditione intrinseca de præsenti, aut de præterito, an valeat.*
11 *Sententia lata sub conditione intrinseca de futuro an valeat, & num. 15. & 18.*
12 *Iudex sententiam certam ferre debet.*
13 *Probationes ante sententiam, & durante instantia fieri debent, non potest concludum in causa, aut post sententiam.*
14 *Iudex ex probatis & allegatis iudicare debet.*
16 *Probationes non sunt de substantia iudicij, nec sententia.*
17 *A sententijs conditionalibus, exceptis censuræ, appellandum est infra 10 diers.*
18 *Sententia sub conditione de futuro ferri quidem non debet, lata tamen tenet, cisi fuerit appellatum rescindenda venit per iudicem appellationis.*
19 *Sententia sub conditione ferri à Principe potest, & speciale est in eo.*

DECISIO CXLVI.

Sententia sub conditione extrinseca lata an valeat, & quid de sententia sub conditione intrinseca, an teneat.

Tante igitur dicta sententia conditionali, videndum est, an approbari vel rescindi debeat, quam quæstionem latè tractat Francis. Martius quæstio. 418. referens Doctorũ opiniones, nihil tamen concludens, ego autem relatis opinionibus, calculum excellentissimi Senatus addam: pro cuius quæstionis indagatione præmittendum prius est, † conditionem duplicem esse, aliam extrinsecam, aliam intrinsecam: conditio intrinseca ea dicitur, quæ ad negocium, de quo agitur, pertinet, & ex actis siue assertorijs siue probatorijs dependet, vt puta, condemno Titium, si iuraueris, vel condemno te, si probatum est, vel si probaueris, vel si dicatur, assignamus tibi immobilia, quatenus mobilia non adsint, vt in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata l. generaliter. C. de reb. cred. Conditio verò extrinseca ea dicitur, quæ de aliquo actu extraneo interponitur, qui nullam cum materia subiecta habeat conformitatem, neq; ex actis assertorijs, aut probatorijs dependet, vt puta, condemno te, si Rex in Italiam venit, si nauis ex Asia venerit, vel si Cęsar Turcas vicerit, ita declarat glos. in l. cum iudex, in verbo, Palam est, in fi. C. de senten. & interlocuto. om. iudic. Bal. in l. non dubium, in quinta oppositio. C. de legi. Bar. in l. à diuo Pio. §. in venditione. num. 4. ff. de re iudica. vbi etiam Zasius colum. 3. Abbas in c. præterea requisiuisti. num. 10. de appellatio. Vantius de nullita. senten. ex defectu proces. num. 111. ex quibus omnibus colligitur declaratio suprà facta.

His ita præmissis, quæritur, an sententia sub conditione lata valeat? Et primo videndum est: † an valeat sententia lata sub conditione extrinseca, quæ videretur dicendum non valere, prout ita tenet Bald. post Petrum in d. l. cum iudex. C. de sentent. & interlocut. om. iudic. & in d. l. non dubium, in quinta oppositio. C. de legi. necnon in additio. Specul. in titu. de senten. colum. 3. eandem etiam sequitur Salyce. post Alber. in d. l. cum iudex. num. 2. Zasi. in d. l. à Diuo Pio. §. in venditione. col. 3. ff. de re iudicata. Philip. Franc. in d. c. præterea requisiuisti. numer. 1. de appellatio. & pro hac opinione adducitur.

Primò per Bal. vbi suprà, quod talis sententia non valeat sub conditione extrinseca, quia super hoc non fuit cœptum neque agitatum iudicium, & ideò, cum adijciatur quod extra rem est, & ad negocium non pertinet, argu. l. 1. §. cum adijcitur aliquid. ff. de verbo. obligat. valere non debet, tanquam continens quid extra acta, & ab ipsis actis non dependens. Pro quo facit, 3 quia † sententia est actus legitimus secundum aliquos, vt refert Bart. in d. l. muto. §. 1. ff. de tutelis. ideò vitiatur per adiectionem conditionis extraneæ, l. actus legitimus. ff. de regul. iur. c. actus eodem titulo, libro 6.

Secundò, hæc opinio comprobatur, 4 quia † sententia debet esse conformis libello. l. vt fundus. ff. commu. diuid. l. fin. C. de fideicommiss. liberta. vbi habetur, quod fatuus est iudex, qui in aliud condemnat, quàm ab eo fuerit petitum: nam iuxta formam petitionis partium sententia dictari debet, c. licet Heli. de Simonia. Vantius de nullita. senten. ex defectu proces. ac solem. sent. nu. 97. sed hæc sententia sub conditione ex-

ne extrinseca lata, non potest dici conformis libello, cum ea conditio extra libellum, & acta sit, ergo valere non debet.

5 Tertio facit pro hac parte, † quia huiusmodi sententia sine causæ cognitione, & sine deliberatione lata dici potest contra l. ex stipulatione. C. de senten. & interlocu. om. iud. & l. 2. C. de senten. ex periculo recitan. quæ volunt, sententiam cum deliberatione, & causæ cognitione ferri. facit tex. in l. fi. & l. si iudex. C. commina. vel epist. c. ponderet. 50. distinc. cum similibus: ergo valere non debet, quia hæc cessant, quando apponitur talis conditio extrinseca ad negocium non pertinens, & nullam habens conformitatem cum materia subiecta, Saly. in d. l. cum iudex.

6 Contrariam tamen opinionem † tenet glos. & ibi Bar. in l. 2. §. biduum. ff. quando appellan. sit, vbi etiam Angel. dicens hanc sententiam validam quidem esse, sed quia iniqua videtur eo quod adiecta sit conditio extranea, ideò poterit per appellationem rescindi, idem Angel. in l. à Diuo Pio §. in venditione, vbi etiam Paul. de Castro hanc opinionem tenet, ff. de re iudicat. sequitur ibi etiam Alex. col. 7. versic. si autem est extrinseca. Bar. & ibi etiam Matheſila. in l. cum iudex. C. de sentent. & interlocut. om. iudic. Angel. in l. non quemadmodum, col. 2. versic. in eadem glos. ibi, in sententia. ff. de iud. vbi dicit, quod si conditio est pœnitus extranea, iniquitas eius est euidens, & ideò remedio appellationis extinguitur absque alia probatione: eandem opinionem tenet Vantius de nullitat. sentent. ex defectu. proceſſ. & solem. sentent. num. 113. Abb. in c. quod ad consultationem, in secundo nota. de re iudic. & in d. c. præterea requisiuisti. num. 10. de appellat. hanc eandem consulendo tenuit Alexand. cons. 73. num. 12. lib. 3. & videtur magis communis, vt atteſtatur Portius lib. 4. commun. opin. concluſ. 9. col. 1. Adducitur pro hac opinione textus in d. l. 2. §. biduum. ff. quando appellan. sit, vbi habetur, sententiam non esse ferendam sub conditione, sed si fuerit lata, appellandum est, inquit textus, & sic præsupponit textus, quod licet non sit ferenda sententia sub conditione, attamen lata, valet, sed eius iniquitas per appellationem rescindi potest, & ille textus secūdum communem intellectum loquitur de conditione extrinseca, secundum Alex. in d. §. in venditione. col. 7. versic. tamen dicatis, quod communiter, &c. & ita etiam intelligit glos. in d. §. biduum, in verbo, Sub conditione, vbi etiam Bar. & licet aliqui velint, eum textum loqui etiam de conditione intrinseca, attamen etiam de extrinseca intelligendus est, cum generaliter, & indistinctè loquatur, neque magis de intrinseca, quàm extrinseca exprimat, ideò generaliter, & indistinctè intelligendus est, vulgata l. de precio de publiciana. facit etiam pro hac opinione regula l. quoties in stipulationibus. ff. de verbo. obligat. l. quoties. ff. de reb. dub. cum concordan. scilicet, interpretationem esse semper faciendam, vt actus potius valeat, quàm pereat: facit etiam, quia vtile per inutile non vitiatur. l. 1. §. penult. ff. de verbo. obligat. l. hac consultissima. §. ex imperfecto, in 2. respons. C. de testam.

Non obstant adducta in contrarium, & primo, quod super hoc non fuit ceptum, neque agitatum iudicium, quia licet super huiusmodi conditione extrinseca non fuerit agitatum iudicium, non propterea debet validitas sententiæ infringi, præquam fuit principale negocium diffinitum ex regul. dict. l. 1. §. penultim. ff. de verborum obligatio.

Non etiam mouet, quòd sententia sit actus legitimus, qui vitiatur ex adiectione conditionis extraneæ. d. l. actus. ff. de re iuris. quia respondetur, † sententiam non 7 esse ex illis actibus legitimis, qui non recipiunt diem, aut conditionem, quoniam si sententia feratur sub conditione suspendi valet, & illico conditio est impleta, d. l. generaliter. C. de reb. cred. vel autem d. l. actus legitimi, locum habet, & restringitur ad actus specificatos, & expressos reperitur expressum in iure, sed cum illos specificatos alij bene recipiunt diem, & conditionem, Alexand. in d. §. in venditione, colum. 7. versic. non obstat actus legitimi, Angel. in d. §. biduum. colum. versic. non obstat. d. l. actus legitimi, Felin. in d. c. quod ad consultationem, numero versic. & scias.

Non etiam aduersatur, quod dicitur, sententiam debere esse conformem libello, quia satis est conformis libello, cum iudex pronunciauit condemnando, vel absoluendo super petitis in libello, iuxta la cum iudex. C. de sentent. & interlocuta. om. iudic. Vnde, cum iudex rite processerit condemnando, vel absoluendo super petitis, non debet adiectio conditionis extraneæ ipsam sententiam vitiare, Matheſila. in d. l. cum iudex, num. 11. vtile enim per inutile non vitiatur, l. 1. §. penult. & ibi Bar. & [illegible]

& communiter Docto. ff. de verb. obligat. & l. hac consultissima. §. ex imperfecto 2. responso. C. de testament. cum similibus.

Non obstat vltimo, quod dicit Salycetus in d. l. cum iudex, scilicet hanc sententiam latam esse causa non cognita, & absque deliberatione, contra l. 2. C. de senten. ex breuiculo recitand. Quoniam respondetur, quòd ex quo, vt dictum est, super petitis fuit pronunciatum, & sequuta est condemnatio, vel absolutio iuxta petita in libello, non potest dici huiusmodi sententia lata causa non cognita, ñeque iudicem ex abrupto, & sine deliberatione processisse, propter adiectionẽ illius conditionis extraneæ in sententia: ad quod faciunt dicta per Bartol. in l. prolatam. numero 8. C. de senten. & interlocu. omn. iudic. vbi dicit, † causæ cognitionem præcessisse præsumi, ex eo, quòd sententia lata est presente parte, vel contumaciter absente: Mathesila. in d. l. cum iudex. Felin. in d. c. quod ad consultationem. numero primo. versic. & satis dicitur iudicatum, de re iudicata. Ex quibus omnibus concluſum extitit, sententiam sub conditione extrinseca latam, valere, licet propter adiectionem conditionis extrinsecæ, si pars grauata appellet, possit talis sententia per appellationem rescindi.

Quo verò ad secundum articulum, An sententia sub conditione intrinseca lata, valeat, sciendum primò est, conditionem quandoque in præsens, vel præteritum tempus concipi, quandoque in futurum. † conditio, quæ in præsens, aut præteritum tempus est concepta, illa non est vera, neque propria conditio, cum actum, cui adijcitur, non suspendat, l. cum ad presens. ff. si cert. peta. §. conditiones. Institut. de verbo. obliga. Vera autem, & propria conditio est, quidam futurus euentus, in quem dispositio suspenditur, & ipsius effectus in euentum conditionis differtur, l. itaque. ff. si cert. petat. l. cedere diem. ff. de verbor. significat. Bartol. in l. 1. numero primo. ff. de conditio. & demonstrat. cum concordantibus. itaque † cum fertur sententia sub conditione intrinseca, in præsens, aut præteritum tempus concepta, vtputa, si iudex dicat, Condemno te, si est probatum, & si non est probatum, absoluo, tunc huiusmodi sententia, licet Raphael Cuman. & Petrus Bessutius in d. l. à Diuo Pio. §. in venditione, quos ibi simpliciter sequi videtur Rippa, & latissimè ac multis fundamentis Paul. de Castro in consil. 424. ad confirmationem libr. 1. teneant, hanc sententiam non valere. Attamen communis opinio est in contrarium, quam tenet glos. in d. §. in venditione, in verbo, Capiantur, vbi etiam Bartol. in principio, & ibi Alexand. colum. 3. versic. extra glossam. Iason numer. 27. Zasius nume. 40. ff. de re iudicata. Rippa in l. ait Prætor. §. si iudex. numer. 16. post Bartol. ff. eod. titu. & dicit Bartol. ibi numero quarto, quòd hac cautela vtuntur assessores, quando non habent plus de termino, intra quem debeant pronunciare, vel quando tanta est eorum imperitia, quòd ex actis colligere nesciunt, an sit probatum, vel non: idem etiam dicit Bal. qui hanc partem tenet in dict. ca. quod ad consultationem. colum. 2. versicul. nam si queris, de re iudicata, vbi vult, huiusmodi sententiam valere, si adiectum sit, Etsi non est probatum, absoluo: alioquin, si simpliciter iudex dixisset, Condemno te, si probatum est, tunc secundum eum non valeret, quia non esset lata super toto, id est super quolibet extremo l. in hoc iudicio. ff. famil. hærciscund. l. apud Celsum. §. Item queritur. ff. de exceptio. doli. Neque hoc casu vult Bald. subaudiri posse, neque valere argumentum à contrario sensu, quòd si probatum non sit, censeatur absolutus reus, vt ibi latè per eum, & dictum est suprà. Prædictam opinionem tenet quoque Vantius de nullitat. sentent. ex defectu proceſſ. & solemn. senten. numer. 107. post gloss. in §. biduum. 2. quæstio. 6. & post Bal. Innocen. & alios, quos refert: idem tenet Neuiza. cons. 93. numero 10. post Innocen. Bald. Paul. de Castro, & Practic. Papiens. in locis per eum relatis: & facit, quod idem Bar. scribit in d. §. in venditione. num. 6. vbi dicit, quòd si iudex ita sententiam ferat, Condemno te, si est probatum, etsi non est probatum, absoluo, si apparet pro parte probatum, & pro parte non, quod nihilominus valeat sententia, quia illa verba, Si est probatũ, vel non, exponũtur, id est eatenus, quatenus est probatum, vel non. l. Stichum, qui meus erit. ff. de lega. 1. subdens etiam quod de hoc, an sit, vel non sit probatum, cognoscet iudex, qui sentẽtiã exequi habet. Aduertendum tamen est, quòd si lata sit sententia sub huiusmodi conditione, si est probatum, intelligitur de probatione, quæ est sufficiens, non de semiplena, & ideo nõ veniet iuramentũ, quod in supplementũ probationis deferri solet, istud est d. Baldi in l. pe. col. vlt. vers. q̃ro de ea p̃batione. C. de senten. quæ sine cert. quant.

per text. sing. in l. Lutius Titius, cum glos. ff. de cond. & demonst. & hoc pro singulari commendat Felin. in rub. de probat. col. 2. versic. sed aduerte. quem refert & sequitur Cotta in memorali, incip. Sententia lata sub conditione. Et circa hoc insistendum vltèriùs non puto, cū hoc casu sine dubio huiusmodi sententia valeat, vt inquit Ang. in d. l. non quemadmodum. ff. de iudic. hanc tamen opinionē modificat, & declarat Crot. in cons. 138. numer. 4. vt videlicet id procedat, quando iudex simul, & in eadem oratione apposuit conditionem, vt quia condemnat reum in centum, si per actorem fuit probatum, secus, vbi seperatim apposuit conditionem resolutiuam sententiæ: quia tunc illa conditio habetur pro non adiecta, & sententia remanet purè lata, reiecta prædicta conditione. Videndum ergo est, quid de sententia lata sub conditione in
11 trinseca in futurum tempus concepta, † quę est vera, & propria conditio, puta, si iudex dixerit, Condemno te, si probaueris, vel si probabit, veluti in casu nostro: & in hoc sunt opiniones. Negatiuam enim opinionem tenet Glossa, & ibi etiam Bar. in d. l. cum iudex. num. 3. & Matheisla. num. 13. C. de sentent. & interlocut. omn. iudic. vbi volunt, sententiam sub conditione intrinseca de futuro non valere, nisi conditio in continenti impleatur post sententiam, & in continenti intelligitur, id est, antequam ad extraneos actus diuertatur, l. continuus. ff. de verbo. obligat. & ideò sententia, quæ sub conditione intrinseca fertur, si iuraueris, valet, quia conditio illico post sententiam impleri potest, vt in d. l. generaliter. C. de reb. credi. Zasius in d. §. in venditione. numer. 40. secus autem est in conditione, Si probaueris, quæ non potest in continenti impleri post sententiam, & huiusmodi sententia non valet: ita nominatim Paul. de Castro in d. l. continuus. ff. de verborum obligat. quam etiam tenet Bal. in additio. Specula. in titul. de senten. col. 2. & ibi Ioan. Andre. in §. iuxta. Imola in l. qui Romæ. §. Angerius. vbi etiam Iason, col. fina. in fin. versic. tene primam opinionem Bartoli. ff. de verbo. obligatio. post Alex. quem refert in cons. 73. num. 11. & 12. lib. 3. Idem Iason in d. l. ait Prætor. §. primo. num. 31. vbi Rippa dicit, hanc opinionem Bartoli videri magis communem, & in Practica vix ita contra eam obtineri posse, & quam in actu practico esse amplectendam, dicit Vantius loco suprà citato, numer. 112. versic. sed contrarium, in fine: pro qua consuluit Anton. de Butrio cons. 50. versic. puto de iure contrarium. Fulgo. cons. 217. incip. Viso exemplo sententiæ latæ. Decius consil. 517. princip. post Bal. & ibi etiam Bartol. in cum iudex. C. de sentent. Ruin. consil. repetito in consil. 133. numer. 10. & sequent. lib. 5. vbi num. 11. in fine dicit, hanc opinionem esse veriorem, & magis communem. Eandem tenet Gozadi. cons. 50. numer. 11. Adducitur autem pro hac opinione, pro-
12 mò, † quòd iudex sententiam certam ferre debet, l. 3. C. de senten. quæ sine certa quantitate proferun. §. curare. Instit. de actio. Socin. d. cons. 91. num. 12. volum. 4. Ruin. d. cons. 133. num. 12. & seq. Vantius de nullit. senten. ex defectu proces. & solem. senten. num. 102. sed hæc sententia non potest dici certa, imò omnino incerta apparet, cum se referat ad probationes futuras, relatio autem ad futurum sit incerta, & ob id valere non debet, l. vbi autem. §. illud. ff. de verbor. obligatio.

13 Secundò adducitur, † quia ordinarius postulat, vt probationes fiant ante sententiam, durante instantia, non autem possunt fieri post conclusionem in cons. minus etiam post sententiam, vt in c. palio ralis, de exceptio. l. peremptorias. C. sen ten. rescindi non posse. Sed in casu isto probationes fiunt post sententiam, & ordo iuris præpostero: ergo valere sententia non debet.

14 Tertiò adducitur etiam, † quia huiusmodi sententia dicitur lata, nulla præcedente causæ cognitione: nam prius debet ci liquere id, de quo pronunciare debet tequam sententiam ferat, & iudicantem ex his, quæ ex fide gestorum probantur, illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsidis. l. latam. C. de sentent. & interlocut. omnium l. de quare, in principio. ff. de iudic. hoc docetur in sacris literis, vt apud Diuum Ioannem cap. 7. Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit? cum alijs latè cumulatè per Didacum lib. primo Variarum resolutio. cap. 1. num. 4. & pluribus sequentibus. & latè diximus suprà decisio. 1. & talis cognitio causæ actum præcedere debet, non autem subsequi, aliàs huiusmodi præpostera ratio vitiaret, secundum Vantium de nullitat. sentent. ex defectu proces. numero 31. post Bald. & Felin. in locis per eum relatis, & ibi in proposito inquit, post Baldum quem refert in l. non dubium. C. de obligib. in 5. oppositio. quòd sententia ex probationibus factis non fiendis ferri debet

sed in casu nostro dici non potest constare iudici, & ipsum cognouisse, ex actis q̃ probari, cum probationes rei nondum sint receptæ: ergo huiusmodi sententia tanquam nulla precedente causæ cognitione lata, valere non debet, d.l. prolatam. C. de senten. & interloc. om. iudic.

Contrariam verò partem, quòd imò sententia sub huiusmodi conditione intrinseca lata mero iure teneat, sequitur Specul. in titu. de senten. prolat. §. iuxta, versic. sed ecce, Bal. in d.l. non dubium, in quinta oppositio. versic. ecce aliud exemplum. C. de
15 legi. vbi dicit, † quod si iudex condemnauerit, si probauerit, licet ita pronunciare nõ debuerit: attamen sententia ita lata tenet, & probatio sequens retro fingitur, quia si retro non fingeretur non valeret, quia esset peruersus ordo iudicij, idem Bal. in l. peremptorias, col. 3. C. senten. rescin. non posse. & in l. 1. col. antepen. C. qui accus. non pos. Ang. & ibi etiam Alex. in d.l. qui Romæ. in §. Augerius. ff. de verb. obligat. idem Ang. in d.l. non quemadmodum, in fin. ff. de iudi. & in l. iudex posteaquam. ff. de re iudic. dicens in d.l. nõ quemadmodum, quod si non est in eius potestate implere conditionem statim, poterit eam implere ex interuallo, eandem tenet Alex. in d. l. à diuo Pio. §. in venditione, col. 7. ver. item addatis, & col. 8. versic. aut est de futuro. ff. de re iudic. vbi dicit, quod quando sententia fertur sub conditione intrinseca de futuro, puta, si actor probabit se numerasse centum Titio, condemno eum, valet talis sententia, licet hoc iudex facere non debuerit, quia iudex ex his, quæ sibi liquent iudicare debet. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. l. hæc autem, in princ. ff. ex quibus causis in possess. eatur. & ideò dicit, quòd iudex appellationis absq̃ eo, quod sibi liqueat de iustitia sententiæ poterit eam reuocare, sequitur hanc etiam, & in terminis nostris Felin. in d.cap. quod ad consultationem, num. 1. versicu. & adde, quòd quando, de re iudi. Zasius in d. §. in venditione, col. fin. vbi dicit, totũ mundum hac consuetudine vti, quamuis eius exempla loquantur in conditione, quæ potest in continenti impleri, & probari, vt etiam in tali conditione loquitur Socin. d. cons. 91. volum. 4. & eam consulendo tenet Abb. in cons. 73. incipien. In disputatione, quæ vertitur, in fine lib. 1. Rebuff. de contuma. & defect. articulo 2. glo. num. 17. Firmatur autem hæc opinio. Primò, quia valet sententia lata sub conditione extrinseca de futuro, puta, si nauis ex Asia venerit d.l. 2. §. biduum. ff. quan. appell. sit. qui text. vt suprà dicebamus, secundum communem intelligentiam loquitur, & intelligitur de conditione extrinseca, quod si valet lata sub conidtione extrinseca, multò magis valere debet lata sub conditione intrinseca, quamuis non veniat statim implenda post sententiam, minus enim debet vitiari sub conditione intrinseca, cum ea sit pertinens ad negocium, de quo agitur, & cõformitatem habeat cũ subiecta materia, vt suprà dictum est, quam quando fertur sub conditione extrinseca, quæ ad negocium, de quo agitur, omnino non pertinet, imò cum tex. in d. §. biduum, generaliter loquatur, vt suprà dicebamus: ergo intelligi etiam debet de conditione intrinseca l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. cum similibus.

16 Secundò pro hac parte adducitur, † quia probationes non sunt de substantia iudicij, nec sententiæ, probatur in l. post humus. §. si quis ex his. ff. de inoffic. testamen. & in l. cum putarẽ. ff. fami. hærcisc. quæ iura ad hoc allegat Bal. in l. cum & minores. colum. 2. versic. quædam sunt de veritatis indagine. C. si aduer. rem iudic. nec non Alex. in terminis nostris in d. §. si iudex, col. 3. in princi. notant Doct. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. Vantius de nullita. sent. ex defect. proces. num. 38. versic. & etiam, quia probationes, & num. 39. versic. quia, vt diximus, vnde etsi iudex reum condemnet, contra quem non est probatum, valet sententia, licet sit contra ius litigatoris. l. 1. §. item cum contra sacras. ff. quæ sent. sine appel. rescind. sicut itaq; sententia nullis factis probationibus lata valet: ergo eodem modo valere debet hæc lata sub conditione probationis faciendæ: quia non contra ius constitutionis, sed contra ius litigatoris lata dicitur d. l. 1. §. item cum contra. ff. quæ senten. sine appellat. rescind.

Tertiò pro hac parte citatur textus in c. cum venisset, in versicu. nos igitur, extra, de institutio. ex quo textu probatur, sententiam sub huiusmodi conditione intrinseca latam, si probauerit, valere in illis verbis, dum dicitur: Nos igitur interloquuti fuimus, Archidiaconum esse in plena libertate eiusdem Archidiaconatus possessione tuendum, donec probatum legitimè fuerit ex aduerso libertates ipsas Archidiaconis ab Archiepiscopis personaliter fuisse concessas. apertè itaque ex eo textu probatur, ibi sententiam latam fuisse sub tali conditione extrinseca de futuro, donec legitimè probauerit, valere, & eum textum

in terminis nostris adducit pro hac opinione Alexan. in d.§. in venditione. col. 7. vers. bene facit. c. cum venisset. similem & quidem prima facie vrgentem textum habemus in c. in nostra, versic. eisdem præterea iniungendum duximus, extra de sepulturis, vbi Summus Pontifex iniungit hospitalarijs, quod nisi probauerint, quod quidam G. elegerit apud eos sepulturam, vniuersa, quæ ipsius intuitu receperunt, restituant parti.

Quid dicendum? puto hanc secundam opinionem esse de stricto iure veriorem, attenta indistincta dispositione d. l. 1. §. biduū. ff. quando appellan. sit. quæ repetita legitur in c. biduum. 2. quæst. 6. vbi pulchra glos. & per ea, quæ scribit Philip. Franc. in d. c. præterea requisiuisti. num. 9. de appell. conclu-
17 dens † à sententijs conditionalibus, exceptis censurarum, esse appellandum intra 10. dies, quòd si appellandum, ergo tenent mero iure, quamuis Felin. in d. c. quod ad consultationem, nu. 1. post Bal. in l. peremptorias. C. senten. rescindi non posse, dicat, id intelligendum esse, si iudex ita pronunciet ex causa, quia sine causa ex interuallo facere non potest, & Bal. in d. l. peremptorias. C. senten. rescind. non posse, refert & sequitur Guid. Pap. decis. 67. si iudex dicat, Et istud ex aliqua rationabili causa tollerari posse, vtputa, ob negociorum multiplicitatem, seu periculum instantiæ dicit Vant. de nullita. sent. ex defect. proces. num. 32. versic.
18 quod etsi ob negociorū &c. † Iudex tamen super hac conditione, cui incontinenti satisfieri non potest proferre non debet sententiam d. §. biduum, cum iudicare debeat ex his, quæ ex fide gestorum probantur, vulg. l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præsidis. c. iudicantem. 3. quæst. 7. etsi protulerit, appellatumq; fuerit, rescindenda est per iudicem appellationis veluti præpostera, grauans, ac lædens ius litigatoris, & propterea iniusta d. §. biduum. Alb. in l. fi. co l. 3. ff. de iustit. & iure, Bal. cons. 153. num. 2. vol. 1. Specu. in tit. de sent. §. species, num. 6. & §. iuxta. nu. 17. quem refert & sequitur Alex. in d. §. in venditione. col. 6. vers. item addatis, vsq; ad ver. in gl. in verbo, Exequi, & in d. §. Augerius. post Bar. in d. l. cum iudex, nu. 4. C. de sent. & interloc. om. iud. Fel. in c. quod ad consultationem. nu. 1. latè Ripp. in l. ait Prætor. §. si iudex. nu. 17. ff. de re iud. Tiraq. d. retract. §. 1. gl. 10. nu. 48. & duob. seq. Franc. Marcius, decis. 418. col. 3. & pen. Rui. cons. 133. nu. 21. versic. & vbi esset aliqua, vol. 5.

Et tenendo primam, siue secundam opinionem non obstant c. cum venisset, & cæ. nostr. aduerso allegata. Quia vltra omnes ... responsiones, de quibus per Abbatem, & alios in d. c. in nostra, præsertim quod ibi intentio actoris esset fundata de iure cōmuni, vt etiam dicit Fel. in d. c. quod ad consultationem. nu. 1. vers. & adde, quando actor, & quod c. cum venisset loquatur in interlocutoria. Potest etiam responderi,
19 † speciale esse in Principe, eum posse proferre sententias sub huiusmodi cōditionibus, secus in inferiore, ita tenet Imo. in d. l. iuden. col. fin. vers. & tunc hoc casu, quem sequitur Crotus d. cons. 138. nu. 6. qui licet loquatur in cōditione resolutiua, idem tamen dicendum videtur in suspensiua, quando est appellatum, & ita censuit Senatus esse retinendam primorum iudicum sententiam, quatenus deuenerūt ad diffinitiuam, siue probationem, ad quam fuerat admissus intra tres menses præstitutos non fecisse, & in casu factæ probationis non pronunciarunt: sed reseruarunt prouidendum, prout iuris, & propterea in ea parte benè fuisse appellatum.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianicam non amittit hæres ob inuentarium non confectum, contra num. 8.*
2 *Falcidia, & Trebellianica an æquiparentur, vt ubi desit Falcidia, cesset & Trebellianica, & num. 18. reprobatur distinctio Bartoli in l. Marcellus. ff. ad Trebellia.*
3 *Extensio, an admittatur de vno casu ad alium in eo, qui est pœnalis, & correctoria simul, & num. 4.*
4 *Priuatiua in materia quod expressè cautum non est, priuationem non inducit.*
Priuationis pœna simpliciter imponenda non est, nisi à iure exprimatur, num. eod.
5 *Tex. in §. sancimus igitur. in authen. de hæred. ab intest. loquens de falcidia, an etiam loqui intelligatur de Trebellia. & num. 9. 10. & 12.*
6 *Tex. in §. si verò non fecerit, in d. authen. de hæred. & falc. loquens de fideicommissario, an intelligatur tam de vniuersali, quàm de particulari, num. 15. & 16.*
7 *Hæres cohæredi suo inuentarium facere non tenetur, sed solum legatarijs, & fideicommissarijs, num.*
8 *Doctores tenentes contrarium, quod amittatur, recitantur. ex quibus hanc esse magis communem opinionem demonstratur.*
9 *Hæres circa inuentarij confectionem dolosè versans, non fideliter describendo omnes res hereditarias priuatur Falcidia & Trebellianica.*
11 *Falcidiæ appellatione etiam Trebellianica continetur.*
12 *Hæres grauatus restituere, an per subornationem rei possit inducere Trebellianicam, sicut falcidiam.*
14 *Dispositio generalis omnes casus includit, etiam si maior sit ratio in vno, quàm in alio. & num. 15.*
16 *Præcedentia magis influūt in sequētia, quàm econtra.*
17 *Hæres de confectione inuentarij, an debeat citare commissarios, sicut & legatarios, vel non. vide Trebell. amittat.*

18 Repetitio eorum, quæ dicuntur in eo, ad quod additio fit, censetur etiam facta in eo, quod additum est.

19 Lex noua etiam correctoria disponens in vno ex æquiparatis à lege antiqua, extenditur ad alterum.

20 Extensio etiam in correctorijs admittitur, vbi per extensionem reducimur ad ius antiquum.

21 Inuentarij confectio cur introducta.

Inuentarium caput est redditionis rationis, numero eodem.

Hæres rogatus restituere, inuentarium facere teneri fideicommissario, ut restituere tenetur, & secundum formam traditam in l. fin. C. de iure deliberandinum. eodem.

24 Hereditas tanquam quid vniuersale, & incorporale occultari, aut minui non posse, quomodo intelligatur.

25 Trebellianica contra voluntatem testatoris detrahitur, & ideò in concursu duarum causarum illa attenditur, per quam minuitur falcidia.

26 Distinctiones, quæ in hac quæstione à nonnullis Doctoribus afferuntur, improbantur.

26 Hæres suus sicut extraneus rogatus restituere, amittit Trebellianicam ob inuentarium non confectum.

DECISIO CXLVII.

An per non confectionem inuentarij hæres amittat Trebellianicam.

AGitur in Senatu processus, in quo quæritur, an hæres grauatus fideicommisso vniuersali, si inuentarium non fecerit, amittat Trebellianicam, sicut amittit Falcidiam: & cum mihi iniunctum fuisset, vt scriberem, quænam verior, & receptior sententia esset, substituti existimans superfluum esse, in ea scribere, cum plenè eam tractauerint consummatissimi iureconsulti domini Aymo Craueta cons. 17. & Rolland. à Valle cons. 27. Verùm quia post eos aliqui nouissimè in hac quæstione scripserunt, variè etiam sentientes, non ab re putaui summatim Doctorum opiniones, & fundamenta recitare, vt dignosci possit, quæ opinio verior sit, & à Senatu recepta. Iesu Christi itaque (à quo omnis veritas patet) auxilio inuocato. Accipio primò partem negatiuam, scilicet † Trebellianicam non amittere hæredem ob non confectionem inuentarij, quam tenuerunt Roffre. Iacob. de Beluis. Oldrad. Ioan. Andre. Rayn. Iacob. de Aretin. Francisc. de Thoma. Riza. Dyn. Ioan. de Puthe. Angel. de Gambelio. Francisc. de Ramponi. Signor. de Homod. Bartolus, Bald. Vincentius, Paul. de Castro. Angel. Alexand. Corne. Petrus Ferr. Cassiod. Anan. Bolog. Iason. Calea. Modern. in tractatu de inuentario. Sayssel. Rubeus, Paris. Ruin. Socin. Iun. Crauet. in locis à domino Rolland. à Valle citatis d. cons. 27. num. 26. quos gratia breuitatis non refero, quibus addo Bened. de Landin. in additio. ad Bartol. in consil. 2. Ancha. relatum per Ananiam, cons. 61. Fulgo. in l. fin. §. licentia. C. de iure deliber. Richard. Malumb. quem citat Cyn. in authen. sed cum testator, Gulfel. Bened. in repetit. c. Raynutius. §. mortuo, el primo, numer. 402. Bertrachi. in verbo, Inuentarium qualiter, num. 5. & in §. hæres inuentarium, numer. 39. Calder. cons. 99. Benedictus de Plombi. consilio 62. numer. 18. inter consilia vltim. volunt. cui consilio se subscripserunt Fulgo. Christi. Castel. Paul. Arsonius, Benedictus Capra consilio 7. Auffre. in addit. ad Cap. Tolos. 314. Natta cons. 220. num. 2. & consilio 323. numer. 1. Turzanus opinione 19. Berous cons. 49. num. 47. & sequent. vbi pro hac opinione ponderat text. in cap. Rainaldus de testamen. & cons. 93. numer. 77. & cons. 138. numer. 9. & sequent. volum. 2. Et suprà scripti Doctor. infra scriptis fundamentis mouentur. Primò, quia iura antiqua, quo ad Trebellianicam non reperiuntur mutata, nec correcta, quemadmodum in Falcidia, vt in authent. sed cum testator. C. ad l. Falcidiam: quod si non reperiuntur immutata: ergo stare non prohibentur. l. sancimus. C. de testament. correctio enim induci, nisi expressè non debet. l. præcipimus. C. de appellatio. † Nec obstat, quod Falcidia, & Trebellianica æquiparentur, & vbi cessat Falcidia, cessat etiam Trebellianica l. Marcellus. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. ideò lex loquens de Falcidia extendi debeat ad Trebellianicam propter æquiparationem, l. si quis seruo persuaserit. C. de furtis, quia respondetur in correctorijs extensionem non admitti etiam ex maioritate rationis, iuxta nota. in authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. in l. tamis. §. 1. ff. de donatio. causa mort. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrimo. & hoc fundamento vtitur Bart. qui hanc partem tuetur in d. l. Marcellus, colum. 3. num. 8. ff. ad Trebellia. & in d. authen. sed cum testator, col. penult. num. 12. & ad textum in d. l. Marcellus, respondet, quod quando Falcidia cessat iudicio testatoris, tũc cessat & Trebellianica, & ratio est, licet Bar. non dicat, quia tunc eadem est potentia causæ efficientis, id est, testatoris in vna, sicut in alia, sed vbi extrinsecus, & non ex ipso testamento

prohibetur Falcidia, puta propter negligentiam non confecti inuentarij, tunc licet prohibeatur Falcidia, non tamen prohibetur Trebellianica, quoniam talis prohibitio non est hominis, sed legis, at lex hoc non dicit, ergo nec nos dicere debemus, l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæredita. & hoc fundamentum augetur, quia dato quod extensio facienda esset in correctorijs ex identitate, aut maioritate rationis, attamen in casu nostro extensio admitti non debet, quoniam dicta authent. sed cum testator, priuans hæredem Falcidia, si inuentarium non confecerit est pœnalis, & correctoria simul, quando verò lex est pœnalis, & correctoria simul, tunc ex-
3 tensio non admittitur, prout admitteretur, si esset aut pœnalis tantum, aut correctoria tantum secundum Anton. de Butrio in c. fin. in prima fallentia de consuetud. quem in terminis nostris refert & sequitur Ruin. cons. 112. num. 16. volum. 2. vbi per hanc rationem sequitur istam opinionem, addens præterea, quod lex priuat hæredem Falcidia, quia præsumit eum tantum de bonis hereditarijs subtraxisse, quantum valet Falcidia, sed lex procedens per præsumptionem non extenditur etiam in casibus, in quibus aliàs extenderetur, secundum Abb. in c. fin. de sponsali. ideò d. authen. sed cum testator, loquens de Falcidia, cum præsumptiuè procedat, extendi non debet ad Trebellianicam.

Secundò, pro hac parte dicitur expressum in iure non reperiri, quod hæres non conficiens inuentarium amittat Trebellianicam, ita dicit Bal. in d. cons. 99. super primo quæsito lib. 4. quo fit, vt cum nulla lex hoc dicat, nec nos dicere debeamus, vul-
4 gata l. de precio. ff. de public. actio. † quoniam in materia priuatiua, quod expressè cautum lege non est, priuationem non inducit, dictum est Baldi, in authen. ex testamento. col. penul. num. 5. versic. modo iuxta prædicta quæro. C. de secund. nuptijs, per tex. in authen. de non eligendo secund. nubend. in §. cum igitur, ibi nec quælibet est lex, tale quid dicens, quem textum notabilem dicit Alexan. cons. 92. colu. 4. num. 17. vol. 6. cons. 103. col. penult. num. 15. volum. 1. ac cons. 212. col. 1. num. 4. volum. 6. Nam pœna priuationis simpliciter imponenda non est, nisi à iure exprimatur, gloss. in c. fin. in verbo, Ex vi, prope fin. de iure patrona. vbi Abb. col. fi. inquit, pœnam, quæ à iure imponitur extendi per identitatem rationis non debere, cui alia similis est in c. cum vos, in glos. 2. in fine, extra, de offic. ordin. alia etiam in clem. 2. in verbo, Suspensus, de vita & honesta. cleric. latè per Tiquell. in repetitio. l. si vnquam. in verbo, reuertatur. num. 249. & duob. seq. de reuoc. donatio. & hac ratione motus hanc partem tenet prudentissimus D. Rolland. à Valle in cons. 27. numer. 14. vbi hanc opinionem tanquam magis æquam, magis piam & communem tenendam suadet, cui rationi deseruiunt, quæ ponit glos. in Summa 15. quæstio. 8. circa finem, quam idem Alex. refert in cons. 103. num. 15. lib. 1. dicens, nullum crimen inducere depositionem, nisi specialiter à canone sit expressum, quam rationem ad terminos priuationis beneficij inuentarij adducit Alex. in l. scimus, circa principium. C. de iure deliberandi dicens, pœnam scilicet priuationis beneficij inuentarij non debere intelligi impositam, nisi vbi lex hoc exprimit. d. §. cum igitur authen. de non eligen. secund. nuben. laq; pœna priuationis imponenda alicui non est, nisi cautum expressè à iure reperiatur; ergo sequitur, quòd hæres non sit priuandus Trebellianica ob inuentarium nõ confectum, cum nullibi in iure hoc expressè cautum reperiatur.

Neque obstat † text. in §. sancimus igitur, 5
in authen. de hæred. & Falcid. quem apertè hanc quæstionem decidere, & probare dicit Bal. in d. authen. sed cum testator. C. ad l. Falcid. dicens, se mirari illum textum à nemine ponderatum fuisse, & cui malè sponderi posse dicit Angel. Aretin. instraneis, institut. de hæred. qualit. & differ. quia ad eum textum respondendo xand. & Iaso. in d. l. Marcellus, videt. quod dum Imperator dicit, se velle prouidere, quoniam hæredes per subtractionem rerum inducere tentant Falcidiam, vbi alias locus ei non esset: intentio ipsius fuit prouidere tantummodo circa Falcidiam, vt ex eo apparet, quod de Falcidia tantum mentionem facit, non autem de Trebellianica, quod si de Trebellianica idem voluisset statuere, quod de Falcidia fecit, vtique de Trebellianica idem censisset, & loquutus fuisset, sicut de Falcidia, addidientiam, de decimis, & argu. l. vnica. §. fin autem ad deficientis, in fine. C. de cadu. tollend. & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus d. l. de precio de publicia. in rem actio. c. 2. §. sed neque illud, de translat. prælat. c. quod si dormierit 31. quæstio. 1. & id facilè suaderi potest, quia ratio ibi in textu posita conuenit tantum Falcidiæ

non autē Trebellianicæ: non enim dici potest hæredem grauatum per subtractionem rerum hæreditariarum facere posse, vt inducatur Trebellianica, quemadmodū potest per subtractionem rerum inducere Falcidiam, quoniam Trebellianicam semper detrahit hæres grauatus, etiam absque subtractione rerum, ideò cum certus sit hæres de Trebellianica, & eam se detracturum, etiamsi quid minimum tantum in hæreditate esset, dici non potest, eum per subtractionem rerum tentare inducere Trebellianicam, cui aliàs locus non esset, & hanc responsionem sentit etiam Doctissimus Cruet.d.cons.17.

Non etiam aduersatur, quod in d. §. sancimus, in versic. illo adiecto, habetur, vbi text. dicit, legatarios & fideicommissarios citari debere, & conuocari per hæredem inuentarium conficientem, si metuit non damnificari solum, sed etiam non lucrari, dum text. ergo mandat fideicommissarios citari debere, intelligitur de vniuersalibus: quia eorum magis interest. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. ergo sequitur, quod si hæres inuentarium nullomodo confecerit, aut fecerit, sed non citato fideicommissario debeat priuari Trebellianica. Quia ad hæc respondetur, vt per eosdem Alexan. & Iaſ. in d. l. Marcellus, quod etiamsi textus ille velit fideicommissarium citari in confectione inuentarij: attamen non sequitur: Ergo si inuentarium non confecerit, aut fecerit, fideicommissario tamen non citato, perdet beneficium Trebellianicæ, quoniam etiam creditores, & legatarij ad pias causas debent citari, & tamen aduersus eos hæres Falcidiam, aut Trebellianicam non detrahit, ita etiam respondet Imo. in l. 1. §. hæc autem stipulatio, col. penul. ff. si cui plus quàm per leg. Falcidiam.

6 Nec in contrarium † pugnare videtur tex. in §. si verò non fecerit, in d. auth. de hæred. & Falcid. qui pro affirmatiua opinione adducitur, dum inquit, quod si hæres inuentarium non fecerit Falcidiam non retinebit, sed complebit legatarios, & fideicommissarios licet puræ substantiæ morientis transcendat mensuram legatorum datio: dum enim tex. nominat fideicommissarios, vult pariter intelligere de vniuersalibus, cum etiam veniant appellatione fideicommissariorum. Instit. de fideicom. hæred. cum similibus, idq; ex eo demonstratur, quòd ibi in fine dicitur, transcendat mensuram legatorum datio, non repetens, & fideicommissorum, quia hæres vltra vires hæreditarias non tenetur, l. hæres ab eo. ff. ad Trebellia. ergo datur intelligi, quod textus suprà dum dixit, & fideicommissarios, debeat intelligi de vniuersalibus, & sic quod si hæres inuentarium non fecerit, integram hæreditatem restituere teneatur, nulla retenta quarta Trebellianica, & hoc est, quod ibi vult textus, dum inquit, sed complebit legatarios, & fideicommissarios. Quia ad eum textum responderi potest, quod dum loquitur de fideicommissarijs, intelligi debet de particularibus, non autem de vniuersalibus, quia vult hæredem non conficientem inuentarium teneri complere de suo proprio, si vires hæreditatis non sufficiant: ergo vult intelligere de particulari fideicōmissario, cum clarum sit, quod in fideicommisso vniuersali semper vires hæreditariæ sufficiunt, ex quo hæres restituit solum, quod in hæreditate est, neq; vltra vires hæreditarias tenetur d. l. si hæres ab eo. ff. ad Trebell. & licet in fine postea non repetat, & fideicommissorū, attamen ex quo in præcedentibus de particularibus fideicommissis loquutus fuerat, intelligi ea pars debet secundum præcedentia l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1. cum similibus. & hanc interpretationem constur defendere Ferdin. Vasquius Hisp. lib. 1. de testam. potest. §. 8. num. 14. versicu. sed certè illa iura, post hæc scripta visus.

Tertiò, pro hac sententia adducitur,
7 † quod hæres cohæredi suo inuentarium facere non tenetur, sed solum legatarijs, & creditoribus, fideicommissarius autem vniuersalis dicitur hæres, l. si filius. §. 1. ff. quod cum eo. Bar. in l. 1. §. de illo, per illum textum. ff. ad Trebellia. ergo ei hæres grauatus inuentarium facere non tenetur, at si non tenetur, absurdum est dicere, quod si non fecerit, ideò priuetur Trebellianica, ita Ioan. Andre. qui per huiusmodi rationem hanc partem tenet, in additio. Specul. in §. dicto, versic. dicamus ergo, in additio. incipien. De Trebellianica, in titulo de Instrum. editio. quem per eandem rationem sequitur Paul. de Castro cons. 77. colum. 2. num. 3. lib. 2.

8 Contrariam opinionem, videlicet, † hæredem non facientem inuentarium amittere Trebellianicam, tenuerunt, & sequuti sunt Oldrad. Cynus, Guliel. Rayne. Petr. Iacob. de Aretio. Richard. Malumb. Franc. Tigri. Bar. Bal. Alberi. Salyce. Fulg. Albertus Galeo. Cuma. Imo. Florian. Paul. de Castro. Corne. Capell. Tolos. Mathes. Corse. Barbo. Guid. Papæ. Ang. Aret. Socin. De-

et Bertrandus, Curtius Iunior, Parisius, Socinus Iunior, Ruinus Crot. quos omnes citat D. Rollandus à Valle in d. consil. 27. num. 13. quibus addo Roffred. in authe. similiter. C. ad leg. Falc. relatum per Bened. Landri. in addit. ad Bar. in d. cons. 2. & eundem Roffredum in libellis suis in titul. de Senatusconsul. Trebell. quem citat Bar. cons. 51. num. 2. & cons. 234. num. 1. vbi etiam refert, hanc opinionem tenuisse Goffred. in libellis suis, de leg. & Senatuscon. Dynum, & Iacob. de Belui. in authen. de hæred. & Falcid. §. si verò absunt, citatos pariter ab eodem Bar. in authe. de eccles. titu. §. si autem hæres. num. 3. adducens Speculatorem ita etiam tenere, quos omnes refert & sequitur Benedict. Capra. in suis regulis, & tractat. conclusio. 110. num. 19. & 20. quam opinionem etiam tenuit Anton. de Rossellis. in subscriptione ad consil. Paul. de Castro, 445. quem refert D. Cravet. cons. 219. num. 6. dicens, hanc esse communem, licet ipse teneat negatiuam esse veriorem. addo & Petrum de Bella pertica in authen. sed cum testator, relatum per Vasquium loco proximè citato, Ias. in l. fin. §. fin. numer. 2. C. de iure delib. Gratum respon. 17. num. 28. lib. 1. responso. 12. num. 18. & respons. 160. col. 1. & 2. vol. 2. Roman. in authen. similiter. C. ad l. Falci. & cons. 276. col. fin. Alciat. respons. 264. Paulum de monte Pico relatum per Grat. d. respons. 160. Beroum in repet. c. Raynut. num. 154. Moder. Paris. in additio. ad Alex. cons. 57. lib. 4. Socin. Iun. cons. 132. num. 3. volum. 1. Cagnol. in repet. l. Papinianus. §. meminisse. num 18. ff. de inoffic. testa. Bello. cons. 67. num. 4. Iacobum Coccinatium lib. 3. quæst. c. 11. Didacum in c. Raynutius. §. ij. nu. 10. de testa. Viuium in suis commun. opinio. in verbo, Hæres extraneus. num. 4. Io. Bapt. Villalobos in lib. commun. opin. in verbo, Hæres. nu. 12. & in verbo, Inuentarium. num. 93. Leonar. de Baiolis Patauin. inter cons. vlti. volum. cons. 87. num. 22. Ferdinandum Vasquium lib. 1. de testa. potest. §. 8. num. 14. vbi dicit vtranque opinionem communem. huius etiam sententiæ fuit Sayssel. in d. l. Marcellus, in fin. cui: defensio per eum adducta pro contraria opinione tollatur ex adductis infra. num. 20. sed hanc veriorem esse dicit Scip. Trig. in addit. ad Corn. in d. auth. sed cum testator, num. 20. dicens, hanc esse communem, & eam tenuisse Rimin. Claud. Purpur. Cagnol. & Mantuan. Rub. in d. cons. 43. num. 9. licet in liberis primi gradus teneat partem negatiuam. Et hanc opinionem comprobant infra scriptis iuribus, primo ex text. in §. sancimus igitur, in authen. de hæred. & Falcidia, † vbi Imperator præcipit, per hæredes inuentarium fieri, quod si non fecerint, præsumuntur malignari, & subtrahere siue occultare res hæreditarias, qui textus procedit tam in Trebellianica, quàm Falcidia: quoniam ratio illa in textu posita, siue præsumptio occultationis, & subtractionis rerum hæreditariarum, ita respicit fideicommissum vniuersale, & in eo procedit, sicut in singulari. nec enim video cur non ita hæres posit malignari occultando, & subtrahendo res hæreditarias circa fideicommissum vniuersale, quemadmodum & circa particularia relicta, cum ergo illa ratio siue præsumptio militet in Trebellianica, sicut & in Falcidia, & ita in fideicommisso vniuersali, sicut in particulari: ergo idem ius in vtroque casu statui debet. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio, cum similibus. ff. de fur. quoniam, vt quemadmodum hæres priuatur Falcidia, si inuentarium non fecerit, eo quia malignatus præsumitur circa res hæreditarias, ita hæres rogatus eadem de causa priuari debet Trebellianica. & hanc rationem adducunt plures ex prædictis Doctoribus & nominatim Oldrad. d. cons. 134. num. 5. quæ confirmatur argumento eorum, qui scribit Pari. in d. l. fin. in §. licentia, numer. 3. & 4. C. de iure delib. vbi ait, quod si hæres dolosè versetur negando rem aliquam esse in hæreditate, tunc quia malignatus est inquit Bartolus priuatur & Falcidia, & Trebellianica: pro hoc adducit inter cætera iura textum in l. Paulus respondit. ad Trebellianic. & in prælegato §. sancimus igitur. in authen. de hæredit. & Falcidia. præsupponit ergo Bart. illum textum procedere non modo in Falcidia, sed etiam in Trebellianica, vt hæres ob inuentarium non confectum prohibeatur, non tantum detrahere Falcidiam de fideicommissis particularibus, verùm etiam prohibeatur deducere Trebellianicam de fideicommisso vniuersali. & Bartolum in d. §. licentia, communiter sequuntur Doctores ibi, procurat. testantur Castren. Alex. & Ias. intentionata. idem etiam dicit ipse Bar. in l. reciprocè. ff. de his, quib. vt indig. in l. Paulus respondit, & in l. beneficio. ff. ad l. Falcidiam, quem refert & sequitur Roma. cons. 276. col. fin. versic. quoad decimum &c. Bellonus cons. 30. num. 6. & communem esse opinionem attestatur Gratus respons. 17. num. 11. libro itaque si hæres priuatur Trebellianica

9

id, quia res aliquas dolosè omiserit, quas in inuentario non descripserit, multo ergo magis priuari debebit, si inuentarium omnino non confecerit, cum inuentarium etiam fuerit inuentum, vt habeatur notitia, & veritas rerum hæreditariarum, vt infra num. 22. probatur: ergo patet secundum Bartolum, & alios suprà relatos, textum in §. sancimus, locum etiam habere in hærede grauato, quoad Trebellianicam, per rationem ipsius textus, quia præsumitur malignatus.

Neque obstant, quæ contra eum textum in §. sancimus, ex aduerso adducuntur, & primo, quod is textus non de Trebellianica, sed de Falcidia tantum loquatur, cum de ea duntaxat mentionem habuerit, quod si idem de Trebellianica voluisset facilè fuisset Imperatori id exprimere: quia respondetur, textum in authen. de hæred. & Falcidia, capere nomen Falcidiæ generaliter etiam pro Trebellianica: nam sub † nomine Falcidiæ etiam quarta Trebellianica continetur, Azo in Summa in d. authen. de hæred. & Falcidia, & in casu nostro Falcidiam in illo textu comprehendere etiam Trebellianicam, dicunt Modern. Parisien. in additio. ad Alexand. in cons. 67. lib. 4. lex enim abutitur illis verbis, Falcidia, & Trebellianica, & ea capit tanquam sinonima, vt inquit Fulgo. consil. 25. numer. 3. & Curtius Iunior in cons. 54. numer. 10. Et quod appellatione Falcidiæ Trebellianica etiam comprehendatur, est communis opinio, vt inquit Imola in d. l. Macellus. in §. quod autem. ff. ad Trebellia. quem in terminis nostris refert, & sequitur Corneus d. cons. 303. colum. 5. litera I. lib. 1. & litera G. vbi post Raphaelem, Fulgo. & Cumanum, dicit, quod §. hinc nobis, vsque in finem, appellatione Falcidiæ comprehendit etiam Trebellianicam: addens hanc opinionem tenendam esse, tanquam communem. Nam videmus, quod textus in auth. sed in ea re, & in authen. similiter. C. ad leg. Falcid. & in corpore vnde sumuntur, loquuntur tantummodo in Falcidia, & tamen locum etiam habent, & extenduntur ad Trebellianicam, & ratio est, quia Falcidiæ nomen generale est, Trebellianicam comprehendens, ita per hanc rationem prædicta iura extendi dicit Specula. in titulo de Instrumen. editio. in §. compendiosè. numer. 33. versic. sed cum deductio Falcidiæ &c. vbi loquitur in fideicommisso relicto ad pias causas, vt in eo cesset, non modo Falcidia, sed etiam Trebellianica, per textum, quem adducit in authen. de non eligen. secund. nuben. §. si autem hæres, ibi, omni Falcidia vacante, qui textus optimè probat, Falcidiæ nomen generale esse, & ita ibi iudicatum fuisse, dicit Speculator, ac communiter Docto. tenent in d. authen. similiter. C. ad leg. Falcidiam, & in l. si quis ad declinandam. C. de episcop. & clericis: hancq; opinionem de iure veram, & à communi obseruantia approbatam, dicit Alex. cons. 12. numer. 33. & ibi Modern. Parisien. lib. 3. vbi plures alij referuntur. In proposito autem nostro, quod textus in dicto §. sancimus, intelligatur etiam in Trebellianica, licet de Falcidia tantum loquatur, ex eo demonstratur, quod licet Rubrica sit solum intitulata, de hæred. & Falcidia, attamen in nigro pluribus in locis sit etiam mentio de fideicommissis vniuersalibus, de quibus non Falcidia detrahitur, sed Trebellianica, quo fit, vt multories nigrum sit generalius Rubro, iuxta gloss. in authen. de incestis nuptijs, cum alijs, de quibus per Doctores in l. 1. ff. si certum petatur. & ita in terminis considerat Curtius d. cons. 54. num. 10.

12 Nec mouet † consideratio, quæ fit circa illa verba in textu posita, ibi, vt non per ea, quæ fortè surripiunt, aut malignantur inducere tenent Falcidiam, cum vtique, si nihil malignati essent, fortè non competeret, quæ verba secundum eos apertè innuunt, textum illum loqui de Falcidia tantum, cum illa verba ad Trebellianicam adaptari non possint, neque illi conueniant, quia non potest hæres facere, vt per subtractionem rerum locus sit Trebellianicæ, vbi aliàs nõ esset, cum Trebellianicam semper detrahat hæres grauatus, etiam absque subtractione rerum, siue ampla sit hæreditas, siue parua, non sic in Falcidia, cui locus tantum est, cum testator dodrantem legando excesserit. Itaque cum certus sit hæres de Trebellianica in omni casu, præsumptio non est contra eum, vt per subtractionem rerum inducere tentet Trebellianicam, quæ aliàs si malignatus non esset, fortè non competeret, & sic cum verba legis non conueniant hæredi grauato: ergo nec eius dispositio, l. 4. §. toties. ff. de damno infect. Nam ad hæc respondetur, quòd imò illa verba etiam conueniunt, & adaptantur Trebellianicæ, sicut & Falcidiæ, & hæres grauatus ita potest per subtractionem rerum inducere Trebellianicam, quæ aliàs non competeret, sicut Falcidiam, vt pluribus modis exemplificat Cor.

d. cons.

d. conſ.303.colum.7.litera S.lib.1.poſt Romanum, quem refert in authen. ſimiliter & ante eos Oldrad. conſ. 134. Incipien. ſatis credo conſonum, in principio. Nam pone quod hæres grauatus ſit reſtituere ſub aliqua conditione, vt plurimum fit, vel poſt certum tempus, tunc fructus pendente conditione, vel tempore percepti imputantur in Trebellianicam. l. iubemus. C. ad Trebellia. l. in fideicommiſſaria. ff. eodem tit. & ſic ceſſat Trebellianica propter fructus perceptos. Nonne hoc caſu poterit hæres malignari circa res hæreditarias, vtputa incidendo, & ſubuertendo res fructiferas, & hoc modo malignando circa res inducere Trebellianicam, quæ fortè ſi malignatus non eſſet non competeret? Similiter pone, quod hæres in parte inſtitutus, rogatus ſit eam partem reſtituere, & ei à teſtatore prælegata fuerit pecunia, aut ſuppellex, quæ facilè ſurripi, aut occultari poſſunt, illud prælegatum non venit pro parte cohæredis reſtituendum fideicommiſſario, ſed tantum in reſtitutione venit, quod hæres grauatus à ſemetipſo percepit, & relictum ſibi eſt, d.l. in fideicommiſſaria. §. fin. ff. ad Trebellia. & tamen illud, quod à cohærede accipit imputat in Trebellianicam, cum itaque ea, quæ ſibi prælegata ſunt, faciant ceſſare Trebellianicam, nonne poterit hoc caſu hæres per ſubtractionem rerum tentare inducere Trebellianicam, quæ aliàs ſi malignatus non eſſet, fortè non competeret? eodem modo, ſi hæres rogatus fuerit reſtituere totam hæreditatem deducta pecunia, vel deductis mobilibus, nonne per ſubtractionem pecuniæ, vel mobilium, quæ quartam ceſſare faciunt, tentabit inducere Falcidiam, ſiue Trebellianicam, quæ aliàs fortè non competeret? ecce ergo quomodo apte conueniant illa verba Trebellianicæ: ergo eorum diſpoſitio conuenire quoque debet. d.l.4. §. toties. ff. de damno infecto.

Secundò hanc partem probat textus in §. ſi verò non fecerit, eadem authen. de hæ-
13 redit. & Falcidia, † dum inquit, quod ſi hæres inuentarium non confecerit Falcidiæ beneficium non habebit, ſed legatarios complebit, & fideicommiſſarios, & ſic integra legata, & fideicommiſſa præſtabit, nulla detracta quarta. Nam, vt inquit Socin. in d.l. Marcellus, colum. vltim. Corne. d. conſ.303. colum.5. litera Y. poſt Romanum, quem refert in d. authen. ſimiliter, ille textus loquitur tam de fideicommiſſarijs, ſiue fideicommiſsis vniuerſalibus, quàm particularibus: quod pluribus medijs oſtenditur. Primò, quia dum textus indiſtinctè loquitur de fideicommiſsis, neque magis exprimat de particularibus, quam de vniuerſalibus, generaliter, & indiſtinctè de omnibus intelligendus eſt, argu. l.1.§.& generaliter. ff. de lega. præſtan. c. quia circa, de priuileg. ita Corne. d. conſ.303. colum. 5. litera A. Secundò, quia dum textus ibi ait, & fideicommiſſarios, ita de vniuerſalibus, ſicut de particularibus intelligi debet, quoniam de proprietate ſermonis, appellatione fideicommiſſarij, ita venit vniuerſalis, ſicut particularis, ſiue ſingularis, à proprietate autem ſermonis non eſt diſcedendum. l. non aliter. ff. de legat. 3. lex enim, quando vult in ſpecie mentionem facere de fideicommiſſo, aut vniuerſali, aut particulari, hoc exprimit, vt in l.1. ff. ad Senatuſconſul. Trebellianic. & Inſtitut. de ſingul. reb. per fideicommiſ. relictis. Sed, cum text. in d.§. ſi verò non fecerit, generaliter, & indiſtinctè loquatur de fideicommiſſarijs, generaliter, & indiſtinctè intelligendus eſt, vt ſuprà dictum eſt, quod procedit, etiamſi maior ratio in vno caſu militet, quàm in alio. l.1. §. quod autem. ff. de aleatoribus. Dec. conſil. 5. numer. 2. vbi di-
14 cit, † quòd diſpoſitio generalis omnes caſus includit, etiamſi maior ſit ratio in vno, quàm in alio, imò etiam in materia correctoria, & pœnali, prout eſt in caſu noſtro, vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, ſed indiſtinctè, prout loquitur, eam intelligere debemus, ſecundum gloſ. in c. contra Chriſtianos, in gloſ. final. de hæreticis in 6. Imola in l. ſi verò. §. de vn. ſoluto matrimon. Aretin. in l. cum lege. ff. de teſtament. Tertiò, quòd textus ibi loquatur, & ita intelligi debeat, de fideicommiſſis & fideicommiſſarijs vniuerſalibus, ſicut de particularibus, ſeu ſpecialibus, facit, quia illud verbum, Fideicommiſſarios, in textu poſitum, eſt prolatum à lege indefinite. † Sed indefinita à lege prolata æquipollet vniuerſali, Bartol. & communiter Doctor. in l. ſi pluribus. ff. de legat. 2. Vnde perinde eſt, ac ſi dixiſſet, omnes fideicommiſſarios: ergo etiam vniuerſales. l. Iulianus. ff. de lega. 3.

Quartò, quòd ita is textus intelligi debeat, ex eo demonſtratur, quòd Imperator in præcedentibus pluribus in locis expreſsè loquutus eſt de fideicommiſsis, & fideicommiſſarijs vniuerſalibus, maximè in principio in §. his igitur, ibi, ſancimus eos, qui ab aliquibus ſcripti ſunt hæredes

aut meruerunt fideicommissum forsan per vniuersitatem, aut per speciem, & in §. si quis autem, in versic. si verò nullus, dum inquit, Si verò nullus fuerit legatariorum, aut fideicommissariorum per vniuersitatem, aut per speciem maiori parte, aut legato, aut fideicommisso honoratus. Postea subsequuntur §. sancimus igitur. & §. si verò non fecerit inuentarium, suprà adducti, qui intelligi, & declarari debent iuxta præcedentia, vnde cum in præcedentibus expresè habita sit mentio de fideicommissis vniuersalibus: ergo & de eisdem intelligi debent d. §. sancimus igitur, & §.
16 si verò non fecerit inuentarium, † præcedentia enim magis influunt in sequentia, quam è contra l. quisquis, vbi Bar. & communiter Doctor. ff. de lega. 3. l. quia filiabus, & l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. l. vtrum. ff. de petitio. hæredit. & in terminis nostris Mathesila. d. nota. 158. Curtius Iun. d. cons. 54. num. 7. & 8. & licet postea in suprà dictis iuribus non ita generaliter, sed simpliciter loquatur, attamen illa dispositio generalis in præcedentibus posita nō propterea restringitur, iuxta doctrinam Imolæ in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligatio. Dec. in c. cum non ab homine, in 2. notabili, de iudicijs, quos in terminis refert, & sequitur Gratus d. responso. 160. num. 20. lib. 2.

Postremò probat etiam Roman. in d. authen. similiter. C. ad leg. Falcid. alio modo scilicet, quod dum textus primo dicit, legatarios complebit, hoc est solida legata præstabit, per hæc verba comprehenduntur etiam fideicommissa eiusdem speciei, scilicet particularia: quia ipsorum fit adæquatio, & dispositum in vno censetur etiam dispositum in alio. l. 1. & 2. C. commun. de lega. §. nostra. Instit. de lega. dum verò postea textus subdit, & fideicommissarios, intelligi de vniuersalibus debet, vt aliquid addat præcedentibus, vt debet, l. 1. in fin. ff. ad municipales, & vt decidant casum magis dubium. l. quod Labeo. ff. de Carbon. edicto. alioquin si de particularibus eum textum intelligeremus, superflua quodammodo essent, & decîderent casum, qui minus dubitationis haberet, quod dicendum non est: ex quibus omnibus apertissimè constat, eum textum in §. si verò non fecerit. loqui tam de fideicōmissarijs vniuersalibus, quàm de particularibus.

Non obstat consideratio, quæ sit circa illa verba in eodem §. posita, ibi licet puræ substantiæ morientis transcendat mensuram legatorum datio &c. quæ verba sonare videntur secundum eos, quod Imperator loquatur de fideicommissis particularibus, non autem de vniuersalibus: quoniam in fideicommissi vniuersalis restitutione venit tantum quod in hæreditate est, neque vltra hæres grauari potest, quam in hæreditate defuncti fuerit, d. l. si hæres ab eo. ff. ad Trebellia. l. ab eo. C. de fideicommissis. Quia ad hæc respondetur, vt per Corne. d. cons. 303. colum. antepenultim. litera Q. quod imò fideicommissum vniuersale iunctis particularibus relictis potest excedere mensuram substantiæ morientis, vt probatur in dict. l. Marcellus, in principio. ff. ad Trebellia. Præterea licet aliqua verba adaptentur ad relicta particularia, & non ad vniuersalia: non propterea per illa verba Imperator restringit suam dispositionem, per doctrinam Imolæ, & Decij suprà allegatam, imò illa verba probant, quod dum Imperator suprà loquutus est de fideicommissarijs, voluit intelligere de vniuersalibus, quoniam dum dicit, licet puræ morientis substantiæ transcendat mensuram legatorum datio, & non repetit, & fideicommissorum. ergo datur intelligi, quod supra dum habita est mentio de fideicommissis intelligi debeat de vniuersalibus, neque de eisdem postea mentionem faciat in fine: quoniam vniuersalia non possunt excedere mensuram substantiæ defuncti. Ita Roman. in d. authen. similiter. C. ad l. Falcid. relatus per Corneum dict. cons. 303. colum. 5. lib. 1.

Tertiò adducitur pro hac opinione textus in dicto §. sancimus, in versic. illo adiecto, d. authen. de hæred. & Falcid. vbi Imperator præcipit legatarios, & fideicommissarios citari in confectione inuentarij, si hæres vult, non damnificari solum, sed etiam non lucrari. Nam textus loquitur tam de fideicommissis vniuersalibus, quàm particularibus, vt suprà probatum fuit, imò magis de vniuersalibus intelligi debet, quia eorum magis interest citari. l. nam ita Diuus. ff. de adoptio. ad quod faciunt, quæ suprà in secundo fundamento pro hac parte adduximus, ad probandum, quod textus ibi allegatus etiam loquatur de fideicommissis vniuersalibus. Itaque stante hoc, quod text. loquatur de fideicommissarijs vniuersalibus, sicut de particularibus, sequitur, quod si hæres rogatus, inuentarium fecerit, non tamen citatis fideicommissarijs particularibus, sicut hoc casu priuari debet Falcidia, ita debeat priuari

Tre-

Trebellianica, si idem Inuentarium confecerit, non citatis fideicommissarijs vniuersalibus, vt vna determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter ea determinet, l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupillar. Et ex his sublata remanet responsio Alexandri cons. 29. col. 3. vol. 5. & in cons. 67. colum. fin. volum. 4. qui dicit, quod licet ille textus loquatur de fideicommissarijs, attamen, ex quo expressè non dicit de vniuersalibus, & potest verificari in particularibus, non debet illud verbum subaudiri. Quia vt suprà ostensum est, loquitur etiam de vniuersalibus, imò magis de ipsis, quàm de particularibus, neque ratio vlla suadet, cur ille textus restringi debeat ad particulares fideicõmissarios, quin imò restrictio, quam facit Alexand. ad eum textum, vim facit literæ, quæ maximè in illo textu admitti non debet, stante dictione, Fideicommissarios, quæ de sui proprietate ita significat vniuersales, sicut particulares, quo fit, vt ab ipsa proprietate sermonis non sit recedendum d. l. non aliter. ff. de legat. 3.

17 Minus etiam obstat † responsio Iasonis in d. l. Marcellus. num. 62. post Imol. quem refert in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus quàm per legem Falcid. & quam responsionem approbat D. Rolland. à Valle d. cons. 27. num. 25. dum dicit, quod licet textus velit fideicommissarium vniuersalem per hæredem citari debere in confectione inuentarij, non tamen per hoc sequitur, quod si non citet, vel inuentarium non faciat, debeat perdere Trebellianicam: quia etiam legatarij ad pias causas, & creditores citari debent, & tamen aduersus eos hæres quartam non detrahit: quia admisso, quod textus velit fideicommissarios vniuersales citari debere in confectione inuentarij, prout suprà probauimus, & Iason etiam admittit, dico consequentiam valere: ergo si hæres non fecerit inuentarium, vel fecerit, sed non citatis fideicommissarijs vniuersalibus, amittere debet Trebellianicam, quoniam si diceremus, hæredem non citantem fideicommissarios vniuersales in confectione inuentarij, prout disponit textus, non amittere Trebellianicam, illusoria penè esset dispositio illius textus volentis fideicommissarios citari in confectione inuentarij, quod esse non debet l. si Prætor. ff. de iudic. l. fi. ff. ne quid in loco publico. Hæres enim sentiens, se nullam pœnam passurum, non curabit fideicommissarios citari, prout lex præcipit. Præterea, quod hæres in confectione inuentarij, legatarios, & fideicommissarios vniuersales, non citans, incurrat pœnam amissionis Falcidiæ & etiam Trebellianicæ, aperte probant ista verba, quæ sequuntur, ibi, si hæres metus non damnificari solum, sed etiam non lucrari, quæ quidem verba hoc volunt, quòd si hæres inuentarium confecerit, non citatis legatarijs, & fideicommissarijs, non solum damnificetur, vt teneatur de proprio, sed etiam non lucretur, hoc est, amittat beneficium legis Falcidiæ, & Trebellianicæ, quæ continent causam lucratiuam. Postremo, stante eo, quod textus ibi intelligatur etiam de fideicommissarijs vniuersalibus, sicut inuentario confecto non citatis legatarijs hæres amittit falcidiam, ita eodem modo debet amittere Trebellianicam non citatis fideicommissarijs vniuersalibus, vt determinatio illius textus pariformiter determinet d. l. iam hoc iure. ff. de vulg. cum similibus.

Quartò pro hac opinione citatus textus, in l. fin. in §. sin autem hoc aliquis, vers. hoc adijci volumus, & in vers. si quis autem temerario. C. de iure deliberãdi, quem ponderauit Paris. in terminis nostris, cons. 126. num. 38. lib. 1. Dicit enim ibi textus, quòd hæres, postquam petijt tempus ad deliberandum, si inuentarium non confecit omnimodo, & insolidum tenebitur omnibus oneribus hæreditarijs: ergo restrictio ni totali dicti fideicommissi vniuersalis, cum illud etiam sit onus hæreditarium, & cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. nam verba illa vniuersalia sunt, quæ important integralitatem sine vlla imminutione, & detractione: nam dictio, Omnimodo, idem sonat quod indistinctè, & omnem causam comprehendit l. si cum captione. §. quatenus. vbi glos. & Bar. ff. quod met. cau. l. omnimodo. C. de inoffic. testa. in l. 2. num. 32. & ibi in additio. ff. de vulg. & pupil. Felin. in c. ex parte el. 1. circa prin. de officio deleg. si itaque omnem causam comprehendit: ergo, & fideicommissum vniuersale. prout etiam comprehenditur sub illa dictione, Insolidum, quæ importat totaliter & sine aliqua detractione, & diminutione l. 2. & authen. hoc ita. C. de duob. reis. l. Titius. ff. quibus mod. pignus vel hypot. solui. latè Ronchgall. in rep. l. 1. num. 8. & 9. ff. de duobus reis, ex quibus omnibus aperte patet, hæredem, qui petijt tempus ad deliberandum, & inuentarium non confecit, indistinctè teneri omnibus oneribus hæreditarijs insolidum, & sic etiam ad

tegrum fideicommissum absque vlla detractione quartæ, & hæc comprobantur iure authenticorum, in authen. de hæred. & Falcidia, quod ius factum est ad additionem, & augmentum eorum, quæ in d. l. fin. dispositа fuerant, quod patet in d. §. si verò non fecerit, ibi, non nostram minuentes legem, iuncta glossa, ibi, in verbo, Minuentes. quo iure disponitur, quòd hæres, siue petierit tempus ad deliberãdum, siue non, si inuentarium non fecerit, ad solida legata, & fideicommissa teneatur, & compleat legatarios, & fideicommissarios, & sic quod teneatur etiam indistinctè, & insolidum omnibus oneribus hæreditarijs, iuxta d. l. finalem. cui per dictum ius authenticorum derogatum non est, & consequenter, quòd etiam teneatur ad integrum vniuersale fideicommissum præstandum, si inuentarium non confecerit, cum per d. l. finalem teneatur omnimodo, & insolidum omnibus oneribus hæreditarijs: est enim trita
18 iuris regula, † quòd ea, quæ dicuntur in eo, ad quod additio fit, reperita censentur in eo, quod additum est, l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dota. l. etiam. C. de iure dotium. l. etiam. ff. de leg. 1. l. si ex toto, in principio, ff. de pignor. l. si conuenerit, secunda. §. si nuda, aliàs, si fundus. ff. eodem tit. confirmatur ex alia regula, quæ habet, quod omnia, quæ dicuntur in lege interpretata, repetita censentur in lege interpretante, vt in authen. de filijs ante dotal. Instrument. natis. §. finali. & in l. nihil. ff. de coniungend. cum emancipat. liber. Itaque si d. l. finalis damnat hæredem inuentarium non conficientem, vt teneatur omnimodo, & insolidum omnibus oneribus hæreditarijs: ergo & idem velle intelligitur in dict. authen. de hæred. & Falcidia.

19 Quintò, hanc opinionem tuetur, † quòd Falcidia, & Trebellianica æquiparantur, & vbicunque cessat Falcidia, cessat & Trebellianica, d. l. Marcellus. versic. quod autem. ff. ad Trebel. quando autem duo æquiparantur à lege antiqua, tunc dispositum in vno, ex æquiparatis à lege noua, censetur dispositum & in alio, iuxta notata in l. si quis seruo persuaserit. C. de furtis. & in l. quod verò contra. ff. de legibus. sicut ergo ob non confectum inuentarium cessat Falcidia, dict. authen. sed cum testator. ita debet etiam cessare Trebellianica, & dict. authen. disponens circa Falcidiam, extendi etiam debet ad Trebellianicam: quoniam lex noua etiam correctoria disponens circa vnum ex æquiparatis à lege veteri, extenditur ad alterum, Rippa in l. si constante. num. 69. ff. solut. matrimo. Imola in l. si verò. in §. de viro, eod. tit. Geminia. in c. 1. de tempo. ordinatio. Iason in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Roman. cons. 32. colum. 3. versic. sextò ad idem. quos idem Rippa refert in d. l. si constante. vbi non recedendum dicit ab hac communi opinione.

Neque obstat, quod inquit Bartol. in d. l. Marcellus. respondendo ad illum textum, dum inquit, quòd quando Falcidia cessat ex testamento, & sic iudicio testatoris, tunc locum habet d. l. Marcellus. secus esse dicens, quando extrinsecus cessat, puta ob non confectum inuentarium, quia tunc non procedit æquiparatio, vt vbicunque cesset Falcidia, cesset & Trebellianica: quia hæc distinctio Bartoli reprobatur per Bald. in terminis in d. cons. 99. colum. fina. versicu. & Bartoli distinctio non est vera, lib. 4. vbi dicit Baldus, respondendo, quòd imò fortiùs excluditur quis delinquendo, quàm iudicio testatoris, idque olim patebat, quia testator non poterat Falcidiam prohibere, l. quod de bonis. §. 1. ff. ad leg. Falcid. & l. Seius, & Augerius, eodem tit. & tamen Falcidia ex delicto hæredis perdebatur, l. Paulus. & l. reseriptum. ff. de ijs, quibus vt indig. Aliter etiam respondetur per Corneum d. cons. 303. col. 5. litera D. E. F. cuius responsiones per te vidēre poteris.

Nec etiam nocet, quod idem Barto. dicit, extensionem non esse faciendam etiam ex maioritate rationis in correctorijs: quia
20 respondetur, † quòd vbi per extensionem reducimur ad ius antiquum, tunc etiam in correctorijs admittitur extensio, secundum gloss. in cap. statutum. in verbo, Numerandum, de præbend. in 6. Anton. de Butrio in cap. olim tibi. per illum textum, de verborum significatio. Rippa in d. l. si constante. num. 61. post Alexand. & Iason. quos refert, ff. solut. matrimo. Felin. in c. cum accessissent. colum. 2. de constitutio. Sed per hanc extensionem reducimur ad ius antiquum: ergo extensio admitti in casu nostro debet de Falcidia ad Trebellianicam.

Nec aduersatur, quod Ruinus dicit, extensionem in casu nostro nõ admittendam, ex eo, quòd dispositio dictæ auth. sed cum testator, est pœnalis, & correctoria simul, quo casu secundum eum, ac Sayssel. in dicta leg. Marcellus, in fine. extensio non ad-

mittitur, prout aliàs admitteretur, si esset aut pœnalis tantum, aut correctoria tan-
21 tum, † quoniam ad id respondet Roman. in dict. authen. similiter. colum. 55. versic. item non obstat. C. ad l. Falcid. videlicet, quòd hîc non agitur propriè de pœna, cum si hæres priuatur beneficio Falcidiæ, dicatur priuari lucro, quòd aliàs percepturus esset: lucri autem priuatio non est pœna, l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de conditio. & demonstratio. aliud enim est, damnum pati, aliud verò, lucra non capere. l. fina. C. de codicill. Secundò responderi potest, prout respondet Gratus in terminis nostris, respons. 88. num. 16. & 17. libro 2. quòd inuentarij confectio introducta est, vt tollatur occasio malignandi, surripiendi, & occultandi, d. §. sancimus igitur, & sic hic vertitur fauor animæ, vt vitetur peccatum, quo casu fit latissima interpretatio, & extensio de casu ad casum, etiamsi essemus in pœnalibus, & correctorijs, glos. in c. sciant cuncti. & in c. final. de electio. lib. 6. Abbas cons. 12. incip. In quæstione Ioannis Andre. idem Abbas in c. ex tenore, qui filij sint legitimi. Addo Rippam in d. l. si constante. num. 72. ff. solut. matrim. post Bar. Abba. Felin. Roma. & Barba. per eum relatos.

Non etiam obstat, quòd nullibi expressè cautum in iure reperiatur, Trebellianicam amitti ob nõ confectum inuentarium: pœna autem non veniat imponenda, nisi per legem expressè dicatur: quia respondetur, quòd imò, vt ex suprà dictis patet, pluribus iuribus expressè cautum hoc reperitur, quæ iura, cum generaliter loquantur, cõprehendunt etiam Trebellianicam. Vel potest etiam responderi, quòd hic non agitur de incurrendo pœnam, sed potius de amittendo lucrum, vt suprà proximè ex Romano probatum est: nam aliud est, pœnam euadere, & aliud, lucratiuè aliquid percipere, vt inquit Speculator in titulo de vsuris, in fine.

22 Postremò, pro hac opinione facit: † quia causa, ob quam introducta fuit inuentarij confectio, & ipsius inuentarij beneficium, etiam ea est, vt habeatur veritas, & ratio eorum, quæ testator habebat in patrimonio tempore mortis, & vt hæres malignari non possit subtrahendo res hæreditarias, succurraturque creditoribus, legatarijs, & fideicommissarijs hæreditarijs, dicto §. sancimus, & in §. si verò absunt. versic. sicque in his, quæ relicta sunt à testatoribus inuenire veritatem, & in l. fina. §. subscriptionem. & §. licentia. C. de iure deliber. sed hæres rogatus ita tenetur ad rationem reddendam fideicommissario vniuersali, sicut tenetur legatarijs, & fideicommissarijs particularibus, ac creditoribus, vt textus, & ibi communiter Doctores in cum tale. §. 1. ff. de conditio. & demonstra. in l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebellian. ergo tenetur etiam inuentarium facere, cum sit caput restitutionis rationis: quoniam per illud fit facilior redditio rationis l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio distrahen. imò cogi potest, secundum Bar. Bal. Alber. & Imolam in d. l. cum tale. §. 1. & ibi Paul. de Castro. num. 2. Oldrad. d. cons. 134. Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio. colum. 2. versic. sed hîc est videndum de hærede grauato. ff. si cui plusquam per leg. Falcidiam. & ibi etiam Imola, colum. 3. versic. circa primum quæsitum per Angelum &c. Idem etiam tenet Ioan. Andre. in additio. Specul. in titulo de Instrum. editione. §. fin. versic. dicamus ergo. in additio. quæ incipit, Sic dicit ibi textus. vbi ait, quòd omnes hæredes inuentarium, & crucis signum facere tenentur, Salycet. in d. authen. sed cum testator C. ad legem Falcid. Curt. Sen. cons. 39. colum. fina. Guid. Pap. quæst. 351. licet vi sufficere solam descriptionem: quòd etia ante Guido. voluit Paul. de Castro in d. 1. versicul. sed aduerte. dicens, hoc casu fa ficere, si faciat, prout tutor, quorum opi nio non est tuta propter opinionem illo rũ, quæ crebrior visa est, & secundum em iudicauit Senatus die 3. Decembris anno de Strambino contra Cognengo, pro consuluit etiam Socin. cons. 51. incipiẽs so testamento, colum. 1. lib. 3. Paris. cons. 79. numer. 17. & 18. lib. 2. sequitur etiam Didacus, in cap. Raynutius. §. 11. num. 12. versic. nec mihi placet, extra de testament. vbi dicit, opinionem Pauli de Castro non placere, Ruin. consil. 29. numer. 11. colum. 5. quem refert & sequitur plurib. alijs citatis clarissimus dom. Ioan. Baptista Plotus in sua docta repetit. l. si quando. numer. 595. & pluribus sequentibus C. vnde vi, post hæc scripta habitur, addens fideicommissarium posse in litem ire re contra hæredem, qui inuentarium librosque rationum non confecit, & rationem non reddidit: quòd si tenetur inuentarium, & libros rationum facere, rationemque fideicommissario vniuersali, sicut legatarijs, & fideicommissarijs particularibus reddere: ergo sequitur, quòd habeat non confecto inuentario legatarius, fi-

fideicommissarijs particularibus amittit falcidiam, idem dicendum sit, eum debere amittere Trebellianicam, non confecto inuentario fideicommissario vniuersali. Ita per hanc rationem arguit pro hac parte Roman. d. authen. similiter. colum. 57. versic. primo quia ratio, &c. C. ad leg. Falcid. Angel. Aretin. in §. extraneis, Instit. de hæred. qualitat. & different. Oldrad. consil. 134. Bart. dict. cons. 234. incip. Lena Matarelli, num. 4. Corne. d. cons. 303. colum. penult. volum. 1.

Neque obstant scripta D. Rollandi à Valle d. cons. 27. post Paul. de Castro in d. l. cum tale. §. 1. ac Corneum & Parisium, scilicet, quod etsi hæres rogatus teneatur inuentarium facere, attamen non tenetur illud facere secundum formam traditam in l. fin. C. de iure delib. quia contrarium videtur velle Alberi. in d. l. cum tale. §. 1. vbi inquit, quod hæres rogatus tenetur ad inuentarium nouo iure conficiendum per l. finalem. C. de iure deliber. idem sentit Ioan. Andre. in loco suprà proximè citato, dum inquit, quod omnes hæredes inuentarium, & crucis signum facere tenentur. Præterea d. authen. de hæred. & Falcidia locum sibi vendicat, etiam in fideicommissis, & fideicommissarijs vniuersalibus, vt suprà clarè probatum est, & facta fuit d. authent. de hæred. & Falcid. ad augmentum, & additionem dictæ l. fin. vt in d. §. si verò non fecerit inuentarium, ibi, non nostram minuentes legem, ideò censendum est dictam authen. de hæred. & Falcidia, velle, omnia quæ in d. l. finali scripta sunt obseruanda esse ab omnibus hæredibus, tam quoad fideicommissa vniuersalia, quàm particularia, & consequenter, quod secundum formam d. l. final. hæres rogatus inuentarium faciat fideicommissario. Imò dicta l. finalis, in §. cum igitur, vult ab omnibus hæredibus inuentarium fieri, dum inquit, cum igitur hæreditas ad quendam, siue ex testamento, siue ab intestato sit delata, siue ex asse, siue ex parte, &c. & eum textum ita generaliter intelligunt Ioan. Andre. ac Speculator in loco suprà citato.

Vltimò mouere non debet, quod ideò perditur Falcidia iure institutionis debita, quia res particulares possunt subtrahi, 24 & occultari, † quæ ratio non militat in fideicommisso vniuersali, quod tanquam ius quoddam vniuersale, & incorporale occultari, neque secundum iuris intelligentiam minui potest propter delictum hæredis, quia incorporalia contrectari non possunt. §. primo. Instit. de reb. corporal. & incorporalib. & ideò cessante ratione legis, cessare etiam debeat eiusdem dispositio, l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. cap. cum cessante de appellation. quam rationem adducit Bald. in dict. l. filium, quem habentem, colum. 11. versicul. item quæro, vtrum hæres de restituendo grauatus, vbi per hanc rationem contrariam sententiam tuetur: quoniam respondetur, quod licet hæreditas vti quoddam vniuersale, & incorporale considerata surripi, aut occultari non possit, tamen dubium non est, quin per occultationem rerum particularium minui possit, textus est expressus in l. final. §. illo videlicet. C. de iure deliberand. cui conuenit textus in l. item veniunt. §. item non solum. ff. de petition. hæreditat. vbi nominatim Iureconsultus censet hæreditatem, augmentum, & diminutionem recipere, faciunt, quæ de peculio, inquit Iureconsultus in l. peculium. ff. de legat. secund. & in l. peculium nascitur. ff. de peculio, quod similiter, vt quid vniuersale consideratum incorporale est, attamen augeri, & minui potest, si res peculij postea esse incipiant, aut desinant, ita Romanus respondet in dict. authent. similiter, column. 57. versicul. quoniam licet hæreditas. C. ad legem Falcid. sed ante eum: ita comperio respondisse Oldrad. dicto consil. 134. numer. 1. & Baldum in consil. 99. libro quarto. vbi dicit, quod licet intellectuale corpus hæreditatis subtrahi, aut occultari non possit, tamen res ipsæ in hæreditate existentes, minui possunt, vt C. quando & quibus quarta pars debeatur, l. secund. nam sicut hæreditas augetur per accessionem rerum etiam particularium, dicto §. item non solum, & §. fructus, ead. l. ita minuitur, si quæ res particulares hæreditariæ subtrahantur vel alienentur. l. si ipsa. ff. de eo, quod met. causa, quam citat glossa. in dicto §. item non solum, in verbo, Diminutionem, idcirco eadem vrget ratio in Trebellianica, sicut in Falcidia.

Et pro hac opinione affirmatiua adducitur etiam ratio per Ruinum in dicto consil. 159. column. 1. libro tertio. quod, cum etiam hodie quarta Trebellianica detrahatur, contra voluntatem testatoris, vt est textus in cap. Rainaldus in fine, & ibi glossa. de testament. Alexand. in l. Titia. ff. ad legem Falcidiæ, ideò in concursu duarum causarum attendi debet illa, per quam minuitur Falcidia, seu Trebellianica, quia hoc

est fauorabilius, vt est textus nota. vbi Bartol. & alij in l. si pupillus. ff. ad legem Falcidiam.

Ex præmissis igitur pro vtraque parte adductis, liquido patet, quęstionem hanc dubitabilem esse, cum pro opinione negatiua citentur 48. Doctores, pro affirmatiua verò 61.

26 Sunt autem, † qui huiusmodi conflictum opinionum fœdere distinctionis conciliare conati sunt, prout Cynus in d. authent. sed cum testator. C. ad leg. Falci. quam multùm ęquam dicit Aufrerius in additio. Capellæ Tolossanæ decis. 314. & quæ placuit etiam Paulo de Castro in consil. 36. colum. 1. lib. 2. Is enim sic distinguebat, quod aut hęres grauatus coactus fuit hęreditatem adire, & tunc non tenetur, quia omnia restituit, & nihil sibi retinet, l. 1. ff. ad Trebellianicam. Aut sponte adiuit hęreditatem, & tunc aut hęreditas veniebat restituenda statim, & tunc hęredi non incumbit onus conficiendi inuentarium, & consequenter non venit priuandus, quia tunc cessat suppletio subtractionis, & hoc casu dicit procedere opinionem Bartoli ac aliorũ, quod non amittat. Aut verò hæreditas restituenda est ex interuallo, & tunc hęres tenetur inuentarium facere, quia tenetur rationem reddere, vt suprà dictum est, & hoc casu procedit secunda opinio affirmatiua, quod amittat Trebellianicam, sed hanc distinctionem Cyni improbat Bal. dicto consil. 99. vbi dicit, quod si liceret distinguere secundum æquitatem proprij capitis, distinctio sic formari deberet. Quod aut hęres restituit ante tempus inuentarij, & tunc non tenetur facere inuentarium, quia nudo nomine est hęres in eo, quod restituit, & quia omnia onera in alium transtulit, &

27 quod hoc casu non perdatur † Trebellianica per hęredem, qui infra tempus conficiendi inuentarium tenetur restituere, tenet Paul. de Castro in consil. 398. incipien. Et circa primum nullum videtur dubium, libro secund. Aut hęres restituit hęreditatem post tempus inuentarij. Et tunc subdistinguit Baldus, quod aut est talis, in quo nec de iure, nec de facto præsumitur machinatio, sed potius quædam simplicitas, vt si sit mulier, minor, aut miles, vel absens, qui non potuisset aliquid subtrahere, & tunc posset detrahere Trebellianicam, licet non fecerit inuentarium, quia in talibus non pręsumitur dolus, nec iuris scientia l. vbi. §. final. ff. de dolo. Aut sunt alij, qui tenentur scire iura, & in quibus pręsumitur dolus, & tunc inuentario non confecto non detrahitur Trebellianica, quia inquit Baldus, licet ipsum intellectuale corpus hęreditatis contrectari, surrip[illegible] aut occultari non possit, tamen possunt subtrahi, & occultari res particulares ipsius hęreditatis, & sic hęreditas minui, iuribus suprà allegatis, quibus addo l. 2. C. quando & quibus quarta pars debeatur. Sed nec etiam ipse Bal. hanc suam distinctionem probat, quoniam inquit, homo debet sequi ęquitatem legis, non autem proprij capitis iuxta notata in l. 1. C. de legib. ideò securius esse dicit, reiecta omni distinctione in hac quęstione procedere per viam (vt ipse ait) silicatam, id est, per textus legum, & ipsos textus diligentius considerare.

Quapropter, omnibus maturè discussis, censuit Senatus, opinionem affirmatiuam, veriorem, & crebriorem esse, quo ad hęredes extraneos, pręsertim [illegible] mero tenentium negatiuam tollantur [illegible], qui in specie facti, in qua de liberis primi gradus agebatur, responderunt, in quo casu dixit negatiuam opinionem, veluti humaniorem, & ęquiorem, hactenusque [illegible] hac patria obseruatam esse sequendam, non solum in liberis primi gradus, [illegible] etiam in omnibus descendentibus, de qua obseruantia in filijs testatur Neuizan. consil. 1. in fine. Cagnol. in dicto §. meminisse, numer. 15. ff. de inoffic. testament. licet contrarium teneat in alijs descendentibus & nisi auctoritas Senatus me ad hanc sequendam cogeret, profectò putarem [illegible] posse, contrariam opinionem esse veriorem, & magis receptam ex cum[illegible] Deci. consil. 236. numer. 48. post Corneum consil. 168. nume. 2. lib. 3. idem Dec. in cons. 495. nume. 26. & 27. in quibus locis damnat limitationem Guido. Papæ, & ad eas rationes respondet, dicens, eius limitationem esse contra communiter Doctores, qui generaliter loquuntur, & rationes, quę adducuntur, ita militant in filijs, sicut cęteris hęredibus. Imò maior ratio in filijs esse videtur, quia ipsi detrahunt duas quartas, hanc etiam opinionem esse magis communem attestatur Socinus Iunior, consilio 122. ad corroborationem eorum, numer. 3. libro primo. post Cynum, Bald. Salycetum, Oldrad. Cumanum, Imolam, Paul. de Castro, Barbat. & Decium, in locis per eum citatis, & eandem indistinctè procedere in omnibus hęredibus, [illegible] suis, quàm extraneis, tenet vbique Pa[illegible]

in consilijs suprà adductis, & quam sequitur Didacus in c. Raynutius. §. 11. num. 10. versic. quinimò à liberis primi gradus de testament. & eam inter commun. opinion. refert Franciſc. Viuius lib. commun. opin. in verbo, Hæres extraneus, numer. 4. latè Vasquius in d. §. 8. num. 13.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ob non confectum inuentarium perdit æs alienum sibi à defuncto debitum, & an idem sit de legitima, quæ æs alienum dicitur, licet impropriè, & num. 2. & 9.*

2 *Filius in legitima dicitur habere causam lucratiuam.*

3 *L. fin. C. de iure deliber. quæ præcipit inuentarium fieri, locum habet tam in suis hæredibus, quàm in extraneis.*

4 *Doctores tenentes hanc opinionem, quòd filij priuentur legitima ob inuentarium non confectum recensentur.*

5 *Tex. in §. penultimo in authen. de hæred. & Falcid. loquens de legitima debita patrono, an intelligatur etiam de legitima filiorum, & num. 7. vbi latè de intellectu illius textus.*

6 *Doctores tenentes contrariam sententiam, quod imò filij non amittant legitimam ob inuentarium non confectum describuntur.*

7 *Filij ex nullis causis priuantur legitima, nisi ex illis, quæ inofficiosi querelam excludunt.*

8 *Legitimam cur non perdant filij ob inuentarium non confectum, secus tamen in hærede creditore defuncti, qui æs sibi à defuncto debitum perdit ob inuentarium non confectum.*

9 *Filios ob inuentarium non confectum teneri ad integra legata, & fideicommissa etiam de proprio, si vires hæreditatis non sufficiant, quomodo intelligatur.*

10 *Legitima à filijs detrahitur non confecto inuentario, quando venit detrahenda de fideicommisso vniuersali, aut delegatis consistentibus in corporibus hæreditarijs, secus, si legata in quantitate consistant, aut in genere.*

11 *Legitima de corporibus hæreditarijs debetur, neque cogitur filius eam acceptare in aliare.*

DECISIO CXLVIII.

Legitima, an perdatur ob inuentarium non confectum.

QVæsitum etiam fuit, an filij & alij quibus debetur legitima, debeant ea priuari, sicut Trebellianica ob inuentarium non confectum, & quamuis primo intuitu posit dici superflua propter decisionem præcedentem, attamen erit vtilis saltem respectu legitimarum debitarum alijs personis, quàm filijs primi gradus. Primò igitur aspectu dicendum videretur eos priuandos esse legitima. Primò, quia † æs alienum hæredi per defunctum debitum perditur ob non confectum inuentarium. l. final. §. in computatione. C. de iure deliberandi. sed legitima dicitur æs alienum l. Papinianus. §. si quis impubes, in fine. ff. de inoffic. testament. l. si arrogator. §. 1. ff. de adoptio. not. in l. si quis legatum. §. finali. ff. ad leg. Cornel. de falsis: ergo legitima ob non confectum inuentarium tanquam æs alienum amitti debet, ita arguit Oldrad. qui hanc opinionem tenuit in l. final. quem ibi refert Alberi. in §. sin autem dubius, num. 11. C. de iure deliberand. & pro hac opinione idem Oldrad. consuluit, in cons. 134. num. 4. quod argumentum adeò magnificat Iason in dict. l. fina. in §. sin autem hoc aliquis, de iure deliberand. vt super eo se dubitare dixerit, nullumq; vnquam optimum responsum ad illud inuenerit: quod ea ratione confirmatur, quia si creditor hæres amittit suum creditum sibi competens ex causa onerosa, multò magis debet amittere filius, vel alius legitimam, † in qua dicitur habere causam lucratiuam, iuxta gloss. communiter approbatam in l. 3. C. de iur. & facti ignorantia, in verbo, Si emancipata, & quæ legitima non dicitur propriè æs alienum, nec propriè debitum, sed impropriè, vt in dict. l. Papinianus, in §. si quis impubes, ibi, quasi æs alienum: nam dictio, Quasi, denotat improprietatem l. in suis. ff. de lib. & posthum. l. si cum dotem. §. final. ff. solut. matrimon. l. si quis cum à fideicommissario, & ibi gloss. in verbo, Quasi. ff. de conditio. indebit. & vbique Doctores, & in terminis legitimæ Iaſ. consil. 181. lib. 2. & eo fortius debent filij & alij priuari legitima, quia lex magis fauet alijs creditoribus, quam filijs & cæteris in legitima, quod patet, quia vult prius æs alienum solui, quàm ipsam legitimam, quæ debetur deducto ære alieno, & funeris impensa l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testament. nota. in d. l. final. §. in computatione. C. de iure deliberandi, imò ipsa legitima non debetur, quando æs alienum totam hæreditatem absorbet, Bal. in dicto §. in computatione. colum. 2. versicul. tertio quæro, post gloſſam magnam circa finem, & propterea dicitur quota bonorum. d. §. quarta. Bal. in l. quoties. C. de hæred. Instit. Pariſ. conſ. 37. num. 19. volum. 3.

3 Secundò pro hac parte facit, † quia l. finalis. C. de iure deliberand. quæ præcipit inuentarium fieri, mixtim loquitur de filijs, & extraneis hæredibus, passimque vtitur hoc verbo, Miscuerit, quod ad suos hæredes tantummodo pertinet. §. extraneis autem, vbi glos. in verbo, Deadeunda. Instit. de hæred. qualitat. & differen. quod autem passim vtatur eo verbo, Miscuerit, probatur in §. 1. ibi, spe certissima hoc fecerit, vel sese immiscuerit, &c. & in §. sin autem dubius, ibi, vel sese immisceat, in §. sin verò postquam in illis verbis, postquam adierint, vel sese immiscuerint, &c. Itaque si illa lex expresse, & indistincte loquitur tam de filijs quàm de extraneis hæredibus: ergo de eisdem omnibus personis intelligi debet, & locum sibi vendicat authent. de hæred. & Falcid. quæ facta fuit ad addendum illi legi finali, vt probatur in §. si verò non fecerit, ibi, & hoc diximus non nostram minuentes legem, quam posuimus, vbi etiam glossa in verbo, Minuentes, dum igitur d. authen. de hæred. & Falcid. §. si verò non fecerit, damnat hæredes dare de proprio & legata de proprio complere, si non fecerint inuentarium, dicitur damnare tam filios hæredes dare de debito bonorum subsidio, si inuentarium non fecerint, quàm alios hæredes extraneos.

Tertiò hæc clariùs comprobari videntur ex text. in d. l. final. §. sin verò postquam qui loquitur de filijs, & alijs hæredibus extraneis, vt patet ibi, dum inquit, postquam adierint, vel sese immiscuerint, hos autem, si inuentarium non confecerint, damnat, vt debitis hæreditarijs insolidum teneantur, ex quo sequitur filios in debito iure naturæ damnari, si alia bona nõ supperant, dum eos non vult beneficio legis vti, in illis verbis, Nec legis nostræ beneficio perfruantur, quam contemnendam esse censuerint.

4 Quartò, hanc partem tenet † glos. in dict. authen. de hæred. & Falcid. in §. si quis autem non implens, in verbo, Auferri, Oldr. in d. l. finali, quem ibi Alberi. refert in d. §. sin autem dubium, idem Oldrad. in consil. 134. num. 4. Salyc. in eadem l. finali §. si quis autem temerario, num. 35. & in authen. sed cum testator. num. 6. C. ad leg. Falcid. in authen. hoc amplius. C. de fideicommiss. Raphael. Cuman. in d. authen. sed cum testator, eandem etiam tenet Bald. in d. l. fina. §. penult. vbi ait, se credere, glossam ibi tenentem contrarium nõ esse veram, & ibi etiam reprehendit Nicolaum de Matarel. dicens, eum errasse intellectu in leuissimo puncto. Hanc etiam sequitur Roman. in d. authen. similiter, colum. 57. versic. sed nunc succedit dubium. C. ad leg. Falcid. vbi dicit, hanc opinionem de subtilitate iuris veriorem esse Paul. de Castro in dicto cons. 188. incipien. quia dubia suprà formata lib. 2. & eam in puncto iuris veriorem dicit Imola in l. 1. §. hæc stipulatio. colum. 5. versic. item adde in quantum Angelus. ff. si cui plusquam per legem Falcid. & hanc sequutum reperio Didac. in c. Raynutius. §. 11. numer. 10. circa finem, de testament. pro qua possunt adduci rationes, quæ in præcedenti quæstione scriptæ leguntur pro parte affirmatiua, & auctoritates eorum, qui tenent, filios primi gradus priuari Trebellianica, ob inuentarium non confectum, cum certè nulla vrgens allegetur ratio diuersitatis nisi quia legitima sit quasi æs alienum, quæ ratio mouere non debet, quia si hæres omittit suum creditum non confecto inuentario, vt suprà probauimus: multò magis debet amittere legitimam, quæ est quasi creditum.

Neque huic opinioni refragatur textus in §. penult. in d. authen. de hæred. & Falcidia, super quo se fundant Bart. & cæteri tenentes contrarium, dum ille textus vult, quòd patronus non priuetur legitima sibi debita in bonis liberti. l. si quis libertum. §. fin. & ibi glos. in verbo, Nonposse. ff. ad leg. Corn. de falsis. quia respondetur † illum §. referri ad id, quod Imperator dixerat in §. si quis autem non implens, ibi dicitur, quod si hæres non adimpleuit voluntatem testatoris, & non fecerit, quod testator iusserit, priuari debeat eo, quod à testatore habuit, nisi sit patronus, qui licet non adimpleat voluntatem liberti, attamen non priuatur legitima sibi debita in bonis ipsius liberti, non autem referri ad §. penult. ad id, quod Imperator dixerat in §. si verò non fecerit inuentarium, ibi, tribus modis probatur. Primò, quia textus id exprimit, dum inquit, hanc etiam nem tenere sancimus, quem hanc constitutionem inchoantes diximus, supple ad hæc verba, prout ibi glossa in verbo, Diximus, supplet: diximus suprà eodem in §. si quis autem non implens. idq; etiam suadent illa verba, in eodem §. penultim. posita, ibi, quicquid vltra hanc legitimam eis, scilicet patronis relictum fuerit, & à libertis aliquid petiti fuerint: illi autem patroni complere deinde noluerint, subauditea, quæ à libertis iussi fuerint, hunc co-

5 ni

nem tenere sancimus, quem inchoantes hanc sacram constitutionem, &c. ordo autem est descriptus in d. §. si quis autem non implens, scilicet, vt auferatur ab ipsis patronis omne lucrum, quod eis relictum est vltra legitimam, & illud deferatur primò substitutis, secundò, coheredibus, tertiò, legatarijs, quartò, succedentibus ab intestato. & iste est ordo, quem tenere statuit in d.§.penult. quod etiam innuunt illa verba sequentis versiculi, ibi, ita vt legalis quidem pars maneat apud eos, reliqua verò veniat secundum viam à nobis apertam in talibus. Secundò, quod ad dictum §. si quis autem, referatur ille text. & non ad proximum §. si verò non fecerit inuentarium, probatur, quia si ad proxima referretur, quare non etiam de filijs expressisset, sicut de patrono expressit? Tertiò, quia ibi in d. §. penult. præcipitur auferri à patrono quicquid vltra legitimam relictum fuerit, quod referri ad eum non potest, qui inuentarium non confecit, quoniam contra eum non statuitur, quod amittat, quod ei relictum est, sed in pœnam non confecti inuentarij insolidum teneatur creditoribus, & legatarijs. ex quibus apertè patet, eum textum non probare contrariam sententiam, & ita eum textum refellit Raphael in d. authen. sed cum testator, quem refert Corne. in cons. 168. litera A. lib. 3. qui licet opinionem contrariam ibi teneat, quod non perdatur legitima: attamen has respõsiones Raphaelis non tollit. Alias duas responsiones addit Vasquius post hæc scripta visus in d. §. 8. de potest. testa. num. 15. vers. non quoque obstat.

His tamen non obstantibus contraria sententia de iure verior, & receptior visa fuit, † quam tenet glossa, & ibi Barto. Paul. de Castro. Alberi. & Iason in d. authen. hoc amplius. C. de fideicommiss. glossa in authen. sed cum testator, vbi etiam Barto. & Alberi. C. ad leg. Falcid. alia glossa in l. fin. in §. penult. C. de iure deliber. quam ibi sequitur, & communiter approbatam dicit Alex. qui eandem opinionem consulendo tenuit in cons. 67. in princip. lib. 4. dicens se indubitanter credere, quod si quis contrarium iudicaret, poneret se in magno periculo, per id quod notat Bartol. in l. fin. C. de pœna iud. qui male iudica. & in l. mancipia. C. de seruis fugiti. Addo etiam aliam glossam hanc opinionem tenentem in §. si verò non fecerit, in verbo, Lucrari, in authen. de hæred. & Falcid. vbi Bar. & Ang. eam approbant, eandem opinionem tenet Specula. in tit. de Instrum. editio. in §. dicto, versic. quid de suo hærede, qui inuentarium non confecit, & ibi Io. Andre. in additio. Ang. in l. 1. in §. hæc stipulatio, col. 6. ff. si cui plusquam per leg. Falci. & ibi etiam Imola, col. 5. versicu. item adde inquantum Angelus, &c. qui licet dicat contrariam opinionem esse de iure veriorem, attamen hanc dicit in practica seruari: & durum esse ab opinione glossarum recedere, sequitur eandem Bal. in hac re sibi contrarius in l. filium quem habentem, colum. 12. versic. & quia de inuentario. C. famil. hærciscun. & in l. 1. C. de bon. auto. iud. possid. vbi dicit, quod filius non faciens inuentarium detrahet primo de omnibus legitimam, ad residuum, puta de 12. tenebitur ad octo, & licet in hæreditate non sint octo tenebitur insolidum ad ipsa octo, etsi contingat tunc carcerari, ponetur in carcere pro octo tantum & non pro xij. eandem opinionem sequitur Angel. Aretin. in §. extraneis autem col. vlt. versic. sed debitum iure naturæ &c. Institut. de hæred. qualitat. & differen. & in tractatu de testam. in glos. item reliquit P. nepoti. col. 2. vers. quæro an filius ingratus, & in eodem tract. in gl. qui B. sciens &c. col. 1. vers. nec potest detrahere Falcidiam, Repeten. in authentica nouissima, in quarta quæstio. secundæ quæst. principal. C. de inoffic. testa. Paul. de Cast. in d. l. fina. §. penult. in fin. C. de iure delibe. & ibidem Corneus col. fin. vbi ait, glossam ibi communiter teneri, Iason in eadem l. final. in principio, col. fin. num. 6. & in § sin autem hoc aliquis nu. 2. C. de iure del. lib. eandem communem esse attestatur Corneus in cons. 180. colum. 7. litera S. lib. 4 & in cons. 168. in hac consultatione, lib. 3. vbi ait, ita communiter teneri, & non esse tutum à communi opinione recedere, sequitur eam Fulgo. in cons. 95. in principio, dicens, hanc sententiam nullum habere contradictorem, quod an sit verum, ex adductis pro contraria opinione iudicare potes: hanc opinionem pariter communem dicit Decius consil. 480. num. 17. & 18. quam tenet etiam Gozadin. cons. 42. num. 13. & quam communem esse attestatur quoque Rubeus Alexandrin. in cons. 43. num. 9. idem dicit Guido Papæ quęstio. 53. in principio, Ruin. consil. 135. num. 9. lib. 3. vbi dicit, Doctores communiter sequi glossam in d. l. fina. §. penult. C. de iure deliber. quam pariter firmat in consil. 57. lib. 2. Et hanc esse magis commun. attestatur Franc. Viuius d. l. b. commun. opin. in verbo, Hæres extraneus, nu. 5. post Cor-

ſetum de poteſtate Regia in materia Trebellianicæ, quæſtio. 73. & Lauren. Calca. conſ. 36. per eum relatos. Vaſquius d.§.8. num.15.

7 Pro qua opinione adducit Bar. in d. authen. ſed cum teſtator, textum † in §. penul. verſic. non autem excepimus, in d. authen. de hæredit. & Falcidia. Nam in proximo §. ſi verò non fecerit, dicitur, quod ſi hæres inuentarium non confecerit inſolidum teneatur legatarijs, & creditoribus, deinde ſubſequitur §. non autem excepimus, vbi ſi patronus inuentarium non confecerit nihilominus legitimam ſibi debitam in bonis liberti non amittit, ſed ſi patronus legitimam ob eam cauſam non amittit, multò minus debet filius amittere debitum iure naturæ: magis enim eſt debita legitima filijs in bonis parentum, quàm patrono in bonis liberti, cum hæc iure poſitiuo, illa verò iure naturæ, filijs debeatur. nota. in l. ſi quis libertum. §. final. vbi gloſſa. ff. ad leg. Cornel. de falſis.

Neque obſtat, quod dicit Raphael in d. authen. ſed cum teſtator. Quia reſpondetur, quod imò dictus §. penult. cum ſit in fine dictæ authenticæ poſitus, refertur ad omnia præcedentia l. talis ſcriptura. §. fina. vbi Barto. & cæteri, ff. de lega. primo, maximè verò ad proxima refertur, & ſic ad dictum §. ſi verò non fecerit inuentarium, imò in dubio magis ad proxima l. 1. §. hoc edicto. verſic. deinde adiecit, vbi Doctor. ff. de poſtul. l. ſi idem cum eodem, vbi etiam Docto. ff. de iuriſ. omn. iudic. Neque mouent illa verba in textu poſita, hunc ordinem tenere ſancimus, &c. quia reſpondetur, præcedentia ſatis apertè declarare, quod refertur ad confectionem inuentarij, quia dicit, hunc ordinem tenere ſancimus, quem diximus (ſupple) in confectione inuentarij in d. §. ſi verò non fecerit, vbi in fine ordo deſcribitur, & dicitur, quod ſi hæres parere noluerit, eum quidem recedere ab huiuſmodi inſtitutione, locum verò fieri, ſicut dudum prædiximus ſubſtitutis, & cohæredibus, & fideicommiſſarijs, & legatarijs, & ſeruis, & qui ab inteſtato ſunt, & alijs ſecundum prius à nobis inuentam in talibus viam. in dicto auten §. ſi quis verò non implens, non tractatur de aliquo ordine, quem habeant tenere hæredes, ſed mandatur quod impleant id, quod à teſtatore eis fuerit iniunctum, & per iudicem iuſſum, ob id illa verba, hunc ordinem tenere ſancimus, magis intelligenda ſunt de ordine circa confectionem inuentarij, & illa verba, quem hanc ſacram conſtitutionem inchoantes diximus, poſſunt referri ad §. ſancimus igitur, vbi auctor incipit pertractare & præcipere circa materiam illius tituli, & licet totus ille textus ſit poſitus ſub rubrica vnica, attamen poſſunt dici plures conſtitutiones, ex quo deciduntur plures caſus penitus ſeparati: ita Corneus in d. l. finali, in §. ſi verò vel poſtquam. C. de iure deliber.

Non etiam aduerſatur, quod non dixit de filio & eius legitima, ſicut de patrono, quia reſpondetur, quod ideò expreſsit de patrono, quia de eo magis poterat dubitari an perderet legitimam ob non confectum inuentarium, quo fit, vt expreſsio caſus magis dubitabilis decidat caſum minus dubitabilem. Sed hæc reſponſio parum mouere debet propter diuerſitatem rationis inter legitimam debitam patrono, ex cauſa remuneratoria ob manumiſsionem, & legitimam, quæ debetur filio non ex aliqua obligatione paterna, ſed ex quodam inſtinctu naturali, ita ſentit Vaſquius d. num. 15. verſ. præterea patronis.

Non etiam obſtat tertia ratio, quæ apud Raphaelem magis vrgere videbatur, quia reſpondetur, quod imò non aufertur in reſiduum ſecũdum eundem Corneum, ſed diſponitur, quod legitima pars remanet pura & immunis à talibus pœnis, reſiduum verò veniat ſecundum diſpoſita ſuprà, ſcilicet, quòd ſubiaceat pœnis, quod ſatis ſandent verba text. dum dicitur, ita vt legitima quidem pars maneat apud eos pura talibus, reliqua verò veniant ſecundum vim à nobis nunc apertam in talibus.

8 Pro hac etiam opinione facit, † quorum filij ex nullis cauſis priuantur legitima ſibi à lege attributa, niſi ex illis cauſis, quæ inofficioſi querelam excludunt l. hac ædictali in principio, verſ. ita tamen. C. de ſecund. nupt. Moder. repetentes latè in d. authen. nouiſsima. C. de inoffic. teſta. præterea legitima debetur filijs libera, & ſine vllo grauamine, aut onere, l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. ergo quoad eam lex non intelligitur voluiſſe grauare filios confectione inuentarij, vt eius omiſsio ſit ipſius legitimæ amiſsio, quoniam hoc modo non diceretur ſine grauamine contra, quàm diſpoſitum à lege fuerat: ita Speculat. in titu. de Inſtrument. editio. in §. dicto de impugnatione teſtamenti, &c. num. 16. Poſtremò hanc partem confirmat ratio gloſſæ in §. ſi quis verò non fecerit inuentarium, in d. authen. de hæred. & Falcid. in verbo, L.

cra

erari, scilicet, quòd si filius testatori leganti, legi præcipienti, & iudici decernenti simul non paruerit, attamen non priuatur legitima, vt habetur in §. his igitur. & in d. §. si quis autem non implens, multò ergo minus puniri debet in priuatione legitimę, si legi tantum præcipienti inuentarium fieri, non satisfecerit. siquidem minus est, vni tantum non parere, nempe legi præcipienti, quàm pluribus, scilicet testatori, legi & iudici, quoniam plura & potiora iura præualere debent. §. fin. in authen. de consangui. & vteri. fratri. l. fin. C. de edicto diui Adria. tollen. quod quidem argumentum non visum mihi fuit stringere propter diuersitatis rationem, cum in casu non implementi non militer præsumptio subtractionis, & malignitatis, sicut in casu non confecti inuentarij: ideò nimirum si diuersa pœna dicitur statuta.

Neque obstant in contrarium adducta, † & primò quod dicebamus hæredem creditorem priuari ære sibi à defuncto debito ob inuentarium non confectum: ergo filios debere etiam priuari legitima, quæ est æs alienum, imò multò magis, quia non propriè, verè, sed fictè, & impropriè æs alienum dicitur, & in qua filius potius causam lucratiuam habere dicitur, quàm onerosam. Quia reiecta responsione Iasonis, quam nec etiam ipse approbat, sed reliquit cogitandum in d.l. final. in §. fin autem hoc aliquis. † Respondetur prout per Rutinum in cons. 57. num. 6. & 7. lib. 2. quod de legitima ipso iure onus legatorum, & fideicommissi, quatenus legitimam minuit ab initio reiicitur. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. & obid, etiamsi filius postea inuentarium non fecerit, attamen legitima remanet salua, quia legata valida tantum præstat hæres integre si inuentarium non conficit, non autem illa, quæ in totum, aut pro parte ab initio fuerunt nulla. ideò legata, aut fideicommissa, quæ ab initio sunt nulla, eo quod minuant legitimam, filius omisso inuentario tenetur integrè præstare: sed nihilominus legitimam suam detrahet, quoniam ab initio ipso iure legatorum aut fideicommissorum onus eam minuere non potuit, sed non sic est in ære alieno hæredis, quod habere debebat à defuncto, quia nõ ipso iure ab initio onus legatorum & fideicommissorum de ære alieno deducitur, imò ipsum æs alienum statim adita hæreditate ipso iure confusione tollitur, quamuis inuentario non confecto non habeatur pro confuso, vt plene nota. in d. l. final. §. in computatione. C. de iure deliberand. & in l. ita tamen. in §. si ex Trebelliano. ff. ad Trebellia. & propterea, quia ab initio legatum vel fideicommissum non minuitur per æs alienum, sed potius ipsum æs alienum est sublatum confusione, ideò prouisum est, quod non deducatur, si inuentarij confectio omittatur, sed potius remaneat confusum, nedum ipso iure, sed etiam cum effectu, itaque in casu isto in odium hæredis negligentis conficere inuentarium legatum ab initio in totum validum conseruatur, non autem augetur, vel de nouo validatur legatum à principio in totum vel pro parte in validum, sicut de nouo validaretur, si omisso inuentario legitima amitteretur, & ita, vt supra diximus, respondet Rutinus dicto consil. 57. numer. 6. & 7. dicens, istam responsionem fuisse quorundam citatorum ab Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plusquam per legem Falcid.

Non etiam nocet, quod secundo loco dicebamus. quia respondetur, vt per Albericum in d. authen. sed cum testator, videlicet, quod licet text. in d. l. fina. & in d. authen. de hæred. & Falci. indistinctè loquantur, imò mixtim de filijs & hæredibus extraneis, attamen distingui debent per alias leges, vel per rationes l. quæsitum. ff. de testib. l. non est nouum, cum sequenti. ff. de legi. sed per alias leges disponitur quod legitima nullomodo amittatur, nisi ex causis, quæ inofficioso querelam excludunt d. l. hac edictale. ergo per non confectum inuentarium non amittetur, cum hæc non sit ex illis causis.

II Non etiam aduersatur, quod dicitur, † legem damnare filios hæredes non facientes inuentarium, vt teneantur soluere integra legata & fideicommissa etiam de proprio, si hereditatis vires non sufficiant, auth. sed cũ testator, vb: Bar. num. 11. & Paul. de Cast. in l. fi. § pen. in fi. C. de iure delibe. Vasquius in d. §. fi. num. 26. ergo & de debito iure naturæ, quia ad hæc respondetur, vt per Bartol. & Alber. in d. authen. sed cum testator, nec non Paul. de Castrõ in d. l. fina. §. penult. in fine. quòd legata & fideicommissa minuuntur per debitum iure naturæ, & eatenus minuuntur, quatenus est legitima, cuius detractione facta filius ad residuum tenetur insolidum, etiam de suo proprio, & sic quia detraxit quartam, per detractionem quartæ bona propria pluris sunt, & soluendo, deinde legata, si non sufficiant vires hereditariæ, ipse complebit, & sic minu- sol-

uer,

uet, quam si legitimam perdidisset, quia ea solueret integraliter. Itaque hoc modo filius dicitur soluere legata & fideicommissa integra, quod intelligitur quatenus debentur, quoniam ea diminuũtur propter legitimam, & exemplificat Corneus in d. l. fin. in §. si verò postquam. colum. 2. C. de iure delib. puta, hæreditas valet ducentum, legantur tricentum, filius de tricentum detrahet quartam, & sic centum, residuum soluet, & sic integra legata soluet. Vel potest considerari legitima respectu ducentum, quæ sunt in hæreditate, & sic ex illis detrahet sexaginta sex, quibus detractis de trecentum legatis soluetur integrum residuum, licet vires hæreditatis transcendat, sed hæc responsio salua pace tantorum virorum parum apta, quin potius in se repugnans videtur, quia simul stare non possunt, quod legitima filij diminuat legata, obq̃ non confectum inuentarium nõ perdatur, & quod propter inuentarium non confectum teneatur soluere solida legata, quamuis fines, seu substantiam hæreditatis transcendant, satisfacereq̃ de proprio, & sic de legitima, quo casu inficiari non potest, quin pro ea parte, pro qua satis fit legatis de legitima, dicatur effectu ipso perdi legitimam, & dicere, quod soluent filij solida legata diminuta per legitimam, incongruum videtur, quoniam si solida, quo modo diminuta? etsi diminuta restricta propter legitimam filij ad bessem hæreditatis, quomodo dicentur legata transcendere vires hæreditarias, & filius dicetur, soluere de suo, nulla ratione substitere potest: nam demus, exempli gratia, hæreditatem esse tricentum aureorum, quo casu legitima filij erit centum, & legata fuisse eadem tricentum: certè detrahendo centum pro legitima, dubium non est, quin legata remaneant de ducentum, quæ soluere tenetur filius, nec dicetur transcedere vires hæreditarias, nec filium soluere de suo, & hæc videtur sentire Angel. in dict. l. 1. §. hæc stipul. colum. 7. versicu. subsequenter est videndum.

Non obstat vltimo text. in d. l. fin. §. sin verò postquam. C. de iur. delib. quia respondetur, illum textum non loqui de debito iure naturæ, sed de debito iure institutionis. vult enim quod quilibet hæres non faciens inuentarium, siue sit filius, siue extraneus priuetur beneficio illius legis, videlicet detractione quartæ iure institutionis, quo beneficio vtitur is, qui inuentarium fecit, vt in §. etsi prefata, versic. itaq; ibi, dum dicit text. nec legis nostræ beneficio perfruantur intelligitur de beneficio illius legis, scilicet detractionis quartæ iure institutionis, non autem loquitur de quarta naturæ, & nimirum, quia vtriusq; pars ratio non est, vt notat glossa in §. si quis autem non implens, in verbo, Auferri, in authen. de hęred. & Falcid. ob id filius debito iure naturę non priuatur ob inuentarium non confectum, licet priuetur debito iure institutionis, prout quilibet extraneus hæres, glos. in §. cum igitur, in verbo, Omnibus, in fine relata ad textum ibi, qui loquitur in filijs.

Hanc tamen opinionem affirmatiuam non indistinctè tenendam, nonnulli dixerunt, sed esse limitandam, procedere tan-
12 tum, † quando legitima venit detrahenda de fideicommisso vniuersali, & de legatis consistentibus in corporibus hæreditarijs, secus autẽ esse, si legata consistant in quantitate, aut in genere, aut si sint credita, quia tunc legitima non detrahitur, prout indistinguit Ioan. Andre. in additio. Specul. in d. §. fin. versic. quod de suo hærede, in additio. quę incipit, Autem, in tit. de instrumen. editio. ita etiam tenet Angel. in d. l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plusquam pro legem Falcidiam. colum. 7. versic. hoc autem intellige. Paul. de Cast. d. cons. 188. n. 2. Corne. dict. cons. 168. lib. 3. Ruin. cons. 57. num. 8. & 9. lib. 2. Et quoad creditores hereditarios ratio in promptu est, quod filius non detrahat legitimam, inuentario non confecto: quia etiamsi confectum esset, non tamen aduersus eos legitima non detrahitur, quoniam ea non est, nec debet fieri deducto ęre alieno, d. l. Papinianus, §. penulta. ff. de inoffic. testamen. imò si totam hereditatem absorbeat ęs alienum, nulla omnino debetur legitima, vt dicit Bal. in d. l. fin. §. in computatione. C. de iure delibe. Itaque quia ęs alienum prędicit legitimam siue factum sit inuentarium, siue non, ideo deductio illius locum non habet aduersus creditores: ita Ioan Andre. & Paul. de Castro in locis proximè citatis, cum, vt supra probatum est, legitima sit quota bonorum. Quo verò ad legata consistentia in corporibus hereditarijs, vel quo ad fideicommissum vniuersale, quòd legitima ex eis deducatur, etiam non confecto inuentario, ratio pariter in promptu est: † quia le-
13 gitima debetur ipso iure de corporibus hereditarijs, vt est text. in l. scimus. in §. reple-tionem. C. de inoffic. testament. debetur sine onere, d. l. quoniam in prioribus, ea

eodem titu. ideò relictis rebus hereditarijs, siue per particulare fideicommissum, siue per vniuersale ipsis filijs, statim ab initio quæsitum est ius quoad legitimam in ipsis rebus hæreditarijs, neque valet onus legatorum, siue fideicommissorum, quatenus legitimam minuit, imò ipsa legata, & fideicommissa, vt suprà diximus, sunt ipso iure defalcata, & diminuta ab initio per legitimam ob id, cum statim ab initio legata sint diminuta, & defalcata per legitimam, neque valeat onus legatorum, vel fideicommissi, quoad legitimam, nimirum si etiam non confecto inuentario, nihilominus filius potest legitimam detrahere: prouisio enim dictæ l. quoniam in prioribus, reijcit omne onus etiam reale appositum rebus hæreditarijs, ideò onus adiectum ipsi filio hæredi super rebus hæreditarijs remouetur, & reijcitur propter suam legitimam: pro quo faciunt notata per Bar. Bal. & Imolam in l. suus quoque. ff. de hæred. institu. vbi volunt, quòd in tantum debetur legitima de corporibus, seu rebus hæreditarijs per dict. §. repletionem, quod licet legatum imputetur in legitimam. l. omnimodo. C. de inoffic. testament. & fortiùs institutio in re certa. §. cæterum. in authen. vt cum de appellatio. cognosci, tamen si filius, cui relicta est quantitas, vel aliquid in genere, quod sufficiat pro legitima potest dicere, Nolo hoc, quod mihi relictum est, sed volo legitimam in corporibus hæreditarijs: idem etiam vult Bal. in d.l. scimus. colum. 3. versic. quæro pater instituit filium in mille. C. de inoffic. testam. Facit quod idem Bal. dicit in l. non amplius. in §. cum bonorum, in fine, de legat. 1. vbi legata portione bonorum filiæ non potest hæres soluere æstimationem, vt in d. §. cum bonorum, & lege sequen. sed hanc limitationem puto iure aliquo nõ probari, quandoquidem quoad detractionem legitimæ Trebellianicæ siue Falcidiæ, non video congruam rationem diuersitatis, an hæreditas sit in corporibus, vel in pecunia numerata, aut nominibus debitorum, quin omni casu regulariter debeat detrahi legitima Falcidia, siue Trebellianica. Nec obstat text. in l. penultim. §. repletionem. C. de inoffic. testament. quia retorqueri potest, cum loquatur de substantia testatoris: cuius appellatione veniunt, pecunia numerata, nomina debitorum, & alia bona etiam non corporalia, & in summa omnia contenta in patrimonio, l. fina. in fin. vbi Docto. C. de verbo. significatio. nec aduersatur l. cum pater, in princip. ff. de leg. 2. & l. deducta. §. nummis. ff. ad Trebellia. quia licet constituant differentiam in modo detrahendi Falcidiam, cum aliter detrahatur ex corporibus, aliter ex quantitate, secundum dispositionem dictorum iurium, attamen quo ad detractionem legitimæ, quin ita detrahenda sit de hæreditate consistente in quantitate, & nominibus debitorum, sicut si consisteret in corporibus, nemo iure negare potest. Quid dicendum? Senatus censuit, sequendam esse crebriorem sententiam, videlicet legitimam non amitti, & sic contraria fortè de iure sit verior.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an in personam procuratoris domini litis effecti, vel hæredum ferri possit, mortuo reo post litem contestatam, & de crimine conuicto, vel confesso, & num. 3. & 9.*

2 *Mortuo reo, crimen cum pœna extinguitur, nisi lis fuerit contestata, & condemnatio sequuta.*

3 *Actiones pœnales post litem contestatam hæredibus dantur, & in hæredes transeunt.*

4 *Pœna pecuniaria in priuatis delictis ita demum ab hærede incipit, si viuo reo accusatio mota est, licet non fuerit condemnatio sequuta.*

5 *Actiones omnes, quæ morte aut tempore pereunt, si in iudicium semel deductæ sunt, saluæ permanent, & perpetuantur.*

6 *Reus post mortem condemnari potest ratione confessionis, & probationum, quæ rem conuincunt.*

7 *Pœna in hæredes transit lite contestata, siue actio criminaliter intentetur, siue ciuiliter, vbi distinctio Bartoli reprobatur.*

8 *Inquisitio, quæ fit officio iudicis, succedit loco accusationis, & eius naturam sequitur.*

9 *Sententia, in qua imponitur pœna pecuniaria post mortem inquisiti confessi, vel conuicti de crimine proferri potest.*

DECISIO CXLIX.

Sententia in pœna pecuniaria ferri potest in personam procuratoris domini litis effecti, mortuo reo post litem contestatam, & de delicto conuicto, vel confesso.

INscriptus crimine, de quo confessus, vel conuictus pœna pecuniaria cõdemnandus erat, ante sententiam prolatam perijt, quæsitũ est, 1 an in personam procuratoris dominij litis iuxta l. nulla. C. de procurat. vel hæredum vocatorũ, sententia ferri possit? in qua quæstione varia iura, Doctorumque diuersæ opiniones conscriptæ leguntur. Nam aliqui partem negatiuam sustinent,

sustinent, eamque in infra scriptis iuribus constituunt, videlicet in l. 1. ff. de priuat. delict. in l. 3. & in l. defuncto. ff. de public. iudic. in l. ex iudiciorum, in princip. ff. de accusatio. in l. crimen. ff. de pœnis. in l. sicuti pœna. & in l. pupillum. §. in hæredes. ff. de regul. iur. in l. 2. 3. & finali. C. si reus, vel accusa. mortuus fuerit. in §. penult. in principio. Institu. de perpetu. & tempora. actio. c. admonere, 33. quæstio. 2. c. causam, quæ. el 2. qui filij sint legit. cum alijs similibus citatis in glossis dictorum iurium: in
2 quibus expresse cauetur, † defuncto reo, crimen cum pœna extingui, nisi lis contestata, & condemnatio sequuta fuerit: & licet prædicta iura loquantur in publicis iudicijs, attamen idem censendum dicunt in priuatis delictis, quando criminaliter agitur: glos. penult. in d. l. ex iudiciorum. ff. de accusatio. Hanc opinionem tenuerūt Bar. in d. l. defuncto. post glossas per eum allegatas. Marsil. in l. fin. num. 28. post Gandi. & Curt. per eum citatos, ff. de quæstio. Bossius in titulo de accusatio. numer. 34. Et qui hanc opinionem tenent, respondent ad textum in d. l. ex iudiciorum, in fine, & alios similes in contrarium adductos, quòd intelligi debeant, quando ex delicto ageretur ciuiliter. Ita videtur sentire dicta glossa penultim. dum exponit, accusatio, id est, actio, quam sequitur ibi Bar. in fine. Albericus in l. vnica. C. ne ex delic. defuncto. & ibi Angel. col. 2. versicu. in citatis verò criminibus. Pulchra glossa in Summa 24. quæst. 2. Dec. in l. pupillum. §. in hæredes. num. 5. & 6. Bossius de accusat. num. 34. & duob. sequen. Respōdent etiam ad l. Caius. ff. ad l. Syllania. eam loqui in casu, in quo pœna ipso iure imponitur, tunc etiam in hæredes transire affirmant: ita respondet Bar. in d. l. 1. num. 3. ff. de priua. delic. quem refert & sequitur Dec. in d. §. in hæredes. num. 5. & 6. post Ang. in d. l. vnica. C. ex delic. defunct. Idem tenet Cepolla consil. crimin. 23. num. 8. & 9. respondendo ad l. commissa. ff. de publica. post Bar. Bal. & Salyce. in locis per eum citatis, & communem esse opinionem, attestatur Didac. in epitom. 2. part. de spons. & matri. c. 6. §. 8. num. 6. post Tiraq. & plures alios, quos refert: & Didic. sequitur Villalobos in suis communi. opin. in verbo, Pœna. num. 63. & seq. & nouissimè Iul. Clar. lib. 5. sent. iur. §. fi. quæst. 21. versic. scias etiam.

3 † Qui verò partem affirmatiuam sequuntur, eam tuentur ex l. omnes. ff. de action. & obligatio. §. penult. vers. pœnales. Instit. de perpetuis, & tempora. actio. quibus cauetur, pœnales actiones post litem contestatam hæredibus dari, & in hæredes transire, l. ex iudiciorum. versiculo, ex cætera verò. iuncta glos. in versic. penè. & glos. finali: vbi † in priuatis delictis pœna pecu-
4 niaria ita demum ab hærede incipere potest, si viuo reo accusatio mota est, licet condemnatio non fuerit sequuta, l. Caius. ff. ad Senatusconsul. Syllani. vbi Paul. respondet, causam, de qua quæritur, cum sit pecuniaria, morte ingratæ hæredis extinctam non videri: quibus accedit text. in l. vnica. C. ex delict. defuncto. & l. vnica. §. qui pendente. ff. si penden. appella. mort. interueni. l. 3. versic. an verò. C. eod. tit. vbi mortuo reo pendente appellatione, cui ex sententia bona fuerunt expressè ablata, sola capitis causa perimitur, bonorum remanente quæstione: quod & in l. final. C. si reus vel accusa. mortu. fuer. repetitum est, adducunt etiam l. fin. C. de iure fisci. lib. 10. & reg. l. omnes. ff. de reg. iur. vbi Caius Iu-
5 reconsultus † omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, si in iudicio semel inclusæ sunt, saluas permanere censet: hanc opinionem videtur tenere Bart. in d. l. vnica. in 2. lectura. num. 9. & ibi Alex. in addit. post Ioan. Fabrum per eum allegatum. & Salyc. num. 9. idem Bar. in l. 1. num. 3. vers. extra contractum. & num. 7. post Specul. ff. de priuat. delict. quem refert & sequitur Bal. in d. l. vnica. col. 2. vers. sed hic dubitatur. addens, quòd id, quod dicitur in d. l. ex iudiciorum requiri sententiam [illegible] auditionem, scilicet, vel æquipollens, [illegible] ta si interuenerit confessio, vel sit [illegible] sum in causa: & quod dixit de confiscatione, idem dicit de pœnis pecuniarijs consistentibus in certa quantitate, puta centum, vel mille, quia eadem est ratio, & natura litis: sequitur ibi Alexand. post Butrium in c. 2. vt lite penden. Angel. in d. l. 2. col. 2. versic. quid autem, si reus non est connectus litem, sed est confessus. quos refert & sequitur Curtius Senior cons. 60. colum. 6. versic. secundò obijci videtur, licet contrarium in casu suo respondeat propter decretum Mediolani, & Bal. etiam sequitur Angel. Aret. de malefic. in versic. qui dominus iudex. num. 42. Ioan. de Platea in l. fin. col. 2. versic. attende tamen. C. de iure fisci, lib. 10. Bossi. in titulo, Quomodo procedatur in crimine notorio, in fine: vbi post Bald. in
6 d. l. vnica, dixit, † quòd ratione confessionis, & probationum, quæ reum conuincunt, potest quis condemnari post [illegible]

tem, & in titulo, de pœnis, num. 34. versiculo, quo decreto stante cessat alia iuris conclusio, dicens, istam esse communem conclusionem, & in versiculo, item nota illud, quod si constat confessionibus, vel testibus, &c. His accedunt, quæ scribit Baldus in dicta l. final. numer. 7. C. de iurefisci, & hanc opinionem constanter defendit Alba consil. 90. quem refert & sequitur Iulius Clarus libro quint. sente. iur. §. finali. quæstio. 51. versicul. & quod vbi agitur, de pœna pecuniaria, & eam tenendo non videtur obstare responsio † Bartol. 7
in dicta l. ex iudiciorum, in fine, constituens differentiam inter actionem criminalem ciuiliter à parte intentatam, vt pœna parti applicetur, & tunc in hæredes transeat lite contestata, vel criminaliter, vt fisco pœna adiudicetur, & tunc non transeat, quia vbi agitur de pœna non video rationem diuersitatis, cur magis pœna, quæ venit applicanda parti, debeat transire in hæredes lite contestata, quam quæ esset applicanda fisco, quando ex officio iudicis per inquisitionem, proceditur, 8
† cum inquisitio subrogetur loco accusationis, eiusdemque sit naturæ, vt nominatim dicit Bartolus in l. 2. §. si publico, numero 12. ff. ad legem Iuliam de adulteriis. per textum in l. 1. §. hæc ratio. ff. si quis testamento liber esse iussus fuerit, quem refert, & sequitur Boerius decisione 259. numero 17. post Abbatem, Butrium, Innocentium, & alios per eum citatos, Aretin. consilio 51. numero 19. Angelus de Gambilionibus consilio 94. numero 16. inter consilia criminalia Zilleti, Ioannes Milleus in sua praxi, capit. primo numero 13. & sequenti. & contra præfatam differentiam militat l. tert. C. si pendente appellatione. l. finali. C. si reus, vel accusa. mort. fuerit. l. finali. C. de iure fisci, libro decimo. qui loquuntur de pœna fisco applicanda.

Nec obstat, prædictas leges loqui, quando lata est sententia, quia textus in l. finali. C. de iure fisci non loquitur de sententia, sed quando rei sunt conuicti, cum quo conuenit communis conclusio, quæ habet, parificari sententiam esse latam, vel reum esse confessum, vel conuictum, vt suprà probatum apparet, quibus addo textum in l. qui sententiam. C. de pœnis, quamuis aliquando inter se differant, vt latè Bossius in titulo de conuictis.

Nec repugnant l. 3. & l. defuncto. ff. de public. iudic. cum alijs suprà in contrarium allegatis, quia intelligi debent respectu pœnæ corporalis, & confiscationis bonorum tacitè, non autem pecuniariæ expressæ.

Quid dicendum? negare non possum quæstionem hanc ob iurium & Doctorum varietatem esse dubitabilem. Ego autem existimo opinionem affirmatiuam crebriorem esse, videlicet † sententiam pe- 9
cuniariam mortuo inquisito, post litem contestatam (quo casu, eius nomen dicitur receptum inter reos modo de delicto confessus, aut conuictus fuerit, vt per Iulium Clarum post alios, quos refert libro 5. sentent. iur. §. final. quæstio. 14. versicul. sed hîc incidenter quæro, &c.) proferri posse, pro qua stant textus in dicta l. ex iudiciorum, in fine. l. vnica. versicul. quamuis pendente. ff. si pendent. appellat. mors interuen. in l. 3. §. final. C. eodem titu. in l. final. C. si reus, vel accusat. mort. fuer. in l. final. C. de iure fisci, lib. 10. & in §. penult. in fine. Institut. de perpetu. & temporali. actio. iuncta doctrina Baldi communiter recepta in l. 1. C. ex delictis defunct. dum dicit, quod dictum est de confiscatione omnium, vel partis bonorum principaliter facta, etiam locum habet in condemnatione facta in quantitate, & quod cautum legitur de sententia lata, idem dicendum sit, si reus confessus, vel conuictus fuerit, & ita iudicatum extitit in causa fisci contra Michaelem Genuinum Nicensem defunctum, post confessiones per eum factas, & testes nomine fisci examinatos & publicatos.

SVMMARIVM.

1 *Societas morte vnius ex socijs dissoluitur, nec ita contrahi potest ab initio, vt ad hæredes transeat, & ibi multiplex ratio assignatur.*

2 *Pupillus societatem contrahere non potest sine auctoritate tutoris.*

3 *Mandatum licet regulariter morte extinguatur, attamen hæredi, vel extraneo post mortem duraturum fieri potest.*

4 *Mandatum testatoris, quo præcipit societatem post mortem durare, parit actionem aduersus hæredes mandantis.*

5 *Pupillus hæres tutore auctore societatem tacitè, & expressè contrahere, & renouare potest.*

6 *Socius, seu eius hæres, an teneatur ad debita societatis insolidum, vel pro parte.*

7 *Mercimonium, vbi plures exercent ministerio vnius, tunc quilibet insolidum obligatur.*

6 *Socij, seu eorum hæredes an teneantur insolidum pro toto debito, an vero vsque ad summam sortis positæ in societate.*

9 *Socij, vt insolidum obligentur erga contrahentem cum institore, & præposito societati, quæ requirantur.*

DECISIO CL.

Societas, an & quando ex pacto transeat ad hæredes, & an socij teneantur ad debita contracta pro rata, aut quilibet insolidum, & an socij pariter teneantur ad debita vsque ad summam sortis in societate positæ, vel insolidum.

IACOBVS Amedeus, & Michael Genuinus Nicienses, Anno 1555. per se, & suos hæredes societatem in aliquot Annos duraturam iniuerunt, deinde testamento Iacobi Amedæi Anno 1560. facta mentione dictę societatis prędicto legitur scriptum in hæc verba. Quam societatem de nouo, tam ipse testator, quàm dictus Michael Genuinus ibidem præsens ambo approbauerunt, & voluerunt illam de nouo durare per Annos sex proximè venturos, & vlterius quatenus placebit tutoribus infrascriptis, prohibens dictus testator, tam ab hæredibus, quam à tutoribus molestiam aliquam Genuino, quem societati præposuit, inferri, qui quidem tutores mortuo Iacobo testatore inuentarium fecerunt, & in eo dictam societatem in testamento relatam posuerunt, in qua Genuinus vnus ex tutoribus nomine suo, & pupillorum hæredem perseuerauit, quamplurima debita contrahendo. Quæritur, an pupilli, & hæredes Iacobi Amedęi ex huiusmodi conuentione testatoris obligentur, proinde ad ea debita per Genuinum contutorem, & socium contracta soluenda teneantur?

Et prima facie videbatur dicendum ex dicta renouatione societatis à patre facta pupillos hæredes non obligari, cum claræ sint iuris decisiones, societates † dissolui morte vnius ex socijs. §. soluitur. Instit. de socie. l. societatem. §. dissociamur. l. si fratres. §. idem respondet. l. actione. §. morte. l. socium, in fine princip. ff. pro soc. & adeò morte dissoluitur societas, vt nec ab initio ita contrahi possit, quod ad hæredes transeat, vt socij sint. l. nemo societatem. l. hæres socij. l. adeò. l. verum. §. in hæredem. & §. societas, eodem titulo. l. furtiuę penult. ff. de his qui notan. infam. Paris. cumulatè consilio octuagesimoquarto, numer. 3. volumine primo, latè Curtius Senior consilio 53. vbi plures rationes adducit, cur societas ad hæredes non transeat, quarum duæ primæ in idem reincidunt, videlicet, ne tollatur libera facultas testandi.

Tertia verò secundum eum post Baldum est, quia societas solo consensu expresso, vel tacito contrahitur. l. societatem, in principio. l. vt sit, in princip. l. qui admittitur. l. plane si duo. ff. pro soc. Barto. in l. Titium. §. altero, numero quinto. ff. de administra. tutorum. & alij cumulati per Ruinum consilio 92. numero primo, volumine primo, Paris. consilio 82. numer. trigesimoquinto, volumine primo, ideo eatenus durat societas, quatenus consensus, qui eam morte finiatur, dicto §. soluitur, consequens est, & ipsam societatem finire. Quare tam addit rationem, quia in societate videtur eligi industria personę, quæ non transit ad hæredem. l. vni. §. ne autem. C. de cadu. tollen. hanc rationem ponit Aretin. in dict. soluitur, numer. tertio. Instit. de societ. adens etiam hoc ideo esse, quia ignoratur hæres prudens, vel bonus erit, aut non. Aliam pariter & quintam adfert rationem quia non valet conuentio, quod quis perpetuò stet in societate, seu communione. l. nulla societas. ff. pro soci. l. in hoc dictum. §. si conueniat. ff. communi diuid. Alexand. consil. 59. numer. 9. libro quinto. consil. 34. numer. 4. volum. 2. & consil. 10. num. 10. volum. 3. sed si transiret ad hęredes per indirectum perpetuò induceretur societas, ergo non tenet huiusmodi conuentio, etiamsi in testamento fiat, cum valeat argumentum de contractibus ad vltimas voluntates. l. seruum filij. §. eum qui chirographum. ff. de lega. 1. l. iure ciuili. ff. de conditioni. & demonstra. & Cur. dicto consil. Fracolum. 3. versicu. & ideo, expresse dicit, tale pactum esse contra substantiam contractus societatis, cuius naturam testator in testamento non potuit effugere. l. nemo. ff. de lega. primo, etiamsi pœnam imposuisset. l. vnica, in fine. C. de his, quæ pœnæ nomine, & hæc multò magis vrgere videntur, quando hęres est pupillus † qui non potest contrahere societatem sine auctoritate tutoris, cum consensum non habet

habeat. l. vt in conductionibus, iuncta glo. ff. pro socio. Bald. in l. mandatum. C. mandati. Ioannes Crotus consilio 15. numer. 6. & sequenti, post Bartolum, Baldum Angel. Roman. & Curtium in locis per eum relatis, quibus addo Dec. consi. 213. numero decimo, ex cuius dictis, numero quinto & nona, circa finem, elicitur aliud pro hac opinione non leue argumentum, scilicet quod in casibus, in quibus societas dicitur transire ad hæredes, necessario requiritur, quod inter socios expresse conuentum sit, quod societas deberet ad hæredes transire, dicta l. adeo. ff. pro socio, vbi glos. sed in casu nostro non legitur, ita expresse conuentum, & illa verba, per se, & suos hæredes, posita in prima locatione non operantur, quod societas transeat ad hæredes, vt latè scribit Decius dicto consilio 213. ergo ad dictos 5 pupillos non transiuit societas, hanc opinionem sequitur Parisius consilio 84. numero secundo, & sequenti, Ruinus consilio 90. numero secundo. versicu. secundo requiritur, volumine primo, qui consuluit in casu Decij, & vnum dicit in casu nostro considerabile, videlicet, quod verba illa, voluerunt durare per sex annos venturos, non operantur, vt societas transeat ad pupillos hæredes, sed debent intelligi, quod durent per sex annos tunc venturos, stantibus rebus, prout stabant. l. quod Seruius. ff. de condition. ob causam. c. quemadmodum. de iureiurando. & sic socijs viuis permanentibus, prout est de natura societatis.

Pro contraria autem opinione vrgere videntur tex. in l. si vero non renumerãdi. §. fin. cum l. sequenti. ff. mand. & quæ notat Bartol. post glossam in l. fina. li. circa finem. ff. de solutionib. quibus iuribus habetur, 3 quod, † & si mandatum regulariter morte mandantis cesset. l. inter causas. ff. mandati. & l. mandatum. C. eodem titulo. Attamen mandatum hæredi, vel extraneo post mortem duraturum fieri potest, & tale mandatum obligat hæredes iuribus suprà allegatis, Socinus consilio 87. numero primo. Decius consilio 441. numero 8. latè Boeri. decisio. 348. numero quinto. & sequ. sic in casu nostro, quamuis societas 4 morte soluatur, nihilominus † mandatum testatoris, quo præcepit societatem post mortem durare, parit actionem aduersus hæredes mandantis, vt in terminis nostris ita respondit Decius dicto consilio 441. numero primo, & sequent. concludens valere præceptum testatoris factum hæredibus, vt post mortem ipsius testatoris perseuerent in societate, & ante Decium ita sensit Curt. dicto consilio 53. in fine. adducens text. qui videtur in terminis in l. qui negociationem, in principio. ff. de administratio. tutorum. vbi Bartolus & Doctores, & Bartolus in dicto §. altero. numero primo. Parisius dicto cõsil. octuagesimoquarto, numero sexto, volumine primo, post Corne. per eum citatum: at in casu nostro apparet patrem voluisse eius filios, & hæredes perseuerare in societate, illisque præcepit, ne molestiam inferrent Genuino, quominus societatem insolidum exerceret: ergo ex dicto præcepto, & renouatione à patre facta obligantur hæredes.

5 Præterea certi iuris est † pupillum hæredem auctore tutore societatem posse tacitè, & expresse contrahere, & renouare l. in conductionibus, versicul. & ideo. ff. pro socio. latè Parisius dicto consilio 84. numero quarto, & sequenti, post Bartolum, Baldum, Abb. Alexandrum, Barba. Corneum, Socinum & Decium per eum citatos, Decius dicto consilio 213. numero octauo. Ruinus consil. 92. numer. primo, at in casu nostro tutores censenserunt mandato patris, vt apparet in dicto inuentario, in quo inter bona pupillorum posuerunt iura, & bona eis competentia virtute societatis, de qua in dicto testamento, ipsecq; Genuinus exercuit societatem nomine dictorum hæredum, ergo renouata censetur societas, Decius consilio 548. numero primo, & sequentibus, facit text. in l. sed & si pupillus, in principio. ff. de instito. vbi ex eo, quod tutores non remouerunt institorem à defuncto præpositum obligant pupillos ex facto institoris, facit quod dicit Baldus in l. mandatum. columna secunda. C. mandati, quod societas cum patre cõtracta intelligitur cum pupillo renouata, si interueniat patientia tutoris, & Baldum refert & sequitur Luppus in repetitio. c. per vestras. in rubrica §. 78. numero vigesimoquarto. de donationibus inter virum & vxorem. & latius in eadem rubri. §. 62. num. 28.

Non obstant in contrarium adducta, quia nullum patris mandatum ibi interuenit, nec tutore auctore renouata societas, prout in casu nostro fuit.

6 Hinc suborta est alia quæstio, † an hæredes dicti Amedei teneantur insoli-

dum, vel pro parte soluere debita à Genuino, seu onorato institore nomine societatis contracta. Et primo aspectu dicendum videtur teneri pro rata l. plane si ambo socij. ff. pro socio, quo loci cauetur, periculum esse commune, quando socij aliquem præponunt societati, si igitur periculum est commune. ergo quilibet pro rata tenetur. Bartol. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum, numero quarto. ff. commod. & illam legem ad id citat Paris. consil. 97. numero trigesimoprimo. & sequent. volum. primo, post Anchar. Castrens. & Deci. per eum allegatos. his accedit Bartol. in l. si tamen. ff. de exerc. & in l. eadem, in septima quæstio. ff. de duobus reis. dicens, quod si omnes socij exercēt, quilibet tenetur pro rata, quem refert, & dicit communiter approbatum Ruin. consil. 77. numero tertio, volum. quarto. sed ex Instrumento societatis Anni 1555. de quo fit mentio in testamento, omnes debebant exercere, ergo quilibet pro parte tenetur, & huic opinioni hæret Ruin. consil. 92. numero sexto. & sequent. volum. primo, concludens, post Bart. in l. ex duobus, quæstio. 3. ff. de duobus reis, quemlibet sociorum teneri insolidum, quando sunt rei debendi, secus si sint simpliciter, idem sentit Bald. consil. 125. versicul. sed si fuisset probatum. volumi. quinto. Alciat. in l. eius qui, in fin. ff. si certum petatur, vbi exceptis quibusdam casibus ibi positis, dicit regulare esse, socios non teneri nisi pro rata, Alexand. consil. 147. columna prima, libro secundo. post Bartol. Bald. Angel. & Fulgo. in locis per eum relatis, & tenendo hanc opinionem responderi potest ad text. in l. 1. §. fina. cum legibus sequentibus. ff. de exercitoria. diuersam esse rationem quando quis præponitur negociationi nauali, vel quando præponitur negociationi terrestri, cum in illa maior versetur vtilitas publica, ideo pinguius sit prouisum, ita respondet Paul. de Castro in d. l. 1. §. si is, qui, numero secundo. ff. de exercito. quem refert, & sequitur Parisi. dict. consil. 93. numero decimooctauo. & sequ. volumi. primo. & pro hac opinione facit regula l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. & l. cum te in Galliam, in fin. C. de reb. cred.

In contrarium adducitur text. in l. 1. §. fin. & tribus legibus sequentibus. ff. de exercito, vbi Bart. & in l. eandem in 7. quæstione, de duob. reis, communiter receptus
7 concludit, † quòd quando plures exercent vnam mercantiam ministerio vnius, quilibet insolidum obligatur, & Bartolum refert & sequitur Ronchagallus in repetitione l. eandem, numero 164. & sequent. ff. de duobus reis, post alios per eum relatos, quibus addo Petrum de Vbald. in tractat. de duobus fratribus, parte 9. in principio, versicul. sed contra hoc obijcit Barto. Bald. consil. 262. & sequent. volum. quinto. Alexand. cons. 139. numero primo, volum. 5. consilio quadragesimoquarto, volumi. secundo. repetitum consil. 28. volum. sexto, pulchre consi. vltimo, numero decimo, volum. septimo, Natta consil. 567. numero sexto. post Cyn. Bartol. Bald. & Alexand. per eum citatos, ex quibus apparet istam esse communem conclusionem, & non obstare in contrarium adducta, cum non loquantur in casu, in quo vnus ab omnibus socijs præpositus societati mandato patris fuerat, & tutorum consensus accesserat.

Tertiò in dicta causa incidit alia quæ-
8 stio, † an insolidum pro toto debito, an vero vsque ad summam sortis positæ in societate duntaxat teneantur, & decisiue loquendo crebrior est Doctor. sententia, socios non teneri vltra corpus societatis, videlicet vnumquemque pro quantitate, quam habet in societate obligari, & non in alijs bonis, ita nominatim tenet Anchar. consil. 332. columna prima. versicul. postremo præsupposito, quem refert & sequitur Deci. in l. si socius. numero quarto. ff. si certum petatur, & in l. qui cum alio, numero secundo. ff. de regul. iuris Parisi. consil. 94. numero vigesimooctauo. & sequent. post Anchara. Bartol. Bald. Castren. & Deci. per eum adductos. Stracca in suo tractatu de mercatura, in titulo de cōtractibus mercat. numero decimoquinto. & rationem esse dicunt, quia qui contrahunt nomine societatis, inuestigare de qualitate, & quantitate societatis eorum, cum quibus contrahunt, debuerunt, alias eis imputandum est, prout & voluit Parisi. d. consil. 93. numero quinquagesimoquarto. & sequent. volum. primo. idcirco non ab re Alexand. in dict. consil. 130. volum. quinto, & consil. 44. vo-
9 lum. 2. & 28. volum. 5. dicit † multa requiri vt socij insolidum erga contrahentem cum institore obligentur. præsertim, quod quis sit institor, & tanquam institor nomine, ac in causam societatis, & non vltra summam in societate comprehensam, contrahat, quibus omnib. suprascriptis attento Senatus censuit hæredes d. Amedei te-

erga Darut actorem insolidum quatenus ascendit summa sortis in societate à patre positæ cum omni lucro percepto ex dicta sorte.

SVMMARIVM.

1 Actor, an reus dicatur intentans remedium l. diffamari. C. de inge. manu. & nu. 4.
2 Actor dicitur qui ad iudicium prouocat, limita vt nume. 8.
3 L. si contendat. ff. de fideiusso. dispositio quãdo procedat & vbi ratio diuersitatis assignatur inter dispositionem l. diffamari. & d. l. si contendat, quæ refellitur nu. 10.
4 Actor an reus quis iudicetur quid inspiciendum sit & nu. 9. in fine.
6 Diffamare est ad iudicium vocare & ideo diffamatus dicitur reus, diffamans vero actor.
7 Remedium l. diffamari non competit excommunicato & bannito.
9 Reus excipiendo dicitur agere, licet large, & improprie.
11 Bartoli doctrina in l. si societatem. §. arbitrorum. nu. 18. ff. pro socio. declaratur.
12 Ratio diuersitatis inter l. si contendat. ff. de fideiusso. & l. diffamari. C. de ingen. manum. quæ sit remissa.

DECISIO CLI.

Remedium l. diffamari. C. de ing. manumiss. intentans an actor dicatur vel reus, & quis iudex adeundus sit si agatur hoc remedio?

VVLGARIS vertitur quæstio † an intentans remedium l. diffamari. C. de ingen. manumiss. debeat sequi forũ diffamantis, proinde dicatur actor, vel reus, & aliquibus visum extitit, proponentem remedium dictæ l. diffamari fungi partibus actoris, ex eo, quod † illi, qui prouocant ad iudicium dicantur actores l. in tribus. ff. de iudic. cap. forus. §. accusator, de verbo. signific. Barto. in l. libertus in prima, & secunda lectura. ff. de in ius vocand. Deci. consil. 43. numero primo. At actorem sequi oportet forum rei, cap. si clericus laicũ, & cap. cum sit, de foro competent. l. 2. C. de iurisdict. omn. iudi. & in terminis quæstionis propositæ Deci. consil. 487. numer. decimo, & consil. 686. in fine. ergo agens remedio d. l. diffamari forum diffamantis sequi debebit, & secundum hanc opinionem fuit decisum in concilio Neapolitano, vt refert Afflict. decisio. 268. quem refert & sequitur Deci. dicto consil. 686. in fine, eandem opinionem tenet Paul. de Castro in l. in criminali, colum. 2. versicu. sed quæro extra glos. C. de iurisdictio. omn. iudic. Paris. in cap. in præsentia, numero decimonono. de probation. Deci. in cap. cum inter, numero decimoquarto. de exception. Rippa libr. primo. responso. cap. 8. nu. 7. vers. quarto negatur.

Et tenentes hanc opinionem dicunt nõn obstare Doctores relatos per Cagno. in repetitio. dictæ l. diffamari, numero nono. & per Nattam in repetitio. clem. sæpe, de re iudic. qui videntur tenuisse contrarium, quia eorum dicta procedunt, & loquuntur in terminis l. si contendat. ff. de fideiusso. † quæ procedere videtur, quando non simpliciter petitur silentium imponi aduersario proponenti ius suum in iudicium: sed quando principaliter petitur pronunciari super aliqua exceptione competente ipsi reo ad exclusionem iuris actoris, quod ipse reus confitetur, argumen. notato. per Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum, numero decimonono. ff. pro socio, vbi dicit, nullã in eo casu actori fieri iniustitiam: quia illæ exceptiones reo competentes essent omnino coram iudice rei tractandæ, quo casu nullum præiudicium considerari potest, & rationem adducit, quia reus ipse debitum confitetur, quod si non confiteretur, nulli dubium est, quod per creditorem peti deberet coram iudice rei: quare cum actor releuetur ab onere probandi suum creditum ex confessione debitoris, conueniens est, vt grauetur in alio, scilicet, vt compareat coram iudice rei. sed in casu l. diffamaris, is, qui illud remedium intentat, non fatetur debitum, nec innititur iuri suo, sed tantum se fundat super iure actoris, secundum glos. & Bald. ibi. ergo non potest trahere diffamantem coram iudice suo, & propterea dicitur errasse Cagnolum, & non considerasse diuersitatem terminorum, cum Doctores per eum allegati loquantur in terminis dictæ l. si contendat, huicque opinioni inhęret regula rubricæ, C. vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur.

Quibus tamen non obstantibus, puto contrariam opinionem esse veriorem, scilicet † intentantem remedium dictæ l. diffamari, naturaliter, & vere dici reum, & trahere diffamantem ad iudicem ipsius diffamati. nam hanc tenuerunt Bald. in d. l. diffamari, columna 2. & finali. Abb. in c.

si quis contra clericum, num.2. versi. & hoc puto procedere, de foro compet. Anto. de Butrio in d. c. si clericus laicum, & in cap. Quintauallis, colu. antepen. de iureiurand. post Feder. de Senis, quos refert, & sequitur Alexand. consi. 103. volum. 5. Soci. cons. 94. nu. 1. & 6. lib. 3. Natta in repetitio. dict. clem. sæpe, in principio, col. 41. versic. quis autem erit iudex, de verbo. significa. Gomes. in §. præiudiciales, col. fin. circa finem, Instit. de actio. Capicius decisio. 18. & hanc esse communem opinionem, affirmat Cagno. in d. l. diffamari, vbi ad huius opinionis corroborationem adducit plura, citatque omnia iura in contrarium adducta, eandem tenet Boeri. si rectè ponderetur decisio. 255. numero septimo, & nouissime hanc etiam sequitur Didacus, quem post hæc scripta vidi lib. 1. variar. resolutio. c. 18. nu. 3. vers. erit autem operæprecium inuestigare, affirmans istam esse magis communem opinionem, post Soci. quem refert in c. cum sit generale, colum. 2. de foro compe. Barba. in d. c. si quis contra, num. 6. Roma. cons. 412. col. 1. Abb. in c. ex parte, num. 5. de restitutio. spoliato. adeoq; veram hanc esse opinionem dicit, vt hac ratione possit etiam episcopus ad iudicem laicum trahi idem dicit Capicius d. decis. 18. num. 7. vers. sed maius dubium, quem refert & sequitur Port. libro primo, com. opinio. conclusio. 19. in quarta amplia. Mouentur autem præfati Doctores ea ratione, quia regulariter debemus potius attendere originem naturalis causæ, quam accidentalis: & inspecta origine causæ, diffamatus dicitur reus, secundum Alexand. d. consi. 103. quem refert & sequitur Craue. in consi. 182. numero se-
5 cundo, dicens, † quod ad iudicandum aliquem esse actorem, vel reum, non esse attendendum, quod quis fuerit vocatus in iudicium, sed attendenda erit petitio, & originaria causa, quod etiam expressè voluit Barto. in l. si societatem. §. arbitrorum, num. 19. vers. vnum tamen puto aduertendum. ff. pro socio, de quo infra latius dicemus, & idem etiam sensisse videtur in l. libertus. ff. de in ius vocãdo, dum dicit, quod quoad propositum edicti de in ius vocando libertus qui prouocauit, dicitur fungi partibus actoris, ideo veniam petere debet, sed quoad alia dicetur partes rei sustinere, pro qua opinione adduco gl. communiter approbatam, in l. vnica. C. vt nemo inuitus agere, vel accusare cogatur, vbi proposita regula d. l. subdit casus, in quibus regula locum non habet, & inter alios ponit casum d. l. diffamari. Si ergo citatus in casu dictæ legis cogitur agere, sequitur necessario, quod dici debeat actor, & sequatur forum rei c. cum sit, de foro competent. l. 2. C. de iurisd. omn. iudic. l. fi. C. vbi in rem actio exer. debe. idem etiam expressè voluit Bal. in d. l. diffamari, in fine. vbi nominat diffamatum reum, & diffamantem actorem, respondetq; ad l. puræ. ff. de excep. doli. ad-
6 dens † quòd diffamare est ad iudicium vocare, & ideo diffamatus dicatur reus iam prouocatus ad causam, & colu. 2. vers. deinde oppono, respondens ad regulam C. vt nemo inuitus agere, vel accusare cogatur dicit, quod nemo inuitus compellitur agere nisi se astrinxit expressè, vel tacitè. sed ille qui diffamat astringit se tacitè ad agendum, quia diffamare est ad iudicium prouocare, d. l. diffamari. & per Boeri. d. decisio. 255. nume. 7. ergo diffamans dicitur necessario actor, & ideo sequi debet forum rei diffamati.

Neque obstat decisio Afflicti 268. quia se fundat in dicto Bartoli ex Alexand. in d. l. libertus, quorum verba præsertim Bartoli, si rectè ponderentur, apparebit non obstare huic opinioni. nam proposita quæstione, si libertus, qui habet exceptiones, vel defensiones aduersus patronum, eum in ius vocauerit, vt veniat ad agendum, vel accusandum: quærit Bar. an incidat in edictum de in ius vocando, si patronum vocauerit sine venia: & distinguit, aut libertus fuerat accusatus à patrono, & tunc cum dicatur reus necessarius, dato quod interpellet iudicẽ sine venia, nõ propterea dicitur incidisse in edictum de in ius vocando d. l. libertus. Sed si non fuerit accusatus à patrono, & per consequens non sit effectus reus necessarius, dato quod sibi competant exceptiones, & defensiones, si faciat citare patronum, ex quo tunc dicitur reus voluntarius, incidit in edictum de in ius vocando si veniam non impetrauerit argumento à contrario sensu d. l. libertus, vbi patronus iam libertum reum fecerat, ergo si non fecisse libertum reum vnique incidisset in edictum libertus, qui quoad casum propositum, vt dicatur scilicet incidere in edictum de in ius vocando, dicitur fungi partibus actoris, cum vocauerit voluntarie patronum ad ius, licet quoad alia dicatur partes rei sustinere, & ex hoc infert Alexand. in d. l. libertus, colum. 2. post Paul. de Castro, quos sequitur Cagn.
7 in d. l. diffamari, nu. 9. in fi. † quod excommunicato, & bannito non competit rem

dic

dium l. diffamari, quia prouocando dicuntur rei voluntarij, ideò obstat dispositio c. intelleximus, de iudicijs. quo fit, vt argumentum de excommunicato, & banito, quoad casum nostrum possit retorqueri ad corroborandam communem opinionem, videlicet, quod intentans remedium l. diffamari, dicatur reus, licet voluntarius.

Non obstat quod dicitur, eum qui primò in iudicium prouocauit, haberi loco
8 actoris. quia respondetur, † dictam regulam non habere locum in casu l. diffamari, glos. in l. vnica. C. vt nemo inuitus. Vel potest responderi, vt per Bal. in d. l. diffamari. col. 2. & fin. videlicet, diffamantem dici primum, qui ad iudicium vocauit, cum diffamare sit ad iudicium prouocare, sequitur Ioan. And. ibi in additio. & Ang. Aretin. in rubric. Institut. de exceptio. col. 17. quibus adstipulatur Io. de Anania in c. dura, col. 3. de crim. fals. dicens, diffamatum dici stimulari, & impelli per diffamationem.

Potest tertiò responderi, quod in casu nostro quoad quid potest dici fungi partibus actoris, sed largè & impropriè, † quia etiam ille, qui excipit dicitur agere, licet largè & impropriè, l. 1. ff. de exceptio. Bar. in l. 1. in principio. C. de iur. & facti ignor. Alex. in d. l. libertus, colum. 2. Dec. in l. agè in principio. C. de transact. vbi dicit, eum dici agere, qui defendit, & dicetur agere, id est, officium actoris exercere, non tamen quod sit actor, glos. in d. l. 1. ff. de exceptio. Alber. in l. amplius non peti, num. 5. ff. rem rat. haberi, & in terminis d. l. diffamari, sentit Socin. in c. proposuisti, col. 10. versi. duo decimo quæro, de foro competen. & cons. 41. num. 4. & 5. vbi in remedio d. l. reus potest trahere actorem, licet respectu prouocationis certo modo dicatur actor, faciunt notata per Decium c. 1. colum. 3. versicul. secundò quod dictum est, reum, de probatio. & in l. fauorabiliores. num. 2. ff. de reg. iur. dicit, quod licet reus efficiatur actor per accidens, vt quia debitor prius compareat, & petat actori perpetuum silentium imponi, non propterea efficitur actor sed habet prærogatiuas rei, sequitur Crau. d. cons. 182. nu. 2. & 3. dicens, quod ad hoc, vt quis dicatur actor, vel reus, cognoscitur ex actibus successiuis, & perseuerantia in iudicijs.

Neque subsistit responsio ad allegata per Cagnol. & Nattam, quod iura per eos allegata procedant in terminis l. si contendat. ff. de fideiusso, constituendo rationem diuersitatis inter casum illius l. & l. diffa-
10 mari, † quia ratio diuersitatis adducta, videlicet confessionis rei in casu l. si contendat, non videtur concludens, quoniam, licet in casu d. l. si contendat, fideiussor tacitè videatur fateri debitum ex eo, quod proponit exceptionem, ne conueniatur insolidum, sed vt fiat diuisio inter alios fideiussores, attamen non tollitur, quin dispositio d. l. locum habeat in quocunq; reo habente exceptiones peremptorias, Alex. in d. l. si contendat, Abbas in c. si quis contra, in primo notat. de foro competen. & alij plures cumulati per Cagnol. in d. l. diffamari, col. 2. versic. sextò amplia. Ang. in rubric. Institu. de exceptio. col. 25. & tamen regulariter excipiens non dicitur confiteri intentionem aduersarij, c. cum venerabilis, de exceptio. c. exceptionem de reg. iur. in 6. nec memini legisse, quod confessio excipientis tollat regulam l. in tribus. ff. de iud.
11 † & Bart. in contrarium allegatus in l. si societatem. §. arbitrorum, num. 18. & 19. ff. pro socio, non dicit id, ad quod ex aduerso allegatur, videlicet, quod prouocans cõfessus fuerit intentionem aduersarij. Sed expressè sentit contrarium, vt suprà diximus. Dicit enim, quod quando officium iudicis imploratur à reo, cui exceptio competit, potest improrari coram iudice ipsius rei, licet non sit iudex actoris, & ratio est secundum Bartol. quia cum ista exceptio nunc sit examinanda principaliter, quæ aliàs in iudicio actore agente examinaretur incidenter, potest examinari coram illo iudice, coram quo actor haberet hanc actionem proponere, nec in hoc actor grauatur, cum sic de iure communi habeat necessè facere. Hæc sunt verba Bartoli, ex quibus liquido apparet, eum non facere aliquod fundamentum in aliqua confessione prouocantis, sed super eo, quod prouocatus de iure communi omnino haberet necessè agere coram iudice rei prouocantis. Et huic dicto Bartoli arridet ratio suprà allegata per Doctores tenentes hanc opinionem, videlicet, quod potius debeamus attendere originem naturalis causæ, quam accidentalis, & inspecta origine naturali, diffamatus dicatur reus, ideò puto rationem diuersitatis inter casum l. si contendat, & l. diffamari. assignatam non posse defendi,
12 † sed veram rationem differentiæ inter dictas leges allegari per Socinum d. cons. 94. num. 6. volum. 3. quam refert, & tenet Cagnol. in d. l. diffamari, num. 5. Et hæc sine scrupulo locum habẽt, si vel res, super qui-

bus diffamans iactauit se ius habere, sint in ditione iudicis ipsius diffamati, iuxta l. fin. & ibi Docto. C. vbi in rem actio. exerceri debeat, c. sane, & ibi glos. & c. fina. de foro competen. Alexand. cons. 1. numer. 2. volum. 5.

Et ex præmissis arbitror esse diluta in contrarium adducta, & firmam remanere communem conclusionem, quod intentans remedium l. diffamari dicatur originaliter reus, non actor. Et sic censuit Senatus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ex delicto defuncti iure ciuili non tenetur pœnali actione, nisi lite cum defuncto contestata, vel quatenus ad hæredem peruenerit, amplia. num. 2. secus de iure canonico, num. 5.*

3 *Hæres vasalli, qui feloniam commisit à Domino molestari iure non potest, si contra vasallum delinquentem lis contestata non fuit.*

4 *Confessione delictorum auriculari facta sacerdoti dicitur, quasi contrahi cum delinquente ministerio sacerdotis.*

6 *Vbi ius Ciuile & Canonicum contradicunt seruandum est ius ciuile in foro ciuili, & canonicum in foro canonico, quod intellige, vt num. 7.*

8 *Actio, si ex vtraque parte sit pœnalis ex vtroque iure canonico & ciuili non datur contra hæredem.*

9 *Hæredes dato quod teneretur ex delicto defuncti, vltra vires hæreditarias non tenetur, etiamsi inuentarium non confecerit.*

DECISIO CLII.

An ex delicto defuncti hæres conueniri possit, & quando.

EX actis agitatis inter spectabilem Franciscũ de Pectis ciuem Vercellensem agentem aduersus Illustrem Marchionem Messerani vti hæredem quondam D. Philiberti Ferreri eius patris, elicitur articulus discutiendus, an iure potuerit conueniri assertus hæres actione iniuriarum, ciuiliter intentata, vel damni passi propter capturam, & detentionem, vt prętenditur, illicitam ipsius actoris longi temporis in castro Zumaliæ, mandato prædicti quondam Philiberti patris defuncti, in quo articulo, veluti in difficili posito, quę proponuntur contrariæ cõstitutiones, altera iuris ciuilis, altera verò iuris canonici. Qua iuris ciuilis constitutione sancitum legi-
1 tur, † pœnalibus actionibus, quæ ex delictis defunctorum oriuntur hæredes non teneri, nisi lite cum defuncto contestata, aut quatenus ad hæredes peruenit. l. 1. in principio, & in fin. ff. de priuat. delict. l. ex iudiciorum, in fin. ff. de accusat. l. sicut pœna, & l. pupillum. §. in hæredes. ff. de test. gul. iuris. vbi Caius Iureconsultus nominatim censet actiones pœnales, quę ex maleficio sunt veluti furti, damni, iniuriæ, & vi bonorum raptorum, non transire in hæredem, quod pariter locũ habere in actione legis Aquiliæ scripsit Vlpianus in l. in de Neratius. §. hanc actionem. ff. ad l. Aquiliam. l. fin. in fin. ff. de fideiuss. & hæred. tut. & adeò est solida hæc dispositio de iure ci-
2 uili, † quod si is, qui iniuriarum actum erat stipulatus ab eo, qui iniuriam intulit, fuerit, eum iudicio sistere, quod inde morte præuentus seruare non potuit, non propterea datur aduersus eius hæredem exstipulatu actio, cum sequatur naturam actionis iniuriarum. l. si eum. §. qui iniuriam, versic. idem dicendum est, ff. si quis cautio. & horum iurisconsultorum responsa probantur ex l. vnic. C. ex delictis defunc. inquant. hæred. conueni. l. furti. C. defunct. §. penultim. versic. est enim certissima iuris regula. Institut. de perpetuis & temporal. actio. & quæ ad hæred. & in hæred. trans. & vbique glossæ & Doctores, Bart. in l. si quis iniquum. §. quod autem, vbi Alexan. ff. quod quisque iuris. Ruin. cons. 20. num. 1. & sequent. volum. 4. latè Maynerius in d. l. sicuti, num. 1. & 2. post hæc scripta vsus. His accedit doctrin. communiter recepta Bal. in titu. de prohibi. feud. alien. per Fed. §. insuper, num. 11. versic. confirmo, quem sequitur ibi Afflic. num. 37. & nostris Berous cons. 98. num. 35. vo-
3 lum. 1. † quod hæredes vasalli, qui feloniam commisit, nõ possunt à Domino molestari, si contra ipsum vasallum lis mota non fuit, hæcq; opinio non solum iure ciuili, sed etiam ratione naturali sustinetur, vt delicta suos teneant auctores, & noxa quæque suum caput sequatur: ita nominatim dicit glos. 1. in d. l. 1. ff. de priu. delic. & vbique Doctores, Bosi. de pœnis num. 3. dicens, cõmunem esse opinionem, quod hæres non teneatur ex delicto defuncti, nisi lite cum defuncto contestata, vel quatenus ad hæredem peruenit, & hanc iuris ciuilis dispositionem sequuti fuerunt Panormit. in c. fin. colum. fin. versic. sed ego semper tenui, post glos. fin. in c. à nobis de sentent. excommun. & Ioan. Andre. loco suprà citato, quem refert & sequitur Felin. in d. c. à nobis in fi. post Car. & Io. de Anan.

per eum adductos. Et tenendo hanc opinionem, quæ de iure ciuili est indubitata posset ad iura canonica responderi, & primo ad rex. in c. 3. de pigno. & in c. tua nos, de vsuris, quod loquuntur in contractibus ad text. autem. in c. fin. de sepult. in c. in literis, de rapto. & in c. à nobis, in fine, de sent. excommu. dicitur debere intelligi, in
4 quasi contractu † inito propter pœnitentiam & contritionem defuncti delinquentis ministerio sacerdotis parrochiani, cap. quanquam, de vsur. in 6. ita respondet Cardinal. d. c. 3. num. 3. de pigno. & clarius in d. c. final. col. penult. versic. vel dic verius, de sepult. post glos. Imo. & alios per eum citatos, pulchra glos. in d. c. à nobis, in fin. de senten. excommun. dicens, illa iura procedere, vbi apparuit de confessione, aut saltem contritione defuncti, quam refert & sequitur Ruin. d. cons. 20. num. 3. versic. secundò dici potest, post Inno. Card. Abb. & Salycet. per eum citatos. Bened. Capra in suo lib. commun. conclusio. & reg. c. 67. num. 4. & sequen. Maynerius in d. l. sicuti, num. 2. & seq. vsque ad 9. exclusiuè, quem refert & sequitur Villalob. in suis commu. conclus. in verbo, Hæres. num. 2.

Pro opinione verò affirmatiua, quam tenent Canonistæ, videlicet, † quod hæres teneatur ex delicto defuncti, etiamsi nihil ad eum peruenerit, vel lis contestata non fuerit, adducuntur text. in c. final. in fin. de sepult. vbi hæredes defunctorum, qui homicidia, incendia, & violentias, in ecclesiasticas personas commiserunt, censura ecclesiastica compellendi sunt ad satisfactionem damnorum illatorum, cui capitulo accedunt text. in c. in literis. de raptori. in c. tua nos, de vsur. & in c. 2. de pigno. ac alia plura capitula cumulata per Panorm. in d. c. fin. num. 5. de sepult. & vbique glo. & communiter Canonistæ citati à Didac. lib. 3. variarum resolut. c. 3. num. 7. vbi argute hanc quæstionem tractat, & plures Modernos citat, quos refert, aliis additis Iulius Clarus in sua Practi. criminal. §. fin. versic. vlterius quæro nunquid hæres, quibus addo cumulata à Benedicto Capra in suo libro conclusionum & regula commu. d. c. 67. Baptist. Villalob. in suis commun. opinio. in verbo, Hæres, num. 2.

Quid dicendum? puto has constitutiones fœdere distinctionis posse conciliari ex doctrina Bar. communiter recepta in l. priuilegia, num. 2. C. de sacrosanct. eccles. quem refert & sequitur pluribus cumulatis Neuza. in sua sylua lib. 5. versic. iudicandum in dubio pro communi, fol. 214. & sequent. secundum paruam impressionem.
6 † videlicet in terris non subiectis ratione temporalitatis ecclesiæ seruandum esse ius ciuile, in locis verò suppositis ecclesiæ seruandum esse ius Canonicum, etsi dicatur, hîc agi de materia peccati, vt exoneretur conscientia defuncti, & propterea standum esse iuri canonico. responderi potest, vt per Angelum in l. si certis annis, colum. 3. versic. & ideò audeo dare talem do-
7 ctrinam, † quod vbicunque ratione peccati in iudicio seculari quis non auditur, audiendus est in foro ecclesiæ, si in eadem specie peccati ius canonicum contradicat iuri ciuili, cui responsioni accedunt, quæ scribit Aretin. cons. 48. colum. penult. vers. aliquando lex canonica, vbi dicit, quod quando lex canonica, quæ disponit ratione peccati, concedendo nouum remedium coram iudice ecclesiastico excitando officium iudicis ecclesiastici, tunc non potest agitari in foro ciuili, seu seculari. At in casu nostro lex canonica contradicit iuri ciuili, vt suprà diximus, & dat remedium nouum excitando officium iudicis ecclesiastici, vt in d. c. fin. de sepult. c. in literis, de raptoribus, vbi Summus Pontifex excitat Episcopos ad compellendum censura ecclesiastica hæredes defunctorum ad satisfaciendum damna illata ex delictis defuncti: ergo coram iudice seculari Papæ non subdito non potest agi contra dictos hæredes, ratione prædictorum delictorum à defuncto perpetratorum, & hanc distinctionem in terminis nostris facit Ruin. d. cons. 20. num. 3. volum. 4. Francisc. Tigrin. cons. 16. num. 3. & 4. & Voglinus Peluli. cons. 17. num. 7. & 8. inter consilia vltima, volunt.

8 Posset etiam responderi † iura canonica procedere, quando actiones descendentes ex delicto defuncti, ex parte hæredis sunt pœnales, ex parte verò actoris sunt rei persequutoriæ, secus verò, si ex actoris & rei parte sunt pœnales, quam responsionem ponit Abbas in d. c. fin. colum. penult. de sepult. post Barto. in l. 1. ff. priua. delict. vbi declarat, quando actio dicatur persequutoria ex parte actoris, & quando pœnalis ex vtraque parte, videlicet, si actor agat ad damnum, vel sit rei persequutoria. si verò agat ad pœnam actori applicandam, licet ab eo nihil absit, tunc ex vtraque parte dicitur pœnalis: quos Bar. & Abb. refert & sequitur Capra d. c. 67. num. 2. & Berous d. cons. 99. num. 30. & 33. volum. 1. Mayner. in d. l.

d.l.sicut l. num. 6. & 7. & hanc opinionem sequitur Florian. in d. l. inde Neratius. §. hanc actionem, num. 2. ff. ad leg. Aquil. post Innocent. & Ioan. Andre. per eum citatos, pro hac opinione videtur vrgere text. in §. His autem verbis, in fin. Instit. ad l. Aquil. At in casu, de quo agitur actio, dicitur ab vtraque parte pœnalis, quia ex actis non apparet aliquid de patrimonio actoris propter dictam capturam perditum, seu diminutum fuisse, quo casu quis propriè damnum pati non dicitur. l. 3. ff. de damno infecto: ergo in ipsum hæredem actio de iure Canonico non datur, etsi dicatur, plura actorem lucra amisisse cum esset, vt proponitur, commissarius Cæsareus, & vir industrius, quia non par est ratio amittere lucra, & damna pati. l. fin. C. de codicill. & l. Proculus. ff. de damno infecto, cum similibus in glos. citatis. Quid autem iuris sit, admisso, quod contra hæredem detur huiusmodi actio ex delicto defuncti, an vltra vires hæreditarias teneatur, si inuentarium non con
9 fecerit, crebrior ea est sententia, † vt non teneatur teste Didaco d.c.3. num.8. Capra Claro, Villalobos, post alios per eos citatos. In controuersia autem proposita Senatus censuit Marchionem conuentum, præsertim, cum non constaret, ipsum esse hæredem defuncti, esse absoluendum, & quem absoluit, à qua sententia actor supplicauit.

SVMMARIVM.

1. *Vsufructuarius tenetur satisdare de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, nec sufficit iuratoria cautio, sallit num 2.*
2. *Arbitrio iudicis relinquitur, an sit satisdandum.*
4. *Vsufructuarius vbi satisdare non potest, & persona non est suspecta admittitur iuratoria cautio cum hypotheca bonorum.*

DECISIO CLIII.

An donans reseruato sibi vsufructu teneatur cauere de vtendo fruendo.

MVlier quædam fratri suo iugera viginti quatuor prædiorum rusticorum reseruato sibi dum vixerit vsufructu, donauit, donatarius proprietatem fundi donati vendidit alteri, cui omnia iura sibi competentia cessit, quibus venditione, & cessione stantibus emptor petijt sibi à muliere donante caueri de vtendo, & fruendo, prædio donato arbitrio boni viri mulier cum fideiussorem præstare non posse diceret, iuratoriam obtulit cautionem, emptor iuratoria cautione satis sibi cautum non e ideneeque caueri oportere dicebat. aliquin ipsa idoneè non cauente prædium sibi relaxari petebat, offerens singulis annis se de fructibus prædij ipsi mulieri vsufructuariæ respondere. quæsitum fuit, an iuratoria cautio ab vsufructuaria oblata admittenda sit? Et videbatur dicendum non admitti debere, sed idoneè cauendum esse,
1 † quia ex quacunque causa competat vsufructus, semper vsufructuarius cauere tenetur de vtendo & fruendo arbitrio boni viri. l. vsufructu constituto. C. de vsufruct. qui ita summatur per Butrium, Baldum & Socyceat. cui iungitur text. in l. si cuius, in fin. ff. eodem titu. vbi dicitur, vsufructuarium teneri cautionem præstare de vtendo fruendo arbitrio boni viri, & hoc inquiritur consultus ad omnem vsumfructuarium pertinet, ad idem est text. in l. 1. in principio. ff. vsufructua. quemad. caueat. ibi, sed & ex alia quacunque causa cõstitutus fuerit vsufructus, idem dicendum est, quod si ex quacunque causa competat vsusfructus debet præstari cautio, & ea ad omnem vsumfructum pertinet: ergo etiam ad vsumfructum ex causa donationis retentum pertinebit, ex regu. l. Iulianus, de lega. 3. & cap. solitæ, de maiorita. & obed. nam cum prædicta iura generaliter & indistinctè loquantur, generaliter & indistinctè sunt intelligenda. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præstan. l. si pluribus. ff. de leg. 2. quo stante nihil ficit vsufructuariam cauere iuratoriam dum gloss. & Doctores in d. l. vsufructu constituto, quam sequitur Iaf. in l. 1. colum. fina. versic. decimo limita. ff. qui satisdare cogan. post Paul. de Castro, & Roma. quos refert idem Iaf. in l. 1. colum. 2. versic. nota ex isto text. C. de Carbo. edicto. Ruin. cons. 206. numer. 25. lib. 2. Caccialup. de debitor. suspect. & fugiti. quæstio. 11. num. 9. Aretin. in l. 2. colum. 5. ff. solut. matrimonio. Paris. Papien. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in verbo, Dedit, colum. 2. eandem opinionem tenet Bal. in auth. cui licentiam. colum. 2. C. de indic. viduit. tollen. vbi dicit, quod est in electione proprietarij, an velit illam admittere, & ipsi iuratoriæ cautioni stare, an verò malit ipse reditus fructuario soluere, vt in authen. de nuptijs, in §. si verò vsusfructus, latè D. Rolland. a Valle. cons. 92. num. 1. & sequent. vsque ad num. 15. exclusiue, lib. 1. Sed in casu no-

proprietarius recusat admittere cautionem oblatam, & elegit se possidere, & de fructibus ipsi fructuariæ responderet ergo eo inuito admitti non debet huiusmodi cautio
2 suratoria maximè in casu nostro, eo quod donatio hæc ob causam fuisse proponatur, quo casu non sufficit talis cautio, ita tenet Dec. in l. diuus Pius, in princip. vbi etiam Cagnol. ff. de reg. iur.

His tamen non obstantibus contrarium Senatus censuit, scilicet, † iuratoriæ cautioni mulieris credendum esse, iuncta hypotheca bonorum suorum, motus per text. in l. filio. ff. vt lega. nom. cauea. vbi pater hæres non tenetur cauere filio suo, cui legatum sub conditione relictum est, sed si pater filium legatarium emancipauerit, licet hoc casu deberet cogi cauere, iuxta titulum, de lega. præstan. eo quod imputandum sibi sit, qui facultatem dederit filio aduersus se postulandi, nihilominus Iureconsultus melius esse existimauit, per mediocritatem causam dirimere, vt scilicet pater cauere teneatur cum hypotheca suarum rerum, eodem modo ergo in casu nostro, licet imputari posse videatur ipsi mulieri vsufructuariæ, quæ facultatem aduersus se postulandi præbuerit, & propterea cogi deberet, nihilominus melius visum est Senatui, hanc causam per mediocritatem decidere, iudicando admittendam esse dictam cautionem iuratoriam iuncta submissione omnium bonorum ipsius mulieris vsufructuariæ, & eum textum in terminis nostris expendit, & singularem appellat Socin. in l. omnes. ff. de exceptio. eundem etiam ponderat Corneus in consilio 267. in hac consultatione, colum. 4. versicu. confirmantur prædicta lib. 4. vbi consuluit donatorem non teneri cauere de vtendofruendo arbitrio boni viri, & ratio est, quia cum donator ex sua liberalitate conueniatur, mitius cum eo agendum est, argum. text. in l. vnica. §. quia vero. C. de ratiocin. operum publicor. ne alioqui beneficium sit ipsi donanti onerosum, & ne ex sua liberalitate pœnam patiatur, vt dicit text. in l. ad res donatas. ff. de edilitio edicto. & in l. ne ex liberalitate. ff. de re iudicata. Idem tenet Ioan. de Platea in §. sunt præterea, Instit. de actio. quem refert idem Decius in d. l. diuus Pius. ff. de reg. iuris. & in cons. 265. num. 5. Gozadin. cons. 91. num. 5. ac cons. 95. num. 10.

Neque obstant iura in contrarium allegata, quia respondetur, quòd huiusmodi satisdatio præstari debet arbitrio boni viri, vt dicit textus in d. l. vsufructu. C. de vsufructu, neque dicit text. quòd debeat vsufructuarius vti frui arbitrio boni viri, sed
3 quod debeat cauere arbitrio boni viri, † vbicunque ergo bonus vir arbitrabitur esse satisdandum, tunc locum non habebunt iura in contrarium allegata, sed in donante retento vsufructu nemo sani consilij arbitrabitur, donatorem esse cogendum ad satisdandum ex dicta l. ad res donatas. ff. de edilitio edicto. cum alijs suprà adductis: ergo eo in casu locum non habent iura in contrarium allegata, licet generaliter & indistinctè loquantur, Corne. dicto consil. 267. colum. 2. versicu. in contrariam autem
4 partem, libro quarto. † Et dato, quod etiam in casu isto satisdandum esset ab huiusmodi vsufructuaria, attamen ob impotentiam satisdandi per fideiussores admitti deberet cautio prædicta iuratoria cum hypotheca bonorum. Neque aduersatur, quod vbi satisdandum est ab vsufructuario non sufficit cautio iuratoria ex gloss. in d. l. vsufructu. & alijs suprà adductis, quia contrarium verius est secundum Petrum & Cynum, quos refert & sequitur Bar. in dict. l. vsufructu, maximè, vbi vsufructuarius non esset persona suspecta, & vbi essemus in dubio etiam tunc admittenda esset talis cautio, prout tenet idem Bartol. ibi sequendo opinionem dictorum Petri & Cyni, quam etiam sequitur ibi Angelus, Panormitan. in c. fina. colum. penult. in glos. fin. de pignorib. vbi dicit, opinionem Bartoli sibi placere, & eam esse secundum æquitatem, quam sequitur etiam latè Alexand. cons. 57. numer. 6. versic. quinimò dato, & sequent. volum. 3. post alios per eum citatos, Guido Papæ decisio. 250. incipien. sed si non potest, & decisio. 189. Chassane. in consuetudin. Burgund. fol. 163. colum. 2. Gualdensis de arte testandi, titulo octauo, cautela prima, num. 5. vbi dicit non esse sequendam opinionem Iasonis in d. l. 1. ff. qui satisda. coganturnam vbi quis cum fideiussoribus cauere tenetur, si is propter paupertatem vel impotentiam, vel quia sit peregrinus non inueniat fideiussores, tunc statur eius iuratoriæ cautioni, Bald. in l. omnes, per illum text. col. 1. C. de episcop. & cleric. & in authen. cui relictum, col. 2. C. de indic. vidui. tollen. vbi etiam Paul. de Castro, & hos refert, & sequitur Ias. in l. sancimus, col. 2. versic. sexto pro limitatione prædictorum. C. de verbor. signific. & dicit etiam Purpura. in l. 1. §. mutui datio. numer. 119. ff. si certum petat. quod vbi lex requirit cauerí

ueri, cum fideiussore tamen ſtatur cautioni iuratoriæ, quando quis ob paupertatem, vel impotentiam non reperit fideiussores, vnde dato, non tamen admisso, quod hæc mulier vsufructuaria teneretur cauere cum fideiussoribus, attamen cum se ob paupertatem, forte reperire fideiussores, non posse dicat, recipienda est eius cautio iuratoria, & illi ſtandum, quam ipsa offert, maximè iuncta bonorum suorum hypotheca, iuxta d. l. filio. ff. vt lega. nomi. cauea. & ita vt prędiximus ad iuratoriam cautionem, cum hypotheca bonorum donatariam admisit Senatus.

SVMMARIVM.

1 *Filij non aliter legitimantur per ſubſequens matrimonium, quàm ſi mulier talis ſit conditionis, cum qua commodè, & pro dignitate natalium matrimonium contrahi poſſit, & quæ vitæ turpitudine careat.*

2 *Conditio, ſi Titio nupſerit, in legato appoſita, intelligitur, ſi honeſtè Titio nubere legataria poſſit.*

3 *Mulier cum turpi, & indigno merito matrimonium contrahens, paternæ dotis auxilio priuari meretur.*

4 *Legitimationis per ſubſequens matrimonium, beneficium à lege introductum, vnde inſurgat.*

5 *Matrimonij tanta vis eſt, vt qui antea illegitimi nati ſunt, poſt matrimonium ſubſequutum legitimentur.*

6 *Matrimonij ad ſubſtantiam ſolus conſenſus requiritur.*

7 *Mulierem vilem, & vitæ turpitudine infamem, corpuq; ſuum turpiter proſtituentem, ducere in vxorem, inter opera charitatis reputatur.*

8 *Matrimonium, ſi quis contrahat cum ancilla in concubinam retenta, filij antea ex ea nati legitimantur etiam de iure ciuili.*

9 *Matrimonij in materia, iuri Canonico ſtandum eſt etiam in foro ciuili.*

10 *Filij nati ex quacunque muliere, cum qua tempore conceptionis poterat eſſe matrimonium, legitimantur per ſubſequens matrimonium.*

11 *Matrimonij in ſacramento acceptio perſonarum non eſt, ſed libera eſſe debent matrimonia.*

12 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium, eſt potentior cæteris ſpeciebus legitimationum.*

13 *Veritas præſumptionem vincit, & præſumptio vna fortior, aliam tollit.*

DECISIO CLIIII.

An filij ſuſcepti ex vili fœmina, à clerico beneficiato legitimentur per ſubſequens matrimonium.

DOMINVS Ludouicus Nicellus, cum esset Clericus beneficiatus, non tamen in ſacris constitutus, filios ex quadam muliere vilis quin conditionis, & bi impari, ſuſcepit, quam paulò ante mortem deſponſauit, quærebatur, an valuerit huiuſmodi matrimonium cum beneficiato contractum, & quatenus validum fuerit, an filij antea nati, cenſeanrur legitimati per ſubſequens matrimonium, capaces & fideicommiſſi auiti? Et videbatur dicendum tale matrimonium cum beneficiato non ſubſiſtere & conſequenter, filios antea natos non legitimari, hanc opinionem tenet Bartol. in l. 2. num. 5. in fine. ff. de concubinis. vbi dicit, quod ſi clericus in minoribus conſtitutus non eſt beneficiatus, & retinebat concubinam, tunc nati per ſubſequens matrimonium legitimantur, eo quia tunc cum eam retinebat concubinam, erant ſic ſe habentibus, illa poterat eſſe vxor. Sed ſi clericus erat beneficiatus, & retinebat concubinam, tunc filij antea nati non legitimantur per ſubſequens matrimonium, quia tempore quo nati fuerunt, ſic ſe habentibus, concubina non poterat eſſe vxor, pro hac opinione addunt Bartolus textum in l. etſi contra. C. de nuptijs, vbi habetur, quòd filij nati ex ea, quæ non poterat eſſe vxor non legitimantur per ſubſequens matrimonium, ſentit itaque aperte Bartolus beneficiatum non poſſe contrahere matrimonium, & conſequenter, quod filij antea nati, non cenſentur legitimi, eò, quia concubina, ex qua nati ſunt filij, vxor eſſe non poterat tempore conceptionis filiorum, pro quo facit, quod dicit Baldus in dict. l. etſi contra. C. de nuptijs. & in l. Paulus, vbi etiam Angel. ff. de ſtatu hominum, Ludouicus de Bariis in tractatu de legitimatio. in ſecunda parte princip. §. de legitimatione, per verum matrimonium. numero 16. dum formar quæſtionem, quod cum quidam duxiſſet in vxorem ſuam conſobrinam, ex qua habuit filios, poſtea ſequuta eſt diſpenſatio Summi Pontificis, quærebatur, an filij ante diſpenſationem nati cenſeantur legitimi, & determinat quod non, eò, quia nati ſunt ex ea, quæ non poterat eſſe vxor tempore conceptionis, ſic ergo in caſu noſtro dicendum eſt de huiuſmodi filijs, vt non dicantur legitimati, eò quod nati ſint ex ea, quæ non poterat eſſe vxor beneficiati: & contrario

nionem Bartoli ſuprà relatam ſequitur etiam d. Ludouicus à Sardis de legitimatione in ſecũda parte principali. §. de legitimatione per verum matrimo. queſtio. 3. numero 17. & hanc queſtionem latiſsimè diſputat Antonius de Roſellis in ſimili tract. de legitimatione libro primo. § de cauſa materiali legitimationis, numero tertio, & pluribus ſequentibus, & tandem poſt longam diſputationem concludit cum Bartolo, dicens, numero 17. & 18. quod aut defectus eſt non in ſola prohibitione, nempe quia clericus ſit prohibitus concubinas habere, ſed eſt etiam defectus in aliquo facto extrinſeco, vt quia clericus beneficium habeat, tunc filij antea nati non cenſentur effecti legitimi per ſubſequens matrimonium, Lupu. in rep. c. per veſtras in 3. notab. §. 21. numero. 21. poſt Barto. Bald. Ang. Sal. Abb. Anton. de Roſellis, Nico. de Vbald. Imo. & Math. ibi citatos.

Præterea in caſu prædicto. ex alio capite ponitur queſtio, an filij nati ex viro nobili & diuite ſoluto ac muliere ignobili vilisq; conditionis legitimentur propter ſubſequens inter prædictos matrimonium?

Et pro opinione negatiua adducitur tex. in §. ſed & aliud. in verbo, Procreauit, in Auth. quib. mo. nat. effic. legit. iuncta gl. notab. in §. ſit igitur licentia, in verbo, Permittimus eodem titulo, vbi † non aliter per ſubſequens matrimonium filij legitimantur, quam ſi mulier talis ſit conditionis, cũ qua commode, & pro dignitate natalium matrimonium contrahi poſsit, & quæ vitæ turpitudine careat, per quæ iura ita ſentit Bar. in l. pe. ff. de concubinis, & in conſi. 120. incip. Verutius Coraducij, num. 3. licet enim per auth. ſi quis liberos. C. de naturalibus liberis, filius naturalis ſimpliciter in teſtamento paterno filius nominatus legitimus ſucceſſor efficiatur, dummodo ex ea natus ſit muliere, cum qua matrimonium eſſe poſsit, illud tamen intelligitur ſi honeſtè & ſecundum dignitatem ſuam poſsit iux. gl. notab. in l. nepos Proculo. ff. de verbo. lig. l. filius. ff. de cond. inſtit. Iaſ. in l. non ſolum. §. morte, nu. 56. ff. de nou. ope. nun. Dec. in c. cum M. Ferrarienſis, col. 2. de conſtitutio. & in l. Diuus, col. fin. ff. de reg. iu. Si enim teſtator homo nobilis eſſet, & diues, cõcubina vero meretrix aut viliſsimę cõditionis, non ligitimarentur filij naturales antea nati, cum nuptię condignę inter eos contrahi non potuerint, vt etiam firmat Bald. in l. 2. colu. 2. C. quib. res iud. non nocet, & conſi. 206. nume. 1. volum. 3. Angel. in alleg. §. ſed & aliud, in auth. quib. modis naturales effici. legitimi. Nam honeſtas, non autem ignominioſas nuptias paſsim in iure requiri videmus, prout eſt text. in l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de bonorum poſſeſſ. contrab. l. cum ita legatum. ff. de cond. & demonſtr. † conditio enim, ſi Titio nupſerit, in legato appoſita, ſuſtinebitur, ſi honeſtè Titio nubere legataria poſsit, alias ſi indignus ſit nuptijs, reiecta conditione cuiscunque voluerit, nubere poterit. huc ſpectat text. in l. in libere. ff. de rit. nupt. & ibi gloſſ. in verbo, Mulieris. l. fina. §. quæ ita cuſtodiri. C. de ſponſalibus, & ad hoc vt nuptiæ condignæ eſſe dicuntur, natalium progenies inſpici debet, vt not. Alexand. in l. licum dotem. §. tranſgrediamur. numero ſexto. ff. ſolu. matr. & ibi cæteri ſcribentes tradunt, patrem non cogi obligare ſe pro dote filio tradita, vbicunque eo inuito, & indignæ mulieri filius nupſit, & adeò honeſtas hæc, & dignitas nuptiarum ſeruanda eſt, † vt ſi mulier cum turpi & indigno marito matrimonium contrahat, paternæ dotis auxilio priuetur, teſte Alexan. conſi. 97. numero quinto, volum. 1. Ruino conſi. 131. numero quinto, volum. 4. Pariſi. latè conſ. 29. nu. 65. & ſeq. vbi de communi opinione atteſtatur, volum. 3. Nec ratione carere videtur hæc opinio, † quia cum legitimatio hæc, per ſubſequens matrimonium dicatur eſſe quoddam beneficium à lege introductum, & ex tacito conſenſu ipſorum contrahentium inuicem matrimonium proueniat, vt ſcilicet, qui hodie nuptias cum aliqua contraxit, ex qua antea libera ſuſceperat, præſumatur eundem animum ab initio, & affectum habuiſſe matrimonij contrahendi, certè huiuſmodi iuris beneficium, & tacitus conſenſus ceſſare in eo caſu debebit, vbicunque mulier ancilla foret, vel vilis conditionis, & vbi verſaretur diſsimilitudo, & imparitas, argumento l. donationes. ff. de donationib. in princip. quam refert Oldradus conſi. 196. numero primo. incip. factum tale eſt. quia non præſumeretur maritus nobilis, & in dignitate conſtitutus, eum animum habuiſſe, vt talem ſibi vinculo matrimonij coniungeret, argument. l. obſeruandum. ff. de ritu nuptiarum. l. ſemper in coniunctionibus. ff. eodem titulo, & licet de eius animo conſtare videatur per ſubſequutum matrimonium, tanquam per extrinſecum & certum actum: tamen, ex quo præſupponitur in facto fuiſſe in mortis articulo confectas, &

celebratas nuptias, potius præsumptionem illam dicere debemus esse inductam fauore filiorum, vt per talem actum matrimonij legitimarentur, si de iure legitimari possent, quam vt dici possit habuisse animum cum vili, & turpi muliere contrahere, & Instrumenta dotalia celebrare. quare cessante huiusmodi legis fictione fundata super tacita mente ipsius nuptias contrahentis, erit dicendum, non legitimatos esse filios per subsequutum matrimonium inter nobilem virum & mulierem humilissimæ, & vilis conditionis. hanc opinionem post Doctor. suprà enumeratos sequitur Cepo. cautela 250. colum. 2. in fin. allegans Bal. in c. illud, de præsumpt. Oldrad. consi. 196. factum tale est, numero primo. Curt. Iun. consil. 136. numero nono. Socin. Iun. consi. 52. nu. 2. vol. 1. post Cardinal. Alexan. per eum citatum in c. tanta qui filij sint legiti. in 16. q. vers. aduerte ad hoc, vbi de communi attestatur, sequitur Rui. consi. 211. nu. 5. & 6. vol. 1. cons. 66. num. 24. & 26. & consi. 92. nu. 11. vol. 3. & ante eum las. in l. Gallus. §. quid si tantum. nu. 107. ff. de lib. & posth. & in l. neq; professio, num. 4. C. de testam. Gerar. de Petrasan. singu. 60. incip. legitimatio. Did. in epitome 2. par. c. 8. §. 7. nu. 2. vers. tertio infero, Pau. de monte Pico in l. Titia. §. Titia cum nuberet, nu. 52. ff. de leg. 2. Cagno. in authen. si qua illu. num. 5. in fin. C. ad Senatus cons. Orfi. Picus in l. Titia. §. Titia cum nuberet. col. 47. in prin. ff. de leg. 2. nouissimè Ceph. cons. 82. numer. 11. post alios plures relatos per Boer. decis. 240. nu. 16. quamuis ipse contrarium tenere videatur.

Contraria vero opinio, quod per matrimonium subsequutum filij antea nati legitimati censeantur, iuuatur primo ex gene-
5 ralitate, tex. in c. tanta, qui filij sint legit. † nã matrimonij vis tanta est, vt qui antea illegitimi nati sunt, post matrimonium subsequutum legitimentur, per quem text. ita sentit Panormi. in c. innotuit, nu. 17. versi. & quanquam. extra de electione. vbi etiam tenet, quod in materia restringibili appellatione legitime nati veniat legitimatus per subsequens matrimonium, quòd tamẽ
6 nunc pro constanti non pono: † cum. n. ad substantiam matrimonij alię solemnitates non requirantur, præterquam consensus, vt not. Abb. in c. cum locum, per illum tex. de sponsalib. glo. fi. in c. ex publico, de conuers. coniugat. c. matrimonium. 17. q. 2. cũ alijs not. per Dec. in l. nuptias. ff. de reg. iur. non erit habenda ratio circa personarum qualitatem, an scilicet æqualis conditionis essent vir, & mulier, ita vt secundum bonos mores matrimonium inter eos consistere potuerit, sed eorum solus consensus erit in-
7 spiciendus, eo maximè, quòd † inter opera charitatis non illud minimum esse censeatur, si nobilis vir mulierem vilem, & vitæ turpitudine infamem, corpusq; suum prostituentem, vxorem ducat. c. inter opera, de sponsalib. Didac. in epitome 2. part. de matri. c. 8. §. 11. numer. 3. & seq. post alios per eum citatos, & adducitur exemplum Oseæ prophetę, c. 12. qui meretricem, quam duxit ad pudicitiam. conuertit. c. non est culpandus, 32. q. 1. & c. integritas, ead. quæst. & gl. in c. non omnis. 32. q. 2. vbi refert, Iacob. qui ex ancilla liberos susceperat, filios legitimasse per contractum matrimonij cum ancilla, idem & in c. dixit Sara. 32. q. 4. legitur, Abraham propter Sarę sterilitatem cum ancilla rem habuisse, vt filios ex ea procrearet, & hæc ancilla vxor erat Abrahæ vt ex tex. Gene. c. 16. habetur, in illis verbis, dedit eam viro suo vxorem. legitur de Salomone viro nobilissimo, qui duxit Rhaab meretricem in vxorem, ex qua natus est Saluator noster Christus IESVS, Matth. c. 1. & d. c. integritas, 32. quæstio 1. & hæc opinio non solum de iure diuino, & canonico locum habet, sed etiam de iure
8 ciuili, † vt si quis contrahat matrimonium cum ancilla, vel cum liberta retenta in concubinam, nihilominus filij ex ea nati legitimentur per superuenientes nuptias, vt est tex. in §. fin. versicu. si enim ad libertam, & ibi glo. auth. de triente, & semisse dotalibus enim instrumentis confictis filij etiam ex liberta nati legitimantur. hic tex. allegatus ibi per glo. in §. 1. authen. vt liberi de cætero. quos text. notat las. consil. 234. colum. 3. volum. 2. vbi hanc sequitur opinionem, quod per subsequens matrimonium filij legitimentur, eo non obstante quod nobilis mulierem humilem, & abiectæ conditionis vxorem duxisse dicatur, post Nicolaum de Vbaldis de Pinasio, ibi per eum allegatum, in tractatu suo successionum, in 35. colum. circa finem, & duabus sequen. & antea eum sequutus est Castr. consil. 429. incip. pręsupposito, colum. 2. versicul. secundo dicit Barto. volum. 2. allegans textum in capit. inter opera, de sponsalibus. vbi de iure canonico
9 hanc opinionem veriorem esse dicit, † cum in materia matrimonij, etiam de iure ciuili standum est. c. pen. & fin. de secun. nup. Bal. tradit in c. ex transmissa. colum. 1. de

stitu. fpol. Abb. in c. ecclesia sanc. Mariæ, colum. 6. & ibi cæteri scribentes, de constitu. notat Ruin. cons. 211. nume. 4. volum. 1. Paris. cons. 29. colum. 1. volu. 3. & Canones de matrimonio iudicantes, non solum prævalent quo ad ordines clericales, sed etiam quo ad successiones, & legitimationes, quę sunt sequelę matrimonij, §. fin. vbi glo. Institu. de gradibus cognation. gloss. in l. 1. C. de secun. nup. Bal. eleganter not. in l. Paulus. ff. de stat. homi. vbi in specie legitimationis ius canonicum sequendum, etiam respectu successionis tradit Curtius Iun. consil. 7. numero 6. Natta consi. 473. num. 38. & ijs conueniunt quæ scribit Bar. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. dum inquit, quod in spiritualibus, & pertinentibus ad fidem, standum sit iuri canonico, Areti. consi. 48. nume. 4. not. Dec in l. 1. col. antepe. C. de secund. nupt. Alcia. in l. 4. §. Cato. num. 38. ff. de verb. oblig. Et hanc opinionem de iure canonico veriorem dicit Rip. in l. si vnquã, q. 23. num. 55. C. de reuoc. dona. vbi inquit, † quòd nati ex quacunque muliere, cum qua tempore conceptionis poterat esse matrimonium, legitimantur per subsequentes nuptias. idem tenet Dec. consi. 155. nu. 1. vers. sed tamen his non obstantibus, quem refert & sequitur Alci. de præsump. reg. 2. præsump. 5. numer. 5. in fin. Ludo. de Sar. in tracta. legitim. 2. par. §. de legitimatione per verum matrimonium, q. 4. numer. 18. nam licet de iure ciuili communiter ab omnibus receptum sit, non posse filios per subsequens matrimonium legitimari, nisi fuerint nati ex concubina in domo retenta in schemate concubinæ, iuxta not. per Cur. in l. pen. ff. de concubi. cum alijs nota. per Cagno. in auth. si qua illustris, num. 4. & nu. 12. C. ad Orficianum. tamen de iure canonico, secundum quod in materia legitimationis iudicari debet, cum illa ab ipsius matrimonij validitate pendeat, filij indistincte propter vim ipsius matrimonij legitimantur, d. c. tanta. qui filij sint legitimi. Idem tenet Boeri. quæst. 240. nu. 16. vers. sed hæc cõis opinio. vbi allegat Præposit. Mediolan. hanc opinionem tenere in cap. per tuas, qui filij sint legitimi. & nouissimè §. Dida. in epitome 2. par. de matr. c. 8. §. 2. nu. 5. Syluan. cons. 3. num. 43. ver. præterea, vbi inter alias rationes generalem inesse consuetudinem allegat, vt matrimonia inter nobiles, & viles personas contrahantur, & tamen soboles ante tale matrimonium concepta legitimetur per generalitatem, d. c. tanta, qui filij sint legitimi.

Ex his igitur firma manet hæc secunda opinio, legitimationem validam fuisse non obstante, quod disparitas, & conditionis inæqualitas esset inter maritum, & vxorem
11 † cum acceptio personarum in sacramento matrimonij, non admittatur, sed libera sit. c. gemma, de sponsalib. c. fi. de secun. nup. in quibus leges sacros imitari canones non dedignantur. d. c. fin. cum alijs suprà allega. Quod si contrariam opinionem admitteremus honestatẽ in matrimonio esse considerandam, an, scilicet potuerit maritus cum concubina, ex qua liberos suscepit honestè contrahere, certe nulli vel pauci in huiusmodi terminis per subsequens matrimo-
12 nium legitimarentur, † quæ species legitimationis cæteris est potentior, iux. latè nota. per Paris. in consi. 13. numer. 34. volum. 2. Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, Donatione largitus, nu. 304. C. de reuocan. dona. nam eo ipso, qđ mulier extra figuram matrimonij cum viro rem habet, inhonestè viuere dicitur, ita vt accessus ad concubinam alterius remaneat impunitus, cum tales cõcubinæ viles in iure reputentur. l. si vxor. ff. de adulterijs. Angelus in §. consideremus, colum. 3. in fine, in authen. de triente, & semisse, Mathes. notab. 100. incip. nota, quod concubina. Si ergo inhonestæ ipso iure, & viles sunt, non erit inquirendum, an potuerint cum his honestè nuptiæ contrahi, quia alias redderetur inutilis, & superflua dispositio, quod per subsequens matrimonium cum concubina filij legitimantur. quare vt plurimum videmus consuetudine receptum, quod etiam nobiles contrahentes matrimonium cum proprijs concubinis filios antea natos legitimos efficiant, de qua consuetudine notoria Sylua attesta. in allega. consilio 5. quo fit, vt quæ semel certam interpretationem habuerunt de facili mutari non debeant. l. minime. ff. de legibus. l. fin. C. de iniurijs. Dec. cons. 11. nu. 9. Cur. Sen. cons. 74. col. pen. Afflictus decis. 79. in fine.

Nec obstabunt, quæ pro contraria parte adducebantur: quia facile per supradicta dissoluuntur, cum illa opinio firmata Doc. auctoritatibus, quas ibi retulimus de iure ciuili locum habere possit, non autem de iure canonico, quod in terminis propositæ quæstionis obseruandum est, per ea quæ suprà deduximus, & in specie respondet Iason in allegato consilio 234. columna 3. volumi. secundo. & Castr. d. consi. 429. incip. præsupposito, colum. 2. volum. 2. Card. in d. c. tanta, in 6. quæst. Ruin. consi. 51. colu.

antepen. libr. 5. Emanu. Costa in l. Gallus. §. & quid si tantum, in 2. parte. numer. 98. ff. de lib. & posth. vbi late de intellectu d. §. sed & aliud.

Minus etiam obstat consideratio illa de legitimatione, quæ inducitur ex præsumpta mente contrahentium nuptias, vt eam mente contrahendi matrimonij habuisse antea non præsumantur, vbicunque mulier vilis est conditionis, & vertitur disparitas inter maritum, & vxorem, quia responderi potest, huiusmodi præsumptionem confundi per veritatem matrimonij
13 subsequuti, † cum veritas præsumptionem vincat. c. fina. de præsumptionib. c. super hoc, de renuncia. l. cum seruus. §. cum ita. ff. de verbo. obligationib. & præsumptio vna fortior, aliam pręsumptionem tollit. l. diuus. C. de in integ. restitutio. cum alijs similibus. Ideoq; concludendum erit, per matrimonium subsequutũ pręsumi, vt etiam ante habuerit animum nuptias contrahendi, & filios legitimandi, & ita iudicauit Senatus in causa hac Nicellis, & portis, videlicet per subsequens matrimonium cum matre agentium, etsi vilis conditionis sit, filios esse legitimatos, cum pater tempore conceptionis, & subsequuti matrimonij non esset beneficiatus, & propterea esse comprehensos in fideicommisso petito.

SVMMARIVM.

1 *Dux Sabaudiæ in suo dominio, & territorio ea potest, quæ Imperator, & quilibet Princeps potest in suo.*

2 *Princeps, qui habet dominium, & iurisdictionem in terra, illud etiam habet in mari terræ adiacenti.*

3 *Iurisdictio in mari, vsquequo extendatur à littore.*

4 *Princeps imponere potest gabellas in mari, & eas exigere à vehentibus merces per mare suæ terræ adiacenti saltem intra centesimum miliare.*

DECISIO CLV.

An Principi liceat in mari vectigal, siue, vt vulgò dicitur, pædagium imponere.



CVM nauis quædam onusta mercibus, ex Hispania Neapolim nauigaret, pertransiens mare Nicenum longe à portu Herculeo, per spacium quinquaginta miliarium, capta fuit à militibus Serenissimi Ducis Sabaudiæ ob non solutam gabellã prætendente magistro nauis & domino mercium, nullã gabellam deberi, eo quòd Serenissimus Dux nullam iurisdictionem, nullumq; imperium in mari haberet, quæsitum fuit quid iuris? & omissis disputationibus, ac sola veritate inspecta, dicendum est, Sereniss. Ducem potuisse, & posse imponere, ac exigere pædagium, siue gabellam in mari prædicto: ad quod probandum duas adduco de iure veras & communiter receptas conclusiones.

1 Prima est, † quòd præfatus Sereniss. Dux in suis dominijs, & territorijs ea potest, quæ Imperator, & quilibet Princeps potest in suis, Pau. de Cast. in cons. 196. colum. 3. volu. 2. Brunus loquens de Comitatu Altensi in consi. 45. numero decimooctauo & seq. post Iser. Bar. Bal. Angel. Pau. de Cast. Imo. Barba. Cuma. & Alexand. per eum allegatos, Io. à sancta Iulia inter cõs. feudalia Bruni consil. 3. numero septimo, Dec. consi. 39. numero primo. Cur. Iun. consi. 1. numero 29. & 30. & consi 61. numero 8. & 9. vbi sequitur de Ducibus Mediolani, & Mantuæ, Paris. cons. 69. nu. 3. vol. 1. & hanc esse communem opinionem attestatur Socin. Iun. cons. 92. num. 3. vol. 2. Paris. consi. 1. nu. 25. & seq. & consi. 25. numer. 53. lib. 1. Egid. Bos. de crimine lęsæ maiest. num. 52. & seq. & in tit. de Regalib. nu. 5. Et de Ducibus Sabaudiæ scribit Soc. consi. 4. num. 23. vol. 3. quem refert, & sequitur Paris. consi. 1. nu. 39. vol. 1. Iaco. à san. Georg. in sua inuestitura, in verbo, Carolus Dux, vers. dubitatur etiam, Iason consi. 227. col. 8. lib. 2.

2 Secunda erit conclusio, quod † Princeps, qui habet dominium, & iurisdictionem in terra, illud etiam habet in mari terræ adiacenti. l. vnica. C. de class. lib. 11. vbi Bar. Angel. Luc. de Pen. & Io. de Plat. idem Bar. in tract. de insula, nu. 1. Ang. & Pau. de Cast. in l. insulæ. ff. de iudi. idem Paul. in l. Cæsar. nu. 5. ff. de publica. Marsil. in repetit. l. fin. num. 183. post Bar. Angel. Bal. Gemi. & Alexan. per eum relatos, & ibi etiam Cagnol. nu. 2. & 3. post Aret. Barba. & Dec. per eum citatos, dicens istam esse communem opinionem, quam etiam sequitur Fel. in c. ad liberandum, in prin. de Iudæis, Cepola de seruit. rustic. præd. tit. de mari, nu. 12. & 13. † Et
3 iurisdictio intra mare protenditur à littore vsq; ad centum miliaria, secundum Bar. in d. trac. de insula, nu. 1. Pau. de Cast. in d. l. insulæ, & in l. Cæsar. ff. de publica. & in l. deprecatio. ff. ad l. Rod. de iactu, Cepola in loco proximè citato, quos sequitur Hierony. de Monte in trac. de finib. regendis, c. 7. nu. 13. & seq. addens Feli. ita tenere in c. cum olim, de exceptio.

Quibus concluſionibus ſic ſtantibus, certi iuris eſt † licuiſſe, & licere præfato Duci gabellas imponere, & eas exigere à vehentibus merces per mare prædictum tranſeundo, ſaltem intra centeſimum miliare, prout etiam licere expreſſ. firmat Bal. in rub. ff. de rer. diuiſio. col. 2. verſ. ſed nunquid, vbi dicit totum mundum hoc iure vti, idem Bald. in l. cum proponas, col. fin. C. de nautico fœnore, vbi ex illo textu notat, quod pedagia ita ſoluuntur in mari, ſicut in terra, quem refert & ſequitur Aſſl. titulo, quæ ſint regalia, in verbo, Vectigalia, numer. 101. Firma. in tracta. de gabellis, parte 1. col. 4. verſic. 6. quæro, & parte ſexta, col. ſi. verſicul. ſexto quæro. Et præmiſſa multò fortius procedunt, ſtantibus priuilegijs Imperialibus à ſummis Pontificibus confirmatis quibus præfato Duci omnia iura Regalia, & Imperialia cõceduntur, & nominatim ius imponẽdi angarias, prẽangarias, & alia quæcunq; vectigalia, & ita cenſuit Senatus.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca contractui adiecta realis eſt, & per ipſam ius in re acquiritur, ſiue ſit generalis, ſiue ſpecialis vt nu. 2.*

2 *Locatio cum hypotheca obligat emptorem, & quemlibet ſingularem ſucceſſorem ad obſeruantiam cõtractus.*

4 *Hypotheca etiam generalis contractui locationis appoſita operatur, vt conductor per ſingularem ſucceſſorem expelli non poſſit.*

5 *Iuramentum habet vim ſpecificæ expreſſionis.*

6 *Conductor habens ius in re propter hypothecam generalem, poſt rem locatam alteri venditam retinere pro ſuo intereſſe, & ipſi rei inſiſtere, donec ei ſolutum ſit intereſſe.*

7 *Dominus directus, cui feudum, iure comm ſi peruenit, tenetur ſtare colono, cui feudum ſub hypotheca conductum fuerat.*

8 *Vaſallus, ſiue emphyteota, hypothecam, & ſeruitutem in feudo, vel re emphyteotica imponere poſſunt contrarium verius nu. 13. & quomodo intelligatur.*

9 *Dominus directus non tenetur ad onera feudo impoſita per vaſallum, quando feudum ad eum reuertitur, vt ad dominum, id eſt iure dominij.*

10 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, & quando locum habeat in feudis nu. 12.*

11 *Alienatio de quibuſdam hominibus facta à vaſallo reſcinditur, ſi feudum ad dominum peruenerit ob felloniam vaſalli.*

14 *Seruitus in feudo per vaſallum conſtituta extinguitur feudo ad dominum reuerſo.*

DECISIO CLVI.

Dominus directus auocans feudum ad ſe iure prælationis, an teneatur ad onera feudo impoſita per vaſallum, vel locationi ipſius feudi.

EMPHYTEOTA, ſiue vaſallus rem emphyteoticam, ſiue feudum triennio, conſtituta hypotheca, locauit: durante tempore locationis rem locatam cuidam tertio vendidit: dominus directus precio emptori reſtituto, rem ipſam emphiteoticam, ſiue feudum iure prælationis habere voluit, quod iure fieri potuit. §. porrò, qualiter olim feu. pot. aliena. & ibi Docto. ſi modo eam rem ſuo nomine auocare, & ſibi retinere velit, ſecus ſi nomine alicuius amici, teſte Guid. Papæ deciſio. 411. Quæritur, an dominus teneatur ſtare locationi vaſallo factæ? Et prma facie dicendum videretur dominum teneri ſtare, aut ſaltem conductorem poſſe vti iure retentionis rei ſibi locatæ propter hypothe-
1 cam pro damnis, & intereſſe cum † hypotheca contractui adiecta realis ſit, & per ipſam ius in re acquiritur. l. eos. C. de pignori. §. item ſeruiana, Inſtitu. de action. & ideo feudum, ſiue rem ſequitur, & tertium obligat, vt eſt textus, quem omnes ſingularem prædicant in l. ſi creditor. §. vltimo. ff. de diſtractio. pignor. vbi Bartol. notat, idem Bar. & ibi etiam Bal. in l. ea lege. C. de condicti. ob cauſam, & communiter Docto. in l. filius familiâs, in §. diui. ff. de
2 lega. 1. † locatio itaque cum hypotheca, quoniam per eam conductor in re ius ſibi ſeruauit pro contractus obſeruantia, emptorem, & quemlibet ſingularem ſucceſſorem ad contractus obſeruantiam obligat, Bart. Bald. Paul. de Caſtr. ac alij communiter in l. emptorem. C. locati. idem Bart. in l. 1. §. penul. numero ſexto. ff. de ſuperficieb. in l. qui fundum, in principio. ff. locati, & in l. ſi filiofamiliâs. §. ſi vir in quinquennium, in fine. ff. ſolu. matrimo. Paul. de Caſtr. in l. ſi merces. §. 1. vbi etiam Bald. in reporta. antiquis. ff. locati. cum multis concordan. traditis per Tiraquel. de retrac. conuentionali. §. 3. gloſſ. vni. numero quarto. Hinc dicit Raphael Cuma. in d. l. ſi filiofam. §. ſi vir. ff. ſolu. matri. quem ibi refert Alexan. numero tertio, necnon Moder. Pariſ. in conſuetud. Pariſien. titulo 1. §. 30. numer. 94. quod ſi conductori res eſt obligata, & ſic habet ius in re, ſi dominus rem locatam alteri donet, non poterit donatarius expellere inquilinum, quamuis pro vſu ſuo indigeat re locata, & ſic hoc caſu locum non habebit diſpoſitio. l. ædem. C. loca. Neque
3 refert, † an hypotheca ſit ſpecialis ipſius

rei locatę, an verò generalis omnium bonorum, quia per vtramque ius in re acquiritur, l. generaliter. ff. qui potio. in pignor. habe. & l. si is qui. ff. de iure fisci. transiens cum ipsa re ad successorem. l. pignoris. ff. de pignori. l. pignori. C. eod. titu. & l. si cum venditor, in principio. ff. de euictio. & ideo, etiamsi hypotheca contractui locationis apposita, fuerit generalis, nihilominus non poterit conductor expelli, sicut si fuisset specialis, Bar. in locis suprà allegatis, maximè in d. l. qui fundum. ff. loca. vbi
4 dicit, † quod sufficit tantum generalis hypotheca bonorum ad hoc, vt singularis successor teneatur stare colono, Bald. in d. l. emptorem, colum. fin. versicul. quęro an emptor. C. locati, vbi Angel. versicul. eadem ergo ratione, pro cautela tradit, quòd ad hoc, vt conductor non possit expelli, faciat apponere in Instrumento locationis hypothecam omnium bonorum, Paul. de Castr. in d. l. si merces. §. 1. ff. locati. & ibi Bal. in reportatis antiquis, vbi dicit, quod si colonus habet hypothecam, potest rem locatam retinere pignore, donec sibi soluatur, quod ei debetur, debetur autem sibi factum .i. p acientia, quod possit frui re bene, donec frui debet. i. donec locatio durat non potest expelli, nec potest sibi offerri interesse, quia ipse se reperit in retentione pro ipso facto, quod sibi principaliter debetur idem Bald. in l. 1. columna secunda. versicu. pone maritus. C. de fructi. & lit. expē. Crotus in repetitio. §. Diui. l. filiusfami. columna trigesimatertia. ff. de legat. 1. Lanfran. in c. quoniam contra, in tracta. de expensis, columna secunda. versicu. ecce exemplum, extra de probatio. Abbas in c. fin. ne præla. vices suas. Brun. cons. 67. columna tertia. versic. & vbi prędicta cessarent: & hanc esse communem opin. attestatur Hyppol. singula. 321. credo re scire quod emptio, vbi multos refert Gratus responso 95. colum. prima & secunda, libro primo, tenet eandem Ruin. cons. 180. colum. penul. & vlti. lib. 1. Boerius decisio. 182. numero 53. & seq. vbi, quod plus est, dicit quod etiamsi non apposita esset hypotheca per notarium, sed omissa per errorem forte, aut simplicitatem, idem tamen esset, quia in omni Instrumento semper consuetum est apponi obligationem omnium bonorum, post Bald. Castren. Iaso. & Cepolam in locis per eum citatis, & secundum hanc opinionem iudicatum fuisse testatur Guido Papę decisio. 480. & licet contraria opinio, quod imò requiratur specialis hypotheca rei locatę videatur magis communis, quam tenent [illegible] retin. Roman. & Imola in d. l. qui abs[illegible] §. 1. ff. de acqui. posses. idem Imola in d. §. [illegible] ui. colum. 5. Alexand. in d. l. si filiofam[illegible] vir. ff. solu. matrim. Ias. in l. quoties. colu[illegible] 7. vers. hoc comprobo. C. de rei vendic[illegible] in l. si ita quis promiserit. §. ea lege. colum[illegible] na nona. ff. de verbo. obliga. in d. §. diui[illegible] qui eandem esse communem asserit, in con[illegible] si. 211. colu. 6. vers. item in ista conuentione, lib. 2. & ex mente Imolę, & Iasonis eandem esse communem dicit Capicius decisio. Neapolita. 182. numero 3. attamen prędens opinio verior videtur, & sustentabilior, prout inquit Crotus in d. §. diui, & quę sine dubio procedit, quando in locatio-
5 ne interpositum est iuramentum, † quia iuramentum habet vim specificę expressionis, doctrina Baldi in l. 1. colum. 4. C. [illegible] mod. quem sequitur Roma. in l. 1. §. [illegible] ita. ff. de verbo. obliga. quos ad [illegible] nostros adducit idem Crotus in d. §. [illegible] colum. 33. vers. & ista conclusio. Praeterea, licet multis placeat, quod quando in contractu locationis apposita est tantum hypotheca generalis non tamen impedit alienatio, & dominij translatio rei locatę, & emptor non teneatur stare locatio[illegible] attamen in hoc omnes conueniunt, [illegible]
6 vllus discrepat † conductorem habentem ius in re per hypothecam generalem [illegible] rem locatam, & alteri venditam retinere pro suo interesse, & ipsi rei insistere, donec sibi persolutum fuerit interesse, & propterea expellere eum dominus [illegible] rit, nisi oblato interesse: ita intelligit Barto. in d. l. emptorem. C. locati, & [illegible] stinguit Salyce. Alexand. in d. §. [illegible] quinquennium, colu. 3. ff. soluto matrim. Ferdinand. Loazes in d. §. diui. nu. [illegible] sic. ex quib. concludo. Sequuntur Med. Paris. in consuetu. Parisien. d. §. 30. quæstio [illegible] nu. 96.

Stante itaque hac conclusione, quod emptor aut quilibet successor singularis teneatur stare colono, aut saltem conductorem posse vti iure retentionis [illegible] tæ, donec sibi per solutum fuerit interesse, sequitur in casu nostro conductorem expelli non posse per dominum directum, iure prælationis succedentem in feudo siue in re emphytheotica, aut saltem in ea persistere donec persoluatur sibi interesse. Nam si ad id tenebatur emptor rei locatæ, eodem modo teneri videtur dominus directus, qui cum in eius locum succedat, eiusdem qualitatis & conditio[illegible]

esse censetur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. §. fuerat, inst. tu. de actio. cum similib. & sicut teneretur dominus stare locationi, aut saltem interesse offerre, quando rem ab ipso vasallo emisser, ita eodem modo, quando rem feudalem ab emptore iure prælationis auocare contendit, quod nihil aliud est, quàm vasallo feudum alienare volente dominum esse, cuilibet emptori præferendum. Nam & alias, † si feudum ad dominum directum perueniat iure commissi, tenebitur dominus directus stare colono, cui feudum sub hypotheca à vasallo conductum fuerat, quoniam hypotheca per vasallum cõstituta per lapsum feudali in commissum non resoluitur, Modern. Paris. d. §. 30. quæstio. 20. num. 84. & §. 30. quæstio. 23. num. 94. & 95. & clarum videtur, † vasallum posse hypothecam sicut seruitutem in feudo imponere, cum hypotheca legis auctoritate imponatur. l. lex vectigali prædio dicta. ff. de pignori. faciunt nota. in l. 3. ff. de seruitut. titu. generali, vbi glos. dicit emphyteotam posse in emphyteotica re seruitutem imponere, & ideo, cum legis auctoritate constituta sit hypotheca, sequitur dominum directum teneri illi stare, & feudum cum eo onere ad illum transire.

His tamen non obstantibus contrarium verius visum fuit, quòd imò possit hoc casu dominus colonum expellere, quoniam † quando feudum ad dominum reuertitur, vt dominum, id est, iure dominij, & potestate feudali, tunc dominus directus non tenetur ad onera feudo imposita per vasallum, sed liberè ad eum feudum reuertitur, prout ab eo processit. c. Imperialem. §. præterea, & §. callidis, in verbo, Libere reuertatur, vbi Doctor. de prohibit. feud. aliena. per Federi. Dec. cons. 239. num. 12. & cons. 607. num. 7. post Bald. Alex. & Imol. per eum citatos, Sigismund. cons. 7. num. 34. Sed hoc casu iure dominij, & potestate feudali dicitur feudum ad dominum reuersum, qui iure prælationis illud recuperauit: ergo onus hypothecæ ipsum non obligat, & ratio est, quia cum feudum ad dominum reuertitur iure prælationis, aut alio iure, ex iure & potestate feudali, tunc omnino resoluitur ius ipsius vasalli, † cuius iure resoluto resoluitur quoque ius habentium causam ab eo. l. lex vectigali fundo. ff. de pignori. l. 3. ff. quibus mod. pignor. vel hypothec. soluit. c. 1. §. rursus, de controuers. inuestitu. Sed si feudum ad dominum peruenit, non vt ad dominum hoc est non iure, & potestate feudali, sed ex alia causa tanquam ad quemlibet priuatum, puta ex voluntaria emptione ab ipsomet vasallo, vel donatione, aut datione insolutũ, vel alia simili causa, tunc teneretur ad onera feudo imposita, sicut quilibet priuatus, neque locum haberet reg. d. l. lex vectigali: ita originaliter decidit Petrus Iaco. in titu. de actio. in rem pro re emphyteo. col. 10. versic. item prædicta vera sunt. & in titu. de actio. in rem, quæ datur pro re, quæ cecidit in commissum, versic. item est notandum, quem refert & sequitur, & ita vidisse determinari, dicit Guido Papæ decision. 575. emphyteota potest, Boeri. decisio. 181. Iacob. à S. Georg. in sua inuestitura, in verbo, Qui quid. inuestitu. præstite. num. 83. & in verbo, Ita etiam quod ipsi vasalli, num. 10. & sequen. versic. & ex hoc sequitur magnus effectus. inferens propterea ad affranchimenta, quę vasalli hominibus suis faciunt, quia si feudum ad dominum reuertatur, non tenebitur dominus illa affranchimenta seruare per prædictam regulam, quia resoluto iure datoris &c. & Chassa. in consuetud. Burgund. rubric. 3. §. 8. numer. 36. & sequent. & ideò infert ad quæstionem, quam de facto fuisse dicit post Ioan. Reine. quod, cum quidam vasallus remisisset certum auxilium sibi debitum ratione feudi, puta de præstandis quibusdam hominibus armatis, & postea feudum deuolutum esset ad dominum directum, fuit determinatum, quod dominus non tenebatur seruare illam remissionem, siue affranchimentum, & facit etiam quod scribit Bal. in l. fina. §. sed quia nostra maiestas, ad finem. C. comm. de lega. vbi dicit, † quod si vasallus tenebat castrum in feudum à quodam Principe, & is alienauit quosdam de hominibus suis, deinde commisit feloniam, per quam feudum fuit domino apertum, decidit ibi Bald. quod alienatio huiusmodi rescinditur, motus ex regu. quia resoluto iure datoris resolutum censetur ius acceptoris, & Bal. ad terminos nostros, post Iacob. à S. Georgio in locis suprà citatis adducit Curtius de feudis parte 4. quæstio. 14. vbi etiam cum prædictis Doctoribus tenet, & cum eisdem tenent etiam Modern. Paris. in consuetud. Parisien. §. 13. glos. 5. quæstio. 20. numer. 26. post Bertran. quem referunt in cons. 3. incipien. inspecto, in fin. lib. 3. vbi dicit, † quod quando res reuertitur ad dominum iure prælationis, vel commissi, tunc habet locum

regula, quod resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris. d. l. lex vectigali. ff. de pignori. vbi Angel. in fine dicit, quod emphyteota donec durat emphyteosis, si faciat aliquod pactum cum vasallis rusticis, quod non præiudicat vero domino emphyteosi ad eum redeunte, imò reuertitur res emphyteotica, prout & antè erat, ad verum dominum: nam res feudalis, siue emphyteotica libera reuertitur ad dominum ab omni onere pignoris siue hypo-
13 thecæ, † quoniam in præiudicium ipsius vasallus feudum pignorare, vel hypothecare non potest, sicut nec quamlibet seruitutem super re feudali cõstituere, quia hypothecare, siue seruitutem constituere species sunt alienationis. l. fin. C. de reb. alien. non alienand. ideò sicut in præiudicium ipsius domini non permittitur alienatio. d. c. Imperialem, de prohibi. feudi alienatio. per Federi. ita nec pignoris, siue hypothecæ, aut seruitutis constitutio, vt est text. & ibi glos. 1. & omnes Doctores tradunt in c. 1. §. rursus, de controuers. inuestitu. in l. & in prouinciali. C. de seruitut. & aqua, vbi
14 Bal. dicit, † quod si feudum sit apertum domino extinguitur seruitus in feudo constituta à vasallo, Iacobi. à S. Georgio dicta inuestit. in verbo, Ita etiam, quod ipsi vasalli. num. 10. Curtius de feud. in 4. par. quæst. 14. Afflict. decis. 380. Dec. cons. 607. nu. 12. Clarus lib. 4. senten. iur. de feudis, quæst. 35. cum multis concordan. traditis per Tiraquell. de retractu. titu. 2. §. 3. glos. vnica, num. 12. ex quibus omnibus concluditur dominum, ad quem feudum peruenit iure prælationis, non teneri stare colono, eo quia onus hypothecæ adiectum rei feudali resoluatur, feudo ad ipsum dominum peruenient.

Nec obstant in contrarium adducta. Et primò dum dicebamus, singularem successorem teneri stare locationi cum hypotheca factæ, eo quod ius reale per hypothecam in re quæsitum ad quemlibet singularem successorem transeat, ad quem res ipsa peruenit. Quia respondetur, illud verum esse, vbi res ad successorem singularem transit iure priuati, & eodem modo idem procederet in domino, si iure priuati res feudalis ad ipsum peruenirent, vtputa ex causa emptionis, donationis, vel legati, aut simili ab ipso vasallo: quia tunc teneretur dominus, vt & quilibet priuatus ad onera, rei feudali imposita. Sed quando feudum ad dominum peruenit iure prælationis, tunc illud consequitur, non vt priuatus, sed vt dominus, hoc est iure & potestate dominij, & iure feudali: quia iure dominij, & de natura & potestate ipsius feudi habet illud ius prælationis, ideò non tenetur ad ea onera, Iacobi. in d. inuestitura, in verbo, Qui quidem inuestiti præstiterunt, numer. 83. versic. ad argumentum, Modern. Paris. d. §. 30. quæstio. 22. num. 93.

Minus repugnat, quòd cum in locum emptoris succedat eiusdem conditionis esse debeat, & sicut teneretur stare locationi, quando ipsemet emisset à vasallo, ita eodem modo debet teneri, rem feudalem ab emptore auocando iure prælationis, quia respondetur, quod dominus, qui consequitur feudum iure prælationis non dicitur succedere in locum, & ius, aut emptoris, aut vasalli, tanquam per modum transmissionis, sed potius per modum priuationis: non enim capit ius, vel causam à vasallo, aut ab emptore, sed à seipso, iure dominij directi, tanquam finito, & cuncto vsufructu per ius prælationis, quod iure dominij competit. Et propterea, cum non dicatur in locum, vel emptoris, aut vasalli succedere, eorum conditionem sequi non debet. Faciunt, quæ in terminis scribunt Modern. Paris. d. §. 30. quæstio. 22. num. 93. nam diuersa est ratio, quando ipsemet dominus à vasallo emit, quia hoc casu iure priuati, tanquam causam habens a ipso, vt quilibet priuatus succederet, retur, & ob id tenetur stare locationi, & onus adiectum ipsum quoque assumeret, sed quando iure prælationis habet, tunc à seipso causam habere dicitur, quia sic ius domino datur iure dominij, & ideò, cum in ijs casibus diuersa sit ratio, dicendum quoq; ius statui dicendum est. l. Illud ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. ff. de furtis, cum similibus.

Non etiam mouet vasallum posse pignorare, aut hypothecare feudum, & quælibet seruitutem constituere, cum hypotheca, & omnis seruitus auctoritate legis constituantur, & ob id ad talia onera dominum teneri, cum auctoritate legis sint imposita, & iure permittente, quoniam
15 respondetur, † vasallum posse quidem feudum pignorare, aut super eo seruitutem constituere, sed in sui præiudicium tantum, non autem domini, & ideò seruitus feudo imposita tenebit, donec feudum apud vasallum permanserit: eo autem ad dominum reuerso, omnis seruitus, & hypotheca resoluitur, ex regula dict. l. [illegible]

vectigali. ff. de pignori. ita tenent Doctores in d.l. & in prouinciali. C. de seruitu. & aqua, in c.1. §. rursus, de controuers. inuestituræ. Iacobin. d. inuestitu. in verbo, Qui quidem inuestiti promiserunt, numer. 83. versicu. ad secundum, Curtius de feudis. d.4. part. quæstio. 14. in principio, Chassa. in consuetud. Burgund. rubric. 3. §. 8. num. 35. versicul. aduerte tamen, vbi dicit, hanc esse veram opinionem, & secundum eam pluries consuluisse: lex enim, quæ facultatem vasallo concedit, aut emphyteotæ super re feudali, aut emphyteotica, seruitutem imponendi, non intendit domini ius ladere. l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco public. l. 1. §. illud tamen. ff. de aqua quotidia. & æstiua. l. nec auus. C. de emancipa. libero. cum similib. Et ideò Senatus censuit dominum directum, non teneri stare locationi à vasallo, siue emphyteota factæ in causa Malleti, & Praic. Nicien sium. Hanc tamen opinionem, scilicet quod dominus auocans ad se feudum iure prælationis, non teneatur ad onera feudo imposita, modificandam existimarem, quando feudum simpliciter venditum fuit, nullo expresso onere, & promissum de euictione per vasallum, & fortè propter timorem euictionis, & suspicionem hypothecarum, fuit vilissimo precio distractum, iuxta tradita in l. 1. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebellian. & in l. precia rerum. ff. ad legem Falcid. si patronus tunc eodem vili precio ab emptore feudum euincat, tunc teneatur creditoribus vasalli, facta prius discussione contra vasallum venditorem, & super eius bonis saltem supplere vsque ad iustum precium ipsius feudi, ne dominus cum aliena iactura locupletetur. l. nam hoc natura. ff. de condictio. indeb. c. locupletari, de reg. iur. in 6. illud enim modicum pretium, quod erat iustum in emptore propter periculum euictionis, & hypothecarum, non erit iustum, in domino feudum retrahente, quoniam ipse securus est ab omni periculo euictionis, & hypothecarum: & propterea æquum hoc casu esset, vt saltem vsque ad iustum precium suppleat, vel saltem onera subeat: ita competio limitare hanc opinionem, Modern. Paris. §. 13. glos. 5. num. 28. qui & alio modo limitat, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra vasallum, præiudicat successoribus in feudo, sed contra, num. 8.*
2 *Sententia, super re prohibita alienari, contra prohibitum prolata, ei præiudicat, & etiam fideicommissario non citato, sed contra, num. 14.*
3 *Citandus tantummodo ille est, ad quem principaliter negocium pertinet.*
4 *Substituitus non est citandus in causa mota contra hæredem institutum, super rebus ipsi substituto restituendis.*
5 *Sententia contra hæredem institutum prolata, nocet substituto, sed contra, num. 19. vbi limitatur.*
6 *Sententia prolata contra defunctum, præiudicat successori non citato, sed contra, num. 9. & 20. vbi limitatur.*
7 *Res inter alios acta, aliis non præiudicat, æquale ius habentibus, quod ampliatur, vt num. 19.*
9 *Sententia, inter alios lata, ad hoc vt faciat ius, quo ad alios, & præiudicet requiruntur, inter alia, quòd tertius litis motæ, scientiam habuerit, & se non opposuerit, & quòd per proclama generale saltem citatus fuerit.*
10 *Sententia, quòd valeat absq; citatione, eorum, quorum secundario interest, procedit quo ad actus validitatem, non autem, quo ad pariendum tertio præiudicium.*
11 *L. 1. §. denunciari. ff. de ventre inspicien. declaratur.*
15 *L. si patroni. §. penult. ff. ad Trebellia. explicatur. glos. in l. de vno quoque. ff. de re iudicat. elucidatur, d. num. 12. & eod. num. 13. per cita. locum Bar. Alex. ac aliorum, ibidem.*
16 *Appellare, à sententia lata, contra prohibitum, ille potest, ad quem res prohibita alienari, transferri debet.*
17 *Citatio personalis, & specialis illorum, quorum secundario interest, licet nõ exigatur, tamen citandi sunt, per proclama saltem generale, ad hoc vt illis præiudicetur.*
18 *Sententia lata, contra vnum, ex hæredibus debitoris, cohæredi suo, etiam litem motam scienti, non nocebit.*
L. ex contractu. ff. de re iudicat declaratur.
L. si patroni. §. final. ff. ad Trebellia. enucleatur.
Glos. in l. & an eadem. ff. de exceptio. rei iudicat. explicatur.

DECISIO CLVII.

An sententia lata contra vasallum, super re feudali præiudicet agnatis successoribus.

DOminus Ropoli conuentus à communitate Cerefolij, Comitatus Valpergiæ, vt solueret onera, pro quibusdam alpibus, proprijs ipsius domini, excipiebat eas esse feudales, & ob id pro illis non teneri subire onera, enixusque est probare suam exceptionem, quam, cum in tempore non probasset, præclusa illi via lata fuit contra

eum

eum à Senatu, tunc Vercellis sedente sententia, qua condemnatus extitit ad soluendum onera pro prædictis alpibus, decesſit deinde ipſe dominus Ropoli, abſque liberis, cui ſucceſsit proximior agnatus vocatus ad feudum ex pacto, & prouidentia maiorum, qui ab eadem communitate interpellatus, dicebat ſe ea ſententia contra defunctum lata minimè affectum iri, eo quod ſe ignorante, & anteceſſore, probationes afferre negligente, prolata eſſet, ideoque eaſdem alpes feudales eſſe proponens, ſed ad probandum admitti requiſiuit, dubitatum fuit, an admitti deberet?

Et videbatur dicendum, non eſſe admittendum, obſtante illi ſententia prædicta, † quoniam ſententia lata contra vaſallum præiudicat agnatis ſucceſſoribus in feudo, argumento notatorum per Angel. Raphael. Imolam, Alexand. Iaſon. & communiter Scribentes in l. filiusfam. §. diui. in 1. quæſtio. Bartol. ff. de lega. 1. dum in ſimili, volunt † ſententiam latam ſuper re prohibita alienari, contra prohibitum, præiudicare ei, etiam non citato, ad quem ea res prohibita alienari transferri debet per fideicommiſſum, & eam eſſe communem opinionem contra Bar. ibi tenentem contrarium, atteſtatur Rippa in dicto §. diui. numer. 60. & Ferdinand. Loazes numer. 308. quos refert in terminis noſtris, & ſequitur Didacus lib. Practic. queſtionum. c. 13. num. 6. vbi hanc opinionem ſibi magis placere dicit, & ſe exiſtimare, eam eſſe magis communem, quam procedere vult etiam ſi ſucceſſor ſcientiam litis motæ contra vaſallum defunctum non habuerit. Hanc opinionem tenet Oldrad. conſ. 94. incipien. Eleganter. colum. vltim. vbi aperto ore defendit ſententiam latam contra patrem Regem nocere filio primogenito ſucceſſori in regno, eandem opinionem ſequitur Iacobinus à S. Georgio, in ſua inueſtitura, in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus feudalibus, numer. 41. vbi etiam hanc opinionem ſibi veriorem videri dicit, poſt Alexand. quem refert in l. ſæpe. ff. de re iudica. pro qua adducitur, quod dicit gloſſ. ab omnibus approbata, in l. de vno quoque, in gloſſ. 2. in fine. ff. de re iudicata. quæ vult, † eum tantummodo eſſe citandum, ad quem principaliter negocium pertinet, non autem illum, qui per quandam conſequentiam, & ſecundario prætendit intereſſe, & illam gloſſam communiter approbatam, dicit Alexand. conſ. 86. numer. 3. & conſ. 156. colum. 1. libro 2. vbi multis ſimilibus eam comprobat Felin. in c. exhibita, in principio, de iudic. & in c. illa præpoſitorum, colum. verſicu. item dicas, de accuſatio. Curtius Iunior conſil. 111. in fine, & alij omnes ſuprà relati, concludentes quod ille ſolum eſt citandus, qui habet ius in re tempore iudicij, non autem, qui ex poſt facto ius habere ſperat, † vnde ſubſtitutus non eſt citandus in cauſa contra hæredem inſtitutum mota ſuper rebus, quæ ſubſtituto reſtituendæ ſunt, Bartolus, Angel. & Roman. in l. in diem. ff. de aqua pluuia. arcen. per textum in l. 1. §. denunciari. ff. de ventre inſpiciendo, vbi dicit textus, denunciandam eſſe litem iſs tantum, qui primum locum in ſucceſsione tenent, & ſic hæredi inſtituto, non autem ſubſtituto, & ideò † ſententia contra hæredem inſtitutum lata nocet ſubſtituto, vt eſt textus in l. ex contractu. ff. de re iudica. & ſententia lata contra hæredem præiudicat fideicommiſſario. l. ſi patroni. §. vltimo. ff. ad Trebel. ſecundum vnum intellectum, & ſententia lata † contra defunctum, præiudicat ſucceſſori, gloſſ. in l. & an eadem, in verbo, Perſonarum. ff. de re iudica. ſic ergo in caſu noſtro dicendum eſt, ſententiam latam contra dom. Ropoli. defunctum ſuper dictis alpibus præiudicare agnato ſucceſſori, etiam non citato, & propterea admittendum ipſum nõ eſſe ad probandum habet enim vaſallus legitimam perſonam ſtandi in iudicio pro re feudali, ſiue agat, ſiue conueniatur, & ſententia contra eum lata alijs præiudicat, vt eſt textus in c. ſi vaſallus, de beneficio, in titu. ſi defuncto fuer. conten. inter. dom. & agnat. & in c. de controuerſia inter vaſallum, & alium de beneficio, quibus iuribus habetur, quod ſententia lata contra vaſallum, nocet domino directo, etiam non citato, cur ergo non ſimiliter præiudicabit agnatis ſucceſſoribus?

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium verius viſum eſt Andreæ de Iſernia in d. c. 1. in §. ſi de beneficio ſuo, titu. ſi de feudo fuer. conten. inter dom. & agnat. vbi concludit, quod ſi feudum antiquum erat apud vnum de agnatione, cum quo litigabatur ſuper re feudali, & lata contra eum fuit ſententia, talis ſententia non præiudicabit alijs ſequentibus agnatis, ad quos feudum tranſire debet, niſi illi agnati fuerint citati, vel ſciuerint cauſam agitari cum illo agnato, & Andre. de Iſern. ſequuntur ibi Aluaro. & Præpoſitus in

1 2 3 4 5 6

§. si vasallus de beneficio, vbi etiam Afflictus, num. 20. eundem sequitur Curtius de feudis, parte 7. quæst. 9. Felin. in c. vltimo, num. 5. de maioritat. & obedient. Zasius in epitome feudorum, in nona parte, & in l. sæpe. colum. 11. vers. quid autem de agnatis. ff. de re iudica. & hanc opinionem maximam habere æquitatem dicit Alexand. in d. §. diui. num. 9. quam & communem esse, attestatur Decius cons. 445. num. 29. pro qua consuluit etiam Sigismund. cons. 10. inter consilia feudalia, si ergo agnati proximiores non fuerunt citati, aut scientiam non habuerunt litis motæ sententia eis non præiudicat, sed in casu nostro proximior agnatus, ad quem spectabat feudum post mortem vasalli, non fuit citatus, neque scientiam habuit litis contra defunctum agnatum intentatæ: ergo eidem sententia contra prædictum defunctum lata obesse non debet, l. sæpe. ff. de re iudicat. qui si scientiam habuisset, aut fuisset citatus, interfuisset liti, ne colluderetur, & probationes adduxisset. l. si perlusoriæ. ff. de appellatio. & l. si suspecta. ff. de inoffic. testamen. neque eius litis scientiam habuisse præsumitur, quia potius præsumitur ignorantia, l. verius. ff. de probatio. l. fina. ff. pro suo. c. ab excommunicato, de Rescrip. cum huiusmodi lis non sit de concernentibus consanguinitatem, & processum naturæ, quibus casibus præsumitur scientia. l. octaui. ff. vnde cogna. Bald. & Alexand. in l. quoniam sororem. C. de iure deliber. quos refert & sequitur Marant. post alios in l. is potest. num. 296. & sequent. ff. de acquiren. hæred. Rippa in l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 5. ff. de verbor. obligat. & ad hoc, vt sententia agnatis defuncti præiudicaret, requirebatur in lite contra eum mota saltem citatio agnatorum per generale proclama, quæ non interuenit: ita voluit Curtius de feudis d. quæstio. 9. colum. 1. vers. sed quo ad hoc, vt præiudicetur, & Felin. in d. c. vltimo, num. 5. de maioritat. & obedient. post Bar. Alex. & Roman. quos referunt. & his famulatur re-
7 gula † res inter alios acta, toto titu. C. res inter alios acta, vel iudicata, in rubro, & nigro. l. 1. & 2. C. quibus res iudica. non nocet. l. 1. ff. de except. rei iudica. c. cum inter, & c. quamuis, extra de re iudicat. Neque enim debuit per ipsum agnatum defunctum fortasse colludentem, & forsitan probationes facere negligentem ipsi proximiori agnato iniqua conditio asserri, & ius suum lædi, aut minui, aut in totum tolli, l. transactione matris. C. de transactio. l. seruus, & l. filius. ff. de pactis. l. 1. §. de eo opere. ff. de aqua pluuia. arcen. l. non debet alteri. ff. de regu. iur. & ad hoc, vt sententia inter alios lata faciat ius quo ad alios, & præiudicet, requiritur interuentus multorum, & omissis alijs, requiritur inter cætera, quod tertius scientiam habuerit litis motæ, & se non opposuerit, d. l. sæpe. Ang. in l. si perlusoria. §. fin. ff. de appellatio. vbi
8 dicit, † quod ad hoc, vt sententia inter alios lata alij noceat, requiritur quod ille, cui nocere debet, sciuerit causam agitari, & ad eam fuerit citatus, saltem per generale proclama, si eius nomen ignorabatur, per d. l. sæpe. & nota. per Innocent. in c. ex insinuatione, & in c. in nostra, de procuratori. vbi dicit, quod sententia, processus, & testes, aut acta, nunquam nocent ijs, qui nescierunt causam tractari, Afflict. decisio. 380. num. 6. & 7.

Non obstant in contrarium adducta,
9 quia vnico verbo omnia tolluntur: † nam ea procedunt, quoad actus validitatem, vt scilicet valeat sententia absque citatione eorum, quorum secundario interest, non autem procedunt, quoad gignen-
10 dum tertio præiudicium, † & ita debent intelligi d. l. 1. §. denunciari, de ventre inspicien. & l. si patroni. §. penultim. ad Trebellia. ac gloss. in d. l. de vno quoque, de re iudica. & sentit Bart. in d. l. filius fam. §. diui. in prima quæst. dum dicit, quod talis sententia eis non facit præiudicium, ita distinguit Alexand. in d. l. de vnoquoque. in vltallentia. ff. de re iudicata, & in cons. 84. num. 10. lib. 3. Hyppolitus in d. l. de vno quoque, num. 57. Curt. de feudis d. quæst. 9. vers. ego tamen reperio.

Sed singulatim omnibus respondendo, non aduersatur primo communis opinio, de qua per omnes in dicto §. diui. quæ habet, sententiam latam contra prohibitum alienare, præiudicare ei, ad quem res prohibita alienari transferri debet, quia respondetur, illud verum esse, vbi tertius sciuit litem motam contra prohibitum alienare, & tacuerit, sed si ignorauerit, non adeò illi præiudicat talis
13 sententia, † sed potest habita illius sententiæ notitia ab ea appellare, neque ei currit tempus ad appellandum, anteqiiam fuerit certificatus, adeò quod si ignorauerit causam agitari in prima, secunda, & tertia instantia, poterit nihilominus appellare, licet principalis condemnatus non possit. C. ne liceat in vna eademque cau.

tertio

tertio prouoca. Alexan. in d.§. Diui, num. 9. in fine. Ferdinand. num. 319. & 320. qui ita numer. 225. intelligit Andre. de Isernia in d.§. si vasallus de beneficio, quod scilicet eius dictum procedat, quantum ad hoc, vt non possint agnati appellare, quia quantum ad hunc effectum, non nocet talis sententia agnatis, idem voluit ibi Ioannes de Monteferrato. colum. 17. versic. secundò fallit, Afflict. nominatim in d. decis. 380. num. 6. post glos. c. 1. Iac. Butr. Bart. Spec. & Imo. per eum citatos.

Non obstant secundò, quæ dicit glos. in d. l. de vno quoque, de re iudica. dum vult, illum tantum esse citandum, qui prætendit principaliter interesse, non autem eum qui secundario, & per quandam consequentiam. Quia respondetur, non esse necessariam citationem prætendentis interesse, aut per consequentiam, quoad actus validitatem, prout suprà dicebamus, quia talis sententia absque tertij prætendentis interesse citatione valet, non verò illud procedit, quoad generandum ipsi tertio præiudicium irreparabile ex tali sententia, prout suprà in prima responsione dicebamus. Secundò responderi etiam po-
14 test, † quod licet non sint citandi illi, quorum secundario interest citatione personali & speciali, attamen citandi sunt saltem per generale proclama, adhoc, vt illis præiudicetur, Bar. in Extrauaganti ad reprimendum, in verbo, Per ædictum, idem Bar. & ibi etiam Bald. in l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. Curtius d. quæst. 9. vers. sed quoad hoc vt præiudicetur. Felin. in d. c. fin. de maior. & obedien. Neque mouet textus in d. l. 1. §. denunciari. ff. de ventre inspiciendo, quia respondetur, vt per Iserniam loco suprà citato, quod ideò ibi non requiritur citatio substituti, quia præiudicium nõ est irreparabile, quoniam saluum erat ius substituto probandi partum fuisse suppositum, l. 1. §. fin. ff. de Carbonia. ędicto: & hanc responsionem ad eum textum approbat Felin. in d. c. fin. de maiorita. & obedient. sed in casu nostro agitur de præiudicio irreparabili, si dicimus, non requiri citationem agnati: ergo ea interuenire debet, quia vbi præiudicium, quod aliquem tangit, est irreparabile, tunc is, de cuius præiudicio agitur, citari debet, Isernia in d.§. si vasallus, quem refert & sequitur Felin. in c. exhibita. colum. 2. in principio de iudic.

15 Non obstat, † quod sententia lata contra hæredem nocet substituto, d. l. ex contract. ff. de re iud. & nocet etiam fideicommissario, d. l. si patroni. §. fin. ff. ad Trebell.
16 † quia illa iura loquuntur, quando hæres conuenitur super nullitate, aut rescissione testamenti, quo casu, quia eius magis principaliter intererat testamentum conseruari, ideò sufficit ipsum citari tantum, & sententia contra eum lata nocet substitutis, fideicõmissarijs, & legatarijs, quorum interest secundario, non autem principaliter, secus autem est in casu nostro, quia agnati non secundario prætendunt interesse, sed coequale, ac æque principaliter interesse prætendunt in causa, quo casu sententia eis non nocet, vt est text. in l. 1. ff. de excep. rei iudic. vbi vno legatario agente, si testamentum nullum fuerit pronunciatum, huiusmodi sententia non nocebit collegatarijs. & ratio est, quia legatarius ille, qui succubuit non habet principale ius in causa respectu collegatarij, sed alter collegatarius coequale, & æque principale ius habet, & ideò sententia ei non nocet: ita declarat ibi Bart. in d. l. 1. Sigismund. d. cons. 10. num. 4. in fine. Ad idem facit textus in d. l. sæpe,
17 † vbi si vnus ex duobus hæredibus debitoris conuentus fuerit condemnatus, sententia cohæredi suo, etiam scienti liem motam, non nocebit, & ratio est, quia æque principale, ac coequale prætendit interesse cohæres, ideò ei sententia non nocet, & ratio est, quia inconueniens esset, vt facto alterius, quem prohibere non possum agere, aut conueniri, fiat mihi præiudicium, ideò dicit ibi Alexan. in d. l. sæpe. colum. 15. quod si aliquo agente contra aliquem, quem prætendebat suum seruum, pronunciatum fuit, illum seruum esse ingenuum, talis sententia non præiudicabit alteri prætendenti se dominum illius, per rationem suprà dictam, argumento illius l. sæpe, quod confirmat, quia vbi sententia de sui natura facit ius, quoad alios, nunquam tamen facit ius, neque nocet habentibus ius æque principale, vt patet in querela inofficiosi, vt in l. duobus. C. de inoffic. testam. iuncta l. Papinianus. §. si ex causa. ff. eod. titul. cum itaque in casu nostro D. Masini prætendat interesse nõ secundario, sed æque principaliter cum agnato defuncto, merito dicendum est, dictam sententiam illi non obesse.

Non etiam obstat, sententiam contra defunctum latam præiudicare successoribus, ex gloss. in l. & an eadem. ff. de exce-
18 ptio. rei iudicat. quia respondetur, † illam gloss. loqui in hærede ipsius defuncti, q

cum veniat ex persona ipsius defuncti, ipsamq; repræsentet, nimirum, si ipsi heredi sententia contra defunctum lata nocet: sed in casu nostro agnatus non succedit in feudo, tanquam hæres, & ex persona agnati defuncti, sed potius ex propria, tanquam vocatus à primo inuestito, ideo nimirum, si eidem sententia contra defunctum lata, nõ nocet, Dec. d. cons. 445. nu. 29. vers. secundò ad illud, quod dictum est. Et propterea censuit Senatus esse audiendum non obstante dicta sententia Agnatum.

SVMMARIVM.

1 *Læsus quis dicitur, ex quo appellare non potest, & an minori aliter læso sit danda restitutio in integrũ, distinguc, vt nu. 2.*
3 *Minori alleganti se læsum propter lapsum temporis non incumbit onus probandi læsionem, dummodo de lapsu temporis constet, sed contra nu. 9.*
4 *Minor læsus non dicitur, quando facit id, quod quilibet diligens paterfamiliâs faceret.*
5 *Minor restituitur aduersus probationes omissas, etiam nulla læsione inde resultante probata, sed contra nu. 13.*
6 *Minori læso in omittendo faciliùs, quàm faciendo cõceditur restitutio.*
7 *Minor difficiliùs restituitur aduersus suum contractũ, quàm aduersus lapsum temporis.*
Minor, & absens causa reipublicæ æquiparantur.
o *Tempora data ad appellandum ita currunt minoribus, sicut maioribus.*
Præsumptio, quæ stat pro sententia, tollit præsumptionem Lesionis.
3 *Quando possibile est, minorem posse lædi, tunc perinde restituitur, atq; si esset læsus.*

DECISIO CLVIII.

An minor restitui debeat ad appellandum, vel appellationem prosequendum nulla læsionis probatione interueniente.

QVAESITVM fuit, an minori concedenda sit restitutio in integrũ ad appellandum, vel appellationem prosequendum, aut supplicandum, nulla alia probata læsione, quam solo temporis lapsu ad appellandum, aut appellationem prosequendum constituti, an verò probare debeat de iure suo, vt appareat, ipsum fuisse læsum ob omissam appellationem, aut illius prosequutionem? Et videretur dicendum, nullam læsionis probationem requiri, sed lapsum temporis sufficere, vt minor restituatur, l. si minor xxv. ann. filiofam. §. 1. ff. de minori, iuncta glos. vbi habetur, quòd minor eo ipso videtur læsus, quod causam
1 compromittit, & glos. † ibi in verbo, lure desiderat, dicit læsionem apparere ex eo, quod appellare non potest; similiter ergo dicendum est, minorem satis dici læsum eo ipso, quod passus est tempus ad appellandum præterire, & non appellauit, ex tex. illo, ita tenet Bar. in l. fin. num. 10. C. in quib. cau. in integ. restit. non est necess. vbi re-
2 spondendo ad oppositum dicit: † Quòd si quidem certum est, minori non expedire appellare, tunc non datur restitutio, si verò certum est expedire, tunc ei restitutio conceditur, si autem dubitatur, an expediat vel ne, tunc in dubio præsumitur læsus, eo ipso, quòd non vsus est beneficio appellandi. Hanc opinionem sequitur ibidem Angel. colum. fin. versicul. & ex prædictis do tibi practicam. Et pro hac opinione videtur tex. in l. etsi sine. §. pen. & fin. ff. de mino. quibus iur bus cauetur minores restitui, si non prouocauerunt intra decem dies, & etiam si lapsa est instantia. Hinc dicit Rebuff. de restit. art. 1. glos. 3. nu. 10. minorem dici læsum, si non prouocauit, vel lapsa est instantia: idem etiam confirmat num. 16. di-
3 cens: Quòd † quando minor dicit, se læsum propter lapsum temporis, tunc sufficit probare lapsum esse tempus sine alia probatione læsionis, c. auditis. & c. coram, de in integ. restit. His deseruiunt notata in l. fin.
4 C. de in integ. restitu. minor. vbi † minor non dicitur circumscriptus, quando vtitur iure communi: & facit id, quod quilibet diligens paterfamiliâs faceret: ergo vbi non vsus est iure communi, nec fecit, quod diligens paterfamiliâs facere debet, dicitur circunscriptus. At diligens paterfamiliâs appellasset: igitur minor non apellando dicitur læsus. Præterea demus primum, iudicem forsan minus rectè iudicasse, & contra ius ipsius minoris, non ne hoc ipso diceretur læsus, ex quo non appellauit, vel prosequutus non est? idem sentire videtur Alci. de præsump. reg. 1. præsump. 42. num. 5. vbi istud verum esse intelligit, si minor ea alleget, quæ pro causa non sunt dicta, l. minor autem magistratus. §. si autem. ff. de minor. & pro hac opinione Bar. stat glo. in d. l. fin. C. in quib. cau. in integ. resti. non est necess. dicens: Quòd si minor petit se restitui aduersus lapsum temporis, hoc est, aduersus præscriptionem, satis est, quod appareat tempus fluxisse absq; eo, quod appareat, rem ante præscriptionem modo aliquo fuisse suam. Pro eadem etiam facit, quòd
5 si minor † infra tempus statutum non pro-

habuit, etiam aduersus probationes omissas, ex sola ipsius vel procuratoris sui allegatione, restituetur, nulla læsionis probatione interueniente, Specula. de restitutio. in integr. §. 1. in princip. & versicu. illud prætermittendum non est: quem sequitur Buteri. in c. auditis. colum. penul. vbi etiam Abb. in 8. notabili, de restitutio. in integr. idem Abbas in c. suscitata, in secundo notabili, eod. titu. Aretin. consil. 66. colum. pe-
6 nul. versicu. non obstat textus. vbi † differre dicit, an minor petat restitutionem in integrum aduersus factum suum, cum auctoritate tutoris factum, an verò petat se restitui aduersus aliquid omissum, quod si fecisset, esset sibi vtile & necessarium, quoniam primo casu difficiliùs restituitur, eo quia præsumptio est contra eum, ideo requiritur probatio lęsionis: secundo verò casu, quia hoc facilè in minoribus, aut eorum administratoribus contingit, ideo facilius eis conceditur restitutio, licet alter non doceat se illud ius, vel probationem omissam habere: idem sentire videtur Angel. in d. l.
7 fin. colum. penul. dum dicit, † quod aut minor petit se restitui aduersus suum contractum, & tunc debet probare se minorem, & lęsum, l. nam posteaquam. §. si minor. ff. de iureiuran. Aut petit se restitui aduersus lapsum temporis, puta aduersus præscriptionem, & tunc sufficit probare se minorem, quia eo ipso, quod decursum est tempus apparet læsio, & Aretin. ac Specula. refert & sequitur Iason in d. l. nam posteaquam. §. si minor. colum. penult. versicul. sed tu aduerte. ff. de iureiuran. cum quibus tenent etiam Aufrerius in additio. Capel. Tolosa. dec. 53. Cap. decisio. 109. numero septimo. Addebam pro hac opinione vrgere, quod dicitur, absentem ex causa reipublicæ restitui contra omissam appellationem, glos. fina. in l. his, qui reipublicæ. ff. ex quibus causis maior. quam citat Rebuff. in titu. de restitut. articulo primo. glos. 2. numero vigesimotertio, quæ allegat l. inuitus. C. de appellationi. quam fateor in meo codice non inuenisse. Si ergo absens causa reipublicæ restituitur ad appellandum, nec requiritur probatio læsionis: ergo idem di-
8 cendum videtur in minore, † cum fauor reipublicæ, & minoris æquiparentur. l. respublica. C. ex quibus cau. maio. l. rempublicam. C. de iure reipub. libro 11. & vbique Doct.

Contraria verò opinio, quòd imò requiratur probatio læsionis, & non sufficiat solus temporis lapsus, verior videtur, ac receptior, quam tenet Bartol. sibi in hoc contrarius, in d. l. nam posteaquam. §. si minor. numero sexto. ff. de iureiuran. dicens minorem petentem se restitui ad appellandum, debere docere se aliquid habere, propter quod in causa appellationis vicisset, si
9 appellasset, quia eo † ipso solo, quod non appellauit, non dicitur læsus: sequitur ibi Angel. sibi quoque contrarius, colum. fin. versic. in glo. in verbo, Captus. dicens non valere consequentiam, minor non appellauit: ergo est læsus. seu minor non probauit: ergo læsus ob id probare debet, quod infra terminum statutum ad probandum probationes habebat, quas sua facilitate omisit: idem tenet ibi Salycet. colum. 1. versicul. & ex ista glossa colligitur, vbi Alexand. columna quarta. versicu. in glos. secunda, adducens pro hac opinione decisionem Rotæ 84. quam habeo sub numero octuagesimoseptimo. quæ incipit, Non sufficit petere restitutionem, in Nouis. Nec ab his discedit Iason ibi colum. 4. vers. glossella. in verbo Captus, inferens ex
10 hoc q temporat† data ad appellandum, ita currunt minoribus, sicut maioribus, quia dilationes legales pariter vtriusque currunt, secundum Bartolum in dicta l. 8. in fine. §. fin. ff. de minor. & in l. 1. C. si sępius in integr. restit. fuer. postula. & argu. tex. in l. properandum. §. fin. C. de iudi. Hanc opinionem tenuit quoque Bal. in d. l. fin. colu. fin. vers. ex hoc dicit Bar. C. in quib. causis integr. restit. non est necess. concludens, minorem debere probare sua interesse, quod non apparet ex solo cursu temporis, & ibi etiam Saly. in fin. Pau. de Cast. colum. pen. dicens, hanc opinionem seruari in curia Romana, quod etiam dicit in d. l. nam posteaquam. §. si minor. ff. de iureiur. pro qua consuluit Abb. cons. 77. incip. In quæstione, quę ad præsens vertitur. colum. 4. vers. aduertendum tamen. l. b 2. nec non Alex. cons. 55. colu. fi. ib. 5. eandem tenet Aufrer. in additi. Cap. Tolosa. d. dec. 53. vers. adde quod si minor. Bellamer. decisio. 18. incip. Ecclesia, & minor restituuntur. Capitius decisio. 96. nu. 14. Guid. Pa. dec. 141. Boer. decis. 79. nu. 6. Grat. respon. 19. num. 45. li. 1. Rebuf. in suis commen. tit. de restitu. & releuam. arti. 1. gl. 3. nu. 19. & nouissimè Natta cons. 604. numer. 13. Viui. in sua commu. opin. in verbo, Minor petere, post hęc scripta visus. Pro qua opinione stat regula l. ei, qui. & l. verius, de probatio. quòd dicenti incumbit onus probandi: si minor ergo dicat se lęsum, eò quòd non appa-

lauit, probare lęsionē debet: quilibet enim probare tenetur, quod est fundamentum suę intentionis, prout pro regula constituit Cagno. in l. si emancipati. nu. 90. C. de collatio. Parpalia in l. si quis maior, in 1. not. C. de transa. & quæ habentur per Corse. in singu. in verbo, Qualitas. Fel. in c. examinata. num. 5. de iud. quos refert & sequitur Viui. loco suprà citato. Sed fundamentum intentionis ipsius minoris petentis se restitui, est, non quòd sit minor, sed quia lęsus, vt habetur in d. §. si minor. ergo lęsionem probare debet: ex quo. n. à sententia appellatum nō est, præsumitur pro ea, quod sit iusta, l. Herennius. §. Cata beta. cum ibi nota. ff. de euic. cum inter, de re iudic. Et hæc præsumptio
11 † tollit præsumptionem lęsionis, l. Diuus. & ibi gol. in verbo, Existimari. ac Bar. ff. de restit. in integ. c. tuam. & ibi etiam glo. de spōs. habetur per Doc. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matri. Cagno. in l. fi. num. 77. C. de pac. cum concordantibus. Nec obstant in contrarium adducta, & primò non obstat tex. in d. l. si minor. §. 1. ff. de minor. quia respondetur, quòd ibi euidens lęsio apparet, quia se obligauit per compromissum stare sententiæ æquæ, & iniquæ, & ab ipsa appellare non posse, vt dicit ibi glo. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. quæ lęsio non ita apparet in casu nostro: Bald. d. l. fi. col. fi. Alex. in d. §. si minor. Et cū minor ibi promiserit stare sententiæ, poterit esse, quòd sententia feretur inique, quo inspecto, dicitur lædi, sicut dicimus, quòd si minor renunciauit appellationi ante latam sententiam, restituitur sine vlla lęsionis probatione: quia † cum nondum sit lata sententia,
14 possibile est, sententiam ferri iniustam, & propterea statim præsumitur lęsus, & deceptus: Barto. in d. l. nam posteaq; §. si minor, eod. num. 6. quem sequitur Aufrer. d. decis. 53. vers. adde quod si minor. Rebuff. d. tit. de restit. artic. 1. gl. 3. nu. 19. Et pro hac opinione vrgere videtur tex. in l. properandum, in fi. C. de iudic. vbi aduersus lapsum instantiæ culpa tutoris, actoris, seu procuratoris, non restituitur minor, nisi in id, quòd passus est, & ex instantia tutorum, seu actorum vel procuratorum satisfieri non potest: ergo ibi videtur tex. expressus restitutionem non dari, nisi probetur qualitas damni passi.

Nec contrapugnat gl. in d. l. fi. C. in qui. cau. non est necess. in integ. rest. quia respondetur cū Alexandro in d. §. si minor. quòd ex ipsa præscriptione contra actionem decursa apparet læsio, quæ hîc non videtur, nisi per probationem demonstretur. Item quia ibi nulla est præsumptio in cōtrariū, prout in casu nostro, in quo adest præsumptio sententiæ, quæ tollit aliam præsumptionem, d. l. Diuus. ff. de resti. in integ. cum alijs suprà adductis.

12 Non etiā nocet, quod † dicebatur, minorem ꝓbantē infra terminū statutū, restitui per solam allegationem lapsus termini, & non factæ probationis, absq; alia læsionis probatione, eò quòd præsumatur læsus, eo ipso quod non probauit: quia respondetur,
13 † contrarium verius esse, & communiter receptum, vt per Bar. in d. §. si minor. num. 7. vbi etiam Bal. col. fin. vers. extra notata. dicens, minorem, petentem se restitui aduersus probationes omissas, debere probare bis, primò pro habenda restitutione, secundò ea habita: & quòd imò pro habenda restitutione non sufficit leuior probatio, sed requiritur plena, l. 1. C. quib. & aduer. quos. ista tamen probatio valet postea in causa recissoria: hanc etiam tenet Ange. in d. §. si minor, dicens non valere consequentiam. Minor non probauit: ergo est læsus. Paul. de Cast. cons. 181. libr. 2. Capella Tolosa. d. decis. 53. Boeri. decis. 79. nu. 6. Imola in c. auditis. colu. 1. in fi. de resti. in integ. Alb. in l. minor xxv. ann. omissam. ff. de minorib.

Silentio hic prætereundum non existimaui, quod pulchrè, & notabiliter tradit Bar. in d. l. minor 25. ann. omissam, qui dicit, minorem tunc demum restitui aduersus omissas probationes, & obligationes, quādo ipse per se cum curatoris auctoritate litigauit, non verò, si per procuratorem, à se cum iuramento constitutum: quia tunc nō
14 restituetur, eò quia † iuramentum faciat ipsum maiorem, & tollit beneficium restitutionis in integrum, vt in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. & pro-
15 pterea † aduocatos cautos esse præmonet, vt curēt, ne minores litigent per procuratorem cum eorum iuramento constitutum, aut ipsi per se, etiam cum iuramento, quia hoc modo beneficium d. l. minor omissam, perderent: & hanc cautelam mirabilem, & perpetuò menti tenendam, exclamat Iaf. in authen. sacramenta puberum. col. 18. versic. nota perpetuò. C si aduers. venditio. & Bar. refert & sequitur Maranta de ordine iudicior. par. 6. in secundo actu principali. nu. 92. & est decisio Capellæ Tolosa. 45. & quadragesimanona. & vbiq; in additio. per Aufrerium, & per eundem d. decisio. 53. versicul. ad id, quod dictum est. Rebuff. in d. tit. de restitution. & releuamentis, articu. 1. gloss. 2. numero quarto, dicit tamen ipse,

se vidisse in vtroq; casu minorem lęsum restitutum fuisse in integrum: & hanc Bartoli cautelam non seruari in praxi, sed falsum eum dicere existimo, prout patet ex decisionibus Capellæ Tollosanæ suprà adductis: quas, si vidisset, non id fortè dixisset:
16 requiritur † tamen ipsum minorem constituentem procuratorem cum iuramento, certiorari de beneficio restitutionis in integrum, quia si non est certioratus, non propterea prętextu iuramenti amitteret beneficium illius legis: quia ex quo non fuit certioratus, pręsumitur ignorare. Ita Cin. & Salycet. post Din. in l. 2. C. de rescin. vendit. Francis. Martius decisio. 21. numero secundo. & in terminis nostris ita sentire videtur Aufrerius d. decisio. 49. licet contrarium teneat Villalobos in suis commu. opin. in verbo, Minor. nu. 97. & 98. Nic. Arele. in addi. ad Alcia. de præsump. reg. 1. præsump. 42. Sed vt ad rem redeam, patet ex prædictis, minorem, petentem se restitui, vtroq; casu debere edocere de læsione, siue petat se restitui ad appellandum, siue ad probandum, neque ratio differentiæ assignari potest, imò & multò magis, quando restitutionem petit ad appellandum, probare debet læsionem, cum habeat pręsumptionem sententiæ contra se, quæ in ipsum onus probandi de iniustitia ipsius transfert, l. ab ea. ff. de probat. c. bona fides. extra depositi. Bartol. in l. in illa. in fin. ff. de verb. oblig. Alc. de pręsump. in 3. par. principij. numero tertio. vbi concordantes allegat: & hanc opinionem sequutus est Senatus, in ipso minore actore secundum distinctionem Raphaelis, & Castr. in d. l. fin. colu. 3. in fin. & seq. C. in quib. cau. resti. in integ. non est neces. quam vti æquam, sequitur quoq; Alex. in d. §. si minor, col. 3. vers. sed Fulgosius hic, & in cons. 115. in fi. vol. 5. Rui. consi. 68. nu. 20. vers. & quamuis debeat probari lęsio, lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Creditor prior habens specialem hypothecam, super aliqua re debitoris, & generalem super alijs bonis, nõ potest agere contra secundum creditorem, habentem specialem hypothecam super alijs bonis.*

2 *Hypothecæ res specialiter supposita, præsumitur sufficere pro satisfactione debiti.*

3 *Lex 2. C. de pigno. ad hoc, vt locum habeat, quæ requirantur, & nu. 6.*

4 *Lex 2. C. de pignor. est exorbitans.*

5 *Creditor prior semper præfertur posteriori, generalem siue specialem hypothecam habenti.*

7 *Clausula in instrumentis apponi solita, ita tamen quòd specialitas generalitati non deroget, nec econtra, quid operetur.*

DECISIO CLIX.

An hypotheca specialis deroget generali.

AMBROSIVS Catanei ciuis Ianuensis, debitor honestę mulieris Theodorinæ de Facio, promisit eidem soluere infra terminũ conuentum summam scuto. 2000. sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum suorum, & specialiter sub hypotheca vnius eiusdem debitoris domus, existentis in eadem ciuitate Ianuę, ita tamen, quòd specialitas generalitati non deroget, nec econtra. Deinde idem Ambrosius contraxit cum Alexandro Cremona ciui Mediolanensi, cui etiam certam pecuniarum summam soluere promisit sub generali hypotheca omnium bonorum suorum, contentio inter istos duos creditores orta est prætextu scutorum 2000. hęredum ipsius Ambrosij debitoris, existentium sub sequestro in manibus D. Alexandri Olgiati, ciuis Vercellensis, prętendente vtroq; eam summam sibi relaxari, pro summa cuilibet respectiuè debita, vigore hypothecæ, quam quilibet ipsorum in bonis ipsius debitoris habebat. Quæsitum fuit, quis ipsorum potior habendus esset? Nam se præferendum contendebat idem Alexander Cremona, nõ verò ipsam Theodorinam, eo quòd ipsa Theodorina specialem hypothecã haberet super domo ipsius creditoris, qua stante, non posse eam impedire suam generalem hypothecam super alijs bonis, cuius virtute se debere consequi solutionem super ipsa pecunia, & in ea ipsa Theodorinæ pręferendũ dicebat, per textum notabilem in l. 2. C. de pignor. quem non esse alibi, & mirabilem dicit ibi Bal. & vnicum in iure esse dicit, in c. 1. in fine, de Rescrip. quem etiam singularem appellat Cremensis sing. 54. incip. Obligaui tibi. de quo meminit etiam Angel. Aretin. in §. item seruiana. col. pen. circa med. Instit. de actio. Roma. cons. 187. col. 1. vers. tertiò quia cum ex alijs bonis, Crau. consi. 77. num. 16.
1 cuius legis dispositione cauetur, † priorem creditorem habentem specialem hypothecam super aliqua debitoris re, & deinde generalem super alijs eiusdem debitoris bonis, non posse agere contra secundum creditorem, habentem super alijs eiusdem

eiusdem debitoris bonis specialem hypothecam, & id quidem optima ratione ab Imperatore sancitum est, quia noluit priorem creditorem specialem hypothecam habentem, posse ad generalem super alijs bonis confugere, & ea vti in præiudicium posterioris creditoris, si res eidem specialiter hypothecata, sufficit pro debiti satisfactione, & quæ † sufficere præsumitur, donec ab eo contrarium fuerit probatum, secundum gl. ibi in verbo, Redigere, quam sequitur Salyc. in prima oppositio. Paris. cons. 50. numer. 28. lib. 1. Negusa. de pignorib. in quinta parte, in secundo membro, in fine. Didac. libr. 3. Variar. resolutio. c. 18. nu. 1.

Ipsa verò Theodorina locum non esse dicebat in casu isto dispositioni d. l. 2. Tum quòd ipse Alexander non haberet specialem hypothecam super illa pecunia, & alijs rebus debitoris, quod † requiritur ad hoc, vt d. l. 2. procedat, neque sufficere habere generalem, quam ipse habebat: ita intelligendam esse illius l. dispositionem, vult glos. ibi, in verbo, Accepisti. quam sequuntur Bal. & Salyce. prout in eorum Summario, & Figuratione casus apparet: & ita etiam intelligit Socin. consi. 198. colum. 2. & vlti. lib. 2. quod errore duplicatum apparet in consi. 75. volum. 4. Tum etiam, quòd eiusdem legis dispositioni tunc demum locus esset, vbi primus creditor haberet primò specialem hypothecam super quibusdam rebus debitoris, & deinde generalem super alijs bonis, quasi insubsidium specialis, non autem, vbi conuerso ordine, præmittitur generalis, & deinde subsequitur specialis, prout in casu nostro: & ita intelligendam esse eam legem, vult glos. ibi, in verbo, Accepisti. quam sequuntur Petrus de Bella Pertica, Alberic. & Ange. & voluit etiam Cremen. d. sing. 54. dicens, hanc obligationem hoc casu esse conditionalem, & subsidiariam, quo casu res specialiter hypothecata pro debiti solutione non sufficiat, inferens, ob id talem obligationem generalem superaddita speciali minus vtilitatis in se continere, quàm si solum fuisset generalis: & hunc intellectum suadet tex. ibi, dum dicit, Quamuis constet specialiter quædam & vniuersa bona generaliter aduersarium tuum pignori 4 accepisse. Pro quo facit etiam, quia † dispositio illius legis exorbitans est, secundum Socin. d. consi. 198. lib. 2. & consi. 76. numer. 7. libr. 4. ideo ad alium casum extendenda non est l. quod verò contrà. ff. de legi. & propterea, cum in casu isto non militet dispositio d. l. 2. se esse potiorem, & præferendam, dicebat, eo quòd anterior sit ex l. qui generaliter. ff. qui potio. in pigno. habean. & l. generaliter. C. eod. tit. quibus iu- 5 ribus cauetur, priorem † creditorem semper potiorem & præferendum, siue generalem, siue specialem posterior habeat.

Sed hæc non obstare, quo minus locum habeat dispositio dictæ l. 2. dictum 6 est, quoniam † non refert, an secundus creditor specialem habeat, vel generalem, super illis rebus, in quibus se potiorem & præferendum contendit, & aduersarium suum excludere conatur, cum eadem vtroque casu sit ratio secundum Bartol. ibi colu. 2. prout ita etiam tenet Salyce. sibi in hoc contrarius, in d. l. qui generaliter. vbi melius sensit ff. qui poti. in pig. hab. & sequitur Didac. d. c. 18. num. 1. vers. tertiò eadem constitutio. Minus etiam refert, an primus creditor habeat primò specialem hypothecam, & deinde generalem: an verò generalis præmittatur, & deinde specialis subsequatur, prout in casu nostro, quia inspecta illius l. 2. ratione, talis ordo scripturę, & verborum, non mutat substantiam ipsius rei, prout inquit Didac. d. c. 18. nume. 1. versic. quartò aduertendum, & ita intelligit Salyce. necnon Fulgosius in d. l. 2. Negusan. d. 5. part. membro 2. num. 51. Paris. d. consi. 50. nu. 38. lib. 1.

Ex alio tamē ipsam Theodorinam præferendam censuit Senatus, & in casu isto locum non fore dispositioni d. l. 2. putauit, nempe ex clausula in Instrumento ipsius Theodorinę appositā, qua dictum est, ita quod specialitas generalitati non deroget, 7 nec econtra, quę operatur, vt anterior creditor non astringatur, potius agere prius ex speciali hypotheca, quàm ex generali, etiam in præiudicium secundi creditoris, ex quo notabilis affertur limitatio ad d. l. 2. & ita compertum est tenere Cass. in suo Catalogo Glorię mundi, par. 12. consideratio. 99. charta 327. vers. pro 25. limitatione: ita etiam limitat Paris. consi. 103. numero 3. & seq. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei minoris, vel alterius solemnitate iuris, seu decretorum non seruata dicitur esse in mala fide.*

2 *Male fidei possessor ad omnium fructuum restitutionem tenetur.*

3 *Minor restitutus aduersus alienationem non solemnē, censetur restitutus, vt rem ipsam cum fructibus recipiat.*

4 *Restituere totalem restitutionem importat.*

5 *Titulus iniustus errore iuris causatus an prosit quo ad acquisitionem fructuum, quod nume. seq. declaratur, & nu. 11*

6 *Bona fides ex iniustis, & temerarijs causis potest causari.*

7 *Titulus non requiritur, quo ad fructuum acquisitionem, sed sufficit bona fides ex errore iuris causata.*

8 *Mala fides adesse non dicitur, vbi error iuris interuenit, & ad eam excludendam sufficit qualis qualis occasio possidendi.*

9 *Bona fides siue vera siue præsumpta excusat possessorem à fructibus, quod nu. seq. limitatur.*

10 *Error iuris ex qualitate facti, & personarum probatur.*

11 *Alienationi rei minoris non solemniter factæ lex expresse resistit, illamq; irritam ac inanem declarat.*

12 *Titulum habens nullum, & iniustum, & qui habetur pro non titulo, tenetur ad restitutionem fructuum non solum perceptorum, sed & percipiendorum.*

13 *Paria sunt, nullum titulum habere, vel talem, quòd ipso iure sit nullus.*

14 *Titulum habens ex contractu aduersus quem scit posse competere restitutionem in integrum, dicitur esse in mala fide.*

15 *Bonæ fidei possessor quis dicatur, quo ad acquisitionem fructuum.*

16 *Debitor vendicans eius rem alienatam non seruatis seruandis, tenetur soluere debitum cum legitimis vsuris.*

17 *Debitor potest recuperare eius rem illegitimè alienatam, etiamsi debitum non offerat, modò non opponatur: potest tamen ad debitum soluendum condemnari.*

DECISIO CLX.

Minori vel alij recuperanti eius bona non legitimè alienata, an etiam sint cum re principali fructus omnes à die traditionis percepti restituendi, ipteq; precium, quod accepit vel alia ex causa etiam iudicati debeat cum legitimo interesse soluere.

IN executionem sententiæ, qua reus fuit condemnatus ad certam summam pecuniarum soluendam actori fuerunt pro pignore (instante actore) capta bona immobilia, & creditori, vt dicitur non seruatis seruandis deliberata ac tradita: qua nullitate gestorum stante, condemnatus post aliquot annos à creditore possessore bona prędicta sibi restitui petijt cum fructibus, intentando etiam remedia possessoria reintegrandæ. Quęsitum fuit, an fructus omnes à tempore deliberationis cum re ipsa sint restituendi, & quatenus essent restituẽdi, an debitor condemnatus teneatur cum principali summa iudicati interusurium seu interesse præfato creditori soluere? Et dicebant aliqui senatores, omnes fructus

1 restituendos esse, quia † cum deliberatio seu alienatio ista fuerit facta, omissis solemnitatibus à iure, & decretorum forma requisitis, talis emptor seu acquirens in mala fide esse dicitur, ex tex. cum glo. in verbo, Mala fide. vbi etiam Bar. in l. 1. C. de fide Instrum. & iure hast, fisca. lib. x. qui enim contra legum interdicta mercatur, hunc malęfidei possessorem esse nemo ambigit, l. quemadmodum in fine. C. de agrico. & censi. lib. 11. c. qui contra, de reg. iur. in 6. per q̃ iura scribit Ab. in c. si diligenti. nu. 23. de prescript. ementem rem ecclesię, non seruatis solemnitatibus, censeri esse in mala fide: & Abb. sequitur Paris. ibi nume. 26. ad idem est tex. in l. 1. C. de præd. decurio. sine decre. non alienan. lib. x, quo loci habetur,

2 † quòd non obseruata forma præscripta contra vetitum acquirens, in mala fide dicitur, & ad omnes fructus tenetur, cui simulatur l. domum & l. certum. C. de rei vendi. l. malæfidei. C. de condi. ex lege. caput. grauis. de restitutio. spol. §. si quis à nondomino. vers. ei verò institu. de rer. diuisio. & in emptore rei ecclesiæ minus solemniter. Ita iudicatum fuisse in Concilio Neapolitano, testatur Gramma. decisio. 79. numero octauo & nono, iuribus & auctoritatibus ab eo citatis: quibus addo Neuizan. consi. 85. num. 14. & 15. post glo. Bar. Feli. Bart. Ias. Roman. Balb. Socin. Rippam, & Remin. per eum adductos: & de emptore rei minoris minus solemniter, quòd teneatur rem cum fructibus restituere, est tex. in l. 2. contrà. C. si quis ignor. rem minor. alie. & in l. si prędium. C. de præd. minor. vbi habetur, distractione rerum minoris sine causis decreto facta, emptorem teneri, rem cum fructibus restituere, & non modò de perceptis tenetur, sed etiam secundum ea quos de percipiendis, tàm ante quàm post litem contestatam, & non solum de exactis, sed & de cõsumptis: quod in numero in d. l. si contra. ibi, fructus vniuersi reputentur.

3 Accedat, † quòd si minor, vel maior in integrum restituatur aduersus huiusmodi alienationem, restitutio ita facienda est, vt rem ipsam cum fructibus recipiat, l. quòd si minor. §. restitutio. l. patri. §. fi pecuniam. & l. minor xxv. ann. cui fides commissum. ff. de minor. l. nec non, in fi. ff. ex quib. cau. maior. nam sicut ipse emptori precium in eius vtilitatem versum cum vsuris restituere tenetur, d. l. patri. §. si pecuniam. & l. si prædium. de prædijs minor. eodem modo æqui

est ipsum emptorem rem cum fructibus, & accessoribus restituere debere, quod etiam suadet huius verbi, Restituere, significatio, † quæ rem cum fructibus comprehendit, l. 4 in condemnatione. §. 1. ff. de reg. iur. & l. restituere 1. & 2. ff. de verbo. signific. cum similibus, alioquin si in restitutione in integrum fructus non venirent, non vtique minor vel alius in integrum restitutus diceretur, cum restitutio sit in pristinum statum repositio, & ita facienda sit, vt quis integrum ius suum recipiat, d. l. si minor. §. restitutio, vbi Bar. idem Bart. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter, colum. 1. versic. veritas est ista. ff. ex quibus cau. maio. quibus iuribus videtur concludendum, hunc emptorem, seu acquisitorem rei captæ pro executione iudicati, & traditi non seruatis solemnitatibus præscriptis, tanquam malæ fidei teneri fructus omnes cum re ipsa restituere.

Contrarium verius esse aliqui dicebant, 5 ex communi conclusione, † quòd possessori minoris, vel alterius ex titulo minus solemni, faciat fructus suos, quia titulus nullus, vel putatiuus, ex errore iuris, etiam iniusto causatus, bonam fidem producit, quæ ad præscribendum sufficit, vbi titulus non est ad præscriptionem necessarius: & hanc conclusionem probari dicunt ex textu in l. igitur. §. potest. ff. de liberali causa. & in cap. peruenit, de emption. & venditio. vbi Imol. colum. 2. versicu. item nota, quia licet error iuris. vbi etiam Butri. qui istud extollit, dicens, quod licet error iuris respectu tituli impediat præscriptionem, in qua requiritur titulus, vt in l. nunquam. ff. de vsucap. attamen non impedit præscriptionem, ad cuius substantiam non requiritur titulus: & Butrium refert & sequitur Felinus in cap. de quarta, numer. 34. de præscript. & in c. cum contingat. colum. 3. de Rescript. idem tenet Bartol. in l. Celsus. numer. 17. versicu. dic ergo. vbi etiam Paul. de Castro, colum. 1. ff. de vsucap. dicens, bonam fidem præsumi, si præcedat titulus verus, vel putatiuus, etiam ex errore iniusto, per text. in d. l. igitur. §. potest. idem Paul. cons. 44. colum. penult. lib. 2. sequitur Alex. cons. 125. col. 3. lib. 4. Et hanc opinionem sequitur Rubeus cons. 75. num. 4. vbi post Bal. Barb. Alex. & Ias. per eum citatos concludit, ex iniustis causis induci bonam fidem, dicens, hanc esse communem opinionem: quam sequitur Didac. in reg. possessor. § 7. secundæ partis relectionis, num. 5. versic. secunda conclusio. Hinc † dicit Bal. in l. 1. per glos. ibi. C. vbi causa status. quòd bona fides potest causari ex iniustis, & temerariis causis, quæ conclusio, licet quo ad præscribendum dubitabilis sit, attamen quo ad fructuum acquisitionem, indubiè dicitur procedere, prout eam ita procedere volunt nonnulli, maximè Imo. in c. fin. colu. 4. de præscriptio. quem sequitur Alciat. de præsumpt. regu. 3. præsumptio. 5. num. 4. 6 versic. sed Imola. Nam † ad fructuum acquisitionem titulus non requiritur, sed sufficit bona fides ex errore iuris productæ glos. in l. sed etsi lege. §. scire. vbi Barto. & Paul. de Cast. colum. 1. ff. de petitio. hæred. in l. si fur. §. 1. ff. de vsucap. & in l. de fructibus. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Paul. de Castro in d. l. Celsus, colum. 1. vbi Balb. in 4. nota. limitatione tertia. num. 18. ff. de vsucap. post Bar. Bal. Ang. Imol. & Felin. per eum relatos, Alciat de præsump. regu. 3. præsumptio. 30. numer. 2. latissimè Curtius Sen. cons. 72. colum. 5. & 6. Curt. Iun. cons. 28. num. 6. quos refert Menoch. de recupe. possess. remedio 15. num. 593. 629. & sequent. Plot. in repeti. l. si quando. num. 291. C. vnde vi. Et est communis, & firma conclusio, prout prædicti Docto. attestantur, bonam fidem ex errore iuris, etiam iniusto causatam, sufficere possessori ad faciendum fructus suos: & rationem addit Bar. quia quo ad eorum acquisitionem, titulus (vt iam diximus) non requiritur, sed sufficit non adesse malam fidem: quæ 8 † profectò non adest, vbi error iuris interuenit, & sufficit qualis qualis occasio possidendi, vt dicit Baldus in l. irritam. colum. 2. versic. modo quæritur. C. pro donato, & licet non habeat veram, & positiuam bonam fidem, quæ est exclusiua omnis ignorantiæ iuris & facti, attamen sufficit, hunc possessorem non esse in dolo, qui non est, vbi error iuris interuenit, vt habetur per Ias. Alexan. Dec. & alios in l. si quis id, quod. ff. de iurisd. omn. iudic. sufficitq; quòd ab eo mala fides absit, & sic quòd medium teneat inter bonam, & malam fidem, vt dicit Bar. in d. §. scire. num. 4. quem sequitur Balb. de præscriptio. in 2. part. 3. part. principa. quæstio. 1. num. 7. at vbi non est neque bona fides, neq; mala fides, tunc potius præsumitur bona fides, quàm mala, Bal. in c. vigilanti. col. 1. versic. extra nota. de præscriptio. Facit l. meritò. ff. pro soc. Erit ergo bona fides, quam habet errans in iure, præsumptiua: quanquam dici etiam possit, hanc bonam fidem esse ve-

tam re ipsa, quantum ad factum, & quantum ad iuris effectum, vt voluit Didac. d. reg. possessor. §. 7. secundæ partis reiectio. num. 6. & 7. vbi pluribus demonstrat, Bartolum malè sensisse, cum quo videtur tantum malè sensisse Menochius d. remed. 15. num. 629. † sed
9 sive vera, sive præsumptiua bona fides sit, dicunt sufficere, quod ea, qualis qualis sit, possessorem excusat a fructibus, & eos ille acquirit, prout in errante in iure ob solemnitates non seruatas in alienatione rei minoris tenet glos. notabilis in d. l. si contrà. C. si quis ignorans rem minoris. quam ibi commendant Bald. & Salycet. cui alia similis est in l. quæcunque. §. fin. in glos. fin. ff. de Publicia. Eandem etiam notabilem dicit Ias. in l. 1. §. si vir. num. 22. ff. de acquir. possess. Curtius Sen. d. cons. 72. colum. 6. in fin. post Ioan. de Platea in l. 1. in 4. nota. C. de prædiis decurio. sine decret. non alienan. lib. 10. & Lauren. de Rudolph. in repetitio. c. sine 12 quæst. 2. in penult. quæstio. Id verò multò magis verum esset, vbi cum errore iuris esset quoque admixtus error facti: quia tunc error iuris bonam fidem produceret, quæ non modò sufficeret ad fructuum acquisitionem, sed etiam ad præscriptionem: Balb. in d. l. Celsus. in 4. notab. num. 22. post Felin. Dynum, & alios, quos refert Curt. d. cons. 72. colum. 8. in
10 princip. hoc tamen † non indistinctè intelligendum putarem, sed limitari existimo, vt non procedat in emptore rei minoris viro prudente, & sagaci, quia is non excusatur à fructibus ob bonam fidem ex errore iuris causam, secundum Aret. cons. 17. colum. 8. versic. præterea alia ratione. & Grammaticum d. decisio. 77. num. 7. & 8. Hinc dicunt Modern. Paris. in consuet. Paris. §. 22. num. 52. quòd nisi adsint verisimiles coniecturæ ignorantiæ iuris, ex qualitate emptoris, aut ex qualitate venditoris, qui erat fortè vicinus ætati maioris, extra tutelam & curam, & fortè vxoratus, qui industriosè res suas per se exercebat, l. 1. C. qui ei aduersus quos difficile erit excusare emptorem à vera mala fide: quia scientia iuris præsertim vulgati præsumitur, l. leges. C. de legib. Poterit itaque bonus iudex ex concurrentibus coniecturis existimare, an emptor errans in iure dolo careat, & mala fide: quòd si compererit, eius sacramento stabitur de errore iuris: maximè, si sit persona fide digna, vt dicit Bald. in d. l. si contrà. C. si quis ignorans rem minor. Curt. Sen. dicto cons. 72. colu. 9. versic. verum, vt nihil omittatur. Balb. in d. l. Celsus. numer. 23. in fine. ff. de vsucap. Si verò non est persona fide digna, tunc probabitur error iuris ex qualitate facti, & personarum, iuxta Practicam, quam tradit Bartol. in l. non fatetur. num. 12. ff. de confess. Quid dicendum? inter tot Doctorũ opiniones concluſum à maiore parte Senatorum fuit, primam opinionem in casu proposito esse veriorem & crebriorem, cui non obstant in contrarium adducta: quia respondetur, illa procedere in titulo causato ex errore iuris non re-
11 sistentis, nec assistentis: † secus verò in errore iuris expressè actui, sive contractui resistentis, quia talis titulus non causat bonam fidem, sed potius malam, & ideò errans tenetur ad fructus, dict. l. 1. de fide Instrumen. l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. l. 1. C. de præd. decur. sive decret. non alien. Ita notabiliter tradit, & limitat Bartol. in dict. l. sed si lege. §. scire. numer. 4. de petitio. hæredit. sic intelligens prædicta iura, & c. qui contra iura, de regiur. in 6. quem refert & sequitur Felin. in c. cum causam. numer. 27. de re iudicat. post Butri. Abb. Cald. & Lauren. de Rudolph. per eum citatos. Paris. d. c. si diligenti. num. 27. de præscript. vbi limitat, non procedere in persona simplici, vel ius esset dubium: & quòd talis titulus non sit sufficiens ad acquisitionem fructuum, est textus in l. iubemus. 2. §. sanè. 1. C. de sacrosanct. eccles. & in d. l. 1. C. de fide Instrum. in c. si quis presbyterorum, de reb. eccles. non alienan. & Bar. sequitur Abb. in c. ad nostram. col. fin. circa finem, eodem tit. & in c. dilecto. col. 2. versic. nota. in versic. vnde dictum, de præben. & in c. grauis. col. 6. versic. item dubitatur, de restitutio. spoliato. Felin. in c. de quarta. num. 31. vers. tertia restrictio, de præscript. Sequitur etiam Balb. in reper. l. Celsus. in 4. notab. num. 35. ff. de vsucap. post Abbã. & Alexand. quos refert in locis per eum allegatis: idem tenet Alciat. de præsumptio. reg. 3. præsumptio. 30. num. 3. at tali titulo emptionis rei minoris non solemniter factæ lex expressè resistit, eamq; irritam declarat, vt in l. lex, quæ tutores. C. de administrat. tuto. Ergo possidens ex tali titulo, causato ex errore iuris resistentis contractui, non faciet
12 fructus suos. † Accedat, quòd quando titulus, quo quis se tuetur, est nullus & irritus, habeturq; pro non titulo, tunc possessor fructus restituit, non modò percep-
tos, sed & percipiendos: ita in terminis nostris consuluit Roma. cons. 454. colum. per-

penult. in tertio dubio, per textum, quem dicit singularem in l. filio. §. contra tabulas. ff. de inoffic. testam. vbi reducta ad irritum sententia, cuius contemplatione in re possessor tenebatur, res ipsa cũ fructibus restituitur: adducit & text. in d. l. si contra. C. si quis ignorãs rem min. esse. Romanumq; refert & sequitur Natta cons. 535. nume. 12. Menochius loco suprà citato, num. 638. restringens dicta Romani ad minorem, in quo dicit, esse singulare, quod salua eius pace non puto verum, cum l. filio. §. contra tabulas per Roma. allegata indifferenter loquatur: & idem, quod Roman. videtur quoque velle Ang. in l. sed & partus, in princ. ff. quod met. causa. vbi dicit, quòd quando titulus pro non titulo habetur, quia est nullus ipso iure, tunc possessor tenetur de fructibus etiam percipiendis: † quoniam paria sunt nullum omnino titulum habere, vel talem, qui ipso iure sit nullus, l. nec vllam, in princ. ff. de petitio. hæred. & sic esse intelligendam, dicit l. 1. C. de fide Instrum. & d. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. sequitur id ipsum Panormi. in c. cum causa. colum. final. in principio, de offic. delega. adducens ad hoc text. cum glos. in c. non liceat Papæ. 12. q. 2. & d. l. quemadmodum. At in casu nostro titulus emptionis, seu deliberationis, reducitur ad non titulum, imò nullus est ipso iure ob defectũ solemnitatis & omissi ordinis à iure requisiti: ergo emptorem fructus restituere teneri dicendum est. His etiam adstipulatur, quod scribit Imol. in c. ad apostolicam, colum. 3. de donatio. dicens, † quòd ille, qui habet titulum ex contractu inito cum minore vel ecclesia, & scit, quòd aduersus illum contractum potest peti restitutio in integrum, talis non dicitur habere titulum aptum ad præscribendum, nec esse in bona fide, & Imol. refert & sequitur Felinus in d. c. de quarta. numer. 35. in fin. de præscriptio. nec non Balb. in dicta l. Celsus. numer. 21. ff. de vsucapionib. quòd si nec titulum, nec bonam fidem dicitur habere is, qui contraxit cum minore, licet contractus sit inualidabilis per restitutionem in integrum, eo quòd scit, minorem posse petere restitutionem, multò minus titulum: aut bonam fidem habere dicetur, qui inualidè cum eodem minore vel alio contraxit, & consequenter ob defectum tituli, & bonæ fidei teneri ad restitutionem fructuum. Et hæc comprobantur ex l. bonæ fidei, in principio, & §. 1. ff. de acquirend. rerum domi-

15 nio. † vbi bonæ fidei possessor, quo ad acquisitionem fructuum is dicitur, qui scientiam rei contra iura alienatæ non habet: vtputa, si quis emat ab eo, qui rem à pupillo sine solemnitate emerat, vel à præside, cui contra legem repetundarum fuerat res donata, & in specie facti, de quâ agitur, si res empta fuerit ab eo, cui pro pignore capta, tradita fuerat, non seruata forma decretorum, vt in versiculo, ab eoque postea alienata sit bonæ fidei emptori: ergo vbi quis sciens rem pupilli, vel in executionem iudicati captam, & non seruatis seruandis traditam acquisiuit, dicetur malæ fidei, propterea non facit fructus suos. Et his acedit text. iuncta glos. in l. bonæ fidei. ff. de verborum significatio. & quod scribunt Modern. Paris. dicto §. 22. numer. 54. ex quibus colligitur responsio ad glos. in dict. l. si contra. cui etiam respondet Neuiza. d. cons. 85. num. 16.

Quo verò ad id, quòd quæritur, an minor, vel alius debitor, qui bona non seruatis seruandis alienata cum fructibus recuperat, teneatur pecuniam debitam cum legitimo interesse restituere creditori, o-
16 missa disputatione, sancitum extitit, † debitores debitum soluere teneri cum legitimis vsuris, seu interesse, per textum in l. vtere. & in l. si prædium. C. de prę. minor. hoc enim casu locum habere potest æquitas, l. curabit. C. de actio. empt. quam ad hos terminos citat Francis. Marsi. decisio. 21. in fine. quem refert & sequitur Rebuff. de restitu. artic. 1. glos. 3. num. 31. Et huic quæstioni super addita fuit alia, an debitor, antequam agat, debitum cum interesse offerre debeat, etiamsi non opponatur? Et videbatur dicendum, teneri offerre, l. si cum militaribus, in fine. C. de restitut. milit. cui accedunt text. in d. l. 1. C. de fide Instrum. & iure hast. fisc. & in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. & quæ scribit Roma. cons. 244. colum. 2. versic. secundò, quia certum est. & versic. seq. Dec.
17 cons. 421. num. 6. & seq. Quibus † non obstantibus, cõclusum fuit, audiri posse actorem, si de precio non soluto non opponatur, cum prædicta iura ex crebriore sententia intelligantur parte opponente, ex his, quæ notat Ias. in §. actionum. num. 134. & seque. post Bart. Bald. Angel. Roman. & Cuman. per eum allegatos. Dec. cons. 119. numer. 1. & cons. 298. numer. 2. Afflict. decis. 220. nu. 4. & 5. Quibus omnib. accuratè discussis declaratis actis exequutionis

nullis,

nullis, condemnauit Senatus possessorem conuentum ad restitutionem bonorum cum fructibus à die traditionis, actore prius soluente, quantitatem debitam cum legitimo interesse, quod cum fructibus facta omnium liquidatione proportionabiliter compensari mandauit, sequutus ea, quæ scribit Iaf. in dicto §. actionum. num. 137. & sequent.

SVMMARIVM.

1 Feuda, quæ dicantur ex pacto & prouidentia, & quæ hæreditaria.
2 Feudum an dicatur ex pacto & prouidentia, aut hæreditarium. si in inuestitura dictum sit, pro se filijs & hæredibus, vel dictum sit. pro se & hæredibus masculis, & num. 10. & 12.
3 Feudum, an efficiatur hæreditarium, si in clausulis exequutiuis est posita dictio, hæredibus, & non in principali dispositione.
4 Feudum simpliciter concessum nulla facta mentione liberorum, vel hæredum censetur hæreditarium, non ex pacto & prouidentia, contra num. 5.
6 Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis & fideicommissi, quomodo intelligatur.
7 Feudum nouum, & antiquum regulariter æquiparatur, etiam quoad succedendum.
8 Feudum potest esse rectum, proprium & simplex, licet non sit hæreditarium secundum quid, secus, si non est transitorium ad liberos, cum qualitas liberorum sit de natura feudi proprij.
9 Feudum dicitur ius quoddam cohærens personæ, simile vsufructui.
11 Filius succedendo patri in feudo, non dicitur de nouo acquirere, sed iam acquisitum capere.
13 Dictio, Plerumque, quomodo intelligatur.
14 Intellectus c. vni. de duob. fratr. à cap. inuestit.
15 Hæres, dictio in materia feudali regulariter intelligitur de hærede sanguinis, non bonorum.
16 Feudum concessum pro se, & hæredibus quibuscunque, ex communi sententia dicitur simpliciter, & merè hæreditarium, transitorium ad quoscunque hæredes etiam extraneos, quæ conclusio non habet locum in hac patria stante decreto.

DECISIO CLXI.

Feuda, quæ dicantur ex pacto & prouidentia, & quæ hæreditaria mera, aut mixta, etsi simpliciter concessa, an in dubio censeri debeant hæreditaria mixta vel ex pacto, & prouidentia.

QVoniam sæpissimè contensum extitit, super recisione alienationū bonorum feudalium, tanquam contra iuris communis dispositionem, & decretorū dominicalium formam factarum, operæpre cium existimaui, ad tollendas (Deo dante) lites occasione dictarum alienationum futuras, aliquos articulos discutere, & oculo Senatus absoluere, quibus cognitis, facilè erit scire, quando alienationes prædictæ legitimè factæ dicantur, & emptores tuti esse possint.

Inuocato igitur domino, & Saluatore nostro IESV Christo, Dei virtute, & sapientia, à quo cuncta bona, & omnis veritas procedit, cum omnis ferè controuersia à natura feudorum oriatur, non ab re esse arbitratus sum, omissis aliis distinctionibus feudorum, hanc vti præcipuam ad declarationem instituti nostri proponere, videlicet feudorum alia à Doctoribus nuncupari feuda ex pacto, & prouidentia, seu secundum aliquos recta paterna, alia feuda hæreditaria, seu conditionata, & horum alia dici feuda hæreditaria simpliciter, alia verò feuda hæreditaria mixta, vel secundum quid, de qua distinctione latè scripsit Camerarius, de prohibit. feud. alien. per Federi. §. præterea Ducatus, reprehendens Doctores tanquam feudorum ignaros, qui hanc distinctionem fecerunt: ego autem, prætermissis his disputationibus, pro more sequar Doctorum receptorum semitas, potiùs substantiam, quàm vanas verborum disputationes amplectens.

1 Feuda igitur ex pacto, & prouidentia ea sunt, † quando in inuestitura dicitur, Pro se, & eius filijs, siue liberis, aut descendentibus: hereditaria verò mixta vel secundum quid, quando est facta mentio de hæredibus, puta, si dictum sit, Prole, & hæredibus, teste Deci. consil. 185. numer. 1. & 2. & consil. 208. numer. 7. & consil. 445. numer. 8. post alios per eum relatos. Alexand. consil. 55. numer. 9. volum. 4. Paris. consil. 3. numer. 9. & cons. 5. num. 2. volum. 1. & cons. 72. num. 3. & sequen. vol. 4. Gozad. cons. 9. num. 52. & sequent. Anno. de Alex. cons. 52. & seq. inter consilia Sigis. Guliel. à Perno latè in notabilibus feud. in 4. notab. numer. 9. Curt. Iun. de feud. in prima parte, quæst. 8. col. 5. versic. quartò sub hac prima, latè Iulius Clarus, de feud. quæst. 9. vbi plures cumulat, quibus addo Neuiza. cons. 10. num. 15. Afflict. decisio. 140. Viui. in suis communibus opinio. in verbo, Feudum hæreditarium. vbi attestatur, istam esse communem opinionem, Villalobos in litera F. num. 21. Natta cons. 507. num. 37. Bossi. de princip. num. 304. & pluribus sequent. Ioan. Ferra. in sua

dict. feudo. lib. 1. col. 60. & seq. cumulatissimè Porti. in suis commun. conclusionibus, lib. 1. cap. 16. vbi plura de hac materia scribit, tractans etiam remissiuè, tamen si dictum fuerit, † Pro filijs seu liberis, & hæredibus, vel si dictum, Pro hæredibus masculis, tanquam inter hæc sit differentia, vt primo casu dicatur hæreditarium mixtum, secundo verò non, iuxta tradita per Dec. d. cons. 185. num. 3. Ias. cons. 7. colum. pen. vol. 3. D. Rolland. à Valle cons. 67. num. 30. & seq. volum. 1. Nat. cons. 127. & 128. Bero. cons. 68. num. 71. & sequent. & cons. 69. num. 4. vol. 1. quæ quidem differentia filiæ tantorum patrum reuerentia, potius verbalis, quàm realis videtur, & contra eam adducuntur text. in tit. de eò, qui sibi & hæredibus suis masculis, & fœmin. in rubro, & nigro, & clariùs in c. 1. de duob. fratr. à capit. inuestit. qui tex. intelliguntur cõmuni interpretatione de feudo hæreditario, & tamen ibi dicitur, Pro hæredibus masculis: ita tenet Rub. sibi in hoc parum constans post alios per eum adductos, cons. 18. num. 3. Afflict. d. decis. 140. vbi dicit, ita pluries fuisse iudicatum: Crauet. cons. 131. num. 8. Port. dict. c. 16. colum. 52. versic. sed contrarium sentit Bar. Dida. lib. 2. Varia resol. c. 18. num. 3. Berous sibi contrarius cons. 65. num. 95. cons. 67. nu. 59. & 75. vol. 1. Iul. Clar. in d. q. 9. in vlt. q. Et hanc opinionem existimo veram: tùm quia rationes in contrarium adductæ non multum vrgeant, cùm in materia feudali, quando de filijs, liberis, descendentibus, hæredibus agnatis, proximioribus, & similibus, simpliciter loquimur, semper de masculis descendentibus intelligitur, c. 1. in princ. de suc. feud. §. etsi clientulus, de alie. feud. §. similiter. d. l. Cor. Alex. cons. 107. num. 4. volum. 4. cum alijs cumulatis à Camer. §. præterea Ducatus. fol. 21. litera S. & T. ex quo fœminæ regulariter sunt exclusæ. §. hoc notandum, de his, qui feud. da. poss. & §. quin etiam Episcopum, vel Abbatem. §. fin. de succ. feud. & de success. fratr. in princ. cum alijs vulgaribus: tum etiam, quia dictio, Hæredibus, debet aliquid operari, & non esse superfluo posita, & operabitur, si dixerimus, debere intelligi de filio masculo, qui tamen habeat qualitatem hæredis, sitq; hæres primi inuestiti mediatè vel immediatè: ita post plures Doctores citatos tenet Socin. Iun. dict. cons. 42. num. 7. & 8. volum. 3. Quid autem iuris sit, si non in principali dispositione, † sed in clausulis exequutiuis sit posita dictio, hæredibus, an feudum censeatur hæreditarium, Curt. Iun. cons. 3. numer. 3. tenet esse hæreditarium, cum posita in exe-
3 cutiuis, & † si non alterent principalem dispositionem, attamen eam declarant, cui contradicit Dec. consil. 38. colum. 5. vers. quartò me inducit. & illi hæret Bois. de princ. num. 308. in fin. à quibus non dissentio, quia etsi verba posita in exequutiuis declarent præcedentia, illud procedit in dubijs, vtputa si dictum fuisset, Pro se & suis, quæ sunt verba dubia: Neuiz. cons. 9. numer. 8. non autem in claris, in quibus non est locus conjecturis, l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligatio. vt quando dictum fuit in principali dispositione, Pro se & filijs seu liberis. Sed quid, si dictum fuerit simpliciter, Pro ipso inuestito, nulla facta mentione liberorũ, seu hæredum, an censeri debeat hæreditarium, vel ex
4 pacto & prouidentia? Et † prima facie videtur dicendum, feudum simpliciter concessum in dubio præsumi hæreditarium,
5 † per regu. l. si pactum. ff. de probatio. vbi in dubio plerumque tam hæredibus nostris, quàm nobismetipsis cauemus, & in materia feudali videtur text. in c. vni. de duob. fratr. à capit. inuestit. ibi vnusquisq; enim sibi suisq; hæredibus videtur prospexisse, per quæ iura ita dicit glos. in c. 1. in titul. quibus mod. feud. constit. potest. in verbo, succedente. Iser. in titu. de alienat. feud. §. etsi libellus. colum. 3. in prin. & in tit. ex quib. causis feud. amitta. §. huius autem generis. col. 2. versic. si ergo non probatur. & in titu. an agn. vel fil. in princip. & ibi Bald. col. 3 num. 11. Iaco. Aluaro. col. penul. in princ. Paul. de Cast. cons. 311. col. penult. vol. 1. & in l. pro hærede. §. si quid. num. 9. ff. de acqui. hære. Alex. cons. 18. nu. 9. & cons. 26. num. 3. vol. 5. Curt. Iun. cons. 3. post tractatum feud. qui allegat Cuman. cons. 166. idem Curt. cons. 138. num. 15. Bru. cons. 18. Paris. cons. 2. numer. 18. & cons. 3. num. 9. vol. 1. Rub. cons. 18 num. 3. Afflict. decis. 140. Nat. cons. 624. nu. 6. Neuiz. cons. 9. nu. 8. Roll. à Valle, cons. 97. nu. 99. Dida. lib. 2. varia. resol. c. 18. num. 3. circa fin. post plures per eos adductos. Paul. de Castro cons. 179. num. 11. in antiq. & 208. in noui. qui omnes nituntur d. l. si pactum. & c. vni. de duob. fratr. à capit. inuest. quorum opinio coadiuuari videtur ex textu in titul. an agna. vel filius. vbi filius non potest retinere feud. paternum, repudiata hæreditate paterna, sed habet necesse, vel vtrunque retinere, aut repudiare; & tamen se-

cundum

cundum Iaco.de Bel. & Bald. intelligitur, quando feudum erat simpliciter concessum, vel pro se & hæredibus, quem sequitur Iacob. de S. Georg. in inuestitu. versic. ita, quòd ipsi. num.2. Huic opinioni adstipulatur text. in d. §. cum verò. & §.seq.de his, qui feud.da.poss. cum similibus, vbi fit mentio de legitimo hærede.

In contrarium verò, quod præsumatur
5 ex pacto & prouidentia, faciunt † infra scripta. Primò, quia si ius antiquum consideramus, nemo dicere poterit, feudum simpliciter concessum, esse hæreditarium, quoniam feudorum ea erat ab initio natura, qua poterant domini ad eorum libitum feuda vasallis auferre, deinde eò ventum est, vt per annum tantum firmitatem haberent, postea vsquequo vasallus viueret, quo mortuo iure successio ad filios non pertinebat, c. vnic. §. & quia de his, qui feud. da. poss. cum ergo personam vasalli feudum non egrediebatur, fateri cogimur, illud iure antiquo non esse hæreditarium. Si verò consideramus media tẽpora, etiam dicemus, feudum alicui simpliciter concessum, non esse censendum hæreditarium: quia illo iure stabilitum fuit, quòd feuda, quæ primęuo iure personam vasalli non egrediebantur, ad filios, in quos dominus vellet, deuenirent, postea statutum fuit, vt æqualiter ad filios tantum pertinerent, d. §. & quia. versic. sed cum inde, ex lege Corradi ad nepotes ex filio extensum fuit. §. cum verò, eodem titulo: ergo etiam secundum ista media tempora dicere non possumus, feudum simpliciter concessum esse hæreditarium, cum non ex prouisione inuestiti, sed legis ad filios &
6 nepotes peruenie bat, nec egrediebatur eorum personas: si autem ius nouum inspexerimus, quo in masculos descendentes in infinitum talis concessio extenditur, §. hoc quoque, eodem titulo, similiter dicemus, feudum non esse hæreditarium: quia si feudum alicui concessum per extensionem à iure nouo introductam intelligitur concessum pro se, & eius descendentibus masculis in infinitum: ergo feudum simpliciter concessum censeri debet concessum pro se, & liberis masculis in infinitum, & sic ex pacto & prouidentia concedentis, cum eius mens talis esse in dubio præsumatur, qualis est legis l. ex facto, in princip. vbi Bal. ff. de vulga. & pupil. Bal. in c.1. colum.2. in tit. apud quos controuer. inuestitu. termi. Felin. in c. cum venissent, in princ. de iudica. Paris. cons. 1. num. 114. vol. 1. etsi diceretur suprà dicta iura debere intelligi in concessione facta expresse pro se & liberis, non autem in simplici concessione, respondeti potest, hoc dictum esse diuinatiuum, cum non possint aliter intelligi, nisi in concessione simpliciter facta, quoniam si expressum fuisset de liberis, nõ opus fuisset interpretatione, & extensione iuris, quia essemus in certis & claris, in quibus non est opus coniecturis, l. generali. §. idem quæsijt cum eodem, ff. de vsufruct. lega. lexq; diceretur facta super indubitabili contra l. quod Labeo. vbi glos. ff. de carb. edicto comprobatur hoc ex §. sin autem. & sequen. eod. tit. de his, qui feud. dare poss. vbi licet ex dispositione iuris feudorum frater non succedat fratri in feudo nouo, nec filia patri, attamen si ita nominatim, & specialiter dictum sit admittentur, d. c. 1. §. hoc notandum, de his, qui feud. da. poss. cum similibus.

Secundò, quòd feudum simpliciter concessum non præsumatur hæreditarium, sed pro se, & liberis masculis tantum, proinde ex pacto & prouidentia. facit text. in dicto §. sin autem vnus, etiam de feud. March. §. fin. & de benefi. fratris. vbi feudum nouum simpliciter concessum, censetur concessum pro se & liberis tantum masculis, in eoq; non succedit frater fratri, qui tamen secundum iura ciuilia est hæres legitimus fratris, l. 1. §. post nos. ff. de suis & legit. & l. 1. C. eodem titulo, cum simil. bus & tamen succederet in feudo, si esset hæ-
6 ditarium, cum † feudum hęreditarium multorum Doctorum auctoritate venit in petitione hæreditatis, & in restitutione fideicommissi, de eoq; iudicatur, prout de alijs rebus hæreditarijs secundum opinionem Doctorum suprà pro parte contraria. Allegatorum per Curtium Iun. d. quæst. colum. 5. in fin. post Barto. & Alex. in l. si patroni. ff. ad Trebell. Curt. de feud. in 4. part. fol. 48. colum. 3. vers. secundò potest decidi. Socin. Iun. colum. 72. num. 1. 2. & 3. volum. 1. Dec. consil. 395. numer. 45. cons. 78. num. 6. quod tamen non admitto in feudo hæreditario mixto, nisi intelligas secundum Curt. in d. quæst. 8. colum. 6. in princi. scilicet dummodo fideicommissarius sit de personis, ad quas poterat feudũ transire post Alex. cons. 19. num. 8. vol. 5. si ergo feudum nouum simpliciter concessum præsumitur pro se & liberis & non hæreditarium, cum frater legitimus ad id non admittatur: idem dicendum videtur in feudo antiquo.

N

Nec obstat, quòd dici posset, non valere argumentum de feudo nouo ad feudum antiquum, cum in feudo antiquo frater fratri succedat, dicto §. cum verò, & alijs suprà allegatis: quo fit, vt dispositum in vno, non censetur dispositum in altero, nec ex vno inferatur ad aliud, l. finali. ff. de calumniatori. quia ad hoc potest re-
7 sponderi, quod imò † regulariter idem iudicandum est de antiquo feudo, quod de nouo, nisi in aliquo eorum aliquid simpliciter constituatur: ita dicit Iser. in c. vnico, de alienatio. feudi paterni. §. etsi libellus, colum. secunda. huiusq; dicti ratio est: quia si referamus antiqua feuda ad tempora primi concedentis, & primi inuestiti, profectò dicemus omnia feuda ab initio esse noua, capit. vnico, qui testes sint necessarij ad no. inuest. in versicul. nouam inuestituram dico, quando feudum primo quæritur. Iser. in d. §. etsi libellus, columna tertia.

Nec nocet, quòd inter dicta feuda diuersa sit natura, cum in feudo antiquo succedant transuersales, secus autem, in feudo nouo: quia transuersales, qui admittuntur in feudo antiquo, non sunt transuersales illius primi inuestiti, sed sunt eius descendentes, cum in feudo antiquo acquirens præsupponatur pater communis agnationis, dicto §. cum vero de h s, qui feud im dare possunt. Curtius de feud. in prima parte, in 8. quæstione. columna secunda, in principio. & facit textus in titulo, si vasallus feudo priuetur, cui defer. in fine. quinimò si tales agnati dicerentur transuersales illius primi inuestiti, non succederent in feudo acquisito à primo inuestito. capit. vnico, de successione fratrum, & gradibus succedendi, in feudo, ideo cautus debet esse agnatus, vt probet, se esse de descendentibus ab illo primo inuestito, aliàs non obtinebit: Aluarot. in dicto §. finali. columna quinta. versicul. decimaseptima conclusio, & in titulo, si vasallus feudo priuetur, cui defer. in principio. & columna secunda, numero tertio. imò fortiùs talis interpretatio faciendа est in feudo antiquo, in quo succedunt liberi masculi tantum, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente, c. vnico, in principio, de successione feudi, cum alijs cumulatis à Paris. consilio tertio, numero primio. volumine primo. Et ratio est, quia filius succedens non habet feudum iure habito à defuncto, sed ex iure acquisito ab antecessoribus ex pacto, & prouidentia concedentis: ita dicit gloss. in d. c. vnico, de success. feud. in verbo, Inuestiti. argu. l. si arrogator. §. penulti. ff. de adoption. Socin. Iun. in dicto consi. 72. numero septimo, volumine primo. post alios per eum relatos: quæ enim à genere vel à Principe, aut ab ipsa rerum natura, proueniunt, debent liberis manere incolumnia, l. eum, qui. ff. de interdictis & relegatis, vbi Bartolus, & in l. vt iusiurandi. § si liberi. ff. de operis liber. Paulus de Castro consil. 179. numero vndecimo. versicul. secus, si accepit. & consilio 372. numero octauo. volumine primo. Nam text. in dicto capit. primo, de successione feudi, loquitur simpliciter, non exprimendo, q̃ in concessione feudi fuerit dictum, Pro se, & liberis, vel, Pro se & hæredibus: & tamen Docto. intelligunt illum text. in successione feudi pro se, & liberis, non autem hæreditarij: quia iure hæreditario non habetur feudum. ita Bartol. & Bald. post Cyn. in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de petit. hær. addens post Dyn. quòd si frater fratri facit quitationem de omni eo, quod posset petere in hæreditate paterna, quòd per hoc non impeditur petere feudum, quia non petatur tanquam de hæreditate paterna: quos sequitur Dec. d. consi. 395. nu. 8. Catella. Cotta in suis memora. in memora. incip. Emphyteosis non venit. versi. & ideo singulariter. & in memor. incip. Feudum debet. ac in memo. incip. Filius renuncians, post alios Docto. in locis per eum relatis. Sed si feudum præsumeretur hæreditarum, tunc in eo defuncti ordinatio maneret, & valeret, posset q̃ prælegari, & insolutũ creditoribus dari, secundum Doct. suprà allegatos, cum hæres regulariter non possit factum defuncti impugnare, vulgata l. cum à matre. C. de rei vend. Paris. consi. 2. nu. 27. & plurib. seq. vol. 1. Neuiza. d. consi. 9. nu. 8. veniret q̃ in quitatione facta de hæreditate paterna, contra Doct. Bar. in d. §. nunc videamus communiter approbatam.

Tertiò, quòd non præsumatur hæreditarium, probatur, quia verbum, Hæreditarũ, est quędam qualitas extrinseca, quę non est de natura feudi, nec de requisitis ad feudũ,
8 cum possit † esse feudum proprium, simplex, & rectum, sine tali qualitate, vt fatentur omnes Doctores, maximè Curt. de feu. in prima par. d. quæstio. 8. col. 5. versicu. quarto sub hac prima, imò diuersam, & separatam habet naturam ab hæreditate, vt concludit Dec. d. consi. 78. num. 4. & 5. & consi. 185. Ergo talis qualitas extrinseca

non præsumitur, arg. not. in l. si ita. §. Grisogonus, in fin. ff. de verb. oblig. & in l. si repetendi. C. de condi. ob cau. vbi qualitas in mente retenta dicitur abortiua, nec parit effectum, cum alijs cumulatis, per Tiraquel. in rep. l. si vnquam. in verbo, Libertis. nu. 18. 20. & seq. sed qualitas liberorum est de natura proprij, recti & simplicis feudi, ac de septem requisitis ad hoc, vt feudũ dicatur proprium, rectum, & simplex, videlicet, quòd perpetuò transeat ad liberos masculos, d. §. cum verò. c. vnic. de succes. fratr. c. vni. de succes. feud. & Bal. in titu. de alie. feu. nu. 7. Cur. in suo trac. de feud. in prima par. in 6. q. col. 2. Alexan. in cons. 17. nu. 3. & cons. 19. nu. 5. in fin. vol. 5. Dec. cons. 78. colu. penult. in fin. Zasius in suo trac. de feud. in rub. de orig. feud. in prima par. nu. 7. igitur talis qualitas à iure subintellecta semper tacitè intelligitur repetita, nec dicetur abortiua, arg. l. si cui. ff. de seruituti. l. quanquam. ff. de ritu nuptia. Rip. in similibus terminis, in repeti. l. si vnquam, in prima quæst. in fi. C. de reuo. don. per tex. in l. cum acutissimi. C. de fideicommis. & ibi Tiraq. in præfati. num. 6. & in dictione, libertis. nu. 6.

Quartò, quòd non præsumendum sit hę-
9 reditarium, videtur vrgere: † quia feudum dicitur ius quoddam personæ cohęrens simile vsufructui, secundum Bald. de successio. feud. §. hoc quoque. colum. 3. quem refert & sequitur Socinus Iunior in dicto consil. 72. numero decimooctauo, decimonono. post Iacob. de Ardi. Socin. & Calca. per eum relatos, Bald. in dicto §. nunc videamus, post Iacobum Brut. quem refert Curt. de feud. in quarta parte, in prima reg. quæstio. penult. col. 6. & consil. 137. nume. 3. post Ang. cons. 321. Ergo extinguitur cum ipso vasallo, & sic non potest dici hęreditarium.

Quintò pro hac opinione maximè stringit, quia si vera est illa opinio Doctorum
10 suprà citatorum tenentium † feudum expressè pro se & hæredibus masculis concessum, propter illam qualitatem masculinam adiectam verbo, Hæredibus, non dici hæreditarium, nec transire ad descendentes per viam successionis, sed ex pacto & prouidentia secundum Docto. suprà citatos: quibus addo Dec. cons. 395. num. 7. & Soci. Iun. d. consi. 72. nu. 27. & 28. volum. 1. Afflic. in prelud. feud. colu. pen. Rub. sibi contrarium cons. 85. & nu. 5. & 6. & cons. 110. nu. 4. Bello. cons. 33. numero secundo. Ergo à fortiori non debet censeri hæreditarium, vbi non est expressa qualitas, Pro se, & hæredibus.

Sextò confirmatur hæc opinio ex glo. fina. quam ibi Bald. & communiter Do-
11 ctores notant de feud. cogn. † quòd filius succedendo patri in feudo non dicitur de nouo acquirere, sed iam acquisitum capere, sequitur Tiraquel. pluribus cumulatis in tractatu primogeni. quæstio. 40. numero 96. & in tracta. le mort saisit le vif. in 4. declara. præfationis. Iacobus Assaa Lusitanus de primogenit. numero quinquagesimotertio. & ratio est, quia dicitur inuestitus viuo patre, quod etiam dicit Soci. cons. 19. volum. 1. quem refert & sequitur Camerarius in d. §. præterea ducatus. col. 6. litera M. & N. & Socin. Iun. d. consil. 42. colum. fin. volumi. tertio. vbi dicit procedere, etiamsi feudum esset mixtum. Si ergo iam est acquisitum viuo vasallo, non potest dici, quòd sit hæreditarium ipsius vasalli defuncti.

Quapropter ex suprascriptis fundamentis videtur defendi posse veriorem de iure esse opinionem, quod feudum simpliciter concessum præsumatur pro se & liberis, & sic ex pacto & prouidentia con-
12 cedentis, & non hæreditarium, † quam opinionem tenuerunt infrascripti scribentes, And. de Isern. in titu. de his, qui feud. dare possunt. c. vnico. §. sed quia. & in cap. vim, in principio, de successio. feud. vbi dicit, quod lex et legis prouidentia dat feudum liberis, dicto §. cum verò Corradus. Si ergo legis prouidentia dat feudum liberis, debet intelligi in concessione simplici, & in dubio: quia vbi dictum esset expressè, Pro se & liberis, istud esset ex prouisione hominis expressa, & non ex prouidentia legis, & idem Isern. in cap. vim. §. & si clientulus, de alienatio. feud. Iacobus de Beluisio, in titu. de eo, qui sibi & hæredibus suis masculis & fœmin. in fin. Alia-ro. in titulo, quibus modis feud. constitu. potest. colum. penulti. Bartolus in dicto §. nunc videamus. vbi dicit, quòd filius ante aditam hæreditatem paternam habet feudum, non iure hæreditario, sed ex pacto, vel legis prouidentia in l. si mihi & Titio, in fine. ff. de verborum obligationibus. Baldus expressè post glos. ibi, in titu. quibus modis feud. constitu. potest, in finalibus verbis, & in l. liberti libertæq. columna septima. ff. de oper. liber. in l. cum acutissimi, in principio. C. de fideicommissis. Paulus de Castro in d. l. si mihi & Titio, columna prima. in l. adoptiuum.

§. pr

patronum, nume. 4. ff. de in ius vocan. constituens tamen differentiam inter filium & agnatum. & consi. 311. colum. penul. versic. breuiter prędicta. volu. 1. in l. ex facto. §. fin. num. 4. ff. ad Trebel. & in authen. post fratres. C. de leg. hęre. quos refert & sequitur Alexand. dicens, hoc habere pro constanti in l. quod dicitur. colum. antepen. versicul. sed circa hoc. ff. de verbo. oblig. consi. 17. & 19. num. 5. volum. 5. vbi expressę dicit, quòd feudum simplex & rectum intelligitur pro se & liberis. Iaso. in l. 1. nume. 57. C. de iure emphyteo. expressiùs in l. 2. numer. 188. cod. titu. dicens istam esse communem opinionem. num. 194. & 211. & 213. & in l. si non sortem. §. libertus. colum. penul. ff. de cond. indeb. in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 42. 45. & idem sentit consi. 57. colum. pen. vers. nam quando. volu. 1. Bertac. in verbo, Emphyteosis. i. num. 2. Dec. expressè in terminis in d. consi. 78. colu. pen. loquens, quando non apparet de inuestitura. consi. 185. & 208. Cassan. in consuet. Burgun. in rubric. de numero 22. Afflic. in titu. ex quib. cau. feud. amit. colum. 15. nume. 270. & seq. vsq; ad nu. 278. recedens à contraria opinione, quam tenuerunt in prędudijs Hyppo. Mar. singu. 160. & in rep. l. vni. numer. 10. C. de rap. virg. post Iser. Bald. Alexand. & Iaso. per eum allegatos: & est de mente Rip. in l. ex facto. §. fin. nume. 19. ff. ad Treb. Cur. de feu. in 4. par. in penult. quæstio. primę reg. colum. fina. in quæstio. an feudum veniat in restitut. fidei? fol. 48. in consi. 1. post trac. feud. colum. 6. versic. & adeò. vbi æquiparat feudum concessum simpliciter vel pro se, & liberis. & colu. 5. versic. 2. itaq; repetitũ, consi. 1. nu. 11. & 12. in vol. suorum consiliorum. quam etiam communem constanter testatur Soc. Iun. consi. 41. num. 3. & seq. vsq; ad num. 6. vol. 3. Sigis. consi. 1. num. 100. 127. 128. 211. in volum. consi. feuda. Guli. à Perno consi. 2. num. 9. in vol. consi. feud. Dida. lib. 2. Varia resol. c. 18. num. 3. in fin. & nu. 4. vers. quintò deducitur. post plures per eum citatos. Paris. consi. 5. col. 2. volu. 1. & consi 23. nu. 114. 134. 135. volu. 1. Soc. consi. 10. nu. 11. inter cõsilia Bru. vbi dicit quòd quãdo feudum est concessum pro se & hæredibus, & non simpliciter, non transit ad agnatos, nisi sint hæredes: ergo si simpliciter, secus: & per consequens, non est hæreditarium. Neuiz. consi. 9. vers. sed posito. Goza. consi. 4. nume. 26. dicẽs, quòd vbi non apparet de inuestitura semper intelligitur facta pro descẽdentibus, pro hęredibus, & successoribus sanguinis. §. etsi clientulus. Iul. Cla. de iud. q. 9. vers. sed quid dicendum. Mod. Paris. consi. 122. nu. 18. Bero. consi. 68. nu. 10. vol. 1. Camera. in d. §. propterea ducatus. colum. 8. litera D. & sequ. & colum. 2. litera T. & pro hac opinione facit, quod scribunt Mar. Lau. col. pen. Præpos. col. fi. in tit. de succes. feud. §. hoc quoq; vbi post Iser. dicunt, regulariter feuda esse ex pacto & prouidentia, & non hæreditaria: quibus accedit Iaco. de S. Georg. in tract. de iud. in verbo, Et promiserunt. colu. pen. nu. 53. vbi dicit, quòd in materia feudali propriè non est successio hęreditaria, imò feudum antiquum & paternum habemus beneficio, & prouidentia superiorum, quod etiam firmat Iaso. cõsi. 168. nu. 17. vol. 4. dicens, istam esse claram, indubitatam omnium Doctorum conclusionẽ: quem refert & sequitur Soc. Iun. consi. 77. nu. 123. vol. 3. Et tenendo suprascriptam opinionem, ad cõtraria rñderi posset, primò ad tex. in d. l. si pactum. ff. de proba. illum procedere regulariter de iure cõi, sed limitari in pluribus casibus, & maximè, quando natura rei, de qua agitur, ea ẽ, vt regulariter non transeat ad hęredes, prout est natura proprij & simplicis feuditta respondet gl. fi. in fi. in d. l. si pactum. & ideo non sine mysterio Iureconsultus in illa l. vsus fuit dictione, Plerunq; † quę videtur facere regulam, 13 à qua tamen casus aliqui contrarij excipiuntur, l. cum virum. & ibi gloss. & Bal. C. de fideicommiss. Bart. in l. 1. in prin. ff. de tut. & rat. dist. arg. l. tutela plerunq; ff. de tut. Dec. in l. 1. nu. 13. ff. de reg. iur.

Non obstat secundò tex. in tit. de duo. 14 fratr. à cap. inuesti. † quoniam ibi expressè pactum fuerat, vt quàm diu ipsi duo fratres de nouo beneficio inuestiti, vel eorum hæredes masculi viuerent, & masculis deficiẽtibus fœminæ, si superessent, feudum haberent, ideo nimirum, si ibi dicitur, vnumquemq; sibi & hæredibus suis prospexisse videri, & propterea filiam excludere à feudo fratrem, qui admitteretur, si defunctus sine filia hęrede decessisset: quia hoc non aliter fieri poterat, nisi ex expressa forma inuestituræ actum fuisset filiam admitti, q; si ita expressè conuentum non fuisset, filia vtiq; etiamsi patris hæres esset, ad feudum non admitteretur, eiq; hæredi prospectum non fuisset in successione feudi paterni, sed patruus illam excluderet: tex. est expressus in c. 1. §. sinautem de his, qui feu. da. poss. & in tit. de succes. fratr. c. 1. & in feudo nouo cessante tenore inuestituræ, dominus fratrem excluderet. d. c. 1. de succes. fra. & in d. tit. de duo. fratri. cum simi. infinitis.

Ideo illa verba posita in d.titu.de duo.fratrib.à cap.inuesti. videlicet, Vnusquisque enim sibi suisq; hæredibus, in quibus Doctores aduersantes fundant eorum intentionem, sumentes dicta verba pro regula, non ita passim,salua eorum reuerentia, debent intelligi, quòd in dubio in materia feudali intelligatur perspectum sibi & hæredibus, alioquin malè loqueretur gloss. quæ communiter approbatur in d.l. si pactum. dicens l, illam non habere locum in rebus, quæ natura non transeunt ad hæredes, prout sunt feuda, & secundum talem interpretationem per illum tex. subuerteretur vera, & recta, natura feudorum, qua soli masculi descendentes in dubio admittuntur, exclusis fœminis, vulg.iuribus suprà citatis: nam in casu illius c. filia hæres admittitur propter expressam conuentionem,quæ non admitteretur,etiamsi simpliciter de hæredibus fuisset conuentum:quia tunc de masculis descendentibus tantum intelligeretur, d. §. etsi clientulus,de alien. feud. & in titu.de leg. Corradi.§. similiter. Idcirco puto sic esse interpretanda dicta verba, Vnusquisque enim,videlicet dictorum duorum fratrum eo tenore inuestitus videtur .i. apertè & verè iudicatur, quasi oculis corporis legendo tenorem inuestituræ,sibi & suis hæredibus,& sic filiæ hæredi prospexisse, ita vt portio defuncti deferatur filiæ,& non fratri. Nam verbum, Videtur, nonnunquam est veritatis expressiuum, vt expressè notat Aretin. in l. 3.§. ex contrario.columna secunda.ff.de acqui. possess.& in c.de cętero.vbi etiam Felin.de homicid. Et hunc credo verum sensum illius c. quo fit, vt non obstent dicta prędictorum Doctorum, cũ debeant intelligi secundum l. allegatam , vulgata doctrina Bar. in l. non solum. §. si liberationis. ff. de liberatio.legata.Curt.Sen.consi.57.colum. quarta.

Secundò potest responderi. Et hæc responsio etiam conueniet fundamento facto de legitimo hærede, quòd illa verba, suisq; hęredibus , si sumantur pro regula extra casum illius capituli, debeant interpretari, id est, † liberis masculis descendentibus, non de filia, seu aliquibus descendentibus masculis, aut transuersalibus, vel alijs quibusuis hęredibus extraneis, sicque de hęredibus sanguinis, non autem bonorum, d.§. etsi clientulus.& § similiter, cum concordantibus:ita intelligit Bartol. in d.l. si mihi & Titio, in fin. princip. Iser. in d.§. sed quia, de his, qui feud.da. poss. Socin. in l. Gallus.§. etiamsi à parente. colu.1. ff. de lib. & posthumis. Docto. maximè Rip. in l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebellianum. Felin. ibi Deci.in capit.1. colum. 22. de probationibus. Bald. in titulo, Qualiter olim feud. potest alien.§. donare.quem refert & sequitur Corneus consi. 16.litera F. volumi.primo.Socin.consi.19.numero tertio,volumine primo. Socin. Iun. dicto consilio 72.numero 25. & sequenti. volumi.primo.Deci. consi.185.columna secunda. versicul. non obstant.& consil.395.numero septimo.quibus accedunt dicta Docto. suprà pro hac opinione allegatorum:cum igitur Doctor. tenentes contrariam opinionem,adducant ista duo iura,quę non obstant, pariter non nocent illorum opinio, veluti diruto fundamento, in quo fundatur arg. l. egi.ff.de except.rei iud. c. veniens , de presbytero non baptis.

Nec aduersatur capit.an agnatus vel filius. quinimò retorqueri potest, cum appareat , illud simpliciter loqui in feudo paterno:& ita eum intelligit Paulus de Castro dicta l. adoptiuum.§. patronum, de ius vocan.& dicto consi.311.colum. penult. Ruinus consil. 1. numero decimoquarto, volumi. primo. & plures alij ex supràcitatis,quinimò Curtius Iunior in consilio 138.& 155.dicit intelligi debere de feudo ex pacto & prouidentia. Nam quod dicitur, filium non posse feudum retinere, & patris hęreditatem repudiare, speciale est in filijs, & non extenditur ad alios etiam descendentes tanquam odiosum: Decius consilio 445. numero quinquagesimoprimo versiculo etiam dici posset. & videtur de mente Castren.in dicto consilio 311.colum. penult. vbi citat dictum c. primum, in signa. vel filius, & Angel. consilio 184 numero secundo. Alexand. in l. quòd dicitur. colum.10.& sequen.ff.de verbo.obligatio de quo latè sequenti quęstione dicetur.& pro hac opinione, quod feudum censeri debeat in dubio ex pacto & prouidentia, vrgere videtur decretum Dominicale,fol. 68. & sequ. quo disponitur, quod feudum censeatur esse rectũ, proprium, & simplex, non obstante, quòd in inuestitura sint posita illa verba, Pro se, hęredibus & successoribus quibuscunque:quę verba ex crebriore sententia,circunscripto decreto, dubium non est facere feudum simpliciter, & merè hęreditarium, & sic improprium,transitorium ad quoscunque hęredes, etiam extraneos,Soc.Iun.d.consi.42.nu.1.& 2.Iul.Clar. in d.q.9. circa princip. post plures Docto.

per

per eos citatos, quòd si non obstantibus illis verbis, Hæredibus quibuscunque, positis in inuestitura, feudum ex forma decreti censetur rectum, proprium, & simplex, proinde ex pacto & prouidentia: Alexan. cons. 19. numero quinto, volum. 5. Socin. Iun. d. cons. 72. nu. 24. vol. 1. & cons. 42. nu. 3. volum. 3. plures alios adducens, aut saltem hereditarium mixtum, propter dictionem, Hæredibus, in inuestitura insertam, multò magis censeri debet ex pacto & prouidentia, quando feudum est simpliciter concessum, nulla facta mentione hæredum: Camera. in capit. 1. §. præterea ducatus. colum. 7. litera V. de prohibi. feu. alie. per Fed. & etiamsi de inuestitura non apparet: quia præsumitur facta secundum decreta dominicalia, Afflic. d. §. præterea ducatus. nu. 33. post Bart. Imo. & Alex. per eum allegatos.

Quibus omnibus suprascriptis attentis, dictum fuit, feuda, in quorum inuestitura legitur, facta mentio hæredum, siue simpliciter, siue aliqua qualitate adiecta, siue antè, siue pòst, vtputa filijs, liberis, descendentibus, masculis legitimis, & similibus, etiam addita dictione vniuersali, Quibuscunq; stante forma decreti Dominicalis, censeri hereditaria, non merè seu simpliciter, sed mixta, vel secundum quid, non tamen respectu omnium succedentium in feudo, quorum successores non coguntur esse præcedentium hæredes, sed duntaxat respectu primi inuestiti: cuius omnes successores debent esse hæredes immediatè, seu mediatè ex communi sententia, de qua Paris. cons. 23. numer. 180. & sequ. & Soc. Iun. d. consi. 42. num. 8. volu. 3. Craue. cons. 197. nume. 5. Sylua. consi. 30. nu. 9. post alios à prædictis cumulatos: si verò simpliciter sit facta inuestitura, nulla facta mentione hæredum, nec adiecta aliqua qualitate, quę feudum faciat improprium & alienabile, censeri debet, stante præsertim forma decreti Ducalis, feudum rectum, proprium, & simplex, habens septem requisita, de quibus per Curt. in prima parte, quæstio. 6. col. 2.

SVMMARIVM.

1 Filius feudum retinere non potest, patris hæreditate repudiata, contrarium verius nu. 4.
2 Rationes diuersitatis offeruntur, cur filius non possit feudum acceptare, & hæreditatem repudiare, agnatus verò sic, & nume. 3. quæ improbantur num. 6.
5 Feudum in dubio præsumitur hæreditarium.
7 Filius ad emphyteosim acquisitam, pro se & liberis, admittitur, repudiata patris hæreditate.
8 Opinio illa sumenda est, quæ distinguendo conciliat opiniones contrarias.
9 Feudum in quibus casibus acceptari repudiata hæreditate possit, & in quibus non, distinctio optima traditur.

DECISIO CLXII.

An in feudo antiquo, paterno ex pacto, & prouidentia locum habeat titulus, An agnatus vel filius.

DATO, quòd feudum sit antiquum, seu paternum ex pacto & prouidentia Principis concedentis, & primi inuestiti acquirentis pro se & suis liberis masculis, quæritur, an filij repudiare hæreditatem patris, & retinere seu recuperare feudum possint? & per consequens, an titulus, an agnatus vel filius, locum habeat in feudo paterno, siue antiquo ex pacto, & prouidentia? In qua quæstione totus neruus residere videtur in perscrutanda veritate opinionum, quæ nam sit crebrior: idcirco eorum, quos legi, opiniones referendas duxi, vt illis supputatis, facilè dignosci possit, quę sit magis recepta sententia.

Et pro opinione affirmatiua adducitur glos. in d. titu. an agn. vel fil. in verbo, Repudiare. & in verbo, Aut vtrunque, per illum tex. & ibi Iser. versicul. vbi verò, & c. Odofred. in titu. vtrùm aliquis hęres alicuius eius feudum renunciare possit? Iacob. Belui. in d. titu. an agna. vel fili. Bartol. in l. vt iusiurandi. §. si liberi. numero quarto. ff. de op. lib. & in l. quod dicitur. numero sexto. ff. de verbo. oblig. ac in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de petitio. hęredi. constituens in hoc differentiam inter feudum, & emphyteusim. Pro hac opinione etiam citatur Bald. in l. qui se patris, columna sexta. versicu. item quęritur. C. vnde libe. asserens Nicola. de Matarell. ita tenuisse: quem refert & sequitur Alua. in titu. an agna. vel fili. numero decimo. & in hoc puncto se Bartolum sequi velle dicit idem Bald. consi. 461. Bartolomęus, numero secundo. versic. ego per omnia, libro quinto. Ioan. And. in addi. Specul. de feud. vers. 37.

in additione, incipiente, directè, citans Iacob. de Ardi. aliàs de Verona, de succeſſ. feud. columna decimaquarta. dixiſſe, hoc eſſe valde æquum, & adfert duas rationes, quare conſtituatur inter filium, & agnatum
2 differentia. Prima, † quia agnati potius legis, vel Principis prouidentia, quàm iudicio, ſeu voluntate defuncti ad feudum veniunt: quam rationem dicit ceſſare in filio. Item quia filius ad debita paterna potius tenetur, quàm agnatus: hanc opinionem ſequi videtur Angel. conſil. 184. columna ſecunda, referens Azon. ita in ſuis Brocardis tenere Imo. in l. ſi quis non quaſi, in fin. ff. de acquir. hære. & ibi Are. qui clariùs id explicat in l. pro hærede. verſicul. quòd ſi tamen, colum. fin. eodem titu. vbi improbat diſtinctionem Bald. & Paul. de Caſt. & conſil. 14. columna decima, aſſerens, hanc opinionem eſſe magis communem: quam etiam tenuit Riminal. conſil. 389. numero duodecimo. Abb. conſil. 3. columna ſecunda & tertia, volumi. ſecundo. Alexand. in l. quod dicitur. columna decima, duodecima & decimaſexta. ff. de verbo. oblig. Paris de Putheo in titu. an agn. vel. fil. colu. 2. Cepolla conſi. 31. col. pen. & fin. Guliel. Bened. in rep. c. Raynutius. verſ. ſi abſque liberis. & numer. 7. verſic. ſed aduertatis, de teſta. Brun. conſ. 24. Afflic. in d. titu. an agna. vel filius. num. 4. Io. Petr. Ferra. in formalib. ad reuoc. feu. col. 10. verſic. tertio priuatur feudo. Cur. Iun. latè conſil. 138. nu. 18. & ſeq. Sigiſmun. conſil. 1. numero 52. & 68. & Anto. de Alexandro conſi. 52. nume. 53. inter conſilia Sigiſm. Neuiz. conſi. 9. num. 9. verſ. ſed poſito. vbi loquitur in feudo ſimpliciter conceſſo, & conſtituit differentiam inter filios & agnatos. Capic. deciſ. 97. numero 2. tranſiens ſimpliciter cum Iſernia, Rub. conſil. 18. numero tertio. Rob. Mar. in l. is poteſt. numer. 38. ff. de acquir. hæred. & in 10. diſputatione, numero quarto & 46. Grat. conſ. 55. numer. 31. & ſeq. lib. 1. Tiraquel. de iure primigeni. quæſtio. 32. numer. 11. Abb. conſ. 76. numero 6. vbi dicit, titulum, an agna. vel. fil. ſecundum communem intelligentiam intelligi debere in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia Sylu. conſ. 30. numer. 19. Socin. Iun. conſ. 114. numer. 11. vol. 2. Susbe. in 9. parte, nu. 160. Guli. à Perno cõſ. 6. & latiùs in 4. nota. Dida. Vari. reſolut lib. 2. c. 18. numer. 4. quem refert & ſequitur Ioſeph. Cum Siculus de ſucceſſ. feud. in verbo, Antiquis. numero 66. & ſeq. dicens, id
3 eſſe, † quia magis filius, quàm agnatus eſt obligatus defuncto, cum oriatur, & procedat à patre, reputeturq; eadem perſona cum patre, & potius debet patris honorem defendere, quàm agnatus, Bartol. Camera. in rep. c. imperialem. §. præterea Ducatus. fol. 97. colum. 3. dicit, filium debere eſſe hæredem patris honoris gratia: & ſic pro hac opinione negatiua citantur 40. Docto. quos omnes in fonte vidi, Azone,
4 & Nicolao de Matharel. exceptis. † Partem verò negatiuã, videlicet titulum, an agnatus vel filius. non habere locum in feudo paterno, multò magis antiquo conceſſo pro ſe & liberis, proinde ex pacto, & prouidentia concedentis. & primi inueſtiti ſequuti ſunt Bulgatus & Pileus gloſſatores, quos refert & ſequitur Ioan. Blanchi in iſtu. quis ordo ſuccedendi ſit. colum. penulo loquens in ſucceſſ. feudi auiti, & proauiti, Iſine. loco à Iacob. Ardi. citato, & eſt de mente Accurſij in l. ex facto. §. fin. in fin. ff. ad Trebel. & in titu. de ſucceſſ. feud. §. hoc quoque. in verbo, Inueſtiri, Iſern. in tit. de alie. feudi paterni. §. & ſi libellus. columna tertia, verſicul. quid ergo, Cyn. in l. 2. in fin. C. de libert. & eorum libe. Dyn. conſil. 2. o latus à Ioan. And. in addi. ſupra citata, & per Bertol. in d. §. nunc videamus. Huius ſententię fuit Iacob. Faſol. in titu. quãdo alienatione perdatur feud. relatus à Bal. in titu. an agna. vel. fili. numero decimo. qui numero vndecimo ſequitur hanc opinionem, & ibi Lauden. in 4. limita. Alua. numero nono. adducens Iſern. Iaco. de Ardi. & Iaco. de Belui. ita tenuiſſe. Prępoſitus numero ſexto. in 4. & 6. limitat Odofre. relatus per Bald. in l. qui ſe patris. columna ſexta. verſicul. item quæritur. C. vnde lib. Bycu. in titu. de feud. §. quoniam. quæſtio 5. Alber. in l. tres fratres. numero quarto. ff. de pactis. Angel. in l. ſi quis non quaſi. ff. de acquir. hæredi. Pau. de Caſt. in l. pro hærede. §. ſi quid tamen. numer. 4. & 9. eod. titu. & conſil. 208. volum. 2. & conſ. 311. volum. ſecundum impreſſionem Papienſem, poſt Petrum, Bartol. & Bald. per eum allegatos. Imo. in c. ex parte. colum. 7. verſic. non obſtat, de feud. vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem. Salyc. in l. 2. C. de libert. & eorum libe. Paris de Putheo de feudi reintegr. c. 110. num. 3. & c. 120. nu. 11. Alexand. in addi. ad Bald. in d. l. qui ſe patris. & conſil. 19. numer. 5. & clariùs conſi. 76. nume. 3. volum. 5. quem refert & ſequitur Caſſa. in titu. de feud. §. 5. nu. 5. & 6. Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. libertus. nu. 33. & ſeq. ff. de condi. inde. & conſ. 7. colum. 7. conſil. 56. colu. 5. & ſeq. verſicu. ſecundò vltra. volu. 3. vbi dicit, cla-

ſium

dum capitulum non procedere in feudo antiquo, Corne. consil. 309. colum. 4. litera A. & B. volum. 1. Curt. Sen. cons. 83. colum. 5. Dec. cons. 445. num. 51. & seque. & in cons. 395. colum. 1. versic. non obstat, Iacob. de S. Georgio, de feud. in versic. ita quod ipsi inuestiti habeant, numer. 2. post Iacob. Belui. & Imol. in loco suprà allegato, dicens, ita communiter tenere Doctores, Curt. de feud. in prima parte, quæstio. 8. versicul. effectus est maximus. Calcha. cons. 74. numer. 4. Thom. Ferrari. cautel. 37. dicens, istam esse communem conclusionem, Bru. cons. 80. num. 15. Paris. cons. 5. num. 23. 5. & 21. volum. 1. Socin. Iun. cons. 72. num. 29. cons. 77. num. 134. post Oldra. Socin. & alios per eum allegatos, volum. 1. cons. 80. num. 9. cons. 112. num. 6. & cons. 103. num. 33. volum. 2. & cons. 13. volum. 3. Rube. cons. 84. in fin. & est de mente Crau. cons. 197. num. 5. dum dubitat, quando in inuestitura est facta mentio hæredum. Gozadi. cons. 84. num. 14. dicens, omnes ità tenere. Afflict. decis. 112. Federic. Schench. in d. titu. an agna. vel filius, num. 21. Catella. Cotta in memorali, incip. Filius renuncians, & in memorali incipi. Emphyteosis non venit, sequitur Natta cons. 126. per totum, & duobus sequentib. Rollan. à Valle cons. 67. num. 20. & sequent. Ruin. cons. 1. num. 12. & 15. volum. 1. Zasius de succes. feud. in 4. conclusio. vbi dicit, titulum an agna. vel filius. procedere in feudo hæreditario. Modern. Parisien. cons. 18. numer. 3. asserentes omnes ita tenere, & cons. 50. nu. 48. Alciat. respons. 179. num. 4. & 186. numer. 1. dum sequitur opinionem Bal. in d. titu. an agna. Idem Alciat. clarius in d. l. quod dicitur, num. 27. ff. de verbo. obligat. Bello. cons. 33. Egid. Bossius de Principe, num. 306. & pluribus sequentibus. Iulius Clarus §. feudum, quæst. 9. & 76. dicens, istam esse communem, Ioseph. Cuman. de succes. feudi, in verbo, Antiquis, num. 88. affirmans quod in feudo paterno, vel antiquo non est necesse, vt filij sint hæredes, sed sufficit, quod sint hæredes primi acquirentis, Ioan. Ferra. Monta. de feud. lib. 3. c. 3. colum. 7. versic. veruntamen, & attentis suprà scriptis auctoribus, num. 53. quos ferè omnes vidi locis citatis: clare patet, hanc secundam opinionem esse crebriorem, & magis receptam, eo maximè, cùm multi ex aduerso adducti potius eam comprobent, quam impugnent. Nam si accuratè legatur glos. in dicto c. 1. præcipue in verbo, Aut vtrumque, non firmat pedes, sed dicit prædicta posse notari, prout contra, Isern. autem in d. versic. vbi verò, an agnatus vel filius, variè loquitur, vt est videre in versic. incipiente, Moderni tamen, & in versic. incipiente, cum prædicta distinctione. Odofredus verò, & Iacob. Belui. intelligunt titulum, an agnat. in feudo simpliciter concesso, vt expresè idem Belui. scribit in titulo de eo, qui sibi & hæredibus suis mascul. in fin. & sic mixto secundum eos, & per consequens hæreditario
5 secundum quid, † Bartol. autem in dicta l. vt iusiurandi. §. si liberi, & alijs locis suprà citatis, loquitur in feudo acquisito à patre, quo casu inter agnatum, & filium posset assignari ratio diuersitatis, de qua in l. ex qua persona. ff. de regul. iuris. vbi, ex qua persona, quis lucrum capit, eius factum præstare debet, sed filius immediatè consequitur lucrum ex contractu patris, ergo non debet eius hæreditatem repudiare, & feudum retinere, pro qua ratione faciunt, quæ scribit Alexand. in dicto cons. 19. numer. 9. versic. confirmo prædicta, volum. 5. sed agnatus, vt puta frater, qui succedit in portione fratris defuncti sine liberis masculis in feudo à patre acquisito, non habet eam ab ipso fratre defuncto, sed à patre acquirente, ideò nimirum, si potest fratris hæreditatem repudiare, & feudum retinere, sed & hæc ratio, etsi prima facie vrgere videatur, attamen non multum stringere videtur, quia in dicto titul. an agnat. &c. feudum præsupponitur ab alio antecessore, quàm à patre acquisitum, vt in illis verbis, quo repudiato, & paternum sit, ad agnatos pertinebit, & quia si præsupponimus simpliciter à patre acquisitum ei non succederet eius frater, cum hoc casu sit feudum nouum, nisi diceremus, feudum patri fuisse concessum iure antiqui seu paterni feudi, cum etsi vera esset prædicta ratio, vtique militaret in emphyteusi à patre acquisita pro se & filijs, in qua secus est, vt nominatim dicit Bartolus, locis suprà descriptis, nullam tamen rationem diuersitatis adducēs, nisi id esse ex consuetudine feudorum, quinimò in dicto §. nunc videamus, dicit quod filius antequam immisceat se hæreditati habet feudum, sed non vt hæres, quòd etiam firmat Alexand. dicto consil. 19. numer. 5. volum. 5. & Bal. in l. qui se patris. etiam loquitur in feudo mixto, & sic hæreditario secundum quid, ita eum declarat Paris. cons. 23. numer. 175. & sequent. volum. 1. & id conijci potest, cùm dicit feu-

dum illud esse de hæreditate, & filium venire, vt hæredem, quod non haberet locum in feudo ex pacto & prouidentia, teste Bar. in dicto §. nunc videamus, & alijs suprà pro hac opinione citatis, Iacob. autem de Ardi. loco suprà in contrarium adducto, de succes. feud. colum. 13. versicu. item quæritur, videtur sequi hanc opinionem negatiuam, dum respondendo quæstioni nostræ dicit, filium non posse repudiare hæreditatem, & retinere feudum, nisi in acquisitione feudi sit dictum, pro se & liberis, & licet colum. sequent. versic. sed tamen, videatur tenere contrarium, attamen non firmat, sed dicit, quod videtur valde argumentum optimum, & non respondet ad multa iura in contrarium adducta, idem dicitur aduersus Ioan. Andr. qui est merus relator Iacobi de Ardizo, quorum rationes diuersitatis inter filium,
6 & agnatum parum mouere dicimus, † cum prima ratio differentiæ ita vendicet locum in filio, sicut in agnato, quandoquidem filius feudum antiquum, seu paternum ab aliquo antecessore, quàm à patre acquisitum, ex pacto & prouidentia concedentis, & primi agnati, non autem iudicio, & voluntate patris defuncti habeat, glos. in d. titu. an agna. vel filius, in verbo, Repudiare, & in dicto §. hoc quoque, de succes. feud. & alij suprà citati. Improba etiam redditur secunda ratio, quòd filius potius teneatur ad debita patris quam agnatus, cum iure cautum sit, filium non hæredem ad debita patris non teneri. C. ne filius pro patre. l. 1. 2. & 3. Nec etiam aduersatur huic secundæ opinioni Angel. consil. 184. cum in casu in quo consuluit ageretur de feudo à patre acquisito, secus dicit in feudo auito, seu antiquo ex ratione suprà adducta, videlicet, quasi iniuriam faciat patri repudiando eius hæreditatem, ex cuius prouisione feudum habet, Imol. in l. si quis non quasi. ff. de acquiren. hæredit. loquitur sub dubio forte, Alexand. in l. quod dicitur, loquitur in feudo à patre acquisito, vt ex eius lectura dignosci potest. Minus hanc secundam sententiam offendit Cepol. dicto cons. 31. colum. penult. & fin. quia feudum, de quo consultus legitur, erat hæreditarium simpliciter, aut saltem mixtum, vt patet ex illis verbis, & suis hæredibus. Practic. Papien. non dicit dict. cap. intelligi in feudo ex pacto & prouidentia, sed simpliciter refert dispositionem dicti cap. an agnat. vel filius. Brun. dicto cons. 24. transit simpliciter cum Isern. & Baldo. Sigismund. consil. primo, scribit in feudo à patre acquisito, Rube. consil. 18. & Grat. responso 9. num. 31. & sequent. lib. 1. expresè in feudo simpliciter concesso, & sic secundum eos hæreditario mixto loquitur, quo fit, vt in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo aliter sentiant, & Tiraquell. scribit in feudo simpliciter dato, quod vt prædiximus præsupponit hæreditarium, ac remissiuè scribit. Siluanus autem, qui diligenter has opiniones concordare conatur d. cons. 30. colum. 5. & sequent. num. 19. dicit Doctores communiter intelligere d. titulum an agnatus, vel filius in feudo accepto pro se, & hæredibus, & sic hæreditario, in quo & ipse dicto cons. respondit, improbans intellectum Curtij Iunioris dict. consil. 138. & asserens num. 20. acceptissimam etiam Doctorum sententiam satis esse, succedentem in feudo, si sit hæres primi inuestiti mediatè vel immediatè, & numer. 21. reprehendit rationes diuersitatis à Doctoribus inter filium, & agnatum adductas, inhæretque rationi Iacobi Beluisi, quia filius acquirit feudum patre suo medio, quæ ratio, si Siluano credimus corroboratur, quia in feudo successio fit non per saltus, sed continuo, ita quod nulla interruptio interuenire potest, sed & hæc ratio clauda est, vt sentit idem Siluan. numer. 34. nec defenditur eius responsione, cum semper erit verum dicere, quod pro portione, qua quis non est hæres patris defuncti superstitibus pluribus liberis, quorum aliqui repudiarunt feudum, & hæreditatem, vel sine liberis decesserunt, non repræsentare defuncti personam. Praterea si hæc ratio Beluisi, & Siluani esset vera, vtique militaret in emphyteusi acquisita, pro se & eius liberis masculis, quæ non potest deuenire ad liberos, nisi gradatim, & medio parentum, à quibus ne-
7 scuntur, † & tamen in emphyteusi prose, & liberis, clari iuris est filium admitti, etiamsi patris hæreditatem repudiet, vt concludit Bar. in dict. l. vt iusiurandi. §. si liberi, & alijs locis suprà allegatis in hoc communiter receptus, vt testatur Clarus libro 4. senten. iur. §. emphyteusis, quæst. 37. versicul. tu dic. post Alexand. Iason. Ioan. Dilect. Ruin. Curt. Iunio. & Dida. cum in locis per eum relatis. idem etiam dicendum esset in donatione patri, & eius liberis facta, iuxta l. quoties. C. de donatio. quæ sub modo, quæ acquiritur liberis gradatim, etiamsi non sint hæredes: ita

notan-

hõtant & docte quidem Modern. Patiſi. conſ. 39. numer. 1. & 2. ideò nimirum, ſi Bartol. locis ſuprà citatis, nullam, vt dixi, adducit rationem differentiæ inter filium & agnatum, niſi conſuetudinis feudorum, ſed quia allegare ſpeciale eſſe in feudis, & non dicere rationem ſpecialitatis non eſt contrarietates ſoluere iuxta gloſſ. in l. filium quem habentem. C. famil. hærciſcun.

§ Ideò† ſumenda eſt ea opinio, quæ diſtinguendo opiniones conciliat. l. adeo. §. cum quis, verſic. & tamen media ſententia. ff. de acquir. rer. dom. gloſ. in c. quærente, de offic. deleg. Salycet. in l. filiæ, cuius pater, verſic. expediat. C. famil. hærciſc. quem refert & ſequitur Grat. reſponſ. 63. numer. 26. lib. 1. Socin. Iun. conſ. 39. num. 78. vol. 2. Ripp. in l. ita ſtipulatus, numer. 6. ff. de verbo. obligat.

9 Diſtinguendum eſt igitur, † aut feudum paternum, ſeu antiquum legitur conceſſum ſimpliciter non facta mentione hæredum, ſeu liberorum, quo caſu ſecundum Docto. ſuprà Deci. 161. numer. 4. citatos dicitur feudum mixtum, ſeu hæreditarium ſecundum quid, & tunc filius non poteſt hæreditatem repudiare & feudum retinere, locumq; habet diſpoſitio d. c. an agnatus vel filius, aut feudum paternum, ſeu antiquum eſt ex pacto & prouidentia pro ſe & liberis, & hoc caſu poteſt filius hæreditatem repudiare, ſeu ab ea abſtinere, & feudum retinere, nec habet locum diſpoſitio d. c. an agnatus vel filius. hanc diſtinctionem facit Iſern. in dicto §. etſi libellus, colum. 3. verſic. quid ergo, de aliena. feudi pater. Bal. in d. titu. an agnatus. nu. 11. & idem velle videtur in conſ. 70. punctus, col. fina. verſic. notandum tamen eſt lib. 2. Aluar. num. 9. poſt Iſer. Iaco. de Ardi. & Iaco. Belui. Alex. d. conſ. 19. num. 5. in fi. & latius d. conſ. 26. num. 3. volum. 5. Corne. d. conſ. 309. col. antepenult. vol. 1. Ruin. d. conſ. 1. numer. 12. & ſeq. vol. 1. & ferè omnes alij ſuprà pro ſecunda opinione adducti, quibus ſi addiderimus Odofred. Iacob. Belui. Bal. Cepo. Rube. Grat. Tiraquell. & Siluã. in contrarium adductos loquentes in feudo ſimpliciter, ſeu mixto, certum erit opinionem negatiuam eſſe crebriorem, & multò magis ſi de numero deſcriptorum pro parte affirmatiua etiam ſubduxerimus, Bar. Ang. Alex. & Sigiſmũ. intelligentes titulum, an agnatus, vel filius in feudo à patre acquiſito, ſed quoniam dicitur ſuprà ſcriptam diſtinctionem non eſſe tutam, tum quia dubitabilis ſit opinio, an feudum ſimpliciter conceſſum, non facta mentione hæredum ſeu liberorum, cenſeatur hæreditarium, mixtum, vel ex pacto & prouidentia, de qua quæſtione late ſcriptum legitur, præcedenti deciſione, cùm etiam communis ſit concluſio, quod in feudo hæreditario mixto non ſit differentia inter filium & agnatum, debereq; vtrumque eſſe hæredem, ſaltem primi inueſtiti mediatè, vel immediatè, vt latè ſuprà proxima quæſtione comprobauimus, idcirco ad ſequentem diſtinctionem, concluſum extitit eſſe deueniendum, aut ſumus in feudo paterno ex pacto & prouidentia, præſumpto tamen, & informi, vt in feudo alicui ſimpliciter conceſſo, nulla hæredum ſeu liberorum facta mentione, & hoc caſu intelligi debeat cap. an agnatus vel filius, locumque habeat diſtinctio ibi poſita inter filium & agnatum vaſalli defuncti, loquunturq; Doctores primam opinionem tenentes, aut ſumus in feudo paterno ex pacto & prouidentia, vero, proprio, & formi, vt quia expreſsè conceſſum ſit pro primo acquirente & eius liberis, & deſcendentibus, & hoc caſu locum non vendicet diſpoſitio d. c. 1. & loquuntur Doctores ſecundam opinionem negatiuam ſequentes, etſi dicatur huic diſtinctioni obſtare, quòd dicitur parem eſſe virtutem taciti ſeu præſumpti, & veri, ſeu expreſsi. l. cum quid. ff. ſi certum petat. Reſponderi poteſt, regulam illam eſſe brocardicam, propter aliam concluſionem, quæ habet, quòd expreſſa nocent ſeu proſunt, de qua in c. expreſſa, de regu. iur. in 6. & in l. nonnunquam. ff. de conditi. & demonſtrat. vbi gloſ. & Docto. & in materia feudali, quod non ſit par virtus taciti ac expreſsi, tenet Afflict. in d. §. præterea ducatus, num. 34. quod comprobatur ex eo, quod dicitur, prouiſionem hominis eſſe potentiorem prouiſione legis, de qua latè per Felinum in c. paſtoralis. §. cum autem. num. 28. de offic. deleg. & Docto. in l. fin. C. de pact. conuen. fortior enim nexus exiſtimatur, ſi cum prouiſione legis concurrat hominis prouiſio, vt in ſimili videmus de re fideicommiſſi reſtitutioni ſuppoſita, quæ à iure communi alienari prohibetur, poteſt tamen pro dotibus alienari. l. Marcellus. §. reſque. ff. ad Trebellia. authen. reſque. C. communia de fideicommiſs. & nihilominus ſi cum prohibitione legis concurrat prohibitio hominis, non poterit etiam ex cauſa dotis, vel alia permiſſa alienari, laſ. in d. auth. reſq. num. 24.

poſt

post Bal. in c.1.§.donare,numer.3. qualiter olim feud.poterat alien.latè Io.Crot. cons. 144. num.16.& quinque sequent. quibus accedunt, quæ scribit Port. cons. 13. in fin. sic in terminis nostris, quamuis feudum simpliciter concessum censeri debeat iuris præsumptione concessum pro primo inuestito,& eius liberis masculis,& per consequens ex pacto & prouidentia, attamen multò magis, & à fortiori debet iudicari ex pacto & prouidentia, proinde vocatos esse liberos masculos, si expresè dictum sit pro se & liberis masculis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum francum variè à Doctoribus interpretatur, & num.9.*
2 *Actus,vt valeat potius quàm pereat,faciendus est interpretatio.*
3 *Actus semper interpretandus, vt euitetur contrarietas,& repugnantia.*
4 *Feudum rectum dicitur proprium, perpetuum, & non reuocabile.*
5 *Feudum ligium eius est naturæ,vt vasallus iuret fidelitatem,nullius alterius fidelitate reseruata.*
6 *Feudi nobilis,antiqui,auiti,& paterni natura est, vt inalienabile censeatur.*
7 *Verba pro se, & cuiuslibet eorum liberis masculis, feudum ex pacto & prouidentia esse arguunt.*
8 *Clausula, quod deficientibus liberis masculis ad nos feudum reueniat pleno iure,tollunt omnem alienationem durante linea masculina.*
9 *Fidelitatis iuramentum, & promissio de præstando consueta seruitia,feudo franco, & libero aduersatur.*
10 *Feudum non dicitur francum, nisi esset data facultas alienandi irrequisito Domino:idem dicendum est, si francum, & liberum inscriptum esset, numer. eodem.*
11 *Feudum francum à feudo non franco licet in aliquibus differat, non tamen quo ad potestatem alienandi.*
12 *Dictio,Francum,dato quod alienabile interpretatur, nihilominus restringitur, & declaratur,iuxta sub sequentes clausulas,& dispositiones.*

DECISIO CLXIII.

An feudi ex pacto vel prouidentia,seu mixti natura mutetur propter dictionem Francum positam in inuestituris.

SVccessit alius articulus,an natura feudi hereditarij, mixti, vel ex pacto & prouidentia primorum contrahentium mutetur ex dictione Francum posita in inuestituris, tanquam ex ea feudum effectiatur alienabile,& licet secundum aliquorum opinionem virtute prædictæ dictionis feudum franchum dicatur sine consensu Domini alienabile, vt per Hostien. in c. fin. de reb. eccles. non alien. Attamen veritas videtur in contrarium, vt concludit Ias. in vsibus feudo.num.113.post glo.& Innoce. per eum citatos, quem refert & sequitur Socin. Iun. cons.77.num.73.vol.1. Paris de Puthe.de feud.c.96. num. 11.& 13. post Bald. ad cuius cognitionem tria ve- 1 niunt præmittenda. Primò † variè à Doctoribus interpretari feudum Francum, vt latè per Ias. in vsibus feudorum, nu. 114. & seq. latissimè Bartol.Camera.quem post hæc scripta vidi in repet.c.Imperialem,fol. 34.colum.1.& sequen.de prohibi.feud.alie. per Federi.nam Bald.in l. si plures,col.1. in fin.C. de conditi. inser. interpretatur feudum francum, id est, sine fidelitate ex pacto expresso,& quod dicitur feudum francum, quando est infeudata proprietas in præludijs autem feudorum. num.53.dicit feudum esse francum, scilicet à seruitijs,& operis exercendis,& iste est verus,& communis sensus huius dictionis francum,& cundum Paul. de Castro, Alexand. Aretin. Zasium, Sonsbechium, & alios infrà citatos. item dicitur Francum, secutum à leg. legis, id est à pœna caducitatis, non autem à lege conuentionis, Bald. in c. inter dilectos, colum.fin. de fide Instrumen.quas interpretationes refert Cur.de feudis diffin. §. Natta cons.507.numer.10.& duobus sequentibus, post hæc scripta in lucem proditus, sequitur Iulius Clar. de feud. quæst. 12. latissimè scribit Paris de Puthe. de feud. reinte.c.96.

2 Secundò præmittendum est, † semper faciendam esse interpretationem, vt actus valeat potius, quàm pereat. l. quotiens in actionibus, cum similibus allegatis in ff. de reb. dubijs, latè Deci. in l. in contrahenda,num.4.& sequent.ff.de regu.iur.& per Cottam in memorali incipi. Actus in

3 debet interpretari, † semperq; interpretandum esse actum, vt euitetur contrarietas, & repugnantia. c. inter dilectos.§. cæterum, extra de fide Instrumen. Decius nunc cupatim, vbi in inuestitura est posita hæc dictio, Francum, cons.192. colum. penult. cum similibus cumulatis in seque. questionibus. Ideò animaduertendum est, quòd vbi per dictionem Francum positam in inuestitura feudum fieret improprium, & alienabile, resultarentq; in eodemmet instrumento, & contractu contrarietates &

& repugnantiæ, tunc dictio, francum, non retinet propriam naturam, vt puta si in inuestitura sit posita dictio, rectum feudum, † cum rectum feudum dicatur, licet multipliciter accipiatur, proprium tamen perpetuum, & non reuocabile aliquando dicitur, vt per Curt. de feud. parte prima, quæst. 8. col. 5. versic. tertio, sub hac prima specie feudi proprij, in fin. Docto. in c. 1. de consuetud. recti feudi. Bald. in d. c. inter dilectos, colum. 3. in fin. per dictam verò dictionem, Francum, diceretur feudum improprium, non rectum, & secundum aliquos alienabile. item si dictū sit in feudum ligium, quod etiam species est feudi proprij, & eius naturæ, † vbi vasallus iurat fidelitatem, nullius alterius fidelitate reseruata, facitq; non solum feudalia, sed etiam alia bona non feudalia esse sub potestate domini, Curt. in d. prima parte, quæstio. 8. colum. 6. versic. quinto sub hac, & sequent. post Bald. in d. c. inter dilectos. Socin. Iun. cons. 77. num. 22. vol. 1. Curt. Iun. cons. 140. num. 7. Alex. cons. 30. num. 3. lib. 1. quem refert & sequitur Cotta in memorali incipi. Feudum ligium, latissimè tradunt Moder. Paris. in consuetu. Parisien. §. 1. glo. 5. num. 5. & sequent. post plures alios, quos ibi referunt, Neuiza. cons. 13. num. 4. & 5. Iul. Clar. de feud. quæst. 11. Feudum verò francum est improprium, nec præstatur secundum aliquos fidelitas, seu homagium. Nec bona feudalia sunt sub potestate domini, sed libera, & franca, vt not. idem Curtius loco proximè citato, colum. 1. versicu. secunda principalis species feudi improprij, quem refert & sequitur Iul. Clar. lib. 4. sent. iur. §. feudum, quæstio. 12. Item, si in inuestitura, vt assolet, scriptum fuerit, in feudum nobile, antiquum, auitum, & paternum, † de quorū natura est facere feudum proprium & inalienabile, iuxta notata in c. 1. de alienatione feudi paterni. Curt. in loco suprà citato, quæst. 8. colum. 1 versic. secundo sub hac specie, Rub. cons. 92. num. 4. & sequen. secus verò est secundum aliquos in feudo franco. Item si concessio in feudum fuerit facta, pro se, & cuiuslibet eorum liberis masculis, † quæ verba faciunt feudum ex pacto, & prouidentia, & per consequens proprium, & inalienabile, vt latè suprà proxima quæstione probauimus, quibus addo Puthe. de feudor. reintegra. c. 185. vbi dicit, filium in inuestitura vocatum per dicta verba capere ex vi concessionis, non vi successionis, quia videtur datum per ordinem, vt primo habeat pater, deinde filius, si ergo filius debet habere iure suo, quomodo poterit à patre alienari in præiudicium filij?

Alia etiam potest esse repugnantia, si in inuestitura, vt nonnunquam vidi, dicatur, ita quod deficientibus liberis masculis ad nos reuertatur pleno iure, † quæ verba tollunt omnem alienationem durante linea masculina, quod apertè demonstratur, quia fieri non posset, vt deficiente linea masculina, feudum huiusmodi reuertatur ad successores concedentis, si apud vltimum ex liberis masculis inuestitis non extaret feudum, sed alienatum esset, ideò militat regula, quòd vno concesso censeantur omnia concessa, per quæ perueniatur ad illud l. 2. ff. de offic. eius, cui manda. est iurisdictio. l. oratio. ff. de sponsalibus. Vocati enim fuerunt liberi masculi ad prædictum feudum, non solum expressè per illa verba, pro ipsis, & eorum liberis masculis, sed etiam tacitè, virtute dictæ clausulæ, ita quod deficientibus liberis masculis, &c. argu. l. Titia Seio. §. Scia libertis. ff. de leg. 1. vbi si testator legat prædium libertis, & grauat eum, qui vltimo morietur, restituere totum prædium tertio, omnes liberti censentur substituti sub ordinatè, Paris. cons. 42. num. 19. & sequen. & cons. 43. num. 26. & sequent. volum. 2. cum plurib. concordantibus adductis per Portium lib. 4. commun. opini. conclusio. 34. versic. si autem substitutio sit facta, &c. sic in casu nostro, cum Princeps sit vocatus post mortem liberorum masculorum, consequens est, omnes liberos subordinatè fuisse vocatos.

Sexta etiam contrarietas, & repugnantia resultare posset † ex iuramento fidelitatis, ac promissione, quæ inuestitura facta, præstari solent de præstando consueta seruitia, & obseruando contenta in veteri & noua forma fidelitatis, quæ omnia contrariantur feudo franco, & libero, vt notat Bald. in d. l. si plures. col. 1. circa finem. C. de conditio. inser. & in præludijs feudorum. num. 53. imò etiamsi non fuisset facta talis expressio, nihilominus intelligeretur vasallus, non obstante quòcunque pacto generali dante libertatem, obligatus ad ea, quæ in forma fidelitatis continentur, vt inquit Oldrad. cons. 234. factum tale est, quidam miles. col. 2. versic. ne ergo datio in feudum, quem sequitur Paul. de Castro in consil. 311. incipi. Circa id, quod primò quæritur, lib. primo, quos refert, & sequitur Præpos. in prælud. feud. col. 12. versic.

versic. intelligas tamen libertatem &c. dicens, post Paul. de Cast. in loco proximè citato, quod licet feudum expresse concessum sit liberum, & francum, attamen per talem concessionem non intelliguntur remissa prædicta, & concessa facultas alienandi irrequisito domino per textum, quem ad hoc allegat in l. final. C. de oper. lib. vbi licet patronus liberet libertum à iure patronatus, tamen remanet libertus obligatus, & subditus quo ad ea, quæ concernunt fidem & reuerentiam erga patronum: idem etiam sentit Ias. cons. 57. col. 3. versic. præterea feudum dicitur franchum. libro primo.

Ne igitur stantibus prædictis contrarietatibus, inuestitura ipsa corruat, iuxta l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. cum similibus, vtque actus magis valeat, quàm pereat, debet fieri interpretatio dictæ dictionis, Franchum, id est, libertum à seruitijs realibus, & personalibus, exceptis expressis in dicta concessione, prout, hanc esse communem mentem Doctorum tradit Iulius Clar. d. lib. 4. sent. iur. §. feudum. d. quæst. 12. post Curt. quem refert in loco sæpe citato. Vel intelligas Francum, id est, securum à lege legis, hoc est, à pœna caducitatis, non à lege conuentionis, secundum quam restringitur, & limitatur significatio verbi, Francum, vt not. Alexand. cons. 30. colum. penult. volum. 1. repetito cons. 2. colum. fin. vol. 5. vbi. num. 13. post Bal. di-
10 cit † feudum non dici Francum, nisi quando data esset facultas alienandi irrequisito Domino. sed in forma inuestituræ suprà constituta, non est data talis facultas: ergo non nocet dicta dictio, franchum, nisi esset dictum, Francum, & liberum, Deci. in c. cæterum, colum. 5. de iudicijs. Et hæc comprobantur ex ijs, quæ in terminis scribit Paul. de Castro cons. 179. num. 5. vol. 1. secundum impressionem Papiensem, vbi
11 expresse dicit, † quod licet feudum francum differat à feudo non franco in hoc, quod pro feudo franco non præstatur homagium, seu iuramentum fidelitatis, nec aliquod seruitium (quod tamen non admitto ex his, quæ suprà dixi, & quæ scribit Dec. in d. c. cæterum, colum. 5.) non tamen differt in potestate alienãdi, quia sicut non francum non potest alienari, ita nec franchum, & loquitur in alienatione facta per patrem, concludens num. 9. non posse disponere in extraneum: satis enim operari dicit prædictam dictionem, franchum, si contra dispositionem iuris communis feudorum vocantem omnes filios æqualiter, vnum possit pater præeligere, quod tamen pro constanti non admitto. Idem nominatim, & in fortioribus terminis respondet Aretinus cons. 14. colum. 2. versic. præterea verò contractus, vbi facta erat concessio in feudum francum retenta solum superioritate, & fidelitate debita, & tamen dicit Aretinus, quod verba contractus in dubio debent intelligi secundum naturam contractus, & vt quanto minus fieri potest, eam lædant, quo fit, vt cum natura feudi sit, vt non possit alienari, totis titulis, de prohibita feudi alienatione per Lotharium, & Federic. & cum illa verba, concedo tibi in feudum francum, nihil retinendo præter dominij superioritatem, & fidelitatem, possint referri ad libertatem seruitij, quod debetur ratione feudi, & in hoc iudicatur factum contra naturam contractus, non ideo videtur immutata natura feudi quantum ad facultatem alienandi, hæc sunt dicta per Aretin. quem refert & sequitur Dec. cons. 185. nu. 5. Bartol. Camera. in repetit. dict. Imperialem, fol. 36. colum. 4. Rolland. à Valle cons. 2. num. 134. & sequent. quæ multò magis vrgere dicuntur, vbi dictum est, feudum esse ligium, rectum, antiquum, & paternum, & restrictum ad liberos masculos, ita quod masculis deficientibus ad concedentis successores reuertatur, præstitaque est fidelitas, & promissa obseruatio contentorum in veteri, & noua forma fidelitatis, in quibus continentur obligatio de non alienando, vt sentit idem Aretinus d. colum. 2. versicu. sed ex verbis veteris formæ, & propterea concludit, colum. 3. vers. siue dicamus, quòd alienatio non valet, & filij, seu agnati poterunt vendicare feuda alienata, cuius dicta, etsi vera existimem loquendo in terminis generalibus, & secundum ea, quæ eidem fuere proposita, attamen non procedunt, attenta veritate facti, super quo respondit, cum multa ei fuerint expressa, & plura tacita, quæ si intellexisset aliter respondisset, vt suo loco demonstrabitur, & Paul. de Castro, Alex. & Aretin. post Dec. Ias. & alios per eum relatos refert, & sequitur Rolland. à Valle d. cons. 2. numer. 134. & pluribus sequentibus, affirmans, hanc esse communem opinionem, quam etiam sequitur Somsbechius Germanus, de feud. quarta parte, numer. 32. Zasius de feud. degen. versicu. decima tertia conclusio. Et ex his satis apertè demonstratum est, esse erro-

nea

neam interpretationem eorum, qui dicunt dictam dictionem, francum, positam in principio contractus, limitare, & restringere subsequentes dispositiones, conuentiones, & clausulas. Quinimò quatenus dictio, francum, interpretaretur, id est alienabile, quod expressè negatur, & restringeretur, & limitaretur per subsquentes dispositiones, conuentiones, & clausulas: ita concludunt omnes Docto. supra citati, Oldrad. Bald. Paul. de Castr. Aretin. Deci. Zasius, & Somsbechius, quibus addo Dec. in similibus terminis consil. 445. numero septimo. versicul. & secundum tenorem, vbi expressè dicit, quod si in principio investituræ dictum sit, pro se, suisq; hæredibus, ex quibus verbis omnes vocantur, deinde inferius dicatur: ita tamen, quod iure francorum ista verba subsequentia limitant, & modificant præcedentia, l. vbi adhuc. C. de iure dot. & verba illa iure francorum important, quod primogenitus tantum succedat, & quando vocat masculos excludit fœminas, & multò magis extraneos.

Et prædicta Doctorum sententia cõprobatur ex communi regula, qua cauetur, quod concurrentibus in aliqua dispositione duabus causis, altera permissiua, altera vero prohibitiua, cæteris paribus attenditur prohibitiua, non autem permissiua. l. 1. versic. interim igitur deneganda est actio. ff. ad Macedo. l. si Rufinus. C. de testamen. milit. Bar. in l. 3. §. liberti. ff. de suspectis tutorib. Dec. cons. 3. nu. 4. & cons. 44. nu. 7. & in c. nam concupiscentiam, in 3. notab. de constitu. Sed per illa verba, in feudum rectum, ligium, nobile, antiquum, & paternum. Item per alia, quod ipsis, & eorum liberis masculis &c. necnon & per illa: ita quod deficientibus liberis masculis ad nos, seu successores deueniat pleno iure &c. inducitur prohibitio alienationis feudi extra liberos, hæcq; prohibitio est consentanea iuri communi feudorum, vt suprà latè probauimus: per illa autem verba, francum dicitur secundum aliquos (licet erronee) permissa alienatio dicti feudi, ergo debet attendi dispositio prohibitiua alienationis, non autem permissiua, accedat quòd fere semper huiusmodi verba apponuntur potius de consuetudine notariorum, quibus natura verborum pœnitus est incognita, quàm ex voluntate contrahentium, ideo eorum non est habenda ratio, sed principalis dispositionis, argum. notatorum, per Bartol. in l. fin. nume. 10. ff. de iure codicil. & latè per Tiraq. in repet. l. si vnquam, in præfatione, nu. 126. & propterea dictum extitit, stantibus prædictis, feuda non censeri alienabilia propter prædictam dictionem, francum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula ad habendum, tenendum, possidendum, & quicquid perpetuò sibi, & suis placuerit faciendum, appositа in verbis dispositiuis investituræ importat facultatem alienandi.*

2 *Clausula prædicta, & aliæ accessoriè positæ, seu in executiuis non mutant, nec ampliant superiorem dispositionem.*

3 *Clausulæ, quando dicantur positæ in executiuis.*
Clausula ad proxima præcedentia, non autem ad remota referri debet, nu. eodem.

4 *Clausula constituti possessorij executionem respicere dicitur.*
Media iudicantur secundum præcedentia, & sequentia, ibidem.

5 *Clausula in dispositiuis ita debet intelligi, & interpretari, ne contineat in se repugnantiam dispositio.*

6 *Clausula, quicquid perpetuò placuerit faciendum, quomodo intelligi debeat.*

7 *Clausula, saluis semper superius reseruatis, & descriptis, quid operetur. Idem & de clausula, saluo beneplacito Principis, & saluo iure tertij, numero eodem.*

8 *Dictio, saluis, modificat, & restringit quod dictum est in superiori clausula.*

9 *Modificationis ea est virtus, quod vbi non inuenit, quod modificet, orationem præcedentem extinguit, & in negationem resoluit.*

10 *Socini consilium 42. vol. 4. confutatur.*

11 *Animus deliberatus contrahentium ex eorum verbis sæpius repetitis dignoscitur.*

12 *Clausula ad habendum, tenendum &c. vltra intentionem ipsorum contrahentium operari non debet.*

13 *Dictio vt suprà, repetit omnes qualitates præcedentes.*

14 *Clausula reseruatiua operatur, vt ratio præcedens, siue subsequens ad id semper restringenda sit, & interpretãda, vt non contradicat clausulæ reseruatiuæ.*

15 *Clausula ad habendum, tenendum &c. dato, quod facultatem alienandi importet, debet tamen intelligi de alienatione facienda secundum naturam feudi, scilicet, inter ipsos.*

16 *Alienandi licentia restringi debet ad vitam alienantis.*

17 *Viam quam quis semel elegit, eandem sequi debet.*

DECISIO CLXIIII.

An propter clausulam ad habendum, tenendum, possidendum, & quicquid placuerit faciendum, positam in inuestituris, censeatur concessa licentia alienandi feudum.

ALIA sæpe contingit quæstio, an ex clausula, quæ in inuestituris apponi solet, videlicet, Ad habendum, tenendum, possidendum, & quicquid perpetuò sibi, & suis placuerit faciendum, concessa censeatur licentia alienandi feudum, quam quæstionem diserte tractarunt Paris de Puth. de feud. reintegratio. c. 95. Iacob. à S. Georg. in versi. ita etiam quod ipsi vasalli, colu. 1. Curt. de feud. in 4. par. princip. in 2. regula, quæstio. 5. ex quorum necnon aliorum, qui infrà citabuntur dictis, sequens
1 distinctio colligitur. † Aut huiusmodi clausula, vel alia similis ponitur in verbis dispositiuis inuestituræ, vtputa si dictum sit, Inuestiuit N. pro se, & eius hæredibus, statim adiecta dicta clausula, tunc communis est cõclusio, ex huiusmodi, vel alia simili clausula censeri concessam licentiam alienandi feudum, ita concludunt suprascripti Paris de Putheo, Iacobin. à sancto Georg. & Curti. locis suprà citatis, per tex. in cap. vnico, de feud. non habente propriam naturam feud. & alios Doctor. ab eis adductos, quibus addo Dec. cons. 390. numero 8. loquentem de verbis, quibus voluerit, Curt. Iun. cons. 4. de verbis, quibus dederit, quos refert & sequitur Crauet. alijs etiam citatis cons. 256. numer. 4. & in fin. loquens de clausula, ad faciendum, Brunus cons. 38. numero primo. & tribus sequentibus, scribens de clausula, ad habendum &c. de qua etiam ita sentit Grat. respons. 9. numero 4. libro primo, post alios per eos relatos, Paris. cons. 3. numer. 13. & 29. volum. primo.
2 † Aut huiusmodi clausulę ponuntur in verbis executiuis inuestiturarum, respiciuntq; earum executionem, & obseruantiam. & tunc non alterant, mutant, nec ampliant dispositionem principalem clem. 1. de præbend. vbi communiter Doct. & alij cumulati per Decium cons. 413. colum. fina. cons. 500. numero nono. & tribus sequent. & cons. 505. nume. 7. Iaf. in l. ius ciuile, nume. 8. ff. de iustitia & iure. Natta consilio 263. numero 3. regulanturq; secundum naturam principalis dispositionis, Imol. in l. peto. §. fratre, versicu. in ea glo. ibi. §. fundum. ff. de legat. 2. Socinus in l. 1. numero 24. ff. soluto matrimon. Iason latè consilio sexto. colum. 5. versic. quinto principali, volumi. tertio. latissimè Felinus in cap. licet, columna tertia. de offic. ordi. concludentes, clausulas positas ad confirmandum, & con-

ualidandum dispositionem, non alterare nec mutare principalem dispositionem, Craue. consil. 25. numer. 2. & sequen. post plures per eum citatos, Paris. consil. 110. numero 101. & sequen. dicens eas potius poni ex stylo notariorum, quam consensu partium, quam clausulam ad terminos nostros adducit Decius consi. 193. colum. fina. versicu. secundò respondetur, & consilio 521. numero 14. vbi dicit, dictam clausulam, ad habendum &c. censeri positam accessoriè, & in executiuis, Zas. de feud. degeneran. colum. mihi 7. versicul. secundo fallit. vbi ponit exemplum in fortioribus terminis, & his conueniunt, quæ idem Dec. scribit cons. 213. numero 8. & 9. vbi loquitur de clausula, non possint remoueri, & consi. 305. colum. fin. vbi constituit differentiam, an verba ponantur in principio contractus in verbis substantialibus, an vero ponantur inferius cum interuallo in clausulis executiuis, & accessorijs, quod etiam sentit Zasius loco proximè citato,
3 † quando autem dicantur posita executiuis dignosci potest, si fuerint scripta in medio clausularum executiuarum, vtputa si sunt positæ post clausulam, de quibus castro, & bonis infeudatis Princeps deuestiit, dictumq; N. inuestit, & in possessionem corporalem, seu quasi posuit, & ducit per traditionem vnius daghę, quę verba nemo negabit concernere executionem concessionis feudalis, precedente etiam traditione possessionis, licet abusiua, vt in tit. quid sit inuestitura. Nam si statim sequitur clausula, ad habendum &c. cum per se stare non possit, ad proxima præcedentia, non autem ad remota referri debet. Bartol. in l. fi. ff. de reb. dub. multò magis post dictam clausulam immediate subiec-
4 quatur clausula constituti possessorij, tunc etiam respicit executionem, vt concludit Natta cons. 372. num. 14. & cons. 373. nume. 20. ergo clausula ad habendum in medio clausularum executiuarum posita, censeri debet eiusdem naturæ, & sic executiua. arg. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 2. & §. ff. de lib. & posthu. vbi media iudicantur secundum præcedentia, & sequentia. Nec aduersatur Curt. Iun. consi. 3. colum. 2. cum ex premissis appareat alias esse clausulas executiuas, præter illam mandans, à qua dicit ipse incipere clausulas executiuas.

Animaduertendum tamen erit (posito, quod scriptæ essent dictæ clausulæ in dispositiuis) qualia sint verba ipsius principalis dispositionis, quia semper clausu-

læ prædictæ deberent intelligi, ac interpretari, † ne disposítio contineret in se contrarietatem, vel repugnantiam, inducaturq; incontinenti correctio contra regulam l. non ad ea. ff. de condi. & demon. cap. inter dilectos. §. cæterum, de fid. instr. Bart. in l. fin. §. idem quæsijt. ff. de cond. indeb. Ias. consil. 38. num. 2. volu. 1. Dec. consil. 500. numero 6. & duobus seq. & d. cons. 193. col. penul. vers. primo præmittendum est, post Bar. Pau. de Cast. & Abb. in locis per eum ettatis, quem refert & sequitur Rubeus consi. 10. numero 51. & seq. loquens de hac clausula, post Ange. Specu. & Calcan. per eum allegatos, quem sequitur Bello. consi. 33. numero 4. & 5. addens Signor. ita tenere cons. 10. Ias. in vsibus feudorum, nu. 13. loquens de clausula, cedens, & transferens directam, & vtilem actionem in vasallum. Curt. de feudis, in 1. parte, quæstio. 6. col. 2. in fine. Hinc sequitur, quod si in principio inuestituræ dictum sit, Inuestiuit in feudum proprium, simplex, siue rectum, nobile, antiquum, auitum, & paternum, pro se, & liberis masculis, præsertim si posita esset dictio taxatiua, & alia clausula contraria alienationi, ita quod feudum ipsum esset merè ex pacto, & prouidentia, huicq; principali dispositioni adiecta esset dicta clausula, ad habendum, vel alia similis, tunc per has clausulas non censetur data facultas alienandi, ne inducatur contrarietas, & correctio in continenti, prout inducerentur, si virtute dictarum clausularum feudum esset effectum alienabile in extraneos, & sic improprium: nam repugnaret principali dispositioni in duobus, primo in eo, quod concessum est feudum pro se, & liberis masculis nobile, antiquum, auitum, & paternum, & sic ex pacto, & prouidentia, & propterea inalienabile, proprium, ac transitorium in omnes masculos descendentes ex primis inuestitis, exclusis penitus extraneis, ex dictis vero clausulis feudum incontinenti efficeretur improprium, alienabile, & hæreditarium simpliciter, vocans omnes extraneos. secundo alia repugnantia, & correctio sequeretur, si dictæ clausulæ hoc casu facerent feudum alienabile, & improprium, quia decedente vasallo superstite fratre, & filia, excluderetur frater à filia etiam veniente ab intestato, secundum Curtium Iun. consi. 4. vbi firmat eam opinionem, quod successio ab intestato comprehenditur sub facultate concessa vasallo per illa verba, Et quibus dederit, quem refert & sequitur Crauet. d. cons. 256. numero 4. post alios per eum adductos, qui intellectus repugnaret menti & verbis concedentis, qui solos masculos vocauit in inuestitura. Debent ergo intelligi dictæ clausulæ, & quicquid per-
6 petuò placuerit faciendum, scilicet, † citra præiudicium liberorum, quibus ius erat quæsitum ex ipsa inuestitura, vt in præcedentibus decisionibus plene probatum extitit, quibus addo Bald. in simílibus, imò fortioribus terminis respondentem consil. 452. numer. 2. & seq. vsq; ad numerum 5. volum. 5. latè Deci. consi. 239. col. pen. in fin. post Bart. Bald. Butri. Imol. & Alexand. per eum citatos, Rub. d. cons. 110. num. 5. & seq. & nu. 11. abunde, & disertíssime more suo D. Crau. quem post hæc scripta legi in suo fertilíssimo responso pro genero, à nu. 293. vsq; ad nu. 355. vbi triginta validíssimis fundamentis hanc sententiam munitíssimam, ac receptíssimam demonstrat, & sequentibus numeris ad contraria respondet. Et hæc interpretatio eo magis vrget, si post prædictas clausulas addita sit clausula reseruatiua principalis dispositionis, vtputa si dictum sit,
7 † saluis semper superius expressis, & descriptis, ex quibus constat contrahentes semper voluisse saluum esse ius liberorum, dum extant, argum. notatorum per Gratum respon. 132. numer. 10. & seq. vbi dicit per illam clausulam, saluo &c. contrahentes non videri voluisse discedere à prima conuentione, sed eam confirmare. His adstipulantur, quæ scribit Brunus consi. 23. numero quarto, & sequen. vbi ponit de clausula, saluo beneplacito Principis, & quæ remissiue de clausula, saluo iure tertij posita in inuestitura scribit Paris. consi. 65. numer. 51. volum. 3. & consi. 5. numero 26. & sequen. & nume. 41. volum. primo, vrget text. in l. si debitor. §. 1. in illis verbis, nisi salua causa pignoris, & ibi glos. & communiter Doctores. ff. quibus modis ius hypoth. soluit. Negusant. de pignoribus, in tertio membro. 6. part. numer. 26. versicu. tertio fallit. Hormano. in repetitione §. morte. l. non solum, numero 45. ff. de noui operis nunciat. glo. in l. item Labeo, in verbo, Si pure. ff. famil. herciscun. Decius consil. 42. numero duodecimo. & consilio 656. numero sexto, vbi dicit dictionem, sal-
8 † uis, modificare, & restringere quod dictum est in præcedenti clausula, quod expressius firmat Angelus consilio 290. columna secunda, versicul. & hoc importat

illa dictio, saluis, quam dicit immediatè præcedentium esse modificatiuam, & restrictiuam, dictæq; modificationis tantam esse virtutem, † quòd vbi non inuenit, quod modificet, orationem præcedentem extinguat, & in negationem resoluit. l. si quis à filio. §. 1. iuncta gloss. ff. de legat. 1. quem sequitur Felinus in cap. inter monasterium, numero tertio. extra de re iudica. vbi latè per vnam colum. tractat de hac clausula. Et in terminis nostris Castr. consi. 311. colum. 2. & 3. volum. 1. Bald. d. consil. 452. nu. 5. volum. 5. concordantes plures ad hoc cumulantur in addit. ad Albericum in suo dictionario, in verbo, Saluo. ex quibus patet hanc esse communem interpretationem, & conclusionem.

Nec obstat, quod dicitur, dictam clausulam, saluis, &c. debere intelligi, locumque habere, nisi alienatio fuerit sequuta, qua sequuta nihil operatur dicta clausula, vt in simili clausula reseruatiua tenuit Socinus consilio quadragesimo tertio, volum. 4. † quia hæc interpretatio est contra textum, & contra eius receptissimum sensum in c. vnico, de feudo non habente propriam natur. feud. quo cauetur, quod si Princeps rem aliquam in feudum alicui concesserit, & cui ipse salo iure feudi dederit, non poterit huiusmodi res alienari, nisi iure feudi propter clausulam reseruatiuam, qua non existente, iure allodij potuisset alienari dicto cap. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi. Item & contra text. in dicta l. si debitor. §. 1. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, vbi creditor, qui consentit pignus posse alienari, salua causa pignoris sibi non præiudicat, sed conseruat ius suum etiam sequuta alienatione, quod non conseruaret, si intelligeremus secundum Socinum, salua causa pignoris, scilicet, dummodo non alienet, ergo si alienet non erit saluum ius pignoris, quod dictum quam absurdissimum sit, hi iudicent, qui firmo pollent iudicio. Nam, vt proximè diximus, & probauimus communis est sententia, & conclusio, clausulam reseruatiuam, saluis &c. esse modificationem, & restrictiuam præcedentis orationis. At secundum Socini opinionem esset dare totum contrarium, videlicet, præcedentem orationem modificare, & restringere clausulam reseruatiuam, contra iuris dispositionem, & mentem contrahentium, qui omnino voluerunt saluum esse ius liberorum, quæ mens liquidissimè demonstratur, & in pluribus locis inuestiturarum repetitur dicta clausula, saluis, ex qua replicatio ne exuberans, & deliberatus † animus contrahentium dignoscitur, iuxta vulgatam doctrinam Bartol. in l. cum scimus. C. de agricolis, & censitis libro vndecimo, cum similibus adductis, † per Decium consilio decimo, numero quinto. Iason consilio sexto, columna tertia, versicu. confirmatur optime, volum. tertio. Ideo non debent prædictæ clausulæ, ad habendum, & aliæ operari vltra intentionem ipsorum contrahentium, vulg. l. non omnis. ff. si certum petatur, latè Neuizanus inter consilia Bruni, consil. 12. numero quinto citans Aristot. libro secundo metaphysicorum. Idem tenet Baldus copiosè, & in terminis nostris dicto consi. 452. numero quinto, volum. 5. vbi addit dictam clausulam, saluis &c. semper ineſſe, & propterea filium potuisse vendicare rem à patre alienatam, & ita fuisse pronunciatum, Brunus consil. 28. nume. 1. & tribus seq. & prædicta clausula, saluis, &c. coadiuuatur ex dictione, vt supra † cuius natura est facere relationem omnium qualitatum suprascripturarum l. 1. §. deinde & §. ex hoc edicto, vbi Bartolus ff. depositula. Decius consilio 182. numero quinto plures citans concordãtes, & consilio 187. numero decimo. Crauet. consi. 88. numero tertio. Etsi dicatur, opinionem Socini procedere, vbi propter clausulam reseruatiuam præcedens oratio nihil operaretur, ad hoc respondetur duobus modis. Primo potius esse annullandam orationem præcedentem, quam clausulam reseruatiuam, vt concludunt Angelus, & Felinus locis supra † citatis. Secundo respondetur, † quòd quotiescunque oratio præcedens, vel subsequens clausulam reseruatiuam potest restringi, & aliquid operari, vt non contradicat clausulæ reseruatiuæ, ad id semper est restringenda, & interpretanda, Felinus in capit. cum M. Ferrarien sis, colum. finali. versicul. sexto fallit post Innocentium, Butrium, Ioan. Andream, Angelum, Paul. de Castro, & Abbatem, per eum allegatos. At clausula, ad habendum, & aliæ multum operari sine condictione clausulæ reseruatiuæ possunt: ergo ad eos actus, & effectus restringentur.

Quod autem possint aliquid operari, clare patet. Nam possent liberi vocati ex principali dispositione disponere, & alienare inter ipsos non seruata gradus prærogatiua

rogatiua, quod non possent circumscripta dicta clausula, & quicquid placuerit faciendum &c.c.1. de succes. feudi. & de alienat. feudi paterni, Alexand. consi. 106. numer. 2. volu. 4. & propterea quatenus ex illa clausula videatur concessa facultas alienandi † deberet intelligi, vt quantò minus fieri posset ius commune læderet, de alienatione facienda secundum naturam feudi, scilicet inter masculos descendentes ab ipsis inuestitis, & vocatos in inuestitura, ita nominatim respondet Alexand. consi. 106. colum 1. 2. & fin. volum. 4. quod est repetitum consi. 128. volum. 5. Dec. d. consi. 193. colum. fin. Rubeus cons. 110. colu. 2. & sequen. Gozad. consi. 4. colum. fin. versicu. ad decimum patet, & clarius consi. 84. numer. 14. & seq. post Bald. Salyce. Iaf. Iaco. de Ardiz. & alios per eum citatos, Boer. consi. 41. num. 18. volum. 2. ex quibus elicitur hanc esse communem Doctorum opinionem, cui deseruiunt quæ scribit Ruin. consi. 99. numero. 11. versic. sed alio. volu. 4. quòd verbum placuerit, importat arbitriũ boni viri. l. Thais. §. sorore. ff. de fideicommiss. libert. Item potest respondeti † licentiam alienandi debere restringi ad vitam alienantis, Alexand. d. consi. 106. num. 3. volum. 4. Sigis. consi. 7. num. 33. & seq. per text. in §. & si clientulus, de alien. feud. Ruinus consi. 37. num. 18. volum. 2. post Specul. Isern. Aluaro. & Alexand. per eum allegatos, præsertim cum agatur de præiudicio descendentium, Ruinus consi. 203. num. 25. & seq. vol. 2. Grat. cons. 22. in fin. lib. 1. Responderi etiam potest dictas clausulas deberi intelligi, quòd faciant &c. dummodo legitimè faciant, seu alienent, Neuiz. consi. 9. nu. 20. & 21. ita quòd nihil faciat contra ius, & consuetudinem feudi, ita expressè notat Signo. consi. 10. vers. non obstat, quod dicitur feudum qualificatum. Nec obstat c. 1. de feud. non habente propriam natur. feudi, & quæ scribit Crau. cons. 256. numer. 4. circa medium, & alij in contrarium adducti, quia loquuntur de feudo dato pro se, & hæredibus, & sic hereditario, cui illa clausula non repugnat, nullaq; ibi adest clausula reseruatiua iuris liberorum. Nos autem loquimur in feudo ex pacto, & prouidentia pro se, & liberis, quorum ius primi contrahentes semper voluerunt conseruare, ideo non potuerunt posteriores feudum vendere aliquidùe in eo facere, etiam cum consensu domini directi in præiudicium liberorum vocatorum in prima inuestitura, vt notant Isern. & alij Docto. communiter in cap. 1. §. hoc quoque, de succes. feudi, & de alie. feudi pater. Alexand. d. consi. 106. & alias plenius dicetur. Animaduertere etiam debent vasalli, qui virtute dictarum clausularum possent alienare eorum feuda, ne ad ea distrahendum impetrent (vt fieri solet) licentiam à Principe alienandi seruata decretorum Dominicalium forma, nam hoc casu cum à facultate eis ab inuestitura concessa recesserint, seq; ad formam, & obseruantiam decretorum Ducalium adstrinxerint, iuuari nullomodo poterunt generalitate supradictæ clausulæ, ex quo non absolutè ex dispositione decretorum permissa est alienatio, sed tantum in certis casibus ibi expressis ex regula l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi, videlicet, quod potui, nolui, quod volui adimplere nequiui, quam reg. multis exemplis confirmat Roman. consi. 446. 17 numer. 7. † & viam quam semel elegerunt, eandem sequi, & ab ea non recedere teneantur contrahentes. l. quod si mulier. ff. quod met. cau. l. si quis iusiurandum. C. de reb. creditis, Dec. consi. 146. numer. 6. quibus famulantur notata per gloss. communiter receptam in l. 2. in verbo, Repellere. versicu. item si triennio. C. de iure emphyt. quam ibi sequitur Iaf. numero 124. Deci. in l. fin. numer. 31. C. de edic. diui. Adri. tollen. vbi post Bartol. & alios per eum allegatos dicit, quod licet quis ex conuentione possit propria auctoritate ingredi fundum attamen si adeat iudicem sibi præiudicat, quia via, quam elegi debet sibi patère per d. l. quod si mulier, & Sigismun. consi. 17. num. 57. vbi post Inno. & Abb. dicit, quòd si in aliquo actu non est necessaria auctoritas superioris, si tñ fuit postulata ab eo qui non habebat potestatem, non valet actus & secundum suprascriptam opinionem, quod ex prędicta clausula, ad habendum &c. & quicquid placuerit faciendum posita in executiuis, vbi sumus in feudis simpliciter concessis, aut mixtis, vel merè ex pacto, & prouidentia non censetur concessa facultas alienandi in prędiudicium liberorum seu agnatorum vocatorum in inuestituris, nec etiam si sit posita in dispositiuis concessionis feudalis expresse ex pacto, & prouidentia, vtputa si dictum sit pro se, & filijs seu liberis, aut descedentibus masculis in feudum nobile antiquum, auitum, & paternum, ne hoc casu inducatur contrarietas, & correctio in eodem instrumen. iudicatum fuit in causa feudorum Ozasci, & Noni.

SVMMARIVM.

1 Nunciatiuis verbis in Instrumento positis inter ipsas partes standum est, quod maxime procedit, vbi antiquitas longissimi temporis xxx. annorum intercessit.

2 Alienatio rerum feudalium etiam ex causa dotis, vel alterius necessitatis prohibita est ex iuris communis feudorum dispositione.

3 Decreta vti contra ius commune posita propriè, & strictè sunt intelligenda.

4 Forma, & qualitas in decreto requisita ad vnguè obseruari, & probari debet.

5 Ad substantiam actus, vbicunque multa requiruntur, tunc non sufficit plura esse obseruata, sed omnia adimpleri debent, ita vt nec vnum omittatur.

6 Lege vel statuto disponente aliquas solemnitates, aut qualitates in actu aliquo interuenire debere, is qui eo vititur statuto, aut lege, non solum actum probare, sed etiam qualitates ab eo positas debebit.

7 Regula, æquipollentium nihil interesse quid fiat, limitatur, vbi forma substantialis requireretur.

8 Lex, vel statutum præcipiens aliquid fieri tempore contractus, tunc si eius forma non obseruetur, contractum erit nullus ipso iure.

9 Solemnitas requisita tempore contractus, substantialis esse dicitur, quod ampliatur nu. 10.

11 Statutum, quando aliquid inducit cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur, censetur pro forma.

12 Ablatiui absoluti conditionem, & formam important.

13 Verba non aliter, nec alio modo, inducunt conditionem, & formam præcisam.

14 Verba nullatenus, nec alio modo, quæ nullitatem actus inducunt, idem operantur, quòd clausula decreti irritatiua, & faciunt actum factum contra prohibitionem esse nullum, etiamsi expressè non annulletur.

16 Forma data à lege, vel statuto semper intelligitur esse præcisa, adeò vt ea non seruata nullitas actus inducatur.

16 Lex, quando resistit actui à principio, tunc ex eo nulla oritur, nec ciuilis, nec naturalis obligatio.

DECISIO CLXV.

Decreta Dominicalia disponẽtia super alienatione bonorum feudalium sunt strictè intelligenda, eorumq; forma debet obseruari, & probari, aliàs alienatio est nulla.

ABSOLVTIS igitur prædictis articulis, supereſt iuxta instituti nostri propositum videre, quando rectè, & rite dicatur facta feudi alienatio secundum decretorum Dominicalium formam, & primo videndum est, an possit dici obseruata, si in Instrumento alienationis venditor, & emptor enũciatiuè asserant solemnitates in alienatione feudi interuenisse, eas nominatim exprimendo? & videretur prima fronte dicendum, standum esse Instrumento, 1 ex reg. † l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipulat. & notatis per gloss. in l. 1. in verbo, Omni ordine. vers. vel hic erat scriptura. C. de fide instrum. & iure hast. fisc. lib. 10. quod præsertim procedit, si agatur de instrumento facto longissimo tempore 30. annorum, quo tempore præsumitur solemnitas seruata. l. qui in aliena. ff. de acquir. hæred. l. si filius. C. de petit. hæredit. l. sciendum. ff. de verb. oblig. cap. peruenit, de empt. & vend. & vbiq; gloss. & Doct. Dec. latè consi. 222. nu. 6.

Contrarium tamen verius visum fuit, ad cuius cognitionem præmittendum est quatuor esse decreta Dominicalia super alienatione bonorum feudalium dis ponentia. Primum quondam Violantano 1475. quod confirmatum fuit à Carolo primo illius nominis Duce anno 1484. tertium Blancæ anno 1491. quartum à quondam Philiberto anno 1503. prohibens feuda alienari, nisi eo modo, & 2 de causis à iure feudorum & decretis Dicalibus permissis, quæ decreta cum sint contra ius commune feudorum † prohibens regulariter alienationem bonorum feudalium, etiam ex causa dotis vel pro anima, aut alterius necessitatis. §. necessitate, & §. donare. quall. olim feud. alienari poterat, & in titulo, quæ sit prima causa benefi. amit. §. 1. & de prohib. feud. alienat. per Lotharium, & de prohib. feu. alienat. per Federicum, & per Felinum in cap. quæ in ecclesiarum, colum. 28. numero 24. de constitut. vbi ponit regulam cum octo declarationibus, Ias. in auth. res quæ, num. 26. C. commun. de legatis, Socin. cons. 49. 3 numer. 2. & seq. † debent propriè, & strictè intelligi, Bart. in l. omnes populi, in 6. quæstio. principali. ff. de iustit. & iure, & in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. & in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhibend. l. quod constitutum. ff. de testam. milita. & l. constitutionibus. ff. ad municip. Tract. de retractu lignagier, in verbo, au lignagier. §. 1. in glo. 9. num. 180. & pluribus seq. & §. 35. num. 2. Deci. cons. 142. numer. 5. post Inno. Barto. Bald. Alex. Aret. & alios per eum citatos, concludens consuetudinem permittentem alienationem contra dis-

positionem

positionem iuris communis debere strictè intelligi, & in alio statuto, seu consuetudine correctoria, seu exorbitante à iure communi, idem Dec. cons. 444. numer. 11. & 12. latè Chassan. cons. 32. colum. 2. & in terminis decreti nostri veluti exorbitantis à iure communi, & tollentis ius tertij, respondet Rub. Alexandrinus cons. 59. numer. 50. † eorumq; formæ, & qualitates ad vnguem obseruari, & probari debent, alias non valet alienatio, seu actus. l. cum verò. §. subuentum. ff. de fideicommiss. lib. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. per quæ iura ita notat Bart. in l. 1. colum. 1. versic. item nota quod dictæ causæ. C. de præd. decuri. sine decret. non alienand. lib. 10. in l. quisquis. §. fin. ff. de public. & in l. 1. num. 10. C. de fide Instrumen. & iure hast. fisc. lib. 10. Alex. cons. 42. num. 28. & cons. 119. num. 5. volum. 1. Dec. cons. 10. num. 2. cons. 13. col. 2. cons. 64. col. 3. cons. 83. colu. penult. versic. quinto, & cons. 356. num. 4. ac cons. 528. num. 12. cons. 532. num. 3. latè Alex. cons. 112. num. 1. & pluribus seq. volum. 6. & cons. 50. num. 4. vol. 5. Calcaneus cons. 8. num. 22. & seq. cons. 25. num. 24. Iacob. à S. Georg. in sua inuestitu. versic. & cum pacto, de non alienando, num. 28. expressè dicens, quod si per statutum sit inducta solemnitas in venditione feudi, venditio facta non seruata solemnitate est nulla. Iaf. latè in l. 1. §. in eum. colum. 1. & 2. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus est vi eximat. Felin. in c. cum dilecta. de Rescript. in c. examinata. num. 5. de iudic. in c. fraternitatis. num. 12. de testib. Corneus in l. fin. §. etsi præfatam. in princi. C. de iure delib. vbi iuncta glos. post Paul. de Castro, & Speculat. notat ex illo textu, quod † quando multa requiruntur ad substantiam alicuius actus tunc non sufficit, plura esse obseruata, si vnum omittatur. l. cum hi. §. si Prætor. ff. de transact. quem text. post Bald. ibi ad terminos alienationis feudi citat Natta cons. 162. numer. 7. & 8. Ioan. Andre. in Mercur. in c. sine culpa. col. 1. de reg. iur. in 6. Alex. cons. 7. nume. 7. vol. 7. Iaf. cons. 165. col. 2. vol. 1. Dec. in c. de appellationibus. colum. 2. de appellationi. Euerar. in locis legalib. pag. 53. vbi latè de defectu formæ, Gramma. decis. 79. num. 13. & 14. Dec. d. cons. 532. numer. 5. & in c. prudentiam, col. 2. in 4. notab. de offic. delega. Hoc idem notat Bald. in l. nam postea. §. si minor, in 2. notab. ff. de iureiurand. quod quando plura ad vnum effectum consequendum debent interuenire, non sufficit vnum probare, & in c. cum adeò, col. 1. versic. item ex paruo defectu, de Rescript. His accedit doctrina Alexan. in l. si is, qui quadringenta. §. quædam, in 2. notab. ff. ad l. Falcidiam, quam refert & sequitur Brunus, de forma & solemnitat. versic. de potentia & effectu, colum. 3. versic. quartus effectus, quod forma semper est indiuidua, faciunt in terminis ea, quæ scripta sunt à Iaso. cons. 213. colum. 1. & 2. & Marsil. latissime per duas columnas, in rubr. C. de probationibus, num. 437. & sequent. & in practica §. quoniam. num. 92. vbi multis argu-
6 mentis probat, † quod quando lex, vel statutum requirit in aliquo actu aliquas solemnitates, & qualitates interuenire, is qui se fundat in lege vel statuto, non solum debet probare actum, sed etiam qualitates, quod pariter firmat Alex. cons. 77. num. 5. vol. 7. sequitur Curt. cons. 60. col. 2. versic. tum quia, vbi dicit, quod quando aliquid requiritur à lege limitatiuè, vel qualificatiuè debet prius constare de dicta qualitate, seu limitatione, aliàs nõ verificatur dispositio, & ad hoc quoque plura cumulat Paris. cons. 34. num. 8. & 10. cons. 66. num. 112. & sequent. vol. 3. cons. 53. numer. 44. & seq. cons. 65. num. 4. & sequent. cons. 62. num. 42. & 43. & cons. 158. num. 24. vol. 4. Gozad. cons. 35. num. 16. & 17. bonus text. in l. Fulcinius. §. 1. ff. quib. ex causis in possessio. eat. latissimè more suo Tiraquel. de retractu lignagier. §. 8. in verbo, le retrant, glos. 7. num. 1. & 2. vbi innumeris auctoritatibus cumulatis per vnam columnam concludit, fundantem se in lege, statuto, & dispositione præsertim exorbitante, debere obseruare, & probare omnes qualitates contentas in statuto, quod etiam firmat Socinus cons. 220. numer. 8. & 9. Natta cons. 254. numer. 2. cons. 474. numer. 38. Paris. cons. 17. num. 28. colum. 1. Socin. Iun. cons. 3. volum. 1. cons. 4 num. 30. volum. 2. Grat. respons. 43. numer. 31. & pluribus sequentibus, lib. 2. Nec locum habet regula,
7 † quod nihil interest quid ex æquipollentibus fiat, secundum Bald. Angel. & Alex. in l. 1. ff. de lib. & posthu. quos refert & sequitur Socin. cons. 24. numer. 21. & cons. 33. num. 6. & sequen. vol. 1. Felinus cons. 34. num. 13. & sequent. Alex. cons. 137. num. 12. & 13. volum. 2. latissimè Paris. omnia prædicta referens cons. 12. à numer. 43. vsque ad numerum 53. inclusiuè, volum. 2. Gratus respon. 6. num. 4. 19. & 20. lib. 1. concludens formam substantialem, seu formalem non posse impleri per æquipollens, & resp. 52. numer. 36. lib. 2. Boerius decis. 2. numer. 22.

Præterea dicit Bart. in l. si ita. §. ea lege, co-
8 lum. 2. ff. de verbo. obligat. † quod quando lex vel statutum præcipit aliquid fieri tempore contractus, tunc si non obseruetur forma, contractus est nullus ipso iure, quod etiam voluit Bal. in l. 2. colum 2. versic. quædam enim solemnitas. C. quando prouocare non est necesse. quem refert & sequitur Afflict. decis. 378. num. 4. Abb. in c. 2. num. 5. de testibus, & ibi Aretin. in sexto nota. addens procedere, etiamsi non sit verbum Annullatiuum, Ias. latè in l. vniuersa. num. 7. & 8. C. de precibus imp. offeren. dicens, post Bartol. in rubric. C. de
9 rescind. vendit. † solemnitatem requisitam tempore contractus dici substantialem. Benedict. in repetit. c. Raynutius, versic. in eodem testamento, numer. 24. & seq. de testamentis. Brunus latissimè de forma, & solemnitate. versic. quando aliquid censetur tradi pro forma, colum. 1. & 2. Guliel. à Perno cons. 4. num. 12. & sequent. post Bald. in l. eos. §. apostolos. & in l. hi, qui ad ciuilia. C. de appellationib. vbi ponit differentiam inter formam quæ statuitur actui faciendo, & eam, quæ statuitur actui facto, pulchra apostilla Abb. in d. c. cum dilecta, numer. 12. in verbo, forma, facit quod scribit Isernia, in titu. de prohibit. feud. alienat. per Federic. §. præterea si inter duos, colum. 1. versic. sed quid si dominus, sequitur Felin. in c. quoniam frequenter, col. 4. versic. limita quinto, vt lite non contest. non procedat. & in c. 2. num. 1. de testibus, & in d. c. cum dilectus, de rescriptis, Bertachin. de gabel. in tertia parte
10 octauæ part. principalis, † quod maximè procedit, quando qualitas, & solemnitas est data pro forma actus, ad conseruandum iuris rigorem, prout in casu decreti argum. eorum, quæ copiosè scribit Felinus in c. causam, el primo, num. 6. & 8. & c. nouit, num. 1. post Abb. ibi. num. 4. de iudic. Quod autem illę qualitates, de quibus in dictis statutis, sint introductæ pro forma euidenter apparet, & dignoscitur. Pri-
11 mò, quia † quando statutum aliquid de nouo inducit cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur reputatur pro forma substantiali, vt concludit Decius cons. 434. num. 1. & 2. 455. num. 7. d. cons. 528. in fin. d. cons. 132. num. 2. post Anchara. cons. 242. in fin. Crauet. cons. 182. num. 10. post Anchar. & Socin. cons. 92. volum. 4. quod præsertim procedit, quando qualitates po-
12 nuntur conditionaliter, † vt in illis ablatiuis, nostro præhabito, & interueniente consensu, & alijs pluribus locis l. ab emptione. ff. de pactis. l. à testatore. ff. de conditio. & demonstrat. Dec. cons. 466. num. 18. & sequent. d. cons. 532. num. 4. & in terminis nostris, quando statutum vtitur ablatiuis absolutis d. cons. 11. num. 9. Gozad. cons. 3. num. 22. Crauet. d. cons. 182. num. 9. in fi. latè Rip. lib. 2. responsorum. c. 9. num. 1. & 2. Item in illis verbis, si tamen, & casu, quo, &c. quæ verba conditionem important, Bart. in l. 1. col. 1. ff. de condit. & dem. & formam inducunt, quam debere obseruari etiam tradit Bald. in authen. matri & auiæ. C. quando mulier tutelæ offic. fungi potest, quem refert & sequitur Felinus in c. quod ad consultationem, numer. 12. versic. & vltra eum adduco, de sent. & re iudic. Neuiz. cons. 87. num. 5. & 6. Item in
13 illis verbis, † & non aliter, nec alio modo, quæ etiam inducunt conditionem, & formam præcisam. l. fin. vbi glos. & Bart. C. de vend. rer. ciuit. lib. 11. Bartol. in l. de his versic. præterea, & ibi Ias. col. pen. num. 10. ff. de transactionib. cons. 4. col. pen. vol. 1. & latè cons. 86. num. 16. vol. 3. Felin. in d. c. quæ in ecclesiarum, numer. 85. & in c. cum accessissent, num. 8. cod. tit. ac in c. cum dilecta, col. 8. versicu. septimum signum, & Rescript. & huiusmodi verba sunt retractiua. Paris. cons. 18. num. 6. & 7. vol. 1. imò sunt annullatiua dispositionis, in qua proferuntur, si non concurrant in actu omnes qualitates præcedentes, Tiraquel. de retractu lignagier. §. 8. in verbo, Autremant, & de retractu conuentionali. §. 4. versic. in main de Court. num. 14. Gozad. d. cons. 3. num. 23. Paris. latè cons. 19. num. & sequent. volum. 2. Lucas de Penna in vnicuique, col. 3. C. de proximis sacrorum scriniorum. lib. 12. Dec. d. cons. 61. num. 2. vbi dicit, dicta verba adeò habere naturam præcisam, vt modificatio aliqua aliàs interpretatio à verbis separata non admittatur, Gratus respons. 52. num. 35. & seq. lib. 2. Nat. cons. 372. numer. 5. His famulantur,
14 quæ scribit Ias. † de dictionibus, penitus, nullatenus, nullo modo, & similibus, quæ inducunt nullitatem actus, idemque operantur, quod clausula decreti irritatiua in l. fin. num. 25. & 26. ff. de ferijs. Socin. cons. 21. num. 4. volum. 1. Dec. cons. 502. num. 4. & Neuiza. dict. cons. 87. numer. 13. vbi post glos. in l. siquidem. C. de exceptio. Curt. Ias. & Brunum, de forma, & solemnitate, versic. quando aliquid censeantur, datum pro forma, colu. 5. 6. & 8. ponit conclusionem, quod quando lex, vel statutum ali-

quid

quid prohibet fieri nisi certo modo præuio, inducit formam, & dato quod non procedat annullando, attamen actus factus non seruata forma est nullus, quod etiam sequitur Leonardus inter consilia feudalia Bruni consil. 114. num. 483. Sed decretum Philiberti est huiusmodi, ergo alienatio ipsa facta non seruata forma est ipso iure nulla. Et quod huiusmodi qualitates introductæ pro forma sint, etiam apparet, quia vt suprà dictum est, decreta Domicalia statuūt super alienationibus feudorum contra dispositionem iuris communis cum modificationibus, & qualitatibus, 15 de quibus in eisdem, quo in casu, † quicquid ibi exprimitur, censetur pro forma substantiali, vt suprà diximus. Et in dubio, vt prædiximus, forma substantialis præsumitur, Bald. in l. comparationes, in tertia oppositione. C. de fide Instrumen. quem refert & sequitur Felinus in dict. c. quod ad obseruationem, numer. 12. versic. facit dictum Baldi, de sentent. & re iudic. Dec. consil. 100. num. 6. dicto consil. 466. num. 12. d. consil. 434. num. 2. & consil. 403. colum. 2. & 3. Afflictus in titulo, de feudo non habente propr. natur. feudi, numer. 9. † & quando lex vel statutum dat formam semper illa intelligitur esse præcisa, adeò vt nullitas actus inducatur, forma ipsa non seruata, d. l. fin. & ibi glos. C. de vendit. rer. ciuil. lib. 11. Alex. consil. 50. num. 4. volum. 5. Afflict. decis. 355. num. 4. & seq. lasciatè in l. sed etsi quis. §. quæsitum, num. 24. ff. si quis cautioni. & in l. Gallus. §. quidam rectè, num. 1. ff. de lib. & posth. vbi notat, quod conditiones extrinsecæ positæ per legem important formam necessariam, Felin. d. c. 2. colum. 2. versic. 3. notabiliter, de test. & in c. fraternitatis, num. 12. eodem tit. in d. c. dilecta, versicu. secundum signum, de rescriptis, Bald. in titu. quæ sit prima causa benefic. amittendi, vbi expressè loquitur de natura istorum verborum, non aliter nec alio modo, Dec. consil. 61. numer. 2. & consil. 229. num. 2. Socin. consil. 251. num. 4. & Præpos. in c. Imperialem, colum. 5. num. 6. de prohib. feud. alienat. per Federic. & alij plures relati per Tiraquell. de retractu lo. dis suprà citatis, Paris. consil. 92. num. 18. & sequent. volum. 3. Sebast. Vant. de nullitat. ex defectu processus, num. 55. hinc sequitur id quod adducit, & not. Bald. in titulo de allodijs, num. 17. in fin. quod quoties lex remouet potentiam à contractu, ibi contractus est ipso iure nullus. l. si non fortem, in princ. ff. de condit. indebi. l. à diuo. ff. de ritu nupt. & l. cum lex. ff. de fideiussori. vbi Bart. colum. 2. cuius doctrinam dicit esse communem Cassiodorus decis. 5. num. 2. post Abba. in c. cum contingat, col. 2. de iureiurand. & ibi Alciat. num. 3. Calcaneus 23 consil. 26. nu. 16. concludentes, † quod quando lex resistat actui à principio, tunc ab huiusmodi contractu nulla oritur obligatio, nec ciuilis, nec naturalis, quod etiam expressè firmat Bart. in l. de his, num. 1. ff. de transact. Sebast. Vant. de nullit. sentent. ex defectu, seu inhabilit. mand. num 53. & quod lex, siue decretum in casu nostro resistat alienationi à principio liquido appareat, quia quando statutum in contractu mandat aliquam formam seruari, illa qualitate non seruata, eo casu statutum sum dicitur prohibitiuum, Felin. in c. 2. num. 1. in fin. de testib. cui alludit, & deseruit decretum Philiberti prohibens alienationem nisi in casibus expressis, & seruata forma decretorum præcedentium.

Cum igitur prædictæ qualitates sint introductæ pro forma concluſum extitit debere constare illas interuenisse tempore venditionis feudi, argu. notarorum per Bart. Bald. Io. de Platea, & alios Scribentes in l. 1. C. de prædijs decur. sine decreto non alienandis, lib. 10.

Non obstant, quæ in contrarium suprà adducebantur, scilicet, ex verbis enunciatiuis in Instrumento alienationis positis, quibus solemnitates interuenisse asseruntur eandem alienationem validam esse probari, iuxta regulam dict. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipulat. cum alijs ibi allegatis. & quod ex antiquitate longissimi temporis 30. annorum præsumantur solemnitates in ea alienatione obseruatæ, quia appositè infra decis. 172. & 174. putamus responsum esse.

SVMMARIVM.

1 *Rescripti tenor in Instrumento insertus non probat, nec fidem aliquam facit, quòd limita, vt eodem numero.*

2 *Licentia à Principe obtenta subreptitia dicitur, cum non fuit narrata Principi qualitas, & natura feudi.*

3 *Licentia alicui concessa aliquid faciendi seruatis statutis nulla efficitur, si probatum non sit, quòd fuerint seruata statuta.*

4 *Contractus in quo reseruatur consensus domini habetur pro imperfecto, domino non consentiente. Contractus sub aliqua conditione admissa censetur sub contraria conditione reuocatus, numero eodem.*

5 *Conditio nihil posſit in esse.*
6 *Consensus Principis habetur pro non posito, quando non est seruata forma tradita.*
7 *Forma inducta à lege, vel statuto à partibus remitti non potest.*
8 *Consensus vbi requiritur ad solemnitatem actus, tunc debet interuenire in ipso actu, & non sufficit, quod postea interueniat.*
9 *Vbi consensus requiritur ante actum, tunc per ratificationem subsequutam actus non confirmatur, quod maximè procedit, quando huiusmodi ratificatio tenderet in tertij præiudicium, & num. 10.*
11 *Ratificatio domini superueniens, agnatis non præiudicat.*
12 *Verba secundum tempus intelligi debent, ad quod relata sunt.*
13 *Ratificatio omnes solemnitates requirit, quæ in actus confectione interuenire debent.*

DECISIO CLXVI.

De consensu, siue licentia Principis à decreto in alienatione feudi requisita.

QVIA tractatum superioribus decisionibus fuit, solemnitates, seu qualitates à decretis Dominicalibus requisitas, introductas esse pro forma, easq; debere obseruari, & probari, ideò diligenter de ipsis solemnitatibus, & qualitatibus discutiendum erit. Prima igitur solemnitas, seu qualitas (prætermisso ordine scripturæ primi decreti) erit impetratio consensus Principis, cuius sit mentio in illis verbis, nostro tamen, seu filij nostri, aut hæredum, & successorum suorum præhabito, & interueniente consensu, de qua impetratione cautus erit emptor fidem facere per productionem originalis rescripti, non autem per insertionem tenoris in Instrumento emptionis, † cum tenor Ducalis rescripti in Instrumẽto emptionis insertus non probet, nec fidem aliquam contra non interuenientes in Instrumento faciat. authen. si quis in aliquo. C. de edendo, vbi Communiter Doctores, Alexan. cons. 6. num. 8. volum. 4. Iaſ. nominatim cons. 168. num. 14. volum. 4. post glos. Butrium, & Abbatem per eum allegatos, latè Barb. cons. 38. colum. 1. & duabus sequent. & colum. 7. volum. 4. Corne. cons. 243. in litera I. volum. 2. post Innocent. Abb. Paul. de Castro, Cardin. Panormit. Bartol. & Bald. per eum citatos. Natta cons. 143. nu. 5. ex quibus elicitur, istam esse communem opinionem, cui non aduersantur, Felin. in c. inter dilectos, numer. 7. de fide Instru. & Paris. cons. 23. numer. 87. volum. 1. post alios ab eis citatos, quia loquuntur de tenore priuilegij inserto in originali alterius priuilegij, quod posset concedi à Principe concedente, seu confirmante priuilegium, ideò nimirum si statur insertioni, secus verò, quando tenor relatus non est in potestate referentis, quia tunc militat d. authen. si quis in aliquo, cum alijs suprà citatis, nec contrariatur decis. Boerij 281. quia si recte videatur num. 4. 6. 8. 9. & 13. tenet hanc opinionem, & loquitur in actu iudiciario, in quo Doctores dicunt esse speciale, vt insertioni exempli in actis facti credatur. Admonitos esse velim contrahentes, vt curent ne abreptitia, aut subreptitia sit licentia, seu consensus alienandi, verum exprimant † naturam feudi, videlicet si sit ex pacto, & prouidentia Principis concedentis, & primorum inuestitorum, vocatiq; omnes liberi masculi, aut hæreditarium simpliciter, seu mixtum, vel alia qualitas in inuestitura expressa, vt manifestè probat Sigismund. dicto cons. 47. à numer. 1. vsque ad numerum 6. Gozadin. cons. 26. num. 41. versic. primo, quia non fuit narratum, & versic. sequent. Soci. lun. cons. 77. num. 84. & sequent. volum. 1. Rinus cons. 108. numer. 25. volum. 2. Neuiz. cons. 12. num. 17. inter consilia Bruni, & si dicatur huiusmodi expressionem videri superfluam, cum ex forma decretorum, tanquam generica censeantur comprehensa omnia feuda. Ad hæc responderi potest, decreta prædicta, vt in præcedenti decisione demonstratum fuit, esse iuris communis feudorum correctoria: quo fit, vt non loquantur de feudis mixtis ad agnatos transuersales transitorijs, vt apparet in decreto Violant, & Blancæ, non debent extendi de casu ad casum, de re ad rem, de persona ad personam, vt pulchre probat Sigismundus cons. 7. num. 33. vsq; ad numerum 93. vbi dicit, prohibitionem alienationis feudorum esse introductam ob fauorem publicum ex præmissis apparet, quòd si in precibus facta sit mentio certarum causarum, quarum occasione petitur licentia alienandi, & pro eis concessa fuerit, non poterit alienatio ex alijs causis non expressis fieri, vt infrà numer. 5. comprobatur. Consultum igitur erit contrahentibus, si feudi qualitates, nec non causas legitimas alienationis in precibus expresserint, argu. notato. à Gram. decis. 59. num. 57. & seq. Verum quia huiusmodi licentiæ alienandi solent concedi adiecta clausula, seruata

1

2

seruata forma decretorum nostrorum, qui ablatiui absoluti conditionem important, d.l. à testatore, Bartol. in l. 1. colum. penul. num 34. ff. de condit. & demonstra. cum similibus suprà allegatis, quibus addo Rippam in rub. ff. solut. matrimon. num. 30. & seq. dicentem id procedere etiam in contractibus, & facere cõditionem propriam: curabunt propterea venditor, & emptor, vt forma obseruetur, ne eius defectus irritet alienationem, vt abunde suprà proxima decisione demõstrauimus, quibus conuenit, quod scribit Alexand. cons. 4. num. 46. & seq. volum. 3. Paris. d. cons. 18. num. 2. vol. 1. Gratus in terminis nostris, respons. 87. numer. 1. 15. & 16. lib. 1. vbi nominatim concludit, licentiam alicui concessam aliquid faciendi seruatis statutis, esse nullam non probato, quod fuerint seruata statuta. Sigismund. d. cons. 17. num. 54. & sequen. dicens, contractum in quo reseruatur consensus domini haberi pro infecto, domino non consentiente, quod etiam firmat Brunus cons. 23. numer. 4. & seq. latè Curt. Sen. cons. 8. col. 2. Nam concessio, aut licentia contractus sub aliqua conditione censetur sub contraria conditione reuocata, Sigismund. d. cons. 17. num. 56. post Bald. Alber. Aluaro. & Roman. per eum allegatos, Felin. d. c. 2. num. 1. in fine. de testibus, Iacob. de S. Georgio, in sua inuestitu. in verbo, & cum pacto de non alienando, num. 6. & num. 27. Dec. cons. 395. num. 2. vbi loquitur in licentia data alienandi feudum, cuius forma diligenter debet obseruari. facit ad hoc regula l. si legatum. ff. de adimend. legat. † Conditio equidem nihil ponit in esse. l. proinde. ff. si certum petat. l. cedere diem, versicu. vbi sub conditione. ff. de verbo. significat. l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omissa cau. testam. laf. in l. si mihi. §. in legatis, num. 3. in 2. lectura. ff. de legatis 1. & suprà scriptis deseruiunt scripta à Capici. decis. 100. num. 1. & 2. post Lucam de Penna in l. nulli. colum. 2. C. de fund. patrimon. lib. 11. quod quando vasallus alienat feudum, & promisit cum iuramento non contrauenire venditioni, nihilominus potent reuocare non obstante iuramento, si non interuenit consensus domini, quia venditio feudi semper habet tacitam conditionem, si dominus consensit. c. constitutus, de Rescript. c. venientes, de iureiura. si ergo non appareat formam statutorum fuisse plene seruatam, sequitur non interuenisse consensum Principis, argum. eorum, quæ ferè in simili casu scribit Dec. d. cons. 445. num. 22. & d. cons. 532. num. 12. Alex. d. cons. 4. numer. 6. vol. 3. vbi loquitur de consensu Episcopi limitato, quod etiam firmat Curt. lun. de feud. in 4. part. regula 2. versic. quarto quæro. Afflict. de natu. feud. in 5. notab. dicens, licentiam alienandi concessam respectu vnius personæ non valere, si fiat alteri, quod dictum fuit glos. in tit. de prohibit. feud. alien. per Federic. in verbo, Sine permissione. idem si concedatur licentia respectu certæ rei vel causæ. Paris. d. cons. 18. per totum consilium volum. 1. Gozadin. cons. 43. colum. penult. versic. præterea, & 3. Afflict. decis. 335. num. 14. 15. & 16. post Bald. & Abbat. per eum relatos, † concludens, consensum Principis haberi pro non posito, quando non est seruata forma tradita, præsertim, quando licentia alienandi cum dicta qualitate, quod seruetur forma est acceptata à partibus, vt respondet Neuiz. d. cons. 87. num. 14. Bartol. Camer. in reper. c. Imperialem, fol. 56. col. 4. post Iser. & Bart. per eum allegatos, & hæc forma † non potest remitti à partibus, argum. notatorum per Docto. in l. final. C. de vend. reb. ciuit. lib. 12. Nec actus conualidatur per subsequentem ratificationem Principis. Andre. Barb. post Bald. in auth. iubemus, in fin. C. de iudic. Socin. cons. 87. num. 4. volum. primo, addens, † quod quando consensus requiritur ad solemnitatem actus, tunc debet interuenire in ipso actu, & non sufficit, quod post interueniat. latè Calcane. cons. 57. nu. 4. & 5. Curt. lun. cons. 100. numer. 6. Afflictus in c. Imperialem, in princi. versic. vigesimo quarto quæro, num. 12. plures cumulat Tiraquell. de legibus connub. in verbo, Consentement, num. 3. & seq. vbi ponit pulchras rationes. Philip. Franc. in c. ratum, num. 2. in fin. de regul. iur. concludens, † quod quando consensus requiritur ante factum non confirmatur per ratificationem subsequutam, Bald. de feud. sine culpa non amittend. c. 2. Felin. in c. cum dilecta, colum. 6. vers. sextum signum. & col. 19. versic. amplia quinto, de Rescrip. & in c. nonnulli, versic. sunt alij, num. 40. & seq. de rescriptis, post Bart. Bald. Imol. Dom. per eum allegatos. Rip. post Barto. in l. ita stipulatus, num. 7. ff. de verborum obligationib. Chassan. in consuetud. Burg. rubri. 4. §. 1. in verbo, Sans licence, num. 1. & 2. & latius in eadem rub. §. 7. in verbo, Si ce n' est du consentement, num. 40. vbi post Barba. in locis per eum citatis, dicit quod

6 7 8 9

quod vbi requiritur licentia alicuius in actu perficiendo non potest postmodum per confirmationem, vel ratificationem suppleri, nec ratihabitio postmodum superueniens conualidat actum, nec facit valere, quod actum est. His adstipulantur quæ cumulat Tiraquell. de iure primigeniorum, quæst. 34. num. 20. quòd qualitas substantialis superueniens nihil operatur, si defecerit tempore necessario, quod præ-
10 sertim procedit, quando huiusmodi † ratificatio superueniens, tenderet in præiudicium tertij, Ruinus cons. 41. numer. 20. volum. 1. Afflictus in cap. Imperialem, in principio, versic. vigesimo quarto quæro, numer. 7. faciunt, quæ scribit Dec. cons. 38. colum. 3. versic. præterea, & secundo, Curt. de feud. in quarta parte, in prima regula,
11 quæst. penult. col. 3. vbi dicit, † ratificationem domini superuenientem non præiudicare agnatis, cui accedunt, quæ notat Barto. in l. obseruare, numer. 7. ff. de offic. proconsul. vbi Bal. & alij Docto. Innocen. in c. prudentiam, de offic. deleg. quos refert & sequitur Ruin. cons. 132. volum. 1. quod actus nullus ex defectu formæ, vel ex alia causa, quàm ex defectu consensus ratificari non potest, sed ex forma decretorum requiritur duplex consensus. Primus ante alienationem, vt in illis verbis decreti, nostro præhabito consensu, qui consensus respicit licentiam alienandi. Secundus autem consensus requiritur in ipso actu constitutionis, vel restitutionis dotium, seu solutionis debitorum necessariorum. & hoc quidem probatur ex illis verbis positis in primo decreto, & interueniente consensu, qui ablatiui cum iungantur illis verbis in-
12 finitiuis, transferre & alienare † debent intelligi & referri ad tempus dictorum verborum, iuxta notata in l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalib. actionib. l. Titius. ff. de testamen. milil. sciendum. §. fin. ff. qui satisd. cogant. Grammat. decis. 57. num. 18. Barto. in l. ex facto. num. 1. ff. de vulg. & pupil. Paris. latè cons. 62. num. 37. & pluribus sequentibus, volum. 1. vbi multa ad hoc congerit, & num. 41. expresè dicit, non sufficere dictam qualitatem ex post interuenire, & cons. 50. num. 22. volum. 4. & sic ad tempus alienationis, vt in simili casu, & in materia facultatis alienandi bona feudalia ex dispositione decreti Regij respondet Sigismund. dict. cons. 7. num. 48. quod expresè comprobatur ex secundo decreto in fin. versic. & consensus, qui requiritur, vbi nominatim dicitur consensum, de quo fuit facta mentio in primo decreto, debere interuenire tempore constitutionis, seu restitutionis dotium, aut solutionis debitorũ necessariorum, & huiusmodi secundum consensum arbitror loco decreti esse introductum. l. 2. C. quando decre. op. non est. Verùm, quia aliquando à contrahentibus vidi obtineri à Principe rescripta ratificantia alienationes bonorum feudalium, etiamsi non appareat in eorum alienationibus fuisse obseruatam formam à decretis præscriptam, ideò admonitos esse velim emptores, vt non fidant in huiusmodi ratificationibus, præsertim si sunt relatiua ad Instrumenta alienationum, in quibus dicitur, quod seruetur forma decretorum, quia si non constat seruatam fuisse formam decretorum, non prodest ratificatio, vt not. Dec. expresè d.
13 cons. 532. numer. 2. & 4. † Et dato, quod posset confirmari, debent tamen in huiusmodi ratificatione interuenire omnes solemnitates in actus confectione requisitæ. l. si vt proponis. C. de nupt. l. nuptia. ff. de ritu nupti. Innocent. in c. cum dilectus de emptio. & vendit. quem refert & sequitur Rolland. à Valle cons. 90. num. 49. & seq. post Bal. Angel. Salycet. Decium, & plures per eum allegatos. Calean. d. cons. 57. num. 6. Ruinus cons. 31. num. 32. volum. 3. Afflict. de alien. feudi pat. in princip. num. 26. 68. & sequent. & alij cumulati à Tiraq. de retract. §. 1. gloss. 10. numer. 87. & sic dictum extitit, saltem debere constare Principi approbanti aliquas filias fuisse nuptui traditas, & dotes de precio fuisse constitutas, & solutas, aut restitutas, vel debitum qua necessaria persoluta.

SVMMARIVM

1 *Alienandi legitimas, & necessaria causa communis inter principales qualitates, & solemnitates decreto requisitas.*
2 *Necessitatum species plures recensentur, & num. 5.*
3 *Debitum necessarium dicitur pluribus modis, & numero 4.*
6 *Dos debitum necessarium esse dicitur.*
7 *Dictio, Alijs, regulariter est implicatiua, & repetitiua qualitatis præcedentis.*
8 *Præcedentis declarant, & qualificant sequentia.*
9 *Casus similes, vel dissimiles in materia statutorum qui dicantur.*
10 *Qualitas posita in vna parte orationis censetur in alia repetita, & num. 12.*
11 *Legis vna pars, siue statuti, per aliam declaratur.*
13 *Decretum violant, loquens de debitis, intelligitur cum illa qualitate, necessarijs, sumitq; interpretationem*

lationem à decreto Blancæ.

14 *Dictio tantummodo est taxatiua ponens ea, quæ affirmat, & alia negans.*

15 *Statutum primum generale restringitur, & limitatur per secundum speciale.*

16 *Baldi doctrina in l. Si ita scriptum. ff. de hæredibus instituend. quod, scilicet statutorum diuersimode loquentium attestatur illud, quod plenius prouidet, limitatur.*

17 *Lex, siue statutum generaliter loquens declaratur, & limitatur per aliam legem, siue aliud statutum, & nu. 18. vbi ampliatur, etiamsi statutum dicat, quod verba ad literam intelligantur.*

19 *Statuta correctoria intelligi debent, vt minus quam fieri posit corrigant ius commune.*

20 *Alienationis rei feudalis prohibitio strictior est, quã rei minoris, vel fideicommisso subiectæ.*

21 *Feudum de iure communi ex causa dotis, vel alia necessaria alienari non potest.*

22 *Statutum quando potest vnum, & duo operari contra ius commune, debet intelligi, vt vnum tantum operetur.*

23 *Statutum, siue decretum loquens de debitis, intelligitur de necessarijs, non autem voluntarijs, ne absurditates plures sequantur enumeratæ.*

24 *Debitum necessarium largo modo dicitur, quod habuit initium voluntarium.*

25 *Contractus vnus, quando causatur ab alio, non consideratur causatus, sed causans.*

26 *Origo, & initium cuiuscunq; contractus attendi debet.*

27 *Causatum debet referri ad principiũ, quod est ipsius causa.*

28 *De causa causante effectum idem iudicandum est, quod de ipso effectu.*

29 *Necessitate astricto ex proprio facto, & volũtate, lex siue decretum non fauet.*

DECISIO CLXVII.

Statuta correctoria iuris communis, etiam feudorum qualiter intelligi debeant, & pro quibus caulis permittatur alienatio feudorum.

ALIA qualitas, seu solemnitas à primo decreto requisita, ea est, vt pro constituendis dotibus, aut alijs debitis persoluendis, & etiam ad subueniendum alijs quibuscunque necessitatibus suis alienatio feudi fieri possit, & in decreto Blancæ addita est illis verbis, aut alijs debitis, dictio, necessarijs, & quod dispositа in primo decreto circa facultatem alienandi bona feudalia propter dotes constituendas, & debita necessaria persoluenda, vim, & locum 1 etiam habeant in restitutione dotium. † Et hęc qualitas, siue solemnitas principaliter respicit causam alienandi, argumen. c. 2. de rebus eccles. non alienad. in 6. & aliorum similium notatorum per Decium consilio 142. numero quarto. & consilio 174. in principio, Socinum consilio 27. numero octauo, & sequenti. Ioannem de Platea in l. prima, colum. 2. C. de prædijs decurionum, sine decreto non alienand. libro decimo. vbi inter solemnitates connumerat causam iustam, & necessariam alienandi, idem sentit ibi Bald. Ad cuius articuli intelligentiam præmitto quòd & si in iure variæ scribantur 2 necessitatis species, videlicet, † aliam esse præcisam, aliam causatiuam, aliam honestatis, aliam vtilitatis, attamen eas duntaxat attingendas existimaui, quæ ad nostrum negotium, & propositam causam pertinent: videlicet, debitum dici necessarium 3 tribus modis. † Primò strictè, & propriè, quando ab origine nullum habuit initiũ voluntariũ, nec aliquo modo causam pximã traxit à voluntario contractu, sed à lege inducta est necessitas absoluta, vtputa quod pater teneatur nuptui tradere, & dotare filiam, seu facere donationem propter nuptias pro filio, aut eum alere, & similia, ad quæ omnia potest officio iudicis cogi, nullo eius facto interueniente, vt infra probabimus.

Secundò largo modo dicitur debitum 4 necessarium, † vbicunque est introductum à legis dispositione, sed tamen habet aliquam originem à facto hominis voluntario, non tamen principaliter ad illam obligationem ordinato, vt in quarta legali debita ex dispositione, authen. præterea. C. vnde vir, & vxor. & in lucro dotis. quod defertur ex forma statuti, & similibus.

Tertio modo sumitur debitum necessarium largissimè, vt in quouis debito descendente ex quocunque contractu, vtputa mutui, emptionis, & alijs similibus. Hæc supradicta eliciuntur ex dictis Bartol. Ias. aliorumq; in d. auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. & in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. & nominatim declarat Rodericus Suares Hisp. in tractatu de las aras. numer. 37. & 38.

Aliam distinctionem ponit Bald. cons. 20. vol. 2. quẽ refert & sequitur Boer. decis. 44. num. 27. Crau. post hæc scripta visus in d. respon. pro genero, num. 94. & 95. vbi citat Suares sub. 17. & est num. 27. videlicet, 5 † necessitatis tria esse genera, scilicet, fatalis, naturalis, & data opera, siue voluntaria, quib. addi potest quartum, scilicet legalis.

His sic prænotatis, aduertendum est, quod hæc qualitas probetur, vt prædictum est interuenisse tempore venditionis feudi, videlicet, quod appareat eo tempore constitisse, venditorem habere filias ætatis nubilis, quas tunc nuptui tradere eisq; dotes constituere & soluere, aut dotes aliquas restituere teneretur, vel ære alieno necessario pressus, aut in necessitate constitutus esset, quorum vnum ex forma prædictorum decretorum necessario debet eo tempore vrgere, ad hoc, vt feudum posset legitimè alienari, vt late probauimus suprà dec. 5. quibus addo tex. in c. constitutus, & ibi Felin. colum. 1. de rescrip. quem refert & sequitur Rip. lib. 2. respon. c. 24. nume. 4. Dec. consi. 556. nu. 3. & seq. Paris. consi. 136. numer. 33. Tiraq. de retr. §. 1. gloss. 9. numer. 98. Nam etsi in decreto Violant fuerit simpliciter facta mentio de debitis, non adiecta illa qualitate, necessarijs, attamen cum primo fecerit men
6 tionem de dotibus constituendis, † quod est debitum necessarium patris à lege introductum. vulg. l. qui liberos. ff. de ritu nup. l. fin. C. de dotis promissione. cum similibus. Bartol. & Doctor. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matr. latè Campez. de dote in 1. par. quæstio. 13. latissimè Lup. in rep. rubr. de donat. inter vir. & vxo. §. 22. Boer. decis. 130. numero 4. & seq. Neuiza. consi. 45. numero 34. ob id eadem ratione dicendum erit, quod cum de alijs debitis loquatur, debeamus intelligere de necessa-
7 rijs, quia dictio, † Alijs regulariter est implicatiua, & repetitiua qualitatis præcedentis, gloss. fin. & communiter Docto. in l. si fugitiui. C. de ser. fugit. quam ad hoc notat Dec. in c. sedes. colum. 1. & Felin. nu. 6. de rescriptis. Paris. cons. 158. numer. 18. volu. 4. plures citat Socin. Iun. consi. 160. num. 13. & consil. 168. nume. 52. volum. 2. Cardin. in repet. c. perpendimus. numer. 21. de senten. excom. Bertran. consi. 126. nu. 6. Rip. libr. 1. respon. c. 1. num. 41. las. in vsibus feudorum, nu. 12. in fin. & in l. si vnus, in princi. nu. 10. ff. de pactis, loquentes de dictione alijs iuncta dictione vniuersali, Ruin. cons. 10. num. 12. volu. primo. consi. 92. num. 22. volum 3. Alexand. consil. 76. numer. 5. vol. 4. Goza.
8 consi. 87. num. 10. Præcedentia † enim declarant, & qualificant sequentia. Bartol. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verbo. oblig. Aretin. consi. 18. colum. 1. in fine, glo. fin. in l. fin. §. cui dulcia. ff. de tritico vino oleoq; legato. l. quisquis, vbi Bartol. ff. de leg. 3. l. qui filiabus, & l. si seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. apposite Bero. consi. 112. numero 39. & seq. volum. 2. & sic fiet interpretatio, vel alijs debitis, scilicet, similibus debito constitutionis dotis: tunc. n. in ma-
9 teria statutorum † illi dicuntur casus similes in quibus est eadem, vel maior ratio, & illi dicuntur dissimiles, quando non est eadem ratio, Paul. de Castr. in l. illud. numero 4. C. de sacrosanct. eccle. post Bald. ibi, per tex. in l. non solum. §. qui pupillum. ff. de excus. tuto. quos refert & sequitur Bero. consi. 150. numero 19. volum. 1. vtputa in constitutione donationis propter nuptias pro filio, quod est debitum patris etiam à lege introductum d. l. fina. versicu. neque enim leges. C. de dotis promissione. item in donatione propter nuptias, quæ fit à marito vxori, quæ etiam ex necessitate à lege introducta constituitur, vt in authen. de ęqualit. dotis, & donationis propter nuptias. §. dedimus. Item in obligatione quam cogitur pater facere de bonis suis pro restitutione dotium murus. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matrimon. vbi Bartol. Bald. Angel. Paul. de Castro. Bartol. in authen. res quæ, numero tertio. C. communia de leg. & fide com. Dec. consi. 376. numero secundo, & tertio. Baldus Nouellus in 6. parte, priuilegio 26. & in alendis filijs. l. 1. & toto titulo. ff. de liberis agnoscen. Villalob. in suis commun. opinio. in dictione, pater. numero 29. post Socinum, Aretin. & Alcia. per eum citatos. Et huiusmodi interp̄tatio corroboratur ex illis verbis statim subsequentibus, etiam ad subueniendum alijs quibuscunque necessitatibus suis, quæ sunt posita in eadem oratione, & reguntur ab eisdem verbis,
10 possint & valeant, † quo fit, vt dicta qualitas necessitatis posita in vna parte orationis, censeatur repetita in alia, Bartol. in l. fin. §. eritq; differentia, columna prima ff. vi bonorum raptorum, in l. Seię. §. Cap. ff. de fundo instructo. & in l. in repetendis, columna secunda. ff. de legatis tertio quem refert, & sequitur Decius consilio 92. num. secundo. Paris. consilio 108. numero 49. volumi. 3. consi. 72. numero trigesimosexto & trigesimoseptimo, volumi. 4. Natta consi. 253. numero 10. Berous per multa iura consi. 141. numero 18. volumine 3. Gozadinus consi. 82. numer. 9. Vna enim pars legis, siue statuti per aliam declaratur, Dec. in c. cum omnes, col. 2. in fi. de constitutionib. per textum in l. vtrum. ff. de petitio. hęreditatis. Paris. cons. 43. nu. 51. vol. 3. & consi. 158. numer. 17. volum. 4. Nam ratione adiun-

cti tollitur omnis dubitatio, vt notat idem Paris. dicto consi. 43. numer. 50. volum. 3. post Bart. Bald. Alexan. & Ias. in locis præallegatis, quibus quidem conueniunt notata per Alexan. consi. 34. numer. 5. volum. 6. argum. textus in c. causam quæ, de testibus, † quod qualitas appolita in vna oratione copulata cum alia, qualificat præcedentem orationem, vbi nisi id fieret læderetur ius commune, idcirco illa qualitas necessitatibus posita in sequenti oratione copulata cum præcedente, in qua loquitur de debitis, debet intelligi de necessarijs, vt minus lædatur ius commune feudorum prohibens alienationem, etiam in casum necessitatis, & hæc interpreta-
14 tio verior demonstratur ex † decreto dominę Blancæ, in quo dicti primi decreti fit interpretatio, scilicet quòd vbi in primo decreto de debitis loquitur, cum illa qualitate necessarijs intelligatur: vt ex pluribus locis prædicti secundi decreti comprobatur, & primo in versicu. cum in volumine statutorum, vbi referens primum decretum, dicit illud loqui in constitutione dotium, & in casu necessitatis. item in versicul. cum autem, in illis verbis, circa modum constituendi dotes, & etiam pro alijs necessarijs debitis. item clarissimè in versicu. cum verba dicti decreti, loqui tantummodo videantur, & formam dare circa constitutionem dotium, & debita necessaria persoluenda. Item & in illis verbis dispositiuis, in versicu. declaramus, & in illis verbis, propter ipsas dotes, & debita necessaria. Ex quibus omnibus liquido patet verba primi decreti de debitis simpliciter loquentia, ex interpretatione Principis, cuius solius erat interpretari. l. ex facto. ff. de vulga. & pupilla. subst. deberi intelligi de debitis necessarijs tantum, quod probatur ex illo aduerbio tantummodo, † quod sui natura est taxatiuum, ponens ea quæ affirmat, & alia omnia excludens. Bald. in l. ita nobis. C. ad l. Iul. de adult. Bartol. in l 1. numero 1. & ibi Ias. numero 9. ff. si quis ius dicenti non obtemper. quem refert, & sequitur Ruinus consi. 36. numer. 2. & consi. 133. num. 6. vol. 1. Socin. Iun. consi. 53. nume. 5. vol. 2. idem dicit Felin. in c. contingit, numer. 5. de fid. Instrum. Dec. consi. 328. numer. 5. Bero. consi. 178. numer. 9. volu. 3. conuenit tex. in l. 1. C. de patribus qui filios distrax. quo fit, vt non sit hic tractandum de correctione, sed de interpretatione, & propterea non aduersatur doctrina Bartol. in l. 3. §. cum Tis-
tio. ff. de adimend. leg. concludens ex dictione taxatiua non induci correctionem legis seu statuti precedentis, quæ dicitur communiter recepta, Viui. in suis commun. conclusio. in verbo, Statutum vnum cum vt diximus non agatur de correctione primi decreti, sed de interpretatione, quamuis contra conclusionem Viuij vrgeat tex. in l. sanctio legum. ff. de pœn. nec est nouum, quod priora statuta à posterioribus declarentur, suppleantur & terminentur, & econtra, argu. l. non est nouum, & duabus sequentibus, vbi gloss. & Bart. ff. de legibus. Alexan. consi. 145. num. 1. versicu. vna nisi lex, volum. 6. Bald. in l. 1. colum. 2. C. de inter. quem refert & sequi-
15 tur Port. consi. 183. numer. 11. † imò statutum primum generale limitatur, & restringitur per secundum speciale vulg. regula generi per speciem derogatur in 6. & l. in toto iure. ff. de regu. iur. & ibi Dec. communiterq; Doc. & in c. 1. de rescrip. post Bar. in l. sed si adijciatur. ff. pro socio, concludentem significationem verbi generalis, restringi additione verbi specialis. d. l. sanctio legum. ff. de pœn. facit tex. in l. quòd liquide, iuncta glo. fina. ff. de penu. leg. vbi verbum vnuersale præcedens restringitur per sequens qualificatum. Huc pertinet, quod scribit Barto. in l. quæsitum. §. fina. ff. de fid. Instru. quem refert, & sequitur And. Barb. consi. 123. inter consilia Alexan. vol. 4. num. 19. & pluribus sequentibus, concludens statutum speciale debere attendi, Ioan. Crot. consi. 50. nume. 19. & seq. Alex. consi. 52. nu. 18. & seq. vol. 4. & in l. si ab hostibus, col. 1. vers. pro hoc facit. ff. sol. matrimo. & ex hoc submouetur difficultas, quæ fit de doctrina Baldi in l. si ita scriptum. ff. de hæ-
16 red. instit. videlicet, † quòd quando sunt statuta diuersimodè loquentia, eo casu illud quod plenius prouidet, attendatur, quia intelligitur, nisi aliud sit specialius, & posterius, vt ibi etiam per Imol. sequitur Dec. consi. 44. num. 7. & consi. 147. nu. 5. Bart. in l. omnes populi, num. 35. ff. de iusti. & iure, quem dicit communiter approbatum Paris. consi. 44. numero 14. volum. primo, Abb. in c. gratum. & c. super quæstionum, de offic. deleg. Berous consi. 86. num. 17. vol. 3. post glo. Dom. & Abb. locis suprà citatis. Item non procedit, quando statuta essent correctoria iuris cõis, quia tunc attẽditur statutũ, qđ minus derogat iuri cõi, & iuri tertij, vt & infrà diximus. Io. Crotus d. consi. 50. numero 21. Sed statutum Blancæ est specialius, quia tam in

verbis enunciatiuis, quàm dispositiuis, vt in versicu. declaramus &c. loquitur de debitis necessarijs, minusq; derogat iuri communi feudorum, & iuri tertij, quàm primum deretum. ergo illud attendi debet, Decius expressè consi.3. numer.5. versicu. quia in duobus. Nec enim est incon-
17 ueniens, † quòd vna lex, siue statutum simpliciter, & generaliter loquens declaretur, & limitetur per aliam, seu aliud, argum. authen. offeratur. C. de litis contestat. quæ dicit simpliciter satisdandum. tamen restringitur ad eum qui non possidet immobilia: ita expressè dicit Barto. in extrauaganti ad reprimendum, in verbo, Non obstantibus. versicu. sed si statutum præcedens, quem refert & sequitur Viui. in suis communib. conclus. in verbo, statutum vltimum, in fin. Romanus consi.245. colum. penult. Aretin. in l. decem. colum.2. in princip. ff. de verbo. oblig. Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. colum.2. in 5. notab. ff. de edendo, plures cumulat Tiraq. de retractu. §.15. glo.3. numero 21 Paris. consi.54. numero 10. volum.2. consi.97. numero 16. volum.3. & d. consi. 158. numero 17. & sequen. colum.4. Dec. consi.2. colum.2. dicentes, statutum vnum per aliud intelligi debere. & Decius in l. si. nume.34.
18 de edendo, † dicit quod si statutum dicat, verba intelligi debere ad literam, non tamen tollitur quin vnum statutum per aliud declaretur, & suppleatur, & consi 40. in fin. Soci. cons. 147. numero decimo. volum.1. Paris. consi. 16. numero 52. & seq. volum.3 Socin. Iunior consi. 1. numero quadragesimosecundo, volum.3. post plures per eum citatos Brunus de statuto exclusiuo fœminarum articulo 5. colum. 2. Idem in rescriptis, quia vnum per aliud declaratur Roman. consi. 334. versic. alterius, quia clarum est Socin. Iun. d. consi.160. numer.35. & seq. volum.2. Hieron. Schu. consi. 149. num. 2. inter consilia feudalia. Et præmissis deseruit, quia dicta decreta, siue statuta sunt exorbitantia, imò correctoria, vt diximus iuris communis feudorum, quo prohibentur huinsmodi alienationes etiam ex causa necessaria fieri, vt suprà demonstrauimus, & id in statuto Illustrissimæ quondam dominę Violant expressè dicitur, versicu. quod
19 quia iure feudorum cautum est, &c. † ergo interpretanda sunt, vt minus corrigant ius commune quam sit possibile, & sufficit quod qualitercunque verba verificentur. c. cum dilectus. §. quia nobis, iuncta gloss. in verbo, Nec iuri, vbi Abb. de consuetudine. l. si serui vestri, vbi Bartolus, & Baldus. C. de noxalibus actionib. Bartolus in authen. quas actiones, numero octauo, & sequen. C. de sacrosanct. eccles. Imol. consi.145. numero secundo. Curtius consi.79. colum.6. circa medium, Paris. consi.100. numero 11. & sequen. volumi. primo, & dicto consi. 158. numero 17. volum.4. dicens debere restringi ad naturam rei, de qua agitur in decreto, siue statuto, quod etiam firmat Craueta consilio 186. numero 5. post Innocentium, Baldum, Oldradum, Ancharanum, Bellameram, Cuman. Corneum, Socinum, Iason. Deci. per eum citatos. facit regula l. quoties, vbi latè Decius. ff. de regulis iuris, & consi.193. colum. fin. & Ruinus consi.109. numero quarto, volumi. primo. Rippa lib. primo, respon. c.3. numer.22.
20 & sequen. Siquidem † fortior est & strictior prohibitio alienationis rei feudalis, quam rei minoris, aut fideicommisso subiectæ, aut ecclesiæ, vel prohibitæ alienari. Hæc enim ex causa dotis, etiam non seruatis seruãdis possunt alienari, vt de rerestitutioni supposita habemus in authen. res quæ. C. communia de legatis. & in re prohibita alienari, per Bartolum, & alios in l. filius familiâs §. diui. ff. de legatis prim. Opizo latè in repetitione §. diui, columna 74. & pluribus sequent. & de re minoris gloss. ordinaria in l. lex quæ tutores, in versicu. vel in dotem. C. de administrat. tutorum. quam ad hoc notat Fabius in suo tracta. de emptione, & venditio. in quinta parte, columna 27. & in rebus ecclesiæ, in authen. hoc ius porrectum, C. de sacrosanctis ecclesijs, & in in cap. nulli, de reb. ecclesiæ non alienandis, † feudum vero de iure
21 communi etiam dotis, vel alia necessaria causa non potest alienari d. §. donare, & §. necessitate, qualit. olim feud. poterat alien. Decius in c. quæ in ecclesiarum, in sexto notab. de constitutionib. Socinus dicto consilio 19. numero decimotertio & 14. & fortiorem in feudo esse prohibitionem dicit Baldus in dicto § donare, Crauet. consi. 24. numero vndecimo. post Decium, & Socinum per eum allegatos, Neuizanus consi.10. numero quarto. post Laudensem in dicto §. Titius filios, Decius consi.445. numero 34. Socinus Iunior consi.72. numero 73. & sequen. volumi primo. Sed si intelligamus de debitis necessarijs, & strictè, aut saltem fatali, legali, seu naturali necessitate, secundum Baldum minus corrigitur ius commune feudorum quod etiam in casu necessitatis prohibet feudum alienari

nari, vt habetur in dicto titulo, qualit. olim feud. poterat alien. d. §. necessitate, & §. donare, vbi Bald. & communiter Doctiores, ob id propriè, & strictè, vt suprà diximus de debitis necessarijs, non autem voluntarijs intelligi debent, argu. eorum quæ notat Socin. in consi. 252. colum. penul. in fin. & his accedit doctrina Bart. in l. hoc legatum. ff. de lega. 3. vbi verba quæ possunt intelligi per prius & posterius, proprièe, & impropriè, strictè, & large, debent per prius, propriè & strictè intelligi. His alludit doctr. Anto. de Butr. in c. dilecti, de foro competenti. & Abb. in c. cum dilectus, de consuetudine, quam sequitur Gratus respon. 16. numero 18. lib. 1. videli-
21 cet, quod quando † statutum potest vnum, vel duo operari contra ius commune, debet intelligi, vt tantum vnum operetur, & illud quod minus lædit ius commune. Gozadinus d. consi. 85. numer. 13. & consil. 35. numero 14. Porti. consi. 86. numero 6. & consi. 127. numero 8. post Alexand. Roma. & Felin. locis citatis, & per consequens de debitis propriè necessarijs, non autem voluntarijs, alioquin si de quibuscnnque debitis etiam voluntarijs intelligeremus, plura sequerentur absurda. † Primò, quia frustra & superfluo tot locis in secundo decreto esset addita dictio, necessarijs. cum quodlibet debitum licet à principio sit voluntarium, attamen ex post facto est necessarium. l. incommodato. §. sicut. ff. commodati. & tamen nullum verbum superflue, & sine effectu appositum censetur in statuto siue edicto. l. 1. ait prætor, vbi glo. ff. de vi & vi armata, Barto. in l. 4. §. prætor, numero decimoquinto. ff. de damno infecto, Iaso. in l. fin. in princip. num. 5. ff. si certum petatur, & in l. si serui legati, numero quarto. ff. de leg. primo, Dec. consi. 502. numero sexto. Bald. in rubr. C. de contrah. empt. quæstio. 9. & in l. 1. post glos. ff. quod met. cau. Secundum absurdum resultaret ex eo, quod esset in potestate cuiuslibet vasalli conficis debitis circumuenire legem feudorum, & decretorum Dominicalium contra l. scire oportet. ff. de tutorib. & curatoribus dat. ab ijs. & l. cum ij. §. si cum his. ff. de transaction. & priuare filios, seu agnatos feudo antiquo eis debito, vt nominatim scribit Isernia in titulo, de inue. de re. alie. fac. colum. 2. vers. sed an iudiciali, & in titulo, an agnatus vel filius, colum. fina. versic. alioquin prodigus pater, vel non frugi posset priuare, vel feudum ad nihilum reducere, & filio per vias circumscriptorias præiudicium afferre, quod esse non debet d. l. scire, vnde dicit esse auferendam occasionem malignandi. §. sed nedum talia, Inst. vi bonorum raptorum, quam admittere absurdissimum esset, & æquitati contrarium, cui semper statuta quantum fieri possit, sunt conformanda. d. c. cum dilectus, vbi Abbas, & Bartol. in d. l. omnes populi, quæstio. 6. numero 66. Card. d. consi. 79. colum. 6. circa finem, Roman. consi. 345. colum. penu. in fin. dicens semper repetitionem deberi fieri, quando absurditas quæ sequeretur hoc suaderet. Calcaneus d. consi. 1. numero 8. & seq. Dec. consi. 19. colum. 3. in fine. Imo in l. quanquam, numero 3 C. de mili. testa. quos sequitur Rippa d. c. 3. numer. 73. libro 1. responsorum, Rubeus consi. 145. nu. 7. ita in simili casu respondet Calcan. in d. consi. 19. numer. 35. & sequen. non valere actum propter quem lex circumuenitur, pulchrè autem de hoc argumento ab absurdo Euerrardus in suis locis legalibus, c. 8. cuius scripta melius, & facilius erit videre, quam ea referre, latè Hiero. Schurpf consi. 148. nu. 4. & seq. inter consilia feudalia.

Tertium quoque absurdum sequeretur, quia feuda recta redigerentur ferè ad instar allodialium, etiamq; laxioris naturæ, & deterioris conditionis, quam bona emphyteotica restitutioni subiecta, & alienari prohibita. Intelligi ergo debent prædicta decreta de debitis necessarijs strictè, & propriè, cum vt sæpe dictum est in statutis, siue decretis exorbitantibus, & correctorijs verba debeant strictissimè, & proprijsimè intelligi d. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. cum similibus suprà allegatis, quibus addo Bero. d. consil. 112. numero trigesimooctauo. & sic de ijs ad quæ contrahenda à lege, vel natura vasallus cogeretur, quę propriè & strictè necessaria dicuntur, vt nor. Isernia, Bald. & Afflict. in d. §. necessitate. & in §. donare, Bar. in l. si cum dotem. §. si pater, numer. 3. ff. solu. matr. Iaso. in authen. præterea. C. vnde vir & vxor, num. 18. & seq. vbi declarat, quę sint debita voluntaria & necessaria, Dec. consi. 586. nu. 12. latè Rodericus Suares in dicto tractatu de las arras, numer. 17. & seq. vbi nomi-
24 natim dicit debitum, † quod habuit initium voluntarium, vt in contractu mutui, & similium, largissimo modo dici necessarium, ideo non esse considerabilem dictam necessitatem. Alex. consi. 215. num. 5.
25 volu. 6. dicens, quod † quando vnus contractus causatur ab alio, non considera-

tur causatus, sed causans. l. 1. §. idem Pomponius. ff. depositi, cui proxima sunt quæ scribit Aretinus post Bartol. in l. is potest, in fin. ff. de acqui. hæred. vbi actus necessarius, qui sequitur ex actu voluntario præcedenti, non propterea dicitur necessarius, sed voluntarius. idem videtur tenere Imol. in l. gerit. in fin. eod. tit. dicens
26 attendendam esse originem, † pro quibus stat regula l. 1. §. non solum, in verbo, Initium. ff. depositi, & l. si procuratorem, in princip. ff. mand. vbi hæc verba ponuntur vniuscuiusq; enim contractus initium spectandum est, & causa, cum alijs similibus in glo. notatis, & in l. vnica, versicu. & si ad primordium tituli posterior formatur euentus. C. de imponend. lucrat. descrip. libro decimo. & in l. qui id quod. ff. de donation. vbi dicitur, causam, & originem contractus, non iudicij potestatem præualere debere, pulchrè Iureconsult. in l. tutor, vers. & non titulus actionis, sed debiti causa respicienda est, & in l. in ratione. l. falcidiæ. la prima. §. si filio suo, versicu. sed verior, vbi glos. in verbo, Opes patris. ff. ad l. falcid. notat omnia debere referri ad id à quo originem trahunt: his accedunt quæ scribit Bald. C. de nouo cod. compon. cir-
27 ca principium, † quòd omne causatum debet referri ad principium, quod est ipsius causa, Curt. Iun. consi. 11. numero 8. 9. & 10. Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, numero 21. circa finem. ff. de verb. oblig. & in l. quominus, numero 17. ff. de fluminib. vbi per illum tex. & alia iura per eum allegata,
28 notat † idem esse iudicandum de causa causante effectum, quod de ipso effectu: & idem ius esse in causa efficiente, quod in effectu, & causa finali, & quicquid est causa causæ est causa causati, Bartol. in l. 4. §. actor, numero secundo. ff. de re iudic. interpretanda igitur sunt prædicta verba, vt loquantur de debitis verè & propriè necessarijs, non autem de debitis à principio vo-
29 luntarijs. † cum lex siue decretum non faueat ijs qui in necessitate se constituunt. l. si fideiussor. §. si necessaria, & ibi gloss. Barto. & communiter Docto. ff. qui satisda. cogan. l. 2. §. si quis tñ. ff. si quis cautionib. & l. 3. §. si subuenitur. ff. ad Senatusconsult. Syllanian. l. cum prætor, versicul. respondit, ff. de adminis. tuto. glo. 1. in l. si mulier, in princip. ff. de eo quod met. cau. gest. erit. Barto. in l. si pignori, nu. 6. ff. famil. hercis. cun. & arg. eorum quæ tradit Ias. consi. 231. numero 3. ad intellectum, authen. res quæ C. communia de legatis, Afflict. decis. 137. numero 3. quibus conuenit alludens ad terminos nostros Bald. d. cons. 20. volum. 2 concludens eum, qui data opera ex aliquo facto suo, non à lege, vel à natura coactus se constituit in necessitate, non posse alienare bona, quorum alienatio erat ei concessa in necessitatibus suis. quem refert & sequitur Barbat. in additionib. ad Barto. in l. quamuis. ff. sol. matri. Boerius d. decis. 44. nu. 27. Tiraq. de retractu Lignagier. §. 1. li 5 equipollant, glo. 14. nu. 15. dicens non posse debitum necessarium nuncupari, quod habuit initium voluntarium, & dicit Leonar. Pisan. inter consilia Brun. cons. 117. numero 184. post Afflict. quòd licet vasallus propter eam necessitatem possit feudũ alienare, id procedit dummodo culpa absit, plura ad hæc citat D. Crau. in d. respon. progenero, numero 32. & seq. & numer. 386. vbi pluribus argumentis hanc interpretationem exornat, & ita decreta prædicta loquentia de debitis, debere intelligi de necessarijs propriè, & strictè, ad quæ quis à lege, vel à natura persoluenda cogi posset, non autem de merè ab initio voluntarijs, licet ex post facto necessarijs, sancitum fuit in causa Casænouæ 1557. Ozasci 1566. & Noti 1568.

SVMMARIVM.

1 *Baldi consilium vigesimum, in versicu. sed remanet quæstio, vol. 2. quo disponitur eum, qui antea aliqua bona prodigaliter alienauit, non priuari facultate sibi postea concessa à testatore alienandi bona pro eius necessitate, & redemptione pœnæ declaratur, & pluribus sequentibus.*

2 *L. de illo. ff. pro socio, adaptari ad quæstionem Baldi in suprà allegato consilio non potest, & tamen secundum mentem Baldi prædictus textus reducitur.*

3 *Damni, & lucri regulariter datur compensatio.*

4 *L. de illo, per Bald. allegata, & quæstionis ab eo suprà allegato consilio propositæ ratio discutitur.*

5 *L. de illo, noua, & eleganti inductione contra Baldi opinionem declaratur.*

6 *L. matrem, & auunculum. ff. ad Senatusc. Trebel. inducitur.*

7 *Auth. contra rogatus. C. ad Trebel. inducitur.*

8 *L. eadem. C. locati, non fauet his qui se in necessitate posuerunt, nec authen res quæ. C. de communia delega. & fideicommiss. quod declara, vt numero 10.*

9 *Baldi opinio in suprà allegato consilio vigesimo, quibus casibus saluari, & sustineri possit, & nu. 10.*

10 *Alienationes prohibitas post cœptum iudicium esse, intelligitur de alienationibus voluntarijs, non autem de necessarijs.*

11 *Alio*

13 *Alienandi licentia, siue beneficio non gaudet, vbicunque quis animo euertendi fideicommissum alienat.*

14 *Præsumitur malo consilio, & animo alienare, qui substantia sua, & bonis abutitur.*

15 *Praus ex magno excessu in alienando præsumitur.*

16 *Debita voluntariè contracta ante concessam licentiam alienandi, an dicantur causam vetustiorem habere, ita vt pro iis valida sit alienatio.*

17 *Alienare prohibitio in aliquo casu, censetur etiam in eo interdictum, per quem ad casum prohibitum deueniretur.*

18 *Expensæ, vbi maiores sunt redditibus, tunc facilè quem ad inopiam redigunt.*

19 *Dotis constitutio siue restitutio, dato quod ex matrimonio voluntariè contracto procedat, nihilominus voluntaria non dicitur.*

20 *Indefinita non æquipollet vniuersali vbicunque sumus in materia correctoria iuris communis, & quæ strictè intelligi debet.*

21 *Decretum Blancæ loquens de debitis, intelligitur de necessarijs, quod multis rationibus comprobatur.*

22 *Regula, quod inducta ad diminutionem non operentur augmentum, & econtrario declaratur.*

DECISIO CLXVIII.

Bald. consilium 20. vol. 2. declaratur.

QVoniam superiorè decis. num. 28. citauimus consilium Bal. 20. volum. 2. quod in versicu. sed remanet quæstio. suprà dictæ decisioni aduersari videtur, dum dictũ fuit ratione debiti voluntarij feudi alienationem prohibitam esse. ideò apertè, & clarè, quo fieri poterit demonstrabitur, d. consilium Baldi aduersus superius allegata nõ
1 pugnare. inquit enim ibi Bal. † Eum qui antea aliqua bona prodigaliter alienauit, facultate sibi postea à testatore concessa alienandi bona pro eius necessitate, & redemptione personæ non priuari, cum hæc sint diuisibilia. l. de illo. ff. pro socio. quia si intelligimus Bald. prout prima fronte videntur sonare responsi verba, dici potest eius opinionem erroneam esse, nec dicta lege probari, cuius epitome est hu-
2 iusmodi, † qui tenetur ratione culpæ, non liberatur cedendo actiones, & lucrum contingens ex industria non compensatur cum damno contingente ex culpa, quod meo pusillo iudicio apte accommodari ad quæstionem Baldi non potest, & in hoc rogo, vt accuratè animaduertatur, quia multa vera, & subtilia infrà in medium afferentur. nam aut eius opinionis probationem sumere vult Baldus ex eo, quod in dicta lege damnum & lucrum ponantur, vt diuersa, seu diuisibilia, & propterea non detur eorum compensatio, nec ex vno inferatur ad aliud, & id erroneum est, cum etsi damnum, & lucrum sint diuisi-
3 bilia, imò contraria, † attamen eorum regulariter datur compensatio, & vicissitudo. l. si negocia, vbi glos. Bar. & Docto. ff. de negocijs gest. l. secundum naturam. ff. de regulis iuris. & in cap. rationi congruit, eodem titu. lib. 6. Si autem eius sententiæ argumentum sumatur ex eo, quod in dicta l. probetur propter culpam præcedentem culposum non priuari lucro industria postea quæsito, respondetur culposum effectu ipso considerato ob damnum eius culpa prius societati datum, priuari lucro subsequuto, cum huiusmodi damnum totum ad eius, non sociorum pertineat periculum d. l. de illo, & l. non ob eam rem. ff. eodem titu. pulchra glos. in l. ex qua persona. ff. de regul. iuris. & propterea non admitti, vt Bald. dicit, damni, & lucri compensationem, qua sublata non possumus dicere culposum lucrari, quatenus damni illati ascendit quantitas, quæ tota in eius portionem imputabitur. l. Mutius. ff. pro socio, & §. 1. Instit. eodem tit. etsi
4 dicatur † opinionem Baldi probari argu. d. l. de illo, hoc modo inducendo, vt quemadmodum in d. l. præcedens culpa socij non priuat eum portione lucri subsecuti, ita in quæstione Baldi, prodigalitas præcedens non priuat hæredem prodigum facultate alienandi à testatore concessa. Respondetur, huiusmodi argumentum non conuenire quæstioni Baldi pro-
5 pter diuersitatem rationis, † quæ in eo consistit, quod in d. l. de illo, non mirum si socius culposus non priuatur lucri subsequuti portione, cum ea debeatur ex natura contractus societatis. l. coire societatem, & l. si non fuerint partes. ff. pro socio, & §. 1. Instit. de societate, neminiq; nocet, imò socijs prodest lucrum subsecutum. in quæstione verò Baldi facultas alienandi acquiritur ex mera testatoris voluntate, quæ legi conformis præsumitur, qua non subuenitur constituentibus se in necessitate, tractaturq; de præiudicio substituti, cui bona erant restituenda virtute substitutionis: ergo ex l. de illo, non aptè arguitur ad quæstionem Baldi. l. interpositas. C. de transaction. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. Hinc fit, vt audaciter susti-

neri posit, d.l.de illo. destruere hāc secundam Baldi opinionem, & statuere primam in l. matrem, & auunculum. ff. ad Trebellia. fundatam, hoc modo inducendo, † quod sicut in d.l.de illo, culpa socij, seu eius serui operatur, vt damni culpa illati, & lucri industria acquisiti non detur compensatio: & propterea culpam præcedentem priuare culposum commodo, & beneficio compensationis cum lucro eius industria postea contingente, quo non priuaretur si damnum fato, non culpa contigisset, iuxta adducta per glos. in dict. l. de illo, in verbo, Non compensandum, & in dict. l. si negocia, in verbo, Lucrum, versicu. dic ergo, quam sequitur ibi Bart. & Paul. de Castro in fin. qui facta oppositione de d.l. de illo, soluit distinguendo inter damnum casu emergens, & damnum culpa socij eueniens, vt primo casu gaudeat beneficio compensationis, secundo verò illo priuetur. sic in quæstiõne Baldi dicendum videtur, quod damnum, siue necessitas eueniens prodigalitate, siue culpa hæredis grauati priuet eum facultate alienandi sibi à testatore concessa in casu necessitatis, argument. d.l. matrem, &
7 auunculum. ff. ad Trebellia. † vbi creditor hæres institutus à debitore, & grauatus restituere substituto quicquid ex bonis, seu hæreditate testatoris tempore mortis ipsius hæredis superesset, quibus verbis videtur concessisse facultatem alienandi bona hæreditaria. l. Titius, vbi glos. t. Bart. & Doctores. ff. ad Trebellia. & in authen. contra cum rogatus. C. ad Trebell. si consumat, seu dilapidet aliqua ex bonis hæreditarijs, non possent eius hæredes repetere alia bona hæreditaria peruenta ad fideicommissarium, quasi plus debito fuerit ei restitutum propter creditum hæredis grauati, cum sit imputandum ipsi grauato, si consumpsit bona hæreditaria, & sibijpsi non soluit. Culpa igitur hæredis grauati dilapidantis bona fideicommisso subiecta, quæ tamen ex facultate sibi à testatore concessa poterant alienari, vel pro credito retineri, priuat hæredes grauati repetitione fideicommissi plus debito restituti: ideò nimirum si Baldus in quæstio. proposita loquitur per verbum, Non videtur, nec respondet ad l. matrem, & auunculum. ff. ad Trebellia. in qua fundat primam opinionem, quam defendo veram, & communiter receptam à Doctoribus.

Ad cuius quidem comprobationem, pri-

8 mò adduco text. iuncta † glos. fin. in d. auth. contra cum rogatus. C. ad Trebell. vbi glo. nominatim dicit, hæredem grauatum restituere fideicommissario quicquid superit ex hereditate testatoris tempore mortis ipsius hæredis, si consumpsit totum dolo drantem, & vellet, non habens vnde viuat, quartam restituendam fideicommissario ex facultate sibi beneficio d. authen. concessa, propter impensas faciendas diminuere, non esse audiendum, & alienationem non tenere, cum sua culpa se in necessitate constituerit, dilapidando totum dolo drantem, quam glos. sequitur ibi Bald. col. 2. versic. glos. vltima quærit. Alberic. versi. quærit glos. allegans dict. l. matrem. ff. ad Trebellia. Salycet. num. 3. dicens opinionem d. glo. esse veram, si grauatus consumpsit dilapidando, secus si casu fortuito. Socinus in d.l. Marcellus, §. res quæ, col. 2. ff. ad Trebell. laf. in d. authen. res quæ, col. fin. versic. decimoquarto limita. C. communia de legatis.

Secundò adduco in terminis nostris textum iuncta glos. in verbo, Ad inopiam, in c. quæ in ecclesiarum, de constituti. de quo latius statim dicemus.

9 His accedunt, † quæ notat idem Bald. in l. ædem. C. locati, colum. penult. versic. sed quid si in ista necessitate, dicens, eum qui facto, & culpa sua in necessitatem incidit non gaudere beneficio illius legis, prout nec etiam beneficio auth. res quæ. C. communia de legatis, vti potest, qui suo maleficio in carcerem fuit cõstitutus, teste Bart. in d. authen. res quæ, numer. 11. quem sequitur ibi Barbatia post Bald. in authen. contra cum rogatus. C. ad Trebellia. & in d. cons. 20. volum. 2. Angelus, Romanus, & Imo. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebellianum, vbi Socinus colum. 2. versi. sed circa, dicit hanc communem esse opinionem, & in iure veriorem, reprobata opinione Fulg. & Alex. qui tamen sequun-
10 tur hanc opinionem, † quando alienato rei tenderet in præiudicium tertij, prout in alienatione feudi, & hanc opinionem communem tenent & sequuntur Salycetus, & Paul. de Castro in d. auth. res quæ, quibus addo Alexand. idem tenentem, cons. 23. num. 22. & seq. volu. 1. & ijs conueniunt quæ decidunt domini Rotæ decisio. 848. Episcopi Caturcensis in fin. in antiquis, vbi alienatio facta à Rege Franciæ ciuitatis Caturcensis propter pacem cum Rege Angliæ initam, & sic ob causam necessariam, non tenet in præiudicium Episcopi Can-

pi Canturcienſis, ius habentis in dicta ciuitate ex conuentione inter ipſum Regem & Epiſcopum facta, cum habuerit dicta alienatio, & neceſsitas originem ex facto Regis alienantis. Didacus ſuo libro variarum reſolutionum. c. 16. colu. antepenult. verſic. tertia eſt, &c. affirmans, hanc eſſe communem opinionem, quando agitur de præiudicio tertij.

Poſſet tamen Baldus in caſu ſuo ſaluari,
11 †ſi eum intellexerimus loqui de alienationibus, quæ fuerunt factæ propter prodigalitates factas ante teſtamentum, & à teſtatore cognitas, & ſic reſpicientibus cauſis vetuſtiores: ita Bald. intelligit Tiraq. in dict. tract. de retractu. §. 1. in verbo, Ou equipollent a vente. gloſ. 14. num. 16. argu. l. alienationes. ff. famil. hærciſcundæ, † vbi id quod dicitur alienationes eſſe prohibitas, poſt cœptum iudicium, intelligi debet de alienationibus voluntarijs, non autem neceſſarijs habentibus cauſam vetuſtiorem ante iudicium, & Albericus ibi plures concordantes allegat. Sequitur Angelus conſ. 243. circa principium. Socin. conſ. 76. num. 4. & 5. volum. 4. & niſi intelligamus Bald. loqui de prodigalitatibus ante conceſſam facultatem alienandi factis, & à teſtatore cognitis, iure ſuſtineri non poſſet eius opinio, vt proximè probauimus, & vlterius diceretur ſibijpſi contrarius in eodem conſilio, dum dicit, quod quando neceſsitas eſt contracta data opera, vtpote ſi debita ſponte contraxit, vel aliqua maleficia commiſit, non gaudet beneficio licentiæ alienandi, præſertim ſi animo euertendi fideicommiſſum alienauerit, † prout in dubio præſumitur is, qui abutendo ſua ſubſtantia & bonis, alienat d. l. Titius, in princip. vbi Paul. de Caſtro, numer. 1. ff. ad Trebellia. cui famulantur ſcripta Baldi in d. authen. contra cum rogatus, colum. 3. æquiparantis dolum, & latam culpam quo ad conſumptionem bonorum, idem ſentit Socin. in dicto §. res quæ, colum. 2. verſic. ſed ſi bona, dicens bona, quæ reperiuntur conſumpta, præ
14 ſumi lata culpa eſſe conſumpta, & † qui male circa ſubſtantiam ſuam verſatur, dilapidare dicitur, gloſ. in c. per veſtras, in verbo, Ad inopiam, de donationib. inter
15 virum & vxorem. † & ex magno exceſſu in alienando præſumitur fraus. l. omnes, §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. creditorum, Bart. in l. poſt contractum, in prima præſumptione. ff. de donationibus, Alex. conſ. 55. num. 7. & 8. vol. 1. poſt Bald. Ang. & iura per eum allegata, vbi dicit quod qui alienat bona meliora præſumitur in fraudem alienare. His deſeruiunt, quæ infrà dicemus reſpondendo ad l. cum à matre. C. de rei vendicatione, in ſecunda re-
16 ſponſione. Et ſi dicatur, † debita voluntariè contracta ante conceſſam licentiam alienandi feuda, ex reſcripto Principis, poſſe dici habere cauſam vetuſtiorem, ideò pro eis poſſe feuda alienari. Reſpondetur non eſſe attendendam dictam licentiam ex reſcripto conceſſam, cum veniat acceſſoriè, & in executionem facultatis alienandi, iam in caſibus permiſsis à decretis conceſſæ, à quibus validitas cauſæ alienandi dependet d. l. 1. C. de imponend. lucrat. deſcriptione: nam ceſſante diſpoſitione decretorum nihil præſtaret licentia alienandi conceſſa per reſcriptum in præiudicium filiorum, ſeu agnatorum. c. 1. de alienatio. feudi paterni, vbi communiter Doctores, & alij infrà in quarta ſolemnitate à decretis requiſita cumulati, quinimò ſicut ex diſpoſitione, tam iuris communis, quàm decretorum dominicalium, præſertim Philiberti, ſaltem ex veriſimili mente ſtatuentium cenſetur prohibita alienatio bonorum feudalium, propter prodigalitates, & impenſas ſuperfluas faciendas: ita cenſeri debet prohibita ob debita voluntariè, & prodigaliter propter ſumptus ſuper-
17 fluos contracta, cum regulare ſit, † vt qui aliquo caſu alienare prohibetur, ei quoque interdicatur id, ex quo, vel per quod ad alienationem peruenitur, Decius conſ. 502. numer. 3. latè pluribus iuribus, & auctoritatibus comprobat Tiraquell. loco proximè citato, numer. 14. Socinus dicto conſ. 76. numer. 4. vol. 2. laſ. in l. quominus, num. 18. ff. de fluminibus, vbi dicit, quod quando aliquid prohibetur in termino cenſetur etiam prohibitum & in via, quibus deſeruit regula l. oratio. ff. de ſponſalibus, quod vno prohibito cenſentur prohibita omnia, per quæ peruenitur ad illud. Item alia de qua in c. cum quid, eodem tit. lib. 6. iuncta gloſ. & Ioan. Andre. vbi aliquo prohibito omnia cenſentur prohibita,
18 quæ ſequuntur ex illo. † Nemo eſt enim qui ignoret eos, qui plus expendunt quam in fructibus bonorum habeant dici prodigos, & male vti ſubſtantia ſua, & per conſequens, cogi debita plura contrahere, & ad inopiam vergere, tandem ad alienationem bonorum venire. §. primo in auth. vt determinat. ſit numerus cler. Sayſſel. in l. ſi conſtante, col. 6. in princip. poſt Bald.

Angel.

Angel. & Aretin. per eum allegatos. Facit illud Catonis: Qui sua consumunt cum deest aliena sequuntur, quod ipsa experientia rerum magistra docet, vnde illud vulgare, Qui plus expendit, quàm sua bursa rependit, non admiretur, si paupertate grauetur, quæ omnia coadiuuantur ex regula c. damnum, de regu. iuris. in 6. plura similia adducit Crauet. cons. 202. colum. 1. secundum primam impressionem. Si igitur, ex receptissima Doctorum sententia, facultas concessa alienandi in casu necessitatis rem prohibitam alienari fauore alterius, non comprehendit necessitatem causatam ex facto alienantis, multò minus debet comprehendi casus necessitatis ortæ ex facto alienantis virtute decreti correctorij iuris communis feudorum prohibentis feuda alienari, etiam in casum necessitatis strictè, & propriè, seu naturalis, aut legalis, vt minus derogetur iuri communi. Nec ijs aduersatur, quod dicitur,
19 †constitutiones, siue restitutiones dotium, causari ex præcedentibus matrimonijs voluntariè contractis, cum hæc causa sit remota, & per consequens non considerabilis, ad finem, vt debitum dotis dicatur voluntarium: ita nominatim respondet Socinus
20 cons. 291. num. 3. † Posset etiam responderi Bald. in d. cons. 20. loqui in licentia alienandi concessa à testatore in testamento, in quo plenius eius voluntatem interpretamur. l. in testamentis. ff. de regu. iur. Nos autem sumus in decretis correctorijs iuris communis, in quibus stricta fit interpretatio, vt latè probauimus, ideò ex casu illo ad nostrum non potest sumi argumentum affirmatiuè, præsertim propter diuersitatis rationem, sed præcedens responsio tutior est.

Non obstat quod in decreto Philiberti, posito sub titulo, quod pro soluendis, seu constituendis dotibus, dum loquitur de debitis, loquatur indefinite, & indistinctè, sine qualitate necessarijs, & sic generaliter de quibuscunque debitis debeat intelligi, quia in contrarium est veritas, vt ex suprà dictis apparet, præsertim cum in eo fiat relatio ad decretum Blancæ, in quo additur qualitas necessarijs, quæ censetur in hoc Philiberti decreto repetita cum relatum sit in referente cum omnibus suis qualitatibus vulgata l. asse toto. ff. de hæred. instit. Dec. cons. 47. & cons. 63. numer. 6. Paris. cons. 10. numer. 16. volum. 3. Item respondetur, quod cum sumus in materia statutorum stricti iuris, & correctoria iuris
21 communis † indefinita non æquipollet vniuersali, Barto. in l. omnes populi, in 6. quæstio. princip. quæstio. 3. ff. de iustit. & iur. Bal. pulchrè in l. fina. §. in computanda, colum. fina. C. de iure deliber. Grat. consonso 16. numer. 2. lib. 1. Berous cons. 113. num. 24. volum. 3. Et hæc interpretatio expressè legitur in decreto dominę Blancæ, in versicu. tamen quia dubitatur, & c. vbi
22 disponitur, quod † cum prius decretum loqui tantummodo videretur, & formam dare circa constitutionem dotium, & debita necessaria, & propterea posit ex tacita mente dicti decreti elici, & comprehendi dotium restitutio, quæ etiam comprehendebatur ex iuris communis dispositione, vt nominatim scribit Decius cons. 376. numer. 4. nihilominus adhuc dubium fuit propter strictam interpretationem, quæ fit in decretis exorbitantibus à iure communi, an illud statutum extenderetur ad dotes restituendas. Verùm, quia in illis eadem, imò maior ratio, quam in constituendis dotibus, viget, idem ius statuendum esse voluit, vt scilicet feuda possint etiam alienari pro restituendis dotibus cum augmento, quæ declaratio professò necessaria non fuisset, si sub illis verbis positis in primo decreto Violant pro alijs debitis persoluendis, & etiam ad subueniendum alijs quibuscunq; necessitatibus suis, omnia debita etiam voluntaria comprehenderentur. Si ergo non obstante, quod in primo decreto essent verba indefinita, scilicet, vel alijs debitis, imò vniuersalia, videlicet, etiam ad subueniendum alijs quibuscunque necessitatibus suis. & idem imò fortior ratio in restitutione dotium, quàm in alijs debitis esset, & nihilominus adhuc dubium erat, an primum decretum intelligi deberet etiam de dotibus restituendis, & in illis locum non habuerit ab anno 1475. quo publicatum fuit primum decretum, vsque ad tempus secundi decreti 1491. & sic annis sexdecim, & tamen restitutio dotium, præsertim in vxoribus filiorũ erat necessarium debitum ex necessitate legali, vt suprà probauimus, quibus addo Bartol. in l. mulier. §. cum proponebatur. C. ad Trebellia. quanto minus locum habere debent decreta prædicta in debitis voluntarijs, & data opera nulla legitima subsistente causa, sed potius prodigalitate, & sic vitio alienantis contractis, cum prodigalitas sit vitium, c. sæpe. 41. distinct. de consuetud. c. penult. & ibi gloss. in verbo, Prodigalitatis, & ex his

his etiam tollitur argumentum, quod fieri posset d. l. legata inutiliter. ff. de adimendis legatis, scilicet, quod decretum Blancæ fuerit inductum ad augmentum primi decreti: ergo non debere operari diminutionem, quia etsi ex secundo decreto fuerit facta extensio primi decreti ad casum restitutionis dotis, in quo vigebat eadem, imò maior ratio, quam in constitutione dotium, vt in dicto decreto Blancæ nominatim legitur, non propterea ex restitutione dotis potest inferri ad debita voluntaria, in quibus est diuersa, & longè minor ratio. l. Papinianus exuli, ff. de minoribus. l. fin. ff. de calumniatoribus. l. interpositas. C. de transaction. & præsertim id procedit, cum in decreto Blancæ, dum loquitur de debitis, addit qualitatem restrictiuam, necessarijs, simpliciter sine dictione vniuersali vel generali, ita vt quo ad restitutionem dotium prædictum decretum dicatur extensiuum, quo verò ad debita dicatur modificatiuum, & limitatiuum propter illam qualitatem, necessarijs adiectam, ideò locum non habet regula, quod inducta ad diminutionem non operentur augmentum, & econtrario, Bartol. Paul. de Castro, Alexand. & Ias. in d. l. legata inutiliter. ff. de lega. primo. Conclusum igitur fuit dict. cons. Bal. 20. suprà allegatum non aduersari prædictæ interpretationi.

SVMMARIVM.

1 *Clausula generalis non refertur ad specificata.*
2 *Verbum, Vniuersale, positũ in lege, siue statuto debet restringi ad habilitatem, vt euitetur correctio iuris, & absurditas.*
3 *Verba vniuersalia restringuntur, vt euitetur fraudis euentus.*
4 *Statutum quamuis generaliter loquatur, vel vtatur verbis vniuersalibus, tamen recipit declarationem, vt minus lædat ius commune, quam fieri possit.*
5 *Vniuersalis dictio posita in legis dispositione, siue statuti recipit restrictionem, secus si in hominis dispositione ponatur, limita. vt num. 14.*
6 *Verba legis, quantumuis generalia, vniuersalia, & geminata recipiunt interpretationem, & limitationem laudabilem, etiam verba impropriando, & cum temperamento iustitiæ, & æquitatis, & numer. 9.*
7 *Decreta dominicalia intelligi debent, vt quantò minus fieri possit, corrigant ius commune.*
8 *Verba vniuersalia restringuntur, ne absurdum sequatur, & ne quis damnum iniuriamue patiatur, & num. 14.*
10 *Verbum nullum adeò generale, & vniuersale dicitur, quin debeat ciuiliter intelligi, habita consideratione circumstantiarum.*
11 *Generalis dispositio semper intelligi debet secundum naturam rei, de qua loquitur dispositio.*
12 *Antidoralis obligatio, licet ex sui natura non sit potens ad agendum, attamen quando est facta promissio ex causa remuneratoria, tunc actionem parit.*
13 *Ad consequentiam tollendam sufficit dare instantiam.*
15 *Glos. in c. statutum, in verbo. Numerandum, de præbendis, limitatur.*
16 *In contractu, siue concessione à Principe facta, per quam non acquirenti solùm, sed & liberis prouisum est, successor alienare non poterit, nisi durante eius vita.*
17 *Decreta dominicalia an in omnibus, & per omnia sint latè interpretanda ex eo, quod vtilitatem publicam concernant.*
18 *Reipublicæ interest, ne rebus suis quis malè vtatur, vt homines in cadiuites habeantur.*
19 *In statuto quamuis fauorabili ea facienda interpretatio, ne contineatur absurdum.*
20 *Decreta dominicalia, si disponerent, feuda prodebitis voluntarijs alienari, tanquam contra publicam vtilitatem non sustinerentur.*
21 *Principis boni officium non est, vnum altare discooperire, vt alterum cooperiatur.*
22 *Statutum tollens ius vni competens, & dans alteri, non valet.*

DECISIO CLXIX.

Verba vniuersalia in decretis posita ad subueniendum quibuscunque necessitatibus restringuntur ad habilitatem, vt contrarietas, absurditas, & quanto minus fieri potest, correctio iuris communis feudorum, euitetur.

DVBIVM nunc aliud ex verbis vniuersalibus decreti nobis tractandum est, scilicet, an illa verba, etiam ad subueniendum alijs quibuscunque necessitatibus suis, operentur, vt feudum proprium simpliciter, & antiquum, alienari licitè pro quibuscunque debitis, etiam merè voluntarijs possit, & omissa disputatione virtutis, & naturæ verborum generalium, seu vniuersalium, & geminatorum, concludendum videtur per prædicta verba nullomodo alienationem feudi ex pacto, & prouidentia, aut hæreditarij mixti, antiqui, auiti, & paterni pro debitis merè voluntarijs factam iuuari ex infrà scriptis fundamentis. Primò, quia clausula illa generalis, siue vniuersalis non porrigitur ad debita, de quibus fuerat in proximis antecedentibus verbis

bis facta mentio, & prouisio, cum regula-
1 re sit, † clausulam generalem non referri ad
specificata. l. doli clausula. ff. de verborum
obligatio. l. sanctio legum. ff. de pœnis. l.
alimenta. §. basilicæ. & l. Stichus, in prin-
cipio. ff. de alimen. & cib. lega. Barto. in l.
talis scriptura. ff. de leg. 1. Card. in Clem. 1.
§. 4. in prima oppositione, de probat. Ol-
drad. cons. 121. num. 14. Alexand. cons. 11.
num. 10. volu. 2. Curt. Sen. cons. 49. colu. 6.
cum similibus adductis per Paul. de Castro
in l. 1. num. 6. ff. si certum peta. quibus addo
Paris. cons. 88. num. 32. & sequent. volum. 1.
& cons. 166. num. 14. volum. 4. c. sedes, vbi
latè Felin de Rescript. Dec. cons. 171. num.
3. Socin. cons. 57. num. 10. volum. 3. Aflict.
de controuer. inter mascu. & fœm. num. 20.
& sequent. & clausula generalis post posita
specialibus restringitur secundum præmis-
sa, vt pulchrè tradit Cotta in memor. incip.
Clausula generalis. post Corne. & Bald. in
locis ibi citatis, & per text. in l. vlt. §. 1. ff. de
vin. trit. & oleo lega. quibus addo Oldrad.
cons. 8. quidam paterfamilias, vbi colum.
fin. versic. quarto verba illa &c. tradit pro
regula, quod enumeratis quibusdam indi-
uiduis si subijciatur clausula generalis non
ampliatur indiuiduorum enumeratio, imò
stat in suis viribus, sicut prius, & genus
ipsum ad indiuidua limitatur, & restrin-
gitur.

2 Secundò, † quia verbum vniuersale po-
situm in lege, siue statuto debet restringi
ad habilitatem, vt euitetur contrarietas,
siue correctio iuris, & absurditas. l. 1. C.
de sacrosanct. eccles. vbi communiter Do-
ctores, glos. ordinaria in l. fina. in verbo,
Omnes. C. sine cens. vel reliquis, & ibi Bal.
Bart. in l. si is, qui ducenta. §. vtrum, num.
6. ff. de reb. dub. pulchrè Felin. in c. in om-
ni, num. 2. de testibus, post glos. Bar. Bal.
Angel. Salycet. Imol. Butrium, Gemin.
Oldra. Roman. & alios per eum allegatos,
Paris. d. cons. 88. num. 34. vol. 1. Natta cons.
159. num. 7. Crotus in cons. 136. num. 50.
post Bald. & Bart. in locis per eum relatis,
Gomes. in regula canzel. de trien. posse.
quæstio. 14. vers. non obstant modo. Item
ad casus solùm eandem rationem haben-
tes, non autem ad habentes diuersam,
Crauet. cons. 144. numer. 6. post plures
per eum citatos, Calcaneus dicto consil. 1.
colum. 19. versic. & propterea, per text. in l.
creditores. §. datur. ff. de bonis auth. iudic.
possiden. & in l. 1. §. nunciatio, in verbo,
Omnibus. ff. de noui oper. nunciat. addens
3 † debere fieri restrictionem, vt euitetur
fraudis euentus. l. creditor. §. Lucius. ff.
mandati, cui addo similem text. in l. si pa-
ter. ff. de his, quæ in fraud. creditorum, vbi
concessa libera administratione pecu-
non censetur concessa facultas alienandi
in præiudicium tertij, Decius consil. 355.
numer. 6. las. latè in authen. præterea, col.
6. versic. tamen puto. C. vnde vir & vxor.
4 vbi ponit regulam, † quod licet lex nou-
siue statutum generaliter loquatur, & vta-
tur verbis vniuersalibus, vtputa, omnes,
omni casu, vel quilibet, tamen recipit in-
terpretationem, & declarationem, vt mi-
nus deroget iuri communi, quam fieri pos-
sit. & ponit exemplũ in statuto Mutinen-
si, Dec. cons. 444. num. 15. Bartol. in l. si
Instrumenta, num. 3. C. de fide Instrumen-
to, & iure hastę fisc. lib. 10. quem refert &
sequitur las. in l. 1. §. nunciatio, numer. 5. ff.
de nou. oper. nunciat. latè Felin. in c. sedes.
num. 3. & sequent. de Rescript. Cur. Iun.
cons. 1. num. 3. post Bartol. Bald. Iacob. de
Aretio, Alexan. & las. per eum citatos,
concludens, hanc esse differentiam inter
dispositionem legis seu statuti, & hominis,
5 vt in dispositione † legis, siue statuti dicti
vniuersalis recipsat restrictionem, vt eui-
tetur correctio iuris communis, quam
minus fieri potest, & absurditas, in homi-
nis autem dispositione non fiat restrictio,
Tiraquell. de retract. §. 1. glos. 7. num. 19.
post Iacob. Aretin. Bart. Bald. Alexand.
Alcia. & Rui. in locis per eum citatis. sequi-
tur Aflict. in titu. qualita. poterat olim
feud. alienari. §. donare, colum. 4. idem las.
in vsibus feudorum, num. 49. plura scri-
bens de verbis generalibus, & vniuersa-
libus à lege, seu statutis prolatis in l. inter
omnes, colum. vlt. & in l. 2. §. prætor ait,
colum. vlt. versic. secundo notabiliter limi-
ta, vbi etiam Alexan. ff. qui satisd. cog. ac
in §. in personam, num. 26. Instit. de actio.
dicens, ibi num. 29. quod verbum genera-
le prolatum à lege, siue statuto est intelli-
gendum secundum iuris dispositionem ali-
bi positam, referens Nicol. de Neap. idem
dicere in l. diuæ memoriæ. C. de decur. lib.
10. & in l. stipulatus sum damam. num. 2. &
sequent. ff. de verbo. obligatio. post Bartol.
Bald. Salycet. Anchara. & Alex. conclu-
6 dens, † verba legis, aut statuti quantumuis
præcisa, vniuersalia, etsi geminata, recipere
interpretationem, siue limitationem etiam
verba impropriando, laudabilem, & cum
temperamento iustitiæ, & æquitatis, quem
referunt, & sequuntur Modern. Paris. de
feudis. §. 8. glo. 4. in verbo, Principal ma-
noir.

noir, numero octauo. vbi post Bartolum, Baldum, Paul. de Castro, Albericum, Oldradum, Socinum, Lancelotum, Decium, & iura per eum adducta constanter tenent, omnem legem, statutum, siue consuetudinem debere interpretari, siue moderari secundum bonum & æquum, etiamsi opus sit eius verba restringendo, & impropriando, vt non contineant aliquod iniquum, vel absurdum, latè Socin. in l. 1. numero tertio. ff. de legatis primo, vbi notabiliter distinguendo dicit, quod quando ex dispositione alterius legis vel statuti reperitur facta restrictio, tunc verba generalia restrictionem patiuntur. Fulgosius in consi. 126. visa copia testamenti, affirmans verba generalia ita semper restringenda, ne sequatur iniquitas, & absurditas, præcipuè inquit, cum statuta ita intelligenda sint, vt quantominus fieri possit corrigant ius commune, latè etiam Marsil. singul. 630. generalitas verborum, & quoties cortex verborum legalis dispositionis, vel statuti sonat in aliquam absurditatem, recedendum est à verbis, & mens est amplectenda. Idem dicit Natta consilio 130. numero nono. post Baldum in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. & in cap. 1. de const. quod verba generalia legis restringuntur ad id quod est rationis, & recipiunt interpretationem per pūctum rationis, & istud pro singulari recitat Mar. Mantua. singula. 105. nume. secundo, per textum in l. quamuis. ff. de in ius vocan. & Bald. in dicta auth. ingressi. refert & sequitur Cassaneus in consuetu. Burgund. titu. de conclus. & approbat. consuetud. Burgund. numero quarto. Hier. Schu. d. consi. 146. numero quarto, & sequ. Alexand. d. consi. 52. numero decimo tertio, & seq. & consi. 107. num. 4. volum. 5. quod etiam sentiunt Moder. Parien. consi. 15. numero 21. Gozad. consi. 88. nu. 9. 10. & seq. vbi numero 12. loquitur de verbo, quocunque, dicens, quod verba vniuersalia posita in lege, vel statuto non restringuntur, quando lex, vel statutum non est contra ius, aliàs secus, idem dicit Dec. consi. 451. numero quinto, declarans dictum illud, quod statutum generaliter loquens generaliter debet intelligi procedat, quando intelligendo generaliter, minus derogaretur iuri communi, sequitur Hierony. Schu. inter consi. feudalia Brun. consilio 148. numero octauo. post Parisi. in c. cum dilectus, de consuetud. His accedunt, quæ scribit Crau. de decretis nostris consi. 97. numero sexto. post Roman. Alexand. & Comen. quod

7 † decreta nostra debent intelligi, vt quantominus fieri possit corrigant ius commune etiam verba impropriando. Si ergo verba decreti sunt improprianda, vt euitetur iuris communis correctio, multò magis propriè, & strictè sunt accipienda si per propriam significationem non inducatur iuris communis correctio. Item

8 restringuntur, † ne absurdum, vt diximus sequatur, & quis iniuria damnum patiatur. Barto. in l. etiam, numero quarto. ff. de minor. & latè in l. omnes populi, numero 55. & ibi Alexand. ff. de iustit. & iur. & consi. 80. nume. 25. volum. 1. & consi. 83. numer. 5. & 6. volu. 2. ac consi. 2. nu. 3 volu. 4. consi. 142. nu. 6. volu. 5 consi. 134. nu. 27. vol. 6. loquens in statuto cōcernente publicam vtilitatem, Dec. consi. 445. numero 48. & duobus sequentibus, vbi in materia feudali, & de regni constitutione loquitur. Huc etiam accedunt, quæ scribit Ias. in l. properandum. §. sinautem alterutra, numer. 7. C. de iudic. per textum in l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusat. tut. Angel. consi. 6. vbi loquitur de verbis, in omnibus, & per omnia, quem refert & sequitur idem Ias. in l. 1. numero vigesimo secundo, & sequen. ff. de legatis primo, vbi respondet ad contraria Oldra. consi. 148. numero septimo. qui pluribus legi-

9 bus probat † nullum verbum adeò generale, seu vniuersale esse, quin ex consideratione debitorum circumstantiarum debeat ciuiliter intelligi, & limitationem recipere, & consi. 268. numero primo, loquitur de dictione, quibuscunque, quem refert, & sequitur Neuizan. consi. 40. numero duodecimo. post Felinum, Ias. Purpura. & Zas. per eum citatos, latè Barbat. in c. 1. colum. 10. versicu. siue lex, de constit. expressè dicens legem vniuersalem concedentem extensionem antiqui actus, restringi secundum subiectam materiam, ne sequatur absurditas, dicit etiam Gomes. in regul. Cancel. de infir. resign. quæstion. 19. versic. non obstat, quod generalitas dispositionis restringitur secundum subiectam materiam, post gloss. quam allegat in c. si Papa. de priuileg. libr. 6. Idem dicit Alexand. consi. 48. numero duodecimo, volum. 6. in generali liberatione, vt non extendatur ad ea, in quibus captio esse potest, Ias. consi. 219. nu. 2. versi. secundo respondetur lib. 2. Crauet. consilio 70. nu. 21. post Paul. de Cast. Socin. & Imol. per eum citatos, & consi. 144. num. 7. & consi. 86. num. 8. latissimè d. consi. 186. numer. 5. vbi post innumeros Docto. per ipsum citatos, concludit, dispositionem

generalem † semper debere intelligi secundum naturam rei, de qua loquitur dispositio, & plura in consi.3. fere per totum Bald. in consi.67. quia ex facto. colum.2. versicul. nec obstat, lib.2. Cor. consi.199. colu.4. l b.2. quos refert Cotta in memor. incip. Quandocunque. versic. & ideo dicit elegãter, dicentes, verbũ, quomodocunque, limitari, & restringi debere secundum naturam actus, cui attribuitur, & dicit Gemi. in consi. 29. col. fi. vers. nec obstant rationes, quod licet verba vniuersalia sint vniuersaliter intelligenda, tamen debent restringi secundum naturam subiectæ materiæ subdens sibi quod dictio, quoquomodo, licet sit vniuersalis, tamen restringitur ad modos proportionabiles materiæ in qua exprimitur, & consi. 92. colu. 2. in fin. scribit, quòd licet dictio vbicunq; sit vniuersalis, attamen si profertur in materia, quæ per alia iura, vel aliam dispositionem est restricta, non intelligitur vniuersaliter, sed intelligitur vbicũque, id est in quolibet loco, vbi materia de qua loquimur vendicat sibi locum, Euerar. latissimè d.c.5. & Rebuff. in tracta. de literis obligat. glos.1. nu.4. & seq. plura etiam ponit Sylua. consi.56. nu.16. vsq; ad nu.22. post Rot. & alios quam plurimos per eum citatos, quibus addo Parid. de Puth. de feud. reinte. c.83. num.9. & seq. vbi expressè dicit qđ verba quantumuis generalissima, sunt ciuiliter intelligenda, & verba Principum generalia restringuntur ad intellectum legis Bal. de capi. qui cur. vend. nu.20. in fin. dicit quòd verba generalia sunt intelligenda ciuiliter, & prout ratio dictat, & non abusiuè, quem refert & sequitur Nat. consi. 580. nu.11. lac. à S. Geor. in l. fideiussor. §. prætor. nu.1. & seq. ff. qui satisd. cog. loquens de dictione qualiscunq;. Alioquin, si de quibuscunq; necessitatibus intelligeremus, sequeretur, quòd etiam possent alienari feuda pro reddendo voto, quod à principio voluntatis est, & postea necessitatis. c. magnæ de voto, & pro solutione legatorum, quæ hæres cogitur soluere, Inst. de leg. in princ. Item pro solutione dotiũ, quas quis soluere promisisset pro alienis filiabus, ad quarum solutionem virtute promissionis cogi posset. l. à Titio. ff. de verb. oblig. & tñ res fideicommisso subiectæ non possunt alienari pro dotibus constitutis à persona, quæ non tenebatur dotare Bar. cõiter receptus in authen. res quę, nu.3. C. com. de leg. quod multò magis locum habere debet in in feudo, cuius strictior est prohitio alienationis, vt suprà probauimus dec. 166. num. 19. Item vt satisfiat promissioni factę ex cã remuneratoria, siue antidorali. Nam licet
12 † obligatio antidoralis non sit potens adgendũ, vt concludit Curt. Iun. in auth. res quę, nu.55. C. cõia de leg. attamen, qñ est facta promissio ex causa remuneratoria, parit actionem, tanquam cum causa promissio sit facta, vt not. in addit. ad Fel. in c. nouit, de iudic. nu.12. vers. septimus effectus, & tñ nemo sani capitis dicet, prędmissis de causis Principes statuentes voluisse feuda præsertim ex pacto, & prouidentia potuisse alie-
13 nari, quo fit, † vt ad tollendam consequentiã sufficiat dare instãtiam gl. in c. sicut vgeri, in verbo, sic & ego. 1. q. 1. las. in l. si profundo. C. de transact. num 11. Ex prędmissis ideo tolluntur omnia q̃ ex aduerso opponi possunt, videlicet, quod decreta in definite, gñaliter, & vniuersaliter loquantur, & quod lex indistincte gñaliter, & vniuersaliter intelligi debeat, quia prędicta nõ procedunt, qñ inducerentur iurium confectio, seu absurditas, † vt latè probauimus, quibus addo Ruin. consi.188. nu.10. & duob. seq. volu. 2. vbi expressè dicit, quod vniuersalis ęr ab homine prolata restringitur contra propriam significationem, ne sequatur ab
15 surditas. Nec aduersus suprądicta † pugnat glo. in c. statutum, in verbo. numeratam, de pbẽdis, quã sequitur Fel. in c. cũ accessissent, de cõstit. concludens, latissimam esse faciẽdam interpretationẽ, qñ per eam redimus ad ius cõe, quia vt suprà abunde probatũ extitit decreta ipsa sunt correctoria iuris cõis feudorum, quorum prima natura est, vt sint omnino inalienabilia: igitur dici non potest, quòd concedendo alienationem sit redire ad primæuam naturam, quã vult dicta glo. quæ in hoc retorquetur. Accedat quod etiam semota iuris cõis feudorum dispositione, & dato citra veri prętextu dicitũ, quod bona, de quibus agitur, fuissent donata parentibus antiquis veluti allodialia, seu emphyteutica, vel censualia, mediis & formis, de quibus in dicta inuestitura, profecto non potuissent per patrem obligari voluntaria alienari, cum ex pacto, & prouisione donãtis, seu concedẽtis, & primi donatarij, seu primi acquirẽtis sint posteris debita, & potuerint cõtrahentes rebus suis legem, quam voluerunt, imponere, tra vt stante forma primi contractus, &
16 cessiõis † successor nõ potuerit de iure cõi alienare, nisi durãte eius vita. l.2. ff. de interdic. & releg. l. quoties, vbi communiter Doctores. C. de donationib. quæ sub modo, Bar. & omnes interpretes in l. qui Rom. §. Flauius

§. Flauius. ff. de verborum obligat. & in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. in auth. res quæ. C. communia delegat. & in auth. contra cum rogatus. C. ad Trebel. Deci. consi. 230. num 5. consi. 468. colum. penult. vers. secundò principaliter. Iaſ. consi. 213. nu. 4. vbi dicit, istam esse communem opinionem, appositè Gratus respon. 22. numero 8. & sequ. lib. 1. dicens hanc esse communem, & indubitatam opinionem Rolan. à Valle d. consi. 2. numero 106. & seq. post Paul. de Castro, & Dec. per eum citatos. Patet ergo per dictam latissimam interpretationem non dari reditum ad primam naturam bonorum alienatorum, nec ad ius commune, quo vnusquisque, & sic primi contrahentes legem imposuerunt bonis suis constituendo ea in feudum l. legem. C. de dona. l. 1. C. de don. quæ sub mod. vulg. Lin re mandata. C. mand. quam ad bona feudalia adducit Isernia in titulo, de feudo
7 non habente propriam † naturam, versicu. sed apud emptorem. Iacob. à S. Georgio de homagijs, numero 48. l. rebus. C. de rer. permut. l. in tradition bus. ff. de pact. l. 1. §. si conuenerit. ff. depoſi. Gram. decis. 103. numero 130. in fine. Nec prędictæ interpretationi aduersatur, quod dicitur dominicalia decreta, vt ex primi, & secundi præfatione legitur, respicere vtilitatem publicam, esseq; fauorabilia, & per consequès latè interpretanda, iuxta notata per Bartol. in l. 1. §. nunciatio. numero vigesimoquarto. ff. de no. oper. nuncia. in l. quemadmodũ, C. de agric. & censi. lib. 11. Dec. consi. 10. numer. 2. cons. 65. numer. 3. consi. 370. numero octauo. quia responderi potest, prædicta procedere, quando fauor esset publicus principaliter, non autem principaliter priuatus, & secundario publicus: ita respondet And. Pomat. in additio. ad Bartol. in dicto §. nunciatio. in verbo, Publicæ vtilitatis. Item accedat, quod etsi dicta decreta possint dici fauorem publicum, quo ad constitutiones, seu restitutiones dotium concernere. l. 1. ff. soluto matrim. attamen nulla ratione mihi persuadere possum, quomodo quo ad debita voluntaria, & prodigaliter contracta per soluenda dici posset publicè interesse, bona feudalia
8 pro illorum solutione alienari, † cum Reipub. interſit, ne rebus suis quis malè vtatur, habereq; homines in Repub. diuites. §. nam Antoninus, & ibi gloss. in verbo, vtatur. Instit. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. §. considerauimus, in authen. vt iud. sine quoquo suffrag. Item interest Reipub. bona in agnationibus, seu familijs, vt earum conseruetur dignitas, remanere l. 1. §. penult. ff. de ventre inspicien. Socin. latè consi. 26. numer. 8. volum. 4. Dec. dicto consi. 372. numer. 5. quod retorquetur. nam in casu suo ideo extensio de filijs ad nepotes fit, quia in statuto per eum adducto vnica erat ratio, & fauorabilis Reipub. vt bona conseruarentur in agnatione, quæ ratio ita militabat in nepote, sicut in filio, ideo lata fit interpretatio statuti, alias strictè fieri regulariter debet, vt firmat Dec. dicto consi. 10. nume. 5. in fine, & consi. 625. numer. 24 hinc subnecti potest alia responsio, videlicet, quia quæ aliquo modo sunt publicè vtilia cedere debent ijs, in quibus maior publica vtilitas versatur. l. cætera, §. hoc Senatusconsult. ff. de leg. 1. vbi publica vtilitas, quæ versatur in eo, ne adfixa ædibus detrahantur maior est, quàm vt debita publica soluantur, & ibi Iaſ. §. sed si quis, numero tertio. Zaſi. consi. 1. numero 26. lib. 2. si igitur vtilitas publica quæ versatur in solutione debitorum publicorum cedit vtilitati publicę, ne adfixa ędibus detrahantur, quanto magis vtilitas quæ versatur in soluendis debitis voluntarijs priuatorum, in quibus nullomodo potest considerari vtilitas publica, cedere debet vtilitati publicæ, vt bona conseruentur in agnationibus & familijs. Item Reipubli. interest, vt delicta non remaneant impunita, ita loquitur Bartol. in dicta l. quemadmodum, & vtile est Reipub. homines esse liberos dicto §. vtrum. l. si quis in graui. ff. ad Syllanianum. Sed in casu nostro diuersa est ratio inter debita voluntaria, constitutiones, restitutionesq; dotium, & alia similia debita necessaria, cum istis veluti Reipub. vtilibus, lex faueat, illis vero veluti damnosis resistat. Ergo ad illa non potest fieri extensio: vbi enim non est fauor Reipub. ibi non fit ampliatio. Bartol. in l. quod ait. §. exercitium, in fine. ff. de ijs qui notan. infam. quem sequitur Decius dicto consilio 372.
19 numero 8. Accedat † quòd, & in statutis continentibus vtilitatem publicam, vt in statuto fauore conseruandarum agnationum facto, semper ea facienda est interpretatio, ne contineatur absurdum, vel iniquum, Alexand. dicto consi. 134. nume.
20 27. vol. 6. quinimò attentari posset, † quod si decreta expressè disposuissent feuda pro debitis voluntarijs posse alienari, tanquam facta contra vtilitatem publicam, non valerent, vt in similibus inquit Decius d.

consilio 10. colum. 3. versic. tertiò quia. Neque enim statuentes potuerunt id quod sui natura odiosum, aut iniquũ est facere fauorabile, aut æquũ, cũ naturales qualitates à statuentib. mutari nõ possint, vt in simili scribit, & quidem doctè Tiraquel. de retractu, in præfatione, num. 66. Alexan. consil. 134. numer. 34. & sequen. volum. 6. Posset etiam respõderi, opposita non procedere, quando verisimiliter statuentes, si interrogati fuissent, non ita dispositissent, vt suprà latè probauimus: non enim verisimile est Principes æquissimos voluisse creditores voluntarios, qui proprio facto nullo cogente contraxerunt, & in damno se constituerunt, cum certi essent vel esse debuissent conditionis eius, cum quo contrahunt l. qui cum alio contrahit. ff. de regulis iuris, præferre filijs, & agnatis habentibus ius radicatum virtute primæ inuestituræ, quibus nihil imputari potest, & contra regulam l. non debet alteri. ff. de regulis iuris, cum similibus, cui conueniunt, quæ scribit Baldus in titulo, de pace const. in verbo, Amplius, dicens boni Principis non esse
12 † vnum altare discooperire, vt alterum cooperiatur, argum. l. assiduis. C. qui potiores in pigno. hab. vbi Bartol. idem notat in tertio notab. hinc dicit Abb. in consi. 55. co-
82 lum. penultima, quod † statutum tollens ius vni competens, & dans alteri non valet. Nam ex huiusmodi feudi illegitimè alienati reuocatione, non dicitur is, in quem alienatum est, pati damnum indebitè, quod tamen filius vel agnatus vasalli, pateretur, si ad feudi reuocationem non admitteretur. Ita in simili casu nominatim respondet Sigism. Neapoli. consilio primo. numer. 83. Quartò tolli possunt oppositа ex responsione, quam in simili obiectione facit idem Sigism. consi. 7. numer. 42. quod tunc lata fit interpretatio, cum dispensatur circa ea, quę ex sui natura non debent strictè interpretari, secus autem, si disponitur super re sui natura strictè intelligenda, prout in terminis nostris latè suprà tractatum est, & latissimè D. Crauet. post hæc scripta lectus, in dicto respon. à num. 67. vsque ad numerũ 78. Et ita conclusum fuit, decreta prædicta restringi ad causas necessarias, in quibus vasallus non culpa sua est constitutus.

SVMMARIVM.

1 Decreti Philiberti Ducis incip. Item quia verba, per quæ successor in feudo cogi potest alienare feudum pro soluendis debitis, pro quibus poterat defunctus, declarantur, & nu. 2.
3 In generali, seu vniuersali concessione non veniunt ea, quæ verisimiliter quis non esset in specie concessurus.
4 Principes statuentes verisimile non est voluisse feuda ex pacto, & prouidentia concessa pro debitis voluntarijs alienari.
Princeps non libenter eos sustinet, qui vltra substantiam suam expendunt, nu. eodem.
5 Princeps ea velle præsumitur, quæ leges volunt.
6 Stante statuto, & consuetudine, quod bona feudalia possint alienari in casu necessitatis, non habet locum, quando quis suo facto, seu prodigalitate seu necessitate constituit.
7 Prodigalitas peccatum iudicatur.
8 Voluntates hominum ex verisimilitudine declarantur.
9 A verisimili argumentum sumens arguit à ratione naturali, cum verisimilitudo sit cognata naturæ.
10 Verisimile habens pro se casum legis habere dicitur.
11 In statutis contra ius commune fit extensio ex identitate rationis, qua cessante, restrictio fieri debere.

DECISIO CLXX.

Decreti Philiberti Ducis declaratio.

SED quoniam contra prædictam interpretationem pugnare videtur argumentum, quod prima facie fieri posset ex verbis vltimi decreti Philiberti Ducis incipientis, Item quia, hoc modo proponendo syllogismum. † Successor in feudo cogi
1 potest alienare feudum, pro soluendis debitis, pro quibus poterat cogi defunctus: at defunctus poterat cogi soluere debita etiam voluntarie contracta: ergo, & ipse successor compelli potest. consentaneum visum fuit demonstrare in prædicto syllogismo apertam esse fallaciam, quam dialectici etiam legales appellant fallaciam ab eo, quod est simpliciter ad id quod in casu dicti decreti est in illis verbis, Pro quibus poterat cogi, ille, cuius successio, ad eos pertinet. quæ verba non debent referri ad debitorum solutionem simpliciter, videlicet, vt pro illis debitis, ad quorum solu-

solutionem poterat cogi vasallus defunctus, posset successor compelli, sed debent intelligi secundum quid, id est secundum qualitates præcedentes, quæ sui natura influunt in sequentibus, scilicet, vt pro debitis, pro quib. soluendis poterat vasallus defunctus cogi ad alienandum bona feudalia, pro illorum solutione possit successor compelli, feuda, in quibus succesit, alienare, & iste est germanus verusq; sensus & intellectus prædicti decreti: quod comprobatur ex verbis positis in precedenti capitulo, in illis verbis, & de tali feudo non possit fieri alienatio, neque dispositio, nisi eo modo, & ijs calibus, quibus statuta nostra alienationem rectorum feudorum fieri permittunt, quæ verba censentur repetita in sequenti capitulo, tam ex natura subiectæ materiæ, quàm ex repetitione facta per dictionem, item, quæ est repetitiua, l. in repetendis. ff. de lega. 3. l. item veniunt. ff. de petitio. hæred. & vbique Doctor. & per Iaſ. in §. æque, numero quadragesimoquinto. Institu. de actio. ac ex illis verbis positis in fine dicti capituli, seruata præmissorum statutorum dispositione, alioquin, si iuxta syllogismum propositum intelligerentur verba decreti, sequeretur, quòd sicut vasallus defunctus, qui pro suis debitis poterat compelli aliqua actione, oriente ex suo delicto, vel quasi, vel quia promiserat dotes pro extraneis mulieribus, vel fideiusit pro extraneo, vel fuit hæres alicuius extranei onusti ære alieno, sine beneficio legis, & inuentarij, ita pro eisdem soluendis cogi posset successor, etiamsi non esset hæres vasalli defuncti, feudum alienare, quod dicere absurdissimum est, & contra regulam c. damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi, & non alijs imputari debet. quo fit, vt ad tollendam consequentiam dicti syllogismi, sufficiat dare prædictas instantias. Qua propter, retorquendo prædictum decretum, proponere possumus infra scri-
2 ptum syllogismum. † Pro illis debitis soluendis, pro quibus poterat vasallus defunctus compelli ad alienandum feudum, pro eisdem debitis potest successor cogi feudum alienare. Sed vasallus defunctus non poterat cogi ad alienandum feudum, pro debitis voluntarijs, nulla legitima necessitate cogente contractis: ergo pro illis non potest cogi successor feudum alienare. Maior huius syllogismi propositio probatur ex dicto vltimo decreto. Minor ex iuribus, suprà in præcedentibus decisionibus abunde adductis, præsertim notatis per Doctor. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. in authen. res quæ. C. commun. de lega. & in authen. contra cum rogatus. C. ad Trebellianum, vbi hæres grauatus restituere, licet possit bona restitutioni subiecta pro necessitate alienare, attamen pro debitis ab ipso voluntarie contractis non poterit alienare, nisi durante eius vita, iuxta notata in l. peto. §. prædium. ff. de lega. 2. Didac. dicto capit. 16. colum. penult. ergo pro debitis voluntarijs præsertim vasalli defuncti soluendis non poterit successor cogi feudum alienare. Consequentia autem necessario sequitur. Cum igitur expresserit de constitutionibus dotium, aut alijs debitis, & inde dixerit, ad subueniendum etiam alijs necessitatibus quibuscunque, intelligi debet de similibus constitutioni dotium, vel saltem de alijs necessitatibus, præterquam de debitis, de quibus proximè dixerat, vtputa pro redemptione, & alimentis propriæ personæ, parentum, & filiorum, si in carceribus, aut apud hostes, vel in infirmitate, non propria culpa, & facto constituti essent, & non extarent alia bona, argumen. l. quamuis. ff. soluto matrimonio. l. fina. ff. de iure dotium, & notat. per Ioannem Andream in capit. peruenit, de emptione, & venditione, & per Baldum dicto consilio vigesimo. his famulatur, quod dicit Bar. in d. §. vtrum, numero nono, post Dyn. in reg. c. in gñali, de regu. iur. in 6. vi-
3 delicet, † In generali, seu vniuersali concessione, non venire ea, quæ verisimiliter quis non esset in specie concessurus, Alexand. consi. 76. numero quarto, volum. 4. Ruin. consil. 6. numero septimo, libro tertio. Corne. in consil. 89. litera O. libro tertio. & in statutis generaliter loquentibus: idem firmat Dec. d. consi. 532. numero 9. post Bart. & Alexan. in locis citatis. quos refert Crau. consi. 70. numero 25. post Paul. de Cast. consi. 332. volum. 1. Alexand. d. consi. 48. nume. 13. volu. 6. ad quam regulam accedat alia, de qua per glo. ordinariam in l. tale pactum. §.
4 fi. ff. de pact. † nec. n. verisimile est, vt suprà sæpe dictum extitit, Principes statuentes voluisse feuda, præsertim ex pacto, & prouidentia concessa, pro debitis voluntarijs ob sumptus superfluos, & prodigaliter cõtractis persoluendis, posse alienari, cum & Imperator ipse libenter non ferat eos, qui vltra substantiam suam expendunt, §. cum

vero Deo amabiles in authen. vt de termi. sit nume. cleri. cui arridet text. in l. 3. versicu. modum. ff. vbi pupil. educa. debe. ad quæ alludunt Catonis versus, Ne tibi quid desit quæsitis vtere parcè: Vtq; quod est, serues, semper tibi deesse putato. Item, Vtere quæ sitis modice, cum sumptus abundat. Nam

5 † Principes præsumuntur ea voluisse quæ leges volunt. §. omnes, in authen. de iudici. Bald. in l. ex facto, in principio, vbi laf. ff. de vulg. & pupil. per illum text. Dec. cons. 48. colum. penult. consi. 64. numero septimo, leges autem, vt proximè annotauimus, non subueniunt ei, qui suo facto, seu culpa, se in aliqua necessitate, & ægestate constituit: bonus tex. in c. ex parte, de consuetud. vbi glo. & Docto. concludunt, non valere consuetudinem, per quam quis inducitur ad prodigalitatem, & dissipandum bona

6 sua, & in terminis nostris, † quòd stante statuto, seu consuetudine, quòd bona feudalia possent alienari, in casu necessitatis, non habeat locum, quando quis suo facto, seu prodigalitate se constituit in necessitate: est tex. in cap. quæ in ecclesiarum, de constitution. iuncta glo. in verbo, Ad inopiam, quę allegat tex. in l. bona fides. ff. depos. & in d. c. ex parte, & conuenit d. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cogan. & l. veteres, in fin. ff. de itinere actuq; priua. cum similibus suprà allegatis, & cumulatis per Felin. in d. c. quæ in ecclesiarum, numero 67. hinc videmus, quod licet bona restitutioni subiecta possint alienari per hæredem, vt se in captiuitate detentum redimat, attamen hoc non posset facere, si ex suo delicto esset carceratus, Ang. in d. c. authen. res quæ, colum. penult. versicu. eodem modo. C. com. de lega. quem refert & sequitur Alexand. in consi. 23. numero decimoquarto. libro 1. & in consi. 59. numero octauo. lib. 5. cum pluribus relatis per Dida. d. lib. 2. var. resol. c. 16. numero nono. versic. tertiò, in eandem quæstionem. quibus addo Cottam in memor. incip. testamentum, in quo pater, colum. 2. versicu. & ideo dicunt Doctores, ergo Princeps non præsumitur voluisse subuenire debitoribus voluntarijs, præsertim prodigaliter contractis, ne videatur pec-

7 candi præstare occasionem, † cum prodigalitas vt præcedenti decisione dictum fuit, sit peccatum: quibus addo latè narrata per diuum Antoninum, in summa, parte secunda, tit. 6. c. 8. de prodigalitate. Caietanus, & summa Angel. in verbo, prodigalitas, & est text. in c. sæpe. 41. distinct. glo. in penult. de consuetu. quæ iura allegat Neuiza. consi. 22. numer. 36. & prodigalitas sit morbus voluntarius, vt inquit Bald. in l. humanitatis. colum. pen. vers. quinto quæritur. C. de impub. & aliis substitu. nec in prejudicium filiorum, & agnatorum vocatorum, in prima inuestitura passim prębere pro quibuscunq; debitis voluntarijs causam alienandi feuda, viamq; malitijs, & fraudibus aperire velle præsumitur contra l. in fundo. ff.

8 de rei vendic. cum simi. † voluntates enim hominum declarantur ex verisimili. l. non est verisimile. ff. de eo qđ met. causa. gest. est. in l. cum res legata. ff. de lega. 1. & similibus ibi notatis, & qui arguit à verisimili, ars

9 guit à ratione naturali, † cum verisimilitudo sit cognata naturæ, Bal. consi. 180. num. 3. volu. 3. & pro lege habetur Oldrad. consi. 13. quos refert & sequitur Craue. cons. 292.

10 num. 6. inferens, † eum, qui habet verisimile pro se, habere casum legis, argum. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. glo. ordina. in d. l. tale pactum. §. fin. vbi communiter Docto. latissimè Euerard. in suis locis legalibus, c. 5. Tiraquel. in prefatio. l. si vnquam, nume. 37. & sequen. Neuiz. cons. 65. numer. 55. post Marsi. & alios in locis abeo citatis. Ideo verba illa generalia decretal verosimilia restringuntur, Parisi. consi. 6. nume. 16. lib. 3. & id expressè demonstratur ex d. decreto Philiberti in fine, dū in constitutione dotium vult haberi rationem quantitatis patrimonij, & qualitatis domus, & personarum, & per consequens dotes non constituti immoderatas: ergo multò magis dicendum est noluisse feuda alienari pro debitis superfluo, & prodigaliter contracti. Et ex præmissis tolluntur, quæ de verbis vniuersalibus, seu generalibus statutis ponit Dec. consi. 617. numero decimosexto, vbi dicit, quòd in statutis contra ius commune fit extensio ex identitate rationis sta-

11 tibus verbis vniuersalibus: † ergo vbi non est identitas rationis non fit extensio, sed restrictio, ne inducatur iuris communis correctio. at in casu necessitatis causæ ex facto proprio, cui lex non assistit, diuersa est ratio à necessitate inducta à lege, vel à natura, cum huic lex faueat, illi verò non, vt suprà probauimus: ergo pro hac opinione

12 stat dictum consilium Decij, † & secundum prædictam interpretationem, dictum fuit, debere intelligi decretum prefatum Philiberti Ducis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 An in feudi alienatione satisfit per emptorem probari, venditorem tempore alienationis habere filias nubiles, an verò ad eum spectet probare, precium fuisse versum in solutionem dotium, vel debitorum necessariorum, & pluribus sequentib. cumulatè tractatur.

2 Verbis coniuncta, facto etiam verificari debent.

3 Participia duo respicientia vnum substantiuum debent simul in eo substantiuo concurrere.

4 Participia futuri temporis important necessitatem.

5 Verbum futuri temporis conditionem importat, & formam.

6 Conditione non verificata cessat dispositio.

7 Feudum alicui concessum pro constituendis dotibus filiabus, reuocari poterit, si de alijs bonis paternis filiæ dotentur.

8 Probatio vnicuique incumbit eius, quod ad fundandam intentionem suam deduxit, siue actor sit, siue reus.

9 Emptor rei minoris allegantis contractus nullitatem, probare debet, precium in vtilitatem minoris fuisse conuersum.

10 Probatio contentorum in precibus Principi porrectis incumbit ei, qui fundat se in literis licentia alienandi.

11 Alleganti aliquid onus etiam probationis incumbit.

12 Alienatio vbicunque regulariter prohibita est, & certis tantum casibus, ac seruata certa solemnitate permissa, non statur dicto asserentis alienationem in casu permisso fuisse factam.

13 Alienationis bonorum feudalium prohibitio strictior est alienatione rerum ecclesiæ, & minoris.

14 Alienandi facultate alicui concessa in casu necessitatis ad hoc, vt valida sit alienatio, quæ concurrere debeant.

15 Dictio, Pro, causam finalem significat, qua cessante, cessat & dispositio.

16 Alienatio vbi ex causa permittitur, intelligitur de causa proxima, non remota.

17 L. fin. ff. de exercito. & Bart. doctrin. in l. ciuit. ff. si cert. peta. declaratur.

18 Alienandi licentia concessa respectu debitorum necessariorum, nō aliàs valet, nisi probetur summam precij feudi alienati prætensis debitis commensurari.

19 Donatio facta à patre filio propter eius benemerita, eatenus valet, quatenus donatio meritis commensuratur, & non vltra.

20 Licentia alienandi concessa ex falsa causa, licet partim posit dici vera, attamen in totum censetur nulla licentia, num. 21.

21 Rescriptum licentiæ habet in se hanc conditionem tacitam, si preces veritate nitantur.

DECISIO CLXXI.

An ad emptorem feudi spectet, probare precium alienationis feudi fuisse versum in solutionem dotium, seu æris alieni necessarij: an verò sufficiat debita necessaria extare tempore alienationis.

QVonam suprà conclusum fuit, decreta dominicalia non debere intelligi de quibuscunque debitis, sed de necessarijs, ad quæ vasallus à lege vel à natura, aut alia necessitate, non causata culpa alienantis, tenetur: sæpissimè autem contingit, verum esse, vasallum, scilicet tempore alienationis habere filias nubiles, aut debere dotes aliquas restituere, vel esse onustum ære alieno necessario, in Instrumentoq; licentiæ alienādi, & in alienationibus enunciari feudi venditionem fieri pro dotibus constituendis, aut restituendis, vel debitis necessarijs persoluendis. Quæsitum fuit, an sat sit rei veritatem ita esse absq; eo, quod probetur, precium solutum versum in constitutionem, seu restitutionem dotium, aut debitorum necessariorum solutionem fuisse? Et videbatur dicendum satis esse emptori, si probauerit venditorem tempore venditionis habere filias nubiles, quibus iure tenebatur dotes constituere. d. l. fin. C. de dot. promiss. cum similibus, vel teneri dotes aliquas restituere, aut aliquibus debitis necessarijs satisfacere, & propterea debitum necessarium tunc temporis subesse, nec ad eum pertinere probare filias nuptui traditas fuisse, preciumque versum in constitutionem, aut restitutionem dotium, vel solutionem æris alieni necessarij, argum. l. final. in primo responso. ff. de exercito. actio. & eorum, quæ notantur per Bartol. in l. ciuitas, num. 13. & 14. ff. si certum peta. & Docto. ibi præsertim Iaf. & Alciat. & in authen. hoc ius porrectum. C. de sacro sanct. eccles. & in c. 2. §. hoc ius porrectum. 10. quæstio. 2. in dubioq; præsumi in causam necessariam solutam pecuniam. Quibus tamen non aduersantibus, articulo accuratè discusso, dictum extitit, decreta Ducalia, dum disponunt bona feudalia posse alienari pro constituendis dotibus, aut restituendis vel debitis necessarijs persoluendis, non solum considerasse, vasallum habere filias nubiles, & debere dotes constitui, vel restitui, aut debita necessaria extare tempore venditionis, vt suprà probauimus, sed etiam ipsum actum nuptui tradendi, ac dotium soluendarum, seu restituendarum, aut debitorum persoluendorum, idq; probari in decreto Violant in illis verbis positis in præfatione (filiarum dotes & alia debita sua in earum dedecus, ac damnum nonnunquam remanēt insoluta)

Item in illis verbis positis in dispositione, pro filiabus suis nuptui collocandis, & earum dotibus, aut alijs, debitis persoluendis, quæ duo, scilicet filias nuptui collocare, & earum dotes persoluere: item debita extare, & persoluere, † sicut verbis coniuncta sunt: ita facto verificari oportet, vulga. l. si is, qui ducenta. §. vtrum, vbi Bartol. ff. de reb. dub. l. si hæredi plures. ff. de condit. instit. l. si quis ita stipulatus. ff. de verbo. obligat. Campe. de dote, in prima parte, quæstio. 3. colum. 2. Nam cum illa duo participia, nuptui collocandis, & dotibus persoluendis, respiciant vnum substantiuum, scilicet filiabus, † vtique vtriusque concursum requiri dicendum est, Bar. in l. qui concubinam. §. 1. ff. de lega. 3. Alex. d. conſ. 7. num. 5. & 23. volum. 2. quod in similibus terminis firmat Brunus de statu. exclud. fœmi. artic. 6. quæst. 28. & iuri communi conforme est, quo pater tenetur filiam nuptui tradere, & dotare. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. Iaſ. in authen. res quæ, num. 14. in fin. C. communia de lega. Pariſ. conſ. 34. num. 8. volum. 3. idq; præsertim locum habet, cum decretum prædictum vtatur participijs futuri temporis, † pro dotibus, seu debitis persoluendis, quæ important necessitatem, vt volunt gloſ. Bal. Ang. & Iaſ. in rub. ff. de lib. & posthu. idem Iaſ. in §. præterea, num. 10. Instit. de actio. & etiam conditionem, cum resoluantur in relatiuum, & verbū futuri temporis, † quod conditionem importat, & formam, l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. primo. l. metum autem præsentem. ff. de eo, quod metus causa. Bart. in l. 1. num. 35. ff. de condit. & demonstrat. Alex. conſ. 2. num. 13. vol. 4. Guid. Pap. quæst. vlt. num. 5. post Bart. in l. Titio. §. fin. colum. 2. versicu. concluditur. & col. fin. ff. de condit. & demonstra. Corne. pulchrè conſ. 185. col. 3. versic. illud participium, volum. 4. Iaſ. latè conſ. 55. col. 5. versic. sexto, pro ista, volum. 3. & conſ. 115. colum. 2. versic. secundo principaliter. volum. 4. Ruin. conſ. 160. num. 11. lib. 2. Didac. lib. 2. varia. resolut. §. 17. numer. 2. & 3. Rube. conſ. 160. num. 11. vol. 2. Natta conſ. 103. numer. 8. Neuiza. conſ. 50. num. 11. & sequent. & sic illa verba, Pro dotibus, seu debitis persoluendis, debent intellígi, & interpretari, id est, quæ persoluentur, & quatenus persoluantur: ita interpretatur Corne. consilio suprà citato, vbi expresse ait, quod † non verificata conditione cessat dispositio, bonus text. in l. si quis pro redemptione. C. de donatio. vbi pecunia data pro redemptione captiuorum, vel pro refectione domus, debet necessario in eam causam conuerti, quam ad hoc citat idem Corne. d. conſ. 1. litera Y. vol. 1. Bar. in l. 2. §. Titio. col. 1. versic. tu autem scias. ff. de donat. quem refert & sequitur in terminis nostris Ruin. conſ. 3. numer. 9. & sequent. vol. 1. vbi concludit, per textum in l. si ego, ff. de iur. dot. quod † feudum concessum alicui pro constituendis dotibus eius filiabus, si de alijs bonis paternis filiæ dotentur, potest vendicari, & cessat concessio, & dispositio, quod etiam probatur in l. licet. §. quoties. ff. de iure dot. His accedunt, quæ in similibus terminis respondet Alexan. conſ. 20. nu. 4. vol. 6. qui licet loquatur in participio præteriti temporis, idem dicendum est in participio futuri temporis, cum non detur ratio diuersitatis, & concludit, probari debere factum & qualitatem, imò multò fortius locum habent in participio futuri temporis, quod vt suprà dictum extitit, importat conditionem, quæ impleri debet in forma specifica, vulgata l. Mœuius. ff. de conditio. & demonstratio. quod etiam clarius apparet ex eo, quod in decreto Blancæ expresse disponitur, consensum Principis, qui in primi decreti forma debet interuenire, intelligi debere, quod interueniat tempore constituendarum, seu restituendarum dotium, & non sufficit præhabitum fuisse: vt suprà in prima qualitate requisita latè probauimus. His deseruiunt, quæ scribit Dec. conſ. 106. num. 2. vbi dicit, quod verbum, dotare, significat cum effectu, & num. 4. versic. sexto, & vltimo, dicit, quod quando ex verbis statuti apparet de intentione statuentium, non est opus coniecturis, & præsumptionibus. Idem dicendum in debitis necessarijs, vt vna determinatio plura respiciens determinabilia pariformiter determinet. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupilla. l. si legatarius. §. cum ita, vbi Bar. de lega. 3. Quo fit, vt nisi per emptorem feudi probetur, de precio feudi constitutas, aut restitutas fuisse dotes, aut debita necessaria soluta, non dicetur satisfactum decretis, & eorum cessat dispositio, ac licentia alienandi. Nam cum feudorum alienatio à iure communi, & decretis, præsertim Philiberti prohibita, permittatur ex forma decretorum in casu dotium constituendarum, seu restituendarum, aut debitorum necessariorum soluendorum, fundamentumque intentionis emptoris sit demonstrare emptionem feudi

feudi ex aliqua causa in decretis expressa fuisse legitimam, consequens est, vt ad eum spectet probare id, quod est eius intentionis fundamentum, & sic precium feudi fuisse versum in constitutionem, aut restitutionem dotium, vel alicuius æris alieni necessarij, argumen. l. primæ. C. si aduers. credit. vbi Bart. dicit † vnumquemque debere probare id, quod est causa, & fundamentum suæ intentionis, siue sit actor, siue sit reus, l. 2. ff. de procurat. Socin. cons. 24. colum. 11. versicu. agens vero, lib. 1. & in cons. 165. colum. 4. versic. secundo hæc conclusio, lib. 2. & propterea † emptorem rei minoris allegantis contractum esse nullum, debere probare precium fuisse conuersum in vtilitatem minoris, quia illud est causa suæ intentionis. l. si prædium. C. de præd. minor. & Bart. refert & sequitur Alex. cons. 46. num. 1. volum. 5. text. est in l. magis puto, in §. ne passim, & ibi glos. in verbo, Titulotenus, & §. seq. ff. de reb. eor. simulantur dicta Decij cons. 60. numer. 2. vbi ait, non sufficere id in libello enunciate, & cons. 403. numer. 12. & pluribus sequentib. præsertim num. 17. vbi post Ioan. Andre. Domi. & Abb. locis citatis concludit, † quod ille, qui fundat se in literis licentiæ alienandi, debet probare contenta in precibus Principi porrectis, bonus tex. in l. minorem. C. de præd. minor. vbi non sufficit in libello allegare causam alienandi, sed probanda est, quod etiam scribit Alex. in cons. 78. num. 20. & duob. sequen. vol. 5. videlicet, † quod quando iura concedunt aliquid alicui alleganti, non intelligitur de sola allegatione, sed de probatione, & hæc magis comprobantur ex annotatis in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. in illis verbis, precio pro debito dando, & ibi gl. in verbo, pro debito dando. Ang. in authen. de alienat. & emphyte. §. hoc etiam, colum. penult. Zaba. in c. quod quibusdam, col. fin. de fideiusso. & in Clem. prima, quæst. 3. de reb. eccles. non alien. Imo. post Innocent. Butr. Cardin. & Abba. in c. 1. num. 12. & 13. de depos. quos sequitur Alex. cons. 4. num. 9. volum. 3. Corne. cons. 243. litera B. volu. 2. Paul. de Cast. cons. 74. vol. 1. Socin. d. cons. 19. num. 10. & sequent. volum. 1. Dec. dict. consil. 142. & cons. 252. numer. 6. qui omnes in hoc conueniunt, † quod quando alienatio est regulariter prohibita, sed certis casibus, ac seruata quadam solemnitate permissa, non statur dicto asserentis solemnitatem obseruatam, & alienationem factam in casu permisso fuisse, sed vtrumque probandum esse ab asserente, quæ regula etsi à prædictis Doctoribus ad alienationem rerum ecclesiæ, & minoris pro soluendis debitis factam adducatur, etiam vrget in casu nostro, in quo alienatio est regulariter prohibita, & in certis casibus permissa, imò fortius locum habere deberet, cum vt aliàs diximus, † strictior sit prohibitio alienationis bonorum feudalium, quàm ecclesiæ, & minoris, cum feudalia in casum vtilitatis, necessitatis, aut pietatis, etiam pro anima iure alienari non possint, vt in titu. qualit. olim. feud. pot. alie. bona verò ecclesiæ, & minoris aliquo ex prædictis casibus seruatis seruandis alienari possint, vt de bonis eccles. latè Didac. dicto c. 16. num. 9. lib. 2. varia. resolut. & in similibus, imò in fortioribus terminis respondet Bald. cons. 332. num. 3. vol. primo, vbi nominatim dicit, † quod data facultate vxori alienandi res mariti testatoris pro sua necessitate, si vxor infirmitate grauata aliquam rem testatoris vendidit, & precium confessa est recepisse, huiusmodi venditio non nocet hæredi, nec tenet, nisi quinque concurrentibus. Primò, quòd sit euidens necessitas. Secundò, quòd in eum modum sit permissa venditio. Tertiò, quòd in illam causam necessariam fiat venditio, & non sit superflua quantitas. Quartò, quòd respectu loci, & tẽporis, immineat opportunitas. Quintò quòd cesset fraus. Cum igitur decretum requirat effectualem solutionem debet emptor fundans se in decreto probare se obseruasse formam decreti, cum suis qualitatibus, Alexan. cons. 138. num. 5. volum. 7. Dec. cons. 142. numer. 4. Idque confirmatur ex illa præpositione (pro) † quæ causam finalem significat. l. penult. §. fin. versi. si pro alimentis. ff. de alim. & cib. leg. qua cessante, cessat dispositio, vt latè concludit Dec. cons. 46. num. 1. & 4. & cons. 350. num. 2. & 3 post Bar. Bal. Archidia. Domi. Paul. de Cast. Fulgo. & alios per eum citatos, & Socin. cons. 227. num. 7. lib. 2. quos refert & sequitur Crauet. cons. 192. num. 21. versic. secundo, quod ista causa, Rippa in c. cum M. Ferrariensis, num. 7. de constit. vbi ex hoc reprehendit, quod decidit Corne. in consil. 187. colum. penult. lib. 2. videlicet, quod si testator dederit vxori vsufructuariæ facultatem alienandi res hæreditarias pro necessitatibus suis, quod illa poterit alienare, etiam si non egeat, quod verum non esse, dicit Rippa. His addo

Iacob.

Iacob. Mandel. cognomento Alba consil. 52. num. 2. ergo sicut non sufficit filias nubiles habere, nisi nuptui tradantur, & dotes constitutæ ex dicto precio soluantur, vt concludit Alexan. d. cons. 7. numer. 22. vol. 2. & Bal. d. cons. 332. vol. 1. Idem dicendum est de debitis necessarijs, vt non sufficiat probari subesse, nisi probentur soluta. His deseruiunt, quæ scribit Alex. d. cons. 101. num. 11. Natta post Io. Andr. cons. 352.

16 colum. 4. quod † vbi ex causa permittitur alienatio non est sumenda occasio pro causa, quam non sufficit præcedere, sed probari debet. & 162. num. 3. Non obstat l. fin. ff. de exercitoria actio. & dicta Barto. in l.

17 ciuitas. ff. si certum petat. † quia respondetur d. l. fin. continere casum specialem, cuius rationem ponit Ang. in §. hoc etiam, colum. penult. in authen. de alienat. & emphyteoti.

Secundo respondetur ex aduerso opposita loqui, quando causa contractus, seu alienationis non est data pro forma, sed potius est impulsiua, quàm finalis, secus verò, vbi data esset pro forma, essetq; finalis, vt in alienatione rerum ecclesiæ, minoris, Reipublicæ, vel feudalis facta lege permittente vrgentecq; necessitate, vt satisfiat debitis ecclesiæ, minoris, Reipub. vel vasalli: in qua alienatione duo probari debent, scilicet solemnitatem, & iustam causam alienandi interuenisse, vt suprà latè probauimus: quibus addo Felin. in c. quæ in ecclesiarum, col. 1. de constitutionibus, & infrà comprobatur.

Tertiò responderi potest, saltem emptorem probare debere se fecisse diligentiam, vt precium conuerteretur in illas causas, propter quas fuit feudum alienatum. arg. d. l. fin. versic. & in summa. ff. de exercito.

Et dato, quod posset constare de aliquibus dotibus, & debitis necessarijs solutis, attamen debet probari ascendisse ad

18 summam precij feudi alienati, † vt alienatio commensuretur cum prætensis debitis, quod fieri debet, vt concludit in simili casu, Dec. cons. 38. num. 3. versic. non obstat, & clarius cons. 63. col. fina. in principio, & cons. 638. colum. fin. per text. in c. quod pro necessitate. 1. quæst. prima, Bartol. in l. 1. §. nunciatio, num. 25. ff. de noui oper. nunciat. Dec. cons. 587. num. 5. & d. cons. 403. numer. 18. latè in l. 1. num. 35. & seq. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. Gratus respon. 140. numer. 52. lib. 1. & videtur bonus textus in d. l. fin. in versic. quare etsi. ff. de exercito. acti. quem ad terminos nostros adducit Bald. dicto cons. 332. volum. 1. & dicto cons. 20. in fin. volum. 2. Natta dicto cons. 162. num. 2. & sequent. loquens in alienatione feudi & sternæ, dicens, ratione naturali manifestum esse, feudum nõ posse dici alienatum ob æs alienum in ea portione, quæ æs alienum excedit, & respondet cons. Bal. 78 vol. 1. quod consilium retorquetur, quando extant alia bona allodialia vel feuda sunt diuisibilia, prout generaliter sunt feuda huius patriæ, & ijs conueniunt dicta A. lex. cons. 4. num. 9. volum. 3. & quæ dicit Corneus cons. 189. colum. 3. volum. 4. Paris. cons. 77. num. 70. vol. 1. faciunt, quæ scribit

19 Alex. † de donatione facta à patre filio propter eius merita, vt valeat quatenus commensuratur ipsa donatio meritis, & non vltra in l. si donatione, colum. 2. versic. ista xta prædicta quæro. C. de collatio. & quæ notat Bald. in l. fin. §. sinautem legata. C. de bonis, quæ liberis, vbi executores testamenti non possunt vendere vltra, quam sit necesse, Viui. in suis commun. opin. in verbo, Donatio facta à patre, num. 8. & quæ congerit Crauet. in d. suo respon. num. 194. & hæc fuit mens principum statuentium, vt ex decreto Ducis Philiberti in vltima verbis etiam dignoscitur. Ideò quamuis alienatio facta apparet vltra summam alieni subsistere non potest iuris communis, & decretorum dispositione refragante, imò in totum corruit, vt infrà demonstrabimus.

Et ex hoc capite sequitur venditionem in totum nullam esse, etiamsi probatum fuisset de aliquo ære alieno, dummodo non ascenderet ad totam summam precij

20 feudi venditi; † quia cum pro ea summa, pro qua non constat de ære alieno, euidenter appareat licentiam alienandi fuisse concessam ex falsa causa, licet partim posset dici vera, attamen in totum censetur nulla licentia, & per consequens venditio, argumento eorum, quæ notat Bart. & Bald. in l. si non sortem. §. si centum, vbi Iaso. & cæteri Doctores. ff. de condit. indebi. Decius in l. cum amplius. ff. de regul. iuris, & in l. certi condictio. §. quoniam, numer. 4. post Bald. ff. si certum petat. & dicto cons. 142. num. 4. & 6. cons. 463. num. 10. 21. & 24. Afflict. decis. 178. num. 8. & decis. 318. Curt. Iun. cons. 118. num. 10. cons. 170. numer. 2. & 3. Neuiza. cons. 85. num. 10. & sequent. Natta cons. 162. num. 7. & sequent. Alciatus de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. numer. 9. post Bartolum, & alios citatos. Iaso.

late Pariſ. conſ. 100. nu. 32. & 33. & ſequen. volum. 1. & licet loquatur in decreto, tamen num. 24. æquiparat decretum, & licentiam alienandi: nam decreti interpoſitio in iſtis alienationibus eſt futuræ alienationis permiſsio, ſeu licentia, Ioan. de Platea in l. 1. verſic. & debet iſtud decretum. C. de prædi. decur. ſine decreto non alienan. lib. 10. his addi poſſunt, quæ in terminis noſtris latè ſcripſit Crauet. in d. reſpon. pro genero, num. 129. & pluribus ſequent. poſt hæc ſcripta viſus. Quapropter admónitos eſſe velim venditores, & emptores bonorum feudalium, vt in obtinenda licentia alienandi prædictorũ rationem habeant, ne contingat licentiam alienandi obreptitiam, ſeu ſubreptitiam fore, prædictamq; alienationem ſimulatam, ex falſa cauſa, ac
21 doloſam, † & propterea nullam, & inualidam declarari. l. 2. §. circa, vbi gloſ. & Doctores. ff. de doli mali except. Decius conſ. 318. num. 4. & ſequent. poſt gloſ. Bartol. Bald. Geminian. Ancharan. Abbat. Alexand. & Felinum, addens id etiam procedere, ſi falſa cauſa eſſet allegata per errorem, quod etiam tenet Oldrad. conſ. 208. num. 2. Nam reſcriptum licentiæ alienandi, † habet in ſe conditionem hanc, ſi preces veritate nitantur, ſi igitur veritate non nituntur, licentia erit obreptitia, ſeu ſubreptitia. l. vniuerſa. C. de diuerſ. reſcript. Bart. in l. præſcriptione, num. 2. & ſequen. C. ſi contra ius vel vtil. publi. c. 2. & c. propoſuiſti, vbi gloſ. & communiter Doctores de reſcriptis, Dec. in ſimilibus terminis in d. conſ. 143. numer. 5. verſic. vltimò non obſtat, & num. 6. Brun. conſ. 87. num. 21. & 22. conueniunt, quæ ſcribit Ripp. lib. 2. reſponſorum, c. 24. numer. 4. poſt Abba. Felinum, Socinum, per eum allegatos, concludens ſupplicantem teneri probare omnes qualitates expreſſas in precibus veras fuiſſe tempore ſupplicationis, & in terminis licentiæ alienandi bona feudalia propter æs alienum vrgens tempore ſupplicationis, vt non trahatur ad debita poſt ea contracta, & non vrgentia tempore licentiæ, conſuluit Alex. conſ. 2. num. 13. & pluribus ſequentibus volum. 4.

SVMMARIVM.

1 Enunciatiuis verbis partium, in inſtrumento poſitis, etiam inter eaſdem perſonas ſtandum non eſt, vbi aliquid inter ipſas partes prohibetur, & certis tantum caſibus permittitur.
2 Cauſæ cognitio præcedere debet, antequam alienationis feudi licentia concedatur.
3 Eccleſiæ rerum in alienatione, non ſufficit æris alieni narrationem fieri, ſed illud ſubeſſe probari debet.
4 Creditor pignus vendens ſe creditorem eſſe probare tenetur, nec ſufficiet aſſertio ipſarum partium, quod creditor eſſet.
5 Alleganti factum etiamſi ſit pater, vbi iura aliquid concedunt, non ſufficiet ſimplex allegatio, ſed probatio etiam requiritur.
6 Notarij aſſertioni, nec partium ſtandum non eſt, vbi agitur de tertij præiudicio.
7 Alienanti rem regulariter prohibitam, & certis tantum caſibus permiſſam, credendum non eſt, ſi de caſu aliquo permiſſo atteſtetur.
8 In conditione poſitum pro forma datum eſſe cenſetur.
9 Confeßio ſola non ſufficit, vbi actus verus requiritur, etiamſi confeßio fuiſſet iurata.
10 Auth. res quæ. C. commun. de lega. non habet locum in dote confeſſata.
11 Confeßio dotis receptæ ante matrimonium facta, excludit præſumptionem donationis, & fraudis.
12 Confeßioni ipſius partis alienantis dicentis ſe plura debita contraxiſſe, non ſtatur, ne aperiatur via fraudandi filios & agnatos.
13 Confeßio vaſalli venditoris de receptione precij non ſufficit, ſed requiritur precium fuiſſe realiter ſolutum.
14 Confeßioni patris vendentis omnia bona, & conſitentes cum iuramento precium recepiſſe, in præiudicium legitimæ filiorum non ſtatur.
15 Legitimæ nullum ius competit filijs in paternis bonis viuente patre cum legitima ſit quota bonorum, debeaturq; poſt æs alienum.
16 Gloſ. in l. 1. C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſca. lib. 10. declaratur.
17 Solemnitatibus renunciare partes non poſſunt, vbicunque à lege pro forma inductæ ſunt, imò nec aſſertioni ipſarum partium ſtatur, quod ſolemnitates fuerint obſeruatæ.
18 Clauſula annullatiua vbicunque ponitur in aliqua diſpoſitione, tunc conſenſus ambarum partium nihil operatur, num. 19.
19 Iuramentum non poteſt ſupplere defectum conſenſus, & formæ.
20 Authenticæ ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit. diſpoſitio limitatur.
21 Ius tertij etiam cum iuramento tolli non poteſt.
22 Legi renunciari non poteſt, etiam cum iuramento vbicunque formam dat, & procedit annullando.
23 Contractus, quando prohibetur ratione rei vel materiæ, non firmatur iuramento.
24 Decretum ſeu ſtatutum, quando procedit ad annullationem actus, conſenſus partium tunc nihil operatur.
25 Feudi alienatio facta in pœnitus extraneum non ſeruata forma iuris, nec decretorum, ſeu ſtatutorum dominicalium, non valet etiam à principio.
26 Paria ſunt, aliquid non gerere, vel abſque debita ſolennitate gerere.

DECI.

DECISIO CLXXII.

An verbis enunciatiuis notarij, siue partium quòd solemnitates à decretis requisitę in alienationibus feudorum stetur præsertim in pręiudicium vocatorum in inuestitura.

QVoniam suprà decisio. 165. in fine scriptum legitur, hac decisione responderi quæstioni ibi propositæ, scilicet, an verbis enunciatiuis in Instrumentis alienationum positis, quibus solemnitates à decretis requisitæ enunciantur interuenisse, stante dispositione l. optimam. C. de contrah. & committen. stipu. credatur. Idcirco expedire visum est promissis satisfacere, & demonstrare non esse credendum verbis enunciatiuis notarij, aut partium in dictis Instrumentis, & precibus contentis, cum aliter, quam per assertionem partium, & notarij constare debeat de debitis, & alijs necessitatibus, etiamsi essemus inter eas-
1 dem personas, † præsertim vbi principaliter de debitis necessarijs agitur per ea, quæ scribit Bart. in l. si fortè, in fi. ff. de Castrensi pecul. quem refert & sequitur Felinus in c. ecclesia S. Mariæ, de constitutio. in c. illud, de præsumptio. & in c. per tuas, col. 3. & ibi Dec. colum. 4. de probatio. Matesil. sing. 33. & sequent. cum pluribus ibi in additio. relatis, Roman. sing. 451. & ibi etiam in addit. latè Brun. his scriptis visus de forma, & solemnita. articulo de probatio. & præsumpt. formæ, & solemnita. col. 41. & seq. vbi post Gemin. quem refert in c. 1. de reb. eccles. non alienan. dicit, quod si in Instrumento rei ecclesiasticæ narretur, vel enuncietur, quod subsit vtilitas in tali alienatione, vel subsit necessitas alienandi, ex hoc non erit probata vtilitas, vel necessitas alienandi, nisi aliter constet de eis, Ias. pluribus ad hoc accumulatis in l. si donatione, num. 4. & seq. C. de collationib. quos refert & sequitur Dec. cons. 20. numer. 3. & cons. 60. col. 2. & latissimè in similibus terminis, in cons. 403. num. 17. & 18. & sequen. vbi nominatim dicit, cum precium rei venditæ saltem in totum non sit datum creditoribus, prout supplicatio indicabat, indubitanter gratiam videri subreptam, & talem contractum esse simulatum, & inualidum, quem refert in terminis dictorum decretorum Ducalium Neuiza. dict. cons. 10. num. 10. affirmans necessitatem debere probari, non fingi. l. fideicommissa. §. si
2 rem. de legat. 3. † addens propterea debere præcedere causæ cognitionem secundum Angelum in l. Diuus, in princ. ff. de petit. hæredit. Dec. in c. cum Romana, de appellationib. col. 1. vbi dicit, quod quando aliquid fieri non potest sine aliqua causa, assertioni partium non statur. His accedunt, quæ scribit Alex. cons. 21. num. 4. & cons. 136. nu. 11. vol. 1. cons. 202. col. 2. vol. 2. Ias. in authen. si quis in aliquo, col. fin. C. de eden. & ibi etiam Dec. num. 38. inferens ex hoc, quod si in Instrumento alienationis dicatur habita licentia Episcopi, & præcedentibus tractatibus, talia verba non probant, & ideò consilium dat, quod fiat Instrumentum separatum de solemnitatibus requisitis post Bar. Abb. Ancharan. Paul. de Cast. & Socin. in locis per eum relatis, quibus addo Alex. cons. 17. num. 6. lib. 4. cum pluribus alijs relatis in additio. ad Mathesil. sing. 79. num. 3. Ias. cons. 24. numer. 7. & in vsibus feudorum, num. 90. vbi ex iuribus per eum allegatis dicit, certissimam esse regulam, quæ nunquam fallit, quod vbi assertio facit contractum, vel negocium esse licitum, quod alias esset à iure improbatum, certe tales verborum cautiones, vel huiusmodi partium enunciationes nihil probant, nec eis est standum, imò ex huiusmodi verbis circumuentio iuris aperitur: his adstipulantur, quæ idem Ias. scribit cons. 227. colum. 3. versic. tertio facit post plures Doctores per eum adductos, concludens non esse standum assertioni alicuius, quando nō potest libere actum exercere, quia tunc suspecta est, & præsumitur in fraudem legis facta. Accedunt quæ scribit Crau. cons. 175. num. 2. & sequent. & quæ latissimè scribuntur in nouissimis additionibus ad singul. Guid. Pap. 377. per tres colum. quæ post hæc scripta vidi vnà cum Bruno in d. tractat. de forma, & solemnita. articulo de poten. & effect. formę, & solemn. col. 12. & seq. versic. septimus effectus, vbi post plures, quos ibi refert, concludit, quod defectus solemnitatis & formæ causat, aut præsumi facit delictum, & dolum, aut malam fidem, vel peccatum in omittente. Si enim assertioni partium staretur fingi possent debita, contra l. cum hi. §. sicum lis. ff. de transaction. Curtius Iun. cons. 24. colum. 2. Huc pertinent, quæ de alienatione rerum ecclesiæ adducit Paul. de Castro, cons. 74. colum. 2. versic. secundò videndum, vol. 1.
3 † concludens non sufficere narrationem æris alieni, sed debere probari, quod etiam voluit Decius consil. 142. numer. 4. & 6. istis sunt proxima dicta Barto. in cons. 90. num

numer.10.in fin. per textum in l.1.C.credit. euictio.pignoris non debere, † quòd si creditor, vendat pignus tanquam creditor, & sic inter partes fuit assertum, quòd esset creditor, attamen adhuc tenetur docere, se esse creditorem, etsi non docuerit, habetur perinde, ac si non esset creditor, per quem text. ita concludit Socinus dicto consilio 92. colum. penult. volumi. 3. & supra dictis conueniunt ea, quæ scribit Alexand. consilio vigesimosexto, numero vigesimoprimo, volumi. 6. † quòd vbi iura concedunt aliquid alleganti factum aliquod, intelliguntur non de allegatione sola, sed quòd probetur, ita verum esse. Nam cum regulariter prohibita sit alienatio feudi, nisi ex causis in decretis expressis, vt in decreto Philiberti nominatim prohibetur, debet de eis aliter constare, quàm per verba enunciatiua partium, Curt.Sen.consilio quadragesimonono, columna nona, versi. & ideo, post Bartolum, Baldum, & Alexandrum, per eum citatos. Decius consilio 60.colum. secunda. & dicto consi.142.numero quarto, expressè dicens, acquirentem rem prohibitam alienari debere probare necessitatem alienandi fuisse, & nume. sexto, dicit, quòd † quando agitur de prejudicio tertij, non est assertioni notarij, nec partium standum: Bartol. in l.1. numero quarto. C. de fide Instrumen. & iure hastæ fiscæ. libro decimo: quem refert & sequitur Craue. consi.88. numero 20. Alexand. consi.101. numer. vndecimo & duodecimo, volum.4. & consi.55. numero 3.4. & 5. volum.5. Afflict. decis.150. num.35. & seq. Paris. consi.100. colum.2. numero 18. volum.1. latissimè Natta consi.352. numero 3. & duobus sequentibus, concludens post quàm plurima iura, per eum allegata, † non esse credendū alienanti, etiamsi sit pater, rem regulariter alienari prohibitam, & certis casibus permissam, quod ob æs alienum, vel in casum permissum alienauerit. Idem Natta in rep. authen. quòd sine. quæst.10. de testa. per tex. optimum in l. qui testamentum. ff. de probat. Rot. Suar. in l.1. in titulo, De las genanses. numero 29. Ioan. Cro. consi.129. numero 2. Bello. consi.16. numero 2. vers. & in prohibitis. Et præmissis concordant dicta Castren. consi.74. nume. 4. volum.1. Felin. in rub. de probatio. nu.3. post Bar. in l.1. C. de fide Instrument. & Bal. in authen. matri, & auiæ. C. quando mulier tutelæ officio fungi possit. dicentes, † quòd quando aliquid positum est in conditione, censetur datum pro forma, & non sufficit, præsumptiuè probare; Brun. latè de for. & solem. artic. quando aliquid cẽsea. trad. pro for. colum. 17. versi. vndecima conclusio. dicens, modum aliquid faciendi traditum conditionaliter, seu positum in vel sub conditione significare formam ibi traditam fuisse, adeò quòd conditiones important, seu importare possunt formam, & nimirum, cum conditiones importent causam finalem, vt ibi idem Brunus dicit post Bal. Alexand. Aretin. & Felin. in locis ab eo relatis: quibus omnibus adstipulatur doctrina Barto. communiter approbata in d.l.1. nume.3. C. de prædijs decurionum, siue decreto non alienand. libr. decimo. quod causæ alienationis debent probari, aliàs non tenet iudicis decretum, quod etiam videtur dispositum in decreto Blancæ, dum in casum restitutionis dotium vult deberelegitimè constare, dotes verè fuisse solutas, & propterea non sufficere dotium receptarum confessionem, argum. text. in l. fin. §. si quis autem. vbi Barto. & communiter Docto. C. man dati. cum alijs cumulatis à Port. in suis commun. conclu. libro tertio. ca. 43. versicu. & nat. cui arrident textus in l.1. C. de donatio. ante nuptias. & in l.1. C. de dote cauta non numerata. vbi confessio mariti non probat veram dotis numerationem. Faciunt quæ scribit Iason consi. 172. vol. 2. vbi in fine post Barto. Bald. & Alexan. dicit, † quòd vbi requiritur actus verus, sola confessio non sufficit, quod etiam procedit, si confessio fuisset iurata, Bald. in auth. si qua mulier. colu. 2. C. ad Velleianum. per notata in l. cùm quis decedens. §. Titia. de leg. 3. Viuius in suis communi. conclus. in verbo, Iuramento necessario non statur. dicens, hanc esse communem opinionem. Idem tenet Roman. consi. 445. colu. fin. in 3. dubio, affirmans, tertium conuentum excludere vxorem agentem hypothecaria virtute confessionis dotis factæ à marito, etiam ante matrimonium, de cuius dicti veritate nunc non est disputandum: & ijs adstipulantur, † quæ idem Iaf. notat in authenti. res quæ. colum. penult. versicu. nonò limita. C. communia de legatis. concludens, dispositionem illius authen. non procedere in dote confessata; Guid. Pap. consilio 140. circa finem, quod etiam tenet Angelus in authenti. de restitutio. & ea, quæ parit in vndecimo mense. col. pen. vers. vnde si maritus. Ergo idem dicendum est in aliis debitis necessarijs, vt de eis verè cõstet, & non per solam confessionem.

Nec in contrarium vrget, quòd aliqui (argutè quidem) dicere voluerunt,

videlicet, decretum in dotium restitutio-
ne requirere veram solutionem dotium ad
euitandum præsumptionem donationis,
quæ induceretur ex confessionibus mari-
torum: quia hæc consideratio non est gene-
11 ralis, † cum non habeat locum præsumptio
donationis, & sic fraudis in confessione re-
ceptionis dotis facta ante matrimonium,
præsertim si ex interuallo esset renũciatum
spei futuræ numerationis, vel lapsa essent
tempora opponendæ exceptionis non
numeratæ pecuniæ, vel ante confessionem
præcessisset promissio, l. fin. & authen. ibi
posita, vbi Doctores, C. de dote cauta non
numerata. Socin. in l. 1. columna tertia. ver-
sicu. tertia conclusio. ff. solu. matrim. Do-
cto. in l. in contractibus. §. sed quoniam. C.
de non nume. pecu. latè Affli. decisio. 402.
numero secundo, tertio, nono & decimo,
vsque in fin. Rub. consilio 72. & tamen in
dicto casu non admitteretur alienatio feu-
di, nisi dotes probarentur verè solutæ, vt
concludit Sigismun. consilio 22. per totum,
vbi cõsuluit in simili decreto, seu pragma-
tica sanctione: ergo idem dicendum est in
alijs debitis confessatis, alioquin duo se que
rentur absurda. Primum, quòd fauorabi-
lior esset causa debitorum voluntariè con-
tractorum, si in ijs sufficeret sola confessio,
quàm causa restitutionis dotis, quæ est o-
mnino necessaria, & à iure priuilegiata, in
qua requiritur probatio veræ solutionis.
12 † Secundum absurdum sequeretur, quia
esset reperta via fraudãdi filios, & agnatos,
conficiendo plura Instrumenta, in quibus
confiterentur, se esse debitores diuersarum
personarum ex diuersis causis forsan con-
fictis, vt in simili dicit Bartolus in d. l. 1. nu-
mero quarto. C. de fide Instrum. & iure ha-
stę fiscalis, lib. 10. per tex. in l. doli exceptio.
ff. de nouationib. Natta consi. 162. numero
13 quinto, ex quibus clarè patet, † non suffice-
re confessionem vasalli venditoris de rece-
ptione precij feudi venditi, sed oportere
probare, precium fuisse realiter solutum,
argum. notatorum per Ancharan. con-
silio vltimo, columna secunda. versicu. ter-
tiò dubitatur. post glo. Bartol. & Bald. per
eum citatos: quem sequitur Corneus cons.
243. litera B. volum. 2. quod comprobatur
ex ijs, quæ notat Las. in l. 1. numero quarto
& quinto. ff. de eo, per quem factum erit.
& in authen. vnde si parens. numero pri-
mo & tertio. C. de inoffic. testam. ac in l.
nam & postea. §. sed & si quis. ff. de iureiu-
ran. vbi post Bart. Specul. Io. And. But. Pa-
nor. Alexand. Ioan. de Plat. & Cepol. per
14 eum allegatos, concludit, † in præiudicium
legitimę filiorum non esse standum confes-
sioni patris, vendentis omni abona, & con-
fitentis precium recepisse, sed oportere pro-
bare, precium fuisse realiter receptum, &
solutum, quod etiam voluit Lancelot. De-
ci. in l. si constante. col. 8. ff. solu. matr. Alex.
cons. 57. nume. 1. & 2. vol. 5. dicens, id etiam
procedere in confessione patris iurata: er-
go multò magis debet probari, precium
fuisse realiter receptum, & solutum, quãdo
ius vendicantis est radicatum in prædictis
bonis feudalibus virtute primę inuestitu-
15 rę, vt suprà probauimus, † cum ratione le-
gitimè nullum ius competat filijs in bonis
paternis, viuente patre: quia legitima sic
quota bonorum, debeaturq; post ęs alie-
num, l. Papinianus. § quarta. ff. de inofficio-
so testamento. l. cum quæritur. C. eodem ti-
tulo. Dec. post alios consi. 13. col. fi. & vide-
tur expressè cautum in decreto Violant. in
verf. & preciũ ipsum exburfare nolueint,
aut plus debito distulerint. Si igitur non
constet legitimè de aliquibus veris debitis,
præsertim necessarijs, nec quòd precium
fuerit realiter solutum: ergo legitima non
erit alienatio feudi, argum. textus l. 1. C. de
prædijs decurionum, sine decreto non alie-
nand. lib. 10. Paul. de Castro dicto consi. 74.
volumi. primo. Grammat. decis. 39. numer.
13. & 14. & notatur per Sigismun. d. consi.
lio 22.

16 Nec obstabit † glos. in l. 2. C. de fide in-
strumentorum, & iure hastę fiscal. quæ
debet intelligi, quando scriptura siue in-
strumentum hoc contineret dispositum
ita dictam glo. intelligit Bart. communi-
ter approbatus in d. l. 1. numero secundo, &
sequen. C. de fide Instrumento. vbi dicit, de-
bere de quolibet actu fieri Instrumentum.
Sequitur Felin. in c. quoniam contra. nu-
mero trigesimoquarto, de probatio. & in
ecclesia S. Marię, de constit. numero 15. qui-
bus conueniunt scripta Angel. in repet. li
sciendum, col. 4. in princ. & circa med. de
verb. oblig. vbi etiam dicit, prædictam glo.
esse communiter reprobatam. Efficiunt
adducta per Dec. in d. auth. si quis in aliquo.
colum. pen. versicu. tertiò limitatur proce-
dere. C. de edendo. Nam cum huiusmodi
solemnitates inducantur à decreto, & sic à
17 lege pro forma, † non est in potestate par-
tium facere contractum sine solemnitate,
illiq; renunciare, nec statur assertioni ea-
rum: Deci. consi. 351. numero 3. post Bartol.
in d. l. si fortè, de castren. pecul. Benedict. in
d. repetit. cap. Raynutius, in verbo, In eo-
dem

dem testamento, numero 103. & sequen. de testam. cum similibus adductis per Brun. de forma. & solem. articulo, quando aliqu. cens. trad. pro forma, columna quarta. & in artic. de poten. & effect. formæ, & solem. colum. 34. versicu. quartò ampliatur. & faciunt dicta Ancharani consi. 180. quem sequitur Socinus consi. 159. numer. 21. quòd si narrata in proœmio dispositionis non sunt vera, dispositio irritatur de iure communi. Et facit, quod scribit Las. in l. omnium. num. 38 5. C. de testamentis. † quòd vbicunq; in aliqua dispositione apponitur clausula Annullatiua à superiore, tunc consensus amborum partium nihil operatur. Purpuratus in l. 2. §. creditum. num. 91. ff. si cer. petat. vbi post Bart. Bald. Alexand. & Moderniores dicit, quòd quando validitas actus non dependet simpliciter à potestate agentium, sed ab aliqua solemnitate interueniente, tunc assertio contrahentium per quæcunque verba non probat illam interuenisse. Nec his obstabit, quod in Instrumento venditionis adsit iuramentum, cuius vigore ditatur purgatus omnis defectus solemnitatis statuti, per notata in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. venditionem. & in c. cum contingat, de iureiurando. latè Alexand. consi. 102. volum. quarto, & consi. 27. numero secundo, volum. 1. Aretin. consi. 22. Alexand. in additionib. ad Bartol. in l. si quis pro eo, nu. 9. ff. de fideiusso. vbi loquitur, quando iuramentū est additum contractui celebrato, non seruata forma. Quia pro responsione animaduertendum est, primò an huiusmodi venditio fuerit facta, habita relatione ad licentiam concessam alienādi, quę licentia fuit concessa, ita quòd seruaretur forma decretorum, & sic partes non consentire voluerunt, nisi seruata for- 9 ma decretorum. Ergo † tale iuramentum non potuit supplere defectum consensus & formæ, l. fin. C. de non num. pec. Io. Cro. consi. 12. num. 15. & 16. Dec. in l. non omnis. num. 11. ff. si cert. pet. & in d. consi. 403. colu. penult. versic. cum ergo Stephanus. & in d. consi. 532. num. 12. post Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussorib. Aretin. consi. 24. col. 2. Stephan. Bertrand. consi. 28. num. 10. Ang. consi. 98. colu. fin. Viui. in suis commu. conclus. in verbo, Iuramentum super contractu simulato, versic. quia consensus deficit. 20 Vel potest responderi, † quòd dispositio auth. sacramenta. & alia suprà allegata in contrarium procedunt, quando inhibitio alienationis fit fauore alienantis, nimirum, si quis potest suo fauori renunciare, l. si quis in conscribendo. C. de pact. cum simi. Sed alienatio feudi est prohibita fauore alterius, videlicet domini directi, filiorū, & agnatorum, c. 1. de aliena. feud. paterni, & ibi Bald. & in c. 1. de prohibi. feud. alienat. 21 per Feder. Ergo † ius huiusmodi non potest etiam cum iuramento maximè in odium filiorum, & agnatorum vocatorum tolli, gloss. 1. & ibi Doct. in c. si diligenti, de foro compet. & glo. fin. per illum tex. in d. capit. cum contingat, de iureiur. Alexan. consi. 55. nu. 9. vol. 1. Aret. consi. 18. col. 2. in fin. Las. loquens de alienatione feudi in authen. sacramenta puberum. num. 47. & 48. C. si aduer. vendit. Tiraq. in repetit. l. si vnquam, in præfatione. num. 164. C. de reuo. donatio. Natta consi. 470. num. 18. Vital. in tractatu clausularum, colum. 744. num. 16. Bald. Nouellus in 7. parte priuileg. 18. Corne. in similibus terminis d. consi. 243. litera C. vol. 2. latè Paul. de Cast. consi. 441. col. fin. versic. secundò videtur facere dubium iuramentum. 22 vol. 2. Tertiò potest responderi, † quòd vbi lex dat formam, & procedit annullando, tunc etiam cum iuramento renunciari non potest: Barto. in l. cum hi, in fi. principij. ff. de transact. & in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de lega. 1. Alexan. consi. 95. in fin. vol. 1. Item 23 potest responderi, † quòd quando contractus prohibetur ratione rei, seu materiæ, non firmatur iuramento, Abb. in c. cum 24 contingat, nu. 29. de iureiurando. † Et quando decretum, seu statutum procedit ad annullationem actus, cōsensus partium in omittendo nihil operatur, Feli. in c. cum dilecta. col. 3. versic. quintum signum. & col. 11. versic. amplia quintò, de rescriptis, vbi latissimè de materia hac tractatur, latè etiam Bru. dicto tractatu, de for. & solem. artic. quid & quando aliquid censc. trad. pro for. conclus. 1.

Quartò potest responderi, quod decretum præsertim Violant respicit personas vasallorum, quo casu non firmatur iuramento, Bartol. in l. si quis pro eo, numero nono. ff. de fideiussoribus. quem refert, & sequitur pluribus relatis, Decius consilio 536. columna fina. Didacus lib. secundę par. relecti. §. secundus. numero primo. Cum 25 igitur dicti feudi antiqui † venditio facta fuerit in pœnitus extraneum, non seruata forma iuris, nec decretorum, seu statutorum dominicalium, nihil valet etiam à principio. §. vult enim illa. in authen. de non alienand. & permutand. reb. ecclesiast. dicto c. 1. de alienatio. feudi paterni. & ibi communiter Doctores, Bartolus in l. cum lex. co-

lum. 2. ff. de fideiussorib. & in l. si ita quis. §. ea lege. num. 6. ff. de verbo. obligat. vbi dicit, contractum esse ipso iure nullum: Iaco. de S. Geor. in d. vers. & cum pacto, de non alienando. numer. 32. Curt. in d. vers. 7. reg. colum. 2. fol. 50. Deci. consi. 208. colum. 3. post alios per eum relatos. quamobrem
26 perinde habetur, ac si non esset facta, † cum aliquid non gerere, vel absque debita solemnitate gerere parificentur: Vant. de nullitate ex defectu citationis. numer. 25. Corn. in d. §. etsi præfatam. l. fin. C. de iure delibe. venditio enim nulla ex defectu solemnitatis non est venditio, arg. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & l. 2. ff. de aucto. tuto. cũ similib. adductis per Cottam in memorali, incip. Actus nullus. & ꝓ nõ scripto habetur, quod fit non seruata forma, secundum Bald. in l. 1. §. pro secundo, in fin. C. de cad. tollen. quem refert & sequitur Brun. cum pluribus concordantibus in tracta. de forma & solem. artic. de poten. & effec. formæ & solem. colu. 23. versi. vltimò alius hic restat. dicens post Bald. Rom. & Barba. quòd non valet alienatio, facta non seruata forma legis: quoniam non seruata forma permissiua, succedit immediatè forma destructiua. Faciunt etiam, quæ idem Brun. tradit d. tracta. articulo, quando aliquid censeatur traditum pro forma conclus. 1. Et sic conclusum fuit verbis enunciatiuis positis in Instrumentis alienationum bonorum feudalium non credi, sed emptorem necessariò teneri probare solemnitates à decretis requisitas interuenisse tempore alienationis, & de hoc articulo latè etiam scripsit D. Craue. d. suo responso. nu. 24. & pluribus sequentibus, post hæc scripta visus.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas extrinseca ex diuturnitate, seu antiquitate temporis præsumitur: quod tamen limitatur pluribus numeris sequen.*
2 *Solemnitas ex diuturnitate temporis non præsumitur, vbicunq; de maximo præiudicio agitur.*
3 *Idem dicendum est, vbi agitur de præiudicio tertij.*
4 *Solemnitas substantialis, quæ respicit iustitiam tituli, ex antiquitate non præsumitur.*
5 *Solemnitas ex diuturnitate temporis tunc præsumitur, quoties probatur scientia, & patientia eius, de cuius præiudicio agitur.*
6 *Solemnitates, quæ non potuerunt interuenire tempore contractus, & quibus partes renunciare non potuerũt ex diuturnitate temporis nõ præsumuntur.*
7 *Præsumptio resultans ex temporis antiquitate, probationem in contrarium recipit.*
8 *Antiquitas secundum communem opinionem dicitur esse centum annorum.*
9 *Generalis expressio incertitudinem parit, ita vt narrata in genere, & sub inuolucro verborum perinde sint, ac si narrata non fuissent.*
10 *Solemnitates requisitæ in aliquo contractu non in genere, sed in specie, & sigillatim exprimi debent.*
11 *Notario attestanti de assertione partium, non autem de proprio visu, vel auditu creditur.*
12 *Tempus indeterminatum secundum iuris communis dispositionem intelligitur de duobus mensibus.*
13 *Textus in c. peruenit. de emptio. & vendit. declaratur.*

DECISIO CLXXIII.

Diuturnitate seu antiquitate temporis an præsumatur solemnitas interuenisse.

1 DVBITANDI materiam nonnunquam prębuit quæstio alia à præcedenti emergens, † an diuturnitate, seu antiquitate temporis pręsumendum sit, solemnitatem extrinsecam interuenisse, iuxta nos in l. si filius. C. de petit. hæred. l. qui in alienа. ff. de acquir. hęred. in l. sciendũ. ff. de verbo. obligat. & in c. peruenit, de emptio. & vendit. Deci. latè consi. 409. Quibus non obstantibus, putamus posse multis modis respondere, & demonstrare, diuturnitatem temporis non operari pręsumptionem interuentus solemnitatum. Et primò prędictas leges loqui, quando solemnitas præsumitur ex diuturnitate, respicit commodum, seu lucrum eius, qui patitur, vel paruum damnum, secus, si magnum, vt puta amissionis dominij: quia tunc ex diuturnitate non præsumitur solemnitas: ita nominatim declarat Bartol. in quęstio. mulier habens amplum patrimonium. columna fina. in princip. quem refert & sequitur Alexand. consi. 12. numero septimo, volum. 4. & consi. 218. numero. 5. & seq. volu. 6. latè de materia pręsumptę solemnitatis ex diuturnitate temporis tractans, & consi. 94. nu. 6. & sequen. vol. 7. vbi loquitur de quodam Instrumento venditionis confecto annis quinquaginta duobus, tunc elapsis, concludens, ex eo tempore non pręsumi solemnitatem, quod etiam dixit dicto consilio 218. numer. 10. & sequen. volum. 6. Iason in l. 1. colum. 5. vers. quartò limita. C. qui admitti. post Alex. & Fulg. per eum citatos. Idem Ias. cons. 148. nu. 7. & seq. volu. 4.

Socin.

Socin.Iun.consi.56.numero 11. & 12.volu.1. & clariùs consi.56.numero 12.volu.2. Affli. decis.107.col.fin.& decis.345.numer.5.& 6. post Alexand.Abb.Barbat.dicens,† huiusmodi prę sumptionem non procedere, quando pars negat, vel vbi agitur de præiudicio tertij, sed debere fieri plenam probationem, Natta d. consi.162. numero 29. vbi numero 24.post Alexand.in d.l. qui in aliena.dicit, prædictam præsumptionem militare in solemnitate formali extrinseca,
4 secus in solemnitate substantiali,† quę respicit iustitiam tituli, quia tunc non prę sumitur ex diuturnitate. Idem tenet Gramm.decis.79.nu.14.Crau.de antiq.tęp.par 1.in princip.nu.22. & seq. post Alexand. Dec.& alos in locis per eum relatis,quibus addo Brun.de forma.& solem.artic. de proba.& præsump.formæ, & solem.colum.9. versic.vndecimò est aduertendum. vbi dicit,formam, siue solemnitatem essentialem nunquam præsumi, quia sic esset præsumere ipsum factum,non solemnitatem facti, quod autem huiusmodi solemnitates sint
8 substantiales suprà decis. 165. satis probauimus. Vel potest responderi,† prædictam præsumptionem non vrgere, nisi probata scientia,& patientia eius,de cuius præiudicio agitur:Rol. à Valle d. consi.2.num.127. post Bal. Alexand. Barbat. Ias. & alios per eum allegatos. Deci. d. consi.409. numero 13.ex aduerso adducto : ex cuius dictis colligitur alia, & quidem vera responsio, videlicet, præsumptionem prædictam tunc locum habere, quando is, in cuius odium inducta est huiusmodi prę sumptio, potuisset actum impugnare, & postquam sciuit, diu tacuit, & passus est : ergo non habebit locũ prę sumptio , vbi quis sciuisset actum, tñ impugnare non potuisset: nam tunc nihil ei imputari potest, l.1.§.in fin.C.de ann. excep. idem expressè dicit Dec. consi.442. nu.23. & huiusmodi scientia debet esse certa,vt latè demonstrabimus infrà decis.176. vbi de tacita ratione loquuti fuimus. Item
6 respondetur,non procedere respectu† earum solemnitatum , quæ non potuerunt interuenire tempore contractus,& quibus partes non potuerunt renunciare,Bar.communiter approbatus in l.sciendum.nu.3.4. & 6.ff.de verb.oblig.Socin.consi.29.nu.20. & seq.vol. 1.loquens de tępore 40.annorũ, Rolan.à Valle consi.90. nu. 39.& seq.post Soc.consi.46.vol.4. & Rui.consi.154. vol.5.
7 Responderi etiam ptest, prædictam † præsumptionem recipere probationem in contrarium,vel per visionem Instrumenti venditionis, si modò debito nõ fuerint expressę solemnitates,vel aliter probatum fuerit, vt concludunt supradicti Docto. quibus addo Alexand.consi.1. nume.19.versic.prę terea.vol. 4.Feli.in c.sicut.nume.30.versic. tertiò aduerte.& col.17.vers.bene fateor,de re iudi.Curt.Iun.consi.130.nume.4.Afflic. decis.109.nume.5.& seq.Ruin.consi.63.nu. 16.& 19.volu.1. Crau.loco proximè citato, num.17. vbi multos allegat concordantes. quibus addo Brun. d. articu. de proba.& præsump.for.colum.12. vers. est tamen aduertendum.dicens, quòd in factis de antiquo non præsumitur solemnitas, vbi constat de scriptura continente actum, in qua deficiunt solemnitates: quia tunc dicitur per rei euidentiam constare de effectu, Nat.d.consi.162. numer.29.Rollan.à Valle. cõs.2.nu.130. & cons.90. nu.44.& seq.Decius consi.142.nu.5.vers.& dato,q esset prę sumendum.Neuiz.d.consi.85.nu.8.& seq. Paul. de Cast.cons.82.colum.3. volu.2.Soc. cons.46.nu.37.& 41.vol.4.Ias.cons.148.nu.
8 7.& 8.volu. 4.† concludens, antiquitatem secundum communem esse centum annorum. Si ergo ex Instrumento venditionis apparet non fuisse seruatas solemnitates, & alia in decretis requisita , easq; fuisse nõ debito modo descriptas, præsumptio,quæ ex antiquitate sumi posset,dicetur esse sublata. Narrandum enim, vt suprà dictum fuit, debito modo Principi erat subesse aliquam ex causis legitimis in decreto positis, videlicet pro constituendis, aut restituendis dotibus, vel pro soluendis debitis necessarijs, omnia nominatim exprimendo, nec sufficit in genere exprimere,quod non nullis vrgentibus necessitatibus, & maximè pro solutione æris alieni cogitur pecunias habere, tacendo quęnam essent illę vrgentes necessitates,ac quantum & quales ęs alienum , an necessarium, vel voluntarium: & an necessitates causatę culpa, vel facto ipsius venditoris fuerint:quæ singula exprimenda sunt, & non, vt fieri solet, in gñe subinuolucro verborũ preces porrigere: tunc enim perinde est,ac si nõ fuissent narratæ,teste Alexand.consi.182. volum.2. post glo. Specul. Bart. Bald.per eum citatos. Et id comprobatur ex doctrina Barto. per illum textum in l.1. numero secundo. C.de prædijs decurionum,sine decreto nõ alienandis,lib.10.quam legem Ioan.de Platea adducit ad omnes venditiones , quæ non sinpliciter, & absolutè permittuntur, sed seruatis quibusdam solemnitatibus,
10 concludens,† in illis non sufficere causas

alienationis in genere proponere, sed debere sigillatim, & in specie exprimi, quod etiam voluit ibi Bald. in 2. notabili. Lucas de Pen. in verbo, Sigillatim. Brun. d. tracta. de form. & solem. artic. de probat. & præsumptio. formæ. colum. trigesimonona. versicu. item prædicta sunt intelligenda. post Albericum, & Iaso. in locis per eum relatis, Crau. de antiq. temp. par. 2. in fine, numero 34. & seq. vbi dicit, partes siue notarium posse confiteri factum in specie, sed in genere asserere, quòd causæ cognitio præcesserit, istud ad eas non pertinet, nec ad notarium, & sic enunciationem solemnitatum debere esse specificam, nec sufficere generalem. Faciunt quæ notat Dec. consi. 142. numero octauo, & quę de libello generali scribuntur in l. 1. in princip. ff. de edendo. & in cap. debitus. & cap. bonæ, de appellationi. vbi licet generaliter loquatur de causis verisimilibus, & probabilibus, attamen intelliguntur, quòd exprimi debeant, vt sentit Dec. in d. c. bonæ. columna quarta. versicu. item respectu grauaminis. Item tollitur dicta præsumptio, si ex lectura Instrumenti venditionis dignoscitur, tunc non constitisse notario, nec alijs de aliquibus debitis necessarijs, vel quòd venditor esset onustus ære alieno, vtputa, si in Instrumẽtis scripta legantur, vt in pluribus Instrumentis legi, similia verba, ecce quod ibidem personaliter constitutus præfatus dominus N. venditor cogitans vt asseruit se pluribus, & diuersis creditoribus teneri, & in pluribus locis Instrumentorum vtuntur
11 notarij verbo, Asserit. † Nam tunc ex diuturnitate non præsumuntur solemnitates interuenisse: ita nominatim decidit Grammat. d. decis. 79. numero 19. & sequ. vbi dicit, ita fuisse iudicatum. Rolan. à Valle consi. 90. numero 38. post Socin. consi. 52. volu. quarto, & Laurent. de Rodulph. in repeti. c. sine exceptione, 2. quæst. 10. Faciunt quæ scribit Bartol. in l. sciendum. numero 3. ff. de verbo. obliga. item silet dicta præsumptio, si appareat, ex nimia acceleratione ad prædictam venditionem ventum fuisse. Nam cum in decretis non sit expressum tempus quo lapso dici possint agnati, quibus fuit facta oblatio, plus debito emptionem, & exbursationem pecuniarum differre, nec appareat, quòd recusauerint emere, debemus interpretari dictum tempus iuxta
12 iuris communis dispositionem. † Et sic duorum mensium à die oblationis, ex doc. Bar. in l. qui Romæ. §. cohæredes. numero secundo. ff. de verbo. oblig. per tex. in l. fin. C. de iure emphyt. vbi Iaf. numero vigesimo quarto, & sequ. Roman. consi. 27. & consi. 182. in fin. Brunus consi. 81. nume. 2. igitur, si contrahentes non expectarunt à die oblationis duos menses præteriri, sed intra dictum tempus (non expectata acceptatione, vel recusatione agnatorum) contraxerunt, euidenter apparet, non obseruatas fuisse solemnitates à decretis requisitas, & sic non præsumitur ex longissimo tempore, vt in simili casu respondet Neuiza. d. consi. 85. numero 4. post plures Doctores per eum allegatos. Ex prẽmissis igitur responsionibus, prẽsertim quarta tollitur prę sumptio solemnitatum ex lapsu xxx. annorum, iuxt. d. c. peruenit, de empt. & vendit. cuius dispositio nequaquam vrget in casu nostro, cum multa in d. c. requirantur ad inducendam dictam prẽsumptionem, scilicet iustus titulus, bona fides emptoris, precium cõuersum in vtilitatem communem, existentia aliorum bonorum tempore venditionis, in quibus poterat esse consultum mulieri consentienti per lapsum 30. annorum: quæ omnia necessariò requiruntur, vt probatur ex versi. si vera sunt, quæ prẽmissimus. Ergo si non sunt vera, non militat dispositio. At in casu alienationis feudorum, in qua non apparet, seruatas fuisse solemnitates, iniustus est titulus, non seruatis seruandis, ex quibus inducitur mala fides, vt latè per Brun. d. artic. de poten. & effect. formæ. col. 11. vers. septimus effectus. precium q̃ non conuersum in vtilitatem eorum, quorum fauore est permissa feudorum alienatio. Igitur non habet locum dicta præsumptio: qua cessante, conclusum fuit, venditionem veluti factam, non seruata dispositione statutorum, esse ipso iure nullam. Iacob. à Sancto Georg. in sua inuestitura. in versi. & cum pacto, de non alienando. nu. 28. Natta consilio 162. nu. 7. & 8. cum alijs innumeris à nobis suprà decis. 165. & sequen. cumulatis: ex quibus apparet, hanc esse communem opinionem, aut falsitem est annullanda, vel rescindenda dicta alienatio, iux. nota. per Dec. post alios in d. c. 2. de testibus.

SVMMARIVM

1 *Tertia qualitas à decretis requisita in alienatione feudi, scilicet, vt non adsint, nisi bona feudalia ex pluribus verbis in decretis positis colligitur, & ch conformia iuri communi, & nu. 4.*

2 *Dictio, Nisi inducit formam.*

3 Argu-

3 *Argumentum à contrario sensu validum est, etiam in statutis.*

5 *Negatiua, vbicunque est fundamentum intentionis alicuius, ab eo debet probari.*

6 *Excussio bonorum alienantis feudum fieri debet ad hoc, vt cognosci possit, an alia habeat bona allodialia.*

7 *Licentia alienandi obrepta ipso iure nulla est.*

DECISIO CLXXIIII.

Stantibus bonis allodialibus non possunt feudalia ea forma decretorum alienari.

TERTIA succedit qualitas à decretis requisita in alienatione rerum feudalium, † scilicet nõ adesse, nisi bona feudalia, & per consequens, quòd allodialia non superlint, quæ quidem qualitas secundum literæ ordinem, qui in dubio attendendus est, vt latè per Felin. in c. cum dilecta. num. 4. de Rescript. primum locum obtinet, & etiam secundum ordinem intellectus, colligitur primò ex illis verbis in decreto Violant positis, eo maximè, quia licet bona habeant feudalia, pecunijs tamen numeratis vacui: qui ablatiui, vt sæpe dictum fuit, conditionem, & sic formam significant, Dec. dicto cons. 532. numer. 4. Item in illis verbis positis in decreto Blancæ, ne filiæ vasallorum, qui sola habent bona feudalia, remaneant indotatæ, Felin. in c. cum dilecta. colum. 6. versic. secundum signum, de Rescriptis. Item in illis verbis, Si non sint, nisi bona feudalia, quæ dictio, † Nisi, inducit formam, vt notat Dec. d. cons. 532. num. 2. tradit Bartol. in l. 1. num. 10. ff. de condit. & demonstrat. Arguendo ergo à contrario sensu, † quod etiam vrget in statutis, Bar. in l. omnes populi. num. 61. ff. de iustit. & iure. Felin. in c. significasti, colum. penult. versic. vltimò fallit in statutis, de foro competenti. si pecuniam numeratam, aut alia bona habet vasallus, præter feudalia, non poterit deuenire ad alienationem bonorum feudalium, & deuenendo actus erit nullus: vt nominatim dicit Felin. in d. c. cum dilecta. versic. secundum signum, per text. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. cum similibus suprà 4 latè citatis decis. 165. & hæc qualitas † conformis dici potest iuri communi, l. mulier. §. cum proponebatur. & ibi Cast. numer. 3. ff. ad Trebellia. authen. res, quæ. C. communia de legatis. Alexan. cons. 123. num. 6. volum. 2. & cons. 56. num. 3. vol. 1. & in l. filiusfamiliâs. §. Diui. num. 10. & ibi Iaf. col. 14. versic. secundò pro ista communi sententia. vbi etiam Loazes num. 347. Opizo. colum. 79. circa medium ff. de leg. 1. Roman. cons. 457. colum. 2. versic. quoad tertium. Salycet. in d. l. fin. penult. quæst. C. de rebus alienis non alienand. quem refert & sequitur Iaso. cons. 66. volum. 1. vbi loquitur in materia feudali. Isernia in d. §. donare. & ibi Aluarot. colum. 2. num. 9. Bald. in d. titu. de prohibitio. feudi alienat. per Federicum. colum. 2. versic. quæro, an vasallus possit donare in dotem. Curt. in tractat. de feudis, in 4. parte principali, vers. quartò principaliter quęro. fol. 41. Rubeus cons. 59. num. 5. Neuiza. dicto cons. 10. & 11. post plures Doctor. per eum allegatos.

Nec obstat, hanc qualitatem esse negatiuam, cum etiam in ea, sicut in alijs, fundetur intentio emptoris, † quo casu fundans 5 se in negatiua, debet eam probare, præsertim, quando est data pro forma, l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eorum. Bart. communiter approbatus in l. in illa. colu. 2. ff. de verbor. obligationibus. & non sufficit, quòd in Instrumento alienationis enuncietur à partibus, nulla bona extare allodialia, & subesse æs alienum necessarium, quia de ijs aliter liquere debuit, scilicet, † per discussionem bonorum alienan- 6 tis, argumento eorum, quæ notat Bartol. d. cons. 90. Rolland. à Valle latè cons. 99. num. 7. & sequent. post Paris. cons. 98. & sequent. per eum allegatum. Neuizan. in terminis Decretorum nostrorum, d. cons. 10. num. 11. post Brunum cons. 18. colum. fi. versicu. sextò etiam, idcirco si venditor in precibus Duci porrectis ad obtinendam licentiam alienandi dictum feudum narrabit sibi deficere bona allodialia, idemq; expresse cõtestatus fuerit, vt solet in ipso contractu venditionis, & nõ probauerit, multò magis, si contrarium probetur, dolose dicetur egisse, argumento nota. in l. si quis 7 affirmauerit, iuncta glos. ff. de dolo, † quo casu gratia siue licentia vitiatur. c. super literis de rescriptis. Dec. dicto consil. 142. numer. 6. & per consequens alienatio est nulla, vt nominatim scribit Neuizan. dicto consil. 85. numer. 8. 10. & duobus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio non solum agnatis proximioribus, sed etiam alijs vlterioris gradus fieri debet, vbicunque alienatio extraneo fit.*

2. *Oblatio prius filijs facienda est, cum proximi agnati dicantur patri, vbi alia etiam affertur ratio.*
3. *Oblatio si per procuratorem fiat, constare debet, quod tempore oblationis fuerit exhibitum mandatum.*
4. *Mandatum ex diuturnitate temporis non præsumitur.*

DECISIO CLXXV.

Oblatio agnatis facienda, & qualiter.

QVARTA, & vltima qualitas à decretis requisita est, quòd fiat oblatio agnatis vasalli alienare volentis, quæ oblatio succedit loco consensus agnatorum, qui etiam iure communi debet interuenire, aliàs consensus domini non sufficit, c. primo, in principio. de alien. feud. pater. vbi Isern. Bald. & Aluar. in titul. quæ sit prima cauſ. benefic. amit. colum. 8. versic. 22. conclusio. Curt. Iun. in tractat. de feudis, parte 4. versic. tertia igitur conclusio. Neuiza. dict. conſ. 10. numer. 4. post Bal. Bologn. Iacob. de Beluisijs, Laud. Aluar. & Præpositum, in locis citatis: & in hac qualitate
1 communis est opinio, † quòd quando alienatio fit extraneo, tunc oblatio non solum debet fieri proximioribus, sed & omnibus agnatis, etiam vlterioris gradus, ad quos quandoque feudum est reuersurum, c. alienatio, de alienat. feud. paterni. per quem textum ita notant ibi Isernia, Alua. & Præpositus in dicto §. Titius. & ibi Afflictus, num. 9. versic. nota. latè Iacob. à S. Georgio in ſua inueſtitura, in verſic. & cum pacto, de non alienando. num. 32. & 38. Curtius in d. tractatu in 4. part. princ. verſicu. 3. regula. colum. 12. ex quibus apparet,
2 quòd primò filijs debet fieri oblatio, † cum proximi agnati dicantur patri, l. filius. ff. de ſuis & legitimis. quam in terminis feudi allegat Afflict. lib. 2. conſtitutionum regni. §. conſtitutionem. num. 16. Guliel. à Perno, conſ. 6. num. 8. inter conſilia feudalia. Iſernia in titu. de alienatio. feudi paterni. §. & licet, in fine. & §. ſequent. colum. 2. verſ. ſi verò ex pacto. & in titulo, Per quos fiat inueſtit. §. ſed & res. colu. 3. Facit & text. in c. conſtitutus, de in integr. reſtit. vbi filius, tanquam proximior agnatus, poteſt virtute ſtatuti retrahere intra annum & diem rem à patre alienatam: quem text. notat ad hoc ibi Henrich. Boich. quem refert & ſequitur Tiraquel. de retract. §. 1. glo. 9. num. 46. dicens, propterea filium vaſalli, qui alienauit feudum antiquum, poſſe ſibi eam alienationem reuocare, in eoque præferri cæteris agnatis, ſi alienatio facta eſt iure, vel conſuetudine non permittente, poſt Iſer. Alua. Cardin. Bald. Lauden. Curt. & alios in locis ab eo citatis. Faciunt, quæ ſcribit Iaſ. conſ. 9. num. 6. allegans text. in c. primo, de natura ſucceſsio. feud. quòd illi ſolùm admittantur ad feudum, qui ſunt de linea deſcendentium ab illo, qui feudum acquiſiuit, & dicuntur proximiores, imò magis debuit fieri oblatio filijs, cum eſſent in ſpe probabili, & conſiderabili, ac proxima ſuccedendi in dicto feudo, dict. §. Titius. Faciunt notata per Alexand. conſi. 45. num. 2. volum. 6. & in ſimilibus terminis oblationis faciendæ agnatis ex forma ſtatuti conſuluit Socin. Iun. conſ. 4. num. 10. & pluribus ſequentib. volum. 2. vbi concludit, oblationem debere fieri filijs, ſi pater vendat. Sonsbechius de feudis in 13. part. num. 116. & ſequent. Nec obſtat, quòd prima facie dici poſſet, ſuperfluè filijs eſſe faciendam oblationem, cum non habeant, vnde ſoluant: quia hæc ratio non eſt concludens, aliàs ſequeretur, quòd pariter non eſſet facienda agnatis oblatio, præſertim proximioribus, ſi eſſent pauperes, prout ſæpius contingit, etſi nō haberent, vnde precium ſoluerent, & tamen decreta in hac oblatione non conſtituerunt differentiam inter agnatos diuites, & pauperes, ſed omnibus indifferenter voluerunt fieri oblationem. Præterea iſtud obiectum pugnat contra textum in §. Titius. ſi de feudo fuerit controuerſia inter domin. & agnatos, vbi ſecundum communem intellectum filius poteſt recuperare feudum à patre alienatum, viuente patre, reſtituto precio, quod reſtituere non poſſent, niſi proponatur, ipſos poſſe habere: ita reſpondet Sonsbechius loco ſuprà citato. Si igitur hæc qualitas non fuerit ſeruata, quia non appareat de aliqua oblatione facta filijs, & agnatis omnibus, nulla erit alienatio feudi, veluti facta, hac ſolemnitate non interueniente, quam obſeruatam fuiſſe probare debet emptor conuentus. Nec eſt ſtandum aſſertioni partium, ſeu notarij, Barbat. conſ. 40. colum. 5. volum. 1. vt ſuprà diximus, & infrà abundè cōfirmabimus: quinimò cum proponatur facta miniſterio procuratoris, non
3 ſolum debet conſtare de oblatione, † ſed quòd tempore oblationis fuit exhibitum mandatum, Neuiza. dicto conſ. 10. num. 12. & 13. poſt plures per eum allegatos: & faciunt,

faciunt, quæ scribit Alexan. cons.191.num. 1. & sequent. volum.6. quòd debet prius constare de mandato, & num.4.concludit, † ex diuturnitate temporis non præsumi mandatum: idem cons.6. nume.7. & seq. volum.4. & cons.147.num.7.volum.6. Faciunt latè scripta per Felin. in c.1. num.13. de fide Instrum. Curt.Iun. in authen. si quis in aliquo. num.48. & 50. C. de ædend. & est interminis decisio Afflict.273. latè Vantus de nullitate sentent. ex inhabilit. seu defectu mand.num.71. quibus auctoritatibus & iuribus attentis dictum extitit, alienationes feudorum aliter factas, nullas esse veluti factas, non seruatis solemnitatibus à decretis requisitis, vt concludit Neuiza. cons. prædicto: cui addo Marc. Mantua. cons.235. loquentem in materia oblationis, de qua latè scribit Curt. in 4.part. princ.in 3.reg.in 1.quæst. quæ quidem qualitates seu solemnitates à decretis requisitæ, etiam obseruari debent, vbi in licentia alienandi non fuisset dictum, Seruata forma statutorum, sed simpliciter concessa licentia alienandi, argumento c. cum M. Ferrariensis, de constitutionibus. Decius d. consil.403. num.17. cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio appellari potest omnis iuris exclusio, quæ per temporis lapsum inducitur.*

2 *Tempus anni vnius, quod competit filijs, vel agnatis ad recuperationem feudi alienati in agnatum remotiorem, extenditur ad annos 30. quando alienatio est facta in extraneum, & vtroq; casu, non aliàs currit præscriptio, nisi à die scientiæ.*

3 *Scientia certa esse debet ad hoc, vt per lapsum temporis 30. annorum inducatur tacitus consensus, siue expressus.*

4 *Scientia cum omnibus suis qualitatibus requiritur ad hoc, vt aliquid perfectè intelligatur.*

DECISIO CLXXVI.

Tempus ad reuocandum feudum alienatum non currit, nisi à die scientiæ, & scientia debet esse certa.

VErùm quoniam aduersus liberos, vel agnatos vendicantes feuda, ab antecessoribus alienata, sæpiùs opponi contingit exceptionem taciti consensus, quem dicuntoriri ex taciturnitate vnius anni, si contra agnatum vlterioris gradus, vel 30. annorum, si aduersus extraneum emptorem feudi agatur iuxta dispositionem §. Titius filios: iuncta gloss. si de feud. fuer. controuers. inter dom. & agna. exceptioq; taciti consensus larga interpretatione sumpta, præscriptio dici potest, † cum nihil aliud sit præscriptio, quàm ad omnis iuris exclusionem, temporis præfinitio seu præfixio, vt nominatim concludit Balb. de præscriptionib. in prima parte, colum prima, iuribus per eum adductis, Didac. in rele. c. possessor. in princ. num.3. & 4. & in terminis nostris textus in d. §. Titius, iuncta glos. in verbo, Consensit. & in verbo, Per annum, intelligendo eam secundum leges ibi allegatas, quę in præscriptione loquuntur: idcirco lectores admonendos putaui, quo ad hanc exceptionem taciti consensus, † vt quemadmodum tempus anni, quod competit filio vel agnato ad redimendum, seu recuperandum feudum in agnatum remotiorem alienatum, incipit currere à die scientiæ, d. §. Titius, in fine: ita incipiat à die scientiæ currere tempus annorum 30. quando facta est alienatio in penitus extraneum: ita nominatim scribit Afflict. in dicto §. Titius, in fin. post glos. & alios Scribentes, vbi in 3. notab. vnum dicit notatu dignum, si verum esset, quod si fiat alienatio feudi ex pacto & prouidentia in penitus extraneum, requiritur consensus agnatorum expressus, & non sufficiat tacitus: & ratio prædictæ extensionis est in promptu, quia ratificatio, quæ inducitur ex tacito consensu propter lapsum temporis regulariter non currit ignoranti, Bal. qualiter olim feud. pote. alien. § porrò. num.3. † huiusmodiq; scientiam actus, qui dicitur ex cursu temporis ratificari, semper debere esse certam, nec sufficere, eam esse præsumptam: ita expressè tenet glos. communiter recepta in §. præterea, in verbo, Regressum, vers. item istud intelligo, quando ex certa scientia, in tit. quib. mod. feud. amittatur, & in titulo, de prohib. feud. alie. per Lothar. in verbo, Permissione, in fine. Iaf. cons. 107. num.2. vol.4. & latè, ac in indiuiduo in terminis d. §. Titius. idem Iaso. cons.159. col. penult. versic. tertiò principaliter. & colum. seq. vsque ad versic. vltimò accedit. volum.2. quod consilium omnino videndum est, quia ponit falcem ad decisionem huius quæstionis, & declarat, quomodo dicatur certa scientia: cuius opinio comprobatur ex notatis à Specul. in titulo, de empt. & vendit. §. tertio. num. 26. vbi nominatim dicit, quòd personæ consentienti iam factæ alienationi, legi, vel statem

tem declarari debet tenor Instrumẽti alienationis, & de hoc plenè certificari, l. cum Aquiliana. ff. de transact. quem refert & sequitur Ruin. cons. 128. num. 4. vol. 1. argumento notatorum per gloss. ordinariam in c. concertationi. in verbo, Sciuit, de appellationib. in sexto. quam refert & sequitur Alex. cons. 114. num. 4. volum. primo
4 concludens, † quòd vbi in aliquo actu requiritur scientia, non sat est eam simplicem esse, sed oportere scientiam facti cum omnibus qualitatibus suis interuenire, adeò quod perfectè res intelligatur, vt latè concludit Crauet. cons. 197. num. 14. post gloss. Oldra. Bal. Paul. de Cast. & Corn. per eum citatos, cum multis alijs concordan. à Tiraquel. more suo congestis, tracta. de retract. §. 36. glos. 11. numer. 30. & seq. quibus addo Paris. cons. 47. num. 97. & seq. vol. 1. Natta cons. 162. num. 23. & in cons. 636. num. 192. & seq. vbi post Iaso. & Paul. de Castro, in locis per eum relatis, dicit, quod text. in d. §. Titius. si de feud. fuer. controuers. inter dom. & agnat. loquens de agnato sciente alienationẽ feudi, vt excludatur ab eius reuocatione per lapsum anni, si tacuerit, non procedat, nisi in agnato sciente tenorem alienationis. Conueniunt scripta à Iaso. in l. prima. num. 3. & 4. ff. de eo, per quem factum erit. Idem etiam in similibus terminis tenet Ruinus cons. 49. num. 12. vol. 1. 66. num. 18. vol. 3. expressè dicens, quòd in casu, in quo scientia, & patientia præiudicat, debet de scientia verè & certè constare, non autem præsumptiuè, quia concurrerent duæ præsumptiones. Prima, scientia præsumptiua: secunda tacitus siue præsumptus consensus in liberorum, seu agnatorum præiudicium, quæ duo specialia non admittuntur propter regulam l. primæ. C. de dotis promissione. His conueniunt, quæ scribit Felinus in c. cum contingat. colum. 4. versic. secunda conclusio, de officio deleg. & Socin. Iun. cons. 76. num. 53. volum. 1. post Salycet. in l. filius famil. C. de petit. hæred. Si igitur non appareat, feudum vendicantes habuisse certam scientiam venditionis, & qualitatum eiusdem, cum potuisset venditio esse conditionalis, vel ad certum tempus, seu ad vitam tantum alienantis, vel cum aliqua modificatione, quibus casibus cognitis, forsan fuisset sequuta ratificatio, vel non, & si fuisset subsequuta, fieri potuisset cum qualitate vel modificatione aliqua adiecta: idcirco si non constabit de vera scientia dictæ venditionis indubitati iuris est, non nocere taciturnitatem vnius, vel triginta annorum respectiuè, nec inductum esse tacitum consensum: & ita censuit Senatus esse necessariam, certam, & specificam scientiam Instrumẽti alienationis in causa dominorum Alerami, & Io. Antonij fratrum Condominorum Cercenaschi, & aliàs pluries iudicauit. Vnum etiam putaui non tacendum, quòd quando consensus est de substantia alicuius actus, nunquam ex diuturnitate temporis præsumitur, teste Alex. cons. 50. num. 5. vol. 5. distinguente inter consensum requisitum de substantia actus & consensum requisitum de solemnitate, & est de mente Bar. in l. 1. num. 2. & 3. C. de filijs famil. & quemadmod. pater pro eis tenen. lib. 10. Cephal. cons. 148. num. 17. & sequent. vt etiam ex his, quæ infrà Deci. 79. num. 1. & 2. reprobatur.

SVMMARIVM.

1 *Actioni nondum natæ, seu competenti præscribi non potest.*
2 *Præscriptio non currit contra eum, qui dicpo iurè impedimento agere non potuit.*
Præscribi non potest id, quod non est in actu, sed in potentia, nunquam eodem.
3 *Actioni filio competenti, ad recuperationem feudi alienati à patre nullo restituto precio, non præscribitur, nisi post mortem patris alienantis.*
4 *Bru. cons. 67. in fin. confutatur.*
5 *Corn. cons. 304. col. 12. & seq. vol. 3 reprobatur.*
6 *Præscriptio non currit propter dolum, & malam fidem præscribentis.*
7 *Malam fidem contrahentes habere præsumuntur, qui cum prodigo & consumpturo ac solemnitatum contractu requisitas non obseruant.*
8 *Mala fides afficit etiam singularem successorem.*
9 *Tregua siue induciæ magis bello, quàm paci equiparantur.*
10 *Præscriptio tempore belli non currit, sed quiescit, & dormit.*
11 *Impeditus aliquo impedimento an teneatur probare diligentiam, vel saltem de ea adhibita protestari.*
12 *Impedimentum vbicunque notorium est, necessaria protestatio, siue aliqua diligentiæ probatio, aliter vt à mora excusetur, non est.*

DECISIO CLXXVII.

Aduersus filium vel agnatum vendicantem feudum alienatum currit præscriptio, & quando.



SOLET etiam vt plurimùm aduersus filios, seu agnatos vendicantes feuda ab antecessoribus alienata, opponi exceptio præscriptionis longi, vel longissimi

gissimi temporis, iuxta tex. in titulo, Qualiter olim feud. pote. alien. §. porrò. & in titulo, si de feud. defun. cont. fuer. inter domi. & agnat. §. si quis, per 30. & §. Titius filios, eodem titu. in qua, cum variè scripserint Doctores, non ab re putaui ad litigantium vtilitatem communes conclusiones proponere, vt illis intellectis lites ac controuersias fugere discant. Prima igitur conclusio erit, actioni † nondum natæ, seu competenti præscribi non posse, cum omnis præscriptio etiam longissimi temporis tunc, & non antè, currere incipiat, ex quo natæ & competere iure actiones cœperunt, l. sicut. §. qui ergo. vbi glos. in verbo, Seruanda. l. cum notissimi. §. quamobrem. & §. illud. C. de præscriptione xxx. annorum. l. 1. §. ad hæc. versic. sed ex quo ab initio competit, & semel nata est. C. de annali præscript. l. contra maiores. C. de inoffic. testament. vbi glos. Bart. in l. Senatusconsulto. ff. de offic. Præs. Alex. cons. 101. num. 21. & seq. vol. 7. Cuma. cons. 177. nu. 3. Balb. de præscriptionibus in prima parte sextæ partis principalis, versic. vigesimus secundus casus, in principio. Curtius Iun. cons. 181. num. 4. & 5. Socin. Iun. cons. 52. num. 9. & 10. volum. 3. Alciat. resp. 399. num. 11. licet in casu suo forsan non benedicat Grat. resp. 101. num. 42. & sequen. lib. 2. Cravet. de antiq. temp. 4. part. numer. 199. Quinimò dato, quòd competeret, seu nata esset † actio, sed impediretur quis agere propter aliquod iuris impedimentum, cui prouidere non posset, adhuc non curreret præscriptio, d. l. 1. §. fin. C. de annali exceptione, authen. nisi trigennale. C. de bonis materni. l. in rebus. §. omnis. C. de iure dot. vbi Baldus, l. si hæres vnus, in fin. ff. famil. hærciscund. Dec. cons. 468. num. 33. & cons. 498. num. 23. post Bar. & alios per eum adductos, & in cap. cum inter. colu. 8. versic. succesiuè, de exceptio. Baldus latè ind. prima parte sextæ partis principalis. versic. 21. & 22. casus. vbi in apostillis, post Paul. de Castro, & Bal. concludit, id quod non est in actu, & potentia præscribi non posse, & colum. 8. versic. amplia secundò. dicit, quòd sicut non valenti agere non currit præscriptio: ita nec illi, qui si ageret repelleretur exceptione, Do. Rolland. à Valle, cons. 79. numer. 14. & sequentibus. His accedit regula l. nihil interest. ff. de regul. iur. Bal. in l. quamdiu, in quarto not. ff. de acquir. hæred. vbi per illum tex. notat, quod antequam ius incipiat cõpetere non potest currere terminus super exercitio vel acceptatione illius iuris, sequitur ibi Imol. num. 1. Socin. Iun. cons. 128. num. 140. & sequent. vol. 1. Tiraq. de præscript. §. 1. glo 7. col. penult. Neuiza. d. cons. 10. num. 18. & sequent. vbi dicit, posteriores agnatos non posse dici negligentes in agendo ad reuocationem feudi, si proximiores eos præcedebant, propter quos non valebant agere, quia non valenti agere non currit præscriptio, Modern. Paris. cons. 2. num. 13. cons. 6. num. 14. & pluribus sequentib. cons. 7. num. 49. & seq. † At cum actio siue ius recuperandi feudum alienatum ab aliquo anteceſſore non restituto precio, non competat, nisi mortuo alienante, & alijs, qui vendicantem præcedunt, vt concludunt communiter Docto. præsertim Afflict. in d. §. Titius. Neuiz. d. cons. 10. Ergo prædictæ actioni, seu iuri ante mortem alienantis, & aliorum prædeceſſorum, non competenti, non poterit præscribi, iuribus & auctoritatibus suprà allegatis: quibus addo nominatim in terminis nostris idem tenentes, Afflictum post Iser. Præpos. & Alua. in tit. de inuestitura, de re aliena. facta, §. quid ergo. colum. 6. versic. in contrarium tamen est veritas. vbi expresè dicit, quòd ex quo ista actio non competit filio, nisi post mortem patris, propterea non currit præscriptio, viuente alienatore. Iaſ. cons. 7. col. penult. & vltima. vol. 3. post Iserniam, Bald. Anchara. & Abbatem, per eum citatos, & cons. 118. num. 4. cons. 136. colum. fin. volum. 4. Dec. cons. 208. col. 3. versic. & hoc maximè videtur. cons. 38. num. 4. versi. tertio considerandum, & cons. 445. num. 48. Guliel. mus à Perno in 3. notab. num. 4. & 5. Corne. cons. 94. litera R. volu. 2. concludens, semper esse detrahendos annos vitæ patris, Curt. Iun. de feud. in 4. part. versic. prima ergo regula. post Socin. consil. 86. Balb. de præscript. in 4. part. in 8. quæst. 12. quæst. princip. Paris. cons. 23. num. 199. & pluribus sequent. vol. 1. Rube. cons. 84. nu. 5. & 6. Natta cons. 437. num. 5. 6. & 7. Federic. Schench. de succes. feud. §. hoc quoque. col. 4. Sonsbechius Germanus in vsibus feudorum in decimatertia parte à numer. 136. vsque ad numerum 142. & numer. 170. cum seq. Alba. cons. 76. num. 3. & in terminis huius conclusionis, Pari. de Puthe. de feud. reinteg. c. 285. post hæc visus. Ex quibus patet, istam esse veram & communem conclusionem, cui famulatur, quod dici solet, Sicut nõ poterit fieri alienatio in præiudicium filiorum seu agnatorum. Ita in eorum præiudicium etiam non poterit vas

fallus

vassus pati præscriptionem, Dec. dict. cons. 445. num. 28. post Paul. de Cast. & Alua. per eum citatos, quos refert & sequitur Rub. d. cons. 84. num. 5. & 6. addens Iserni. & Præpos. ita tenere. Facit text. in l. alienationis. vbi Cepol. & Alci. ff. de verbor. signific. Bar. in l. vbi lex. ff. de vsucapi. l. fi. §. penult. C. commun. de lega. latè Zasi. cons. 15. numer. 25. & seq. vol. 2. & alij cumulati à Tiraq. de retract. §. 1. glos. 9. numer. 244. & seq. Nec suprà scriptis aduersantur scripta Bar. in l. fina. numer. 7. C. de in integ. restit. quòd quando alienatio alicuius rei permittitur, seruata quadam solemnitate, tunc poterit etiam præscribi: quia non habent locum, quando decretum permittens alienationem resisteret contractui, illumq; irritaret, non seruata solemnitate, cum eo casu acquirens tanquam in mala fide, c. qui contrà, de reg. iur. nullo tempore præscriberet: ita in similibus terminis respondet Iaf. cons. 166. in fin. vol. 2. Alci. de præsumpt. regu. 3. c. 30. quos refert Plot. in repet. l. si quando. num. 166. & seq. C. vnde vi. quibus addo text. in d. §. sin autem auaritiæ. Et ex præ-
4 missis demonstratur, t non iure comprobari, quod scribit Brun. cons. 67. in fin. esse imputandum remotioribus agnatis, si non petierunt, proximioribus tempus ad vendicandum feudum alienatum præfigi: deò dictis agnatis remotioribus non prodesse, dicere, quod non cucurrerit præscriptio, quia antè ipsis non competeret actio: quæ cõclusio videtur comprobari posse ex his, quæ cumulat Tiraquel. in titu. de retract. §. 1. glo. 10. num. 57. & seq. & quæ suprà decis. 130. num. 9. & seq. diximus, videlicet creditorem sub conditione, vel in diem posse ante euentum conditionis, vel diei agere, vt reus condemnetur, vel saltem satisdet de soluendo eueniente conditione, vel die: quibus addo Mod. Paris. cons. 26. num. 23. & sequent. vbi plura pro hac opinione adducunt: quoniam si vera esset, iure defendi non posset, quin omnia iura suprà citata, quibus cautum est, nullam etiam longissimi temporis præscriptionem incipere currere, antequam nata fuerit, exercerique sine iuris impedimento actio potuerit, destruantur, cum semper is, qui præscriptione se tueri vult, opponere aduersus agentem posset, iuri agendi etiam antequam competeret esse præscriptum, cum potuerit agens petere præfigi tempus proximioribus ad vendicandum feudum alienatum, vel condemnari reum ad dandum, vel remittendum, eueniente natiuitate & exercitio actionis, quod affirmare, quàm absurdissimum sit, quilibet sani iudicij poterit discernere, eò maximè, quòd iura à Bruno & Modern. Paris. citata eorum opinionem non probant. Nam in §. porrò, qualiter olim feud. pot. ali. à Bruno adducto, ideò præscriptioni aduersus dominum & agnatum locus est, quia illis respectiuè competebat ius vendicandi feudum alienatum, quòd si infra legitima tempora non vendicauerunt, nimirum, si contra eos præscribitur. Nec Alberic. in l. fi. num. 11. & 12. C. de furt. à Brun. citatus, dicit, quòd si illi, qui successiuè per ordinem admittuntur, non petunt præfigi prioribus tempus ad agendum, propterea contra ipsos posteriores præscribatur: sed dicit, posteriores posse petere præfigi prioribus tempus agendi, quo præfixo & lapso, si non egerint priores, admittentur remotiores, nihil omnino tangens de præscriptione. Hinc fit, vt quod remotior pro testati datum est, non debet ad necessitatem trahi, argu. l. non quicquid. ff. de iudic. & quatenus opinio Brun. sustineri posset, restringi deberet ad terminos, in quibus loquitur, videlicet, quando plures gradus ordine successiuo possent feudum alienatum recuperare, secus, quando proximiores non possent vendicare. vtputa, si vasallus, qui alienauit, vel proximiores consentientes, & alienationem comprobantes viuant, quibus viuentibus, non possunt filij vel agnati remotiores vendicare feudum, nisi restituto precio, d. §. Titius filios. ad quod restituendum cogi non possunt, quo fit, vt his casibus non sit imputandum remotioribus agnatis, si non petierunt tempus præfigi prioribus ad vendicandum feudum alienatum, cum illud non possent vendicare, nisi restituto precio. Faterer tamen remotiorem agnatum, qui successiuè per ordinem posset viuente alienatore recuperare feudum, restituto precio, posse petere statui proximiori agnato tempus ad redimendum feudum, quo lapso vel proximiore recusante posset remotior restituto precio feudum recuperare, d. §. Titius. & argu. l. 1. §. sin tra. ff. de succes. edicto. Sed mortuo alienatore, poterit proximior vendicare feudum à remotiore agnato, iuxta notata in d. §. Titius. & per Dec. d. cons. 38. num. 4. vers. & stante tali fideicõmisso. post Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbo. oblig. quibus deseruiunt, quæ scribit Cur. de feud. in 4. part. princ. in 3. regu. in prima quæ-

quæstio.colu.1.2.&3. & arg.tex.in l. grege, §. si sub conditione, versic. sed si sub conditione.ff.de pigno. Nec obstant quæ notantur suprà, & in decis.130.num.9.& seq.cum alijs adductis per Modern. Paris. d. consi. 26.nume.23. & seq. quia admisso, quod creditor sub conditione possit ante euentum cõditionis agere, quod reus condemnetur ad soluendum aut restituendum, vel ad satisdandũ de soluendo, seu restituendo rem debitam eueniente conditione, non propterea sequitur, ergo si nõ eo modo egerit, erit prescriptum actioni, siue rei debitę sub conditione, cũ huiusmodi prescriptio etiã longissimi temporis initiũ non capiat aduersus eum, cui res sub conditione, vel die incerta debetur, nisi postęꝙ cõditio, diesue incerta venerit, tex. sunt expressi in l. fin. §.nemo.& duobus §§. sequen. C. cõmu.de lega. in l. cum notissimi. §. illud. C. de præscriptio.30. anno. & vbiꝙ gloss. & magis communiter Doctor. quibus deseruiunt text. in l. seruo legato. §.1. ff. de lega. 1.& in l. si fundum. ff. de cond. & demonst. cum alijs congestis à Tiraq. de retract. §.1. glo.10. num.45. & seq. † Nec obstant responsiones adductę per Corne. consi.304. colum.12.& sequen. volum.3. videlicet §. finautem auaritię, in l. fi. C. commun. de fideicom. loqui tantum in longi temporis præscriptione, secus in prescriptione lõgissimi temporis, argumento à contrario sensu, quod argumentum an procedat in dispositione negatiua ponit Iaso. in l.1. §. huius autem. nume. 39. & 54. ff. de offic. eius cui mand. est iuris. & dicemus infrà decis. sequenti. & dato quod procederet, locum non habet, quando huiusmodi argumentum esset contra tium rationi alterius legis in simili casu statuentis, ita notat Euerard. in suis locis legalib. c.4. colm.8. versic. tertiò dicta regula, post Imol. in l. qui testamento. § mulier, ff. de testam. Sed in casu nostro istud argumentum est contra rationem d. §. illud, & §. fin. l.1. C. de anna. excep. vbi prescriptioni longissimi temporis locus non est ante natam actionem: ergo non militat argumentum à contrario sensu, & propterea arguendo à coniunctione dictarum legũ, quod argumentum est validum in iure. l. Gallus, §. ille casus, vbi Bar. & Docto. notant. ff. de lib. & posthu. Parp. in l.3. colu.4. ff. sol. mar. Euer. in suis locis legalibus. c. 2. prohibita cessetur omnis prescriptio longi, & etiã longissimi temporis, idꝙ comprobari videtur ex tex. in d. §. finautem auaritiæ, in fi. in illis verbis, nullo obstaculo à detentatoribus opponendo, si nullo, ergo nec prescriptione longissimi tpis, cũ negatiua vniuersalis omne excludat obstaculũ, & sic pscriptionem etiam longissimi tpis, vt in simili specie facti per plura iura respondet Crau. consi.146.numero quarto. quib. in termins nostris accedit tex. in d. l.1. §. fi. in illis verbis nullam temporalem exceptionem opponi in c.1. §. præterea, de capit. Corrad. in illis verbis, nulla obstãte prescriptione, & in c. 1. §. nos aũt, in illis verbis, nullius tpis præscriptione impediente, de prohib. feu. alie. per Fede. Nec vrgẽt quę ibi in contrarium dicit gl. in verbo, Prescriptione, illa, scilicet verba non cõprehendere longissimi tpis præscriptionem, cum cõiter reprobetur dicta gl. teste Afflic. in d. §. præterea, nu.29.& seq.& decis.254.nu.3. & seq. post. Bart. in l. cum satis, nu.1. C. de agri, & censi. lib.11. Nec mouere debet respõsio à Corneo adducta, d. consi.304. colu.13.& seq. litera C. ad d. §. illud, & §. fi. l.1. C. de anna. except. videlicet, prescribẽtem lõgissimo tpe rem fideicommissariam conditionalem, non prescribere aduersus ipsum fideicõmissarium, sed aduersus hæredẽ grauatum dñm pendente conditione, qui agere poterat contra pscribentem, & impedire pscriptionẽ, qua perfecta viuẽte grauato dicit Cor. cõpetere ei qui pscripsit aduersus fideicõmissariũ cõditionalẽ exceptionẽ nõ pscriptionis, sed defectus intẽtionis, & facti, tãꝙ nulla fuerit fideicommissario nata actio, cum nasci impediatur ex dicta prescriptione, Quia etsi aures demulcere, subtilisꝙ videatur Cornei responsio, attñ contra illam pugnant prædicta iura, quibus sancitum legitur, prescriptionẽ longissimi tẽporis nõ excludere creditores, seu fideicommissarios conditionales, nisi tale tempus effluxerit, postꝙ creditores prædicti agere potuerunt, quo fit, vt necessariò psupponendũ sit in terminis illorum iurium possessorem pscripsisse aduersus grauatum, & tñ talis præscriptio non nocet creditoribus conditionalibus ad quod miror Corneum non animaduertisse. accedat, quòd si vera esset opinio Cornei per indirectum tolleretur ius creditorũ conditionalium sine eorum facto contra regulã l. scire oportet. §. si mater. vbi Bar. ff. de tutor. & curato. dat. ab his. c. cum quid vna via, de regu. iuris in 6. cum alijs concordantibus allegatis in gloss. Cro. consil. 103. nu.7. ergo non nocet d. prescriptio creditoribus conditionalibus. proinde vana responsio Cornei, contra quam maximè vrget text. in authen. de nupt. §. sed quod

ſancitum eſt. verſicul. interminatur, à quo ſumpta eſt, aut. niſi trigennale. C. de bonis mat. & in d. l. 1. §. fin. C. de ann. exc. vbi poſſeſſores bonorum maternorũ, vel aliorum ſpectantium filijs familiâs nullam poſſunt aduerſus ipſos filios temporalem opponere exceptionem, niſi trigennale tranſeat tẽpus, & detentatio dominos accipientes cõſtituat, incipiente filijs tempore currere ex quo ſuę poteſtatis apparuerint exiſtentes. Si ergo tertij poſſeſſores bonorum quorũ proprietas ad filios pertinet, etiamſi ex aliquo contractu, & facto patris à iure permiſſo poſſederint longiſsimo tempore nõ excludunt filios familiâs dominos, quia nõ potuerunt agere viuo patre, quantò magis excludi non debent creditores, ſeu fideicommiſſarij conditionales, qui ante conditionis euẽtum agere non potuerunt, factũ enim ſeu patientia patris, vel alterius gratuati non debet nocere fideicommiſſarijs cõditionalibus, iuribus ſuprà allegatis, quibus famulatur regula l. non debet alteri. ff. de reg. iur. & c. non debet aliquis, eo tit. in 6. Nam etſi, qui grauatus eſt aliquid reſtituere ſub die incerta, vel ſub conditione interim ſit dñs, & poſsit alienare, alienatioq; mero iure teneat. d. §. ſinautem auaritiæ, vbi gl. & communiter Doc. Alex. conſ. 65. nu. 1. & 2. volum. 5. Dec. conſ. 323. nu. 1. & alij citati ab Hyppol. in l. fi. nu. 74. ff. de iur. om. iu. Attñ eueniẽte conditione ipſo iure reſoluitur alienatio, & habetur, ac ſi nõ fuiſſet facta d. §. ſinautem. vbi Doc. Dec. conſi. 155. nu. 4. verſ. nõ obſtãte aliqua præſcriptione, intelligens d. §. ſinaũt de qualibet pſcriptione. & hęc à fortiori locũ hẽnt in feudis ex pacto, & quidẽtia, vel mixti antiqui in quib. pſcriptio ẽt lõgiſsimi tpis cõtra vaſallum defuncti ũ non nocet ſucceſſori nõ hæredi, vel hęredi, cũ inuentario, vt concludit laſ. d. conſ. 136. nume. 5. & 6. vol. 4. poſt Bal. & alios per eũ relatos, Pariſ. latè d. conſ. 23. nu. 199. & ſeq. vol. 1. cæteriq; ſuprà citati quibus addo Bero. conſ. 67. num. 47. vol. 1. Secunda põt proponi cõcluſio, nullam currere pſcriptionẽ dũ emens non ſeruatis ſeruandis vixit † pp eius dolũ & malam fidem c. fi. de præſcriptionibus. c. poſſeſſor de reg. iu. in 6. Dec. conſ. 144. nu. 4. Balb. de præſcr. in 4. par. princ. in 12. q. prin. verſ. ſed dubitatur, col. 42. loquẽs in pſcriptione rei feudalis. Calc. con. 25. nu. 13. Alc. d. reſp. 394. nu. 11. cumulate Porti. in ſuis cõm. cõcluſ. lib. 3. c. 44. & 46. latiſsimè Didac. in ſua reſect. d. c. poſſeſſor, qui dolus & mala fides probatur,

6 7 † ſi cũ vẽditore prodigo & cõſumpturo cõtrahatur l. ſi quis cũ ſciret. ff. pro emptore. l. ſi vero. §. ſi adoleſcens luxurioſus. ff. mandi. cum alijs ſimilib. citatis per Neuiz. conſi. 22. nu. 38. ltẽ mala fides probatur ex eo, quod nõ ſeruauerint cõtrahẽtes ſolẽnitates à decretis requiſitas, pſertim vbi obſeruari expſſe ẽt reſcripto Principis mãdatur, quorũ omiſsio arguit, vt dictum eſt, malã fidem. l. 1. vbi gl. Bar. nu. 11. & cõr Doct. C. de fin. inſtru. & iure ha. fiſ. li. 10. c. qui contra. de reg. iu. in 6. Neuiz. d. conſ. 85. nu. 14. & in terminis qñ forma ſtatutorũ non fuit obſeruata Pariſ. conſ. 100. n. 67. & ſeq. vol. 1. poſt Bart. Ang. Abb. Ro. Barba. Pau. de Caſt. Alex. & Soc. per eũ citatos, latiſsimè Bru. de for. & ſolem. artic. de potent. & effect. formæ

8 col. 11. verſ. 7. effectus † His deſeruiunt quæ nominatim ſcribit Rui. conſ. 170. nu. 34. volu. 1. per tex. in l. in cauſæ. §. interdum. & ſeq. ff. de min. poſt But. & Imo. per eũ citatos, q titulus qui põt reſcindi nõ pſtat iuſtã cauſã pſcriptionis, ſed arguit malã fidẽ, quæ mala fides afficit ẽt ſingularẽ ſucceſſorẽ, vtute acceſsione ſui auctoris, vt latiſsimè concludit Pariſ. conſ. 29. nu. 24. & ſeq. & conſi. 101. nu. 98. & ſeq. vol. 1. Balb. de præſcr. in 2. par. 3. par. prin. q. 12. colu. 2. & ſeq. per tex. in auth. maleficidei. C. de præſcrip. longi tẽpo. Tertia erit cõcluſio, pſcriptionẽ non currere, ſed vt aiunt, dormire durante tempo-

9 re induciarum, & belli, † quia tregua ſiue inducię magis bello, quam paci æquiparantur. Bald. per illum textum, in titu. de pace Conſtant. verſicu. vaſalli qui tempore, quem refert & ſequitur Felin. in c. ſignificauit. num. 1. de ludæis poſt Roman. ling. 306. Ange. Pau. de Caſt. Calderinum in locis citatis, quos refert & ſequitur Boer. pluribus alijs additis, quæſt. 40. numero 2. & deciſ. 172. nume. 23. ex quibus patet hanc eſſe communem ſententiam: quo fit, vt ſicut propter bellum ſuperueniens non currit, ſed dormit præſcriptio, vt infrà ſtatim demonſtrabimus, ita propter inducias, ſeu treguam, vt concludit Boerius loco ſuprà citato. Quod autem † tempore belli

10 non currat, ſed dormiat præſcriptio, tenent communiter Doct. præſertim Abb. & Felin. in c. ex tranſmiſſa, de præſcriptionibus vbi Pariſ. num. 6. & 7. dicit procedere ſiue tempus hoſtilitatis ſit longum, ſiue modicum, & ita eſſe communem concluſionem, quam ante Pariſ. tenuit Balb. de præſcriptionib. in 7. par. c. 6. partis principalis, ver. 1. caſus. Idem Pariſ. conſ. 104. nu. 147. lib. 1. vbi loquitur de bello quod duravit ſeptem annis tantum, poſt Bar. Caſtr. Imol.

Alex.

Alexan. Abb. Corneum, Felin. & Baldum per eum citatos, dicens etiam illud procedere, quando redderetur ius, sed litigantes commode, nec secure venire poterant. Sequitur Roll. à Val. consi. 79. numero 28. & seq. vbi plura ad hoc adducit Calcan. consi. 6. colu. 7. verſ. sed præmiſsis non obstantibus, & numer. 8. Quo fit vt ex iſtis constet hanc esse Doctorum sententiam receptiſsimam.

11 Nec obstat, quod dicitur † debere probari diligentiam, aut saltem protestari, iuxta notata per Boer. deciſ. 40. num. 4. 5. & 6. ex doctrin. Barto. in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautionib. quia diuersa est ratio in casu Bartoli à casu hostilitatis, præsertim de qua agitur, quo tempore non erat tutum mœnia locorum egredi, nec commode, & sine periculo personarū id fieri potest, omniscq; conatus qui fuisset adhibitus nullus, & frustratorius extitisset, & magis prodest tacere, quàm actus frustratorios facere, vt post plures Docto. concludit Pariſ. d. consi. 101. nu. 93. & seq. volu. 1. Boerius verò loquitur, quando partes erant sub eodem dominio, vt expresse dicit nume. 9. Vel responderi potest † prædicta non procedere, quando impedimentum est notorium, quia in impedimento notorio non est necessaria aliqua diligentia, seu protestatio, præsertim, vt à mora excusetur, ita expresse dicit idem Boerius d. deciſ. 40. nu. 7. Felinus in d. c. ex transmiſsa, nume. 1. & 6. post Castren. & Alex. per eum allegatos, & ibi Pariſ. nu. 14. Dec. consi. 356. col. 2. verſ. sic. secundò responderi potest, & verſi. seq. Afflic. deciſ. 79. num. 3. deciſ. 50. numer. 5. & sequ. vbi dicit, ita fuisse iudicatum, Brun. consi. 45. nu. 4. Franc. Curt. in apost. ad Alexand. in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautionib. latiſsimè Rippa, de priuileg. iud. capestis, nume. 24. cum duobus seq. vbi post multos Docto. concludit, communem esse opinionem, probato impedimento præsertim notorio non esse necessariam probationē diligentię, & protestationem, quam sententiam sequutus est Pariſ. dicto consi. 101. num. 95. vol. 1. & clariùs consi. 5. numer. 68. vol. 4. Ruinus consi. 150. num. 14. cum duobus sequenti. vol. 1. & consi. 138. num. 4. & 5. & duobus sequen. vol. 5. quem refert & sequitur Socinus Iunior consi. 104. num. 16. volu. 3. dicens istam esse opinionem veriorem, & magis communem. Neuizan. consi. 50. num. 16. sequens deciſiones Afflicti suprà citatas. His accedunt Dec. & Cagnol. in l. in omnibus causis. ff. de regul. iuris. Rube. in repeti. §. morte. l. non solum, nu. 418. & sequen. ff. de oper. noui nunc. vbi post Bartol. Ang. Paul. de Castro, Iaso. & Areti. quos refert, dicit, satis esse quod probetur impedimentum, & non esse necessariam protestationem, quia omiſsio protestationis non debet tollere ius partis. Craue. consi. 252. numero 5. concludens, non esse necessariam protestationem, quando constat de impedimento, post Gazodinum consi. 66. nu. 9. & secundum prædictas concluſiones fuit iudicatum in dictis causis Casę nouæ, Ozasci, & Lagnasci.

SVMMARIVM.

1 *Positioni multiplici quis respondere non cogitur.*
2 *Protestationis clausula, reuocando responsiones &c. saluat omne ius, & facit responsionem nō dandam haberi pro non data.*
3 *Cathegorica propoſitio, & hypothetica quæ dicatur.*
4 *Decretum disponēs responsiones cathegoricas fieri debere, intelligitur, quando interrogationes, siue positiones sunt simplices, & cathegoricæ, secus, si sint duplices, & qualificatæ.*
5 *Relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
6 *Ex negatiua dispositione nulla sequitur affirmatiua, nec sumitur argumentum à contrario sensu contra negatiuè respondentem, numero eodem, quod ampliatur infrà numero 9.*
7 *Argumentum à contrario sensu nunquam sumitur, quando ita sumendo inducta ad vtum finem operarentur contrarium, & nu. 11.*
8 *Negans sententiam rectè latam non propterea fatetur latam & negans qualitatem facti non fatetur factum.*
9 *Excipiens vel replicans, non fatetur intentionem aduersarij, etiamsi cū qualitate fuerit opposita exceptio vel replicatio.*
10 *C. super, de renunci. quomodo intelligatur.*
11 *Negatiua responsio aliter sumitur, si præcedat qualitatem, aliter verò, si præcedat verbum.*

DECISIO CLXXVIII.

Responsio quæ dicatur cathegorica, & quę hypothetica, & an ex responsione negatiua qualificata resultet implicita affirmatiua.

OPPONITVR nonnunquam exceptio ratificationis venditionis bonorum feudalium: qua stante excipiunt conuenti, & possessores reis feudalis aduersus agentes, dicti feudi non competere

illis vendicationem, seu recuperationem, cum ei qui consentit alienationi feudi vlterior ad illud non detur regressus, vulg. §. præterea, vbi glo. & communiter Doctor. in titu. quib. mod. feud. amitta. §. Titius filios, si de feud. fuer. controuer. inter domi. & agna. cum similibus cumulatis ad regulam, l. quæritur. §. si venditor. ff. de edil. edi. per Tiraq. de retrac. §. 1. glo. 9. numero 119. & sequ. Et hanc ratificationem asserunt probare posse pluribus modis. Primo ex confessione ficta resultante ex decretorum dominicalium dispositione ob responsiones cathegoricè non factas positionibus partis aduersæ. Idem ex confessione affirmatiua implicita, oriente ex responsione negatiua, iuxta notata in c. super, de renunciatione, cum similibus.

Tertiò ex confessione vera, in quibus omnibus animaduertendum est, quia quo ad confessionem fictam resultantem ex dispositione decreti nouissimi positi sub titu. delle poste cautus erit, is cuius confessio ficta allegatur, an positiones legitimè asseueratę fuerint, vt latè scriptum le-
1 gitur suprà dec. 115. † item an positiones sint multiplices, cum positioni multiplici quis respondere non cogatur, secundum gloss. communiter receptam in c. 2. in verbo, Absque rationabili, versi. item si sit multiplex, de confessis, in 6. Curt. in suo tractatu, de positionibus, breuiloq. 10. & 18. post Bald. & alios per eum nominatos, ac protestari de reuocando quamcunq;
2 responsionem, si danda non esset, † quæ protestatio saluat omne ius, & facit responsionem non dandam haberi pro non data, Curt. depositi. in breuiloq. 9. circa finem. Anton. Franc. latè in additi. ad Abb. in capit. examinata, de iudic. his famulatur text. in l. maritus. ff. de quæstio. vbi confessio eius qui respondere tenebatur ei non præiudicat, nec probationem facit regula l. si debitor. §. 1. vbi Bartol. ff. quibus modis hypotheca soluitur, cum similibus. Animaduerte etiam, an positiones sint cathegoricæ, vel hypotheticæ, ad quarum cognitionem † præmitto illam dici cathegoricam propositionem, siue responsionem, in qua subiectum, & prædicatum habet principales partes sui, hypotheticam verò quæ habet duas cathegoricas principales partes sui, & fit hypothetica per dictiones Si, vel aut, & similes: ita declarat nominatim Bartol. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubijs, in principio, post gloss. finalem, in l. quæsitum. ff. de acquiren. rer. dominio, per illa iura, sicq; loquitur decretum, si accurate ponderetur in versiculo incipiente, le risposte, & dum dicit esse in arbitrio partis respondentis facere responsionem cathegoricam, id est simplicem, vel absolutam sine aliqua qualitate, aut copulatiuam, addendo aliquam qualitatem, seu exceptionem, & his duobus modis dicitur responderi cathegorice, quia vtroque modo responsio habet partes principales sui, quo fit, vt quæ responsio fiat simpliciter sine qualitate, vtputa si positio sic loquatur, pono quod sponte ratificasti. & respondeatur, non credo ratificasse, siue cum qualitate, non credo ratificasse sponte, vtroque modo est cathegorica, quia habet partes sui principales. Hypotheticam responsionem intelligit decretum, quando responsio incipit per dictionem, Si & similes, vt expresse legitur versicul. ma volendo alcuno far la risposta in forma hypothetica, respondendo in questo modo, se me gli ha prestati, io gli ho restituiti, nam hæc responsio est hypothetica, tùm quia incipit per dictionem si, cùm etiam contineat duas cathegoricas principales partes sui, prima in illis verbis, se me gli ha prestati, secunda io gli ho restituiti. Ita dicit Bartolus in dicto §. verum. Item animaduertendum est, dum decretum iubet responsiones fieri cathegoricè, seu simpliciter, debere intelligi,
4 † si positio sit cathegorica & simplex, vt ex exemplo in decreto descripto apparet, & ita etiam ex iuris communis dispositione cauetur, quod statutum dsponens debere simpliciter responderi positionibus, interpretari debet, si positio fuerit simplex, secus si duplex, seu qualificata, quia eodem modo potest responderi, quo formata fuit positio, Alexand. in l. 1. §. si quis simpliciter. columna secunda. versicu. secundò limita. ff. de verborum obligat. vbi Alciatus num. 9. & sequen. Socinus in l. 1. colum. 5. vers. secundò limita, post Baldum. ff. de vulgari & pupillari. Sayf. colum. 1. Rippa, numero 26. Bossi. in titulo, de falsis, numer. 178. At si positiones non fuerint simplices, sed cum qualitate, seu relatiue ad Instrumentum in quo aliqua qualitas contineatur, exempli gratia, si ponatur aliquem libere, voluntarie, vel spontanee, aut prout in tali Instru-
5 mento ratificasse, † quo casu relatum in referente cum omnibus suis qualitatibus inesse dicitur, vulgata l. esse toto. ff. de her. inst. latè

latè Dec. consi. 47. tunc responsiones non simplices, sed qualificatę, seu relatiuę, vt si dicatur, non credo sponte & legitimè ratificasse, aut, put in tali Instrumẽto relato, congruę & legitimę dicentur. congrua enim illa dicitur responsio, quæ positionibus, & interrogationibus correspondet, ex cõmuni Doctorum sententia in dicto §. si quis simpliciter, & in d.l.1. ff. de vulg. & pupilla. substit. quo fit, vt congrua, & categorica dicatur responsio, si positioni continenti aliquem sponte ratificasse, respondeatur, non credo sponte ratificasse. Hinc quæritur, an ex huiusmodi responsione † resultet implicita affirmatiua, scilicet ratificasse, non tamen sponte, iuxta nota in c. super, de renunciat. & per gloss. in l. nec codicillos. C. de codicill. cum similibus. Contrarium tamen verius visum fuit, videlicet, talem responsionem negatiuam non continere in odium respondentium aliquam affirmatiuam, cum regulare sit ex dispositione negatiua nihil sequi, nullamq; induci affirmatiuam. l. ex facto. ff. de hæred. instit. ex quo text. Bal. in l. 2. C. de condit. insert. & in titulo, de pace const. §. vasalli qui tempore, circa finem notat, ex dispositione negatiua non induci affirmatiuam, & Bald. refert & sequitur Alexand. consi. 70. numero vigesimosexto, volumi. quinto. post Ancharan. in c. canonum statuta, de constitution. concludens ex responsione negatiua nũquam resultare affirmatiuam, nec argumentum à contrario sensu contra respondentem sumi, teste Curt. Sen. consi. 16. columna septima, versicu. & fortius, & nominatim notat Purpurat. in l.1. numero 682. ff. de officio eius, cui mand. est iurisdictio, quod argumentum à contrario sensu nunquam sumitur, quando ita sumendo inducta ad vnum finem operarentur contrarium, & citat Bald. Alexand. Decium, & Aquensem ita tenere, Paris. consi. 141. numero decimoquarto, volum. quarto. post Oldrad. consi. 228. expressè dicens, inducta ad negandum non posse interpretari affirmatiue, & videtur decisio Imol. in l. Gallus. §. forsitan, post glo. in verbo, Non rectè. ff. de lib. & posth. Bald. tamen colum. 8 septima, ibi, † quòd negans sententiam rectè latam non propterea fatetur latam quia negans qualitatem facti non fatetur factũ, & Imol. refert & sequitur Ias. in l. decem, numero quadragesimoseptimo. ff. de verb. obligatio. & in l. Iulianus, numero decimo tertio. ff. de condi. indeb. Alexand. in Apostillis ad Bartol. in l. non vtiq. ff. de exceptionib. & consi. 49. nume. 10. volum. 7. affirmans, omnes sequi prædictam decisionem, quam etiam sequitur Zas. consi. 1. nu. 70. lib. 2. Natta consi. 18. num. 8. & 9. & hoc idem tenet gloss. communiter recepta in l. 2. §. quod obseruari, in verbo, Existimet, circa medium. C. de iureiurando, propter cal. vbi expressè dicit, quod si aliquis positioni continenti aliquem esse mortuum respondeat, non credo talem viuere, non sequitur, quod credat eum mortuum. Idem dicit post illam glo. Specul. in titulo, de positionib. §. sexto, nume. 14. concludens, per huiusmodi responsionem nihil poni, & dictam gloss. & Specul. refert & sequitur Geminian. in c. præsentium, num. 31. de testib. in 6. Hinc infert Ias. in §. item si quis postulante, num. 77. Inst. de actionib. quod vbicunque confessio, vel responsio est negatiua, siue in ciuilibus, siue in criminalibus, nunquam ex tali confessione, siue responsione sequi potest sententia. Idem Ias. in l. licet Imperator, numer. 37. ff. de legat. primo. Et suprà dicta clarè comprobantur ex cõmuni regula, & cõclusione, quod qui 9 † opponit exceptionem vel replicationem, quæ etiam exceptio dicitur, l. 2. §. 1. ff. de except. nihil de intentione aduersarij confitetur. l. non vtiq. ff. de exceptionib. c. exceptionem, de reg. iuris, in 6. text. est in fortioribus terminis in c. venerabilis, de exceptionibus, glo. communiter recepta in l. si quidem, in verbo, Contestatione. de exceptionibus, & est communis opinio legistarum, & canonistarum, vt concludit Socin. in d. c. non vtique, Abb. Imol. Felin. Dec. & Paris. in d. c. cum venerabilis, Ias. in l. decem, numero quadragesimosexto, & seq. ff. de verb. obli. concludentes, id procedere non solum si simpliciter fuerit negatum, sed etiamsi cum qualitate, vtputa negando exceptionem oppositam esse legitimam, non propterea fatentur exceptionem, ita dicunt esse communem opinionem Deci. in d. c. venerabilis, columna decima. Paris. numero quadragesimooctauo: & his adstipulantur, quæ scribit Speculat. in titulo, de positionibus. §. 10. nume. 14. in fine, quod facta positione contra aliquem asserendo illum esse debitorem, caute faciet reus si præmissa negatione respondeat, Ego non debeo pure, quia respondendo hoc modo nõ videtur fateri actoris intentionem d.l. non vtiq.

Non obstat tex. in d. c. super hoc, de renunc. cum alijs similibus in contrarium allegatis, quia multifariè tolli potest. Primo

10 quia loquitur, † & ita à Doctoribus interpretatur procedere in materia probatoria, ad effectum vt is qui negat, admittatur, ad probandum suam exceptionem siue replicationem propositam ad exclusionem intentionis aduersarij, cuius intentio iam erat fundata, vt in d.c. super. vers. quam si forte, ideo nimirum si negatiua quæ sui natura est improbabilis, habeat inclusam affirmatiuam, ad hoc vt negans suam exceptionem siue replicationem probare possit, non autem ad effectum vt censeatur aliquid cõfiteri de intentione aduersarij, alioquin actus agentium operarentur contra eorum intentionem quod lex non admittit l. non omnis. ff. si cert. petat. & inducta ad vnum effectum operarentur contrarium cõtra l. legata inutiliter de adimend. leg. & l. legata inutiliter de legat. primo, ex quibus regulis in similibus terminis Iaso. in d. l. Iulianus, numero decimotertio. versicul. secundò bene facit. ff. de condit. indebiti, cõcludit rñsionẽ seu confessionẽ ab aliquo factã ad vnũ effectũ non debere operari cõtrarium effectũ, dato quod verba illud innuere videantur. Et sic in casu dicti c. super affirmatiua implicita in negatiua non operatur contrarium effectum negatiue, sed tendit ad eundem finem, & propterea argumentum à contrario sensu facilè in eo
11 casu admittitur, † secus est in terminis nostris vbi contrarium effectum operaretur, quo fit vt nullomodo sumi possit dictum argumentum: ita notat Purp. loco suprà citato, & nisi ita intelligamus, offenderetur regula d. l. non vtique. & d. c. cum venerabilis, ac communes Doctorum supra relatę conclusiones, quod negans sententiam rectè latam non censeatur fateri latam, similiter negans exceptionem esse legitimã non fatetur exceptionem, & qui negat se debere pure non videtur fateri se debitorem sub conditione. † Responderi secundo
12 potest maximã esse differentiam, an dicatur, credunt non legitimè seu sponte ratificasse, vel dicatur, Credunt non ratificasse sponte vel legitimè, & sic an negatiua præcedat qualitatem, an vero verbum, vt primo casu quando negatiua præcedit qualitatem vt si dicatur credo non sponte ratificasse tunc habeat implicitam affirmatiuam, tanquam fateatur se ratificasse licet non sponte. Secundo vero casu quando præcedit verbum non habeat implicitam affirmatiuam, tanquam neget actum verbi. s. non ratificasse, & hanc resp onsionem comproba mus ex doct. Gemi niani in c. præsentium. colum. penul. versi cu. secundò not. de testibus in 6. post glos. in d. §. quod obseruari. & Speculat. in tit. de positioni. §. 6. Sed in d. c super, negatiua præponitur qualitati vt ibi glos. in verbo, Neget. & Innoc. in fin. ideo non mirum si in se affirmatiuam continet, quod multò fortius procedit si aduersarius prædictam responsionem improbabit & non acceptabit, quia tunc in ea se fundare non poterit c. ex eo de regul. iuris in 6. c. cum olim de censibus. Bald. in l. cum precum. columna prima. C. de liberali causa Dec. in d. c. cum venerabilis, colu. 9. nam sicut ex positione negatiua, quis non potest se fundare et Spec. de positionibus. §. 8. nu. 1. & ibi Bald. in additionibus, col. 8. vers. ponens Guid. Papæ consi. 182. vbi dicit istam esse communem opinionem quam tenet Prac. Pap. de forma exceptio, contra positio. in verbo, Primo quod est publica vox & forma, versicu. tertiò quæritur an ex positione negata, rumpugnans responsionem non potest se in ea fundare Perus. in d. c. fin. numero 7. de iureiurando in 6. & ita pluries iudicatum fuit in Senatu.

SVMMARIVM.

1 *Metus probatur coniecturis & præsumptionibus.*
2 *Metus illatus coniunctis sanguine dicitur nobis illatus.*
3 *Seuicia patris vel alterius, cui debetur reuerentia probata, non tenet ratificatio.*
4 *Metus præsumitur ex precibus eius, cui debetur reuerentia.*
5 *Metus præsumitur probata enormi læsione ratificantis factum eius, cui debetur reuerentia.*
6 *Læsione enormi data renunciatio facta patri, non obstante iuramento reuocari debet.*
7 *Ius in spe radicatum in contractu ex causa de præterito dicitur considerabile, & probabile.*
8 *Metus, quando dicatur purgari tacito consensu cauto lapsu longi temporis à ratificatione.*
9 *Consensus mentalis nec verbo, nec facto demonstratus non accommodatur actibus hominum, nec reddit actus ipsos essentialiter profectos.*
10 *Tacens in actu quem non potest impedire præsumitur dissentire, si agatur de eius præiudicio.*
11 *Consensui nihil tam est contrarium quàm vis & metus.*
12 *Metus nunquam dicitur purgatus durante tali causa metus.*
13 *L. fin. C. si maior factus alien. rat. hab. quomodo intelligatur.*
14 *Præscriptio longi temporis non currit contra minorem.*
15 *Præscriptionem longi temporis allegantis tria necessariò sunt probanda.*

16 Ratis-

16 *Ratificatio etiam iurata ex defectu consensus iusto errore causato propter assertionem venditoris, seu emptoris non valet.*

17 *Clausula, Si preces veritate nitantur, etiam locum habet in contractibus.*

18 *Ratificatio limitata limitatum producit effectum.*

DECISIO CLXXIX.

Ratificatio expressa, siue tacita alienationis bonorum feudalium, quando dicatur valida.

PRobatur etiam, vt plurimum ratificatio ex Instrumentis, in quibus filij vel agnati nonnunquam minores expresse ratificant ipsas alienationes bonorum feudalium, cum iuramento renunciationibus, & alijs clausulis in similibus ratificationibus apponi solitis & consuetis, contra quas ratificationes vidi sæpius à filijs oppositum, quod metu factæ fuissent, & propterea non tenere, nec nocere ipsis filijs toto titulo, de his, quæ vi, metusue causa gest. sunt. ff. C. & extra, idcirco videndum est, qualiter probetur huiusmodi metus, cum certi iuris sit, † metum probari præsumptionibus, & coniecturis, vt latè concludit Boer. decis. 101. Prima igitur vrgens præsumptio metus, illa erit, si matri minæ, aut verbera illata fuerint, cum pars viscerum maternorum sit filius. c. afferte, de præsumptionibus, Bal. in repetit. l. 1. colum. 6. C. vnde vi. per text. in l. isti quidem. ff. de eo, quod met. causa. † idem si alijs sanguine coniunctis, Bal. in l. 1. C. de ind. vid. toll. vbi ex d. l. isti quidem, notat metum dici alicui illatum, si coniunctis sanguine inferatur. faciunt quæ scribit Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, num. 18. ff. de nou. ope. nunc. & in l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. & quæ notat Rota decis. 463. in nouis. latissimè Felin. in c. ecclesia S. Mariæ, num. 99. de constitutionib. vbi iniuriæ, damna, verbera, minæ illatæ coniunctis sanguine, alijs coniunctis dicuntur illatæ, plura ad hæc adducit D. Rolland. à Valle cons. 2. num. 62. & sequent. nam si coniunctis sanguine metus ea, vel simili causa illatus extitit, vtique timere potuit sibi inferri, hinc fit, vt paria sint aliquid coactè facere, vel metu necogatur. l. nouissimè, vbi Bald. ff. quod fallo tur. authen. quem refert & sequitur Dec. cons. 690. numer. 10. post Ancharan. & Andre. Isern. per eum allegatos, Barto. *in l. 2. in 2. lectura*, versic. debetis scire. C. de his, quæ vi metusue causa fiunt, Patis. cons. 139. num. 17. volum. 4. post Felinum locis ab eo citatis, Aretin. cons. 14. colu. 12.

3 † Qua patris vel alterius, cui debitur reuerentia sæuitia sic probata etiam remotis minis vel verberibus, deberet officio iudicis rescindi ratificatio, veluti ob nimiam reuerentiam, & iustum metum facta, vt eleganter concludit Rodoricus Suares in suis allegationibus, cap. 24. vbi plene hunc articulum discutit, post gloss. Bartol. & alios per eum citatos, Paris. dicto cons. 139. volum. 4. Secundò præsumitur

4 etiam iustus metus, † si ad preces seu rogitum patris vel alterius, cui debetur reuerentia, probetur ratificatio facta, quia quo ad rescissionem alicuius contractus, preces maiorum æquiparantur metui, teste Socin. cons. 263. numer. 8. post Innocen. Bartolum, & Seue. locis citatis. Neuizan. consil. 22. numer. 22. Iaso. cons. 133. num. 8. volum. 4. Tertia præsumptio metus resul-

5 tare potest † probata enormi læsione, quia tunc sola reuerentia paterna, vel alterius, cui reuerentia debetur, non probatis minis, seu verberibus, sufficit ad inducendum iustum metum & discensum, ita tenent Dec. in c. causam matrimonij, col. 3. versicu. & conclusio suprà facta limitatur post Castren. Anchara. Butri. & Cald. per eum allegatos, citans seipsum cons. 86.

6 num. 6. concludens post plures, † quod data enormi læsione renunciatio facta patri reuocari debet, etiam non obstante iuramento, Socin. d. cons. 263. num. 2. & sequen. Ruin. cons. 170. num. 16. & seq. post plures citatos, volum. 1. Socin. Iun. cons. 47. num. 31. & seq. vol. 3. Alba. cons. 77. num. 21. post plures Doctores, per eum allegatos, affirmans, hanc esse communem opinionem, & cons. 89. numer. 5. & cons. 100. numer. 4. Crauet. cons. 11. num. 12. Curt. Iun. cons. 141. num. 11. Grammat. decis. 103. numer. 49. & sequent. concludens hoc casu non esse necessarium probare minas vel verbera, Capic. decisio. 159. num. 34. Boer. decis. 100. num. 18. Didac. in 3. parte relect. c. quamuis, de pact. *in 6.* §. 4. num. 7. Neuiza. latè d. cons. 22. num. 20. Quando autem ratificantes enormiter dici possint læsi, id facile dijudicare poterunt iudices, nempe si feudo antiquo mixto, seu ex prouidentia antecessorum ad eos spectante priuarentur, præsertim si nihil ex precio dictæ venditionis in vtilitatem ratificantium versum fuerit, nec prædicta tolluntur ex eo, quod obijcitur, filios, vel alios dici non

posse lęsos, cum ius tantum in spe viuente vasallo alienatore habeant. quia respondetur † tale ius esse radicatum ex contractu 7 primæ inuestituræ, quo fit, vt spes huiusmodi sit considerabilis, & probabilis, cum sit radicata ex causa de præterito, vt in nostris terminis respondet Ruinus consil. 3. num. 2. 6. & colum. fina. volum. 1. Aretin. cons. 3. circa finem. faciunt, quæ scribit Oldrad. consil. 224. numer. 27. & quod dicit Decius cons. 107. colum. fina. ius, scilicet in spe quęsitum ex contractu non posse retractari, & cons. 468. numer. 26. Zas. de feud. alien. colu. 18. versic. cum enim. Socin. Iun. cons. 95. num. 29. & sequent. vol. 3. latissimè more suo Tiraquel. de iure primogenitorum, quęst. 40. num. 96. & quęst. 43. num. 20. & Grauet. in suo libello dissolutionum dubiorum pro genero, col. 62. & tribus sequent. nec in contrarium vrget, quòd multa possint contingere, ex quibus filius non succederet, cum mali euentus non sint expectandi. l. inter stipulantem. § sacram. ff. de verbo. obligat. vbi Bar. & alij Doctores. Verùm quia post ratificationem sæpe euenit, decem, & plurium annorum tempora labi. quibus lapsis solent conuenti replicare metum purgari tacito consensu postea interueniente lapsu temporis. l. 2. 3. & 4. & vbique glos. ac Doctores. C. de his, quæ vi, metusue causa fiunt. Animaduertendũ est, 8 † quod ad inducendum consensum tacitum necesse est ab eo, qui vim, & metum patitur aliquem actum spontaneum fieri, ex quo huiusmodi tacitus consensus inducatur, d. l. 2. vbi Barto. in fin. Imol. in l. quæ dotis, col. fin. versic. item adde. ff. solut. matrimo. vbi quærit, an tacens dicatur consentire, & concludit taciturnitatem, seu patientiam simpliciter non præiudicare, secus, si sit admixta cum actu positiuo, Dec. in l. in omnibus causis pro facto, numer. 12. ff. de regu. iur. quibus conueniunt, quæ scribit Bald. in l. potuit. C. de iure delib. in 6. oppositione, dicens, actum exteriorem requiri ad declarandum interiorem animi 9 motum, quia † consensus mentalis, neque verbo, neque facto demonstratus non accommodatur actibus hominum, nec reddit actus ipsos essentialiter perfectos: nam taciturnitas sola etiam per longissimum tempus non inducit in hac materia consensum, quinimò habetur pro contradictio- 10 ne, cum communis sit conclusio, † quod sciens, & tacens in actu, quem non poterat impedire, præsumatur dissentire, etiamsi sit coniunctus, quando talis coniunctio habet in se reuerentiam, decę eius præiudicio tractatur, & eo magis, si sit probata sęuitia illius, cui debetur reuerentia, ita communiter tenent Docto. teste Bart. in l. quæ dotis, num. 22. & 23. ff. solut. matrimo. vbi Barb. in apostil. post Innocen. in c. causam matrimonij, de offic. delega. Alexan. in allegata l. quæ dotis. colu. 9. versic. possunt nihilominus, & versi. secundo modo, Iaf. num. 95. & 104. Sayssel. colum. 6. in fin. Docto. communiter, præsertim Dec. in d. c. causam matrimonij, in 3. col. de offic. delega. post Castren. Ancha. Butri. & Cald. per eum allegatos, Felin. num. 3. & 4. & in c. nonne. num. 1. de præsumpt. Alexan. in l. interpositas, colum. 1. versic. operatur tamen. C. de transact. vbi Curt. Iun. num. 13. Alciat. ibi versicu. quoties tamen damnosum, Natta in repet. auth. quod sine, quæstio. 5. C. de testa. Bald. in l. 1. col. fin. versic. & ego plus dico. C. de bon. mater. dicens, quod silentium interueniens propter reuerentiam patris potius reputatur contradictio quam consensus, & Baldum ac Bartolum locis suprà citatis refert & sequitur Afflict. decis. 58. numer. 3. Ruin. cons. 60. num. 54. volum. 3. concludens, scientem, & tacentem in sibi præiudicialibus haberi pro dissentiente, & quod taciturnitas non operetur consensum manifestissima ratione patet, quia probato metu dicitur probatum quoddam factum, quod est con- 11 trarium consensui, † cui nihil tam contrarium est, quàm vis & metus. l. nihil consensui. ff. de reg. iur. Paris. cons. 53. num. 49. & cons. 58. num. 66. vol. 4. Mutatio autem voluntatis non præsumitur. l. cum hic status. §. 1. ff. de donat. inter virum & vxorem. & l. eum qui. ff. de probatio. Hinc infert Corn. consil. 40. litera K. & sequent. vol. 2. post Barto. Bald. Angel. & Imol. per eum citatos, metum semel illatum præsumi durare. Gozadin. cons. 9. num. 10. quod etiam sentit Barto. in d. l. 2. num. 10. vbi expresè dicit, quòd quando ex actu subsequuto post metum illatum potest sumi aliqua præsumptio, quam approbationis actus ea debet sumi potius, quam quod præsumatur purgatio metus: ergo ad tollendam hanc præsumptionem necesse est probare, aut alium consensum expressum, vel saltem aliquem actum spontaneum ex intervallo interuenisse, ex quo nulla alia præsumptio sumi possit, quàm purgationis metus, quæ per expressum consensum, vel spontaneum aliquem actum superuenientem, desumitur; ita nominatim notat

Dec.

Dec. in d. l. in omnibus, num. 12. & 13. ff. de regu. iur. addens hoc sane debere intelligi, & procedere cessante causa metus, † alias durante eadem causa nunquam dicetur ex subsequenti actu purgatus metus etiam per longissimum tempus. Idem etiam tenet Alexan. cons. 98. num. 8. volum. 3. Iaf. cons. 165. col. 1. vol. 2. Dec. cons. 219. num. 7. versic. sed his non obstantibus, & num. 10. post Aret. cons. 14. vol. 11. versic. sed restat videre de quarto dubio, vbi latè in hac materia metus concludunt, viuente persona, quæ metum intulit, eadem causa, & potentia durãte, nunquam induci purgationem metus. Idem Dec. cons. 498. num. 15. & sequen. latissimè Paris. cons. 139. num. 25. vol. 4. post Bart. in l. 2. C. quod met. cau. Ancha. & Alex. per eum allegatos loquens, quando agitur contra tertium metum non inferentem, & eandem opinionem sequitur cons. 53. colum. fin. & cons. 60. num. 34. vbi in fortioribus terminis loquitur, quando post inductum metum aliquis actus exterior superuenit ad purgandum metum ido neus, quia eadem causa metus subsistente non censebitur purgatus. Idem sequitur Ruin. cons. 121. num. 28. volu. 4. vbi ait, & metum purgatum dici non posse, vbicunq; actus ab initio nullus fuit, Socin. Iun. cons. 77. num. 62. dicens, ratificationem aliquam ex voluntate factam dici non posse, durante metus causa, Grat. respons. 71. nume. 25. Natta cons. 451. num. 17. & num. 20. Roland. à Valle cons. 2. numer. 87. & cons. 95. num. 33. Alba. cons. 77. numer. 14. Crauet. cons. 213. num. 1. circa medium. Idem tenet Boer. decis. 100. num. 13. vbi plures in hanc sententiam allegat Neuiz. cons. 52. num. 52. & sequent.

Nec etiam ex lapsu quinquennij, siue decem annorum post maiorem ætatem censetur purgatus metus ex l. fin. C. si maior fact. alienat. ratam hab. † cum non habeat locum d. lex, quando interuenit dolus. l. 1. eodem titulo, vel vbi alienatio irrita efficitur alio defectu, quàm omissionis decreti, secundum Curt. Iun. cons. 50. & 51. cui in hoc, quod de decreto dicitur aduersatur Corn. cons. 36. litera L. volum. 2. dicens, l. illam generaliter intelligi de omni defectu, quod etiam sentit Paris. consil. 49. num. 24. volu. 1. Igitur prima responsio de dolo tutior est, quam sequitur Ruinus cons. 170. num. 29. volum. 1. Paris. cons. 100. num. 69. & seq. volu. 1. latè Natta cons. 295. colum. 1. & 2. pulchrè Corne. cons. 207. per totum, volum. 3. vbi in litera F. dicit, vnum notatu dignum, post glos. Bar. Bald. & Salycet. per eum allegatos, quod qui non habuit notitiam venditionis minus solemniter factæ, ita quod potuit credere, illam esse solemniter factam, non censetur tacendo consentire, vel ratificare, argu. l. is, qui putat. ff. de acquir. hæred. cum duabus legibus sequentibus.

Quod verò pertinet ad illud, an præscriptum dicatur actioni, seu replicationi quod met. causa, iuxta l. 3. iuncta glo. C. de his, quæ vi metusue causa facta sunt? Responderi potest, non posse dici præscriptum spacio longi temporis, † cum ea præscriptio temporis non currat contra minorem ipso iure, l. final. C. in quibus caus. in integr. restitu. non est necessaria, vbi communiter Docto. glos. in verbo, Minorum, versic. si autem tutos, in l. final. C. si maior fact. alien. rat. hab. Alex. cons. 101. num. 22. volum. 7. glos. fin. in l. 1. C. si quis igno. rem minor. Balb. latè, de præscrip. in prima par. tertiæ part. princip. versic. 23. casus, in princ. & colum. 4. Præterea † alleganti præscriptionem longi temporis tria sunt necessariò probanda: titulus habilis ad translationem dominij, bona fides, & continuata possessio. c. 1. de præscriptio. lib. 6. & ibi Doctores, latè Franc. Balb. de præscriptio. 3. part. princip. quæst. prima. Cum igitur taciturnitas, & silentium in præiudicialibus potius habeatur pro dissensu, & contradictione, quam consensu, vt suprà diximus, absonum est dicere taciturnitate induci tacitum consensum, vulga. l. legata inutiliter. ff. de admen. leg. l. non omnis. ff. si certum peta. cum similibus cumulatis per Crauet. in suo responso pro genero, numer. 460. Quid autem dicendum erit, si aduersus ratificationem non opponatur exceptio metus, sed ratificationem fuisse factam ea mente, ea consideratione, quod alienatio feudi esset facta ex necessarijs debitis, vel ex causa alia necessaria, seruataq; fuisset decretorum dominicalium forma, quod cum obseruata non fuerit, dicunt inualidam præfatam ratificationem, etiamsi sit iurata? Ad hoc respondetur, † quod præfata ratificatio ea mente facta, tanquam ex defectu consensus, & iusto errore causato ex assertione venditoris, & emptoris asserentium in Instrumento emptionis solemnitates seruatas fuisse, nõ sustinebitur, l. si quis affirmauerit, & l. quod venditor. ff. de dolo, glos. ordinaria in l. 2. in verbo, Rectè. ff. quando de peculio actio. annalis fit, quam citat, & sequitur Barto. cons. 90.

num.

num.11.quem refert & sequitur Dec. cons. 318. num.4. Paris.cons.72.num.59. volum. 1.post Barto. Alexan.& Dec. per eum allegatos, Calcan.cons.17.colum.penult.quos refert & sequitur Crauet. cons.157.numer. 14. Ruin.cons.137.num.11. & sequent. vol. 3. Alba.cons.9.numer.50. vbi firmat, istam esse communem opinionem. Faciunt, quæ scribit idem Calcan.cons.19.num.33.& pluribus sequent. vbi latissimè de ratificatione iurata cōtractus inualidi ratione solemnitatis non obseruatæ, & Dec. consil.532. num.12.versic.quia respondetur, dicit ratificationem videri nullam ex defectu consensus: quia partes non consenserunt, nisi esset seruata forma statuti, & iuramentum non intelligitur defectum consensus supplere. idem sentit Ruin. cons.64. num. 12. volum.1. vbi expressè dicit, ratificationem iuratam expressè se referentem ad formam statuti non obseruatam, non nocere. & cons.137. num. 9. & sequent.volum.3. post Bart.Bald.Paul.de Cast.Raphael.& Alex. per eum citatos. Socin.Iun. cons.47.num. 20.& pluribus sequent. volu.3. His conueniunt dicta Decij cons.475. num.28. & 29. dicentis, ratificationem laudi inualidi factam sub ea consideratione, quod laudum esset validum, non nocere, Paris. cons. 24. num.156.& sequent.volum.2. & id probat textus in l. si debitor.§.si in venditione. ff. quib. modis pign. vel hypothe. solui. ex quo expressè notat Bart. quod consensus adhibitus venditionis inualidæ non valet, nec nocet, quem sequitur Alex.ibi, Rom. cons.134. col. 1. versic. an consensus præstitus, Negusan.de pign.in 6. part. in 3.membro, num.27. Rollan.à Valle, cons.2. num. 142. Quibus accedunt, quæ scribit Bru. de forma, & solemnit.in tit. de poten.& effec. form. & solemnit. colum. 18. versic. vigesimus effectus. Nam clausula, si preces, siue narrata veritate nitantur, locum etiam habet in contractibus, quando narrata respiciunt causam finalem, Bartol.in d. cons.90. num.8.Dec.d.cons.350. col. penult. versic. illud videtur procedere, & Calcan.d. cons. 17. suprà citato. Limitata enim censetur ratificatio, dummodo seruata fuerit forma
17 decretorum, † ergo limitatus fuit eius effectus.l.in agris.ff.de acquiren.rer.dom.l.iubemus. C. ad Velleia. Paris.cons.8.num.5. & plurib. sequentib.vol.1. Si igitur constabit venditionem non obseruata decretorum dominicalium forma, quam illęsam Princeps in concessione licentiæ alienandi esse voluit factam fuisse dicitur ipsos contrahentes contrafacientes decreto, & licen-
18 tiæ omnino versatos fuisse in dolo, † quo casu ratificatio non validat venditionem, ita concludit Paris. cons.100. num. 66. & pluribus sequent. volum.1. post Bart. Anchara. Aretin. Alex. Roman.& Barbat. per eum citatos, quod magis procedere debet, quando constaret venditionem factam ex aliquo falso credito, argu. l. 1. §. hæc verba, versic. proinde.ff.ne vis fiat ei. Dec. consil. 464.num.3.& 4. concludens cessionem factam ex falsa causa, seu debito non valere. Et præmissis attentis censuit Senatus ratificationem eo modo factam, non nocere filijs vendicantibus in prædictis causis Noni, & Ozasci.

SVMMARIVM.

1 *Hæres factum defuncti regulariter infringere non potest, quæ tamen regula pluribus modis declaratur, & restringitur, vt infrà latissimè tractatur.*

2 *Hæres factum defuncti inualidum, & contra legis, & decreti prohibitionem seruare non tenetur.*

Quod etiam locum habet, etiamsi iuramentum interuenerit, eodem num.

3 *Contractus, quando redditur nullus ratione mutuæ culpæ, tunc poterit nullitas per contrahentem allegari.*

4 *Venditio à principio nulla non conualidatur ex eo, quod venditor nunquam contradixerit, vel quod consensus filiorum, aut agnatorum interuenerit.*

5 *Regula suprà dicta l.cum à matre. C.de rei vendica. locum nō habet, quando factum patris tendit ad priuandum filium hæredem eo, quod sibi à lege vel prouidentia antecessorum debeatur.*

6 *Pater, quando præsumatur capere sanum consilium pro filijs.*

7 *Fraus ex magno excessu in alienando præsumitur.*

8 *Pater dilapidans bona fideicommisso subiecta cogitur ante euentum fideicommissi illa restituere filijs.*

9 *Expensæ cum redditibus ita moderandæ sunt, vt singulis annis aliquid semper superesse possit, quo creditoribus satisfiat.*

10 *Mala fides in venditione interuenisse præsumitur, in qua non fuerunt seruata seruanda.*

11 *Regula l.cum à matre. C.de rei vend.locum non habet, vbi hæres inuentarium conficeret, & essemus in feudo ex pacto & prouidentia.*

DECISIO CLXXX

Regula l.cum à matre. C.de rei vendic. quomodo intelligatur, & restringatur.

SOLET postremò aduersus agentes adduci dispositio l. cum à matre. C. de rei vendicat.
1 † quod scilicet veluti alienantis hęredes eius factum infringere, & aliena-

alienationem reuocare non possunt, Curt. Sen. d. cons. penult. colum. 5. circa fin. cum pluribus similibus. Ad quam exceptionem elidendam multifarie responderi potest. Primò regulam d. l. cum à matre. non procedere, quando factum defuncti esset inualidum, & contra legis, ac decreti prohibitionem, quo casu hæres non tenetur illud seruare: ita respondet Socinus cons. 79. num. 34. & 47. volum. 4. Socinus Iun. cons. 77. num. 134. Cruet. cons. 200. num. 5. 6. & sequent. Grammat. decisio. 93. num. 7. & sequent. post Isern. Bald. Socin. & Compo. per eum allegatos. Faciunt quæ in simili casu scribit Rolland. à Valle cons. 2 num. 143. & sequen. Neuiz. cons. 9. num. 10. & Alciat. respons. 162. num. 4. Cassan. in consuetud. Burg. rubric. 3. §. 8. in verbo, Ne prent la possession, num. 12. post Aluar. & Afflict. in locis per eum relatis, & per text. quem allegat in c. si vasallus, de alienat. pater. feudi. Imò stante nullitate dictæ venditionis factæ contra formam iuris, & decretorum ipsemet alienans feudum, præsertim, quando alienatio est nulla fauore alterius, vt in materia nostra † posset venire contra factum proprium, & reuocare non obstante iuramento, Bartol. in l. post mortem, in princ. vbi Alex. in apostil. ff. de adoptionib. quos in terminis alienationis rerum feudalium refert & sequitur Afflict. decisio. 335. num. 11. post Innocent. & Abba. in cap. nosti, de electione, Felinum in c. 2. num. 9. de exceptionib. Alexand. consil. 123. num. 5. volum. 1. & cons. 109. num. 2. & sequen. vol. 4. vbi respondet ad regulam l. vendicantem. ff. de euictionib. & consil. 22. num. 4. vol. 6. Calcaneus cons. 125. num. 5. Dec. cons. 185. num. 6. & cons. 445. num. 29. post Bald. & Alexan. per eum relatos. Iaf. in l. si donatione, numer. 7. C. de collat. & cons. 87. colum. 2. lib. 1. Rub. cons. 84. nu. 7. in fine. Natta cons. 289. num. 6. post Bartol. Bald. Feder. de Senis, & Canonistas, per eum allegatos. Sigismund. Neapol. cons. 1. num. 3. & cons. 10. num. 24. Grammat. d. decis. 93. num. 3. & sequen. His conueniunt dicta Baldi in l. acceptam, colum. penul. C. de vsuris, † quod quando contractus redditur nullus ratione culpæ mutuæ, vt in casu nostro, potest tunc per contrahentem allegari nullitas, & in l. 2. in 3. notabili. C. si aduersus rem iudicatam, vbi nominatim scribit, patrem posse venire contra factum suum, tam agendo, quàm replicando de nullitate, quia factum, quod est nullum nunquam parit reo defensionem, facit textus iuncta glos. in §. 1. in verbo, Interdicta. Instit. quib. alienare licet vel non, & quod dicit Angel. d. cons. 94. colum. fina. versic. ad quartum, Campez. de dote, in 4. parte, 4 quæst. 20. † & data nullitate venditionis à principio etiam quod venditor nunquam contradixerit, non propterea validatur venditio. c. quod ab initio, de reg. iuris. in 6. & argum. notatorum per Iaso. consil. 44. num. 4. versic. nec dicat, vol. 1. ergo multò magis filij, & agnati etiam hæredes. Afflic. in d. §. Titius, colu. 3. num. 15. & 16. post Iacob. de Beluisio ibi, argum. l. veteres. C. de contrahen. & commit. stipul. & Crau. cons. 200. colum. penult. post Paul. de Cast. per eum allegatum, etiamsi filij consensissent. Bart. & Alex. in l. si debitor. §. si in venditione, per illum textum. ff. quib. mod. pign. vel hypotheca soluitur. Brunus consil. 36. num. 2. quem refert & sequitur Rolland. à Valle, cons. 2. num. 142. & sequen. Si igitur venditio fuit inualida, vti facta non seruatis seruandis, ergo contrauenire potest, etiamsi agentes essent hæredes sine inuentario, cum & ipse pater contrahens potuisset, multò magis si factum fuerit inuentarium. 5 Secundò potest responderi, † regulam l. cum à matre. non procedere, quando factum patris tendit ad priuandum filium hæredem eo, quod sibi debetur à lege, vel ex prouidentia antecessorum, non ex facto defuncti: ita nominatim in terminis nostris decidit glos. communiter recepta, in titulo, de succes. feudi. §. hoc quoque, in verbo, Inuestiri, quam sequitur ibi Bald. num. 5. 6. & sequent. Paul. de Cast. cons. 445. versic. circa finem. vol. 2. Afflict. in d. §. Titius, colum. 1 in fine, Iaso. cons. 7. colum. 5. versicu. quartò adhuc, & cons. 56. colum. 5. & 6. ac cons. 64. col. 3. vers. nec obstat. vol. 3. vbi dicit, illam glos. esse ordinariam, idem etiam dicit, & tenet in consil. 168. colum. fina. versicu. ad hoc tripliciter, lib. 4. Dec. cons. 78. numer. 5. & sequenti. Natta cons. 470. num. 16. & seq. post Bald. Innocent. Aluarot. Abb. & Paul. de Cast. in locis per eum citatis. Bal. in l. si pater, colu. 2. versic. tertiò oppono. C. de inoffic. donat. quem refert & sequitur Salust. inter consilia Pauli de Castro, consil. 199. in principio, vol. 2. secundum impressionem Papiensem, cui se subscripsit Alb. Siculus, Paris. dicto cons. 65. num. 52. vol. 3. Neuiza. dicto cons. 9. numer. 10. post Isern. Paul. de Cast. & Curt. Sen. locis citatis. Grammat. d. decis. 93. num. 9. & 12. Hinc fit, quòd si feudum, de quo agitur, fuerit antiquum mixtum,

tum, vel ex pacto & prouidentia, & acquisitione Principis, & anteceſſorum, prætenſaq; venditio à vaſallo facta tendit ad priuandum filios, vel agnatos feudo antiquo, mixto vel ex pacto, & prouidentia anteceſſorum ad eos ſpectante, venditioni ſtare non tenetur. Et ex hac reſponſione tollitur id, quod dici ſolet, † Patrem
6 præſumi capere ſanum conſilium pro filijs, vt concludit Socin. d. conſ. 263. num. 5. laſ. conſ. 133. colum. antepenult. verſic. & propterea Paul. de Caſtro, & in conſ. 56. col. 6.
7 vol. 3. Bal. conſ. 215. col. 2. vol. 2. † Ex magno enim exceſſu in alienando, id quod alijs eſt reſtituendum præſerim filijs, præſumitur fraus. l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. credito. Bart. in l. poſt contractum, verſic. prima præſumptio. ff. de donatio. Dec. conſ. 659. textus appoſitè conuenit iſs, in l. Imperator, iuncta gloſ. in verbo,
8 In fraudem. ff. ad Trebellia. vbi † pater, qui tenetur hæreditatem defuncti reſtituere filio, ſi alienet, vel conſumat aliqua ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, præſumitur in fraudem facere. Et propterea poteſt cogi ante euentum conditionis reſtituere, & hanc expoſitionem illius gloſſæ in dicta l. Imperator, dicit, communem eſſe, Aretin. conſil. 72. colum. 4. in 5. dubio. verſicu. ſi enim aufertur. Idem dicendum in feudo, quod pater tenetur ex natura feudi reſtituere poſt eius mortem filio, vt inquit Iſernia in titulo, de alien. feud. pater. §. etſi libellus, colum. 3. & in tit. an agnatus, vel filius, colum. penult. in fine. verſic. pater ha-
9 bens, & colum. fin. dicens, † patrem vaſallum ſic debere moderari expenſas cum reddit ibus, vt ſingulis annis aliquid ſuperſit, quo poſsit creditoribus ſuis ſatisfacere, non autem omnes redditus expendere. His etiam accedunt, quę ſcribit Alex. conſ. 57. nume. 2. volum. 5. quod ex confeſsione magnæ quantitatis pecuniæ receptæ per patrem, præſumatur talis confeſsio in fraudem filiorum facta. Sigiſmund. conſil. 1. numer. 6. loquens in terminis reſtitutionis feudi. & conſ. 46. num. 24. poſt gloſ. Barto.
10 & Caſtren. in l. 2. C. de donat. Item † fraus, & mala fides, tam in venditore, quàm in emptore præſumitur, vt ſæpe dictum eſt exeo, quod fuit facta emptio, & venditio non ſeruatis ſeruandis, dict. l. 1. vbi gloſ. & communiter Doctores. C. de fide Inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10. facit regula c. qui contra, de regul. iuris. in 6. gloſ. in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. libro 11. Calcaneus dict. conſ. 25. numer. 13. dicens,
ementem, ſeu vendentem rem non ſeruata forma ſtatutorum, eſſe doloſum, quibus addo Grammat. deciſ. 79. num. 6. & pluribus ſequent.

Tertiò reſpondetur, regulam d. l. cum
11 matre. non † procedere, vbi hæres conſ. ceret inuentarium, & feudum eſſet mixtum, ſeu ex pacto & prouidentia, Iſernia in tit. qui ſucceſſo. tenean. in fine, & in tit. an agnatus, vel filius, verſicu. vbi verò, Bald. in l. qui ſe patris, colum. 6. C. vnde lib. Alexan. conſ. 19. num. 10. & ſequent. volum. 5. & conſ. 28. num. 17. & 18. in conſ. 29. num. 17. & 18. eodem lib. 5. Dec. conſ. 185. num. 1. & 4. vbi dicit, ita concludere omnes Doctores, quem refert & ſequitur Iul. Clar. lib. 4. ſentent. iur. §. feudum, quæſtio. 42. verſicu. ſucceſsiuè quæro, vbi etiam ita tenet in feudo hæreditario mixto, idem Dec. conſ. 208. num. 9. conſ. 445. num. 56. & conſ. 468. num. 29. Cur. ſun. de feud. fol. 50. colum. 3. Iacob. à S. Geor gio, in verbo, Et cum pacto de non alienando, num. 43. & in l. fin. in principio nu. 7. C. de iure delib. Iaſ. conſ. 56. colum. 6. volum. 3. & conſ. 136. colum. penult. vol. 4. Ruin. conſ. 38. num. 21. & conſ. 154. num. 11. lib. 1. Idem Iaſ. in d. conſ. 7. colum. 3. verſic. quinto facit, & colum. 5. verſic. quarto adhuc, ac colum. 7. verſic. nec obſtat ſi diceretur, lib. 3. ac conſ. 168. colum. final. verſic. ad hoc tripliciter, lib. 4. Afflict. in prælud. feud. colum. 28. & de ſucceſsione feudi. §. hoc quoque, colum. 1. & 15. vbi etiam loquitur in feudo mixto, & in tit. an agnatus, vel filius, num. 4. & de Capit. qui cur. vendit. §. filius, ac deciſ. 112. num. 1. & 2. & in dicto §. Titius. colum. 1. in fine, Paul. conſ. 10. nume. 6. & ſequent. volum. 1. loquens etiam in feudo mixto, citans plures Doctor. & conſ. 65. num. 48. 52. & ſequent. vol. 3. Brun. conſ. 18. num. 16. Zaſi. de ſucc. feud. col. 4. Sylua. conſ. 15. num. 36. Gram. d. deciſ. 93. num. 10. & ſic iudicatum extitit in prædictis controuerſijs.

SVMMARIVM

1 *Solemnitates in confectione inuentarij quæ requirantur remißiuè.*
2 *Inuentarij in confectione creditores certi, vel qui de facili certificari poſſunt nominatim ſunt citandi.*
3 *Creditoris appellatione venit etiam creditor ſub conditione, intellige vt num. 6. & 7.*
4 *Actio de euictione ante ſententiam, & realem euictionem rei, ad quam agitur, nata non dicitur.*
5 *Actio de euictione, & ad precij recuperationem regulariter*

gulariter non dantur lite mota, sed solum ad defendendum, vel cauendum, aut liberandum.

7 Emptor ante euictionem sequutam non dicitur verus & certus creditor.

8 Inuentarij in confectione legatarios & creditores citandos esse, de quibus legatarijs, & creditoribus intelligatur. & nu. 9.

9 Dictio si vero, aduersatur præcedentibus in iure, & facto.

10 Inuentarij in confectione creditores, & legatarios absentes necessariò non esse citandos, & quid tunc faciendum.

11 Pro inuentario præsumitur, præsertim si decretum interuenit.

12 Alia opinio, siue illatio in cons. 76. in fine reprobatur.

13 Inuentarij confectio quid operetur in vtilitatem heredis.

14 Feudum mixtum, vel ex pacto, & prouidentia alienatum recuperari potest à successore hærede cum inuentario, etiamsi teneatur de euictione, & hæreditas alienantis fuerit soluendo.

15 Feudum à defuncto non legitimè alienatum, possunt filij vel agnati vendicare, etiamsi hæreditatem defuncti aduerint absq; confectione inuentarij.

16 In feudo ex pacto, & prouidentia consequendo non est necessaria filio, & hæredi inuentarij confectio.

17 Hæres coactus adire hæreditatem neq; commodum, neq; incommodum sentire debet de hæreditate.

18 Filius ob non confectum inuentarium non priuatur legitima, neque etiam trebellianica, multo minus etiam feudo ex pacto, & prouidentia.

19 Hæres contra factum defuncti illegitimum venire potest.

20 Vasalli filijs suis, vel agnatis in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia præiudicare non possunt.

21 Liberorum appellatione veniunt omnes descendentes in infinitum.

22 Filius hæres non conficiens inuentarium repellitur à vendicatione rei aduentitiæ à patre alienata, & istud quomodo intelligatur, ibidem.

DECISIO CLXXXI.

Emptor feudi ante sequutam euictionem nõ dicitur propriè creditor, & propterea citãdus non est in confectione inuentarij à filio, seu agnato feudum reuocare volente, minusque etiam creditores & legatarij absentes à ciuitate citandi sunt in confectione inuentarij. Et feudum ex pacto, & prouidentia, siue mixtum vendicari potest à filijs, siue agnatis, etiamsi sint hæredes, sine beneficio legis & inuentarij.

QVONIAM præcedenti decisione scriptũ legitur, inuentarij confectionem tollere exceptionem competentem ex dispositione l. cum à matre. C. de rei vendi. & aliquando contra inuentarium fuit oppositum, obseruatas non fuisse solemnitates à iure requisitas, † de quibus in l. fina. C. de iure delibera. in auth. de hæred. & falci. §. fiat autem inuentarium, per Angel. in l. 1. §. hæc autem stipulatio. ff. si cui plus quàm per legem Falcidiam, lason post Bartol. in dicta l. finali, in principio, numero tertio. & sequen. C. de iure deliber. Dec. consi. 633. numero septimo, & sequen. Guid. Pap. quæstio. 571. præsertim quod emptor feudi, qui feudo euicto poterat agere de euictione contra hæredem, non fuerat ad confectionem inuentarij citatus, & propterea ei nocere non debeat. Idcirco congruum esse visum fuit, aliqua de quæstione hac tractare. Et primo aspectu dicendum videbatur, emptorem feudi conuentum debuisse citari d. §. fiat igitur inuentarium, iuncta glo. in verbo, fideicommissarios, in authen. de hæredi. & falcid. Barto. in d. l. fi. §. cum igitur. numero tertio. & ibi las. in princip. numero tertio. versicu. quintò requiritur, Deci. consi. 251. numero quinto. Maran. de ord. iudici. in 6. par. in titulo, de citatione, numero 98. concludentes post alios per eos respectiue allegatos, † creditores certos, vel qui de facili certificari possunt, nominatim esse citandos. At emptor feudi conuentus potest lite contestata dici creditor venditoris, cum possit contra eum agere, l. vtique iuncta glo. magna. ff. de rei vend. per tex. in l. emptorem, vbi etiam gl. quam sequitur Bar. ff. de actio. empti. l. habere licere à contrario sensu. ff. de euictio. l. si post perfectam. C. de euict. aut saltem sub conditione in casum subsequutę sententię, & euictionis. Ergo erat citandus: † nam creditor sub conditione etiam venit appellatione creditoris. l. is cui. ff. de actio. & oblig. l. creditores. ff. de verbo. signifi. l. in quantitate. §. magna. ff. ad l. falcid. §. ex conditionali. Instit. de verbo. oblig. Si igitur non fuerit citatus, dicitur inuentarium ei non nocere, quo fit, vt perinde hæres agens sit habendus, ac si inuentarium non fecisset. Prædictis tamen non mouentibus conclusum extitit, inuentarium subsistere, & necessariò non fuisse personaliter citandum huiusmodi emptorem feudi conuentum, cum non possit propriè dici creditor certus prætextu dictæ futurę euictionis, † quia ante sententiam, & realem euictionem rei, ad quam agitur, non dicitur nata actio de euictione. l. si seruum, in princ. iuncta glo. in verbo, Abesset, & ibi Bartol.

Alberic. & Paul. de Castro. ff. de action. empti. l. euicta. §. duplæ. l. minor. 25. annis, in fine principij. l. si seruus. l. habere licere, vbi Angelus in primo notabili. ff. de euictionibus, l. qui rem. C. eodem titulo, Imol. in l. si fundum per fideicommissum, in fine princip. ff. de legatis primo, Alexand. consil. 4. numer. 1. & sequent. volum. 3. & consil. 119. numer. 33. volum. 6. Cepol. caut. 71. laso. in l. quoties. num. 48. C. de rei vendicat. Benedictus Capra in suis regul. communib. cap. 87. numer. 202. & 214.

Non obstant in contrarium adducta, quia non dicunt, quod lite mota, siue contestata, emptori competat aliqua actio, præsertim de euictione ante sententiam, cum expresse iure tantum sit, † lite mota regulariter non dari ad precij recuperationem, nec de euictione actionem, sed solum ad defendendum, vel cauendum, aut liberandum. l. si plus. §. mota. ff. de euictione, d. l. qui rem, & l. siue in libertate, & l. si post perfectam, & vbique glo. C. de euictione, per Benedictum Capra, dicto cap. 87. numer. 202. & sequent. quibus addo Paul. de Castro consilio 207. numer. 4. volum. primo, secundum impressionem Papiens. prolata verò sententia, agi non potest de euictione, nisi in casibus fallentiarum cumulatarum per Capram loco supra citato, actione autem ex empto agi poterit, re non euicta, propter qualitatem non patefactam, dicta l. si seruum, vbi Bartolus, cæteriq́ue Doctores. ff. de actione empti, cum igitur nulla competat emptori actio persequutoria eius, quod eidem debetur, non potest dici creditor verus, ita quod esset necessariò citandus ad dicti inuentarij confectionem. Nec videtur obstare, quod posset dici, emptorem esse creditorem sub conditione, scilicet, in casum euictionis, & creditores sub conditione etiam venire appellatione creditorum dicta l. creditores. ff. de verborum significat. † quia illud procedit, qnando conditio esset certa, secus, si incerta: ita intelligunt Doctores, & præsertim Cepol. numer. 10. & sequenti. & Alciatus ibi. at conditio euictionis est incerta propter dubium euentum litis: † ergo non est verus, & certus creditor, ita nominatim tenet Neguzan. de pignor. in quarta parte quint. part. princip. numer. 26. post Baldum, & Alexandrum in l. ex prędijs. C. de euiction. quibus accedit Rippa in l. qui Romæ. §. duo fratres, numer. 8. & 52. ff. de verborum obligationib. concludens, debitorem sub conditione non dici debitorem, de quo vide Decium in. l. prima, numer. 29. & in repetitio. numer. 19. ff. si certum petatur, & ibi Rippa, numero 101. & sequent. Curtius Iunior numer. 72. & sequent. concludentes communem esse cum Bartolo ibi, qui tenet creditorem conditionalem non propriè dici creditorem, ideò necessariò non debuisse citari, præsertim, si tempore confectionis inuentarij huiusmodi creditor erat absens à loco, in quo fiebat inuentarium, commodeq́ue euocari non posset, † quia iura, quæ requirunt citationem legatariorum, seu creditorum loquuntur de legatarijs, & creditoribus existentibus in loco, in quo fit inuentarium, secus verò, si absunt, ita nominatim dicit textus in authentic. de hæredib. & Falcid. dicto §. fiat igitur inuentarium, versiculo, quanticunque in eadem ciuitate sint constituti. Ergo, si in ciuitate non sunt constituti, necessariò non sunt vocandi, & id clarius probatur in paragr. si verò absunt, † quæ clausula aduersatur præcedentibus in iure, & facto, vt in dicta authenti. de hæredib. & Falcid. in pluribus §§. incipi. Si verò, & in l. si cum filiusfamilias, in principio. versiculo, si verò. ff. de donationibus, Socinus consilio 52. numer. sext. volum. tertio. Decius consilio 322. numer. primo. post Bartolum, & Angelum per eum citatos, sicut ergo aduersantur præcedentibus in facto, cum loquantur præcedentia de legatarijs, seu creditoribus præsentibus, & dictus paragra. si verò absunt, loquatur de absentibus, sic etiam aduersantur in iure, videlicet, sicut in præcedentibus statuit, euocandos esse legatarios, & creditores constitutos in ciuitate, ita in dicto §. si verò absunt, caueatur creditores absentes à ciuitate non esse necessariò vocandos, & ita illum paragraphum, si verò absunt, ad hoc expresse notant Angelus in l. finali, in principio, columna quarta. C. de iure deliberandi, quem ibi refert & sequitur Corneus numero 35. versicu. si autem creditores, nominatim dicentes, quod † vbi creditores, vel legatarij sunt absentes à ciuitate, in qua fit inuentarium, non sunt necessariò requirendi, seu vocandi: sed loco illorum sunt adhibendi tres testes diuites, fide digni, & optimæ opinionis, idem videtur sentire

sentire Bartol. consil. 154. numer. 1. & ita aliàs iudicauit Senatus, in causa inter magnificum Thesaurarium Raspam & Stephanum Viglerium Vercellenses, † pro quo inuentario, attento, præsertim decreto, præsumitur, vt latè tenet Alciat. de præsumption. regul. 3. præsumptione 20. argumen. notatorum in l. fina. C. arbitr. tutel. Baldus consilio 4. in fine, volum. 2. Iason in l. pacta nouissima, numer. 5. & 6. C. de pactis, Dec. consil. 222. numer. 9. & consil. 209. colum. 1. Alexan. consil. 125. num. 5. lib. 1. quos refert & sequitur Cotta in memoria. incipien. Decretum maioris, Natta consil. 162. numer. 19. Iaso. consil. 55. in princ. lib. 1. ita quod qui dicit, plura esse bona in hæreditate, quàm sint scripta in inuentario probare debet, iuxta glos. ordinariam in l. cum de lege. ff. de probat. quam ad hoc refert & sequitur Alex. in rub. de nou. oper. nunc. colum. antepen. Iaf. post Bar. & Castren. in l. scimus. §. licentia. num. 1. & Corn. num. 1. C. de iure delib. Rip. in l. si constante, num. 19 ff. solut. matrimo. ex quorum dictis tolluntur ea, quæ ad intellectum d. glo. adducuntur, vi delicet, quod loquatur in reo, & quando est causa defensionis, cum præsumptio pro inuentario habeat locum, tam in actore quàm in reo, & ex hac præsumptione resultante ex inuentario † redditur erronea illatio Albæ in consil. 76. in fine. vbi præsupponere videtur, tria esse à filio vendicante feudum verificanda, videlicet, quod sit hæres, & inuentarium fecerit, nullumq; commodum sentiat ex hæreditate: nam primum habet contra se communem opinionem, vt demonstrauimus suprà decis. 161. & sequen. ex qua communi opinione tollitur secundum requisitum de inuentario conficiendo, quod etiam remouetur ex sequenti responsione; quæ aduersus tertium requisitum datur, videlicet ex regula l. 2. ff. de probation. item ex glos. in l. cum de lege, eodem titu. & ex text. expresso in d. l. scimus. §. licentia. C. de iure delib. vbi onus probandi maiorem esse in hæreditate substantiam, quàm hæres in inuentario scripserit, ad creditores legatarios, & fideicommissarios, non autem ad hæredes pertinere nominatim 13 cautum est: † nam inuentarij confectio duo inter alia principaliter operatur, scilicet conseruationem iuris hæredi ex propria persona spectantis, d. l. scimus. §. in computatione, in fine, Decius, & communiter Docto. in l. debitori. C. de pactis. Secundò, vt hæres non conueniatur vltra vires hæreditarias. §. etsi præfatam. d. l. scimus, vbi communiter Doctores locis supra citatis, & ipsemet Alba consil. suprà allega- 14 to. Hinc fit, † vt dato etiam, quod hæreditas vasalli alienantis esset soluendo, & hæres teneretur de euictione, adhuc propter prædictum inuentarium potest successor recuperare feudum alienatum mixtum, vel ex pacto, & prouidentia antecessorum debitum: ita expresse dicit Dec. d. consil. 445. num. 55. & sequent. post Bal. in l. qui se patris, col. 10. C. vnde lib. & Alexan. consil. 18. colum. penult. versic. aut filij dicti Mœuij, & alijs pluribus consilijs, Iaf. consil. 56. colum. 6. versicu. quartò respondetur, lib. 3. cum alijs similibus relatis in præcedenti decis. num. 11. Posset etiam sustineri, quod etsi inuentarium illegitimè confectum fuerit, adhuc successori ius competit vendicandi, & recuperandi feudum antiquum, mixtum, vel pacto & prouidentia antecessorum acquisitum illegitimè alienatum, † cum in huiusmodi feudo additio hæ- 15 reditatis etiam absque confectione inuentarij non obstet, quominus feudum non legitimè alienatum à defuncto possit vendicari, & recuperari per filios vel agnatos hæredes: ita expresse respondet Decius d. consil. 445. num 56. versic. mihi etiam videtur, adddens filium posse vendicare feudum, etiamsi de euictione teneretur, Socinus Iun. consil. 74. num. 29. versi. sed secundo loco, & idem sentit Gulielm. à Perno, in notab. feudalib. in quart. notabili, num. 15. vbi dicit, hęc procedere in feudo ex 16 pacto, & prouidentia, † in quo consequendo, non est filio & hæredi necessaria inuentarij confectio, cum sit hæres coactus à lege cap. 1. an agnatus vel filius, & sicut filius ex dispositione dicti cap. 1. an agnatus vel filius, si vult habere feudum cogitur secundum aliquorum opiniones, quas suprà decisio. 162. numer. 3. & 4. citaui, esse hæres patris, etsi in hoc grauatur, decens est illum in alio releuari, vt non astringatur respectu feudi ad onera hæreditaria, proinde non sit necessarium inuentarium, sicut cautum est, in hærede coacto adire 17 hæreditatem, † quia tunc nec commodum, nec incommodum debet sentire de hæreditate, vt expresse dicit Albericus in l. scimus. §. sin autem dubius, colum. versicul. vel die, aut hæres adit coactus, dicens, tunc hæredem non teneri facere inuentarium per textum in l. quia poterat. & in l. ita tamen. §. qui suspectam, & §. qui perceptis. ff. ad Trebellia. idem sentit Angel.

in l.1.§ hæc ſtipulatio, colu.2.circa finem.ff. ſi cui plus quàm per legem Falcid. His accedunt, quæ ſcribit Caſtren. conſ.445. in nouis, vbi vult, huiuſmodi hæredes eſſe neceſſarios, nõ autem voluntarios, & huic reſponſioni fauet communis Doctorum
18 ſententia, qua cauetur, † filium non priuari legitima, ob non confectionem inuentarij, nec etiam Trebellianica, ſecundum Bar. & plures alios Doctores in l. Marcellus. ff. ad Trebellia. & in l. iubemus. C. ad Trebellian. iuxta quorum ſententiam ita cenſuit Senatus, vt diximus ſuprà deciſio. 147. & ſequent. ergo multò minus debet priuari feudo ei ex pacto, & prouidentia anteceſſorum debito, in quo fortiora iura habet filius, quàm in legitima, vel Trebellianica, ſeu in fideicommiſſo, vt concludit Decius dicto conſil. 445. numer. 34. hinc fit, quod ſi confectio inuentarij, quo ad huiuſmodi feudum antiquum, mixtum, ſeu ex pacto & prouidentia anteceſſorum acquiſitum conſequendum, non erat neceſſaria, ſi fuerit confectum, & minus legitimè, hæredibus non noceat, ex regula l. vnicæ. §.1. C. de rei vxor. actione, cum ſimilibus latè cumulatis per Felinum in cap. cum ordinem, colum. 2. & ſequent. de Reſcript. & præmiſſis deſeruiunt, quæ præcedenti deciſion. diximus in reſponſione prima ad regulam l. cum à matre. C. de rei vendicatio. ſcilicet non procedere, vbi factum defuncti illegitimum fuiſſet, quo caſu, ipſe defunctus contra factum proprium venire poterat, iuribus ibi allegatis, quibus addo text. iuncta gloſſ. in c. quod quis. 35. quæſtio. 9. & gloſ. in c. veniens, in verbo, Reſtituas, de filijs preſbyte. Afflict. deciſio. 278. num.1. & 2. ergo multò magis hæres, & præmiſſa comprobari poſſunt ex ratione, cur filij vel agnati poſsint feudum proprium antiquum ex pacto, & prouidentia, vel mixtum, à vaſ-
20 ſallo alienatum recuperare, † quia ſcilicet non poſsint vaſalli filijs vel agnatis in eo feudo præiudicare, cum ſolum in ipſo ius habeant, eorum vita durante, ſimilesq; fuerint vſufructuarijs, vt ſicut vſusfructus extinguitur morte vſufructuarij. §. fin. Inſtitu. de vſufructua. cum ſimilibus: ita morte vaſalli ius, quod in feudo is habebat, finiatur, ipſiq; filij & agnati dicuntur habere ius radicatum, & formatum in prima inueſtitura ex perſona propria, & ex iure habito à Principe concedente, & à primo inueſtito, non autem ex perſona vaſalli alienantis, quo fit, vt ea, quæ non à vaſallo, ſed à Principe, vel antiquo parente proueniunt, poſteris debeant remanere in columnia, argumento l. ſi arrogator. ff. de adoptio. l.3. ff. de interdict. & releg. vbi Bartol. & in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. Paul. de Caſtro conſil.179. numer. 11. verſicul. ſecus, ſi accepit, & conſil. 374. num.8. & conſil.311. colum. penultim. volum.1. & ita tenuerunt Iſern. in dicto §. hoc quoque, colum.1. verſic. verò tunc manebit, & colum.2. in princ. & col.fi. de ſuc. feud. ac in §. etſi libellus, col.3. de alie. feud. pater. & in cap.1. §. ſed & res, verſic. & hæc venditio, & verſic. item reuocat, in tit. per quos fiat inueſtitura, quem refert & ſequitur Alex. conſ.8. nu.10. & 11. vol.3. & conſ. 15. num.7. volum.5. Dec. d. conſ.208. & 209. nume.10. & ſequent. & conſ.389. num.1. & ſequent. ac conſ.445. num.34. Barbara contra de feud. col.fi. in princ. Calcan. latè conſ. 14. num.5. & ſeq. Calcialup. in ſuo tract. de feud. arti.6. num.20. Ioan. Ciricer. de primogenitura, libr.1. q.14. num.23. Iaſo. d. conſ.7. col.8. verſic. vel aliter, & quinto, & conſ.56. col.5. volum.3. conſ.168. col. penult. volu.4. Socin. Iun. conſ.72. num.18. & ſeq. conſ.77. num.120. & ſeq. vol.1. latiſsimè Pariſ. conſ. 2. num.7. & 49. conſ.5. num.15. & ſeq. pluribus, & conſ.23. num.128. & pluribus ſeq. vol.1. & conſ.65. num.15. & ſeq. per duas colum. vol.3. poſt quamplurimos Docto. per eum adductos, Curt. Iun. conſ.138. num.1. & 8. & conſ.181. Natta conſ.64. num.13. vbi dicit in feudo conceſſo pro ſe & filijs venire omnes deſcendentes in infinitũ, & conſ.470. nu. 15. & ſequent. Socin. conſ.19. numer.16. Iuſ Guliel. à Perno, conſ.7. num.3. & ſequent. Afflict. de grad. ſucceden. in feud. col.6. circa fin. dicentes, quod huiuſmodi feudum non deuoluitur iure ſucceſsionis, ſeu tranſmiſsio. defuncti, ſed virtute primi contractus, Paul. de Caſt. & alij in l. apud Iulianũ. §. ſi quis alicui. ff. de lega.1. Modern. Parili. in tractat. de feud. § 30. num.133. in fin. hinc dicit gloſſ. ad hoc ordinaria in cap.1. in fin. de feud. cõg. quam ſequitur poſt Baldum Guliel. à Perno, in tertio notab. numer. 9. quod filius ſuccedendo patri in feudo, non requirit feudum, ſed acquiſitum capit. Idem Guliel. in notabil. feudorum. in quarto notabili, numer. 15. & ſequenti. Socinus Iunior conſilio 112. nume. primo & ſecund. volum.2. Natta conſil.117. num. 3. & ſequent. vbi num. 6. poſt Iſerniam dicit, huiuſmodi feudum videri datum per ordinem, vt in vita patris habeat pater, & poſt mortem patris habeat filius, &

de decretis, & latè Bartol. Cameran. in repetit. c. Imperialem. §. præterea ducatus, colum. 5. & sequent. Ruin. conſ. 8. nume. 5. & conſ. 38. num. 16. & 17. & sequent. vol. 1. loquens in alienatione feudi hęreditarij ſecundum quid, Gozad. conſ. 9. num. 54. & conſ. 84. num. 14. & sequent. Dec. conſ. 245. num. 3. conſ. 498. numer. 17. & seq. & conſ. 468. num. 28. & sequent. laſ. in l. 2. num. 12. & 13. C. de iure emphyt. Tiraq. de nobilitate. c. 35. numer. 3. 4. & 5. Curt. Sen. conſ. 35. Bello. conſ. 33. num. 4. Rolland à Valle conſ. 2. num. 141. Sylua. conſ. 15. num. 16. & sequent. pluribus, & colum. 17. & sequent. Brun. conſ. 78. numer. 7. in 4. part. princip. queſt. 12. verſic. octauò quęro, Iacob. à S. Georgio, in verſic. item quod ipſe inueſtit. num. 2. Federic. Schench. in titulo, de ſucceſs. feud. d. §. hoc quoque. colum. 4. verſic. & adeo, Cravet. conſ. 19. num. 20. Guid. Papæ quæſt. 267. Bald. in l. qui ſe patris, colum. fin. C. vnde liber. & conſ. 215. vol. 2. & conſ. 176. num. 6. volum. 5. vbi expreſsè dicit emphyteoſim receptam pro ſe hlijs & nepotibus propriè, & verè comprehendere nepotes etiam natos poſt mortem acquirentis, quod multò magis locum habere dicit, quando dictū eſt de liberis, † quorum appellatione veniunt omnes deſcendentes in infinitum, Cepol. in conſilijs ciuilib. conſ. 31. num. 12. & 13. Præpoſi. in §. Titius. num. 3. verſic. quæro quid ſi tempore, ſi de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat. Sigiſmund. conſ. 10. numer. 24. Rub. conſ. 84. nnmer. 7. & dicit Curt. Iun. de feud. in 3. part. in 2. materia, quæſtio. 15. hoc eſſe indubitatum. Ex quibus auctoritatibus, patet hanc eſſe veram, & indubitatam cōcluſionem, ſiue is filius ſit, aut agnatus, poſſe feudum antiquum ex pacto, & prouidentia, ſeu mixtum, à vaſallo defuncto illegitimè alienatum, recuperare, ſiue hæres fuerit cum beneficio legis, & inuentarij, ſiue non. Nec huic concluſioni obſtat alia communis concluſio, de qua per Paulum de Caſtro in l. fina. §. in computatione, num. 8. & 9. Corne. num. 19. & seq. laſ. num. 9. & 10. C. de iure delib. † hæredem, ſcilicet non conficientem inuentarium repelli à vendicatione rei aduentitiæ à patre alienatæ: quia procedit dicta concluſio in alienatione valida, rectè facta, cui lex non reſiſtit, ſed mero iure tenet, cum res aliena vendi poſsit. l. rem alienam. ff. de contrahen. emptio. ita ſentit laſ. loco ſuprà citato. facit text. in l. venditrici, in princip. argu. à contrario ſenſu. C. de reb. alie. non alien. concluſio autem præcedens procedit in alienatione inualida, cui ius feudorum, & decreta dominicalia reſiſtunt. An autem huiuſmodi hæres, non conficiens inuentarium, teneatur de euictione, aut ad reſtitutionem precij, ſtante præſertim promiſsione in Inſtrumento venditionis contenta, & iurata, nunc non diſcutio, etſi articulus ſit diſputabilis, multaq; hinc inde dici poſſent, ſed ea in aliud tempus differo. In præcedenti verò quęſtione licet iudicatum non fuerit, attamen ita iudicandum cenſerem, prout ſuprà concluſum fuit.

22

FINIS.



DISPVTATIO, AN PRINCIPI CHRISTIANO FAS SIT PRO SVI SVORVMQVE BONORVM tutela fœdus inire, ac amicitia infidelibus iungi, ab eisq; auxilium aduersus alios Principes Christianos petere?

OCTAVIANO OSASCO COMITE
Rochæ Aratij, secundo Præside Excellentissimi Senatus Pedemontani, Auctore.



FRANCOFVRTI AD MOENVM.
M. D. LXX.

ILLVSTRISSIMO THOMAE LANGVSCO COMITI STROPPIANÆ SABAVDIÆ,

Cancellario meritissimo, Octauianus Cacheranus ab Osasco, Comes Rochæ Aratij, Secundus Præses, S. P. D.

CVM Fama percrebresceret, Mœcenas Illustrissime, acerrimum illum Christianæ religionis hostem, Turcarum Principem, hac proxima æstate in Christianorum regiones magna classe, maiore cum exercitu, consilio, & ope nonnullorum Principum Christi fidem profitentium, præsertim Stephani Vaiuodæ Pannoniæ inferioris prætensi Regis, venturum: cuius aduentu, non nisi furta, latrocinia, incendia, homicidia, virginum etiam sacrarum violenta stupra (proh dolor) Christi fidelium apud infideles ad perpetuos carceres, triremes, ad perpetuam seruitutem addictiones, prodire facilè præuidere possumus. Operæpretium putaui his diebus Paschalibus, quibus à forensibus negocijs abstinere conceditur, à meis mutis magistris scisciatari, an iure, vel iniuria huiusmodi cum Turcis fœdera, ac colligationes factas fuisse existiment, eorumq; scripta his paucis folijs cõgerere, & tibi dare, quem supplex rogo, vt si quid minus ornatè, docteue scriptum legeris, id mihi veluti humanarum legum parum erudito, sacrarumq; literarum ignaro, condones, sin verò ex ordine, & veritate omnia composita esse perspexeris, Deo Patri, Filio, & Spiritui sancto, gloriam, & honorem tribuas: Vale.

THOMÆ CILIONI IVRECONSVLTI Astensis ad Lectorem Carmen.

Barbaricum sitiens mouet Mars bella cruorem,
Doctus in hostiles vertere tela manus.
Et cupit Italiæ pacatas reddere sedes,
Quas Turca immiti relligione premit.
Fœdera non animos iungant, tædaq; maritæ,
Quos incerta fides, relligioq; tenet.
Iuste agitur, dubitet nemo, quod lege iubetur
Diuina: Osasci id pagina docta docet.

Ad eundum Carmen Sapphicum.

Regna Turcarum, fide derelicta,
Gaza quos ducit, pietasq; nulla,
Impij quidam mala quos trahit mens,
Dira sequuntur.
E docet verò tuus hic libellus,
Doctus is certè, Cacherane, quantum,
Sit malum, nos christicolas
Iungere dextræ.

SVMMARIVM.

1 Defensio vnicuiq; de iure licita est, quo ad sui, & suorum tutelam, num. 1. quod intellige num. 14.
2 Necessitas non habet legem, facitq; de illicitis licitum.
3 Argumentum à maioritate rationis in iure validissimum est.
4 Argumentum ab oppositis, vel à contrarijs in iure mitissimum est, nu. 4. limitatur, num. 21.
5 Argumentum ab effectu est de iure suffultum, num. 5. & intellige vt num. 22.
6 Argumentum sumptum à fine virtutis in iure firmissimum est, num. 6.
7 Finis est eius naturæ, cuius sunt, quæ ad finem tendunt num. 7.
8 Argumentum desumptum à remotione contrariorum in iure validissimum est num. 8. quod intellige, vt num. 23.
9 Malum contingens vltra intentionem nostram nobis non est imputandum.
10 Occasionem damni præbens, damnum dedisse videtur num. 10.
11 Ius diuinum & canonicum, & non ciuile seruandum est, vbi tractatur materia concernens peccatum, num. 11.
12 C. 35. Genes. abijcite Deos alienos, quomodo intelligitur.
13 C. 4. Ioan. non enim bene conueniunt Iudæi cum Samaritanis, quomodo intelligitur.
14 Quod fit lege permittente non punitur, & quomodo intelligatur, ibidem.
15 Doli duo genera esse dicuntur, num. 16.
16 Fides est hosti seruanda, num. 17.
17 Illatio non desumitur ex diuersis, num. 18.
18 Iudæ, & Pagani degentes in regionibus christianorum molestia, & damno non sunt afficiendi, si fidelibus subiecti sint, & quiete viuant.
19 Turcis, & Saracenis volentibus in pace viuere, etiam indicendum est bellum.
20 Christianis Terra Sancta debetur.
21 Incantationes pro fructibus conseruandis, quomodo admittantur.
22 Argumentum ab oppositis non vrget, quoties par ratio oppositi, & propositi non est.
23 Principibus siue bonis, siue malis in rebus licitis est parendum.
24 Non sunt facienda mala, vt veniant bona, imò nec facienda minora mala, vt euitentur maiora.
25 Turcæ idololatræ sunt.
26 Reges, non dicitur Deo in timore seruire, si IESVM Christum negantes seueriter non prohibeant atq; castigent.
27 Lex vbi non est, nulla est præuaricatio.
28 Argumentum à contrario sensu non procedit, quando aliter deponitur in casu contrario.
29 Argumentum à fortiori affirmatiuè validum est.

An Principi Christiano fas sit pro sui, suorumq; bonorum tutela fœdus inire, ac amicitia infidelibus iungi, ab eisq; auxilium aduersus alios Principes Christianos petere?

IN hac disputatione, vt à nostris incipiam, reperio magnæ auctoritatis virum, Oldradum à Ponte Laudensem cõsilio 71. respondisse, & partẽ affirmatiuam infrà scriptis fundamentis sustinuisse. Primò
1 ratione naturali, † qua vnusquisque iure facere id existimatur, quod ad sui tutelam fecerit, præsertim si aliter se tueri non possit iustè timeat. l. vt vim. ff. de iustit. & iur. l. scientia, §. quod cum aliter, & l. si quis furmo. §. 1. ff. ad l. Aquil. cum similibus, vbiq; per gloss. & Doctores adductis. Nam ei ignoscendum esse dicit, qui qualitercunq; sanguinem suum redimere satagit. l. 1. in fin. ff. de bon. eor. qui ant. sent. mortem sibi consciu. Et huic fundamento illud adde-
2 re possum, quod dici solet: † necessitatem legi subiectam non esse, facereq; de illicito licitum, cap. quod non est licitum, de regu. iur. c. remissionem. §. sed notandum, prima quæst. 1. Hinc videmus Dauid famis necessitate ductum comedisse panes Propositionis, quos nisi sacerdotibus comedere licebat, libro 1. Regum, cap. 21. & Iudæos, quibus belligerare non licebat die Sabbati, eadem die bella, vt se defenderent, susscepisse, lib. 1. Machab. cap. 2. & Apostolos Sabbato euellentes spicas, Matt. 12. cap. si nulla, 23. quæst. 8. vbi pro defensione sua, & patriq; tempore quadragesimali licet bella inire. Si igitur quod quis ad tutelam sui corporis fecit, iure fecisse existimatur, & vnicuique licitum est sanguinem suum redimere, necessitasq; facit de illicito licitum: consequens est, vt fas sit, ad sui defensionem fœdere atque amicitia iungi infidelibus aduersus alios Christianos.

Secundò, hanc opinionem defendit Ol-
3 drad. † argumento à maioritate rationis sumpto, vt sicut insidijs & dolo possumus hostes propulsare. c. vtilem. 22. quæst. 2. c. Dominus, 23. quæst. 2. l. nec interest. ff. de capti. & postli. reuer. canesq; propter pacem in Ecclesia tollerare. c. quidam. 22. q. 4. & pro defensione fructuum arte magica vti. l. eorum. C. de malefi. & mathema. multo magis ad tutelam propriæ personæ, & bonorum ab infidelibus auxilium implorare licitum videtur.

Tertiò eandem sententiam compro-
4 bat † ab oppositis, seu contrarijs, sumpto argumento, quorum eadem debet esse disciplina. l. etsi econtra, in fin. ff. de vulg. &

pupil.

pupil. cum similibus, quod argumentum sic deducitur. Fideles in bello iusto infideles iuuare possunt. c. Iulianus. 11. quæst. 3. c. quid culpatur. §. ordo. 23. quæst. 1. sic econtra, Infideles in bello iusto posse iuuare fideles, dicendum est: vt idem operetur propositum in proposito, quod oppositum in opposito. l. fin. §. fin. ff. de leg 3.

Quartò hanc opinionem munit argu-
5 endo ab effectu, † quod argumentum efficax est, vt in proœmio ff. §. illud verò satis, in illis verbis, quorum effectus iniuria est, & in l. debitor, versic. videamus, de effectu rei, & ibi Paul. de Cast. ff. ad Trebellia. cap. vbi periculum, in princ. de elect. in 6. conuenit quod scribitur Matth. 12. & Luc. 6. ex fructu arbor dignoscitur, at effectus, qui ex dicto fœdere prodeunt, secundum Oldrad. sunt dissensiones, & diuisiones infidelium, & in necessarium consequens eorundem desolatio regnorum, quam inducere Christiano expedit, & licitum est. Ergo infidelibus fœdere iungi prohibitum non est: huicq; argumento famulatur a-
6 liud, † quod à virtute finis sumitur, à quo, (si Aristoteli, quem citat Bald. cons. 272. num. 1. in fin. volum. 1. credimus) iustum est omnia denominari, propterea scribit Socin. in rubric. de verbo. obligatio. col.
7 fin. versic. non obstat sextum. † eius naturæ finem esse, cuius sunt ea, quæ ad finem tendunt, argumen. l. oratio. ff. de sponsal. & l. eius effectus. ff. de reg. iuris. Hinc dicit Bald. in l. 1. colum. 2. versic. iuxta hoc quæritur. ff. quod cuiusque vniuers. nom. quòd ex fine, ad quem confœderationes terrarum, & Principum fiunt, cognoscitur, an licitæ, vel illicitæ sint, quia si ad legitimam defensionem fiant, legitimæ iudicantur, si verò ad illicitam, censentur illicitæ. l. si à reo. §. 1. in fin. ff. de fideiussor. Cum igitur huiusmodi fœdus cum Ethnicis ob necessariam defensionem fieri, proponatur: ergo licitè factum dicitur.

Quintò eandem sententiam tuetur Dei viuentis exemplo, qui in vlciscendis ludæorum peccatis gentibus vsus est, vt multis exemplis in c. remittuntur. §. hinc notandum. 23. quæstio. 5. scriptum legitur. Item exemplo Abrahæ, qui fœdus pepigit cum Amorræo, & Excol gentilibus, eosq; secum in bello duxit, Genes. c. 14. Adduxit & exemplum Iudæ Maccabæi, & Ionathæ fratris: qui in pace Nabutheum gentilem susceperunt, lib. 1. Maccab. capit. 5. & cum Romanis pacem, ac fœdus iniuerunt c. 8. eodem lib. 1. Addit quod à diuo Paulo factum est, qui timens à quadraginta Iudæis in eius necem coniuratis, offendi, auxilium à Centurione, & Tribuno gentilibus ne occideretur, implorauit, Actus Apostol. cap. 23. relato in cap. sex differentiæ, in fine. & cap. sequent. 23. quæst. 3. quibus exemplis, & auctoritatibus ab Oldrado citatis addo, quod scribitur Genes. cap. 21. Abraham cum Abimelech, Rege Palestinorũ, fœdus percussisse, quod etiam cum iuramento firmauit Isaac, Genes. cap. 26. legitur & Iacob cum Laban ex Mesopotamia Syriæ tunc gentili fœdus pepigisse Genes. cap. 31. & Iosue cap. 2. duos exploratores Israelitas ingressos Iericho, timentes à viris ipsius loci occidi, pactũ cum Raab meretrice gentili, vt salui fierent, iuramento firmasse, conuenitq; quod scribitur Iosue, cap. 9. illum cum Gabaonitis gentilibus pacem fecisse, fœdusq; percussisse, & Iudic. cap. 9. Abimelech filium Gedeonis ex Phano Baalberit septuaginta pondo argenti recepisse, & ex eo viros vagos, & inopes sibi adiunxisse, & cap. 14. Samsonem Philistæam in vxorem duxisse legimus, ac libro 1. Regum cap. 7. pacem fuisse inter Israelem & Amorræum. At propius ad quæstionem nostram accedunt, quæ de Dauid eodem lib. 1. Regum cap. 27. & duobus sequentibus, ac Paralip. 1. cap. 12. leguntur: qui timens in manus Saulis Regis Israel eiusdem legis, & fidei incidere, ad Achis Regem Palestinorum idololatram confugit, voluitq; cum eo in bello contra Saul Regem Israel, & Iuda pergere. Et dicit Nicolaus de Lira in expositione dicti cap. 28. in glos. in verbo, Nunc sciet, quem refert Archiepiscopus Florentinus, in sua Summa, in tertia part. titu. 4. §. 11. quod ex quo Dauid ius in regno Israel habebat, ideo illud virtute armorum, seu clarate sibi occurrente acquirere, in huiusmodi q; bello iusto vti auxilio Philistinorum licite poterat: & quamuis filij Israel non possent fœdera perpetua cum Philistæis inire, ex rationabili tamen causa inducias pacisci, & iuramento firmare poterant. Legimus & lib. 2. Reg. c. 8. Dauid munera à Thou Rege Emath accepisse, ibidem c. 10. misericordiam cum Hanon filio Amnon fecisse, sicut Amnon cum Dauid fecerat: ac c. 13. Absolom occiso Amnon fratre ad Regem Gessur fugisse. His deseruiunt, quæ de Salomone leguntur lib. 3. Regum cap. 3. qui in vxorem filiam Pharaonis duxit, & cap. 5. fœdus cum Hyram Rege Tyri percussit. Accedunt etiam

qua

gitæ de Ieroboam scribuntur, lib. 3. Reg. cap. 11. qui fugiens Salomonem eum occidere volentem, in Aegyptum iuit, & ibi vsque ad mortem Salomonis habitauit. scribitur etiam eodem lib. 3. cap. 15. quod cum inter Assa Regem Iuda, & Baasla Regem Israel eiusdem legis esset bellum, ascendisset q; Baassa in Iudæam, & ciuitatem munitam nomine Rama ædificasset, ne quisquam egredi, nec ingredi ad Assa Regem Iuda posset, tollens Assa Rex Iuda omne aurum & argentum, quod remanserat in thesauris domus Dei, & Regiæ, seruis suis dedit, & ad Benadab Regem Syriæ idololatram misit, cum eoque fœdus percussit, & ab eo auxilium aduersus Baassa Regem Israel implorauit, ciuitatemque Rama, quam extruxerat Baassa, destruxit. legitur quoque eodem libro 4. Regum. capit. 16. Rasin Regem Syriæ, & Phacee Regem Israel confœderatos aduersus Achaz Regem Iuda fuisse, & ipsum Achaz auxilium à Rege Assyriorum aduersus Reges Syriæ, & Israel inuocasse, eidemque omne aurum, & argentum, quod inueniri potuit in domo Domini, misisse, eiusq; petitioni Regem Assyriorum acquieuisse, qui veniens in auxilium Achaz vastauit Damascum: & eodem libro 4. Regum c. 17. Hosee Regem Israel nuncios ad Sua Regem Aegypti, vt esset ei auxilio, ne præstaret tributa Regi Assyriorum, misisse. & Esdræ libro 2. cap. 2. legimus Nehemiam Hebræum Artaxerxis Regis Babylonis pincernam ab eo auxilium ad reædificandam Ierusalem impetrasse. & Vriam Prophetam in Aegyptum, vt non interficeretur à Ioachim Rege Iuda, fugisse, Ieremiæ cap. 26. Habemus & lib. 1. Machab. cap. 10. Ionatham fratrem Iudæ, ac populum Israel fœdus, & pacem iniuisse cum Alexandro filio Antiochi Regis Antiochiæ. & capit. 11. cum Ptolomæo Aegypti Rege, & Demetrio Demetrij filio. & capit. 12. cum Romanis, ac Spartiatis fœdus, & amicitiam renouasse, & Symonem Iudam, & Ionatham fratrem cum Demetrio Antiocho Demetrij filio, & cum Romanis, ac Spartiatis etiam fœdus percussisse eodem libro 1. Machabæorum cap. 13. 14. & 15. legimus.

Sextò & vltimò hanc eius sententiam
8 comprobat Oldrad. † sumpto argumento à remotione eorum, quæ in contrarium adducit, quo argumento vsus est idem Oldrad. cons. 139. numer. 6. Barto. in l. fina. num. 11. C. de pactis, & in l. 1. C. vt nemi. liceat in emptio. spec. se excusare libro 10. Quamobrem dicit, non obstare quod scribitur Paralip. lib. 2. c. 19. de Iehu Propheta increpante Iosaphat Regem Iuda, quod impio auxilium præberet, & ijs, qui oderant Dominum, amicitia iungeretur: nam bellum illud fuisse iniustum dicit, secus esse asserens, si bellum iustum fuisset.

Hæc sunt fundamenta, aliquibus tamen additis, quibus Oldrad. in partem affirmatiuam trahitur, cuius dicta transcribit Alber. in l. 1. num. 19. C. vnde vi, quos refert & sequitur Martinus Laud. de Bello, quæstio. 3. Abbas in c. quod super, num. 15. de voto, Corset. de potestat. Regia, in 4. part. quæstio. 33. Socin. cons. 20. versic. non enim, inter consilia Curtij Senioris, Afflict. de feudis, in titu. de pace iuramento firmanda, in verbo, Conuenticulas, numer. 32. Et præmissis alludit text. in l. 2. C. de offic. Præfecti Præto. Affri. vbi Iustinianus gaudet, quod per Christum pacem perpetuam fecerit cum Rege Persarum. Nec propterea videtur peccare Princeps, qui pro defensione corporis, & rerũ suarum auxilium ab infidelibus inuocat, etiam quod homicidia, & alia scelera ex huiusmodi auxilio sint euentura: quia cum ex præmissis proponatur licere pro defensione ab infidelibus auxilium implorare,
9 † si aliquid mali præter intentionem impetrantis acciderit, non est ei ad peccatum imputandum cap. de occidendis. 23. quæstionis 5. & ibi glos. in verbo, Bonum, addens tunc non habere locum regulam l. qui occiderit. §. final. ff. ad legem Aquil.
10 videlicet, † quòd qui occasionem damni dederit, damnum dedisse videatur, pulchra glos. in d. c. Maximianus, 23. quæst. 3. bonus textus in c. occiderat Phinæes. 23. quæstio. 8.

Contrariam tamen sententiam constanter existimo esse veram, scilicet nefas esse Christiano Principi fœdere, & amicitia Turcis iungi, ab eisq; contra Christianos auxilium etiam ad sui rerumq; suarum defensionem petere. Ad cuius cognitionem
11 præmitto, † cum de peccati materia tractatur, nullas leges, consuetudines ue humanas præsertim laicorum iuri diuino, & Canonico aduersantes esse obseruandas, sed duntaxat ipsum ius Canonicum, & diuinum sequendum, cap. fi. & ibi communiter Docto. de præscriptio. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, & ibi Abbas, nume. 9. Anton. Franch. in additio. Felin. num. 41. Decolum. 13. de constitu. Barto. in l. priuilegia,

C. de

C. de sacrosanct. eccles. latè Imol. in c. cum contingat, colum. 2. de iureiur. Iaſ. in §. fuerat, num. 17. Inſtitut. de actio. quibus conuenit, quod ſcribitur in Euangelijs diuorum Matth. cap. 15. & Marc. 7. populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. in vanum autem me colunt docentes doctrinas, & præcepta hominum: relinquentes enim mandata Dei tenetis traditiones hominum. c. qui reſiſtit, & c. ſequent. 11. quæſtio. 3. Quòd autem iure diuino, ſcilicet ſacris, & canonicis ſcripturis paſsim ſint prohibita huiuſmodi cum infidelibus fœdera, & amicitiæ, probatur. Primò Geneſ. capit. 34. vbi filij Iacob, Emor, & Sichem, incircumciſis quærentibus, viciſsim cum eis iungere connubia, reſponderunt, non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram homini incircumciſo, quod illicitum, & nefarium eſt apud nos: ſed in hoc valebimus confœderari, ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circumcidatur omnis maſculini ſexus, ſi autem circumcidi nolueritis, recedemus. & Geneſ. cap. 35. abijcite Deos alienos, qui in medio veſtrûm ſunt, 12 mundamini. † quid enim aliud eſt abijcere Deos alienos, & mundari, niſi infidelibus non miſceri? & c. 43. dicitur, illicitum eſſe Hebræis cũ Aegyptijs comedere: & Exodi c. 23. in fine, Deus populum ſuum prohibet, ne cum infidelibus fœdus paciſcatur, dicens, non inibis cum eis fœdus, nec habitet in terra tua, ne forte faciat te peccare in me: & cap. 34. loquens de infidelibus repetit: caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, nec ineas pactum cum hominibus illarum regionum: & Leuit. cap. 20. nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulſurus ſum ante vos: & Num. cap. 25. & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, & iratus eſt Dominus, & dixit ad Moyſem, tolle cunctos populi Principes, & ſuſpende eos contra ſolem. & Deuthe. cap. 7. in principio iterũ prohibens dicit: Non inibis cum eis fœdus, nec ſociabis cum eis coniugia, filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo, quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me, iraſcetuŕq furor meus, & delebit te cito. & cap. 29. iraſcitur Deus populo Iſrael, quod in eo ſit vir, aut mulier, familia, aut tribus, cuius cor auerſum ſit à Deo Iſrael. & Ioſue cap. 23. quòd ſi volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miſcere connubia, atque amicitias copulare, iam nunc ſcitote, quòd Dominus Deus veſter non eas delebit ante faciem veſtram: ſed erunt vobis in ſaueam, & laqueum, ac offendiculum in latere veſtro, & ſudes in oculis veſtris, donec vos auferant, citoq́ diſperdant de terra hac optima, quam tradidit vobis: & Iudic. cap. 2. in principio loquens Angelus ad populum Iſrael dicit, Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram, pro qua iuraui patribus veſtris, & pollicitus ſum, vt non facerem irritum pactum meum vobiſcum, ita duntaxat, vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum ſubuerteretis: & noluiſtis audire vocem meam, cur hoc feciſtis? & cap. 19. non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non eſt de filijs Iſrael. & Paralip. 2. cap. 19. impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris? & lib. 1. Eſdræ cap. 8. repetito in lib. 3. cap. 8. eruibui enim petere à Rege, ſcilicet Babylonis auxilium, & equites, qui defenderent nos ab inimico in via, quia dixeramus Regi, manus Dei noſtri eſt ſuper nos, & ſuper omnes, qui quærunt eum in virtute, & imperium eius, & fortitudo eius, & furor eius ſuper omnes, qui derelinquunt eum. Et c. 9. eodem lib. 1. exclamat Eſdras, & nunc qui dicemus Domine Deus noſter poſt hæc? quia derelinquimus mandata tua, quæ præcipiſti in manibus ſeruorum tuorum & Prophetarum? nunc ergo filias veſtras ne detis filijs eorum, & filias eorum ne accipiatis filijs veſtris, & non quæratis pacem eorum, & proſperitatem eorum vſque in æternum, vt confortemini, & comedatis, quæ bona ſunt terræ, & hæredes habeatis filios veſtros in ſeculum: & cap. 10. & nunc date confeſsionem Domino Deo patrum veſtrorum, & facite placitum eius, & ſeparamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis: & cap. 13. libro 2. mandat Nehemias ſeparari alienigenas à Iudæis, & exclamat Dauid Pſalm. primo, Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum. Et Pſalm. 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius, Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipſorum. Et Pſalm. 25. odiui eccleſiam malignantium, & cum impijs non ſedebo, ac Pſalm. 32. Dominus diſsipat conſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia

lia Principum. Psal. quoque 105. exprorat ludęis quòd non disperserint gentes, uas dixit illis dominus, & quòd mixti esnt inter gentes, & didicissent opera eos am. & Psalm. 136. quomodo cantabimus anticum Domino in terra aliena? alludens id id, quod scriptum est Exod. c. 8. & Prouerbio. c. 25. Dens putridus & pes lassus qui sperat super infideli in tempore angustię, & Ecclesia. c. 36. alleua manum tuam super gentes alienas. Clamat & Isaias c. 2. proiecisti enim populum tuum domum Iacob, quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt vt Philistijm, & pueris alienis adhęserunt, & capit. 8. pro eo quòd abiecit populus iste aquas Syloe, quę vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rasim, & filium Romelię: propter hoc ecce adducit Dominus super eos aquas fluminis fortes & multas. Et capit. vigesim. timebunt, & confundentur ab Aethiopia spe sua, & ab Aegypto gloria sua, & dicet habitator insulę eius in die illa: Ecce erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie Regis Assyriorum, & quomodo effugere poterimus? & c. 30. Veh filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum, qui ambulastis, vt descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti, & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusione, & fiducia vmbrę Aegyti in ignominiam. Et cap. 31. Veh qui descendunt in Aegiptum ad auxilium in quis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multa sunt, & super equitibus, quia prędlidi nimis, & non sunt confisi super sanctum Israel, & dominum non requisiuerunt, Aegyptus homo, & non Deus, equi eorum caro, & non spiritus, & dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet, cui prędstatur auxilium. Et capit. 52. parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium & videbunt omnes fines terrę salutare Dei nostri, recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius, mundamini, qui fertis vasa Domini, quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga prosperabitis, & capit. 57. dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus. Ieremias. cap. 2. in persona Dei magni loquens, ait: Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquę viuę, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent continere aquas. pro aquis cisternarum intelligens Aegyptios, & Assyrios, ad quos confugerant, & c. 3. tu autem fornicata es cum amatoribus multis. Et cap. 10. ait, Iuxta vias gentium noli discere. & c. 11. inuenta est cõiuratio in viris ludęis, & habitatoribus Ierusalem, & abierunt post deos alienos, vt seruirent eis. necnon c. 37. Hæc dicit Deus Israel, sic dicetis Regi Iuda, Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est vobis in auxilium, reuertetur in terram suam, & redient Chaldęi, & bellabunt cõtra ciuitatem hanc, & capient eam. & cap. 46. Ecce visitabo super tumultum Alexandriæ, & super Pharaonem, & super Aegyptum, & super deos eius, & super Reges eius, & super Pharaonem, & super eos, qui confidunt in eo. Et Ezech. cap. 17. cominatur Sedechiæ Regi, eo quòd violato fœdere, & iuramento prędstito Nabuchdonosor Regi Chaldęorum, qui voluntate Dei expugnata Ierusalem, illum Regem constituerat, misit ad Pharaonem Regem Aegypti, vt daret sibi equos, & populum multum, vt Pharao cum eius exercitu interficeret Chaldęos, propter quod cominatur, prędicens ipsum Sedechiam non prosperaturum, nec salutem recepturum à Pharaone, sed moriturum in Babylonis ciuitate, & c. 23. increpat Samariam, & Ierusalem quòd tanquam mulieres meretrices ad Assyrios & Aegyptos confugerint, & cũ eis fornicatę fuerint, & Osea Propheta c. 4. ait: Nolite ingredi in Galgala, quod interpretatur collis præputiorum, id est gentium, & ne ascendatis in Bethauen, id est ad domum idololatriæ, & c. 5. & abijt Ephraim ad Assur, & misit ad Regem vltorem, & ipse non poterit sanare eos, nec soluere poterit à vobis vinculum. Et c. 7. factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor, Aegyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt, & cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum, quasi volucrem cœli detraham eos, cædam eos secundum auditionem cœtus eorum, quoniam recesserunt à me, & c. 12. in princip. exclamat Deus contra Iudam, & Israel quod fœdus cum Assyrijs, & oleum in Aegyptum contulerint. Amos quoque cap. 5. dicit Dominus domui Israel. Quærite me, & viuetis, & nolite quærere Bethel, & in Galgala nolite intrare,

& in Bersabee non transibitis. & Nahum cap. 3. redarguit Niniuitas propter fornicationem eorum, subsannans eos quòd Aphrica & Libyes fuerint eorum auxilio. Et libro primo Machabeo, cap. 1. dicuntur iniqui filij Israel, qui testamentum cum gentibus disposuerant, & cum nationibus iuncti fuerant. Hoc idem in Testamento Nouo sancitum legitur in Euangelio diui Matthæi 1. capit. decim. in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum non intraueritis. Diui etiam Ioannis capit. 4. ¶ Non enim bene conueniunt, vel coutuntur Iudæi Samaritanis: id est fideles infidelibus, & Actu. Apostolorum capit. 10. ait Petrus: Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenas: & capit. vndecim. quare introistis ad gentes præputium habentes, & comedistis cum illis? Hinc nominatim prohibet diuus Paulus ad Corinthios 1. capit. 5. ne commisceamini fornicarijs non vtiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: quælibet enim noxia superstitio, prout est Mahumetanorum & infidelitas, fornicatio est, capit. idololatria, 28. quæstio. 1. quod comprobatur à Ieremia capit. 3. Idem Paulus dicta epistola 1. ad Corinthios capit. 6. redarguit Christianos quòd iudicio contendant, & hoc apud infideles. Si igitur delictum est Christianos controuersias adinuicem habere, & ab infidelibus iudicari, quanto maius scelus erit ab infidelibus aduersus fideles auxilium quærere? & ad Corinthios secund. capit. sext. nos admonet, ne iugum cum infidelibus ducamus. quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ autem conuentio CHRISTO ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? quis autem consensus templo Dei cum idolis? & in decret. 23. quæstio. quin. cap. omnium, & 23. quæstio. 8. capit. omni timore, quę capitula scripta fuerunt Francorum exercitui, vt omni timore, & terrore deposito contra inimicos sanctę fidei, & aduersarios onmnium religionum pro defensione Christianorum agere viriliter studeat. Nam negotium domini nostri IESV Christi agitur, cum infideles præsertim Turcę impugnantur, vt in extrauaganti, Ioan. 22. incipiente copiosius, & ibi glossa in verbo, Negotium. Si igitur Francos, & eorum exemplo omnes Christianos ad bellum contra infideles pro defensione fidei hortatur, & excitat sancta Romana Ecclesia, necessariò sequitur, velle prohibere, ne cum infidelibus pacem, & amicitiam præsertim in Christianorum perniciem habeant, cum bellum gerere, & pacem habere contraria sint, quę simul consistere nequeunt: vnius enim inclusio, est alterius exclusio. His accedit, quod à diuo Gregorio ad Brunichildam Reginam Francorum scriptum est, de quo in c. si quos. 23. quæstio. 4. qui admonet vt violentos, adulteros, fures, ac alios peccatores corrigat, ne per eam flagellum perfidarum gentium, quod ad multarum nationum vindictam excitatum est, Deus inducat. Si ergo diuus Gregorius Francorum Reginam admonet, & hortatur ne sit negligens in correctione malorum, vt Deus perfidas gentes in nationes Christianorum non inducat, multò magis eam, cęterosque Christianos Principes monere, hortari, imò comminari velle, existimandum est, ne suo opere, industria, consilioue perfidi Turcę in Christianorum prouincias, & perniciem immittantur. Hinc consequens est, vt qui Christianę fidei inimico iungitur, pariter eiusdem Christianę fidei inimicus & ipse censeatur, capit. quisquis. 23. quæstio. 4. Sicut enim qui adhęret Christo, vnus spiritus est cum eo, & tollens membra Christi, si adhęreat meretrici, vnum corpus cum ea efficitur, Paul. ad Corinthios. capit. sext. ita fidelis si infidelibus adhęreat, vnum corpus cum illis constituitur, sicut scriptum est Psalm. 17. Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Et Ecclesia. capit. 12. qui comitatur cum viro iniquo, obuolutus est in peccatis eius, & cap. sequenti, in principio. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicabit superbo, induet superbiam, incorruptus enim quomodo poterit permanere, qui corruptis associatur, & faueti? c. quisquis, & sequ. 23. quæstio. 4. c. sępe. 28. quæstio. 1. his auctoritatibus comprobatur, quod dicit Bald. in Liberi. C. de inoffi. testa. quem refert, & sequitur Ancha. consil. 158. columna secunda. Marti. Lauden. in tractatu, de confœderatione Princip. versicul. 26. confœderatos eiusdem intentionis, & voluntatis esse, & amicum inimici præsumi inimicum. Glos. in c. si inimicus. in verbo, Nolite. 93. distinc. Bar. in l. sciendum, in §. si accusatio. ff. de legatio-

Nu-

Nam qui inimico Christi communicat, is Christi inimicus præsumitur, Card. in cle. 1.§.porrò, de iureiur. cuius dictum comprobatur ex eo, quod scribitur Exod. capit. 23. inimicus ero inimicis tuis. Accedit quod scribitur Matth. cap. 12. qui non est mecum contra me est, & qui non congregat mecum, dispergit. His etiam famulatur quod legitur apud Paul. ad Corinth. 1. c. 5. in fin. cæpe, & sequ. 28. q. 1. vbi Christianis prohibetur commercium, & communio cum Iudeis, & infidelibus, ita, vt ab eis nec cibum sumere, nec recipere medicinam liceat, imò nec benedictiones, nec cum eis orare fas sit. c. non oportet. & sequenti. 1. quæstio. 1. ergo multo minus licebit à Turcis inimicis Christianorum contra Christianos auxilium petere. Præterea si sacrosanctis Lateranensi, & Generali concilijs, de quibus in c. ita quorundam, & c. ad liberandum, de Iudæ. & Sarace. & constitutionibus summorum Pontificum Clementis tertij, in c. significauit, & c. quod olim, eod. tit. de Iudæ. & Sarace. Ioan. 22. in dicto extrauaganti incipiente, copiosius, & Paul. tertij, in bulla, in cœna Domini, Pij 4. sub pœna excommunicationis, & anathematis ipso facto, & iure incurrenda, publicatio, nisq; bonorum, quæ occupanti concedantur, interdicitur Christianis, ne aliquid ad Christianæ fidei hostes deferant, vel mittant, opem, consilium, auxilium, vel fauorem præstent, aliquid ve faciant, quo infideles aduersus fideles adiuuentur, quæ omnia etiam ratione naturali, & legibus ciuilibus comprobantur, l. 1. & 2. C. quæ res expor. non debe. l. penul. & fin. C. quæ res vend. non possi. & l. 2. C. de commer. & mercat. multò magis prohibitum censeri debet, ipsos Turcas Christi fidei hostes in Christianorũ regiones, & perniciẽ aduocare & adiuuare: prohibitis. n. reb. multò fatiꝰ pstat personas veluti maiores esse prohibitas, argu. notatorum à Bal. in l. consentaneum, colum. 3. C. quomodo & quando iudex, & Bartol. in extrauagen. qui sint rebelles, in versicu. repellendo, columna secunda. Et prætermissis argumentis, hæc nominatim interdicta leguntur concilio Vienensi, de quo in clem. 1. §. porrò, de iureiuran. vbi Imperatori confœderatio cum Paganis & Saracenis prohibetur, cuius constitutionis dispositio ad omnes Christianos Principes teste Cardi. in d. §. porrò, in 11. nota. extenditur. his accedit tex. in l. quisquis, C. ad l. Iul. maiesta. vbi militibus, & priuatis personis interdicitur, ne cum barbaris factionem ineant.

Animaduertere igitur rogo Principes Christianos præsertim Christi nomine gloriantes, quibus auctoritate sanctæ Ecclesiæ, imò viuentis Dei, præcipitur, vt contra infideles Turcas pro defensione Christianorum assidue pugnent, nec cum eis pacem ineant, ne in Saulis pœnas incidant: huic enim cum Samuel, vt lib. 1. Reg. c. 15. legitur, in nomine Domini præcepisset, Agag Regem Amalech, omnesq; eius habitatores, pecora, ac armenta interficere, eo quòd restiterant populo Israeli ascendenti ab Aegypto, & non perfecte paruisset præcepto Domini, sed Agag, optimisq; gregibus ouium, & armentorum pepercisset; quoniam quasi peccatum ariolandi est, præcepto Dei repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle eius voluntati acquiescere, ait: Pro eo quòd abiecisti sermonem Domini, abiecit te Deus ne sis amplius Rex.

Ex prædictis igitur satis firmatam esse puto hanc partem negatiuam, videlicet non licere Christiano Principi fœdere, & amicitia iungi Turcis, ab eisq; auxilium contra Christianos etiam pro rerum suarum defensione implorare.

Nunc verò supereſt, vt in contrarium allegatis respondeamus. Et primo regulæ l. vt vim. ff. de iust. & iure, cum alijs similibus, in primo argumento cumulatis,
14 † quia loquuntur & debent intelligi de defensione licito modo facta, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt concludunt communiter Docto. in d. l. vt vim, & in d. l. 1. C. vnde vi, quæ tutela siue defensio, tunc inculpata secundum leges humanas intelligitur, quando illud fit, sine quo violentia repelli non potest, gloss. Abb. & communiter Docto. in c. significasti, extra de homicid. Ioan. Lup. de bello. §. habeas, numero tertio. non autem de eo, cui lex diuina, aut saltem canonica resistit, Felin. post Bald. in c. in omni, numero tertio. de testibus. c. noli existimare, & c. quod culpatur. versicul. non esse contra Dei præceptum. 23. quæstio. 1. sed hæc defensio non fit legitimo modo, cum fiat lege diuina & canonica prohibente, vt suprà probatum est. ergo non obstat prædicta regula. Vel potest responderi, leges illas loqui de iure fori, secus de iure poli, seu diuino. Nam etsi aliqua delicta iure præsertim ciuili, veluti lege permittente (vt in l. Gracchus. C. ad l. Iu-

lia. de adult. & l. vnica. C. de concub. cum alijs similibus) sint impunibilia. Attamen non tollitur quin huiusmodi delicta committentes mortaliter peccent, & legi Dei, iuriq; canonico contraueniant, c.inter, & ibi pulchra gloss.33.quæstio.2.late Abb. in c.2. in 4. notab. de homicid. voluntа. & casua. Felin. in d. c. in omni, post Abb. in c. fin. de præscrip. sic enim in casu proposito, & si forsan iure positiuo, (quod tamen non admittimus) liceat auxilio Mahumetanorum iniuriam nobis illatam propulsando vti : attamen cum à sacris, canonicisq; scripturis id prohibeatur, citraq; Christianorum iniuriam, eiusq; sanctę fidei iacturam fieri non possit, grauissimè peccant, legiq; Dei resistunt, qui contrà faciunt. Necobstat quod dici solet, dolo, & insidijs hostes propulsari posse. c. vtilem 22. q. 2. Quia respon-
15 detur † doli duas esse species, boni scilicet, & mali. l.1.§.1.ff.de dolo malo, vbi Labeo iureconsultus definit, dolum malum esse omnem calliditatem, fallatiam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendumúe alterum adhibitam, & ibi gloss. in verbo, Adhibitam, exponit, scilicet, contra ius. Bonum verò dolum dicit, veteres accepisse pro solertia, maximè si aduersus hostem, latronemúe machinetur. Vnde illud Virgilij: Dolus, an virtus, quis in hoste requirat? quo fit, vt id quod de dolo, & insidijs in d.c. vtilem, & d. c. dominus. dicitur, de bono dolo, hoc est solertia intelligi debeat, quæ à iure non improbatur: sed si quis dolo ma-
16 lo vti velit, puta frangere fidem, † quæ etiam hosti est seruanda, d.c.noli existimare. §. fides, tunc non licet, & propterea congruere non potest argumentum, quod fit de dolo ad casum nostrum, cum ille non prohibeatur, sed laudetur, hic autem omnino interdicatur, Deci. & Cagno. in l. ea est natura, in fin. ff. de regu. iur. Iaso. in l. si rem tibi, numero tertio. ff. de præscriptis
17 verbis: † vnde ex diuersis non infertur vulgata l. fina. ff. de column. & l. Papinianus exuli. ff. de minori. Item respondetur ad id, quod dicitur, canes tollerari in ecclesia propter pacem. Nam debet intelligi si subiecti fidelibus quiete viuant, nihilq; contra Christianos moliantur, & atten-
18 tent, † tunc enim non sunt molestia afficiendi, sicut dicimus de Iudæis, & paganis in ditione Christianorum de gentibus. l. Christianis. C. de paganis. cap. dispar. 23. quæstio. vlt. c. etsi Iudæos, de Iudæis. & Saracenis. Abb. post Hosti. in c. quod super, numero decimo, in fine, de voto, Bartol. in l. hostes, colum. 2. ff. de capt. & postliminij. reuersis, vbi ponit quatuor genera personarum extranearum. Primum genus est nobis confœderatorum contra Turcas, vt erant Græci. Secundum cum quibus habemus pacem, vt sunt Tartari. Tertium cum quibus nec bellum, nec pacem habemus, vt sunt Indiani. Quartum, cum quibus continuum bellum gerimus, vt sunt Sarraceni, & Turcæ, & sequitur Alexand. cons. 130. volum. 7. Boer. decis. 178. numero decimo. Nam aliud est tollerare infideles, aliud eos pro defensione contra Christianos inuocare. ex illo enim pax nemini nocens, sed omnibus proficua oritur, ex hoc verò bellum, & dissensio Christianis nocua emergit: quin imò concludit Oldra. cons. 72. quod transcripsit Alber. in rubri. C. de paga. & Ioannes de Anania in dicto c. ad liberandum
19 † Saracenis & Turcis volentibus in pace viuere, etiam indicendum esse bellum, rationibus per eum adductis, præsertim
20 quia occupant terram sanctam, † quæ veluti Christianis debita sub Christianorum dominio, & iure existere deberet, teste Bartolo, in l. 1. C. de paganis. & ibi Alexand. post Innocen. in d. c. quod super, numero septimo. de vot. vbi Abb. numero secundo. Nec repugnat l. eorum. C. de malefic. & mathema. admittens autem
21 magicam pro defensione fructuum, † quia huiusmodi incantationes, pro fructibus defendendis tunc à iure ciuili admittuntur, quando nemini nocere possunt, secus verò si ex eis alicuius salus, vel existimatio læderetur, quia eo casu artem magicam exercentes etiam à iure ciuili puniuntur, d. l. eorum, propterea notat ibi Angelus, id quod in dicta l. dicitur de incantationibus pro fructibus præseruandis, debere intelligi, si fiant virtute diuina, secus si per incantationem dæmonum, vel aliter, quia tunc omni iure sunt improbatæ, vt habetur in titulo de sortileg. & 26. quæstio. 2. 3. 4. & 5. Paralip. libr. primo c. 1. & libro secundo, c. 23. Isai. cap. 2. Et libro Regum 4. c. legimus mortuum esse Ochoziam Regem Israel, eo quòd pro infirmitate sua consuluerat Beelzebub deum Acharon: & Reg. 4. c. 17. irascitur Deus contra Israelitas, eo quod diuinationibus, & augurijs inseruierint, vt irritarent Dominum. Quapropter retorquendo argumentum dico, quòd sicut pro recuperanda sanitate, & defensione fructuum, quæ nemini

nocent

nocent, arte magica veluti idololatriam sapiente, vti non licet: multo minus pro defensione bonorum licitum erit vti auxilio infidelium alijs damnoso.

Minus officit tertium argumentum ab oppositis facium, vt sicut in bello iusto fideles iuuant infideles c. Iulianus 11. q. 3. & c. quod culpatur. §. ordo. 23. quæstio. 1. ita argumento l. fin. §. fina. ff. de leg. 3. in 22 fideles possunt iuuare fideles. † Nam huiusmodi argumentum non vrget, vbi paratio oppositi & propositi non est, Gloss. fin. in l. contra. ff. de vulg. & pupil. Bartol. in l. inter stipulantem. §. sacram. colu. 2. numero tertio. ff. de verbo. oblig. & Dec. consil. 656. circa medium. Sed in casu nostro manifesta est diuersitatis ratio, ideo non habet locum regula, nec argumentum. Quòd autem dispar sit ratio, clarè demonstratur: quia non reperitur prohibitum Christianis in bello iusto iuuare infideles contra alios infideles, dicto c. Iulianus, cum similibus, legimus tamen prohibitum Christianis iuuare infideles contra Christianos, vt suprà probauimus, quibus addo tex. clarum in d. c. Iulianus. 11. q. 3. vbi diuus Ambrosius expressè dicit, quòd licet Christiani milites, qui Iuliano Imperatori apostatæ suberant, ei præcipienti, vt pro defensione reipublicæ arma producerent, obedire deberent. Attamen quando imperabat, vt producerent arma contra Christianos, non debebant obtemperare, sed recognoscere Imperatorem cœli, cui magis parendum est quàm hominibus, vt habetur Act. Apostol. c. 4. & 5. dicto c. qui resistat, eadem 11. quæstio. 3. Idem dicitur in c. si dominus. 11. quæstio. 3. & dicto c. quid culpatur. ibi, vel non esse contra Dei præceptum, quæ iura pariter retorquentur, & cum eis concordat c. noli existimare. versicul. si enim, eadem 23. quæstio. 1. Vel potest respondeti, prædicta iura in contrarium adducta loqui de Christiano subdito Principi infideli, cui in licitis parere ratione iurisdictionis, & superioritatis tenetur, ita respondet Gomin. in dicto c. Iulianus, in fin. argumento c. fin. 3. quæstio. 7. pulchra gloss. in c. catholicus. 2. quæstio. 7. facit quod legitur apud diuum Paulum ad Roman. 13. & diuum Petrum 1. epistola, capit. 2. 23 † quibus auctoritatibus iubemur obedire in rebus honestis, & licitis Principibus, siue bonis, siue malis: quod etiam dominus noster Iesus Christus nos facere docuit, vt in Euangelio diui Matth. cap. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, iussit quoque solui Cæsari didrachma Matthæ. capit. 27. & confessus est Pilatum habere à Deo potestatem in ipsum, Ioan. capit. 9. Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi datum esset tibi desuper. Et quod legitur de Dauid libro secundo Regum. c. 21. fuit ex permissione diuina propter peccatum Saulis: quia contra iuramentum, quod Iosue, & populus Israel Gabaonitis in deditionem Iosue venientibus præstiterat, vt legitur Iosue capit. 9. & propterea seruandum. 22. quæstio. 1. Gabaonitas ipsos occiderat, vt ex lectura dicti capitis 21. videri potest, effectusque fuerat reprobus, & dæmoniacus, eo quòd Dei præcepto non obedierat, libro Regum 1. capit. 15. & sequenti. Quartum argumentum, quod fit ab effectu ex prædicto fœdere prodeunte, scilicet dissentionis inter infideles, huic quoque opinioni non aduersatur, cū aliquam dissentionem inter infideles ex huiusmodi concordia oriri non appareat. Quinimò, etsi ex hoc cum infidelibus pacto aliqua discordia inter infideles prodiret: attamen maius damnum, grauioraq; mala Christianis ex dicto fœdere futura videmus, quam sit bonum ex dissensione 24 oriturum. † Hinc dicimus non esse facienda mala, vt veniant bona, Paul. ad Roman. cap. 3. & nota. in cap. super eo, de vsur. Imò nec facienda minora mala, vt euitentur maiora, distinctione 14. capit. 1. & 2. cap. forte, & ibi glossa, 14. quæstione quinta. Mala autem, quæ euentura prospicimus, in munera, & gratia sunt, inter quę vnum illud grauissimum omnium est, Christi scilicet religionem (nisi ipse causam suam defendat) magnum passuram naufragium. Non etiam aduersantur auctoritates noui, & veteris Testamenti in contrarium adductę. Et primò, quod scribitur Actuum Apostolo. capit. 23. quoniam illud quod ibi legitur Paulus fecit vti Præsidi, ac ministris subditus ratione iurisdictionis, cui etiam subijciebantur Pharisęi coniurati, quibus non nocuit Pauli recursus. Ita respondet Gloss. in d. c. catholicus. 2. quæstio. 6. His conueniunt alia suprà allegata in responsione tertij argumenti, quę non repeto. Minus contrariatur quod scribitur Genes. capit. 14. cum Abraham in regione Mambrę & Eschol fratrum habitaret. Ideo nimirum si erat cum eis fœdere iunctus, nec legitur ab eis auxilium aliquod impetrasse, præsertim

contra Deum colentes. & in capit. 21. 26. habitabant Abraham, & Isaac terram Abimelech Regis, qui & Deum colebat, & adorabat, nec idololatra erat, & propterea fœdus, quod ab eis perquisiuerat Abimelech veluti nemini nocens licitum erat. Nec dicatur prout aliqui diuinæ legis doctrinæq; Christianæ parum eruditi ausi sunt affirmare, Turcas veluti Deum ado-
25 rantes, non esse idololatras: † quia omnis, qui Deo repugnat, & voluntati eius resistit, is quasi peccatum ariolandi, & quasi scelus idololatriæ committit, lib. 1 Regum, capit. 15. c. si qui. 81. distinct. sed Turcę repugnant, & resistunt voluntati Dei: ergo sunt idololatræ. Quòd autem voluntati Dei repugnent, omnibus patet: quia cum Deus loquens de Iesu Christo dicat, eum esse suum filium dilectum, vt habetur Psal. 2. & Isai. capit. 42. quem refert Matth. cap. 12. Ecce puer meus, quem elegi, dilectus mēs in quo sibi bene cōplacuit anima mea: ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nunciabit, & cap. 45. Ego Dominus creaui eum, & c. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Item Actuum Apostolor. cap. 10. Quia ipse est, qui constitutus est iudex viuorum & mortuorum: Item & capit. 13. & Paul. ad Hebr. cap. 1. & 5. Filius meus es tu, ego hodie genui te. & in Euang. Matthæ. cap. 3. & 17. & secunda Petri. cap. 1. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et Ioan. 5. Qui non honorificat filium, non honorificat eum, qui misit illum, & ca. 14. Creditis in Deum, & in me credite: ego sum via, veritas, & vita, nemo venit ad patrem, nisi per me: quia ego in patre, & pater in me est. & cap. 15. Qui me odit, & patrem odit. ipsi verò Turcæ negent Iesum Christum esse filium Dei, nec eum audiant, dicuntur resistere voluntati Dei: ergo sunt idololatrę, quinimò & seductores, Antichristi, mendaces, prophani, hostes Christi, Deum non habentes, super quos ira Dei manet, Ioan. cap. 3. in fin. & eius epistola prima, c. 2. scribitur. Quis est mendax nisi is, qui negat quoniam Iesus est Christus? omnis, qui negat filium, nec patrem habet. & cap. 4. Omnis spiritus, qui confitetur Christum venisse in carne, ex Deo est. & omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus. & c. 5. per totum caput. & tota epistola secunda. c. alienus, & capit. omnis. 24. quæstio. 1. vbi & qui huiusmodi hominibus dicunt, Aue, communicant eorum operibus malignis. Nec ex eo quod Turcæ Deum adorare dicantur, idololatrę esse desinunt, cum & Mahumetum vt eorum Deum colant instar eorum colonorum, quia à Rege Assyriorum in Samariam missi, licet Deum colerent, dijs tamen eorum inseruiebant, libro 4. Regum. capit. 17. Quapropter Dauid eodem Psal. 2. dicit, Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite Domino in timo-
26 re, exultate ei in tremore. † Quomodo ergo Reges seruiunt domino in timore, nisi eos, qui contra Dei iussa faciunt, hoc est Saluatorem nostrum Iesum Christum non recipiunt, religiosa seueritate prohibeant, atque casti gent. c. ii. ecclesia. 23. quæst. 4. Quod vero legitur Genes. cap. 31. Iacob fœdus ferijsse cum Labam. Is auunculus, & socer erat Iacob. vt habetur Genes. capit. 28. & sequenti, fœdusq; nemini nocuum erat, nec aliquo iure prohibitum,
27 & † vbi non est lex, ibi nec præuaricatio, Pau. ad Roman. c. 4. Nec aduersatur, quod legitur Iosue cap. 2. Quoniam id fuit ad nostri doctrinam, & exemplum, & ad demonstrandam Raab meretricis fidem operibus munitam, vt habemus in epistola Pau. ad Hebr. c. 11. & Iaco. ca. 2. Ac quantum profuerint fidelibus pacta illa, non autem nocuerint, prout nec damno fuerunt, quæ nono capite scribuntur, ex eo quod Gabaonitæ, quorum eo loci mentio fit, fuerunt hi, qui venerunt ad Iosue interram promissionis, vt ab idolis recedentes, colerent Deum Israel, eiq; seruirent. Nec enim legitur Iosue auxilium à Gabaonitis contra Israelitas petijsse. Ideo obseruandum erat filijs iuramentum, sicut habetur Genes. capit. 34. ibi, sed in hoc valebimus confœderari, si volueritis esse timiles nostri. His arridet c. non oportet. 18. quæstio. 1. Nec etiam est contra, quod legitur Iudicum cap. 9. Quia argentum Abimelech ex phano Baal captum, Iudais non nocuit, sed vtile fuit, cum ex eo conduxerit viros inopes. Et quod de Samsone cap. 14. Iudic. legimus, qui Philistæam in vxorem duxit, à Domino factum est, vt quereret occasionem contra Philistæos, qui Israeli tunc dominabantur. similiter quod libro Reg. 1. c. 7. scribitur, de pacem inter populum Israel, & Amoræum, opinioni nostræ non aduersatur, cum pax illa nemini fidelium nocuerit. Minus sunt impedimento de Dauid scripta eodem lib. Reg. 1. c. 27. Quia, licet Dauid confugerit ad Achis Regem Philistinorum, non pro-

pter

pterea pugnauit contra populum Israel, sed contra Amalechitas infideles, vt eodem capite legitur. Nec germana est Nicolai Lirensis interpretatio, Dauid, scilicet ex iure, quod prætendebat in regno Israel, posse illud acquirere virtute armorum, facultate sibi occurrente, & auxilio Philistinorum, vti: Quia rationes ibi allegatæ non vrgent, ideo reprobantur in prima additione, & replicatione ad gloss. quibus concluditur, quòd non habuit Dauid animū pugnandi pro infidelibus contra Saulem, & populum Iudæ, ac Israel, constituendiúe se Regem: quia si hunc animum habuisset, vtique commodius, & securius hoc facere poterat, quando Dominus tradidit Saulem in eius manum in spelunca Engadi, & non extendit manum suam, nec viros, qui cum eo erant consurgere permisit in Saulem, sed tantum illius clamydis oram præscidit, quam scidisse deinde eum pœnituit, lib. 1. Regum cap. 24. Item quando iterum tradidit Saulem Dominus in manus Dauid cum castra posuit contra Dauid in Gabaa Hachillæ, descenditq; Dauid, & inuenit Saulem, & Abner Principem eius malitiæ, ac populum dormientem, & tamen non percussit eum, cum esset vnctus à Domino, sed lanceam duntaxat, ac scyphum aquæ exportauit, & inde restituit sperans in Domino, qui eum liberaret ab omni angustia, vt habetur eodem lib. 1. Reg. c. 26. & Psalm. 50. in fine. Da nobis auxilium de tribulatione, quoniam vana salus hominis, vocauitque Saulum dum vixit, Dominum & Regem suum. Nam etsi Dauid vnctus in Bethlehem à Samuele fuisset, lib. 1. Regum cap. 16. Attamen illa vnctio non fuit, vt tunc esset Rex, sed mortuo Saul, quod apparet ex sequentibus capitibus, præsertim cap. 2. lib. 2. Regum, vbi Dauid, mortuo Saul, fuit vnctus, vt regnaret super domum Iuda, ex quibus dignoscitur, Dauidem non habuisse animum expellendi Saulem à regno, dum viueret, quòd si habuisset animum præliandi, & eum percutiendi, peccasset: quia venisset contra eius iuramenta, de quibus in dicto c. 24 & 26. lib. 1. Regum. & fecisset contra id, quod ipse exprobrauerat populo Israel, quòd commixti essent inter gentes, Psalm. 105. & quod dicit Psalm. 58. Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Pax autem inter Dauid & Thou Regem Emath. de qua lib. 2. Regum c. 8. fuit in auxilium populo Israeli, & contra Adadezer Regem Soba gentilem. Quid autem acciderit nuncijs Dauid missis ad Hanon filium Naas, legitur eodem libro 2. Regum cap. 10. & Paralipomenon 1. cap. 19. decaluati enim, & media barba rasa, tunicisq; à natibus vsque ad pedes scissis turpiter dimissi fuerunt. Nihilque mali populo Israeli attulit fuga Absolon ad Regem Gessur, libro 2. Regum c. 13. Fuit & innoxia coniunctio Salomonis cum Pharaonis filia, quam non nulli Proselytam fuisse asserunt. Vtilis etiam dignoscitur Salomonis cum Hyra Rege Tiri amicitia ad ædificandum templum Domini contracta, libro 3. Regum cap. 5. & fuga Ieroboam in Aegyptum, de qua eodem libro 3. cap. 11. nullum fidelibus incommodum intulit. Quod verò legitur eodem libro 3. Regum, Assa Regem Iuda iniuisse fœdus cum Benadab Rege Syriæ, ab eoq; auxilium contra Baasa Regem Israel petijsse, eo quod, vt scribitur c. 15. aduersus ipsum Assa ciuitatem in terra Iuda construxerat, & eam oblidebat, vt nullus tutè posset egredi, nec ingredi de regno Assa, peccauit Assa Rex ob huiusmodi fœdus coram Domino, quem propterea acerbè redarguit Anania prophetæ lib. 2. Paralipomenon cap. 16. dicens ei: Quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo. Idcirco euasit Regis Syriæ exercitus de manu tua: Nonne Aethiopes, & Libies multò plures erant quadrigis & equitibus, & multitudine nimia, quos cum in Domino confidisti tradidit in manu tua? oculi enim Domini contemplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem ijs, qui corde perfecto credunt in eum. stulte igitur egisti, & propter hoc etiam præsenti tempore aduersum te insurgent bella. Et ægrotauit Assa dolore pedum, & interfecit Dominus de populo in tēpore illo plurimos. Ecce enim textum apertum, quo Assa Regi Iuda, fas non fuit (etsi in eius regno à Baasa Rege Israel constructa essent propugnacula) inire fœdus, auxiliumque pro defensione sui regni à Benadab Rege Syriæ infideli contra Baassa Regem Israel fidelem, implorare. Sic in quæstione nostra nefas est cuilibet Christiano Principi, quamuis in eius ditione alius Christianus Princeps loca munita habeat, fœdus percutere, & auxilium ab infidelibus contra fideles impetrare. Nec contrariam sententiam defendunt, quæ lib. 4. Regum cap. 16. de confœderatione Rasim Regis

Syriæ, & Phaceæ Regis Israel aduersus Achaz Regem Iuda, leguntur. Quia si veritatem facti, siue historiæ intellexerimus, possunt ea ad tuendam opinionem nostram retorqueri, prout eam ex fide recitat Dionysius Cartusiensis, in Isaiam c. 7. artic. 17. Narrat enim Achaz filium Iohatam, cum regnare cœpisset in Hierusalem idololatriam cõmisisse, & propterea à domino in manus Rasim Regis Syriæ traditum, ab eoq; magna capta præda percussum fuisse. Deinde etiam in potestatem Phaceæ Regis Israel plaga grandi affectum venisse (occidit enim Phacee de Iuda centum & viginti millia virorum) & eo tempore Regem Achaz nuncios ad Regem Assyriorum misisse, ab eoque auxilium imploraſſe, quamobrem humiliauit Dominus populum Iuda propter Achaz Regem, eo quòd nudasset eum auxilio, & contemptui habuisset dominum, nec profuisse auxilium Regis Assyriorum, sed nocuisse, cum inde eum afflixerit, & nullo resistente vastauerit: reprehensumq; fuisse, quòd in tempore angustiæ auxisset contemptum in dominum. Post hæc autem Rasim Regem Syriæ, & Phacee Regem Israel in superbiam elatos, quod Achaz Regem Iuda deuicissent, inito simul pacto, siue fœdere, iterum contra Achaz in Hierusalem ascendisse, vt eum debellarent, cumque misertus eius esset dominus, non potuisse, qui ad Isaiam dixit: Egredere in occursum Achaz, & dices ad eum, Noli timere, & cor tuum non formidet à duabus caudis titionum fumigantium Rasim, scilicet Regis Syriæ & Phaceæ Regis Israel, eo quòd consilium inierint contra te, dicentes: Ascendamus ad Iudam: hoc enim consilium, & fœdus exosum habuit dominus, & propterea dixit: Non stabit, & non erit istud. Nam Rasim Rex Syriæ interfectus est à Rege Assyriorum, & Phacee rex Israel ab Osea filio Hela: Et hoc est, quod legitur, si omnia ex ordine componamus, lib. Regum 4. cap. 15. Paralipo. 2. cap. 28. Isai. cap. 7. & 8. Vides ergo mi Christiane lector huius nostrę opinionis forte argumentum: Nam cum Phacee Rex Istael contra Achaz solus bellum mouit, victor euasit: cum verò fœdere inito cum Rege Syriæ infideli in Hierusalem ascendere voluit, non potuit, verùm à Rege Assyriorum Dei permissu profligatus est, & interfectus, & cum Rex Achaz auxilium petijt à Rege Assyriorum nihil ei profuit, sed eius populus occisus fuit. Cum autem populus Hierusalem sperauit in domino, dedit eis signum liberationis. Ecce, Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum nobiscum, Dominus, Isai. dict. ca. 7. & Matth. cap. 1. & si de Iesu Christo intelligenda sit prophetia. Quid autem profuerit Oseæ Regi Israel mittere nuncios ad Sylam Regem Aegypti, vt rebellaret à rege Assyriorum, eiq; tributa non solueret: legitur lib. 4. Regum cap. 17. Nam propterea fuit ab eo obsessus, & in carcerem missus, & quoniam sequuti fuerant Israelitæ gentes, misit in eos Dominus leones illos interficientes. Quamobrem caueant, qui à Turcis, aliisue infidelibus auxilium implorant, eosque aduersus Christianos prouocant, ne hæc sint eis in figuram, vt sicut in Israelitas, qui ad Reges infideles confugerant, misit Dominus leones: sic aduersus eos hostes mittat occidentes, bona diripientes, & Regna deuastantes: non enim debent Christiani confidere in Turca Rege Aegypti, de quo scriptum est Regum 4. cap. 18. & Isai. cap. 36. ac Ezechi. capit. 29. Ierem. d. c. 2. super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem. Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti dominum Deum tuum? An speras in baculo harundineo, atque confracto Aegypto, super quem si incubuerit homo, commotus ingredietur manum eius, & perforabit eam: vt experimento didicit Constantinus. Nec contra etiam pugnat quod scribitur Machab. 1. cap. 5. & 8. quia Nabothei, qui prophetantes dicuntur, ideò pacifice à Iuda fuerant suscepti: quia narrauerunt ei omnia, quæ acciderant fratribus eorum in Galalitide: Et fœdus cum Romanis initum non fuit in perniciem, nec aduersus Israelitas aliquos, imò, vt ei contra alias gentes Syrios, & Persas idololatras essent auxilio. & fortè dici posset prædicta cum Romanis fœdera Deo non placuisse, idcirco ipsum Iudam Machabęum, eiusque exercitum percussum, & interfectum fuisse à Demetrio Græcorum Rege, eodem lib. 1. Machab. cap. 9. contra quem Romani promiserant se Iudam Machabęum, & Iudęam gentem adiuturos: quod tamen non fecerunt. Hoc idem potest responderi aduersus omnes alias confœderationes, de quibus lib. 1. Machab. cap. 10. 11. 31. 12. 14. & 15. & ad l. 2. C. de offic. præfect. præto. Affri. Quia huiusmodi pax

qui



INDEX VERBORVM
RERVM ET SENTENTIARVM
INSIGNIVM IN HOC VOLV-
mine Decisionum,

ILLVSTRISSIMI SENATVS PEDEMONTANI
contentarum, locupletißimus, ac diligenter ſecundum
alphabeticum ordinem digeſtus.

Cuius primus numerus Deciſionem ipſam: ſecundus deciſionis
cuiuſque numerum: tertius folium
indicat.

ABBA. opinio in cap. in literis, de reſtitutio. ſpoliat. reprobatur dec.116.nu.10.fol.207

Abba.opinio, in cap. 2. de donat. inter virum et vxorem,defenditur,deciſi.140.nu.9.fol.251

Ablatiui abſoluti regulariter conditionis vim habent, deciſione 145.numero 6. fol. 262

Ablatiui abſoluti tunc ſemper conditionem important, quando futurum tempus reſpiciunt, & id quod ſui natura eſt incertum,deciſ. 145.num.7.fol.262

Ablatiui abſoluti conditionem,& formam important,deciſ. 165.num.12. fol. 304

Abſens ex iuſta cauſa pro præſenti habetur, deciſio. 92. nu. 10. fol. 156

Abſens non poteſt condemnari pro delicto, pro quo imponeretur pœna maior relegatione, ſecus ſi minor, & numero 8.dec.105.num.2.fol.190

Abſens cauſa reipublicæ,& minor æquiparantur,deciſ.158. num.8.fol.259

Abſenti ex contractu alterius,ius aliquod non acquiritur, niſi ſecuta ratificatione,dec.33.num.1.fol.62.

Abſenti ex ſtipulatione notarij, etiam ante ratificationem ius,& actionem,acquiri communiter tenent Docto. deciſ. 33. nu.4.fol.62

Abſolutio non retardatur propter inſtrumentum non productum iudicialiter,& parte non vocata,dec.1.num.47. fol.7

Abſolutio à iuramento non requiritur, quando hæres iurantis agit ad reciſionem contractus ſimulati, deciſ. 42. num.6.fol.75

Abſolutio à iuramento non prodeſt obtenti, niſi vocata parte, cuius intereſt,dec.175.nu.7 fol.223

Abſolutio aliquando petitur, etiamſi quis excommunicationem non incurrat,deciſ.138.nu.16.fo.241

Abſolutio à iuramento debet omnium obſtantiũ facere mentionem,alias ſubrepticia iudicatur,deciſio.242. nu. 14. fol.254

Abſurdum reputatur,quòd quis vno & eodem tempore obligetur,& in mora conſtituatur,dec.49.nu.5. fol.82

Acta facta in vno iudicio inter eaſdem partes, & coram eodem iudice,non probant, niſi producantur, dec. 1.nu.40. folio 7

Acta facta coram primo iudice, an debeant produci coram ſubrogato,& neceſſariò,dec.1.nu. 52. fol.7

Acta umbratoria,ſiue probatoria,facta in vno iudicio, an fidem faciant inter eaſdem perſonas in alio iudicio ad diuerſum finem tendente remißiue,dec. 107. nu.1. fol. 192

Acta ſunt nulla,in quibus interuenit circundictio,deciſ.142. num.37.fol.254

Actio de dolo contra parentes non datur, quod in nouerca limitatur,dec.31.nu.3.fol.59.

Actio de dolo per lapſum biennij, cenſetur extincta, dec. 58. num.17.fol.94

Actio de dote,quæ communis eſt patri, & filiæ, non poteſt in præiudicium filiæ ſine eius conſenſu à patre intentari, deciſ.62.num.20.fol.101

Actio intentata quæ ſit in libello, ex medio concludendi cognoſcitur,dec.74.nu.11.fol.125

Actio & paßio,in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt, dec. 95. num.2. fol. 162

Actio de dolo ceſſat, quando dolus actione ex eo contractu in quo ineſt,purgari poteſt,quod intellige,vt num.17.deciſ.117.num.4.fol.240

Actio ſi ex vtraq; parte ſit pœnalis, ex vtroq; iure canonico, & ciuili,non datur contra hæredem,deciſ.152. numer.8. fol.281

Actio de euictione,ante ſententiam, & realem euictionem rei ad quam agitur,nata non dicitur,dec.181. numero 4. fol.331

Actio de euictione,et ad precij recuperationem,regulariter non dantur lite mota,ſed ſolum ad defendendum, vel cauendum,aut liberandum,dec.181.num 5. fol.331

Actione carere dicitur, qui ante diem iudicium mouere intendit,dec.130.num.4.fol.232

in Actione perſonali regulariter, & ſecundum communem opinionem reuocatoria actione contra tertium poſſeſſorem agendum eſt,dec.65.nu.5. fol.103

Actioni cuilibet & iuri, ſpacio triginta annorum præſcribitur,& nu.16.dec. 115.nu.1.fol.205

Actioni nondum natæ,ſeu competenti præſcribi non poteſt, deciſ.177.nu.1.fol.324

Actioni filio competenti ad recuperationem feudi alienati à patre,nullo reſtituto precio,non præſcribitur, niſi poſt mortem patris alienantis,dec.177.nu.3. fol.324

Actiones directè adeo infixæ ſunt oßibus cedentis, vt vix ab eo poßint ſeparari,deciſ.62.nu. 4.fol.100

Actiones vtiles habens adeo præfertur habenti directas, vt etiam executionem ſententiæ ab eo obtentam impedire poßit,deciſ. 67.num.17.fol.101

Actiones pœnales poſt litem conteſtatam hæredibus dantur, & in hæredes tranſeunt,dec.149.num.3.fol.276

Actiones omnes quæ morte,aut tempore pereunt, ſi in iudicium ſemel deductæ ſunt ſaluæ permanent, & perpetuantur,deciſ.149.nu.5.fol.276.

Actionibus perſonalibus,& officio iudicis minori ſpacio nõ præſcribitur,quàm xxx.annorũ,dec.132.nu. 36.fo. 233

INDEX

Actor quia à principio noluit iuramentum deferre, sed onus probandi assumpsit, si non probauit, tunc reus absolui debet, nec cogitur iurare, decisio. 97. numero 2. pagina 163

Actor suam actionem probare tenetur antequam reus suas exceptiones, decisi. 144. num 15. pag 259

Actor an reus dicatur, intentans remedium. l. diffamari. C. de ingen. manumiss & num 4 dec 151. num 1. pag. 279

Actor dicitur, qui ad iudicium prouocat, limitat. vt nume. 8. deci. 151. num. 2 pag. 279

Actor an reus quis iudicetur, quid inspiciendum sit, & num. 9 in fin. dec. 151 num. 5 pag. 279

Actor, & reus in quocunque iudicio etiam summarissimo debent legitimè comparere, decisione 1. numero 35. pagina 16

Actori est imputandum, qui non probat id, quod est fundamentum suæ intentionis, decisione 142. numero 15. pagina 252

Actum ex necessitate facienti magis succurritur, vbi necessitatis species duplices enumerantur, decisione 61. nume. 5. pag 99

Actum directo contrarium faciens iuri & priuilegio suo, dicitur illi renunciasse, decisione 91. numero 21. pagina 154

Actus & potentia inter se diuersa sunt, & à possibili ad esse argumentum non deducitur, decisione 18. numero 6. pag. 27

Actus nostri voluntarij non extenduntur, nisi quatenus de necessitate inferunt, decisione 99. numero 16. pagina 171

Actus factus non seruata forma est nullus, decisione 113. nu. 8. pag. 203

Actus subsequentes contrarij præcedentibus, faciunt videre recessum à præcedentibus, præsertim quando de illis facta reperitur expressa mentio, dec. 142. num. 10. pag. 254

Actus sequentes appellationi contrarij, faciunt præsumi appellationi renunciatum, dec. 142. num. 22. pag. 254

Actus an valeat potius, quàm pereat, facienda est interpretatio, dec. 163 num. 2. pag. 300

Actus semper interpretandus, vt euitetur cõtrarietas, & repugnantia, dec. 163. num. 3 pag. 300

Actus ad substantiam vbicunque multa requiruntur, tunc nõ sufficit plura esse obseruata, sed omnia adimpleri debẽt, ita vt nec vnum omittatur, dec. 165. num. 5 pag. 304

Accusator, seu denuncians testis esse nõ potest: alius enim accusator, alius testis esse debet, decisio. 79. num. 54. pagina 137

Accusationem, & testimonia per scripturas proferri non posse iure canonico cautum est, decisio. 128. nume. 9. pag. 229

Administratio longa bonorum vxoris cum eius participatione habetur pro traditione, dec. 21. num. 8 pag. 29

Administrationem qui suscipiunt, iurare debent fiscalia vigilanter inspicere, & cum omni vehementia exigere, deci. 86. num. 3 pag. 146

Administratores, seu electi ciuitatis non possunt emere, aut conducere res ipsius ciuitatis, quarum administratio eis commissa est sub pœna irritationis contractus & quadrupli, dec. 109. num. 6 pag. 196

Administratores ciuitatis propter negligentiam pœna simpli puniuntur, decisi. 109. nume. 7 pag. 196

Administratores publici si legitimè rationes nõ reddiderint, & contingat probare aliqua bona ad Cameram spectantia ad ipsos peruenisse, qua pœna puniantur, decisio. 70. numero 9. pag. 116

Adoptio quare non operetur defectum substitutionis factæ sub conditione si sine liberis decesserit, decisione 126. nu. 16. pag. 224

Adoptione. siue arrogatione filij rumpitur testamentum. luti agnatione sui hæredis: donatio autem adoptione siue arrogatione non reuocatur, decisione 121. numero 9. pag. 216

Adoptiui filij simul cum legitimis, & naturalibus admittuntur ad successionem, decisione 75. numero 2. pagina 126

Aduerbia plerunque tenent locum formæ, & qualitatem facti denotant, decisione 113. num. 7. pag. 263

Adulterij crimen iustam præbet exhæredationis causam, decisio. 124. num. 2. pag. 222

Aduocatos denegare, est magnam partem defensionis tollere, dec. 1. num. 13 pag. 6

Aequalitas seruanda est, decisione 23. numero 16. pagina 35

Aequiparata à lege veteri vbi duo sunt in eadem materia, dispositum à lege noua in vno, locum habet in altero, decisione 31 num. 7 pag. 59

Aequiparatio de casu ad casum, vt valeat quæ requiruntur, dec. 6. num. 2 pag. 15

Aequiparatorum eadem esse debet dispositio, decisione 61. num. 7 pag 93

Aequiparatorum regula locum non habet, vbi diuersa ratio. dec. 61. num. 10 pag 69

Aequiparatorum eadem est dispositio, quod procedit etiam in pœnalibus, dec. 94. num. 20. pag 160

Aestimata res si peruenit ad ecclesiam, debuit instante prælato à cathastro deponi, consil. Balb. numero 14. pagina 112

Aestimatio rei venditæ consideratur tempore venditionis. dec. 42. num. 5 pag 75

Aestimum quasi contractus est, & ex eo obligatio inducitur, consil. Balb. numero 21. pagina 112

Agendi ius quibus competit, multò magis excipiendi & retinendi competiturum erit, decisione 133. nume. 2. pagina 23

Agens ex vna causa, si ex alia probet intentionem suam, succumbit, dec. 54. num. 3. pag. 89

Agens ante diem male agere dicitur, decisione 130. num. 9. pag. 229

Agens ex cõtractu vltro citroq; obligatorio, tenetur ex parte sua adimplere, quæ ad ipsum spectant, & probare eorum implementum, decisio 51. numero 9. pag. 85

Agens ad distractum, & sic ad recisionem contractus debet sequi forum rei, decisione 78. numero 15. pag. 118

Agentes, & consentiẽtes pari pœna puniuntur, & quomodo intelligi debeat, decisio. 80. num. 6. pag. 139

Agentes, & cooperantes pari pœna puniuntur. decisio. 124. num. 1. pag. 190

Agnato sufficit, quod sit hæres primo intuitu, licet non sit hæres vltimi defuncti, vt succedat in feudo hæreditario, dec. 26. num. 10. pag. 45

Agnatus possidens, fœminam defuncti hæredem impedit mitti in possessionem bonorum. si inconsentiens se probaturum bona esse feudalia offerat, decisio. 26. num. 2 pagina 44

Albæ opinio, siue illatio in consil. 76. in fin. reprobatur, deci. 181. num. 12 pag 332

Alienans & possessor quando eodem genere actionis tenentur, tunc executiuè contra tertios possessores procedi potest, dec. 65. num. 10. pag. 104

Alienatio rerum minoris illegitimè facta, retractari non

poterit per minorem maiorem effectum, decis. 58. num. 12. fol. 94

Alienatio rei fideicommisso subiectæ valet intercedente ignorantia contrahentium, si fidei commissum sit vniuersale, secus si particulare. decisione 73. num. 4. fol. 124

Alienatio à iure prohibita, ita demum non dicitur valere, si pars se opposuerit, decisione 94. numero 23. folio 160

Alienatio à rege facta cedens in magnam diminutionem Regiæ iurisdictionis non valet, & potest reuocari non obstante iuramento, dec. 139. num. 7. fol. 347

Alienatio, siue cessio facta in potentiorem quomodo dicatur, & de intellectu tit. C. ne liceat poten. dec. 144. nu. 12. fol. 259

Alienatio de quibusdam hominibus facta à vasallo rescinditur, si feudum ad dominum peruenerit ob felloniam vasalli, dec. 156. num. 11. fo. 286

Alienatio rerum feudalium etiam ex causa dotis, vel alterius necessitatis prohibita est, ex iuris communis feudorum dispositione, decisio. 165. num. 2. fol. 304

Alienatio vbicunq; regulariter prohibita est, & certis tantum casibus, ac seruata certa solemnitate permissa non statur dicto asserentis alienationem in casu permisso fuisse factam, dec. 171. num. 12. fol 316

Alienatio, vbi ex causa pmittitur, intelligitur de causa proxima, non remota, decisio. 171. num 16. fol. 318

Alienatio facta sine licentia directi domini deuoluit feudum ipsi domino, decisio. 69. num. 17. fol. 115

Alienatione prohibita videtur prohibita omnis alienatio necessaria à lege, decisio. 94. num. 3. fol. 160

Alienationi rei minoris non solemniter factæ, lex expresse resistit, illamq; irritam, ac inanem declarat, dec. 160. num. 11 fol. 162

Alienationes prohibitas post cœptum iudicium, esse intelligitur de alienationibus voluntarijs, non autem de necessarijs, dec. 168. num. 12. fol. 310

Alienationis prohibitio, vt res familia relinquatur, inducit fidei commissum, dec. 50. num. 1. fol. 82

Alienationis prohibitio odiosa esse dicitur, & stricte intelligenda, dec. 50. num. 12. fol. 83

Alienationis verbo comprehenditur legatum, & hæredis institutio, dec. 85. num. 3. fol. 144

Alienationis prohibitio, vbi duplex inducitur, altera à iure cõmuni, altera à testatore, vna cessante, altera locum habet, dec. 85. num. 14. fol. 145

Alienationis rerum dotalium prohibitio non solum fit propter sexus muliebris fragilitatem, sed etiam ob fauorem mariti, dec. 94. num. 26. fol. 160

Alienationis prohibitio cessat, deficientibus personis, ad quas res prohibita alienari, debet venire, decis. 98. numero 13. fol. 169

Alienationis rei feudalis prohibitio strictior est quàm rei minoris, vel fideicommisso subiectæ, dec. 167. numero 20. fol. 307

Alienationis bonorum feudaliũ prohibitio strictior est alienatione rerum eccleſiæ, & minoris, dec. 171. nume. 13. fol. 316

Alienationis rerum dotalium prohibitio maior est, quàm peculij aduentitij, dec. 94. num. 22. fol. 160

Alienatio rem regulariter prohibitam, & certis tantum casibus permissam credendum nõ est si de casu aliquo permisso atteſtetur, dec. 171. num. 17. fol. 318

Alienare prohibito in aliquo casu, censetur etiam in eo interdictum, per quem ad casum prohibitum deueniretur, dec. 168. num. 7. fol. 13

Alienare qui non potest, non etiam litem mouere poterit, decisio. 62. num. 13. fol. 101

Alienandi licentia restringi debet ad vitam alienantis, decis. 164. num. 17. fol. 301

Alienandi legitima & necessaria causa connumeratur inter principales qualitates, & solemnitates in decreto requisitas, dec. 167. num. 1. fol. 307

Alienandi licentia, siue beneficio non gaudet, vbicunque quis animo euertendi fideicommissum alienat, dec. 168. num. 13. fol. 310

Alienandi facultate alicui cõcessa in casu necessitatis ad hoc, vt valida sit alienatio, quæ concurrere debeant, decisio. 171. num. 14. fol. 316

Alienandi licentia concessa respectu debitorum necessariorum nõ alias valet, nisi probetur summa precij feudi alienati prætensis debitis commensurari, dec. 171. numero 18. fol. 316

Alleganti aliquid onus etiam probationis incumbit, decisio. 171. num. 11. fol. 316

Alleganti factum etiam si sit pater, vbi iura aliquid concludunt, non sufficit simplex allegatio, sed probatio etiam requiritur, dec. 172. num. 5 pag. 318

Allegare non sufficit, nisi quod allegatur probetur, decisio. 17. num. 41. pag. 137

Alere filium pater tenetur qui portionem sibi assignatam ludendo consumpsit, & nunc sequ. latius comprobatur, decisio. 124. num. 9. pag. 222

Alexandri consilium 101. num. 15. volum. 3. declaratur, decis. 59. num. 15. pag. 89

Alimenta quis habere non debet ex his bonis qua illi ratione delicti auferunt, & nume. 12. decisio. 124. num. 7. pa. 222

Alimenta parentibus filij præstare tenentur, vbicunq; habẽt, vnde se alerent, decisione 124. num. 8. pag 222

Alimenta de iure naturali debẽtur, & nullo effectu tolli possunt, dec. 124. numero 10. pag. 222

Alimenta durante matrimonio per maritum præstita vxori remissa titulo donationis præsumuntur, vbicunque taciturnitas longi temporis, & mors ipsius mariti interuenit, & num. 11. decisio. 132. num. 2. pag. 235

Alimenta libertis relicta. dato quod per longi temporis spacium petita non fuerint remissa, esse non præsumuntur, dec. 132. num. 12. pag. 235

Alimenta quomodo præsumantur per maritum vxori remissa titulo donationis notabili distinctione declaratur per quam diuersæ in hoc articulo Doctor. opiniones concordari possunt, dec. 132. num. 19. pag. 235

Alimentorum causa adeo est fauorabilis, vt impediat perpetuo translationem dominij rei donatæ respectu alimentorum, dec. 85. num. 10. pag. 145

Alimentorum petitio hæredibus competere non debet, qui onera matrimonij non sustinent, quorum respectu alimẽta iure debentur, decisio. 132. numero 7. pag. 335

Altare vnum discooperire non debemus, vt alterum cooperiamus, dec. 59. num. 11. pag. 97

Alternatiua legis resoluitur in coniunctam, dec. 13. numero 1. pag 20

Angeli opinio confutatur, dum vult patrẽ tanquam fideiussorem obligari, vbicunque filius eius voluntate dotem recipit, dec. 44. num. 12. pag. 77

Animus qualis fuerit, ex actu subsequenti declaratur, decisio. 71. num. 33. pag. 120

Animus præcedens ex actis subsequentibus declaratur, dec. 90. num. 19 pag 151

Animus deliberatus contrahentium ex eorum verbis sæpius repetitis dignoscitur, dec. 164. num. 11. pag. 301

Animo nocendi alteri non licet aliquid facere, etiam in suo, decisio. 17. num. 11. pag. 25

Antidotalis obligatio licet ex sui natura non sit potens ad agendum, attamen quando est facta promissio ex causa remuneratoria, tunc actionem paret, dec. 169. nume. 12. pag. 312

Antiquitas secundum communem opinionem dicitur esse centum annorum, dec. 173. num. 8. pag. 321

Appellans post lapsum fatalium, etsi ex persona sua prosequi appellationem non posit, attamen si appellatus intra fatalia rescriptum impetrauerit, vel prosequi inchoauerit, & prosequatur post lapsum fatalium poterit ex persona appellati etiam lapsis fatalibus suam prosequi appellationem, decisione 28. nnmero 8. pag. 51

Appellans à sententia lata contra falsum procuratorem gesta falsi procuratoris ratificare videtur, decisione 39. nu. 25. pag. 71

Appellans an posit intra tempus appellandi variare, & à iudice, quem primo loco appellauit recedere alium appellando, & num. 9. cum plurib. sequen. declaratur, dec. 131. num. 4. pag. 233

Appellanti vt biennium concedatur duo concurrere oportere, dec. 28. num. 4. pag. 51

Appellantes diuersos iudices coram maiori iudice appellationem interponere debent, decisio. 150. nume. 14. pagina 233

Appellantis protestatio necessaria est, quod per eum non stet, quo minus causa expediatur, & requiritur repetita, nec vna tantum sufficit, decisio. 12. numero. 7. pagina 19

Appellare, an legitime liceat verbo ab interloquutoria, si causa grauaminis in scriptis redigantur stante decreto, quod ab interloquutoria appellandum sit in scriptis, & in ea inserantur causæ grauiminis, decisione 6. nume. 1. pag. 14

Appellare idem est facto, quod verbis, decisione 7. numero 3. pag. 15

Appellare sine grauamine nemini licet, decisione 61. nume. 3 pagina 99. quod declaratur numero 6. & alijs sequentibus.

Appellare regulariter à quacunque sententia licet, decisio. 61. num. 6. pag. 99

Appellari à iudicis negligentia potest si iter requisitus, pronunciare distulerit, dec. 12. num. 6 pag. 19

Appellari an posit à sententia in possessorie lata, dec. 25. nu. 1. pag. 41

Appellari à sententia lata contra prohibitum ille potest ad quem res prohibita alienari, transferri debet, decisione 157. num. 16. pag. 287

Appellari à sententia super possessorio lata potest, vbi possessorium habet annexam proprietatis causam, decisione 25 num. 10. pag. 42

Appellari potest à sententia super possessorio, si possessio per hypothecariam actionem, vel ad exhibendum auocetur, dec. 25. num. 2. pag. 42

Appellari potest in causa alimentorum, quæ iure actionis petuntur. dec. 25. num. 20. pag. 54

Appellari potest ab interloquutoria iure scriptis, quod tamen limitat locum non habere in patria nostra, decisione 1. num. 32. pag. 6

Appellari à sententijs Episcoporum, seu eorum vicariorum prolatis in causis temporalibus, in terris Imperij appellari ad Imperatorem debet, seu alium Principem, aut magistratum secularem, decisione 30. numero 6. pagina 56

Apellari à sententia super possessorio lata an posit, decisio 131. num. 3 pag. 233

Appellatio iudicatum extinguit, vel saltem suspendit, & eius effectibus, dec. 5. num. 1. pag. 12

Appellatio ab interloquutoria à quo ad iustificationis effectum duodecim requirit, dec. 5. numero 6. pag. 12

Appellatio ab interloquutoria, & appellatio interposita interuallo à diffinitiua æquiparantur, decisione 6. nume. 6. pag. 14

Appellatio deserta redditur si per appellatem steterit, quominus omnia litis certamina compleantur, & causa ad finem producatur, dec. 12. num. 5. pag. 19

Appellatio à diffinitiua potest iustificari ex nouiter delictis, dec. 14. num. 3. pag. 21

Appellatio à sententia super possessorio lata quid operetur, postquàm non obstante appellatione, sententia executoria mittitur, dec. 25. num. 3 pag. 41

Appellatio an admittitur in remedio adipiscendæ hereditatis scriptum intentato, decisione 25. numero 9. pagina 42

Appellatio an in casibus, in quibus admittitur à sententia in possessorio lata impediat ipsius sententiæ executionem, dec. 25. num. 15. pag. 43

Appellatio an admittatur ab aliquo actu præcedente sententiam diffinitiuam, dec. 25. num. 14. pag. 43

Appellatio an censeatur deserta per lapsum primi fatalis, licet appellans, & appellatus prosequuti fuerint causam, & Iudex appellationis sententiam protulerit intra secundum fatale, eo tamen expresse non concesso, decisio 28. num. 1. pag. 50

Appellatio si fuerit deserta per lapsum primi anni nullo isto impedimento interueniente, an appellatus vel appellans potest illam prosequi, decisio. 28. numero 1. pagina 50

Appellatio à processu Iudicis recusati ad vlteriora pretendentis, an habeat vim appellationis ab interloquutoria, an vero à diffinitiua, decisio. 84. num. 10. pag. 144

Appellatio, recusatio, & relatio, vt paria ponuntur, & indicantur, dec. 84. num. 12. pag. 144

Appellatio ab interlocutoria debet in scriptis, & confertione causarum fieri, itidem & recusatio, dec. 84. nu. 13. pag. 144

Appellatio alternatiua non prohibetur, dummodo intra tempus appellandi certa reddatur appellatio, decisi. 13. nume. 8. pag. 233

Appellatio effectum ipsius sententiæ extinguit, dec. 131. num. 8. pag. 233

Appellatione pendente si compromissum fuerit durante compromisso, etiam si longissimo tempore duraret non currunt fatalia, nisi præterito termino compromissi lapsum sit biennium, dec. 28. num. 6. pag. 51

Appellatione sententiæ, intelligendum est de sententia rite & recte lata, dec. 142. num. 3. pag. 254

Appellationi renunciasse censetur, qui infra tempus à iure præscriptum Apostolos non petijt, dec. 7. nu. 2. pag. 15

Appellationi renũciari nõ potest per appellantem, vbi cum de præiudicio appellati tractatur, dec. 131. num. 17. pag. 233

Appellationis causa iniusta, & illegitima non suspendit iurisdictionem primi iudicis, dec. 5. num. 7. pag. 12

Appellatus si dilationem petierit ad probãdum de iure suo, hæc dilatio nõ imputabitur appellanti, dec. 25. nu. 12. pa. 41

Appellatũ cum dicitur præsupponitur rite & recte appellatum, & omnis dispositio præsupponit substantiam, & qualitatem suppositi, ibidem, dec. 25. num. 2. pag. 41

Appellandi ratio in promptu est, si ex actis euidenter

ſaltet nullitas, ſeu iniquitas, deciſio. 25. numero 13. pagi. 41

ppellandum ad quem ſit à ſententia vicarij, deciſi. 131. nu. 16. pag. 233

ppellandum eſt infra decem dies à ſententijs conditionalibus exceptis cenſuræ, deciſio. 146. num. 17. pag. 264

poſtoli dicuntur pars appellationis, deci. 7. numero 4. pag. 15

Apoſtoli inſtantiſſime petendi ſufficit, tamen vnico contextu, dec. 12. num. 1. pag. 19

Apoſtoli vbicunque ſemel ſuper prima appellatione conceſſi ſunt, non licet ſecundo appellare, & ratio, cur ita conſtitutum ſit, affertur, dec. 131. num. 15. pa. 233

Approbatum ſemel amplius reprobari non poteſt. deciſ. 62. num. 18. pag. 102

Arbitrium à iure regulari debet, deciſi. 68. numero 19. pag. 109

Arbitrium iudicis debet eſſe regulatum à iure, & ſecundum ſubiectam materiam, deciſio. 71. num. 53. pag. 121

Arbitrio iudicis relinquitur, an ſit ſatisdandum, deciſ. 15. numero 3. pag. 282

Arbitrorum poteſtas à compromiſſo pendet, quæ ex temporis longitudine non præſumitur, niſi probetur, deciſi. 19. num. 5. pag. 69

rguere à contrario ſenſu etiam in reſcriptis licet, deciſio. 71. num. 15. pag. 119

rguere à libello ad appellationem licitum eſt, deciſi. 4. nu. 4. pag. 14

rgumentum à contrario ſenſu non admittitur, quomodo induceretur iuris correctio, deciſi. 15. num. 3. pag. 22

gumentum in terminis legis, aut doctrinæ intelligi debet, à qua deſumitur, deciſi. 16. num. 9 pag. 24

gumentum à pacto ad ſtatutum in iure admittitur, deciſi. 10. num. 2. pag. 28

gumentum à contrario ſenſu in conſtitutionibus feudalibus non valere quod procedat, deciſi. 23. num. 52. pag. 39

gumentum à contrario ſenſu in ſtatutis validum eſt, deci. 8. num. 1. pag. 51

umentum à poßibili per aliud poßibile tollitur, deciſio. 28. num. 14. pag. 52

gumentum à communiter euidentibus fortißimum eſt in iure, deciſio. 44. num. 4. pag. 77

gumentum à contrario ſenſu ſumi non poteſt, quando reſultaret ſenſus contrarius rationi alterius legis, deci. 46. num. 15. pag. 8

gumentum à contrario ſenſu ex dictis gloſ. vel alterius Docto. ſumi non poteſt, deciſio. 58. num. 30. pag. 95

rgumentum de contractibus ad quaſi contractus & iudicia validum, in iure reputatur, deciſio. 65. num. 8. pag. 104

rgumentum à contrario ſenſu in ſententijs fortißimum eſt, deciſi. 65. num. 11. pag. 104

Argumentum à ſolitis in iure eſt ualidum, deciſio. 69. nume. 11. pag. 114

Argumentum à delicto in committendo ad delictum in omittendo non valet, dec. 74. num. 39. pag. 121

Argumentum à contrario ſenſu in conſtitutionibus feudalibus non procedit, maximè ſi ex tali argumento reſultaret peccatum, deciſi. 77. num. 19. pag. 130

Argumentum à matrimonio ficto ad putatiuum validum eſt, dec. 77. num. 20 & 23. pag. 130

Argumentum à contrario ſenſu deſumi non poteſt, vbi verba ſunt negatiue concepta cum inducta negandum non debeant operari contrarium effectum, deciſi. 79. nu. 28. pag. 135

Argumentum à contrario ſenſu validum eſt in contractibus, deciſi. 85. numero 4. pagina 144. quod procedit, vt numero. 14. & 15.

Argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus validũ eſt. dec. 85. num. 11. pag. 145

Argumentum à contrario ſenſu non debet plus operari & extendi quàm in caſu directo operaretur, deci. 85. num. 15. pag. 145

Argumentum à minori ad maius affirmatiuè etiam in delictis procedit, dec. 94. num. 14. pag. 160

Argumentum de pacto iurato ad ſtatutum, vel conſuetudinem validum eſt, & num. 12. deciſio. 100. numero 11. pag. 176

Argumentum de pacto ad ſtatutum quomodo validum ſit, dec. 100. num. 35. pag. 177

Argumentum ab euictione abſurdi validißimum eſt, cum à ratione, & iudicio naturali deſumatur, deciſi. 107. nu. 3. pag. 192

Argumentum à communiter accidentibus transfert onus probandi in aduerſarium, deciſi. 108. num. 10. pag. 193

Argumentum à rebus ad tempus in iure validißimum eſt, dec. 111. num. 13. pag. 199

Argumentum ab eo quod natura non permittit, & à veriſimili, eſt in iure validum, dec. 117. num. 8. pag. 209

Argumentum à ſpeciali in iure validum eſt, & firmum, dec. 121. num. 4. pag. 216

Argumentum de dote ad alimenta, in iure receptum eſt, & num 15. tractatur, deciſio. 124. num. 3 pag. 222

Argumentum à contrario ſenſu, an locum habet in ſententijs. & conditionibus, dec. 145. numero 10. pag 262

Argumentum à veriſimili ſumens arguit à ratione naturali, cum veriſimilitudo ſit cognata naturæ. dec. 170. num. 9. pag. 315

Argumentum à contrario ſenſu validum eſt etiam in ſtatutis, dec. 174. numero 3. pagina 324

Argumentum à contrario ſenſu nunquam ſumitur, quando ita ſumendo inducta ad vnum finem operarentur contrarium, et num. 11. dec. 178 num. 7. pag. 326

Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur contra reſpondentem negatiuè, cum ex negatiua nulla ſequatur affirmatiua, dec. 178. num. 6. pag. 326

Aßignatio ad faciendas reſponſiones habet vim aßignationis ad proponendum. dec. 109. num. 12 pag. 196

Auctoris mala fides nocet ſingulari ſucceſſori, deciſi. 56. nu. 6. pag. 1. quod limitatur. nume. 10

Auctoritate propria ſibijpſi ius dicere, licet etiam bona furtiuè diripiendo vbicunque officiales negligentes in iuſtitia adminiſtranda ſunt, conſil. Balb. num. 41. pag. 113

Authen. bona damnatorum C. de bonis præſcrip. etiam habet locum in crimine l. Iuliæ. C. de vi publica, declaratur, nu. 11. dec. 105. num. 5. pag. 190

Authen. contra eum rogatus. C. ad Trobellia. inducitur, dec. 168. num. 8. pag. 310

Authen. res quæ. C. communia de lega. non habet locum in dote confeſſa. deciſi. 172. num. 10. pag. 318

Authenticæ ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendito. diſpoſitio limitatur, dec. 172. num. 20. pag. 318

Auxilij cooperatio, vbi ſimplex eſt ex qua delictum, ſeu tractatus non eſt auctus, pœna mortis non punitur, dec. 79. num. 60 pag. 138

B.

BAl. in l. teſtium. C. de teſtib. ſibijpſi contrarius oſtenditur, dec. 53. nu. 15. pag. 88

Bal. dictum in l. manumißionis. ff de iuſt. & iure, reſcllitur

dum vult, cuilibet spurio inesse quandam naturalem legitimitatem, de.119.num. 20. pag. 211
Bal. doctrina in l. si ita scriptum. ff. de hæred instit. quod scilicet statutorum diuersimode loquentium attendatur illud quod plenius prouidet, limitatur: dec.167.nume.16. pag.307
Bal. consilium vigesimum, in versic. sed remanet quæstio. vol 2. quo disponitur eum qui antea aliqua bona prodigaliter alienari non priuari facultate sibi postea concessa à testatore alienandi bona pro eius necessitate & redemptione personæ declaratur, & pluribus seq. dec. 168. nu. 1. pag. 310
Bal. opinio in supra allegato consilio vigesimo, quibus casibus saluari, & sustinere possit, et nume. 20. dec. 168. nu. 11. pag. 310
Banniti nostri temporis, an æquiparantur deportatis, vel relegatis, dec. 105. num. 9. pag. 190
Bar. distinctio affertur quibus casibus contra singularem successorem possit fieri exequutio sententiæ, & eius opinio plurib. Doctor. confirmatur, dec. 65. nume. 4 pag. 103
Bart. dictum in l. quinque legibus, in principio. ff. de bon. damna. quomodo procedat & intelligatur. dec. 80. nume. 16. pag. 139
Bar. doctrina in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. pluribus auctoritatibus exornatur, decisi. 99. num. 21. pag. 171
Bart. doctrina in l. si societatem. §. arbitrorum. num. 18. ff. pro socio. declaratur. dec. 151. num. 11. pag. 279
Beneficium ad eum non pertinet qui gerere officium non debet, dec. 27. num. 1. pag. 48
Beneficium ecclesiasticum non potest lite sine canonica institutione obtineri, dec. 55. num. 4. pa. 90
Beneficium parrochiale alteri annexum non dicitur vacare, nec vti vacans impetrari potest. dec. 116. num. 3. pag. 207
Beneficij vnio siue annexio ex eo probatur quod spacio quadraginta annorum tanquam annexum & vnitum possessum fuerit, dec. 116. num. 5 pag. 207
Beneficiorum vnio, siue pluralitas cura animarum habentiũ omni iure diuino canonico, & titulo est prohibita, deci. 116. num. 9. pag. 207
Bona à iure præsumuntur allodialia. decisi. 26. num. 13. pag. 46
Bona vxoris, quando confiscantur, vtrum publicetur etiam dos. dec. 80. num. 17. pag. 139
Bona in registro vniuersitatis posita dicuntur pro oneribus, & collectis hypothecata. decisi. 91. num. 4. pag. 153
Bona quæ non transeunt in hæredem extraneum non veniũt in confiscatione generali, etiam ratione criminis læsæ maiestatis. dec. 94. num. 4. pag. 160
Bona filij aduentitia, profectitia, castrensia, seu quasi castrensia non comprehenduntur in publicatione bonorum, deci. 94. num. 15. pag. 166
Bona in futurum acquirere posse quis à iure præsumitur, dec. 107. num. 8. pag. 192
Bona fides ex iniustis & temerarijs causis potest causari. de. 160 num. 6. pag. 292
Bona fides, siue vera, siue præsumpta excusat possessorem à fructibus, quod nunc seq. limitatur. decisione 160. num. 9. pag. 292
Bonæ fidei possessor qui de hæreditate expendit in id quod etiam cessante hæreditate fuisset de patrimonio suo erogaturus, dicitur factus locupletior, ideo restituere tenetur. dec. 95. nume. 33. pag. 163
Bonæ fidei possessor quis dicatur, quo ad acquisitionem fructuum, dec. 160. num. 15. pag. 292
Bonorum aduenticiorum alienatio prohibita filio est propter vsum fructum quem habet in eis pater. decisi. 94 num. 2. pag. 160
Bonorum aduentitiorũ proprietas, & dominium ipsius filij in solidum spectat, & huiusmodi dominium bonorum appellatione continetur. dec. 94. num. 13. pag. 160
Brun. consili. 67. in fine confutatur. dec. 177. nume. 4 pag. 324.

C.

CApellanus compellere parrochianum potest ad solutionẽ cerei, vel alterius rei, quam consueuerat offerre, dec. 99. num. 18. pag. 171
Capitula connexa, & separata quæ dicantur. dec. 39. nume. 29. pag. 71
Capitulatum quod semel est, vlterius non est capitulandum. dec. 34. num. 8. pag. 17
Cap. fina. de præscriptionibus in actionibus personalibus cum habet. dec. 115. num. 9. pag. 105
Capitula de iure communi, in dubio sunt admittenda declarantur.
Capitula debent admitti etiam lapso termino ad reiterandas positiones negatas ad articulos, si in termino pertinaria non accusauit contumaciã aduersarij non reiterantes positiones negatas ad capitula: dec. 3. numero 1. pag. 10
Caput 7. libri Esdræ declaratur: dec. 68. num. 11. pag. 108
Cap. super, de renunciat. quomodo intelligatur. dec. 178. nu. 10. pag. 326
Charitatis ordo operatur, vt per prius diligatur filius, & per posterius nepos: dec. 23. num. 51. pag. 38
Carthago aratro suppositæ fuit ob crimen læsæ maiestatis dec. 7. num. 2. pag. 152
Castitas dupliciter consideratus tam respectu continentiæ, quàm matrimonij: dec. 119. num. 13. pag. 211
Castrum, siue oppidum se subijciens alicui domino cum omnibus tamen capitulis censetur esse subditum, quo ad illa capitula tantum, non quo ad alia: dec. 139. num. 13. pag. 247
Casus singulares in consideratione habendi non sunt recolligendi in consequentiam: consil. Balb. numero 11. pagina 112
Casus similes, vel dissimiles in materia statutorum qualiter dicatur: dec. 167. num. 9. pag. 307
Casum legis vbi habemus, disputandum vlterius non est. dec. 28. num. 13. pag 51
Casus speciales in quibus per procuratorem queritur actio sine cessione: dec. 33. num. 2 pag. 62
Casus euictionis contingentis post perfectam venditionem ad emptorem, non venditorem, pertinent: de. 41. num. 2. pag 81
Casus quæ æquiparantur à lege antiqua lex nouæ dispositionis in vno, non censetur disposuisse in alio, nisi in casibus, in quibus à iure antiquo facta fuit æquiparatio: decisione 6. nu. 10. pag. 14
Casus verus, & casus fictus, quando à iure æquiparentur, dispositio loquens in illa materia sic interpretatur in casu vero sicut in casu ficto: decisione 92 numero 11. pagina 156
Casus dubius & pendens, idem iudicatur quod certus quo ad actum impediendum. dec. 34. num. 29. pag. 66
Cathastra ad quem effectum introducta sint, consilio Balb. num. 20. & 23. pag. 3
Cathegorica propositio, & hypothetica, quæ dicatur. dec. 178. num. 3 pag. 326
Causa noua tusta dicitur, vt à contractu recedatur, si eius nouo superueniat, & ab initio non fuerit cognita pro-

uideriq; non potuerit, decisio. 92. num. 16. pag. 154
Causa in eius fauorem adiecta, ad quem commodum pertinet, impulsiua, non autem finalis præsumitur, decis. 118. num. 5. pag. 210
Causatum debet referri ad principium, quod est ipsius causa, dec. 167. num. 27. pag. 307
Causa etiam iniusta excusat à dolo & culpa, decis. 71. num. 17. pag. 119
Causa causans effectum idem iudicatur, ac ipsemet effectus, dec. 167. num. 28. pag. 307
Causæ uilis, leuisue naturæ, tàm ratione materiæ, quàm personarum, sine iudiciorũ stylo, solemnitatibusq; cognosci poterit, quando proceditur summariè, simpliciter, & de plano, secus si de re graui agatur, dec. 1. nu. 8. pag. 5
Causæ ubi plures concurrunt in uno actu, ea semper attenditur, quæ minus grauat, dec. 4. nu. 5. pag. 11
Causæ cognitio procedere debet, antequam alienationis feudi licentia concedatur, dec. 172. num. 2. pag. 318
Causæ suì natura summariè quæ dicantur, decision. 1. nu. 5. pag. 4
Causis pluribus interuenientibus, ubi una cessat, altera remanere dicitur, & dispositionem sustinere facit, decisio. 118. num. 6. pag. 210
in Causis summarijs, ubi est contradictor, requiritur libellus, ut sciat reus, cedere uel contendere debeant, decis. 1. nu. 3. pag. 4
in Causis summarijs potest Iudex partem & testes interrogare, ac repetere post conclusionem in causa non solum ex officio, sed etiam ad instantiam partis, ibidem numero 10
Causæ, in quibus summariè procedi debet, si consensu partium ordinariè procedatur, an processus teneat, ibidem num. 19. pag. 5
Causis summarijs sufficit semiplena probatio, & in executiuis, dec. 38. num. 7. pag. 68
Causis criminalibus pœnam sanguinis exigentibus, cùm nullam aut certam recipiant determinationẽ, seu æstimationem, interesse non attenditur, decisio. 70. numero 16. pag. 117
Causis, ubi proceditur sine figura iudicij, potest Iudex in quacunq; parte iudicij etiam ad instantiam partis interrogare alteram partem, dec. 1. nu. 6. pag. 18
Cautio quæ dicatur necessaria, & quæ uoluntaria, decis. 70. num. 1. pag. 115
Cautio iuratoria locum non habet in eo qui sponte se obligauit ad satisdandum, dec. 70. num. 4. pag. 116
Cedentis confessio, siue liberatio facta post cessionem, an præiudicet cessionario, dec. 45. num. 1. pag. 78
Cedens non potest in præiudicium debitoris hoc facere, ne possit eum gratis liberare, nisi debitor cõsentiat cessioni, quod dictum consutatur in fin. dec. 45. num. 3. pag. 38
Cessi nominis periculum in casu l. pupilli. §. soror. ff. de solutio, cur ad cessionarium spectet demonstratur, dec. 62. num. 10. pag. 101
Cessi nominis periculum principaliter ad mulierem spectat, nisi culpa mariti interuenerit, ibidem nu. 12
Cessio iurium, an duobus fieri possit, breui distinctione hic declaratur, dec. 63. nu. 1. pag. 102
Cessa tunc dicitur fieri periculo cessionarij, quando nomen debitoris simpliciter in solutione datur, secus verò quando ceduntur actiones solutionis causa, quia tunc periculo cedentis facta dicitur cessio, dec. 62. nu. 7. pag. 100
Cessio in incorporalibus pro traditione habetur, dec. 51. nu. 5. pag. 84
Castrensis opinio confutatur, dum uult debitorem cessum posse ignorare cessionem etiam interueniente aliquo ex requisitis in l. 3. C. de nouatio. decisio. 45. numero 6 pag. 78
Cessio etiamsi sit facta periculo cedentis, eius confessio non nocet, nec prodest cessionario, dec. 45. nu. 7. pag. 78
Cessio, & simplex concessio, siue locatio inter se differunt, dec. 51. num. 3. pag. 84
Cessione facta, an cedens contra debitorem agere possit, an verò exceptione cessionis alteri factæ excludatur, latissimè hic tractatur, dec. 62. num. 1. pag. 100
Cessionarius instrumentum cessionis ante litem contestatam edere debet, alias processus inualidus redditur, dec. 58. num. 3. pag. 93
Cessus debitor de iure cessionarij contra cedentem excipere non potest, dec. 62. num. 6. pag. 100
Cessio quæ fit ad commodum cedentis, tunc eius factum nocet cessionario, & ibi Doctorum communis distinctio adfertur, decis. 45. num. 4. pag. 78
Chirographum conditionalis debiti qui deleuit conditione ipsius debiti nondum purificata, l. Aquilia condemnatur, quamuis exactio ad tempus purificati debiti differatur, dec. 130. num. 11. pag. 232
Circuitus sunt euitandi si sint inutiles, dec. 129. numer. 16. pag. 230. & dec. 133. num. 10. pag. 237
Circuitus inutilis, etiam uanus euitandus est, decis. 34. num. 10. pag 64
Citatio saltem peremptoria requiritur in causis sui naturæ summarijs, dec. 1. num. 6. pag. 4
Citatio personalis, & specialis illorum, quorum interest secundario licet non exigatur, tamen citandi sunt per proclama saltem generale ad hoc, ut illis præiudicetur, dec. 157. num. 17. pag. 287
Citatio illius necessaria non est, quem constat nullam habere defensionem, dec. 135. num. 7. pag. 239
Citandus tantummodò ille est, ad quem principaliter negocium pertinet, decis. 157. num. 3. pag. 287
Citatio facta ad hospitium non ualet, quia non dicitur facta ad domum habitationis, dec. 71. num. 20. pag. 119
Citatus uoce præconis confestim per terminum elapsum ad iudicium ueniens facit cessare præsumptionem contemptus iudicis contra cũ resultantem, dec. 71. nu. 31. pag 120
Citatus sub pœna, si non comparet, mulctatur, licet illo die Iudex non sederit, quando causa est talis, quod in ea proceditur ex officio iudicis, dec. 71. nu. 6. pag. 118
Ciuis nouellus præsumitur ignorare statuta, ideo non punitur, si contra ea fecerit, dec. 71. num. 42. pag. 121
Ciuitas non potest reuocare immunitatem concessam pacto uel conuentione, dec. 95. num. 11. pag. 162
Ciues si tempore necessitatis compellatur subuenire uniuersitati, & ciuitas liberè postea statuerit dictis ciuibus lucrum, puta quinq; pro centenario, non cõmittitur usura, cum hoc non dicatur mutuum, dec. 95. nu. 8. pag. 162
Ciuitas in sui præiudicium potest immunitatem concedere ciuibus & incolis, & pro eis soluere collectas, dec. 95. nu. 12. pag. 162. quod intellige, ut nu. 28. ibidem
Clausula, ad habendum, tenendum, &c. dato quod facultatem alienandi importet, debet tamen intelligi de alienatione facienda secundum naturam feudi, scilicet inter ipsos, dec. 164. nu. 15. pag. 301
Clausula, ad habendum, tenendum, & possidendum secundum morte donatoris, adeò generalis est, ut quandocunq; mors donatoris suum sortiatur effectum, respons. Crau. nume. 6. pag. 219
Clausula, ad proxima præcedentia, non autem ad remota referri debet, dec. 164. num. 3. pag. 301

Clausula ad habendum, tenendum, poßidendum, & quidquid perpetuò sibi, & suis placuerit faciendum apposita in verbis dispositiuis inuestituræ importat facultatem alienandi, dec. 164. num. 1. pag. 301

Clausula annullatiua vbicunq; ponitur in aliqua dispositione, tunc consensus ambarum partium requiritur, decis. 172. num. 18. pag. 318

Clausula ad habendum, tenendum, &c. vltra intentionem ipsorum contrahentium operari non debet, decis. 164. num. 12. pag. 301

Clausula non obstantibus in rescripto apposita præsumitur subreptitia, probato, quòd rescriptũ sit obreptitium & subreptitium, dec. 142. num. 17. pag. 254

Clausula, ius & iustitiam ministrari in rescripto apposita declarat mentem rescribentis, dec. 142. num. 19 pag. 254

Clausula citra onus &c. non astringendo &c. plus & minus & saluo iure &c. quid operentur, decis. 144. num. 17. pag. 259

Clausula in instrumẽtis apponi solita, ita tamen quòd specialitas generalitati non deroget, & econtrà quid operetur, decisio. 159. num. 7. pag. 291

Clausula, prout iuris fuerit, dec. 5. num. 9. pag. 19

Clausula, quòd deficientibus liberis masculis ad nos feudum reueniat pleno iure, tollit omnem altenationem durante linea masculina, dec. 163. nu. 8. pag. 300

Clausula generalis, & alio quocunq; iure adeo potens est, vt casus non expressos etiam improprios, & maiores comprehendat, decis. 102. num. 4. pag. 187

Clausula generalis renuncians omni iuri, & legum auxilio, an inducat renunciationem l. de his. ff. de transact. dec. 112. num. 21. pag. 201

Clausula ex certa scientia in rescripto posita nihil operatur, quando declaratio facta esset solum ad requisitionem partis, dec. 88. nu. 13 pag. 148

Clausula generalis non refertur ad specificata, dec. 169. nu. 1. pag. 312

Clausula, si preces veritate nitantur, etiam locum habet in contractibus, decis. 179. nu. 17. pag. 328

Clausula, saluis semper superius reseruatis & descriptis, quid operetur, idem de clausula, saluo beneplacito Principis, & saluo iure tertij, dec. 164 num. 7. pag. 301

Clausula, quicquid perpetuò placuerit faciendum, quomodo intelligi debeat, ibidem nu. 6

Clausula reseruatiua operatur vt ratio præcedens, siue subsequens ad id semper restringenda sit, & interpretanda, vt non contradicat clausulæ reseruatiuæ, ibidem numero 14

Clausula in dispositiuis ita debet intelligi, & interpretari, ne contineat in se repugnantiam dispositio, ibidem numero 5

Clausula constituti possessorij executionem respicere dicitur, ibidem, nu. 4. pag. 301

Clausula, sola facti veritate inspecta, quid operetur, decis. 1. num. 20. pag. 5.

Clausula, omni iuris solennitate remissa, est eiusdẽ virtutis, cuius est clausula sine figura iudicij, dec. 1. nu. 16. pag. 5

Clausula sine figura iudicij, quid operetur, ibidem nu. 15

Clausula, sine iudicij strepitu, quid importet latißimè declaratur ibidem, nu. 12. pag. 4

Clausula irritatiua in rescripto deducta etiã Iudicem ignorantem afficit, dec. 5. nu. 2. pag. 12

Clausula, si & quatenus, facit dispositionem conditionalem, idem est de clausula, prout iuris fuerit, dec. 5. nu. 9. pag. 13. & dec. 131. nu. 1. pag. 233

Clausula irritatiua adiecta conditionali dispositioni nõ operatur aliquem effectum ante euentum conditionis, dec. 5. num. 11. pag. 13

Clausula resolutiua contractus operatur, vt ipso iure transferatur dominium absq; traditione, decis. 65. nume. 11. pag. 104

Clausula, ad habendum, tenendum &c. & aliæ accessoriæ positæ ceu in executiuis non mutant, nec ampliant superiorem dispositionem, dec. 164. nu. 2. pag. 301

Clausula posita inter aliqua capitula debet ad omnia referri, si commodè fieri potest, quomodo procedat, dec. 81. num. 7. pag. 140

Clausula, seu verba in medio posita, quæ commodè referri possunt ad omnia contenta in dispositione præcedenti ad ea referri debent, ibidem nu. 15. pag. 141

Clausula in parte, & partibus non reuelat, vbi vnicum tantum est capitulum indiuisibile, dec. 71. num. 62 pag. 122

Clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis habet vim clausulæ derogatoriarum, & ex ea colligi principem voluisse auferri ius tertij, quomodocunq; quæsitum, dec. 102. nu. 7. pag. 187

Clausula, rebus sic stantibus prout stant, quomodo intelligatur, & quomodo procedat, dec. 91. nu. 4 pag. 154

Clausula, omni exceptione remota, debet intelligi de fraude, dec. 88. nu. 12. pag. 143

Clausula, rebus sic stantibus, prout stant, semper intelligitur in qualibet dispositione etiam conuentionali, & inter, dec. 91. nu. 2. pag. 153

Clausula saluo iure, cuiuslibet tertij facit contractum conditionalem, dec. 139. num. 20. pag. 247

Clausula per se, & suos hæredes æquipollet vniuersũ, extenditurq; ad omnes hæredes in infinitum, dec. 111. num. 11. pag. 218.

Clausula ita tamen restrictiuè, & determinatè stat. seruamq; inducere dicitur, dec. 128. nu. 16. pag. 219

Clausula de plenitudine potestatis ex certa scientia, & motu proprio, ius tertij non tollunt, decis. 139. num. 19 pag. 247

Clausula volens quod bona perpetuò in familia conseruentur prohibet fœminas à successione huiusmodi bonorum, dec. 127. nu. 8. pag. 227

Clausula renunciationum si ponatur in Instrumentis ex solo potius & consuetudine notariorum quàm ex partium præcogitatione, dec. 112. nu. 15. pag. 201

Clausulæ quomodo dicantur positæ in executiuis, dec. 164. num. 3. pag. 301

Clausulæ generales ex quibus inducitur remißio fidei commißi, dec. 112. num. 17. pag. 202

Clausulæ pro se & filijs masculis, & fœminis, vel pro se & masculis, & his deficientibus pro fœminis, in eadem charta positæ, æquipollent, decis. 23. num. 54. pag. 19

Clerici cum laicis contribuere tenentur, vbi agitur de mera vtilitate clericorum & laicorum, consilio Balb. num. 6. pag. 110. quod ampliatur num. 6.

Clerici an ad collectas teneantur pro rata facultatum, secundum eorum arbitrium, decis. 68. num. 16 pag. 109

Clerici, an in negligentiam iudicum ecclesiasticorum possint auctoritate Ducis compelli ad soluendum onera, decis. 68. num. 22. & num. 23. pag. 109

Clerici tanquam suspecti remoueri possint, vbicunq; ad contributionem onerum faciendam se intromittere vellent, consil. Balb. nu. 43. pag. 113

Clericus, vel alius qui religionem vouit, siue in sacris constitutus sit siue non, vt conuersus regulariter feudum retinere non potest, quod limita, vt infrà num. sequen. decis. 27. nu. 4. pag. 48

Cleri

Clericus succedere potest in feudo francho & libero, licet aliquod præstetur seruitium, cuius occasione dicatur feudum, dec. 27. nu. 5. pag. 48
Clerici dicuntur sorte electi, à cleros, quod est sors, decis. 30. num. 11. pag. 57
Clerici solo victu, & vestitu contenti esse debent, & nullam proprietatem habere, dec. 32. num. 1. pag. 61
Clerici ad collectarum solutionem compelli possunt pro expellendis deprædatoribus, dec. 68. num. 7. pag. 108
Clericus prætendens se oppressum, siue grauatum à Iudice etiam ecclesiastico, potest ad Imperatorem recurrere, seu ad alium Principem secularem, dec. 30. nu. 13. pag. 57
Clericus succedere potest in feudo, in quo expressè cautum est præstari deberi seruitium reale, aut etiam personale, dummodò honestè illud per ecclesiasticam personã præstari possit, dec. 27. nu. 7. pag. 48
Clericus succedere non potest in feudo, & illud retinere, quando per modum successionis ad illud admitti vellet, secus si per viam inuestituræ tanquam vocatus ex veteri inuestitura, vel de nouo inuestitus, decisio. 27. numero 14. pag. 49
Clericus conuenire laicum potest coram iudice ecclesiastico pro rebus ecclesiæ vel suis, siue reali siue personali actione experiatur, dec. 32. num. 3. pag. 61
Clericus recurrere non debet ad Imperatorem, vt ipse cognoscat, quod intellige, vt dec. 30. nu. 4. pag. 56
Clericus succedere potest in feudo, & illud retinere, quando feudum est paternum transitorium ad quoscunq; hæredes, puta, quia in inuestitura dictum est, pro se, & quibuscunq; hæredibus, vel quibus dederit, vel masculis, & fœminis, dec. 77. num. 11. pag. 49
Clerici, & Episcopi quo ad temporalia sunt subditi Imperatori, Regibus, & Principibus, dec. 30
Coitus cum meretrice innupta est impunibilis de iure ciuili, dec. 77. nu. 33. pag. 131
Collecta quæ imponitur pro oneribus patrimonialibus, & mixtis debet imponi ad æs & libram, dec. 68. nume. 18. pag. 109
Collectas soluere vnusquisq; pro rata patrimonij tenetur, quæ imponuntur ratione onerum patrimonialium & extraordinariorum, dec. 95
Collectas, seu onera subire sub certa forma, vel modo pacto, aut transactione onerosa quis se astringere potest, dec. 91. num. 8. 11. pag. 153
Collectarum executio etiam pendente cognitione fieri debet, & in eis procedendum de plano cogendo, & exigendo, dec. 86. nu. 4. pag. 146. intellige, vt nu. 7
Collectarum munus illis imponendum est, qui possident pro suo & iure suo, & faciunt fructus suos, dec. 83. nume. 6. pag. 142
Collectæ quæ propriè dicantur, decisione 95. numero 4. pag. 162
Collectæ naturaliter dicuntur onera rerum, formaliter onera personarum, dec. 95. nu. 46. pag. 163
Collectæ impositæ ratione expensarum militarium, præsertim ad propulsandas hostiũ incursiones, multa egent diligentia, & nullã recipiunt dilatione, dec. 86. nu. 6. pa. 146
Collectæ impositæ ab vniuersitate, an habeant executionem paratam, ibidem num. 1. pag. 146
Collectæ ratione possessionis, & perceptionis fructuum imponantur, dec. 82. nu. 4. pag. 142
Collectæ imponantur ratione onerum præteritorum non competitur quis ad solutionem, si legitimè velit se defendere cùm non immineat damnum publicum, decisio. 86. num. 8. pag. 146
Collectis allibratus renunciare non potest, nisi præstet alterum æquè idoneum, dec. 95. nu. 47. pag. 167
Colonus ratione tacitæ hypothecæ quam habet in fructibus propter operas & impensas in eis factas, non potest ab eorum perceptione expelli, dec. 82. nu. 9. pag. 142
Colonus partiarius expelli non potest à singulari successore cùm habeatur loco socij, dec. 82. nu. 5. pag. 142
Coloni ita demum ad collectas etiam contribuere tenentur, si deducta impensa aliqui fructus superessent, dec. 83. nu. 8. pag. 143
Coloni decimam soluere tenentur, dec. 83. nu. 2. pag. 142
Coloni in fructibus pendentibus nullum ius habent, dec. 82. num. 3. pag. 142
Colonis partiarijs, an imponi possit collecta prætextu fructuum partis colonicæ, dec. 83. nu. 1. pag. 142
Colono partiario competit actio personalis pro socio, decis. 81. num. 4. pag. 142
Colono stare tenetur, qui per sententiam iudicis succedit, nisi locatio esset facta in fraudem, decisione 82. numero 7. pag. 142
Comes in perpetuum inuestitus de comitatu dicitur esse Princeps, & ea in ipso comitatu posse, quæ Imperator in suo Imperio potest, intellige vt num. 16. dec. 139. num. 5. pag. 247
Comitatus regno adiectus principaliter, non accessoriè, non ligatur decretis ipsius Regni. dec. 22. nu. 1. pag. 31
Communitas non potest soluere pro alio, nec remittere debitum liquidum, dec. 95. nu. 24. pag. 162
Communitas si ab incola mutuò centum accepit pacto adiecto, quod donec ei satisfecerit, nihil solueret pro collectis, valet huiusmodi contractus, nec vsurarius dici potest, dec. 95. num. 9 pag. 162
Compensatio quando admittatur, vbi quis præcisè ad soluendum iuramento se obligauit notabilis distinctio, dec. 92. num. 25. pag. 156
Compensatio loco solutionis admittitur, etiam si quis se ad soluendum præcisè adstrinxit, vbi proceditur de æquitate, & sola facti veritate inspecta, ibid. num. 35
Compensatio, an in causa appellationis admittatur, ibidem num. 37
Compensatio facta solutio dicitur, decisio. 92. numero 11. & 14. pag. 156
Compensatio opponi potest aduersus executionem rei iudicatæ, dec. 92. num. 1. pag. 156
Compensatio fieri potest non obstante iuramento virtute eiusdem clausulæ, decis. 1. num. 27. pag. 5
Compensatione opposita, an tollatur debitum, & obligatio, dec. 92. num. 10. pag. 156
Contrarium tamen quòd imò non liceat compensare, tenent plures relati, num. 26. qui æquè communem tradiderunt, & quarum verior, dec. 92. num. 33. pag. 156
Conatus in enormissimis delictis an sit puniendus, & si non fuerit secutus effectus, dec. 19. num. 2 pag. 27
in Concessione generali, seu vniuersali non veniunt ea, quæ verisimiliter quis non esset in specie concessurus, decisio. 170 num. 3. pag. 315
Concessi vno ex his quæ alicui competunt ratione dominij, vel specialis reseruationis, ita intelligitur esse concessum, vt ius aliud remanens concedenti ex ipsa concessione nullatenus violetur, decisione 101. numero 11. pagina 183
Concessum quod est attenditur, non quod supplicatum est, decisio. 23. num. 4. pag. 34
Concessio à Principe facta, per quam non acquirenti solum, sed & liberis prouisum est, id operatur, vt successor

ceſſor rem conceſſam alienare non poterit, niſi eius vita durante, dec. 169. num. 16. pag. 312

Condemnatus per ſententiam ad factum, tenetur præciſe ad illud, nec liberatur, ſi vellet ſoluere intereſſe, deciſ. 92. numero 25. fol. 156

Condemnatio fieri debet in toto eo, in quo quis in futurum damnificari poſſet, licet differatur exactio, deciſio. 24. num. 12. pag. 40

Condictio ex lege, vel ſtatuto, quando oriatur, deci. 59. num. 2. pag. 96

Condictio furtiua contra eum competit, qui ſciens rem alienam pignori accepit, dec. 40. num. 1. pag. 72

Condictio furtiua ſoli domino competit, ibidem, numero 8

Condictio incerti competit ei, qui ius aliquod habet in re, ibidem, numero 6. pag. 73

Condictione l. fin. C. de litigio. agere nõ poteſt, qui doli particeps eſt in alienando rem litigioſam, deciſio. 144. numero 11. pag. 259

Conditio, etſi debeat in forma ſpecifica impleri, tamẽ quãdo qualitas, ſeu ſolutio eſt in conditione, dicitur adimpleta, ſi iuſſus dare compenſet, deciſio. 92. num. 3. pag. 156

Conditio nihil ponit in eſſe, deciſ. 34. num. 11. pag. 64. deciſ. 166. nume. 5. pag. 306

Conditione deficiente fideicommiſſum ſub conditione poſitum deficere dicitur, deciſ. 50. num. 12. pag. 84

Conditio appoſita in teſtamento, non cenſetur repetita in codicillis, deciſio. 52. num. 2. pag. 86

Conditione non verificata ceſſat diſpoſitio, deciſ. 171. numero 6. pag. 316

Conditio in diſpoſitione appoſita, pro forma data eſſe cenſetur, deciſ. 172. num. 18. pag. 318

Conditio appoſita in aliquo actu, cenſetur cauſam ſufficientem inducere, deciſ. 120. numero 10. pag. 214

Conditiones plures à iure reijciuntur, quando publicæ vtilitati aduerſantur, & turpitudinem in ſe continent, deciſ. 126. num. 3. pag. 224

Conditio ſi ſine liberis ex ſuo corpore legitime procreatis deceſſerit, quomodo intelligatur, deciſ. 126. num. 8. latiſſime declaratur, numero 10. 11. pag. 224

Conditio in ſententijs retrotrahitur, deciſ. 145. num. 3. pag. 262

Conditio ſi ſatisdederit, de qua in l. muto. §. 1. ff. de tutel. dationẽ tutoris non ſuſpendit, ſed adminiſtrationem, de. 145. numero 8. fol. 262

Conditio in ſententijs, ſi præcedat vel ſequatur condemnationem, an ſit differentia. vt ſententia dicatur conditionalis, dec. ead. nume. 2. ibidem

Conditio, an ſit negatiue, vel affirmatiue concepta, nihil refert, quo ad effectum, vt actus dicatur conditionalis, ibidẽ num. 9

Conditio intrinſeca quæ dicatur, & quæ extrinſeca, deciſi. 136. num 1. pag. 264

Conditio in præſens, aut in præteritum tempus concepta, nõ eſt propria conditio, & quæ ſit vera, & propria conditio, ibidem num. 9

Conductores percipientes omnes fructus, & ſoluentes mercedem in pecunijs, tenentur ad ſolutionem collectarum, non autem locatores qui pecuniam percipiunt, deciſio. 83. num. 5. pag. 142. contrarium verius, v t num. ſeq.

Conductor domus, qui in annum habitationem conduxerat, poteſt penſionem totius anni ſolutam pro dimidia vel pro rata temporis repetere, quando domum caſu fortuito collapſam habitare non potuit, deciſio. 98. nume. 9. pag. 169

Conductor habens ius in re propter hypothecam generalẽ, poteſt rem locatam alteri venditam retinere pro ſuo intereſſe, & ipſi rei inſiſtere, donec ei ſolutum ſit intereſſe, deciſ. 156. num. 6. pag. 285

Conductori dicenti ſe impeditum, vti fruire cõducta incumbit onus probandi, deciſ. 51. num. 3. pag. 84

Ad conductionem admiſſus cum conſenſu locatoris, dicitur æque principalis, ac ipſe admittens, deciſio. 76. numero 1. pag. 127

Connexitatis ratione laicus ſimul obligatur cum clerico, & occaſione clerici laicus coram eccleſiaſtico conuenitur, dec. 103. num. 3. pag. 188. & declaratur num. 10

Confeſsio vera vel ficta non dicitur probatio, ſed reuelatio ab onere probandi, dec. 10. num. 3. pag. 17

Confeſsio extraiudicialis poteſt quandocunque corrigi, & reuocari ante litem conteſtatam, deciſi. 79. nu. 25 pa. 135

Confeſsio extraiudicialis, vt indicium faciat, probari debet per duos teſtes, ibidem num. 29. pag 136

Confeſsio in criminalibus facta coram iudice, infamat confitentem infamia iuris, ibidem num. 33

Confeſsio ficta quæ reſultat ex contumacia, extenſa ad hæredes, intellige, vt num. 3. deciſio. 106. numero 1. pag. 192

Confeſsio partis tollit omne vitium nullitatis, nec curandã de ordine iuris, aut hominis, deciſio. 109. num. 13. pag. 196

Confeſsio iudicialis in iudicio obligat, cum in eo qui contrahatur, dec. 134. num. 3. pag. 238

Confeſsio iudicialis habetur pro iudicato, quo ſit, nec ipſa confeſsione oriatur actio, & obligatio ciuilis inſtituatur, deciſio. 134. num. 4. pag 238

Confeſsio delicti extraiudicialis, & abſente parte facta, probat contra confitentem, etiam inter alias perſonas, deciſ. 138. num. 3. pag. 243

Confeſsio inter alias perſonas facta, alijs non prodeſt, deciſio. 138. num. 14. pag. 243

Confeſsione delictorum auriculari facta ſacerdoti, dicitur quaſi contrahi cum delinquente miniſterio ſacerdotis, deciſio. 152. numero 4. pag. 281

Cõfeſsionis tacitæ. ſiue expreſſæ reuocatio, quando fieri poteſt, deciſ. 39. nume. 10. pag. 70

Confeſsio an acceptata à parte, vel à notario nomine diuersitis ſit, nulla datur differentia, deciſ. 33. numero 6 pag. 61

Confeſsio procuratoris, aut ſindici non nocet domino, vel vniuerſitati. præſertim quando eſt facta per modum voluntariæ iuriſdictionis, dec. 39. num. 6. pag. 69

Confeſsio reſultans ex productione alicuius ſcripture, non præiudicat producenti, niſi ab aduerſa parte acceptata ſit ſcriptura, ibidem numero 8.

Confeſsio ex productione reſultans non præiudicat, quando ea quæ enunciatiue in ſcriptura ſunt poſita, ibid. num. 9.

Confeſsiones ex libello, & poſitionibus reſultantes, in modum contentioſæ iuriſdictionis factæ dicuntur, deci. 39. numero 38. pag. 72

Confeſsio reſultans ex productione inſtrumenti, reuoceri nõ poteſt, niſi falſum inſtrumentum probetur, deciſio. eadẽ num. 40

Confeſsio procuratoris, & propria reuocari poteſt, dummodo res & error aliter ſe habere probetur, quod temẽ in republica, & minore locum non habet, ibidem nume. 39

Confeſsio iudicialis vtilem confeſſoriam parit actionem, dec. 134. num. 5. pag. 238.

Confeſsio delicti, reſultat ex gratia. ſeu indulgentia mediante pecunia à Principe facta, deciſio. 138. numero 2. pagi. 243

Confeſsioni patris uendentis omnia bona, & confeſsi

cum iuramento precium recepisse, in præiudicium legitimè filiorum non statur, decisione 172. numero 14. pagin. 318
Confessio qualificata operatur, vt ad mortem quis condemnari non debeat, sed potius, vt pœna mitigetur, decisione 60. num. 9. pag. 98
Confessio vasalli venditoris de receptione precij non sufficit, sed requiritur precium fuisse realiter solutum, decis. 172. num. 13. & 14. pag. 318
Confessio sola non sufficit, vbi actus verus requiritur, etiamsi confessio fuisset iurata, decis. 172. num. 9. ibidem
Confessio dotis receptæ ante matrimonium facta, excludit præsumptionem donationis & fraudis, ibidem nu. 11
Confessioni ipsius patris alienantis, dicentis se plura debita contraxisse, non statur, ne aperiatur via fraudandi filios & agnatos, ibidem num. 12
Confessio extraiudicialis etiam sine causa, sola sufficit ad delationem iuramenti suppletiui, decis. 96. nu. 4. pag. 158
Confirmatio præsupponit præexistentiam iuris quæsiti, & illi cõmensuratur, quod confirmat dec. 39. nu 11. pag. 70
Confiscatio bonorum hodiè non admittitur, nisi in crimine læsæ maiestatis, decis. 94. nu. 5. pag. 156
Confiscatus propter crimen læsæ maiestatis commissum, si habet bona communia solum sua portio confiscata intelligitur, & si nudam proprietatem ea duntaxat confiscatur, decis. 94. num. 18. pag. 160
Coniecturis in claris opus non est, decis. 88. numero 3. pagina 118
Coniecturis, & præsumptionibus probantur, quæ difficilis sunt probationis, & in animo consistunt, decis. 71. num. 30. pag. 120
conscientia propria non debet mouere iudices, quia non sunt in foro pœnitentiali, sed iudiciali, decis. 79. numero 47. pag. 137
conscij atrocium delictorum, & eis non obuiantes, non puniuntur morte, sed alia graui pœna, dec. 80. nume. 7. pag. 139
conscientiæ alicuius causa commissa, puta iudici delegato, debet intelligi de conscientia lege munita, ac publica, non autem de conscientia priuata, decis. 79. nu. 45. pag. 137
consensus patris necessarius non est, vbi summariè proceditur, & debet iudex curare, vt legitimè partes comparent, & eas compellere potest, quod intelligitur procedere ante litem contestatam, dec. 1. num. 37. pag. 7
consensus, vbi requiritur ante actum, tunc per ratificationem subsecutam actus non confirmatur, quod maximè procedit, quando huiusmodi ratificatio tenderet in tertij præiudicium, decis. 166. num. 9. & 10. pag. 306
Consensui nihil tàm est contrarium, quàm vis & metus, dec. 179. num. 11. pag. 328
Consensus mentalis, nec verbo, nec facto demonstratus, non accommodatur actibus, nec reddit actus ipsos essentialiter perfectos, ibidem num. 17
Consensus Principis habetur pro non posito, quando non est seruata forma tradita, dec. 166. num. 6. pag. 306
Consensus vbi requiritur ad solemnitatem actus, tunc debet interuenire in ipso actu, et non sufficit quod postea interueniat, dec. eadem, num. 8
Consensu præstitus alicui actui, quem quis impedire potest, præiudicat consentienti, deci. 62. numero 19. pagin. 102
Consensu appellatione regulariter de expresso intelligi debet, dec. 44. num. 15. pag. 77
Consensus vltramentem contrahentium operari non debet, dec. 76. num. 9. pag. 128
Consensus contrahentium non releuat in pactis futuræ successionis, dec. 100. num. 23. pag. 177
Consequentia vt tollatur, sufficit dare instantiam, decis. 169. num. 13. pag. 312
Consecratum domino siue homo, siue animal, siue quid aliud sit sanctum sanctorum erit domino, & ad ius pertinet sacerdotum, dec. 68. num. 2. pag. 107
Consilium, seu ordo decurionum repræsentare dicitur totum populum, limita, vt numer. 22. decisio. 95. num. 13. pag. 162
Constitutum nihil operatur, si constituens tempore constituti non possidebat, & idem, si alieno nomine possidebat, dec. 144. num. 4. pag. 259
Constitutum censetur annullatum resolato cõtractu, & hypotheca, cuius est accessorium, dec. 35. nu. 1. pag. 66
Constitutum generale adiectum hypothecæ generali euanescit, & extinguitur sublata hypotheca, dec. 144. nume. 5. pag. 259
Constitutum non dicitur accessorium obligationis, sed traditionis, & translationis dominij, ideoq; resoluta obligatione non resoluitur constitutum, dec. 35. nu. 7. pag. 66
Constitutum, licet ficta traditio esse dicatur, per illud tamen vera possessio acquiritur, dec. 36. num. 2. pag. 67. & decis. 133. num. 6. pag. 237
Continentia & matrimonium inter se pugnare dicuntur, dec. 119. num. 14. pag. 211
Consuetudo vt inducatur, actus animo fieri debet inducendi consuetudinem, dec. 99. num. 9. pag. 171
Consuetudo efficit, vt officium stipulandi cum officio scribendi sit coniunctum, & vt alteri per alterum ius acquiratur, dec. 33. num. 5. pag. 62
Consuetudo, quod in quibuscunq; causis inter fiscum, & priuatum expensæ compensentur, quomodo intelligatur, dec. 29. num. 15. pag. 54
Consuetudo per testes singulares probari non potest secundum communem opinionem, decisione 99. numero 8. pag. 171
Consuetudo ad vsum restringitur, & proprios terminos facti non excedit, dec. 29. num. 16. pag. 54
Consuetudo loci contractus attenditur, in his quæ respiciunt ordinationem actus, siue eius solemnitatem, aut litis decisionem, dec. 114. num. 5. pag. 204
Consuetudines vires suas non porrigunt extra territorium in quo vigent, dec. 100. num. 48. pag. 177
Consuetudo probata censetur, probata frequentia actuum, dec. 99. num. 45. pag. 171
Consuetudo ex solutione vario modo facta, introducta esse non censetur, præsertim in actibus voluntarijs; ibidem, num. 7. & limitatur num. 43
Consuetudo dato quod iniqua sit, iuncta tamen cum tollerantia, & patientia superioris sustinetur, consil. Balb. nu. 39. & 40. pag. 113
Consuetudo fori potest in causarum cognitione abbreuiare dilationes, & est seruanda, dec. 21. num. 12. pag. 12
Contrahentibus tam de iure Ciuili, quàm Canonico licitum est, se in precio circumuenire, dec. 42. nu. 8 pag. 75. citra tamen dimidiam iusti precij, dec. 95. nu. 1. pag. 165
Contrahentes non præsumuntur se incontinenti corrigere, dec. 85. nu. 17. pag. 145
Contractus etiam in materia attenditur id, quod verisimiliter contrahentes, si fuissent interrogati, disposuissent, decis. 90. num. 16. pag. 151
Contractus innominatus ad naturam contractuum nominatorum reducitur, si illi interponatur stipulatio, dec. 98. num. 6. pag. 169

Contractus nominatus, quando habet dependentiam contractus innominati, tunc in contractu nominato militat regula, Cessante causa cessat effectus, ibidem, numero 14. folio 170
Contractus substantialia in voluntatem promissoris, & sic contrahentis committi non possunt, accidentalia verò sic, decis. 111. num. 11. fol. 199
Contractus talis esse præsumitur, qualis per nomen appellationum profertur, dec. 139. num. 24. fol. 247
Contractus siue transactiones initæ cum Principe ab vniuersitate in remunerationem meritorum reuocari à Principe non possunt, decis. 139. num. 28. fol. 247
Contractus Principum pro lege habentur, decis. 141. nu. 6. fol. 252
Contractus alienationis rei litigiosæ, & in potentiorem, est nullus, nec iuramento firmatur, decis. 144. nume. 2. fol. 259. vbi de intellectu l. vn. C. de contract. iud. & aliorum iurium, num. 13
Contractus in quo reseruatur consensus domini, habetur pro imperfecto domino non consentiente, & contractus sub conditione admissus, censetur sub contraria conditione reuocatus, dec. 166. num. 4. fol. 305
Contractus simulatus redditur ex modicitate precij & pacto de retrouendendo apposito, vbicunq; excessus precij immoderatus esset, vbi etiam contrariæ Doctorum opiniones conciliantur, decis. 42. nu. 9. fol. 75
Contractus & distractus tanquam diuersa iudicantur, decis. 51. num. 3. fol. 83
Contractus vnus, quando causatur ab alio non consideratur causatus, sed causans. dec. 167. nu. 25. fol. 307
Contractus quando prohibetur ratione rei, vel materiæ, non firmatur iuramento, decis. 172. nu. 23. fol. 318
Contractus quando redditur nullus ratione mutuæ culpæ, tunc poterit nullitas per contrahentem allegari, decisio. 180. nu. 3. fol. 330
Contractus ad obseruantiam quæ tendùt, possunt per testes probari. secus si ad resolutionem, dec. 53. nu. 15. fol. 88
in Contractibus venit id quod verisimiliter in contrahentes conuentum esset, decisio 64. nu. 6. fo. 103
Contraxisse in eo loco quis videtur, in quo quis soluere se obligauit, dec. 114. nu. 2. fo. 204
Contractus non valet quo aliquis dat pecuniam, vt non grauetur muneribus publicis, decis 95. nu. 19. fol. 163
Contractus simulationem probare vellens, eandem in principio contractus interuenisse probare debet, decis. 42. numero 11. fol. 75
Contrariorum contraria est dispositio, & idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, dec. 25. nu. 16. fol. 43
Controuersia si fuerit inter masculum & fœminam de aliquo feudo, masculo dicente, illud esse feudum, fœmina verò negante. si pro masculo aliquid fit, quod iudicem moueat, creditur masculo cum duodecim sacramentalibus, decis. 26. nu. 5 fol. 45
Contumax quis non dicitur, nisi eius contumacia accusetur, decis. 3. num. 2 fol. 10
Contumax siue verus, siue fictus, audiri non debet, nisi refectis expensis, decis 9. nu. 2. fol. 17
Contumaciæ rei effectus omnis tollitur, circunducto termino propter absentiam actoris, & econtra, dec. 3 nu. 4. fo. 10.
Contumax consentire non dicitur, dec. 10. nu. 4. fol. 17
Contumacia tollitur, attento notorio impedimento belli, decisione 9. nu. 3. fol 17
Contumaciæ accusatio, quando requiratur, & quando non, decis. 71. nu. 5. fol. 118
Contumaciæ præsumptio, tollitur per præsumptiuam obedientiam, dec. 71. nu. 12 fol. 12
Contumax in respondendo positionibus, potest purgare moram, si aduersarius non sit in probando grauatus, decis. 71. nu. 56. fol. 122
Contumax in criminalibus non habetur pro confesso, decis. 105. num. 6. & nu. 12 fol. 190
Contumacia accusari debet, vt reus morosus dicatur, & pœnam incurrat, dec. 71. nu. 47 fol. 121
pro Contumacia non imponitur vera pœna delicti, dec. 107. nu. 12. fol. 190. limita, vt nu. 12
contra Contumacem non proceditur, nisi altera parte instante, decisione 28. nu. 9. fo. 51
Copulatiua, vt verificetur, requiritur concursus vtriusque qualitatis, decisio. 71. nu. 66. fol. 122
Copulatiuæ natura est, vt vtrunq; fieri requiratur, dec. 71. nu. 2 fol. 124
Copula, quando ponitur inter personas, inter quas cadit necessitas instituendi, & ordinata charitas affectionis, tunc non stat propriè, nec retinet naturam suam, sed intelligitur ordine successiuo, decisione 81. numero 18. fo. 141
Copulatiuæ orationis ea est natura, vt omnes personæ æquiliter vocentur, ibidem, nu. 1. fo. 140
Copulatiua, vt verificetur requiritur vtrunq; fieri. decisione 110. nu. 1. fol. 197
Corneus consilio 304. col. 12. & seq. volu. 3. reprobatur. decis. 177. nu. 5. fol. 324
Correctio, & repugnantia incontinenti non inducitur, dec. 23 nu. 40. fol. 37
Correlatiuorum eadem est disciplina, quod fallit quando est diuersa ratio, decisione 140. numero 7. fol. 240
Correlatiuorum eadem debet esse dispositio, decisione 10. num. 10. fol. 205
Correlatiuorum vnum, aliud declarat, decisio. 115. nume. 10. fol. 203
Creditor ab infante tutorem non habente creditum petere volens, eo remedio iuuatur, vt adeat iudicem, & petitiones coniunctorum, & affinium infantis petat in dari tutorem, dec. 89. nu. 7. fol. 151
Creditor poßidens pignus ex quo fructus percipit, eos in sortem computare tenetur, dec. 115. nu. 11. fol. 205
Creditor poßidens pignus repræsentat personam debitoris, & dicitur procurator ipsius in pignore, ibidem, numero 15
Creditor in diem, an ante diem agere poßit, pluribus numeris seq. tractatur, decis. 130. num. 1. fol. 232
Creditoribus soluto matrimonio per mortem mariti competit ius offerendi solutionem dotalis debiti, & rescindere hypothecatas prosequendi, decisione 135. numero 4. folio 238
Creditor in diem ante diem agere potest, vt die adueniente ei soluatur, decisio. 130. num. 9. fo. 232
Creditori posteriori ius offerendi priori creditori competit, decisione 135. num. 1 fol. 238
Creditores priorem hypothecam habentes ponere in ære esse debent, quod ampliatur nunc. 3. decisione 131. nume. 1. fol. 237
Creditoribus posterioribus non licet offerre pecuniam vxori petenti dotes suas in tuto collocari propter maritimoriam superuenientem, quod sanè communi calculo receptum est, dec. 135. numer. 12. & declaratur numero 15. folio 239
Creditor prior semper præfertur posteriori, generalem, siue specialem hypothecam habenti, decisione 159. numero fol. 298

Creditor prior habens specialem hypothecam super aliqua re debitoris, & generalem super alijs bonis non potest agere contra secundum creditorem, habentem specialem hypothecam super alijs bonis, ibidem num. 1

Creditor pignus vendens, se creditorem esse probare tenetur, nec sufficit assertio ipsarum partium, quod creditor esset, dec. 171. num. 4. pag. 318

Crimina regulariter non includant aliquam spiritualitatem, dec. 30. num. 16. pag. 57

Crimen lesæ maiestatis diuinæ, siue humanæ à lege æquiparantur, dec. 94. num. 29. pag. 160

Crimen tunc committum intelligitur, vbi aliquid probatum contra accusatum est, dec. 16. num. 12. pag. 24

Crimen propter quod imponitur pœna pecuniaria, quæ non soluta corporalis pœna remanet in obligatione ex dispositione eiusdem legis, vel statuti, & si sit ratione delicti, non autem contumaciæ, dicitur capitale, dec. 18. nu. 3. pag. 26

Criminalibus in causis, quando variè reperiuntur Doctorum opiniones, ea sequenda semper est, quæ imponit mitiorem pœnam, dec. 80. nu. 8. pag. 139

Criminalibus in causis qui relaxandus non est, nisi datis fidetussoribus, satisdare qui promisit, videtur satisfecisse promissioni præstando iuratoriam cautionem, vel iurando se non inuenisse fideiussores, dec. 70. num. 2. pag. 115

CHRISTVS magistratibus & Principibus temporalibus non iniusta præcipientibus obedire voluit, decisio. 30. num. 12. pag. 57

Culpa præcedens casum punitur, decisione 104. numero 5. pag. 189

Culpa vbi non est regulariter, pœna esse non debet, cum delicta suos auctores tenere debeant, decisio. 88. num. 3. pag. 148

Custodiæ appellatione, & saluaguardia continetur, vnde qui tenentur saluaguardiam Principis indemnem seruare, obligantur, & de damnis de nocte inferendis, dec. 88. num. 35. pag. 148

Curatoris pactum pupillo nocere non potest, dec. 98. num. 16. pag. 169

Curator, ex officio à iudice dari potest infanti, cum consensu consanguineorum, si eius bona essent peritura, vel immineret grande æs alienum, dec. 89. num. 6. pag. 151

Curator infanti dari non potest, cum regulariter non nisi præsenti, & petenti detur, dec. ibid. nu. 1

Curiæ appellatione veniunt decuriones, decisione 95. num. 23. pagin. 162

D.

Damna repeti possunt quæ ex eo prouenium, quod à suis negocijs quis auocetur, dec. 46 numero 11. pagin. 79

Damnum eo solo alicui infertur, ex quo aliquid contra eius voluntatem fit, dec. 130. num. 7. pag. 232

Damnum quod in consequentiam venit, & per accidens, non est considerabile, dec. 17. num. 3. pag. 25

Damni, & lucri regulariter datur compensatio, dec. 168. num. 3. pag. 310

Data quæ ex consuetudine solui debet, secundum æstimationem cuiuscunq; rei petitæ in iudicio, si modò quis petat quod ab alio possessa ad se pertinere, eam erogare debet ratione possessionis, vel proprietatis, dec. 4. num. 1. pag. 11

Debitor tenetur ex causa satisdare de soluendo adueniente die, vel conditione, dec. 24. num. 3. pag. 40

Debitor qui propria auctoritate fundum ingredi poterat, si eius possessionem sine licentia iudicis, & parte non vocata fuerit ingressus, parte citata, postea per iudicem in ea erit confirmandus, dec. 34. num. 1. & 2 pag. 63

Debito probato super quantitate stabitur iuramento creditoris, dec. 96. num. 3. pag. 168

Debitor congruo tempore offerendo debitum, vel soluendo potest facere, vt sibi actio pignoratitia nascatur, quæ ante oblationem aut solutionem non competeret, decis. 115. nu. 3. pag. 205

Debitor qui dilationem à lege concessam habet, satisdare cogitur de soluendo die aduenient e, dec. 130. nu. 14. pag. 232

Verbum nullum adeò generale & vniuersale dicitur, quin debeat ciuiliter intelligi habita consideratio circunstantiarum, dec.169. num. 10. pag. 312

Verbum futuri temporis conditionem importat et formam, dec. 171. num. 5. pag. 316

Verbum quodlibet, etiam minimum in quauis dispositione, debet censeri appositum cum mysterio, & vt aliquid operetur, dec. 141. num. 4. pag. 252

Verisimile est testatorem sensisse id quod communi loquendi vsui conuenit, dec. 126. num. 19. pag. 224

Verisimile habens pro se, casum legis habere dicitur, decis. 170. num. 10. pag. 315

Verisimile non est quem se velle corrigere incontinenti quod præcipuè habet locum in dispositionibus magnatum, & principum, dec. 141. num. 5. pag. 252

Veritas vincere semper debet, maximè apud viros graues, decisione 29. num.3 pag. 52

Veritas omnium fortißima est, & omnia vincit, decisio. 30. num. 1. pag. 55

Veritas præsumptionem vincit, & præsumptio vna fortior aliam tollit, dec. 154. num. 13. pag. 283

Via in dubio assumenda est, per quam vtriq; parti cõsultum sit, cons. Balb. num. 27. pag. 112

Viam quam quis semel elegit eandem sequi debet, dec.34. nu. 18 pag. 65. & dec.164. nu.17. pag.301

Vicarius imperij non potest remittere delictum capitale seu indulgere, nisi in priuilegio Vicariatus essent verba hoc importantia, prout in priuilegio serenißimi ducis Sabaudiæ, dec. 101. num. 3. pag. 283

Vicinus facta vicini, et coniunctus facta coniuncti scire præsumitur, vbi fact im est successiuum, secus, si momentaneum, dec.171.num. 43 pag. 121

Vidua stuprum committens, an amittat dotes, dec. 77. nu. 1. pag. 128

Vidua pariens vndecimo mense post mortem mariti ijsdem pœnis subijcitur quibus subijcitur intra annum luctus nubens, dec. 77. num. 6 pag. 129

Vidua stuprum committens minus peccat, quàm maritata adulterium committens, decis 77. num. 7. pag. 129

Vidua si fornicetur post tempus luctus cessant pœnæ, de quibus in §. fi. in authen. de restitu. & ea quæ parit xi. mense idem si intra annum luctus dummodò partus non interueniat, dec. 77. num. 8. pag. 129

Vidua pariens post decem nouem menses à morte mariti potest dici concepisse post annum luctus, ideò cessant pœnæ §. fi. in authent. de restitu. dec.77.num. 9. pag. 129

Vidua durante viduitate, videtur esse adhuc in primo matrimonio, dec. 77. num. 15. pag. 129

Vidua committens stuprum dicitur committere contra verum matrimonium contractum, decisione 77. nume. 24. pag. 130

Vidua nubens intra annum luctus arguit suspicionem adulterij commißi viuente marito, decisione 77. numero 37. pag. 131

Viduæ vbi dos est restituta per hæredes mariti, si deinde post talem restitutionem stuprum commiserit, an dictis hæredibus detur dotis repetitio, dec. 77. nu. 13. pag. 129

Violentia vel iniuria emptori facta, venditori non nocet, decis. 48. num. 2. pag. 81

Vir bonus admittitur ad probandum cum iuramento contra præsumptionem iuris, & de iure, contra quam regulariter non admittitur probatio, nisi per confessionem, dec. 71. num. 27. pag. 20

Vir pro marito non in sacris literis accipitur, dec. 77. num. 35. pag. 131

Virginis corruptor, quas dotes constituere teneatur, dec. 107. num. 10. pag. 192

Vita contemplatiua excellentior esse dicitur actiua, decis. 126. num. 2. pag. 224

Vitium formæ potentius est, quàm vitium materiæ, decis. num. 7. pag. 14

Vitium litigiosi non inducitur per litem nullam cum fuit procuratore institutam, dec. 144. num. 8. pag. 259

Vitium litigiosi cessat lite finita per sententiam, aut per renunciationem, & propterea alienatio facta tenet, decis. 144. num. 9. pag. 259

Vniuersale signũ operatur, vt indifferenter omnia comprehendantur, & vt dispositio quæ aliàs restrictionem reciperet, non recipiat, dec. 94. num. 11. pag. 169

Vniuersalibus in depositionibus, & in ijs quæ possunt habere ad augmentum, & diminutionem commodum, & incommodum, res dicitur in eodem statu. decisio. 94. nu. 17. pag. 154

Vniuersalis dictio resoluitur in singulares, decisio. 170. num. 10. pag. 197

Vniuersalis dictio posita in legis dispositione siue statuto, recipit restrictionem, secus si in hominis dispositione ponatur, limita, vt num. 14. dec. 169. num. 5. pag.

Vniuersitas in pertinentibus ad administrationem reipublicæ liberè statuere potest, dec. 17. num. 1. pag.

Vniuersitas potest statuere aliquid in priuatorum preiudicium in ijs, quæ ad eos pertinent iure naturali, decis. num. 13. pag. 26

Vniuersitas quando statuere possit in præiudicium priuatorum, & quando non, dec. 17. num. 15. pag. 26

Vniuersitas ad hoc, vt obligetur, requiritur, vt simul congregati sciuerint, & consenserint, decisione 19. numero pag. 69

Vniuersitas non tenetur de delicto, de nocte ab aliquo vniuersitate patrato, etiamsi statuto caueatur, quod pro delicto alicuius ipsa vniuersitas tenetur, intelligi, num. 32. dec. 88. num. 11. pag. 148

Vniuersitas ob ratihabitionem commißi delicti falsitatem punitur & obligatur, dec. 138. num. 6 pag 241

Vniuersitas delictis quæ contra dominum committuntur resistere tenetur, aliàs non resistendo delinquere videtur, dec. 138. num. 7. pag. 243

Vniuersitas ex delictis obligatur coram successum non habentibus etiam absq; vlla consilij congregatione, dec. 138. num. 10. pag. 243

Vniuersitas ob crimen rebellionis prædæ data solo æquari potest, dec. 138. num. 15. pag. 243

Vniuersitas quando ex delicto non obligetur, dec. 138. num. 28. pag. 243

Vniuersitas deliquisse non præsumitur ex eo, quòd multi aut fortasse omnes ad locum commißi delicti accesserint, & bona rapuerint ac exportauerint, & num. 31. dec. 138. num. 32. pag. 243

Vniuersitas aliquid legitimi agere non potest, nisi interuenientibus duabus partibus de tribus ordinis ipsius decurionum, dec. 39. num. 2. pag. 69

Vniuersitates & subditos teneri resistere dominis notoria delinquentibus aliàs videre participes delictorum, quomodo intelligatur. & nu. 22. & 26. dec. 138. nu. 21. pa. 243

Vniuersitati quando ratione alicuius debiti commißi imponitur pœna pecuniaria, pro qua soluenda imponenda esset collecta, tunc innocentes contribuere non tenentur dec. 90. nu. 9. pag. 151

INDEX

Vniuersitati imputandum non est delictum, quod à singulis commissum est, intellige vt num. 26. decisione 88. num. 1. pag. 148

Vniuersitatis congregationem requiri ad hoc, vt ea ex delicto obligetur, de quo delicto intelligatur, decis. 138. num. 27. pag. 243

Vocis viuæ probatio præfertur voci mortuæ, dec. 128. nu. 8. pag. 229

Volantas vltima, & sic institutio ab alieno arbitrio pendens dicitur captatoria, & à iure reprobatur, decis. 85. num. 16. pag. 145

Voluntas & propositum distinguunt maleficia. dec. 77. nu. 28. pag. 130

Voluntas extra actu etiam nullo declaratur, dec. 101. num. 23. pag. 187

Voluntas in mente retenta nihil operatur, dec. 118. num. 3. pag. 210

Voluntates hominum ex verisimilitudine declarantur, dec. 170. num. 8. pag. 315

Voluntati aut beneplacito alicuius quando aliquid relinquatur, potest facere quod vult, etiamsi illud iniquum sit, si modò dolus absit, dec. 111. num. 3 pag. 199

Voluntatis mutatio siue correctio incontinenti non præsumitur, dec. 50. num. 13. pag. 84

Vota proferenda ex his quæ ex fide gestorum probantur, in proœmio, num. 14. pag. 2

Vsurarius, vox nullius, dec. 79. num. 42. pag. 137

Vsufructuarius ad collectas tenetur. decisione 83. nume. 4. pag. 142

Vsufructuarius tenetur satisdare de viendo, & fruendo arbitrio boni viri, nec sufficit iuratoria cautio fallit num. 2. dec. 153. num. 1. pag. 282

Vsufructuarius vbi satisdare non potest, & persona non est suspecta admittitur iuratoria cautio cum hypotheca bonorum. dec. 153. num. 4. pag. 282

Vsura seu interesse lucri cessantis, debetur solito negociari, & mercari, dec. 143. num. 5. pag. 258

Vsura est contra legem diuinam, naturalem, canonicam, & ciuilem, dec. 137. num. 6 pag. 240

Vsuræ dicuntur accessoriæ ipsius principalis debiti adeò, vt dilatio concessa super sorte dicatur etiam concessa super vsuris, dec. 129. num. 11. pag. 236

Vsuræ de iure ciuili non prohibentur, sed permittuntur ea saltem promissione quæ pœnam non infligit, contrarium num. 9. & intellige, vt nu. 13. decisio. 137. numero 1. pagina 240

Vsuræ ratione retardatæ solutionis dotium promissarum licitè à marito peti possunt, decisione 132. numero 1. pagina 235

Vsurarij sunt variæ pœnæ indictæ tam de iure canonico quàm ciuili, quod intellige, vt num. 14. decisio. 137. numero 2. pagina 240

Vsurarium crimen merè ecclesiasticum contrarium, decis. 137. num. 3. pag. 240

Vsurarium quem esse quomodo & per quos probetur, dec. 71. num. 3. pag. 123

Vsurarius non probatur quis per testes qui dicant soluisse vsuras eo quod de eorum commodo deponant, decis. 71. num. 6. pag. 123

Vxor emens feudum præsumitur emere de pecunia viri, ideo dicitur acquirere marito, contra, num. 8. & 9. dec. 140. num. 4. pag. 251

Vxor possidens cum marito præsumitur iure familiaritatis possidere non obstante titulo, contraria est verior, & nu. 20. dec. 140. num. 5. pag. 251

Vxor & maritus, si simul stipulantur, vnusquisq; sibi acquirit pro dimidia, dec. 140. num. 6. pag. 251

Vxor vendens prædium cum marito præsumitur adhibita pro forma, & totum precium ad maritum peruenisse, & num. 7. dec. 140. num. 2. pag. 251

Vxor putatiua committens adulterium, an & quando dotes amittat, dec. 77. num. 29. pag. 130

Vxor putatiua post sententiam condemnatoriam amissionis dotis propter adulterium, an possit dotem amissam recuperare, si deinde apparet non fuisse verum matrimonium. dec. 77. num. 21. pag. 130

Vxor licet constante matrimonio dotem donare non possit in præiudicium mariti, tamen talis donatio morte mariti confirmatur, dec. 94. num. 8. pag. 160

Vxor in paraphernalibus absq; consensu mariti contrahere potest, dec. 62. num. 14. pag. 101

Vxori priuilegia tributa ratione dignitatis, & reuerentiæ mariti durant etiam soluto matrimonio, decisione 31. numero 24. pag. 60

FINIS.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
per Petrum Fabricium, Impensis Hieronymi Feierabend.



ANNO SALVTIS HVMANAE,
M. D. LXX.

DECI
MENT
RIAS QVAE
VSQVE AD
dicium Partiu
hannem G
Post pu
ti
C



QVÆSTIONES VARIÆ, IN SVPREMA PARLAMENTI PARISIENSIS CVRIA, AVDITIS PARTIVM IN IVDICIO CONTENDENTIVM ALLEGATIONIBVS, deciſæ: Et per D. Iohannem Galli, I. V. peritiſsimum, ac in eadem Curia Aduocatum Regium, collectæ: Ac nuper D. Caroli Molinæi Iuriſconſulti excellentiſsimi, & eiuſdem Curiæ Aduocati celeberrimi, additionibus & notis illuſtratæ.

QVAESTIO I.

An precium rei hæreditariæ reputari debeat hæreditagium.

QVIDAM MARITVS de conſenſu ſuæ vxoris †vendidit hæreditagia vxoris ſuæ: & in recompenſationem precij prædictorum hæreditagiorũ conſenſit, & voluit maritus, & ad hoc ſe obligauit & promiſit quod vxor recompenſaretur: & ipſam recompenſauit de certa pecuniæ ſumma ab hæredibus ſuis de ſuo latere * ac linea capienda ſuper bonis cõmunibus poſt deceſſum ipſius mariti, in caſu quo moreretur ante vxorem abſque liberis ab ipſis procreandis, & non aliâs: qui caſus euenit, quia maritus abſq; liberis defunctus eſt, vxore ſua relicta. Quæ abſq; exactione pecuniæ prædictæ defuncta eſt, per decem dies poſt mortem mariti relictis duobus ſuis hæredib. vno proximiore altero: & illo altero remotiore ex latere vnde deſcenderunt hæreditagia prædicta, modò proximior vult habere illam pecuniæ ſummam: eò quia proximior debet habere mobilia, nomina, & conquæſtus. Alter autem de cuius latere deſcenderunt hæreditagia prædicta, vult habere precium tanquam loco hæreditagiorum predictorum ſubrogatum: quæritur quid iuris? Et videtur quod proximior † debet habere precium. Primò, quia precium ſeu nomen precij cenſetur mobile: iuxta. §. Accedit. aliâs taceat. in l. vni. C. de re vxo. act. & no. pe. Accur. in auth. de rebus Eccle. non alien. §. à Leone. col. 2. & l. mouentium. ff. de verb. ſig. Et conſuetudo dictat, quod proximior habeat mobilia, nomina, & conquæſtus. Quare, &c. Secundò quia dicta vxor alienare poterat & donare: & ſi precium habuiſſet et conſeruaſſet, proximior eius habuiſſet tanquã hæres poſt mortem ſuam, vt mobile: ergo, &c. Tertio non dixi: quòd ille de latere hæreditagiorum illud precium loco hæreditagiorũ haberet: nec hoc fuit conuentũ, quod dixiſſet ſi hoc voluiſſet. Quartò non fuit conuentum, quòd illud precium in hæreditagium conuertatur. Quintò dixit, quòd pro precio dictorum hæreditagiorum haberent tantam pecuniam: ergo ſolum recompenſare voluit ratione precij hæreditagiorum: non ratione hæreditagiorum. Sextò, quia preciũ loco rei non ſuccedit, iuxta. l. qui vas. §. fi. cum allegatis. & ibi gl. ff. de fur. & l. venditis ex hæreditate. ff. de hære. vel act. vendita. Septimò, quia eſt ſubrogatio ab homine, non à lege: nec teſtatore. Videtur contrarium: Primò, quia res eſt ſubrogata ab homine, &c. iuxta. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & ff. vt in poſſ. legat. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. & in. l. 2. ff. de priuil. credi. & in. §. fuerat. Inſtit. de actio. Secundò, quia precium loco rei ſuccedit in vniuerſalibus. l. ſi rem & precium. ff. de petit. hære. & l. imperator. de leg. 2. & idem in ſingularibus * l. ſi eum. ff. ſi cer. pet. & in. l. ſi ſeruus. §. boue ſubrepto. ff. de condi. fur. Tertiò, quia origo obligationis, non titulus actionis inſpici debet. l. ſi filius. C. ad Macedo. Quartò, quia videntur hæc verba ab ipſis hæredibus ſuis de ſuo latere referri ad hæredes de latere hæreditagiorum, quæ aliàs fruſtra fuiſſent poſita: cum hæredes mariti non poterant ſuccedere vxori: maximè quia erat recompenſatio hæreditagiorũ vxoris. ergo de illis de latere de quo ſunt. Quintò non diu vixit vxor poſt mortem mariti: nec recipit illam pecuniam, ſed remanſit in nomine, & ſic non eſt præſumendũ quod voluerit illam admobiliari: ſed potius conuerti voluiſſe in hæreditagium pro illis de linea ſua vnde deſcendebant res venditæ. Sextò, ſi emiſſet aliquid ex ſua pecunia, fuiſſet conqueſta pro proximiore hærede ſuo: vel ſi conquæſta conuertiſſet in mobile, ſpectaſſet illud mobile proximiori hæredi ſuo: ergo & pecunia ſeu nomen deſcendens ex ſuo hæreditagio

† *Vxoris.*) *Quæ hic præſupponitur cõmunis, altàs non de certa ſumma, ſed de toto precio recompenſanda. Et not. quod in tota hac parte q. Galli: immateria conſuetudinaria ſubaudiuntur termini conſuetudinis Pariſienſis, niſi de alia conſuetudine mentio fiat. C.M.*

* *Latere.*) *non refert ad quot vel actiuè ſcilicet ex parte vxoris, vel paſsiuè ſcilicet ex parte viri referatur, quia non eſt dictũ ad hæredes proprio-rum vel lateris propriorum. C.M.*

† *Proximior.*) *Hæc veritas vt etiam iudicauit Curia & bene ſecus ſi fuiſſet cautum nedum vxori: ſed etiam hæredibus eius nõ ſimpliciter, ſed hæredibus lateris dictorum hærediorum, vt dixi in conſuetu. Pariſi. §. 147. C.M.*

* *Singularibus.*) *ſed hoc demum in ſubſidium, & ex æquitate, ne quis locupletetur cum iactura aliena, quæ hic ceſſat. C.M.*

gio ſpectare debet ad illos de linea vnde deſcendebat illud hæreditagium, ne ad imparia iudicentur. Septimò preciũ prouenit ex re illorum in ſpe ſaltem qui ſunt de illo latere, iuxta. l. filio. ff. de li. & poſth. & l. ſi quid, eo. tit. ergo ad eos debet ſpectare. iuxta. l. niſi. ff. de pet. hære. cum pluribus alijs ſimilibus. quid dicendum: Quidã diſtinguunt inter ſubrogationem factam à teſtatore, & lega. & inter illam quę fit ab homine: vt primo caſu ſuccedat precium loco rei. Secundò non. Quod non procedit per dictum. §. qui iniuriarũ. & l. ſi quis ſub conditione. per dictam. l. ſecundam. de priuile. credi. vbi eſt ſubrogatio ab homine, & tamen loco alterius in loco cuius ſubrogatur ſuccedit. ¶ Alij autem diſtinguunt, aut volunt conuerti precium in hæreditagium, & conuenit in contractu, aut non, & primo caſu precium reputetur hæreditagium, ſecundo non, ſed mobile. Quod procedere non videtur: quia conuentio nõ videtur mutare eſſentiam rei, nec naturam: quia propter affirmare vel negare, &c. l. aſſumptio. ff. ad munici. iuxta. l. ſi forte. ff. de caſt. pecu. & quia contra conſuetudinem ſic fieri non potuit. ¶ Tertij dicunt; quòd de rigore proximior habebit per prædicta: de æquitate autẽ quæ eſt præferenda rigori: vbi non eſt rigor ſcriptus in hoc caſu, illi de quorum latere procedit hæreditagium, habere debebunt illud precium, per argumenta ſuprà dicta ad hanc partem. ¶ Cui æquitati conſentio ego Ioannes Galli, quoniam & ſi iuris ratione deficiamus, hoc tamen æquitas ſuggerit: iuxta. §. Item varus. l. 2. ff. de aqua plu. ar. & pro hac parte facit. l. placuit. C. de iud. & l. ſi pecuniam. ff. ſi cer. pe. l. quotiens. ff. de do. quæ ſub mo. fiunt. l. ſi res. ff. ad exhib. quamuis dictus Magiſter Ioannes Couardi in præfata Parlamenti Curia ſummus aduocatus, tenuerit contrarium, cui non conſentio de æquitate per prædicta. Sed finaliter fuit contrarium opinioni meæ determinatum, cui conſenſi finaliter, tum quia mobile erat, tum quia conſuetudo dictat quod proximior debet habere mobile, tum quia ſi maritus ſuperuixiſſet nil vxor habuiſſet,* ergo non erat reputandum hæreditagium, cum omni caſu hæredes vxoris de latere vxoris habere illud debuiſſent: quod non erat ſic in hoc caſu de dicta pecunia per conuentionem.

QVAESTIO II.

Vſque ad quod tempus poſsit res incariorari.

QVolibet tempore recipitur quis ad incariorandum rem per ſubhaſtationem venditam, donec decretum fuerit traditum emptori, ſecundum aliquos. mẽ ſecus eſt in re ad licitationem venditam: quia non admittitur quis ad incariorandum, niſi in præſentia: † ſic fuit dictum pro vxore Theobaldi Rebili contra quoſdam alios.

QVAESTIO III.

An clericus non coniugatus teneatur reſpondere articulis perſonaliter in infractione Saluegardiæ.

ITem anno Domini 1393. patre & filijs de Molamcourt profecutis per Regiũ procuratorem ratione infractionis ſalvegardiæ & delationis armorum, fuit appunctuatum per Dominum Guillelmum de Senonis, quod omnes reſponderẽt articulis perſonaliter, & quia aliqui de ipſis filijs erant Clerici non coniugati, noluerunt reſpondere coram Commiſſarijs, quapropter fuit petitum & requiſitum per Magiſtrum Ioannem Couardi, quòd perſonaliter reſponderent viſo appunctuamento, cuius contrarium ſibi nuit, quia erat in eorum perſonam amutare, quod erat contra omne ius, &c. Et allegaui arreſtum Dom. Roberti de Pegniaco, & Domi. Robineti de Bracquemont. dicebam vlterius dictum appunctuamentum intelligendum ciuiliter, finaliter in die conſilij dictum fuit, quod Clerici non coniugati non reſponderent perſonaliter,* & fuit prædictum appunctuamentum ruptum. Idem fuit dictum pro Magiſtro Guidone de Eomauns, Clerico non coniugato, pro quo fui aduocatus contra Ioan. de Fenelles in Parlamento Anno Domini 1384. & quod non tenerentur perſonaliter comparere in fine inqueſtæ. Et per idem arreſtum dictum fuit poſſe concludi contra Clericum non coniugatum, ipſum tenendum in priſionem Epiſcopi, ratione ſaluegardiæ infractę, donec ſatisfecerit.

QVAESTIO IIII.

An latori inſtrumenti fienda ſit munitio manus.

Die

* *Habuiſſet.)* ſcilicet ex forma contractus ſed ex quo non ſimpliciter conſenſit. ſed admittio recõpenſationem ſtipulata eſt, videtur quod ad hæredes ſuos trãsmiſiſſet ſaltem pro mediadicti precij recuperanda aliàs eſſet in hunc euẽtum expreſſa donatio facta viro, de quo remitto ad eaquæ dixi in conſue. Pariſienſi. §. 156. C. M.

† *Præſentia.)* Id eſt vſq; dum decretum pronunciatur, plene dixi in conſuetu. Pariſ. §. 189. quo remitto. C. M.

* *perſonaliter)* quod poteſt, procedere ad ſinem definitiue ſuper delicto communi remiſſo ad iudicem eccleſiaſticum aliàs & ſuper prouiſione & ſuper definitione delicti priuilegiati & ſupra communi inſtructione tenentur perſonaliter reſpondere dicitur in omni crimine, nec prius remittuntur nec audiuntur ſupra declaratoria fori, & ita hodie practicatur et ſemper à 36. annis practicari vidi & bene. C. M.

DIc † si procedat via actionis: non est manus muniēda: quod facere potest, si obligatio sibi sit facta, & non aliàs, etiam mortuo principali: quia ius est sibi quæsitum cum obligationi est adiectus: si autē procedat via executionis quod potest etiam si solum sit adiectus solutioni: vt quia requisiuit executionem ab initio, vel post sigillum priuatum cognitum per obligatum sub suo sigillo: tunc aut est mortuus principalis aut non si sit mortuus: quia mortuo mandante expirat mandatum, iuxta l. fi. ff. de sol. videtur in hoc casu manum non esse muniendam, nam nullus est portitor literarum, aliàs videtur munienda, videlicet viuente principali, qui portitori solui voluit.

QVAESTIO V.

An petens reditum cum reliquis teneatur rem suppositam ostendere.

VIdi pronunciari per arrestum quod petens* arreragia reditus, & sibi reditum solui in futurum, tenetur ventam facere rei super qua petit prædicta, & fuit latum contra religiosas de Poisiaco.

QVAESTIO VI.

An petens super re aliqua reditum, teneatur dare demandam in scriptis.

ITem vidi pronunciari, quòd petens reditū super re aliqua, & declarari ipsum sibi deberi, & ad ipsum spectare, non tenetur dare demandam in scriptis: † quia non petit rem nec Dominium rei supra quam petit reditum.

QVAESTIO VII.

An omittens offerre probare facta sua in demanda in defectu contenta aliquid amittat.

VIdi pronunciari quòd non in requæstis Palatij.

QVAESTIO VIII.

An saluationes* contra reprobationes testium sint admittendæ in Parlamento.

VIdi pronunciari quòd sic, in Parlamēto anno domini 1343. in causa proprietaria inter habitantes de Monte almo, & procuratorē Regium ex vna parte: & religiosos eiusdem villæ ex altera: & in illo processu facta fuit publicatio † testium. Contrarium fuit pronunciatum per Arrestum latum Anno domini. 1458. inter Abbatem & conuentum sancti Pharaonis Meldensis diocœsis ex vna parte, & Aegidiū Boquet ex altera, videlicet quòd saluationes cōtra reprobationes testium non erant admittendę, † & in hoc processu non fuit publicatio testium facta: quia erat nouitatis & possessoria.

QVAESTIO IX.

An Canonici Capellæ Regiæ Parisijs sic habeant cognitionem executionis & testamenti suorū Cōcanonicorum, quòd subtrahi nō possint per executores Curiæ Parlamēti.

VIdi pronunciari quòd non in eodem Parlamento inter dictos Canonicos & Magistrum Ioannem Clerici, ratione executionis testamēti factæ eiusdem Magistri Ioannis Canonici eiusdem capellę.

QVAESTIO X.

An emenda Regia sit soluēda ante creditores.

VIdi pronunciari quòd sic* in eodem Parlamento ad vtilitatem Procuratoris Regij contra Ioannem Gallileæ iuniorem: tamē fuit prius solutus de expen. per eum factis ad recolligenda vina quæ fuerunt executata.

QVAESTIO XI.

An aliquid amittat qui non tradit suas rationes per modum memoriæ.

VIdi pronunciari per Conneſtabulum Francię, contra quendam pro quo eram, quod pars sua aduersa petitorum nihil amiserat: eò quòd rationes suas per modum memoriæ non tradiderat, sed remanebant in Curia memorialia. Contrarium Dominus de Nanterre primus Præsidens pronunciauit per iudicium Curiæ in quodam processu in scriptis veniente ab auditorio locum tenen. Mareschallorum Franciæ: inter Antoniū Roux & Nicolaum Aluequin: & ita obseruatur notoriè in Curia requęstarum. & illud Arrestū pronunciauit die sexta Frebruarij, Anno domini 1361. quamuis forsan posset concordari, quod licet exclusus sit à Canone memoratorum: non tamen propter hoc pdit causam, sed recipiūtur suæ productiones, & poterit etiā tradere rationes iuris.

QVAESTIO XII.

An pars habeat videre rationes per modum memoriæ traditas. +

ITem per idem iudicium dictum fuit quòd pars aduersa non videret, nec copiam haberet de rationibus pro parte mea traditis Curiæ per modum memoriæ: eò quia non tradiderat aliquas, vt æqualitas seruaretur, cùm suas videre non poterat, quia non tradidisset:

+ *Die*) *Hæc est phantasia, ego dico quòd sequestratio siue depositum iusti usfieri debet instante latore instrumenti vi clausulæ & auporteur: Sed nō parti etiam prouisionaliter nisi creditori ipsi vel docenti de sufficienti mandato, & adhuc prius dictū fallit si debitor minime suspectus offert soluere dando sufficientem apochā pro qua non suffice ret mstrumentum reddere etiam cum actis executionis: vt dixi in cons. Parisi. §. 166. C. M.*

* *Petens*) *intelligе quando petit ab eo qui neque contraxit neque super ea re recognouit. C. M.*

+ *Scriptis*) *limitādo stilum supra. c. 17. in prin. C. M.*

* *Saluationes*) *q. fatua & redicula. C. M.*

+ *Publicatio.*) *Et sic olim in Curia testes publicabātur ubi erat præiudicium irreparabile, & bene idē supra in stil. c. 2. §. 39. C. M.*

+ *Admittēdæ*) *iura hodie indistinctè admittunt nisi ubi reprobatio nō admittit ut super sequestri possessorio. C. M.*

* *Quòd sic*) *Ita etiam vidi ante quatuordecim annos post ma-*

gnam concertationem iudicari, par les Commissares de la tour carée contra la Chesnaye gendre du feu general Bohier, pro quo scripseram, sed malè & iniquè iudicatum, utpote contra ti. penis fisca. cred. antep. li. 10. C. & alia quæ allegabam diluendo ratiunculas Fiscalium quorum bonus princeps erubesceret, & contrarium in fortiori fuit iudicatum. infr. q. 131. uer. 45. C. M. + *Traditas*) *intelligit etiam productas. uide Roma. sing. 262. Phi. deci. l. 2. col. 3. ubi dixi. C. de eden. & in. c. 1. col. 29. de pr. C. M.*

QVAESTIO XIII.

An non tradens rationes per modū memoriæ, rationes iuris tradere posſit.

VIdi pro eodem pronunciari, quòd nō tradens rationes per modum memoriæ, potest tradere rationes iuris, & fuerūt receptæ.

QVAESTIO XIIII.

An petens garendum super ventis petitis sit admittendus.

VIdi pronunciari quod petens garendum contra illum qui petit ventas in censiua, non est admittendus. Dominus Præsidens de Nanterre tenebat contrarium, vbi talis reus allegaret solutionē ventarum factam alteri Domino, & prædictā rem venditam esse in sua censiua. †

QVAESTIO XV.

Quando omisso medio appellatur.

PEr Arrestum non fuit facta remissio causæ appellationis factæ à Præposito Dominę Aurelianen. per homines corporis* Thesaurarij de Campo, & Capitulo de Tutonis ad dies † dictæ Dominæ, eò quia coram dicto Præposito erat contentio, an ipsi homines essent subditi dictæ Dominæ, nēcne: nam negabant * dictæ Dominę & suo Præposito esse subditos, sed subditos se confitebantur dicto Thesaurario & Capitulo.

QVAESTIO XVI.

An Episcopus posſit acquirere priuato nomine.

DOminus Nicolaus de Arteyo Episcopus Antisiodoren. tunc existens Episcopus, emit quādam terram suo proprio nomine pro se & hæredibus suis, quæ in feudum mouebatur à quodam feudo dicti Episcopatus, & tenuit ipsam per aliquod tēpus, pòst decessit: sed ob hominis defectum † Dominus Ferricus Cassient. Episcopus Antisiodoren, post dictum Nicolaum factus tenuit illam terram: hæredes dicti defuncti Nicolai petūt illam terrē, parati facere dicto Ferrico quod oportet. Dicit dictus Ferricus quod non tenetur, rationib. quæ sequuntur. Primo, quia illa empta fuit de nummis Ecclesiæ Antisiodoren. & sic Ecclesiæ facta iuxta viam brocardicā res empta, &c. Secundo facta fuit cōfusio* dominij vtilis dictę terrę emptæ cum dominio directo: quia dictus Nicolaus tempore emptionis prædictæ erat dominus feudalis illius terræ quam acquisiuit, & tenuit illam per annum & diem & plus, & sic fuit confusio facta, & per illud mediū quæsita illa terra Ecclesię prædictæ, & maximè quia ille qui vendiderit illam terram vt vasallus non habebat nisi vsum fructū. iuxta. c. obertus. §. in primis, ex quib. cau. feu. amit. col. 10. & dictus Nicolaus vt Episcopus tenuit dominium directum ipsius terrę. & sic fuit confusio facta: quia res sua nemini seruit. iuxta. l. vti frui. ff. si vsufru. peta. &. l. si tibi fundi. ff. qui. mo. vsufr. amit. quę optimè facit. Tertiò, quia si Ecclesia aliquam rem acquirat & teneat per annum & diem, alienare nō potest quasi Ecclesiæ factam, secundum vsum & consuetudinem. Hæredes dicunt cōtrarium per sequentia. Primò, quia suo nomine acquisiuit, per. l. si paruus. &. l. quicunq;. C. cōmunia vtri. iudi. Secundò sic se habet consuetudo, quod quęrere potest Prælatus suo nomine. Non obstan. cōtraria, Primò quia non est verū quòd fuerit empta de nūmis Ecclesiæ, & esto quod sit: tamen sua fuit & suorum hæredum post mortem suam, secundum quòd consuetudo † se habet. Item nec fuit confusio quia reuera vasallus habet dominium vtile, non directum, nec vsum fructum. Nam dominium suum transit ad suos hæredes, & tenetur Dominus ei & suis hæredibus tradere, cum facere voluerit fidem & homagium. Nec posſet Dominus tenens feudum der defectum hominis ipsum alienare, nec per præscriptionem contra vasallum & eius hæredes acquirere: vt in. c. i. in. §. rei autem per beneficium. de inuest. de re alie. fac. col. 10. & c. de controuer. inter vas. & de benefi. col. 10. Item quia ex diuersis causis & rationib. separatis habet Episcopus qui duas personas repręsentat, iuxta. l. si cum cond. & l. si cū patrono. Ité posito qd fuisset cōfusio mortuo Episcopo, veniret ad hæredes, eò quod emit nomine priuato, iuxta. l. Dominus testamento. &. l. tutorem. ff. de his qui. vt indig. Et sic fuit decisum pro parte hæredum. *

QVAESTIO XVII.

An appellans ad Curiam Parlamenti, pòst agens coram Iudice à quo remittet appellationi suæ.

*† Censiua) scilicet alterius domini & benedicit, quia tūc debet habere formalem garendiniy vt practici apte vocāt, imo etiam debet habere manum leuata m propendente lite vt in feudis vt nouè dixi in consue. Parisi. §. 52. gl. 1. nu 165. alias nec prouisionē habet nisi consignando, vt dixi in. d. gl. l. nu 160. nec guarendam formalem sed tantum ad iunctam C. M. * Corporis) Id est seruos ascriptitios, seu cui dam seruituti corporis & bonorum obnoxios. C. M. † Dies) scilicet magnos, vt galli vocant, id est ad iudices appellationum nomine seu authoritate d. Dominæ iudicantiū. * Negabant) Et sic appellabant tanquā à iudice incompetenti. vnde eadem ratio incōpetentiæ erat in iudicib. magnorum dierum. de Dominæ. & sic omisso medio bene releuarūt in Curia. c. si à subdelegato. de of. deleg. in 6. † Defectum) Id est iure feudi aperti, sed tunc fateretur rem alienā, vt dixi in consuet. Parisi. §. 1. glo. 5. & §. 7. Nec potest ex alia causa retinere sic occupatum, arg. l. si quis conductionis. C. de loca. ni si incōtinenti docendo per. Pau. in l. quā rem. C. depo. Alciat. in. l. bona fides. in fi. eo. ti. C. M. * Confusio) falsum quia alius est ut ipse, alius ut Episcopus. c. quoniam. Abbas. de of. deleg. c. à collatione. de appel. in 6. C. M. † Consuetudo) quia Prælati ut usufructuarij faciūt fructus suos & ad hæredes transmittunt, ut not. in c. præsenti. de officio leg. lib. 6. C. M. * Hæredum) hoc est in dubitatum, quia de consuetudine generali, etiam extra Galliam ubique Prælati sunt usufructuarij. Cardi. Cle. gratiæ. de rescrip. Gabri. biel. in. 4 sent. dist. 15. q. 8. Phi. Melan. in epito philo. moral. ad fi. dixi in consue. Par. §. 151. & in anno. ad Alex. con. 101. nu. 1. li. 7. C. M.*

VIdetur quòd sit, quia approbat eum in iudicem: dic contrarium, nisi quo ad causam in qua litigat coram iudice à quo. Item quia exemptus est propter authoritatem Curiæ, cui per tale litigium fieri non potest præiudicium. Item si videmus si quis appellat ad Perlamentum: & est causa appellationis deserta: quia iudex à quo non potest cognoscere, sed requiritur litera iustitiæ à Curia† Parlamenti, vt sententia iudicis appellati executioni mandetur. Sic fuit pronunciatum pro religiosis, Priore & Cõuentu sancti Ioannis Hierosolymitani, & contra Ducẽ Bituricen.

QVAESTIO XVIII.

An litera directa Vniuersis Iusticiarijs videatur directa Curiæ Parlamenti.

VIdi pronunciari in Parla. an. 1384. pro domino Guil. Fœlix, contra Dominũ Io. le Franc. & Galterum Auquetin, quod literę status impetratę pro parte dicti Guillelmi tenerentur per Curiam Parlam. & obtemperauit Curia, *non obstante quod dictæ Curiæ de directo non dirigerentur: sed vniuersis Iustitiarijs nostris, &c. quia in his verbis Curia Parlamenti continebatur, quia erãt Domini Iustitiarij Regij, quamuis altercabatur in cõtrarium, quia Curia Parlamenti repræsentat Regem, & loquitur Rex in factis Curię: & caue, quia communiter non reciperentur in Curia tales literæ, nisi esset aliqua causa specialis. Sic mihi fuit dictum contra Petrum Blemut in Parlamento initiato anno domini. 1386.

QVAESTIO XIX.

Arrestum latum super remissione facta in Parlamen. ad assisias villæ de Andeli, pro Regina Blancha, de causa doleantiæ † in scacario pendente.

IN eodem Parla. fuit pronunciatum pro Regina Blancha & Ioan. Goule, contra Petrũ Cheualier, eò ꝙd dictus Cheualier cœperat vnam doleantiam ad scacarium Rotho. Et ibidem fecerat adiornari dictũ Goule, propter quandam sententiam pro dicto Goule, contra ipsum Petrum pronunciatam per iudicem de Longocampo, & de Escouys, in iustitia Comitis de Tancaruilla, à qua iustitia resortiri debebatur immediatè coram Bailliuo de Andeli in assisijs de Andeli, pro dicta Domina Regina, & ab hinc ad suos dies magnos de Vernone, & ab hinc ad Curiam Parlamenti, quare petebant dicta Domina Regina, & dictus Goule, quòd dicta doleantia remitteretur ad assisias de Andeli coram Baillino de Andeli pro dicta Domina Regina: erat enim interesse suum pro habendo emendam & sententia subiectorum corrigenda, dicto Petro Cheualier dicente contrarium, eò quòd dicebat quòd Dominus Ioan. Goule attentauerat contra dictam doleantiam, & super hoc erat adiornatus corã Vicecomite Rothomagen. & erat ibidem Procurator Regis cum ipso adiunctus, & obtinuerat defectum in illa causa coram dicto Vicecomite cõtra dictum Ioannem, & fuerat attentatum in præiudicium doleantiæ pendentis in dicto scacario: & sic causa remanere debebat in dicto scacario, non vbi petebant dicti Regina & Ioannes Goule, & sic videbatur in simili quotidie fieri in Parlamento, dictis Regina & Ioanne dicentibus contrarium. Primò quia Regina non erat subdita scacario antedicto, vt patet per Arresta aliàs prolata: ideo attentata: si quæ forent, non poterant facere, quod causa doleantiæ remaneret in scacario, cui nõ erat subdita, sed debebat remitti vt petebat: secus autem esset si causa foret in Curia Parlamenti, quæ est omnium *iudex & cuius est Regina subdita. Item quia causa attentatorum non erat in scacario, sed coram Vicecomite, qui potestatem nõ habebat cognoscendi, nec super hoc commissionem habebat: & sic coram diuersis iudicibus trahi non poterat. Item si non fieret remissio, fieret præiudiciũ Regi, qui est proprietarius. Item non obtinuerat defectũ in scarario in causa doleãtiæ. Itẽ nec de defectu apparebat. Itẽ quia litera erat generalis directa Vicecomiti, videlicet de adiornando super doleantia ad scacarium, & attentatis reuocandis quæ nondum erant cõmissa. Item pars dicti Petri non habebat causam interesse petendi, quod dicta causa remaneret in scacario: nam procurator Regius hoc non petebat. Item impetrauerat doleantiam ad scacarium causa diffugij quia nõ tenebatur scacarium quolibet anno, & ignorabatur quãdo teneretur: propterea causa doleantiæ antedictæ remissa fuit ad primas assisias de Andeli, post festum sancti Ioannis Baptistæ proximè venturas. Et vlterius dixit Curia, quod vbi vellet procurator Regius Rothoma. prosequeretur attentata, vel in scacario, vel corã Bailliuo

† *Curia*) *scilicet expediendo à grapharío Curiæ, sub sigillo Cancellariæ sed hoc fuit correctum an. 1493. constit. Caro. 8. art. 59. & bene quod etiam est de iure. Alex. con. 72. ad fi. li. 7. unde puto quòd etiam antedictam const. stilus ille nõ habebat locum in patria iuris scripti. C. M.*

* *Curia*) *Et benè hoc casu ubi iusta causa, & eadem ratio & mens beneficij principis de his reſcriptis quæ fiunt ad tenendum causes in suspenso, quando spernuntur uide const. Caro. 7. art. 55. 67. 78. & infra. Et decisum dubiũ de quo infra. q. 213. licet quandoque per errorem uel aliam causam contra factum sit, ut infra. q. 379. C. M.*

† *Doleantiæ*) *vulgare Normanorum pro appellatione.*

* *Omnium*) *no. pro antiquitate & præcellentia Parlamenti Parisi.*

vel coram Vicecomite Rothomag. & causam prædictã placitaui pro Regina: & credo quòd ratio decidendi fuit, quia Regina nõ erat sub Ditascario antedicto, vt dictũ est, aliàs obstaret Arrestum latum in Parlamento initiato anno Domini 1389. per quod dictum fuit, quod non remitteretur causa appellationis emissæ à iudice Comitis de Thomarcio ad magnos dies Ducis Bituricen. propter attẽtatum factum per partem appellati post dictam appellationem ad Parlamentum factam, licet nil factum fuisset per dictum Ducem vel eius iudices, †in præiudicium dictę appellationis. Ratio quia de contemptu facto in præiudicium appellationis Curię emissæ, debet Curia cognoscere, & de appellatione, &c. ne continentia causæ diuidatur, &c. l. nulli. C. de iudi.

† Iudices) *qui hoc casu priuãtur vno gradu iurisdictionis culpa subditi, sed nõ sine causa, quia debebant curare ne attentaret vel attendandum reuocare integra vt poterant præueniẽdo Curiam. c. cum te neamur. de appel. & sic fuisset causa ad eos remissa, sic inf. eo. q. 70. C. M.*

* Titulus) *verum est secundum quod dixi in annotati. ad Alexan. co. 96 nu. 2. lib. 4. tamen non est titulus Canonicus mero iure, sed dispensatiue, ideo dici potest quod nõ habetur pro titulo Canonico respectu iuris regaliæ quòd est antiquius iure Canonico, nec illi per dispensationes, fictiones, aut aliàs nouas adinuentiones Romanorũ Pontificum de rogari potest vt nouæ. dixi in consue. Pari. §. 27. ad fid. & super reg. Cancel. 18. de infir. insignant ad fi. C. M.*

QVAESTIO XX.

An Regalia locum habeat durante commenda, & in Episcopatu commendato.

EPiscopus Laudunen. factus est Cardinalis. 10. Calend. Ianuarij, anno domini. 384. & ab Episcopatu absolutus: & fuit in commenda sibi traditus Episcopatus: & sciuit hæc, & his consensum præbuit, simul & semel, prima de Ianuarij Guillelm. de Cruce scriptor literarum pœnitentiariæ Curiæ Romanæ, apud Curiam defunctus fuit circa Magdalenes festum tunc sequens: qui quidem Guillelmus erat tunc Canonicus prębendatus Laudunen. & sic dicti Canonicatus, & Prębenda apud Curiam vacauerunt, & Papa omnia beneficia apud Curiam vacantia, & vacatura reseruauerat, quapropter contulit Papa dictos Canonicatum & præbendam Petro de Monterutto nepoti Cardinalis de Pelincæ. 4. Calend. Augusti. Rex autem Franciæ dicens dictos Canonicatum & Præbendam vacauisse, in regalia, ac vacare, contulit ipsos Magistro Clementi Parui, vt vacantes in Regalia, nona die dicti mensis Augusti: eò quòd dictus Cardinalis non habebat dictum Episcopatum nisi in commendam, & sic fructus suos non faciebat, & esto quòd faceret, tamen quia semel fuit regalia aperta, cum semel vacauerit Episcopatus, quia ante tenebat ipsum intitulatum: nunc autem si commendam, & nondum fecerat fidem & homagium vt habens in commendam: quapropter tenebat Rex tẽporalitatem dicti Episcopatus in sua manu & possessione dictorum Canonicatus & Præbendæ: habuit dictus Petrus 25. die dicti Mensis: & antedictus Clemẽs die vltima ipsius mensis, super quo fuit litigium in Parlamento; sustinebam autem causam dicti Petri rationibus subsequentibus. ¶Primò, quia dicto Episcopatu existente in commenda vacauerunt dicti Canonicatus & Præbenda, & sic spectabat collatio ad Cardinalem qui habebat in commenda iure communi: & per consequens ad Papam obstante vacatione in Curia ac reseruationibus supradictis, maximè quia habens beneficia in commendam, facit fructus beneficij commendati suos, nec dicitur vacare, pro hoc. per Io. de Imol. in. c. nemo de elect. per Ioan. And. Archid. Inno. in. c. dudum. eo. titu. & in. c. si constiterit. de accu. cum commenda sit titulus* canonicus: & ibi allegatur pro hoc quod Patriarcha qui fuit Delphinatus Viennen. habuit in commendam Archiepiscopatum Remensem, & fecit fructus suos, & conferebat Præbendas Remenses: ad hoc. c. Ecclesiæ. extra. de elect. vbi Visitator à Papa commissus confert beneficia. Sic tenetur & fit de facto & vsu. vt dixit Ioan. And. in c. nemo. de elect. in 6.

Item non vacabat Episcopatus tempore vacationis dictorum Canonicatus & Præbendæ, quia erat in commenda, & sic non fuit regalia aperta.

Item dictus Episcopus tenebat temporalitatem, & vtebatur fructibus.

Item non vacauit Episcopatus ante commendam, id est, per promotionẽ ac Cardinalatum: quia Episcopatus & Cardinalatus se compatí† possunt. Probatur, quia esse Cardinalem est esse Consiliarii Papæ & patricium eius, & eius latere assistere.

Item Episcopatus maior* est officio & dignitate quà Cardinalatus, nã reperitur Cardinalẽ fuisse promotum in Episcopũ & Archiepiscopum: vt in. c. bonæ. 1. ex. de post. præ. & in. c. dile. 1. ex. de. prę. Itẽ Papa se vocat Episcopũ seruũ seruorũ Dei per excellentiã dignitatis, vt in proc. Decretalium, Sexti & Clement. Item arguitur de. c. cum in cunctis. ex. de ele. quia sicut per acceptationẽ Episcopatus non vacant beneficia statim: ita non vacãt per absolutionẽ Episcopatus statim: quia absolutio nõ est pura, sed cõditionalis, vt patet per Io. de Imo. in. c. genera. de ele. li. 6. Sed sic est quod ita citò cõsensit Cardinalis absoluti oni, sicut & cõmendę, & econtra, quia fuit commen

† Compati) *Pan. c. Ecclesia 2. de ele.*

* Maior) *vide Lud. Gomes in præ. Regu. Cancella.*

Nota quòd Episcopatus maior est officio et dignitate quã cardinalatus.

commendatus ei Episcopatus antequam consentiret absolutioni, & ita citò sciuit commendam factam fuisse, quia per absolutionem Papæ, quæ non erat pura, nec absoluta donec consensisset: & sic concurrunt consensus commendæ & absolutionis, sic nec momento videtur vacasse Episcopatus: iuxta. l. ex patre. de hæredibus institu. & in l. sed & si. §. fi. de li. & post. & ad hoc in. l. idemq; §. si tibi. ff. qui po. in pig. hab. Item ad hoc, quia Cardinalis Scotiæ noluit consentire absolutioni Episcopatus Scotiæ, quamuis fuisset factus Cardinalis, & cardinalatui consensisset, quare sibi dimisit Papa Episcopatum Scotię in cõmendam. Item ad hoc. c. si qui Episcopi. 42. dist. ibi de hac materia tractatur. Itẽ per hoc dico quòd Papa possit absoluere Episcopũ inuitum ab Episcopatu si sciat ipsum non vtilem Ecclesiæ, dum tamen hoc expressè caueatur in bulla, aliàs non.

Item nec obstant in contrarium argumenta, prædictum videlicet quòd aliàs non haberet locum regalia, quia imo in vera vacatione, videlicet per mortem, vel cùm Papa transferret Episcopatũ de vno ad alium: quo casu vacatio est vera, non autem hoc casu, vbi non censetur vacasse Episcopatum prędictum, sed semper retinuit: qualitas autem mutata fuit, & facit §. quòd si frumentum. Instit. de rerum diui. Item etiam si alteri tertio traderet in commendam ex interuallo, & haberet in commendam qui prius tenebat intitulatam: secus esset, sed in casu nostro non censetur habuisse ex interuallo, nec vacasse Episcopatum per prædicta. Item nõ obstat, quòd Rex facit fructus suos, quia non fecit durante commenda: sed fecit Cardinalis commendam habens, qui Canonicatum & Præbendam conferre potuisset de iure, si apud curiam non vacassent. Item non obstat, quòd non fecit homagium habens dictum Episcopatum in cõmendam, quòd facere debebat vt decebat: quia nõ tenebatur cũ semper retinuit Episcopatũ, & ante erat in fide: nec est tertius, sed ille idẽ qui ante erat Episcopus, iuxta dictũ §. quòd si fru. &. §. interdum. Institu. de re. di. Item nec obstat, quòd in vera vacatione habet locũ regalia, donec habuerit fidem & homagium Rex, maximè apari Frãcię, vt hoc casu, quia Episcopus Laudunen. est par Franciæ: ergo in vacatione prouenienti ex cõmenda, quia verum esset si commenda & absolutio nõ concurrissent: quod fecerũt habito respectu ad cõsensum dicti Cardinalis & simul, & semel ambobus consensum præstanti, vt suprà per. l. placet. ff. de acqui. hære.

Item nec vacuit prębenda durante vacatione Episcopatus, sed ipsò existente in commenda.

Itẽ nec obstat quod dicitur, quòd semper fieret in fraudem cõmenda, quia non est ita tenendum, sed contrariũ, videlicet ex causa contenta in. d. c. nemo. aliàs dicere contrarium esset sacrilegium. Item de hoc erat quæstio inter Cardinalem & Regem. durante igitur debato debebat gaudere Papa de iure suo: & maximè quia est de iure cõmuni fundatus. * iuxta. c. licet. extra de præb. Nititur autem Rex contra ius commune. Item non stetit per Cardinalem, quin fecerit fidem & homagium, quia pluries petijt, quare dictis Cardinali, & Papæ nocere non debuit.

His non obstantibus, dictũ fuit per arrestum prædictis auditis absq; alia deliberatione, quod collatio facta dicto Clemẽti erat valida, & quòd tueretur in possessione & saisign, &c. Et fuit in expen. condemnatus Petrus pars mea. Ratio autẽ de cidendi fuit, quia absolutione facta, posito quòd cõsenserit dictus Cardinalis simul & semel absolutioni & commendæ, fuit tamen dare momentum quo vacauit Episcopatus, quia Episcopatum quem antea habeat Cardinalis intitulatum, habuit in commendam, & sic fuit vacatio. iuxta. l. seruo in patre. ff. de leg. 1. ad hoc facit dictus. §. quod si frumentũ. Item censetur nouus, & persona noua quo ad hoc. Item & supposito quòd tempore vacationis dictorum Canonicatus & Præbendæ dictus Episcopatus esset in commenda, & sic nõ vacaret, tamen nondũ fecerat Regi homagium Cardinalis de tẽporalitate dicti Episcopatus, sed ob defectum hominis, tenebat Rex ipsum in sua manu: & verũ est quòd data semel vacatione, vt hoc casu fuit, durat regalia donec fuerit facta fides Regi de temporalitate, quia tenet eam in manu sua.

Itẽ & supposito quòd Cardinalis teneret tunc temporalitatẽ, hoc erat sub manu regia. Item & aliqui tenent quòd bene † ficium datum in commenda vacat, quia monstrum est in iure & natura habere patrem temporalem, & sic habere patrem commendatum, cùm commenda fiat ad voluntatem commendantis, & de iure commu-

*Fundatus.) *Imo tum quod illa iura canonica sunt posteriora, tum sunt facta ad eximaniti onẽ iurisdictionis ordinariorũ Rex tanquam antiquior magis est fundatus in iure communi & potior, quia respectu iuris sui antiqui, iura illa nouа nulla sunt. C.M.*

†*Vacat.*) *verum est de temporali, sed non de perpetua. Rom. cõ. 350. de hesgnet. in Rota. de præben. C.M.*

communi vsq; ad sex menses, iuxta dictū c. nemo. & l. si tamen. ff. de edili. edi. Item & quod dicitur, quòd durante commenda non vacat Episcopatus: attamē hoc ꝑ vero supposito adhuc durat regalia, nisi fecerit homagium de tēporalitate Regi.

Item Papa mandat Regi in casu pari, & sic fecit hoc casu Regi Frācię per suas bullas quòd traderet tēporalitatem dicti Episcopatus dicto Cardinali: ergo nō habebat. Itē nec facit reseruatio facta per Papā in præiudicium Regi, siue ante vacauerit præbenda, siue in regalia, & sic vtimur.

Aliud arestum declaratiuum iurium Regiorum in materia Cōmendarum fuit datum in Parla. anno Domini 1479. pro magistro Petro de Cerisay, † in dicto Parlamento Regis Consiliario, contra Dominum Cardinalem Destouilla, ratione Archidiaconatus de Constantino, in Ecclesia Constan.

† Cerisay.) die 21. Iulij, non obstante quòd dictus Cardinalis ex collatione & dispensatione papæ possedisset pacifice. 15. vel 16. annis. adde aliud infra. q. 150. q. 168. q. 188. multo plura habeo arresta in regestis meis sed nolo librū hunc nimis dilatare. C: M·

QVAESTIO XXI.

Alia quæstio de beneficio in regalia collato decisa per arestū anno M.CCCLXXXIIII.

GVilhelmus de Vlte. virtute gratiæ sibi factę de Canonicatu in Ecclesia Noviomen. aliàs sub expectatione præbendę acceptauit Canonicatum & Præbendam vacantes per mortem Petri Fourgard, & sibi fecit prouideri de ea, & se recipi per procuratorem in eisdem: postmodum impetrauit à Rege si vacauerint, vel vacassent in regalia, asserens se easdem tenere & possidere virtute prædictæ gratiæ Apostolicę, vt securius teneret: mandauit Rex Decano & Capitulo Noviomensibus, vt dictum Guillelmum manu tenerent in possessione & saisina prædictorū, non obstante quod virtute collationis Regiæ nō haberet possessionem dictorum Canonicatus & Præbendæ, sed virtute prædictæ suæ gratiæ Apostolicę non faciendo mentionem de Regia collatione. Demum significauit Decano & Capitulo suam gratiam Petrus Maresehal, qui impetrauit à Rege, vt vacātes in regalia dictos Canonicatum & Præbendam post collationem à Rege factam dicto Guillelmo, & antequā se faceret recipi personaliter virtute suæ gratiæ antedictæ Apostolicæ, opposuit se quibusdam præceptis sibi factis virtute literarum Regiarum à dicto Guil. impetratarum, videlicet ne ipsum Guillelmum impediret in possessione & saisina dictorum Canonicatus & Præbendæ, & fuit in Parla. adiornatus ad certam diem, & dixit causam oppositionis suę modo, quisequitur. Et primò, quia collatio Guillelmi est *conditionalis: ergo nulla, per notata per Ioan. An. Archi. & Ioan. de Imol. in. c. electionibus. de ele. lib. 6. & per Compestel. ibidem. Secundò per. l. seruus cum. l. seq. ff. de cond. & demonst. Tertiò, quia non dicit in impetratione sua quòd esset Clericus, sed tacuit quod esse debet quilibet promouendus, aliàs indignus, iuxta. c. cum à Deo. de rescript. & c. 2. de restit. extra. Quartò, quia non expressit cuius diocœsis, cum quilibet sit in sua diocœsi beneficiandus. iuxta. l. in Ecclesijs. C. de Epis. & Cle. Quintò, dicit se tenere & possidere dictos Canonicatū & Prębendam virtute gratiæ Apostolicę, quæ se non extendebat per suum propositum ad dictos canonicatum & præbendam, quia reseruati in curia: ergo falsum subiecerat. Sextò, capiendo corporaliter possessionem dictorum Canonicatus & Præbendæ virtute suæ gratiæ Apostolicæ, sciens se habere collationem Regiam, videtur renuntiare gratiæ Regiæ acceptando Apostolicam, cum sint incompatibiles. vt no. in. c. vt qui duas. extra. de ele. & in. c. ex ore. ext. de his quæ fi. ma. par. ca. & c. bonæ de postul. præ. extr. Septimò, quia in gratia regia dicti Guillelmi dicebatur, vt teneret securius dictos Canonicatum & Præbendam, & sic non adhærebat suæ gratiæ Apostolicæ. E contrario Guillelmus dicebat collationem suam bonam: opinionem autem Petri malam, &c. Primò, quia licet acceptasset, & sibi prouisum fuisset virtute gratiæ Apostolicæ, & tamen sibi non debebatur: quapropter impetrauit à Rege cùm vacauerit in Regalia, & habuit collationem ipsius ante collationem Petri: nec obstat quòd dicit, si vacauerint, &c. quia refertur ad tempus præteritum †vel præsens, quę non morantur conditionem. Item quia conditio tacitè inerat, videlicet si vacat. Item quia iam habebat possessionem ante interpretationem regiæ gratiæ, & non voluit Rex quod teneretur accipere nouam possessionē, cum accepit possessionem corporalem virtute gratię Apostolicę, & habebat literas Regias & ostendit. Item dicebat dicta Petri habere locum si haberet duos titulos, vnum à Papa, & alium à Rege: & elegisset Papalem. Item dicebat Petrus, quod debebat reputari habere duas gratias Guillelmus, qui asserebat in gratia Regia se tenere

*Nota quòd nō valet collatio conditionalis, nec beneficij nō vacantis etiam incerti, nisi fuerit facta à papa: Paulus & Ias. in l. fin. C, de pac.

†Conditio solū refertur ad futurum, non autem ad præsens vel præteritū. l. cum ad præsens, & l. itaq; ff. si cer. pe. l, conditio. ff. de ver. oblig.

nere dictos Canonicatum & Præbendam virtute gratię Apostolicæ, sic in sui præiudicium habebat gratiam Apostolicam & habebat Regiam, & cœpit postea corporalem possessionē dictorum Canonicatus & Prębendæ virtute gratię Apostolicę sciens se habere Regiā: ergo renuntiauit regię. Nec obstat quòd conditio tacitè intelligitur per alle. in. d. c. in electionibus. de elect. lib. 6. Item videtur malefeciſſe Guillelmus, cum post corporaliter acceptam possessionem, vt præfertur, significauit gratiam Regiam. Finaliter partibus auditis fuit dictum pro dicto Guillelmo. Ratio decidendi fuit, quia ante gratiam Regiam habebat possessionem Guillelmus dictorū Canonicatus & Præbendæ, & clausulam in litera Regia, quod manu teneretur in possessione & saisina: etiam non obstante quòd non haberet possessionem virtute Regiæ gratiæ. Item quia collatio Regia facta, si vacet, † valet, & tenet, & sic confert, vt in pluribus Rex. Item non habent locum in Regia gratia quæ dicuntur de diocœsi & de non expressione Clericatus: nec quod dicitur de sex mensibus currentibus à tempore notitię, * &c. Item quia apparet quòd noluit renunciare gratiæ Regiæ, cum post notificauit Decano & Capitulo gratiam sibi factam per Regem literas suas Regias eiusdem præsentādo. Sic nota quòd collatio facta per Regem per cōditionem si vacet, valet & tenet. Item quòd in impetratione Regiæ collationis non oportet exprimere diocœsim, nec se Clericum dicere.

QVAESTIO XXII.

An titulus Papalis & Regalis possint concurrere.

ITem nota per prædicta, quòd si aliquis habebat gratiam Papalem & Regalē ab initio & ante possessionē per vnam acceptam, vtatur vna, renūtiat alteri. Sed si habeat primò Papalem, & faciat se virtute ipsius recipi & poni in possessione, & post obtineat Regalem cum clausula: quòd nō teneatur se facere poni in possessione noua, vti potest illo titulo secundo. Nec obstat, quòd in casu superius dicto, fecit mēnonem Guillel. de receptione corporali: quia per hoc nō renunciauit illi quod factum fuit, cùm haberet antea possessionē virtute Apostolicę gratię, qua de nouo nō fuit opus capere virtute gratiæ Regiæ per clausulā, quod non teneatur, &c. maximè quia postea fecit significari literas Regias.

QVAESTIO XXIII.

An Aduocati possint placitare contra illos quorum sunt vasalli.

VIdi pronuntiari per Arrestum anno domini 1384. prolatum Parlamentū tenēte Do. Arnoldo de Corbie, Parlamenti Præsidente, pro Scabinis Remensibus, contra Archiepiscopum Remensem, de cuius pensione tunc eram, quod Magister Ioan. Couardi, aduocatus in Parlamento Vicedominus Remen. Ecclesiæ remaneret de consilio dictorum Scabinorum, de quorum pēsione erat antequam mota fuisset causa contra Dominū Archiepiscopum. Ratio autē dubitandi quam proponebat Archiepiscopus erat, quòd dictus Vicedominus tenebat in feudum à dicto Archiepiscopo temporalitatem dicti Vicedominatus, & sic erat eius vasallus.

Item quia dictus Archiepiscopus placitabat contra Scabinos prædictos de iuribus Archiepiscopatus, per media quorum tenebatur temporalitas dicti Vicedominatus. Item quod prohibetur ne Clerici contra Ecclesiam postulent, in. c. si. ext. de posthu. Archiepiscopus autem Ecclesiā representat. Ratio decidēdi † fuit, quia licet teneret in feudum dictus Vicedominus temporalitatem antedictam à dicto Archiepiscopo, tamen non erat quæstio de iure feudi antedicti, quod tenebatur à dicto Archiepiscopo. Itē nec de causa tangente honorem personæ dicti Archiepiscopi. iuxta. c. de for. fide. & de not. for. fide. Itē quia aliter dicere, esset dicere feuda similia officio aduocationis, sic quòd aduocatus, eò quia alicuius Domini vasallus esset, non posset contra ipsum postulare, quod esset absurdum: sic aliàs fuit pronnnciatum in simili casu anno Domini 374. Parlamentum tenente Domino Philip. Paillardi.

† *Nota quòd valet collatio cōditionalis facta per Regem contra cap. supra alleg.*

* *Notitiæ*) *in loco iuxta Cle. i in fi. de conceſſ. preb. quia regulanō ſubeūt de uolutioni de qua in iure canonico nec concilio generali de quo in c. nulla. extra de conceſſ. prel. quia eſt antiquior et potior. C. M.*

† *Decidendi*) *& bene quicqd dicat gloſ. magna. ver. pdit. §. Item ſi delator, quæ fuit pri cauſ. benef. amitt. in vſib. feud. licet feudiſtæ eam communiter ſequātur & male. C. M.*

QVAESTIO XXIIII.

An coram Requæstarum Dominis adiornatus ad sigillum sui prædecessoris cognoscendum respondere teneatur.

ANno Domini. 1384. fuit in Requæstis Palatij pronunciatum, quod adiornatus ad recognoscendum vel denegandum sigillum sui predecessoris in quibusdam literis appositum, non tenebatur respondere super hoc, eò quia nō erat in eisdem literis obligatio personalis, licet esset ibidem

ibidē obligatio hypothecaria. Ratio dubitandi fuit, quia adiornatus ad recognoscendum vel denegandū: quare, &c. Item quia prodesse poterat ad prosequendum in hypothecaria sigilli recognitio, sed Domini † Requæstarum & Commissarij cognoscere non poterant, nisi de actione personali: ergo frustrà fieret recognitio: quia supposito quòd cognouissent, non tamē poterat huius prætextu procedi coram eis nec ratione personalitatis: quia non continebant literæ personalem obligationē, nec ratione hypothecariæ, quia iudices non erant.

+Sed Domini) Hic est ratio decidendi quæ nō valet, quia satis est quòd scriptura adminiculetur. Ideò dico quod hic actor non habebat causas commissas coram Do. Reque. quare debebat sibi consulere corā ordinario loci, aliàs fuisset malè iudicatum per Do. Requestar. C.M.

QVAESTIO XXV.

Domini locorum habentes iurisdictionem possunt petere causas etiam contra se motas ad se remitti.

ANno quo sup. in Parla. pronunciatum fuit, quòd licet aliquis sit alicuius Dominus quo ad ressortum, tamen habet cognitionem & remissionem querimoniæ nouitatis contra ipsum in suo ressorto. Sic fuit pronun. pro Domino Duce * de Borbonio.

** Duce.) petente causam à subdito contra se motam ad se remitti. Sed hoc non seruatur ad vnguem. C.M.*

QVAESTIO XXVI.

De submissione executionis testamenti.

ITem audiui dici â Domino Arnoldo primo Præsidente in Parla. quòd licet Episcopus Parisien. faceret coram Curia sua spirituali adiornare executores alicuius defuncti, per hoc non acquireret præuentionem contra Regem, quia executores possent, hoc non obstante, subijcere executionem Curiæ Regiæ temporali intra annum à tempore mortis testantis, licet secus, si voluntariè † submitterēt executionem Curiæ spirituali.

+ Voluntariè) sed hodie nec volūtariè quidem possunt si executores testamenti etiam sacerdotes sint laici. C.M.

** Nisi.) Et bene quando constat quod tenetur defendere vt hic. C.M.*

QVAESTIO XXVII.

Quando in garendiam vocatus possit garendos petere.

IN Requæstis Palatij vocatus in garendiam non habebit dilationem ad garendum habendum, nisi * prius garendiam susceperit. Ratio, quia ante non est pars, sed petit in fraudem, vt post respondeat quòd se custodiat de Mesprendre, si sic sibi respondeatur: & tamen quando vendidit, scire debebat causas gerendiæ illius quod vendidit. Sic vidi iudicari pro Do. Guil. Melay.

4 Munitione.) quia non obstāte appellatione fieri debet in manu iustitiæ si est obligatio garantigia vel similis. C.M.

** Censiua.) vnde sic per consuetudinem loci prærequiritur consensus Domini directi. fa. quæ dixi in consi. Paris. §. 41. nu. 58. C.M.*

Cui fit præiudicium in causa nouitatis.

ITem sufficit, quòd in causa nouitatis vel saisinæ vocentur qui dederint impedimenta: quoniamsi causam amittant, vel si patiantur petitorem tueri in possessione rerum, non nocet eorum expletum: licet nomine alterius fecerint, quia garendum vocare potuerunt: nec ille cuius nomine factum fuit expletum, se poterit illo iuuare de cætero: quia opponere se debuit, aliàs sibi imputetur: nec etiam fit præiudicium quo ad possessionem quam ante habebat, eò quia non vocatus. Sic ergo nec amittit, nec lucratur, ratione illius expleti.

QVAESTIO XXVIII.

An appelletur á manus munitione.

ITem nota quod anno quo sup. allegauit contra me dictus Præsidens, coram quo quandam causam placitabam, quòd per ordinationem Regiam nō est audiendus appellans à munitione † manus ille, contra quem fit executio, & se opponit nolens manum munire. ¶ Item eodem anno fuit pronunciatum in Parlament. cōtra religiosos Augustinen. Ambianen. pro Domino Guillelmo de Credomo, in casu nouitatis contra ipsos conquerente, eo quòd quandam domum eis donatam absque consensu dicti Domini Guillelmi intrauerant, & ibidem faciebāt oratoria, quæ tamen ab ipso in censiua * tenebatur, quòd fieret restabilimentum per dictos religiosos: & quòd exirent domum prędictā, & in manu Regia teneretur lite pendente.

QVAESTIO XXIX.

An manus sit munienda de arreragijs vltra annum.

ITem nota quòd eodem anno, qui fuit 1384. pronunciatum fuit pro executoribus Magistri Ferrici Debires, contra quendam Dominum de Enquæstis, Regis Consiliarium in Parlam. quòd muniret manum de petitis per executores ratione arreragiorum debitorum ob quendam reditum: quem habebat dictus defunctus Magister Ferricus contra supra dictum Consiliarium, quamuis arreragia excederent reditum vnius anni, & de reditu factum fuisset transportum in dictum Ferricum per Miletū Baillet: quamuis esset dictus Ferricus mortuus, & per executionem diceret se petitorem.

QVAESTIO XXX.

An Clericus assecuramentum dare teneatur in Parlamento, &c.

Item

Item nota, quòd Dominus Ioannes de Vaulx, & Gautier du Chaſtel, milites, quamuis ſe dicerent Clericos† nõ coniugatos, tamen quia non habebant tonſurã, dederunt aſſecuramentum Oudardo de Crenel. Ratio fuit, quia non apparebant Clerici, cum quilibet naſcatur laicus. Siç fuit factum in perſona Domini Diſtay, Domini Gauuani de Bailleul. Dom. Guidonis de Laual: attamen ſi oſtenderetur de tonſura, reuocaretur aſſecuramentũ, ſic fuit factũ in perſona Gauuain. Sic fuit dictum de Domino des Laignes in Parla. anno domini. 1384. incipiente.

QVAESTIO XXXI.

De Capellanis Papæ, qui dicuntur commenſales, & qui honoris.

NOta quòd in Curia Romana eſt quoddam regiſtrum, vbi in regiſtrantur Capellani Papales, & literę officij eorum, & hoc pluribus de cauſis. Primò, vt ſciatur quorum ſunt beneficia reſeruata, vt Capellanorum Papalium. Secundo, an Capellani ſint cõmenſales vel honoris. Tertiò, an ſint adualida vel non. Itẽ ſcias quòd Capellani commenſales moriẽtes extra, non cenſentur vt Capellani morientes, ſi ibi habeant domum originis vel domicilium. Pro quo videas. c. præſenti. de præb. lib. 6. & ſic vt reſeruata non vacarent in Curia ipſa beneficia ipſorum. Item ſcias quòd nemo inuitus fit Capellanus honoris de ſtylo Curiæ Romanæ, ita quòd ſi refutet eſſe & moriatur, vt Capellani Papæ non vacabãt in Curia ſua beneficia. Item nota quod ſi allegetur aliquis eſſe Capellanus Papæ, & non reperiatur regiſtratus in dicto regiſtro, non cenſetur fuiſſe Capellanus: quoniam omnes literæ Capellanorum Papalium ibidem regiſtrantur antequam tradantur Capellanis. Item nota quòd Commenſales debent in Curia reſidere, iuxta. c. vnicum. de verb. ſig. lib. 6. honoris non ſunt aſtricti, ſed vbicunque ſint & moriantur, eorum beneficia, vt reſeruata in Curiam conferri poſſunt. Item an narratio Papæ narrantis aliquem eſſe Capellanum faciat fidem, vide illam Clementinam, literis. cum gloſ. de proba. & c. ſi Papa. de Priuile. lib. 6.

QVAESTIO XXXII.

An ſit audiendus petens tranſumptum fundationis alicuius rei, dic quòd ſic.

PRo Archiepiſcopo Remenſi in Parlamento incipiente in feſto beati Martini, anno domini. 1384. fuit pronunciatũ contra Scabinos Remenſes, quòd dictus Archiepiſcopus haberet* tranſumptum per Curiam de fundatione ipſorum per Archiepiſcopũ Remenſem quondam facta, quamuis ſemel habuiſſet originale, quod amiſerat, & valeret illud tranſumptum tanquam originale. ſic fuit dictum aliàs pro habitantibus de Creci, contra Abbatem de S. Iehan de Laon.

† *Clericos*) *vide ſupra in ſtil. c. fin.*

* *Haberet*) *Et bene ex quo habent cauſam ab aſſore vel eius deceſſore ut nouæ, dixi in anno tati. ad Philip. Decium, c. 1. in princ. de prob. facit Arreſtum 152. 7. par. f. ulti. C. M.*

QVAESTIO XXXIII.

An Clericus Curiæ ſecularis priſionarius debeat Curiæ ſpirituali reddi.

ITem eodem anno fuit dictũ pro Mondo Clerico non coniugato contra Epiſcopum Pariſienſem, quòd quamuis ille Mondus fuiſſet pro pluribus criminibus Pariſijs captus priſionarius poſitus in caſtelleto, & elargitus, quòd non redderetur dicto Epiſcopo: ſed ipſo in factis contrarijs appunctato, contra procuratorem Regium & Dominũ Reginaldum de Verneul, fuit receptus in cauſa per procuratorem: & ordinatum quòd reſponderet articulis perſonaliter & compareret in fine inquæſtæ perſonaliter in Curia: & fuit fideiuſſor & cautio pro ipſo tunc ſiſtendo in Curia perſonaliter Dominus Helias, Dominus de Grineux ſub pœna. 500. florenorum, & fui pro ipſo Mondo cõtra Epiſcopum Pariſien. per diſtributionem.† Rationes Epiſcopi quare petebat ipſum, erant. Primò, quia Mondus ſe confitebatur Clericum non cõiugatum. Secundò, quia erat Curiæ priſionarius, licet elargitus. Tertiò, quia captus fuerat Pariſijs. Quartò, quia de facto nõ priuilegiato debebat Epiſcopus habere cognitionem. Quintò, quia ſi reciperetur per Procuratorem, per Curiam, non veniret: & ſic puniri non poſſet per Epiſcopum delicto communi. Sexto, quia Curia ſuper delicto cõmuni non poterat aliquid, ergo nec tollere per obliquum cognitionem Epiſcopo. Septimò, quia ſic factum fuerat Epiſcopo Cathalonẽ. de Magiſtro Guidone de Euaumont Clerico non coniugato, qui redditus fuerat dicto Epiſcopo pro delicto communi, licet per Curiam fuiſſet receptus per Procuratorẽ. Et idem de Hamerico Trouſſet, Clerico nõ coniugato. Rationes in cõtrarium per me allegatę pro Mondo cum quo eram. Primò, quia Rex non cõfitebatur eum eſſe Clericum, nec habebat habitum nec tonſuram: ſic pendente lite debebat manere priſionarius Curiæ ſecularis, non autem tradi Epiſcopo, iuxta. c. ſi Clericos. de ſenten. ex

† *Diſtributionem*) *Id eſt iuſſu Curiæ quæ dat aduocatum non habenti. l. 1. §. ait Prætor. de poſtul.*

commu. lib. 6. quæ Curia debebat ipsum recipere per ꝓcuratorem. Secundò, quia si redderetur Episcopo, esset semper in quæsta durante prisionarius, quod esset durum. Tertiò, quia non posset tunc prosequi causam suam, nec facere inquæstã. Sic per viam obliquam causam amitteret. Quartò, pendente quæstione in Parlamento de dicto priuilegiato non posset cognoscere Episcopatus de delicto communi. Quintò, erat elargitus Parlamenti, non autem prisionarius realiter. Sic non debebat Episcopo tradi in causam duriorem, quàm esset penes Curiam: quod esset si traderetur Episcopo prisionarius, quia includeret ipsum qui non erat. Sextò, si traderetur nunquam aliquis se aduoaret Clericum propter correctionem Episcopalem vitandam: & si condemnaretur per Curiam secularem, in executione se aduoaret Clericum, sic non fieret executio. Septimò erant Iudices Domini de Parlamento de causa pro qua ipsum tenebant prisionarium elargitum: igitur poterant in illa causa appunctare, & ipsum per procuratorem recipere, & non tradere Episcopo. Finaliter fuit pronunciatũ vt supra dixi pro hac patre. Non obstant argumẽta per Episcopum proposita, maximè quando allegatur de Magistro Guidone & alijs, quia dictus Magister Guido captus fuerat in carceribus dicti Episcopi Chatalonen. & de ipsis ad Curiam Parlamenti ductus, nõ sic in proposito. Item pro obuiando adhuc quòd non priuaretur Episcopus cognitione facti non priuilegiati, Domini de Parlamento cœperunt cautionem de eo sistendo personaliter in fine inquæstæ.

QVAESTIO XXXIIII.

An Episcopo traditus Clericus possit elargiri per Curiam habentem cognitionem de delicto priuilegiato.

ITem vidi eodem anno quòd Decanus Christianitatis de Bar. receptor, & Præpositus Regij de Bar. in Barro. qui fuerant adiornati ad comparendum personaliter in Curia Parlamenti, super pluribus excessibus, fuerunt positi in Castelleto prisionarij, quamuis Præpositus & Decanus essent Clerici non coniugati, videlicet Decanus presbyter, & Præpositus Clericus simplex, & quia Episcopus Parisien. requisiuit Prædictos Clericos sibi reddi, dictum fuit quòd sic, & fuerunt sibi redditi vt haberet detentionem, non autem cognoscerent. Tandem ipsis de Bar. auditis contra procuratorem Regium contra quem habebant diem, fuerunt partes appunctuatę in factis contrarijs, & prędictos prisionarios elargiri voluit Curia: Episcopus Parisi. dicebat quod non debebant elargiri, quia erant ipsius prisionarij, & vt Clerici eidem redditi pro delicto communi: sed sibi debebant reddi per rationes tactas in quæstione proxima superius. Episcopus Lingonensis petebat eos sibi reddi, eò quia fuerant in sua diocœsi, videlicet in Barro adiornati de Mainmise, & sic capti in defectu. Episcopus Paris. dicebat, quod capti fuerant Parisijs per Curiæ ordinationem, & missi in Castelletum, & sibi redditi. Item nec obstabat quod diceba tur quòd adiornati fuerant de Mainmise: &c. quia hoc non portabat adiornamentũ quicquid fecisset executor. Item hoc fuerat verbaliter, non realiter: quia executor ipsos non reperit. Regius procurator dicebat, quòd traditi fuerant solum Episcopo Parisi. in gardiam, non vt cognosceret de delicto communi, nec posset: sic Curia de suis prisionarijs ordinare poterat, & allegabat argumenta superius tacta in quantum pro ipso faciebant. Tandem fuerunt elargiti per Curiam non obstantibus per dictos Episcopos propositis. Sed in Castrinum Episcopus Pari. dicens nolle venire contra appunctuamenta Curię, requisiuit ipsos sibi reddi, cum adhuc essent prisionarij Curiæ elargiti, allegando rationes superius allegatas in quæst. proxima superius, & hîc: Supplicans Dominis Parlamenti vt super hoc vellent habere bonum consilium cum omnibus Dominis Camerarum, tenente sedem Domino Philippo Paillardi, qui prędictum appunctuamentũ fecit contra dictos Episcopos.

QVAESTIO XXXV.

An Ecclesia sit in Saluagardia Regis, eò quia de fundatione Regia.

NOn, sed oportet quòd specialiter recipiatur, vt quidã dicunt, † alij cõtra.

QVAESTIO XXXVI.

Procurator Regis non potest capere conclusiones de non contentis in citatione.

REginaldus de Moncel non fuit super homicidio in processu contra Regium ꝓcuratorem positus, sed fuit dictum quòd non responderet super illo, licet* per informationem culpabilis de ipso reperiretur, eò quia super hoc non fuerat adiornatus: licet fuisset super alijs crimi

† *Dicunt*) *Et bene quia constare oportet p literas Regis de gardia sua quã non solet concedere nisi illis de sua fundatione tãquam patronus. C.M.*

**Licet*) *contrarium hodie seruatur, & bene fa. c. 1. de accusat. C.M.*

bus adiornatus. Sed fuit fortè, quia Clericus erat. Tamen non fuit haec ratio, sed quia reuera non habebat diem super illo, quia in illo homicidio dicebatur quid priuilegiatum.

QVAESTIO XXXVII.

De transportu prisionariorum de vna iurisdictione in aliam.

ITem nota quòd quanuis Episcopus Beluacensis impetrasset literas Regias, per quas sibi concedebatur, quòd posset transferre quosdam prisionarios suos de prisionibus suis de Gerberoy ad Beluacum, eò quod prisiones de Gerberoy non erant securæ, & quod eo casu sibi concederetur, quod fecit: tamen quia in fine literarum mandabatur Bailliuo Ambianen. quod faceret dictum Episcopum gaudere dicta gratia & permitteret: non benefecit dictus Episcopus de transportãdo, licet causa esset vera absque hoc quòd ostendisset dictas literas coram dicto Bailliuo, qui Bailliuus ob hoc fecit adiornare officialem Episcopi antedicti de Gerboroy, qui fecerat transportum: & posuit temporalitatem Episcopi in manu Regia. Sed partibus auditis in Parlamento, fuit leuata manus de dicta tẽporalitate: & dictum quod dicti prisionarij reducerentur iterum ad Gerboroy, & ad periculum Episcopi ibidem custodirentur, quare patet dictum Episcopum malè fecisse.

QVAESTIO XXXVIII.

Defectus clausulæ, non obstante quòd Parlamentum sedeat, &c. vitiet adiornamentum in causa beneficiali.

ITem nota quòd in Parlamento incipiente anno do. 1384. mihi placitanti pro Magistro Ioanne Renerij ratione prębendæ suæ Antisiodoren. quam Magister Ioannes Rogerij prętendebat suam esse virtute regaliæ,† dictum fuit quòd non obstante quòd dictus Rogerius fecisset adiornari dictum Renerium in dicto Parlamento, & per literas impetratas in eodem Parlamento sufficiebat adiornamentum: quamuis in literis adiornamenti non contineretur, non obstante quòd sedeat Parlamentum, &c. maximè quia procurator Regius erat adiunctus cum aduersario ratione regaliæ.

Item nota quòd ipsi Rogerio status* fuit adiudicatus: quia tenuerat prædictã prębendam virtute gratiæ Apostolicæ ante controuersiam per Biennium. †

QVAESTIO XXXIX.

Donatarius omnium bonorum non potest personaliter conueniri, sed potest longo tempore contra hypothecas præscribere.

PRimò videtur quòd sic, quia habet omnia quæ habebat donãs: ergo ipsum repræsentat: quare, &c. Secundò, quia idẽ videmus in arrogante, vt Insti. de acquir. per arrog. in fi. & in eò cui bona adijciuntur causa libertatum conseruandarum: vt Insti. de eo cui lib. ca. bo. adijci. &c. Tertiò, quia bona dicuntur deducto ære alieno, l. subsignatum. §. bona. ff. de verb. sig. Quartò, quia alias defraudarentur creditores: quod esset iniquum, & contra totum titulum de his quæ in frau. credito. Quintò quia sic cõueniri non posset maritus cui omnia bona dat vxor in dotem, ea ratione, quia remanet reuera vxor domina. iuxta. l. in rebus. C. de iur. dotium. Sequitur à cõtrario, quòd conueniri potest ille in quem dominium omnium bonorum transfertur. iux. l. mulier. ff. de iu. dotium. Sextò ille cui datur hæreditas tenetur soluere debita. iux. l. hæreditatem ff. de dona. & l. ratio. C. de hær. vel actio. ven. Septimò videtur casus in. l. 2. C. ad le. Iuliam de vi. publi. vel priua. In contrariũ arguitur. Primò, quia viuit donans & remanet obligatus, quia actiones personales adhærent ossibus nostris. l. quis ergo. ff. de peculio. Secundò, quia introductus est titulus ad remediandũ, qui aliàs esset superfluus: scilicet de his quæ in frau. credi. l. omnes. §. Lucius eo. tit. ff. Tertiò, actiones personales non sequuntur fundos: iuxta. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. & l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudicijs. Quartò donans nõ est mortuus: ergo non habet successorem vniuersalem quod esset necesse dicere in casu primæ partis. Quintò potest quærere & alia habere per quæ satisfacere potest, vt cedens bonis qui per hoc non desinit esse obligatus: iux. l. qui cedit bonis. ff. de his qui bo. ce. pos. Sextò habet titulũ particularem: ergo non tenetur. l. creditores. C. de acti. & obli. Septimò quia bona dicuntur deducto ære alieno, nec sequitur dictum contrarium, vt. d. §. bona. &. d. l. mulier. Quid dicendum, per Arrestum Parlamenti dictum fuit, quod nõ* sequuntur ipsum actiones personales, & quòd præscribere potest, cum non repręsentet personã ipsius vt hæres. & hanc partem tenui in placitando pro Domi. Iacobo Chelerin, contra An-

† *Regaliæ) noquòd immateria regaliæ cognitio et iudicium spectat ad Parlamentum Parisien. licet parteses & beneficia sint extra, vt etiam nuper uidi iudicari de præbenda Rothomagensi, & mense Martio 1548. de præbẽda Baiocẽsi, fa. in. part. 7. num. 86. C. M.*

* *Status) sic uocant uindicias in materia regaliæ & officiorum. sed in alijs uocant receden tiam. C. M.*

† *Biennium) hoc per se bene sufficit ad excludendum sequestrũ, sed nõ recredentiam. C. M.*

Intellige hoc quòd uxor maneat domina dotis, secundũ ius naturale primæuum: secus est de iure gentiũ uel ciuili: nam secundũ illam a ritus uerè Dominus est, text. est expressus Insti. quibus alie. licet. in prin. et C. de rei uen. l. doce. cum infinitis alijs iuri. uide glo. in. d. l. in rebus. Illa. l. magis probat contrarium.

* *Quod nõ) hæc cõmunis. idem Socin. tracta. de oblatio. lib. 13. qu. 2. Phil. Deci. cons. 237. Et est regulariter uerũ ut hic 105. dixi in uiuo nõ discusso donatore, sed nõ est per petuum ut mortuo tali ratione sine hæ. Gu. Pade. Del. ann. ad d. cõ. 237. C. M.*

tra Andreum Gillebert & eius vxorem, pro quo Iacobo fuit Arrestum prolatum, Anno domini.1385.die,&c.

Nec obstant cõtraria, quibus potest sic responderi. Ad primum, quia non vt hæres habet omnia bona, ergo non repræsentat ipsum donatorem, cum non habeat per modum tituli vniuersalis: iux.§.fi.Instit.per quas perso. nobis acq. Et per hoc ad secundum contrarium, quia sunt tituli vniuersales proditi à iure, iuxta. d. §. si quis.per quas person.no.acq. Ad tertium respondeo, quod facit pro me, quia licet dicantur bona, deducto ære alieno: nõ tamen per hoc sequitur quod ratione ipsius æris alieni non possit conueniri actionib. personalibus: sed posset ab initio deduci: vel dicuntur deducto ære alieno sic, quod æs alienum non sequitur illum cui data sunt omnia bona. Ad quartum, non defraudantur creditores: quia eis est succursum per d.§.Lucius. vt si veniat ad pinguiorem fortunam. Item & per hypothecariam, si nõ fuerit negligens, quod tunc est sibi imputandũ. Ad quintum non procedit argumentum à contrario sensu, sed pro me facit per prædicta. Ad sextum facit pro me: quia de directo onera personalia sequuntur hæredẽ, non illum cui vendidit hæreditatẽ, sed haberet cõtra ipsum recursum. Itẽ aliud est in hæreditate, quæ est nomen iuris comprehendens nomina: iuxta.l.hæreditas.ff.de pe.hæred.&.l. si quis seruum.§.fi.de lega.2. Ad septimũ, ibi erat fiscus, vt succedens & successor quantitatis cõdelinquens amittat bona, iste autem donator non amittat: ergo tenetur pro rata, iuxta.l. Marcellus. in fi.ad Trebel. &.l.quidam testamento.§.quotiens, de leg.2. Item nec obstat.l.cum hæres de diuersis & tempora.præscri.nec.§.hæres in l.sequitur.ff.de vsuc. nec. l.fi.ff.pro hæred.&.§.si defunctus.in l. 2. proemptore: quia loquuntur in successore iuris, vt in hærede. iux. l. quendam. §. nihil. ff. de eden.&.l.quotiens.de hær.insti.nõ in singulari.vt hoc casu me placitante pro Domino Ioanne Chirum milite, contra Magistrum Andream Gillebert, ad causam eius vxoris: dictũ fuit per Arrestum in Parla.anno do.1384. quod non obstantib. ex aduerso propositis, dictus Ioannes erat recipiendus ad proponendum præscriptionem 10.vel 20.annorum.

+ Chrestien) iuxta templum sancti Seuerini, & intellige coram Conseruatore regio præside Parisiensi quia ecclesiasticus non posset. sed potuisset appellari tanquã ab abusu, vt infra eo.q.45.52 C. M.

QVAESTIO. XL.

An possit quis se exemptare à refectione murorum.

IDem eodem Parlamento fuit dictũ per Arrestum, quòd notarij & seruientes Aurelia.non erant admittendi ad proponendũ, quod exempti essent à reparationibus & refectionib. murorum villæ Aurelianen.quamuis proposuissent præscriptionem à tanto tempore, cuius initij nõ extaret memoria.

QVAESTIO XLI.

An conclusio ad cessandum ab impedimento sit realis.

PRo vniuersitate Parisien. contra Dominum de Garentieres, fuit per arrestum dictum in eodem Parlamento, quod dictus Dominus tenetur respondere Vniuersitati, & Scholaribus fundatis per Dominum Geruasium Chrestien, † quamuis peterent & concluderent quòd cessaret ab impedimento per eum apposito in quadam decima, quam dicebat ab eo in feudum teneri, in qua manum suam apposuerat ob defectum hominis, quæ spectabat ad dictos scholares exemptione per eosdem facta: & quòd condemnaretur ad cessandum in perpetuum: licet diceret quòd non tenebatur procedere, eo quòd ad ipsum spectabat causa suæ vxoris, quæ non erat adiornata: & quia videbantur verba sonare realitatem in hoc, quòd concludebant ad cessandum in perpetuum, dictis scholaribus cõtrarium dicentibus: quia solum erat personalitas: & si opus esset sufficiebat eis quòd solum remoueretur impedimentum per eum appositum, & desisterent à conclusione ad cessandũ in perpetuum.

QVAESTIO XLII.

Dominus potest prosequi iniuriam factam subditis.

FVit in eodem Parlamento dictum pro Archiepiscopo Remensi, quod reciperetur ad faciendum conclusionem excessuum cõtra Ioannem dictum le grand faignoti, ratione excessuum per ipsum factorum habitantibus in villa de Mons sur couruille, publice currendo contra ipsos, & eos viriliter verberando: quæ villa spectat ad Dominum Archiepiscopum in alta, media & bassa iustitia. Idem fuit dictum pro Episcopo Laudunen.in Parla. 483.initiante contra quendam, qui fuerat capitaneus suus de Danisy, vocatum Ioannem Caplet, qui vexauerat suos subditos prætextu sui officij & aliàs,&c.

Quæ-

QVAESTIO XLIII.

Curia ſecularis cognoſcit an veſtis ſit Clericalis.

ITem nota, quòd licet de proprietate tonſuræ Curia Parlamenti non debeat cognoſcere, tamen an veſtis † ſit veſtis Clericalis, necne cognoſcere poteſt, quia hoc cognoſcere non eſt cognoſcere de re ſpirituali, ſed temporali. Sic cognouit de pileo partito, an eſſet virtus Clericalis. Sic de gipono & fibulis ſciſsis. ſic de caligis vna viridi & alia rubea cognouit.

QVAESTIO XLIIII.

Valet procuratio omiſſa clauſula iudicatum ſolui.

IN Requæſtis palatij me pro hac parte placitante fuit iudicatum pro Priore de Soutrage, contra ſcholares de Clugny, quòd procuratio erat valida in qua erat obligatio, & hypotheca bonorum, licet non eſſet promiſsio & obligatio iudicatum ſolui.*

QVAESTIO XLIIII.

Court ſpirituelle ne peult cognoiſtre de action reelle.

LE ſamedy neufieme iour de Septembre. 1385. auquel iour fut miſe fin de tous poinctz au Parlament qui auoit eſté commencé. Lan. 1384. fut prononcé par meſsire Arnault de Gorbie premier preſident en Parlament, & par arreſt fut dict que le eueſq; de Chalon ne faiſoit auoir, ne receuoir à maintenir qui en ſa court ſpirituelle il peult cognoiſtre de vne action reelle: † & fut condenné à ceſſer doreſenauant des empeſchemens qui il auoit fuict ſur ce: & fut releué de le amende que requeroit contre luy le procureur du Roy & le procureur de Monſieur de Bourgongne, pour cauſe de ce que cogneu en auoit: & auſsi des deſpens enuers ledict monſieur de Bourgongne, & pour cauſe. Et eſt vn grand & notable arreſt pour la iuriſdiction tẽporelle contre la ſpirituelle, dont moult ſe ſont plusieurs eſmerueillez: mais non eſt mirandum: Car ſe le contraire euſt eſté dict, il euſt fallu le Roy & les autres ſeigneurs temporelz aller plaider en court de Romme des rentes, fiefz & ſeigneuries temporelles, qui euſt eſté vn treſgrand inconuenient: & pource quæ la plaidorie fut notable, ie prins copies des eſcriptures dudict eueſque, que ie ay.

Alia plura ſequuntur notabilia, quæ vidi pronunciari, &c. in Parlament. ſequen. incipiente anno domini. 1385. in capite, hyemali.

QVAESTIO XLVI.

An in delictis omnes poſsint quæſtionari.

PRimò fuit facta prohibitio Magiſtro Clementi de Ruillac, aduocato Parlamenti, per Dominum Stephanum de la Granche, tunc præſidentem in Parlamento, alleganti quòd Dominus de Argenton poni non debebat in quæſtionibus, eò quia Baro iuxta. l. milites. & l. diuo Marco. C. de quęſtionibus, quod nunquam allegaret quòd miles vel baro poni non debebat in quęſtionibus: quia Comes poneretur caſu exigente, nec Curia hoc iure vtebatur, cum omnes ponerentur in quęſtionibus indiſtinctè caſu exigente.*

Nota ſuper remiſsione non facienda Domino.

INeodem Parlamento fuit pronunciatũ pro Rege & Petro Dardempre, contra villam Tornacen. videlicet quod fuerat bene iudicatum per gubernatorem Tornacen. pro Rege, quod dictus Petrus qui ſe ligauerat per appunctuamentum de defendendo & reſpondendo coram dicto gubernatore, non remitteretur coram illis de Tournay, cum eſſet eorum ſubiectus † ipſis hoc petentibus & requirentibus, quia iuriſdictionem regiam iam prorogaſſet.

QVAESTIO XLVII.

Quando in caſu nouitatis actor ſuccumbens condemnatur reo in damna & intereſſe.

NOta quòd in Parlamento cœpto in feſto ſancti Martini Anno Domini. 1384. Dominus de Chauminiaco, qui erat petitor contra Dominum Ludouicum de Malleual in caſu nouitatis & exceſſuum, fuit condemnatus in damnis & intereſſe dicti Ludouici defenſoris. Et ſic nota quòd defenſor* obtinuit damna & intereſſe. Sed fuit ratio: quia petitor fecerat ipſum teneri in priſione ratione exceſſuum ſibi impoſitorum per Dominum de Chaumigy petitorem, à quibus fuit abſolutus.

QVAESTIO XLVIII.

An contra obtinentem defectum vel congedium in caſu nouitatis poſsit iterum intentari caſus nouitatis.

ITem nota quòd fuit pronunciatum in

tiam in iudice inferiore, quod etiam interpretatur in his quæ ſunt iuſtitiæ. C. M.

+Veſtis) idem Guid. Papæ de ci. Delphi. 138. Steph. Auffre. Rep. cle. 1. de of fi. ordi. col. 35. & bene. C. M.

**Solui) et bene quia apud nos iudicium concipitur in perſonam domini. ut ſuo loco declarabitur. facit infr. eo. q. 49. C. M.*

† Reelle) etiã denili mobili, etiam inter Clericos idẽ in perſonali & reali dependente, in qua cõcluditur per mediũ reale, vide Affre. Rep. cle. 1. q. 3. prmc. nu. 17. de offi. ordi. idem Guil. de Cug. Bald. auth. clericus. C. de epiſcopis & Cleri. Ioan Fab. Inſti. de ſatisdat. §. ſi vero. idem inf. q. 52 C. M.

**Exigente) ſed non tam de facili ut viles et ſic limitãdũ quod p d. l. diuo Marco, tradunt Roma. ſin. 488. milites, vbi male reprobat cõſuetudinẽ contrariam. Matheſi. ſingu. 59. nota. quod legum doctor. C. M.*

+Subiectus) oportet hic alia fuiſſe quia more Franciæ ſubiectus nõ poteſt inuito Domino prorogare, Vide Imbert. Inſt. foren. lib. 1. c. 22. C. M.

**Defenſor) hodie generale eſt per Con. Carol. 8. art. 49. et Ludo. 12. an. 1512. art. 50. quod tamẽ intelligitur niſi ex cauſa e-*

Parlamento 1383. quòd Maior, Pares & habitantes de Crecy conquerentes in casu nouitatis, contra Abbatem & Cõuentum sancti Ioannis de Lauduno, contra quos obtinuerant defectum & congedium, dicti Abbas & Conuentus coram Bailliuo Laudun. non obtinerent aliquod commodum ratione illius defectus, nisi illud expletum. Quod sic probatur: quia non obstante illo defectu & cõgedio fuerunt recepti dicti conquerentes ad se de nouo conquerendum ratione alterius impedimenti paris. Sed ratio fuit, quia illo defectu dato & illo non obstante semper vsi † fuerunt dicti Maior, Pares & habitantes possessionibus suis, nec fecerunt contentiosam iurisdictionem suam, sed partium suarum.

4. Vsi) Vnde semper sunt admissibiles ad repetendum casum nouitatis, vt dixi in conf. Parisi. titu. 3. C.M.

QVAESTIO XLIX.

An forenses teneantur dare cautionem iudicatum solui.

ITem nota quòd Theobaldus Desloy non potuit obtinere contra suum aduersarium qui erat de Lombardia, quod daret sibi cautionem de iudicato soluendo. Nec hoc potuerunt obtinere hæredes dicti Antonij contra ipsum Franchisiam Lombard. in Parlamento. 1385.

QVAESTIO L.

An inquæsta facta de testibus affuturis, si sint viuentes iterum sint examinandi.

NOta, quòd in quadam causa fuit dictum in Parlamento. 1385. quòd testes, puta affuturi & valetudinarij examinati authoritate Curiæ Parlamẽti in causa Ioannis le Mercier, & Ioannæ Gondet vxoris cuiusdam de Abatisuila, non examinarentur, quamuis essent viuentes * propter Curiæ authoritatem, imo videretur in quæsta illa tunc principalis.

** Viuentes.) Et bene, quia sunt recepti authoritate iudiciaria, & parte vocata, quamuis nouis pragmatici aliter opinentur, quos sequitur Io. Imbert. institu. foren. lib. 1. c. 44. Sed error est. nõ obstat. l. vlt. C. de testib. quia loquitur in arbitris qui priuatim sunt. C.M.*

QVAESTIO LI.

Quando cora Admirali fit remissio facienda.

ITem eodem Parlamento non fuit facta remissio cuiusdam causę coram Admirali Franciæ pendentis inter Ioannem Fosque & quendam alium: eò quod contra Procuratorem Regium fiebat conclusio ex parte petentis, qui † non iret litigatum coram Admirali. Et quia erat dubium, an factum, seu captio Anglicorum in causa deducta fuerit facta terra vel mari, vna parte dicente vnum, altera aliud: ideo remissio non fuit facta.

+ Qui) Scilicet procurator regis. C.M.

QVAESTIO LII.

An Ecclesia possit cognoscere de stipulatione, in quam conuersa est actio arreragiorum, census, vel reditus realis.

ARguitur, Primò quòd non. Et hanc partẽ tenuit Procurator Regius contra Decanũ & Capitulum de sainct Frambourc à Senlis. Qui Girardum Hare fecerat adiornari virtute promissionis, quam fecerat Procuratori dictæ Ecclesiæ de solueˉdo dicto Procuratori octo solidos cum dimidio ab eo prius debitos ratione census coram Abbate sancti Vincentij Conseruatore priuilegiorum suorum. Primò, quia licet dictus Gerardus dicto Procuratori computasset, non tamen per computum fuit extincta prosecutio arreragiorum: de qua non poterat fieri prosecutio coram iudice ecclesiastico, cùm medium esset reale. Secundò posito quod Girardus promisisset soluere dictos octo soli, cum dimidio, de hoc non poterat Ecclesia cognoscere. quia descendebat promissio ratione arreragiorum. Et origo debebat inspici. ar. l. si sponsus. ff. de donatio. inter vir. & vxo. & in. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus. & Insti. de actio. §. fuerat, & l. si filius. C. ad Macedo. Tertiò hoc fiebat in fraudem, & sequeretur quod omnis prosecutio realis caderet in promissionem: si cognosceret Ecclesia per obliquum de realibus, quod facere nõ posset de directo, & sic esset destruere & attenuare iurisdictionem secularẽ, quod non est permittendum, iuxta. c. vnicum. de Cleri. coniuga. lib. 6. &. l. scire oportet. ff. de excu. tuto. & cura. Quartò non posset cognoscere de promissione per quam ab initio reditus promitterentur: sed conuertere arreragia in promissionẽ, & de illa promissione cognoscere, in idẽ recideret: quia per hoc tolli posset & vsurpari ab Ecclesia iurisdictio & cognitio rerum temporalium. Quintò stipulatio & promissio non potest haberi absque causa: ergo non posset valere illa promissio nec prosequi, nec deduci nisi deduceretur principale: & que lon monstraft la cause de la promesse. Ce est assauoir des arrerages. de his tamen mention ne en fust faicte au libelle reel. Sextò si non probaretur promissio, cùm Iudex Ecclesiasticus videret arreragia probata, faceret cõdemnationem ipsorum. & sic cognosceret de realibus, quod non potest facere: teste Ienesque de Ghalon. Septimò obligatio arreragiorum non fuit nouata per promissionem: quia non animo nouandi fuit facta, nec sciebat Girardus quid importat stipulatiò Aquiliana. Octauò secundum

cundum quod duo Clerici non possunt transportare iurisdictionem Ecclesiasticam in iudicem Laicum. c. si diligenti, de fo. compe. sic non potest per stipulationem tolli iurisdictio temporalis Regi, & transportari in iudicem Ecclesiasticum. Nonò tales promissiones sunt viæ exquisitæ, & plus puniendæ quàm si directò cognosceret iudex Ecclesiasticus de arreragijs, census seu reditus: quia non fiunt nisi pro transportando iurisdictionem temporalem in iudicem Ecclesiasticum. Decimò quia dicti religiosi poterant prosequi arreragia sua per arrestationem rei, vel ponendo ostium de transuersò. † ce est a dire hors des gons, par la coustume generalle: vel faciendo prosecutionem per viam realem, vel via personali, eò quia recipit fructus rei illius anni cuius deberentur arreragia. Per quas rationes concludebat Procurator Regis contra dictos Decanum & Capitulum, vt emendarent &c. In contrarium ad finem, quòd in processu non tenerentur. & si sic, quod Procurarator Regius non reciperetur: & sic quòd non haberet causam nec actionem, & quod in nullo tenerentur emendare, supposito quod non bene fecissent, quod tamen sic: & quod reciperentur, proponebam quæ sequuntur pro dictis Religiosis. Primò, quia stipulatio Aquiliana, in quam deduci possunt omnes obligationes, actiones, prosecutiones tam personales quàm reales, tam præsentes quàm futuræ, & tam cõsistentes in dando quàm faciendo, perimit & nouat omnes actiones præcedentes, iuxta. l. Aquilianam. ff. de transac. ergo deducendo prędicta arreragia in dictam stipulationem, non fuit forefactum. Secundò hoc beneficium à lege conceditur, quare iure communi vsi fuerunt, & sic nullam iniuriam fecerunt hoc vtendo: quia quæ suo iure vtitur, &c. & non videtur circumscriptus qui iure communi vsus est, &c. & beneficium à iure concessum nemini est auferendum. Nec obstant argumenta in contrarium. Ad primum respondeo, quod licet per computum non fuerit facta extinctio primæ actionis: tamen fuit facta nouatio in stipulationem Aquilianam, sic quod fuit nouata omnis prosecutio, quæ antea competebat pro arreragijs prædictis, & sic remansit sola personalis, quæ potuit deduci in foro Ecclesiastico. Ad secundum respondeo, quod in contrarijs habebatur respectus ad originem, illa ratione: quia actio: pro socio ex donato & pro dote non sunt ratione sui ipsius priuilegiatæ: sed ratione personarum videlicet pro socio, quia societas est genus fraternitatis: sic erat iniquum quod ratione societatis in plus quàm facere posset, conueniretur socius: in patrono patrona & liberis ipsorum, ob reuerentiam quam debet ipsis libertus in donante, ne ex liberalitate sua periclitetur, iuxta. l. ne ex liberalitate. & l. sunt qui in id. ff. de senten. & re iudi. Insti. de acq. §. fi. l. verum. ff. pro socio. l. alia. ff. solu. Matri. l. maritus. eodem titu. ad. §. qui iniuriarum, ratio est odium actionis iniuriarum. ad. l. si filius. C. ad Macedon. ratio est, quia reuera non erat mutuum, nec fuerat. Sic veritas inspicitur, non quòd simulatè concipitur: vt. C. plus valet quod agi. quam quod simula. com. per totum. & l. si fortè. ff. de Castren. pecul. In nostro autem proposito non remanebat actio prima, nec cognoscebat Ecclesia de actione reali, sed de personali tam in conclusione quàm in medijs, videlicet de actione ex stipulatu. Item videatur quid est deductum in stipulationem, videlicet arreragia quæ sunt personalia: quia contra personam concluditur, & persona conuenitur, non res: vt. §. omnium. Insti. de act. l. Imperatores: ff. de publica. vecti. & com: hoc etiam probatur. Nam pro arreragijs potest conueniri qui non est rei possessor nec Dominus, dum tamen fuerit pro terminis pro quibus petuntur arreragia: sic est personalitas, nec posset conueniri rei possessor actione personali: qui possessor non fuit nec Dominus illo tempore ratione cuius petuntur arreragia secundum vsum* & consuetudinem, licet posset hypothecaria vel actione reali conueniri, iuxt. l. prædijs. de iure fisci. l. inter debitorem. de pactis. l. fin. C. sine censu vel reli. ¶ Item probatur hæc esse personalitas: quia hæres tenetur, non legatarius. l. apud Iulianum. §. hæres. de legat. 1. & l. cum possessor. §. fin. ff. de censi. cum notatis in. d. l. Imperatores. hoc etiam probatur: quia virtute literarum quæ vocantur debitis † concessæ aduocatis & Dominis Parlamenti, quæ conceduntur ad actiones personales tantum, possunt conueniri ad arreragia tanquam personalia, licet procedant ratione census vel reditus, licet Rex non patiatur

† *Transuerso) etiam si non haberent iurisdictionem, quia est executio dominialis: Sed illud de ostio propter periculum merito exoleuit, vt dixi in consuetu. Parisien. §. 52. gl. 1. nu. 49. & §. 63. C. M.*

Facit. l. non videtur. C. de integ. rest. mino. & l. nihil cõsensui. § non capitur.

* *Vsum) vt dixi in consu. Parisi. §. 70. quòd tunc requiritur discussio in reditibus impositis: sed nõ in natiuis & domanicalibus.*

† *Debitis) quæ hodie vocantur lettres de committimus, quæ non passim dantur procuratoribus nisi antiquis & probis qui saltem vltra decem annos se exercuerunt in parlamento. C. M.*

quòd Ecclesia cognoscat, quia haberet vnum pro se, aliud pro vicinis: quamuis concesserit, conseruatori † priuilegiorũ vniuersitatis Parisiensis: ad hoc optimè. §. idem scribit. in. l. 3. ff. de pecul. Ad tertiũ respondeo, quòd non est fraus: quia vtor iure cõmuni & beneficio à iure mihi concesso: nec eneruatur temporalis iurisdictio: quia conclusio est personalis, medium personale, actio personalis. quia ex promissione de directo Ecclesiæ competit cognitio. Item de hoc etiam posset cognoscere Iudex temporalis, puta inter Laicos. Item hoc videlicet conuertere in stipulationem, non dependet solum in facultate creditoris, sed vna cũ hoc ex volũtate debitoris. Itẽ hoc facere possunt debitor & creditor absq; sententia iudicis Ecclesiastici: sic nulla fraus ex parte ipsis reperitur.

†*Conseruatori scilicet Ecclesiastico qui ex priuilegio speciali Regis cognoscit de personali contra laicos. C.M.*

Item hoc non est præsumendum fieri in fraudem, quia quilibet bonus præsumitur de bonitate intrinseca. iuxta. c. quoniam. de præsumpt. Ad quartum potest responderi per prædicta. Ad quintũ respondetur quod valet promissio absque causa: nam cuius per errorem, &c. donare enim possent, vt in regula, cuius per errorem, &c. l. campanus de. ff. de ope. lib. Nec obstat. §. *circa. in. l. 2. ff. de excep: de quo loquitur quãdo quis credebat esse causam, & non erat: sic enim errabat; & nihil est tam contrarium consensui, &c. l. si per errorem. ff. de iurisdi. om. iud. & potest concludi per medium personale, videlicet de la promesse sans mention faire des arrerages, quia causa, ppinqua & immediata est inferenda: nec necessariũ in personali remotam vel mediatã exprimere. Et posito quod exprimatur, non vitiatur, nec impeditur eo facto iurisdictio Ecclesiæ: quia attenditur propinqua & immediata, vt per not. in. l. edita. C. de eden. Nec obstat quod dicitur, quòd si non probaretur immediata & propinqua, videlicet promissio, & probaretur remota & remediata, videlicet arreragiorum: tamen iudex Ecclesiasticus ferret sententiam pro petitore, & sic cognosceret de reali actione: quia hoc non est attendendum, nec enim aduersa fortuna, &c. & quilibet præsumitur bonus, &c. & bona fides, &c. Item nec per hanc præsumptionem contra ius commune est ab Ecclesia ius suum auferendum, de quo vsa est à tempore, &c. Item propriè loquendo cognoscere de his arreragijs non est cognoscere de realitate: quamuis nolim dicere nec tenere quòd cognoscere possit Ecclesia nec non, quia non est quæstio de hoc. Et per prædicta est responsum ad sextum, & vltra: quia arrestum contra Episcopum Gabilonen. † latum, loquitur in reali: hic autem loquimur in personali actione. Ad septimum fuit verum, quòd nouatio fuit facta, vt prædictum est, quæ iure antiquo fiebat adiectione personæ rei, conditionis, fideiussoris: sic fit hodie * absque expressione de consuetudine, quicquid dicatur in. l. 2. ff. de noua. & l. fin. C. eod. titul. & l. 4. §. si ex conuentione ff. de sent. & re. iudi. Item non est necessaria declaratio animi volentis nouationem facere in stipulatione Aquilianæ: quia tacitè fit. vt. ll. supradictis, & denatura sua est conuertere vnam actionem in aliam, quod fit per hanc: nec oportuit Gerardum aliud scire, nisi quod vellet teneri ex promissione, & quod promitteret. non enim ei oportuit dicere quòd promitteret Aquiliana stipulatione: quid enim opus est verbis. &c. l. verba. C. de dona. Ad octauum dico quòd non est transportus: quia conuerti possunt arreragia in stipulationem Aquilianam, & est prosecutio realis extincta, & competit loco eius personalis ex stipulatu, beneficio iuris, de quo iure communi, & ex beneficio iuris potest Ecclesia cognoscere iure suo, sic non est transportus. Ad nonum dico, quod hæc stipulatio non fit in fraudem iurisdictionis temporalis: sed ex iuris beneficio, vt est dictum, nec iniuriam facit, &c. Nec circumscriptus videtur, &c. nec per obliquum cognoscit de arreragijs: sed de personalitate, nec aufert iurisdictionem tẽporalem: sic enim vsa fuit Ecclesia à toto tempore cuius initij non extat memoria. Ad decimum dico, quod extincta erant arreragia, & ipsorum prosecutio per stipulationem Aquilianam: & posito quòd mansisset, habebant plures vias à iure mihi permissas, & vti poteram qua volebam, & vtendo stipulatione, & ea agendo coram iudice Ecclesiastico, posito quòd non fuisset facta nouatio, non erat verum dicere quòd Ecclesia cognosceret de actione reali, sed personali: quia medium & conclusio personales sunt, licet prima origo & actio arreragiorum remaneret, iuxta dictum. §. idem scribit. Et credo istam

Necobstat. §.) Alex. cons. 4. col. 10. vbi dixi lib. 1. Hypoli. Marsi. fin. 482 C.M.

†Gabilon) supra. q. 45.

** Hodie) imo seruatur ius commune. C.M.*

partem

partem pro qua placitaui, vt Euangelium veram, † quicquid dicatur & fiat. Placitatione facta, fuimus appunctati quod considerarentur rationes hincinde, & fieret ius. Quid autem pòst factum fuit, ignoro. Tamen ex post pronunciatum fuit contra Abbatem sancti Vincentij, pro quo fouebam partem, & fuit condemnatus in emenda. 60. lib. Parisien. ob hoc quòd de hoc cognouerat: eò quia realitas vel quasi, seu in fraudem realitatis.

QVAESTIO LIII.

An Vltramontanus teneatur docere de titulo tonsuræ suæ.

ANno quo suprà, fuit dictum per Curiæ Parlamenti arrestum cõtra Feye fondeur de or, quòd quanuis ipse deferret coronam & habitum Clericales, quod ipse responderet in Curia, seu corã eius commissarijs vt Laicus, eò quia erat Vltramontanus, & non docebat de titulo tonsuræ* suæ: secus ergo est dicẽdum in Citramontanis & Regnicolis, quia sufficit sola possessio habitus & Clericalis tonsuræ quo ad fori † priuilegium, non autem ad beneficium obtinendum, nisi literatoriè doceatur: vt dicit Bal, in. c. dudum. le premier. de electio. in anti. Nota de prosecutione rei furtiuæ. Item ipse Feye fuit per arrestum eiusdem Curiæ condemnatus ad reddendum priori & conuentui sancti Martini de Campis. 43. marcs de argent de vn costé, & 16. marcs. 6. onces. 15. estellins, de autre, ou la valeur, qui il auoit acheté de damp Iean Iamlence, religieux deduct lieu, qui emblez les auoit de la chassz dudict saint Martin, & venduz audict Feye, duquel il auoit receu le argent a iuste pris: & lequel Feye en auoit ia vendu les. 43. marcs: mais il auoit les. 16. marcs quinze estellins en masse quæ il auoit fonduz. Combien que il dist qui il ne scauoit dont ilz estoient venuz, & bien le croys: mais il estoit in culpa lata: tum quia de nuict patrie il en auoit achepté, qui luy auoit esté portée en sa maison: Combien qui il dist qui il cognoissoit ledict religieux, & qui il estoit en habit de seculier: & que par plusieurs foys reiterées il en auoit de luy achepté, & si ne estoit pas personne qui fust taillée de auoir tel, ne tant de argent: & si apparoissoyent les plis des images, & oultre, car il ne auoit point reuelé: mais teu le auoit, contre les ordonnances royaulx en telle matiere: pourquoy condemné fut enuers le Roy en quarante liures Parisis de amende: me contra ipsum placitante.

QVAESTIO LIIII.

A quo tempore veniat quantiplurimi.

ITem nota quòd fuit dictum malè iudicatum per Præpositum Parisi. ad vtilitatem Prioris de Conflans cõtra Priorem & conuentum sancti Martini antedicti, eò quòd à tempore ante petitionem fuit Prior sancti Martini condemnatus sub quantiplurimi bladi, & nõ à tempore petitionis* tantum, quod fieri debuisset: & fuit releuatus ab emenda & expensis appellationis.

QVAESTIO LV.

An appellatus soluat expensas.

NOta quod Robertus, Petrus, & Ioannes dicti les Cados, fuerunt recepti ad desauoandum quendam seruientem, qui nomine ipsorum post oppositionẽ posuerat in manu Regia temporale religiosorum Abbatis & conuentus sancti Medardi. nec soluerunt expensas appellationis, quamuis bene fuerat appellatum: ea ratione, quia desauouerant ipsum: & quia expletum per seruientem fuerat factum, & appellatus non soluit expensas, quamuis succũbat in causa appellationis: quia habet causam † substinendi cum habuerit iudicatum pro se: quod est verũ, nisi fuerit inquæsta facta.

QVAESTIO LVI.

De Priore sancti Martini de Campis compulso ad respondendum in Curia Parlamenti super falsitate.

ITem nota quod prior sancti Martini de Campis condemnatus fuit ad respondendum in Curia Parlamenti super quadam falsitate* cuiusdã literæ factæ à Priore de Volta, de qua se iuuit in Curia: quanuis se pœnituit, & dixerit nolle se amplius ea vti: cùm fuit super falsitate prosecutus, pro ipso placitaui.

QVAESTIO LVII.

Nota quòd ille cui sunt adiudicata hæreditagia cum onere oppositionis debiti alicuius, non tenetur personaliter, nec habet locũ contra ipsum quanti plurimi petitio.

ITem nota pro Archiepisc. Remen. contra Ioannem de Sau, & Thierry Pennel: licet Archiepiscopus cõtra ipsos concluderet per actionem personalem super certa summa, siue quantitate graui & pecuniæ & hypothecariæ, eò quod acceperant certa hæreditagia per adiudica-

† *Veram*) et bene, si ius ipsum census non erat controuersum, sed solum an recte computatũ esset vel nõ solutum vel non, aliàs ecclesiastici cognoscere nõ possunt, late Steph. Auffre. rep. cle. 1. regula. 2. Fallen. 4. de off. ordi. Nicola. Boeri. dec. Burdegal. q. 69 Andr. Tiraq. de retra. proximitatis. §. 32. nu. 80. cũ seq. Ita intelligẽdũ infr. q. 82. adde dixi in consuet. Pari. §. 52. gl. 1. nu. 144. C. M.

* *Tonsuræ*) Tũ agebatur de facto negotiationis secularis, f. c. fin. de vit. & ho. cleri. C. M.

† *Fori*) imo hodie non sufficit C. M.

* *Petitionis*) et sic simplex mora dicti Iapsi ad hoc nõ sufficit, etiã de iure, vt dixi in nouis intel. cõtra cõmunẽ Doct. errorẽ, & in con. Par. § 195. et secundũ opinionem meã latum est notabile arrestũ in concessu Riomẽsi die. 10. Nouemb. 1546. dũ illic essem, et aliud arrestum me etiã præsente in hoc senatu die Mart. 22. Ianu. 1548. dixi in tract. vsur. Gallico nu. 16. cum seq. C. M.

† *Causã*) Auffrer. in ad. decis. Tholos. q. 223. dixi ad Alexa. consi. 179. in fi. lib. 7. C. M.

* *Falsitate*) de qua condemnatus fuit inf. q. 186. ad finem, addo arrestum Curiæ contra Guil. Curonne, laqueo damnatũ, mense Iun. 1523.

tionem

tionem decreti, cum onere debiti dicti Archiepiſcopi: adiudicata fuit Archiepiſcopo hypotheca tantum, non perſonalis: cum recipere hæreditagia ad onus debiti non ſit ſe obligare perſonaliter: † ſed vt contra tenentes rem fuit adiudicata hypotheca, nec fuit adiudicata pro tempore futuro, licet fuiſſet petitum: quia debitum pro parte erat purum, pro parte in diem: & erat actio nata & dies ceſſerat: licet ipſe non veniſſet, nec fuit adiudicatio quantiplurimi: quia non erant perſonaliter obligati, licet fuiſſet petitum.

+ *Perſonaliter*) *ſcilicet erga tertium abſentem, ſed bene erga eũ qui cum contrahitur, ideo ſi fuiſſet Archiepiſcopus opponẽs vel aliàs pars in inſtantia ſubhaſtationis & decreti: tunc emptores omnino fuiſſent ei perſonaliter obligati. C. M.*

QVAESTIO LVIII.

Quam habent reformatores poteſtatem.

ITem in eodem Parlamento fuit dictũ per Præſidentem in Parlamento, quòd in reformationibus hoc eſt tenendum. quòd reformatores non poſſunt cauſas audiendas & terminandas committere: quia fides eorum & induſtria eſt electa, cum propter bonum commune ſint commiſsi, ad hoc. c. quoniam Apoſtolica. §. is autem. de offi. delega. & ibi per Henricũ, niſi fuerat ſuper hoc à principe data poteſtas. c. is cui. de off. deleg. lib. 6. Item quòd eorum ſententia debet habere longam caudam ſigillatam. Tertiò, quòd debet habere ſignum notarij. nam debet eſſe ſignata notarij vel perſonę publicę ſigno. Sic fuit dictum in cauſa Gerardi Coquactoris, & Ioannis Obertichamp defenſoris: pro quo defenſore eram, pro quibus allegaui. c. quoniam contra falſam. de probationibus.

* *Gerardus*) *quia quamuis priuatus, tamẽ per ſe ipſo iure liber eſt à tali iurisdictione tẽporali. C. M.*

† *Virtute*) *hodie nullo modo admitteretur etiamſi allegaret tẽpus immemoriale, multo minus quam ad cognoſcendum de actione reali quia hæc minus territorium afficit quàm præhenſio perſonæ. C. M.*

QVAESTIO LIX.

Nota multa priuilegia nouitatis, & in quibus ſubditus abſq; Domino admittitur.

ITem nota quod in cauſa placitata inter procuratorem Regium, & Gerardũ actores ex vna parte, & Epiſcopum Sueſſionen. & eius officialem actores & defenſores ex altera, fuit dictum, quòd dictus Gerardus* erat recipiendus ad proponendum ſaiſinam, & quòd erat in poſſeſsione & ſaiſina, quòd dictus Epiſcopus non poterat eum capere in terra Domini de Cõſtrato exiſtente in villa Sueſſionen. vt in Calceya, nec eius officiarij virtute iuriſdictionis ſpiritualis eiuſdem Epiſcopi: quamuis dictus Dominus de Conſtrato ſi ſe faceret partem, & confiteretur dictum Epiſcopum ibidem habere iuriſdictionẽ ſpiritualem. Item fuit dictum quòd dictus Epiſcopus erat recipiendus ad proponendum ſe eſſe in poſſeſsione & ſaiſina capiendi Clericos non coniugatos, & coniugatos in habitu & tonſura: vt dictum Gerardum virtute † iuriſdictionis ſpiritualis in terra eiuſdem Domini de Conſtrato, in iuriſdictione ſpirituali dicti Epiſcopi, vt videlicet in dicta calceya. Item fuit dictum quòd non proponeretur de cætero, quòd officiarij Regij non poſſent capere Clericos coniugatos & non coniugatos, niſi in recenti & præſenti forefacto: quia hoc non eſt verum, imo poſſunt capere* abſq; metu excommunicationis: reddere tamen debent ſuis ordinarijs cùm requiruntur vel eos repetunt. Item fuit dictum ad contrarium, videlicet quod executores in caſu nouitatis poſt oppoſitionem non debent ſupercedere, ſed debent adimplere ac fournire † quærimoniam, videlicet partem opponentem aſtringere ad reſtabilimẽtum faciendum, & ponere rem contentioſam in manu Regia, & nouitatẽ admouere. Et quod decætero hoc fieret. Item fuit dictus Epiſcopus cõdemnatus ad reſtabilimentum faciendum de pecunia, quam habebat dictus Gerardus, cùm captus fuit, licet non eſſet contentio niſi de priſia. Fuit ratio, quia non fieret aliàs plenè reſtabilimentum, niſi reſtabiliretur in ſtatu in quo captus fuit, & vna cum rebus cum quibus captus fuit.

* *Capere*) *Late Stephan. Auffre. rep. Cle. 1. de offi. ordi.*

† *Fournire*) *Hoc hodie indicia cauſa cognita reſeruatur & bene. C. M.*

QVAESTIO LX.

De Regis Franciæ poteſtate ſuper imponendis ſubſidijs.

ITem nota quòd Rex Franciæ quomodocunq; ſibi licet imponere ſuper ſubditis ſuis immediatè vel mediatè in toto regno ſuo ſubſidia abſque* conſenſu, permiſsione, vel tolerantia ſuorum ſubditorum quorumcunq;. Secundò, quod licet concedat alteri quod imponat hoc, ſemper ſibi conceditur & habetur in vſu, dum tamen altus iuſtitiarius illorum ſuper quibus concedit, conſentiat: & ſubditi ſuper quibus conceditur, vel maior pars ipſorum. Tertiò, nullus poteſt in regno Franciæ ſubſidia imponere ſuper ſuis ſubditis, quacunque prærogatiua vel dignitate, vel potentia fulciatur vel vtatur, abſque conſenſu Regis Franciæ, qui omnium eſt ſuperior in ſuo regno. & hoc teneas, nec vnquam contrarium dicas, ne crimine ſacrilegij accuſeris, & reus maieſtatis has.

* *Abſque*) *Sed eo iure quo dicitur 1. Reg. 8. hoc erit ius Regis vbi ſumitur ius pro iniuria et violẽtia quæ ibi cõminatur ſecundum theologos, ut dixi in conſue. Pari. §. 1. glo. 5. nu. 65. Verum autem ius Regis & obſeruatio legis Dei. Deute. c. 17. C. M.*

QVAESTIO LXI.

Quando quis dicatur reperiri in forefacto præſenti.

Vigilis

VIgilia nostrę Dominę in Martio, Parlamento incœpto in festo beati Martini. 385. pro Procuratore Regio contra Episcopum Parisiensem fuit pronunciatum, quod reperire hominem suspensum qui se suspenderat, quàuis esset frigidus: & quatuor dies lapsi à tempore quo se suspenderat, vt proponebat Episcopus, erat reperire ipsum in forefacto præsenti, & bona ipsius tanquam reperti in forefacto, ad Regem spectabant, per quandam contentionem diu inter Regem & Episcopum Parisiensem factã: licet diceret contrarium Episcopus. tum quia forefactum erat iam præteritum non præsens, cùm esset iam mortuus, & quia reperiebatur homo mortuus.

QVAESTIO LXII.

Non sunt recipiendi Mendicantes ad petendum reditum sibi datum per eos perpetuò tenendum.

EOdem die fuit pronunciatum contra quatuor ordines mendicantium Parisijs, quod fuerat malè iudicatũ per Præpositum Parisien. qui condemnauerat hæredes Isabellæ de Boleyo, teneri ad reddendum cuilibet dictorum ordinum viginti libras Parisien. redituales anno quolibet per ipsos mendicantes percipiendas super quibusdam domibus Paris. existentibus: quas cuilibet ordini prędicto donauerat dicta Isabella, per eos perpetuò possidẽdas & successores suos & quod dicti mendicantes nõ erant admittendi ad petitionem ipsorum, & fuerunt in expensis condemnati. Et credo fuisse rationem eò quia fuerat expressum p donãtem per ipsos & successores suos perpetuò tenendas: quia hoc erat, & est contra substantiã ordinis sui: iuxta. §. ad hæc. in extrauagan ti. exijt qui seminat. &. §. fratres. &. c. licet in extrauagant. exiui de Paradiso: quia refert an exprimatur vt teneatur perpetuò quid immobile vel quasi, vel vt reditus: quia non valet. Si autẽ exprimatur vt vendant† pro necessarijs quærendis, tunc valet si nil dicatur: tunc etiã valet vt magis actus valeat quàm pereat: vt d. §: ad hæc.

QVAESTIO LXIII.

Non reuocatur substitutio procuratoris per mortem procuratoris substituentis.

IN Parla. 1386. finiente, fuit iudicatum me pro habitantibus de Aniou, du Maine, & pro Regina de Hierusalem & Siciliæ, nomine suo & liberorum suorum, placitante, quòd Magister Petrus Solacij pro curator in Parlamento, generalis substitutus ab Alano procuratore dictorum habitantium non erat reuocatus per mortẽ dicti Alani substituentis: quamuis esset mortuus ante dies ordinarios, ad quos dies dictus Petrus vt substitutus se præsentauerat pro dictis habitantibus, & vide rationes hinc inde facientes in. c. hi qui. de procura. lib. 6. per Archid. Gardi. & Ioan. And. inter alia allegabam, quòd lis fuerat cum dicto Petro contestata, sed ignoro: tamen semper durabat voluntas constituentium dictum Alanum procuratorem suum, qui non reuocauerat substitutũ, & tota potestas Alani dependebat ex eis.

† *Vt vendant*) adhuc Bart. in minorita. lib. 2. distinctio. 4. hoc non admittit in moribus, nisi exprimatur modus ad vsum licitum, & quòd omnes mendicantes prorsus incapaces. Fulgo. consil. 104. Titius condidit testamentum. Gemini. consil. 40. vide quæ dixi in annotati. ad Alexan. consil. 88. lib. 2. & ad Philip. Deci. c. in præsentia. nu. 69. de prob. C. M.

QVAESTIO LXIIII.

Non est diuisibilis hypothecaria.

ITem fuit dictum per Dominum Arnoldum primum præsidentem, cõtra Magistrum Ioannem de Nully, placitantem, quòd non est recipienda, nec fuit consuetudo recepta* quòd hypothecaria diuideretur in persona hæredum pro portionibus hæreditarijs.

QVAESTIO LXV.

An valeat dispositio mariti in dispositione suæ vxoris posita, quam facit solam executricem.

ITem nota quòd in eodem Parlamento fuit dictum, quòd dispositio Theobaldi Dozereau, qui in dispositione vxoris suæ quam dicebat scire suam voluntatem, posuerat residuum bonorũ suorum: & quam quo ad hoc executorem, seu executricem solam fecerat, erat valida: sed tamen fuit sibi datus coadiutor quo ad hoc, videlicet Magister Simon Frison, & hoc authoritate Curiæ requisierat pròpter suspicionem tollendam.†

* *Recepta*) Scilicet ad probandum per testes, quia tam notũ erat non diuidi, vt articulus contrarius tanquam calumnioſus reijceretur, non quin aliàs valeret consuetudo. C. M.

QVAESTIO LXVI.

Quando sunt capiendi defectus vel congedia.

ITem nota quòd fuit dictum eodẽ anno per ante dictum primum Prędidentem, quod ex defectibus vel ex congedijs obtentis in fine Parlamenti non obtinebunt partes vtilitatem, nec leuabuntur, nisi ante incœptum Parlamentum sequens leuauerint ipsos defectus, & cœperint à graphario.

† *Tollendam.*) Si vidua hunc nominauit augetur suspicio. Sed intellige in locis vbi maritus non prohibetur legare vxori, vt Aurelis & Carnoti, aliàs secus, vt dixi in consue. Parisi. §. 135. C. M.

QVAESTIO LXVII.

Quando literæ sunt primitus ostendendæ.

ITem nota quòd per eundem Prędidentem dictum fuit, quod cessio, seu transportus factus de reditu, non arreragiorum solùm, non est prohibitus, nec in hoc casu sunt tituli ostendendi.

An

QVAESTIO LXVIII.

An agendo negatoria quis confiteatur aduersarium possessorem.

ITem dictum fuit eodem anno per Arrestum, & per eundem Præsidentē pro Episcopo Niuernensi, cōtra quosdam habitantes ibidem, quod non erant admittendi ad quærimoniam nouitatis, nec ad saisinam quam prætendebant habere super Franchisia Tailliarum, eò quia ante egerant negatoria contra dictum Episcopum, confitendo quòd eosdem per viginti annos vi & violentia taillauerat, & tailliam super ipsis cœperat: quia tūc videntur ipsum possessorem cōfiteri. Secus autem si non confessi fuissent ipsum ab eisdem exegisse taillia, sed solum negassent ipsum ius habere, solum negatoria agendo, quia solum agendo negatoria nō confitetur partem aduersam possessorem. iuxta. §. æque. Instit. de act. & l. & si fortè. §. sciendum. ff. si serui. vend. & fuit quædam pars in hoc casu vltimo recepta ad agendum confessoria, licet ante egisset negatoria: quia non fuit cōfessa partem aduersam ab ipsa aliquid exegisse.

QVAESTIO LXIX.

De quibus reparationibus teneantur Episcopi & eorum executores.

ITem in Parl. fuit dictum per Arrestum pro executorib. Domini Gonterij Archiepiscopi Senonen. contra Dominum Guidonem de Roye, nunc Archiepiscopum Senonen. quod nec dictus defunctus Archiepiscopus, nec eius executores tenebantur pro reparationibus castrorum, & aliorum locorum quæ erant per hostes destructa: & idem fuit in Parla. immediatè precedenti dictum pro executorib. Domini Ioannis Nicoti Episcopi Aurielanē. pro tunc cum viuebat, contra Episcopum Aurielanen. præsentem.

QVAESTIO LXX.

An impetratio adiornamenti super attentatis impediat remissionem appellationis ad dies Domini alicuius.

ITem in eodem præsenti Parla. fuit dictum pro Domino de Syliaco. contra Ducem de Borbonio, quòd appellatio facta per gentes dicti Domini de Sulyaco ab officiarijs dicti Ducis non remitteretur ad dies dicti Ducis, * eò quia super attentatis fuerat adiornamētum signatum per manum notarij Curiæ, puta Magistri Petri Ferreli, qui hoc Curię testificauit: & fuit ad partes missum sigillatum pro exequendo, quod affirmauit procurator dicti Domini de Sulyaco, quanuis non esset adhuc executatum, saltem non fiebat de hoc fides Curiæ.

QVAESTIO LXXI.

An renuncians appellationi intra octo dies soluat emendam.

ITem nota quod est ordinatio Regia facta † anno 1365. 18. die mensis Nouemb. per quam fuit ordinatum quòd appellantes à iudicibus Regijs ad Parla. soluerent emendā 60. sol. Parisi. suppositō quòd renunciet appellationi infra octo dies à tempore appellationis emissæ, & fuit obserta ta contra habitantes de la Rochelle & la viconté de Touars: & dictum fuit per Arrestum quòd non erant recipiendi ad dicendum contrarium: quia hæc ordinatio erat generalis, & omnes ligabat de regno Franciæ in patria tamen cōsuetudinaria.

QVAESTIO LXXII.

An per easdem literas deficiens supra lecum adiornatus in casu nouitatis possit super defectu adiornari.

ITem nota quòd si aliquis fuit adiornatus ad comparandum supra locum in casu nouitatis virtute literarum Regiarū continentium casum expressum, & fuerit positus in defectu supra locum pro cuius defectu plenius videre dari & vtilitate ad iudicari per Curiam Parlamenti, potest adiornari ipse deficiēs per easdem literas quia hoc est de sequelis & cōcernentibus negocium executionis quærelæ, licet literæ sint continentes casum specialem & expressum, & non sint generales. Sic fuit iudicatum pro Domino Comite de Stampis, contra Petrum, &c.

QVAESTIO LXXIII.

Quomodo dicatur appellatio facta à seruiente deserta vel non.

ITem vidi pronunciari in eo. Parla. per Dominum Arnoldum de Corbie tunc præsidentem primum, quòd licet seruiens à quo fuerat appellatum, & non à cōmissione quam habebat à quodam Bailliuo licet reuera non fuerat adiornatus, quam uis ab ipso vt ab exequente sua commissionem fuisset appellatum: tamen appellatio non erat deserta. Eò quia mandatur Bailliuus adiornari per literas Regias & quod secum adduceret suum Commissarium seruientem prædictum, quod tunc factū fuit: quia Bailliuus adiornatus fuit, iniungendo sibi, & ideo &c. Cuius tamen cōtrarium videbatur faciendum, eò quia solùm fuerat à seruiente appellatum, & non à Bailliui commissione: & quia non fuit

* *Ducis*) *idem sup, eo. q. 19.*

† *Facta*) *per Carolum. 5. siue appellantes essent nobiles, siue ignobiles, quam Car. 7. nec pos eius, arti. 16. abrogauit, & meritò vt dixi in consuetu. Parisi. §. 52. gl. 1. nu. 123.*

fuit adiornatus ille Iudex seu Commissarius à quo fuerat appellatum, sed à quo non fuerat appellatum: licet non fuisset dubium si appellatũ fuisset à cõmissione.

QVAESTIO LXXIIII.

De Clericali priuilegio quo'ad mobilia.

ITem dictum fuit pro Ioanne Aubigoys per Arrestum, contra fratrem Magistri Draconis Porchier, quòd dictus Ioannes Aubigoys gauderet priuilegio Clericali, quamuis non esset nisi mensis quod Clericus fuerat factus per Episcopum Carmelitam per literas dimissorias: & taliter quod arrestum factum ad Requæstam dicti fratris super pecuniæ summa in Curia posita proueniente à quadam executione facta ad vtilitatem dicti Aubigoys contra fratrem suum fuit adnullatum: & dicta oppositio dicti Aubigoys, contra facta bona, licet pendente † dicta executione factus fuisset Clericus.

QVAESTIO. LXXV.

An altus iustitiarius in confiscatione præferri debeat debito Regio.

ITem per arrestum eiusdem Curiæ dictum fuit, quod oppositio Prioris S. Eligij erat mala, nec recipienda: quam opponebat contra subhastationes, quas rex fecerat fieri de quadam domo existente de quadam alta iustitia dicti Prioris ob pecuniæ summam, quam dicebat sibi deberi à quodam, qui fuerat & erat receptor suus cuius erat domus, & fuerat condemnatus ad panẽ tristitię & aquam doloris, & quod Regi solueretur. Rationes oppositionis Prioris cõtra subhastationes fuerunt istæ. Primò, quia condemnatus erat ad panem & aquam per Episcopum Paris. suum ordinarium, & propter furtum: ergo dicta domus erat confiscata dicto Priori, in cuius alta iustitia ipsa erat. Sic etiam habere debebat absq; eò quod solueret debita illius cuius fuerat. Sic vtebatur Rex * in casu pari cõtra creditores. Sic alti iustitiarij vti debebant contra ipsum: iuxta. l. d. con tractu. C. de rescinden. ven. Dicebat Regius Procurator contrarium, & quòd nõ erat recipiendus dictus Prior per sequentia. Primò non sequebatur, quia propter furtum erat condemnatus ad panem & aquam, ergo bona sua: & sic domus nõ erat confiscata † cum furtum non sit crimẽ capitale, quia nemo pro furto, &c. Secundò dicta domus fuerat empta ex pecunia Regia: ergo reputari debebat domus Regia. iux. l. si vt proponis, C. de rei vend. Tertiò erat & fuerat receptor Regius, & sic erat pecunia Reip. quam receperat, quæ erat multum priuilegiata. Quartò quia dicta domus fuerat propter dictum debitum in manu Regia posita, & subhastata antequã dictus receptor fuisset condemnatus, si condemnatus fuerat.

QVAESTIO LXXVI.

In crimine adulterij cadit duellum.

ITem nota quòd fuit dictum per arrestum Curiæ, quòd bene cadebat duellũ in & super crimine adulterij, & fuit adiudicatum: Quod propositum fuit per Do. Ioan: de Carrouge militem, contra Iacobum le Gris, quod prætendebant vim & violentiam fuisse factam per dictũ le Gris in personam vxoris dicti Carrouge.

Item dictũ fuit per aliud arrestum dictę Curiæ, quòd Thomas non erat recipiendus ad dictum duellum contra Adam Louel, quem proponebat fuisse conscium, & iuuamen dedisse per vim & violentiã dicto Iacobo in dicto adulterio committendo: nec fuit in expensis condemnatus. Ratio huius, quia non fecerat Thomas venire Parisias dictum Adam, sed eum ibi repererat. Et ratio quare dictus Thomas nõ fuit receptus: forte fuit, eò quia dictus Thomas fuit repertus Clericus super hoc interrogatus, quæ clericatura fuerat contra ipsum proposita ad finem non recipiendi: de qua noluit dictus Iacob: se iuuare, quanquã esset Clericus non coniugatus, & super hoc à suo consilio acriter consultus, vt de hoc se iuuaret, vt scio, quia interfui, sed fortè peccatum sibi nocuit. * Item fuit dictum quòd duellum non cadebat pro Do. Ademato Roberti milite appellato, contra Leonardum Vinchart, quia interrogatus per Curiam, cõfessus fuit se esse Clericum, sed in expensis † fuit condemnatus, eò quia vexauerat dictum militẽ in hac causa procedendo tam coram Mareschalis Franciæ, quàm in Curia Parlamenti, sciens se Clericum, & sic non debere duellum inter eos procedere.

† *Pendente*) *hoc est iniquũ, quia non solũm fraudem factus est clericus. sed etiam pignus prætorium rite præuenerat: ideo nõ credo huius dicto tanquam non verisimili, & contrariũ practicatur. C. M.*

* *Rex*) *falsum aut iniquum.*

† *Confiscata.*) *imò nõ possunt iudices Ecclesiastici confiscationem inducere, vt dixi in cõsu. Parisien. §. pe. C. M.*

* *Nocuit.*) *quia victus fuit, vt infra post. q. 85.*

† *Expensis*) *quas voluntarias vocant.*

QVAESTIO LXXVII.

An in causa duelli sit dies dicenda, & alibi recipiendum.

ITem nota quòd dictus Carrouge noluit dicere diem, qua prætendebat fuisse commissum dictum adulterium: & tamen fuit receptus ad dictum duellum, & ipsum adiudicatum.

Item nota quòd dictus Iacobus proposuit alibi se fuisse continuè de 15. dieb. ante diem & post diem, qua cõfessus fuerat,

aliàs dictus Carrouge dictum adulterium fuisse cõmissum, & de septimana tota qua pars aduersa confitebatur ipsum adulterium fuisse commissum, & tamen non fuit receptus ad hoc, quod fuit mirabile: sed forte hoc fuit ꝓpter aliqua quæ fuerunt per informationes reperta. Itẽ nota quòd ꝓponi fecit errores contradictum arrestũ dictus Iacobus, sed non fuerunt recepti.

QVAESTIO LXXVIII.

Qualiter fundare se habeant res Parla. in Requæstis Palatij.

ITem nota quòd Procuratores Parlamẽti ratione procurationum in Curia Parlamenti existentium non possunt se fundare Requęstis palatij. †etiam in causis de eodem Parlamento eisdem cõmisis: supposito quod ipsi Procuratores hoc velint & consentiant, nisi hoc concesserit Curia Parla. quod concedere non possent dictæ gentes requæstarum: vel nisi ostendãt coram dictis Dominis requęstarũ dictas procurationes, vel tantundem per modum Originalis collationum cũ Originalibus dictarum procurationum per grapharium Curiæ Parla. partib. præsentibus. Sic fuit dictum contra Petrum Branelli pro Petro Haste, quorum Procuratores tenuerant se fundatos per ꝓcurationes in Curia Parlamenti existentes, de qua fuerat remissa & cõmissa causa inter dictas partes ad dictas gentes requęstarum, & contra Margaritam de Rei, pro hæredibus de Mailon.

† *Palatij) quia est aliud tribunal, secus de cõmissarijs Curiæ, quos uocant ad barram parlamenti. C.M. Difficile est sub inimico iudice litigare. l. non distinguemus §. cum quidam. ff. de arbi. l. si pariter ff. de lib. cau.*

QVAESTIO LXXIX.

De causa remissa ad Episcopalem audientiam de Parlamento.

ITem nota quod Ioannes Bolociau, qui captus fuerat per Bailliuum Episcopi Paris. ob suspitionem cuiusdam raptus, & qui à dicto Bailliuo appellauerat ad Curiã Parlamenti: renũciauit appellationi suæ, & Curiæ supplicauit vt retineret causam penes se, attento quod Bailliuus erat de consilio dicti Carrouge in dicta causa duelli, & quòd dictus Bolociau prosequebatur causam dicti Iacobi, & quod ipse erat de hospitio Comitis Alẽconij, qui de suis gentibus habebat cognitionem: & qui nõ placitabat nisi in Parlamento. Sed hoc non obstante, fuit causa remissa ad Curiam dicti Episcopi, qui de dicta causa cognouit: tamen dictus Bailliuus se noluit amplius intromittere de ipsa, propter suspitionem tollendam.

De anno domini. 1386. parlamento initiante.

QVAESTIO LXXX.

An seruiens authoritate propria possit parem Franciæ adiornare.

DIctum fuit per arrestum pro Archiepiscopo Remensi, contra Girardum le Cordier, quòd malè fuerat adiornatus dictus Archiepiscopus in causa nouitatis & saisinæ per executorem, eò quia mandabatur adiornari opponentem coram Bailliuo Viromaden. & adiornauit Archiepiscopum Remensem opponentem ad Parlamentum, non consentiente ipso vel eius Procuratore, quare obtinuit Archiepiscopus congedium.

QVAESTIO LXXXI.

An pœnæ sint soluendæ.

ITem per arrestum fuit condemnatus Dominus Dierre ad pœnas * petitas cõtra ipsum, eò quod die statuto retinuit quendam non soluerat Religiosis de Magna Cathurien. videlicet 10. solidos pro die quolibet.

* *Pœnas) Sed nuper per aliũ arrestũ di. 14. martij. 1533. spernatæ fuerunt similes pœnæ, vt dixi in tract. vsuranu. 813. in fi. Vide in. d. tra: in. q. 25. q. 80. Et nuper pro Lanys Meldensibus contra cap. respondi spernendas esse. C.M.*

QVAESTIO LXXXII.

Quæstio ponderosa, quam sustinui pro Episcopo Aurelia. contra Gilletam de huigueto, & est talis.

EPiscopus Aurelia. dicebat quod virtute iurisdictionis suæ spiritualis bannierat Ioan. Guignety Clericum suum nõ coniugatũ ratione meurtri per eum perpetrati in personam Stephani Germain, quare petebat contra Gilletam bona sua mobilia per eam sibi restitui, quę tenebat: nec non hæreditagia dicti Clerici in sua iurisdictione temporali situata, †tanquã sibi per hoc cõfiscata, & quod ad hoc condemnaretur & compelleretur, &c. Pars aduersa dicebat contrarium, & quod Ecclesia bannire non poterat virtute iurisdictionis spiriritualis. Primò hoc ad temporalem iurisdictionem spectabat, quia hoc est aliquẽ de temporali iurisdictione priuare, quod nõ potest iudex spiritualis per suam iurisdictionem spiritualem. Secundò, quia esset per iurisdictionem spiritualem temporalem confundere, quòd non est recipiendum. Tertiò temporale non est subiectum spirituali quo ad hoc: ergo, &c. facit. l. relegatorũ. §. sicut autem &. § dubitatum. ff. de interd. & releg. Quartò Ecclesia nil potest vltra anathematizationem post depositionem & excõmunicationẽ. Nam dicit textus, cùm non habeat vltra quid faciat, &c. c. cum non abhominẽ de iud. extra. Quintò dicebat vlterius, quod cõsuetudo erat in Archiepiscopatu Senonensi, quod per bannum factum per iuris-

† *Situata) Oldra. q. 17. decis. Tholo. 150. Ro. sing. 572. fa. infra. q. 85. C.M.*

iurisdictionem spiritualem non confisca bantur bona. Quare concludebat vt supra. In contrarium proposui pro dicto Episcopo. Primò quod repetitur, quod Archiepiscopus compulit suum Clericū abiurare suam prouinciam: & post permisit exulare, quod nō est aliud quam bannire† in effectu & substantia. c. ad audientiam. de crim. falsi. Secundò ad idem, reperitur quendam subdiaconum Hilarium nuncupatum fuisse depositū ab officio & beneficio, & post verberibus publicè castigatum, & in exilium per Ecclesiam deportatum. c. 1. de calum. Tertiò in. c. accedēs. 63. dist. c. in synodo. 2. q. 1. §. in primo. 3. q. 4. c. hi qui. & q. 6. c. accusatoribus. & 17. q. 4. c. aduertendum: reperitur Clericū fuisse in exilium perpetuo deportatum, quę deportatio banno æquiparatur: iux. nor. Insti. quibus mo. ius Pa. pote. solui. §. relegati. Quartò reperitur Papam dixisse de insequente Cardinalem, diffidatus, bannitus, &c. vt. c. Felicis. de pœnis lib. 6. Quintò hoc tenet Ber. in. d. c. 2. de calum. Io. in d. c. in Synodo. & idem Hosti. Io. And. in nouella. in. d. c. cum non ab homine. Sextò hoc est dicere contra clauem Ecclesiæ, quæ est potestas spiritualis, qua iudex ecclesiasticus dignos recipere & indignos expellere debet à regno, scilicet cœlesti vel spirituali. Septimò hoc est impedire Iuris dictionem ecclesiasticam. Et caueant ne sententiam excommunicationis tales incurrant. iux. c. administratores. 23. q. 5. & c. quoniam vt intelleximus. de immu. ec. lib. 6. Octauò hoc est diminuere compulsionem coactiuam quam habet Ecclesia, quod periculosum est. c. nouit ille qui nihil ignorat iuxta processum factum. in extrauaganti, licet iuxta doctrinam Ioannis 22. quem pauci habēt. Nonò dicebā quod posito quod nō esset Canon, nec decretalis, nec doctorū opinio, nec extrauagans, quæ hoc diceret, tamen hoc dictat ratio. Primò, quia Episcopus in sua diocœsi, & Archiepiscopus in sua prouincia habēt iurisdictionē ordinariam & spiritualē: quia ius terrendi & monendi iux. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sin. nota. per In. c. cum contingat. de fo. com. c. 2. de of. ord. & c. cum Episcopus. &. c. vt litigātes. eo. tit. lib. 6. Ie dy donc que tout ainsi cōe le iuge temporel peult bannir de sua iurisdiction temporelle son subiect lay, tout ainsi peult le dioceſain ou archeuesq; bannir son clerc de sa iurisdiction spirituelle.*

Oultre il ne prononce rien sur le temporel, ne du tēporel: mais sa chose spirituelle cōe son clerc subiect, il met hors par ban de sa iurisdiction spirituelle. ¶ Item & parce il se ensuyt confiscation de biens: car bannitus (cōme ie ay dit) qui paratur deportato, qui pert ses biens: per cōsequens iuxta. l. 3. C. si pen. ap. mors inter. & l. fi. C. si reus vel accu. mor. fuerit. ¶ Itē & ce appert par raison ciuile per totum titulum de requirendis reis, vbi absentantium se propter delicta post euocationem per edicta facta bona annotantur, & post annū fisco applicantur, l. ij. & l. anni. & l. annus ff. de requiren. reis. ¶ Item hoc habet consuetudo † generalis & notoria in prouincia Senon. & Episcopatu Aurelian. Secundò probatur, quia si diocœsanus nō posset bannire clericum suum absentem, ppter delicta post euocationes debitas, melioris esset conditionis fugiens, si bona eius nō confiscarentur, quam ille præsens cuius bona esset confiscata post condemnationem ad panem & aquam perpetuò, quod esset iniquū. iux. l. Seruius. ff. quod vi aut clam. & l. nō solum. de noxa ac. imo esset reprehendendus diocœsanus si hoc non faceret. Tertiò hoc esset damnum dominorum temporalium in quorum alta iusti tia Clericus haberet bona: cum bona eius non confiscarentur ipsis per bannum, ordinarij non: quia per propositū partis aduersæ banniri non potest: per bannum iurisdictionis temporalis non, quia hoc nō posset cum non sit eius subditus, quia Clericus. Quartò potest plus Ecclesia quam bannire, quia non solum à participatione sacramētorum ipsum priuare potest, sed à communione hominum: & durum est cum hominibus conuersari, & hominum suffragijs carere: iuxta. l. hi. qui. C. de apostatis. & quod plus est, potest anathematizare, quod est æterna mortis damnatio: iuxta. c. nemo. &. c. omnis Christianus. 11. q. 3. potest etiam ad panem & aquā in perpetuum vel ad tempus condemnare. iux. c. nouimus. de verb. sig. &. c. quamuis. de pœnis. lib. 6. Ad contraria omnia patet solutio per prædicta, excepto solum ad c. cū non ab homine. Ad quod respondeo multipliciter. Primò videatur de quo ibidem quærebatur. Certè quęrebatur an Rex vel secularis iudex iudicare possent Clericū. Et respondetur quod Clericus in adulterio, homicidio, * vel periurio, vel alio crimine cuiuscunq; sit ordinis, Clericus in

† *Bannire*) *sed quod nō possit tex. in. c. 2. de cleri. excom. ministr. in Auth. de sanctiss. Episco. §. nisi si quis cō tra clericum. coll. 9. Iordan. Brini rep. §. si cōtrahentes. in c. Romana col. 19. defor. cōpet. in 6. & ita obseruatur quicquid iste dicat. C. M.*

* *Spirituelle.*) *quasi species sit iurisdictionis ciuilis, & differrata temporali vt municipalis à Regia vel iurisdictio Baronis à iurisdictione Ducis vel Comitis. Iste vt & plerique canonistæ & Iudæi de potestate Messiæ non intelligebat quid esset iurisdictio spiritualis quæ in solo ministerio verbi Dei, & disciplina Ecclesiastica, quā canonicam veteres recte vocant, consistit. C. M.*

† *Consuetudo*) *quæ post concliones Do. Petri Cognerij merito exolescere cœpit. C. M.*

Illa l. 3, parum facit ad rhombum, melius facit. l. j. de bon. dam. ff. Non debet esse melioris conditionis nocens quàm innocens, Sermones enim sunt intelligendi secundum materiam subiectam l. si vno. ff. locati.

* *Homicidio*) *Id quod in facti contingentia euenit Parisijs.*

anno 1330. nonis Maij, de sacerdote vicario Do. Anto. de Cõbes, sacerdotis curati de Meris, Domini sui, quem clam nocte cum famulo occiderat, q degradatus, postea vivus fuit conbustus, & bene, quamuis anno 1345. con uictum lesæ maiestatis simplicem clericum & officialem Regium noluerit Episcopus Parisiensis degradare, Rege cum vultis & mandatis Papa instante, sed in schalairridẽdum produxerit, tantæ morositatis erant Episcopi vt in annalibus Ægidij. l. 2. C. M.

tali crimine deprehensus & conuictus ab Ecclesia est deponẽdus: & sic patet quod non est per secularem iudicem iudicandus. & ad hoc ibidem respondet tacitè & vltra procedit, scilicet quod si sit incorrigibilis, est excõmunicandus: & crescente eius contumacia, est anathematizandus: & si in profundum malorum veniens contempserit, & vltra ne sit perditio malorũ, scilicet si dimitteretur abire, cũ Ecclesia non habeat vltrà quid faciat, est per potestatem secularem cõdemnandus, & tunc imponatur eidem exilium, vel alia legitima pœna per potestatem secularem. Sed quæro pro eo quando est quòd Ecclesia non habet quid vltrà facere possit: dico quod est quando est degradatus iux. c. degradatio. de pœn. lib. 6. quia tũc est factus de foro seculari, & iudici seculari per Ecclesiam tradendus. Sic intelligitur illud cap. hoc patet per dictum cap. nouimus. de ver. sig. Sic ibi per Pe. Ber. Host. & Henri. quia aliter dicere scilicet quòd non haberet Ecclesia, quid vltra faciat post anathematizationem, est falsum per prædicta. Secundò potest sic responderi quãdo dicitur qnòd Ecclesia non habeat, &c. videlicet ad proficiendum ipsi malefactori. quia non vult se corrigere, & hoc innuit tex. quia ibi medicamenta omnia sibi fuerant inflicta & remedia medicinalia, vt excommunicatio quæ medicinalis est: iuxt. c. cum medicinalis. de senten. excom. lib. 6. & dicitur & si in profundum, &c. & post ne sit vltrà perditio malorũ, &c. quia Ecclesia cum non potest proficere, inuocat brachium seculare: iux. c. 2. de off. ordina. & c. 2. de Clerico excomm. mini. Tertiò, potest sic intelligi cũ non habeat &c. quia est potens & nobilis homo de quo Ecclesia nõ potest habere superioritatem, quia tunc potest inuocare potestatem secularem. Quartò, sic potest intelligi quod loquatur solum in deposito nõ degradato, sed quando Ecclesia sic processit: vt in dicto. c. degradatio loquitur: talis Clericus incorrigibilis amittit priuilegium clericale, nec mirũ, quia facit immiscendo se sæuis post trinam monitionem si se nolit corrigere. iux. c. in audientia. &. c, contingit. de senten. excom. ergo & iste, & tunc Ecclesia nõ tradet iudici seculari, quia nõ degradatus, sed potestas secularis capiet si voluerit, & faciet quod dicitur in. d. l. c. non quia Ecclesia non posset imponere exilium, quia posset per prædicta. Non obstant. §. sicut autem. &. §. dubitatum superius alle. quia verum est quod qui interdicere prouinciã. Sed Epiſcopus habet iurisdictionem spiritualem: sequitur ergo quod qui non habet insulam, non potest in insulam relegare: & qui non præst prouincię, non potest de ipsa suum Clericum bannire propter delicta enormia fugientem post debitas euocationes. Sic faciunt pro me dicti. §§. Hac causa placitata, fuit appunctuatum per Dominum Stephanũ de Grangia tunc præsidentem, quod Curia consideraret allegata, & faceret tam ad hunc finem quàm ad alios ad quos partes tendebat ius: quid faciet ignoro, sed credo de iure Ecclesiam bannire posse suum Clericum.

+Credo) & bene sa. supr. co. q. 1. & infra. q. 8. C. M.

QVAESTIO LXXXIII.

An conuentione facta pro muliere maritanda, quod certa pecunia vxorandæ ponatur in depositum, vt conuertatur in hæreditagium pro ipsa & hæredibus ipsius matrimonij, & vt sit ipsorum hæreditagium: & post moriatur maritus post matrimonium factum absq; eo quòd pecunia fuerit conuersa, nullis ex illo matrimonio procreatis liberis, capienda erit pecunia ante omnia super bonis mariti ad vtilitatem vxoris: vel si pecunia fuerit viuente marito depositа, sit conuertenda in hæreditagio pro ipsa vxore.

VIdetur quod non per sequentia. Primò quia illa conuentio est personalis, & personalia sunt communia inter virum & vxorem. Item videtur vnum debitum cum nil fuerit conuersum, quod est personale: & sic commune inter virum & vxorem. Item huius contrarium dicere esset contra consuetudinem quæ dicat conquęstus, mobilia & debita communia inter virum & vxorem diuidenda æqualiter inter superviuentem & hęredes mortui. Item si mulier ante matrimonium debebat, seu debuerat viro futuro: vel contra: vir mulieri matrimonio cõtracto, confunderetur debitum pro parte, eò quia communicaretur: sic in proposito videtur dicendum. Contrarium credo † per sequentia. Primò, quia conuentiones in cõtractu matrimonij factæ sunt tenendæ, quia aliàs fortè non fuisset matrimonium factum quod aliàs factum teneret: & non adimplerentur conuentiones quod esset iniquum. Secundò, dicere cõtrarium esset contra voluntatem contrahentiũ qui sic voluerunt. Tertiò, melioris esset conditionis qui non conuertisset quàm qui conuertisset, & sua negligentia, vel dolus proficeret suis hæredibus, quod esset iniquum.

quum. Quartò, esset repugnantia in iure & æquitate: quia quæ deberet esse creditrix solum, efficeretur creditrix & debitrix, respectu eiusdem, quod esset absurdum & iniquum. Non obstant contraria, quia hoc faciunt conuentiones in contractu positæ, secus si nullæ tales positæ fuissent vt in contrarijs.

QVAESTIO LXXXVII.

An si maritus redimat de pecunia communi suum hæreditagium ante matrimonium per ipsum venditum, sic quòd quando sibi placeret redimere posset infra certum tempus: an ipso redempto habeat mulier, seu vxor, partem tanquam in conquæstu.

Videtur quod non, quia ex quo habuit facultatem redimendi, non videtur venditum: & per consequens nec redemptum. Item quia si maritus retrahat hæreditagium de latere suo, mulier non habet medietatem, aliàs nec partem tanquam de conquæstu: ideo nec sic in proposito, videtur tamen in cõtrarium. Primò, quia de communi pecunia redimitur, & sic partem habere debet, aliàs maritus defrauda ret vxorem. †Secundò, quia si nil in re habeat, saltem hæredes sui debebunt in mediate pecuniæ recompensari per maritũ, quid dicendum? Credo sic dicendũ, quod si solum vendidisset absque* eo quod deuestisset, & quod emptor nõ fuisset in possessione positus, & per consequens nec Dominus factus: & post redimat maritus, quod vxor in illo nil habebit. Ratio est, quia in hoc casu non est rem emere vel redimere, quia nullũ ius habuit emptor, quia non habebat nisi personalem prosecutionem, quæ soluta est per pecuniæ traditionẽ sibi per maritum factam: nec per hoc habet maritus in re per ipsum vendita, quàm prius habebat. Sed secus si fuisset emptori res vendita & tradita realiter, & de facto, & quòd Dominus fuisset factus: quia tunc esset vera venditio, secundus contractus & cõquęstus de pecunia communi factus in quo mulier deberet habere medietatem: nec in hoc casu sufficeret eius hæredes recompensari in medietate pecuniæ, vt in retractu eo, quia retractus fit solùm gratia, & per beneficium illius qui & cuius nomine retrahitur, & tanquã eius hæreditagium: sic totum debet habere, & hæredes alterius in medietate precij recompensari. Secus in casu præsenti.

QVAESTIO LXXXV.

Nota de duello Iacobi le Gris.

ITem nota quod die sabbathi post natalem Domini. 1386. qui dies fuit festum B. Thomę post natalem fuit factum duellum inter Iacobum le Gris, & Dominum Ioannem Carrouge: retro muros S. Martini de Campis, & deuictus fuit dictus Iacobus & mortuus, & habeo scrupulum quod fuerit Dei vindicta, & sic pluribus visum fuit qui duellum viderunt, eò quia dictus Iacobus contra consilium consiliariorum suorum voluit se iuuare priuilegio Clerici, quamuis esset Clericus non coniugatus, & defensor: & hæc scio, quia de eius cõsilio fui. Alijs autem visum fuit, quod fuit Dei vindicta, eò quia omnes ferebant communiter quod conscius erat criminis† propter quod fuit duellum adiudicatum. Cuius contrarij tamen pluries affirmauit per iuramentum dictus Iacobus, scilicet nunquam factum feciſſe, nec conscium fuisse, quod eius conscientiæ relinquo. Item nota quod per magnũ consilium fuerunt litiæ factæ ad similitudinem illarum de Gisortio, quę factæ fuerunt ante ducentos annos, sed dicebatur quod non debebat haberi respectus ad ipsas, eò quia factæ fuerunt propter duos qui bellarunt pedes non eques: litiæ autẽ sancti Martini fuerunt restrictæ ad modũ dictarum litiarum de Gisortio, quia erant ante factæ propter bellum voluntarium, quod credebatur fieri inter Dominum Guidonem de la Trimolle, Dominum de Sulyaco, & quendam Anglicum nuncupatum Dominũ Petrum de Courtenay. Sequuntur præsumptiones cõtra dictum Iacobum le Gris, quas habebam, & plures alij. Primò, quia cùm venit Parisias, interogauit me, an ipso per duellum accusato, & per ipsum obtento posset postea per viam ordinariam, vel per quæstiones contra ipsum procedi. Secũdò, an alibi in tali materia recipi deberet. Tertiò, de die qua dicebatur aduersarium suum maintenir factum fuisse, an posset ipsum mutare aduersarius suus, vel in ipso variare. Quartò quia post vadium adiudicatum infirmatus fuit. Quintò, quia modicum ante ingressum campi se militem fieri fecit. Sextò, quia quamuis esset defensor militum, crudeliter iuuasit aduersarium suum & pedester, licet habuisset auantagium si equester feciſſet. Septimò, quia licet Carrouge esset debilis propter febres quas longo tempore habuerat, & apparebat seu appareret dictus Iacobus robustus, ta-

+ *Nemini sua fraus prodesse debet. l. siue hæreditaria. ff. de nego. gest. l. nõ solum. ff. de noxa. act.*

* *Absque) sed nonde venditione perfectafuit dus erat hypothecatus reali & immobili hypoteca, eadem ratio ac perpetua seruitus super fundo redempta, quare hæc breuis distinctio non sufficit, dicendũ vt dixi in consue. Parisien. §. 110. C. M.*

† *Criminis) scilicet adulterij vt. su. eo. q. 76. q. 79. infr. q. 86. in fi. C. M.*

Præsumptiones quæ habebantur contra dictum Iacobum le Gris occisum in duello.

Præsumptiones contrariæ quæ faciunt pro eo.
Nemo præsumitur immemor suæ salutis: epist. inter clarat. §. petimus ergo, C. de sum. trinit. & fide cath.
**Duello) supr. q. 85.*

men deuictus fuit ipse Iacobus, quasi miraculosè, quia non poterat se dictus Carrouge iuuare. Octauò, quia vxor Carrouge constans fuit semper dicendo factum euenisse, tam in puerperio quàm die duelli: ad quod duellum ducta fuit super curru: sed cito per Regis præceptum remissa. Nono, quia debiliter fuit locutus Præsidentibus cum ipso de concordia loquentibus. Decimò, quia semel me interrogauit an de iure & facto suis dubitarē, quia me cogitare videbat. Vndecimò, quia mihi dixit quod cum audiuit rumorem quòd Carrouge volebat ipsum prosequi super hac causa, fuit citò confessus presbytero. Sequuntur præsumptiones pro ipso. Primò, quia semper affirmabat & per iuramentum nunquam fecisse, & Deum deprecabatur vt ipsum iuuaret in ipso negotio, secundum quod bonum ius habebat, & non aliàs, & hoc fieri vidi per ipsum vicesies, & die duelli fecit. Secundò quia fecit deprecari in omnibus religionibus Parisijs, vt deprecarentur pro ipso Deum, vt ipsum iuuare vellet secundum bonum ius quod habebat, & secundū quod erat innocens de illo facto, & quòd nunquam fecerat, & non aliàs: & sic fecit die duelli. Tertiò, quia erat homo boni status & honesti. Quartò, quia nemo immemor suæ salutis &c. Quintò, quia Dominus de

†*Videtur) hæc in terminis consuetudinis Parisiensis & similis vbi sufficit esse coniunctū à latere, nec requiritur defectus à stipite, vt dixi in consu. Parisien. §. 112. C. M.*

Alenconio scripserat Regi, & dominis a-uunculis suis dictum Iacobum non esse culpabilem. Sextò, plures milites affirmabant ipsum fuisse cum Domino de Alenconio tota die continuò qua aduersarius suus dicebat factum eum fecisse, & pluribus diebus continuis ante proximis. Septimò, quia Adam Louel qui dicebatur conscius eiusdem delicti fuerat quæstionatus, & domicella illa, quæ dicebatur fuisse illa die in domo dē Carrouge, & nil confessi fuerant, sed dicebant aliqui quòd nolebat aliquid confiteri: tum quia confessus fuerat super illo facto, & vlterius confiteri non tenebatur: tum quia fuisset eius filijs & amicis vituperio, & quodammodo fateretur contra affectionē Domini de Alenconio qui asseuerauetat dictū Iacob. non esse culpabilem de ipso facto: attamē nunquam fuit scita veritas super illo facto.

QVAESTIO LXXXVI.

De adiudicatione facta damnorum, iniuriarum, & expensarum in duello.

NOna die Ianuarij. 1386. fuerunt adiudicata Domi. Ioanni Carrouge pro damnis, iniurijs & expensis per ipsum sustētis in dicto duello *sex millia Francorū.

QVAESTIO. LXXXVII.

Quando conquæstus fiant hæreditagia.

QVæstio fuit hæc. Frater Ioannis de Mont mirail, quosdam cōquæstus fecerat immobiles durante eius matrimonio, pòst decesserunt ipse & eius vxor, relicta quadam filia, ad quam per successionem spectauerunt omnia bona ipsorum: pòst decessit ipsa filia, relicto Domino Ioanne eius patruo, nec non Domina de Sarny, & Simōni Buòrdon, relictisq; eiusdem filiæ parētibus, ex parte matris suæ in gradu remotiore, quàm esset dictus Ioannes ipsius filiæ patruus: modo quærebatur ad quam spectarent dicti conquęstus immobiles facti per fratrem dicti Ioannis & eius vxorem, an pars dimidia ad dictum Ioannem tanquam hæreditagium veniens à fratre suo mortuo, & alia pars ad dictos Dominam & Simonem, vt hæreditas veniens à matre dictæ filiæ: vel omnes spectarent ad dictum fratrem proximiorem eiusdem filiæ hæredem. Videtur primò quod spectarent ad dictum Ioannem, per sequentia: nam non fuit hæreditagium parentum dictæ filiæ: sed cœpit esse hæreditagium in personam vbi fecit stipitem: sed fuit conquæstus à parentibus ipsius filiæ: ergo proximior habere debet, vt Ioannes ante dictus proximior dictæ filiæ eius neptis. Secundò, verum est dicere, quod non veniret ad dictos Dominam de Sarny & Simonem Bourdon, vt hæreditagiū matris dictę filię, sed vt cōquæstus quem acquisiuerat, & vt hæreditagiū dictæ filiæ in cuius personam cœpitesse hæreditagium, ergo in ipsius hæredes proximiores venire debet, vt in dictū Ioannē.

Videtur † contrarium per sequentia. Primò, quia verum est quòd dicti conquæstus veniunt à patre & matre dictæ filiæ in ipsam: & sic ex duobus lateribus: ergo parentes ipsius filiæ ex parte matris deberent habere mediam, & parentes patris aliam mediam, vt sunt dictus Ioannes & dicti Domina & Simon. Secundò, quia si sine liberis dicti frater & eius vxor decessissent, dicti Domina & Simon succesissent dictæ matri, & habuissent partem dictorum conquæstuum, & non dictus Ioannes, cùm sit extraneus dictæ matri, & dictus Ioannes in partem aliam ipsorum dicto Ioanni fratri, & non dicti Domina & Simon, cùm essent dicto fratri Ioanni extranei, nec deberēt esse deteriores conditionis, eò quia filia successit. Tertiò, verum

rum est dicere quod dicti conquæstus facti per dictos fratrem & eius vxorem fuerunt ab ambobus facti, & venerũt ex duobus lateribus dictæ filiæ, videlicet patris & matris: ergo venientes ex latere matris habere debent partem venientem ex latere matris: & venientes ex latere patris, partem venientem ex latere patris. Quartò, non habet locum quod dicitur, quod venientes ex vno latere habere debent immobilia ex illo latere prouenientia. Quintò, non fuerunt conquæstus dictæ filiæ, sed hæreditagium: ergo proximiores habere non debent, sed venire debent ex vtroque latere: scilicet parentes eius matris medietatem, & parentes patris aliam medietatem, cùm proueniant ex illis lateribus. Sexto fiscus * habet antequã illi de latere matris partem venientem ex latere patris, & econtra. Et sic fuit dictum in Castelleto nemine contradicente, de quo fuit appellatum per dictum Ioa. & finaliter renuntiatũ. Sic res transiuit in rem iudicatam, per prædicta solue contraria.

QVAESTIO LXXXVIII.

Supernumerarij non habent causas in requæstis palatij, nec sunt immunes à sex solidis pro sigillo, trauersis & passagijs.

DVodecima die mensis Februarij anno domini. 1386. fuit quædam ordinatio facta per Regem. 16. mensis Ianuarij eodem anno, & in præsentia Dominorum Ducum Bituricen. & Burgundiæ in Parlamento publicata, continens in substantia quod illi qui sunt de consilio regio extra † numerum & vadia, non gaudebunt immunitate habendi causas in Requæstis palatij: & non soluendi sigillum Regium cum impetrant, nec Franchisiæ non soluendi pedagio per regnum Franciæ.

QVAESTIO LXXXIX.

An plures proijcientes vadia in causa duelli à parte sint recipiendi.

DEcimaquarta die mẽsis an. do. 1386. in causa duelli, tunc pendente & placitata in Parl. inter Dom. Petrum dictum le Baudouyn militem appellatũ ex vna parte, & Dominum Leonem de Arrarijs aliàs de Arenarijs militem appellantẽ ex altera, Dominus de Hangest vnà cũ dicto Leone iecit vadium suũ: & dominus Regnẽ frater dicti Petri ꝓiecit vnà cũ fratre suo defendendo, Sed ꝓ parte dicti Pe. fuit requisitum q, dictus de Hangest emendaret dictam proiectionẽ per rationes sequentes. Primò, quia diem non habebat dictus Dominus Pet. contra dictum de Hangest: sed solum contra dictum Leonem. Secundò, quia accusatus erat dictus Petrus ꝓ dictũ Leonem in causa vadij: sic simul & semel per aliũ accusari nõ poterat. Tertiò: quia interesse * ꝙd habebat dictus de Hengest erat nullũ, quia extraneus defuncti qui dicebatur per præceptũ dicti Petri occisus. Quartò, vt aduoatus non poterat prętendere proiecisse: tũ quia non fuerat requisitus super hoc ꝓ dictũ Leonẽ: tũ quia Leo erat sanus & hilaris, & quia ad aduoatum non spectabat, ꝓijcere vadiũ, nec in ipsum deuictum fieret executio, sed in aduoantẽ sic apparebat totum iniuriosum, & sic debebat emẽdare: nã vt pars facere videbatur ꝓ hoc aduoando facta quæ ꝓpoſuerat aduoatus cõtra dictũ Pet. Quinto, sic fuerunt plura vadia ꝓiecta in causa duelli inter Do. Comitẽ Sabaudiæ appellantẽ ex vna parte, & Marquisiũ de Saluces appellatũ ex altera: hoc fuit cõtra ius & rationẽ: & quãuis non fuerint reprehensi, ꝓijcientes nec condẽnati, hoc fuit, quia non fuit cõtra ipsos cõclusum. Finaliter ꝓ hoc mihi placitanti fuit dictum ꝓ Curiã, eo quod in præteritum fuerat toleratum vadiorũ ꝓiectio facta ab alijs quã à parte appellante absq; punitione seu amenda dictus de Hangest nõ emendaret: sed fuit, ꝓhibitum ne decætero aliquis proijceret, nisi partes principales, † & ꝙd aduocari nõ cõsulerẽt decætero contrariũ. QVAES. XC.

An sit peculium ex parte appellati * non dementiri appellantem. †

VIdetur quod sic. Primò, quia videtur caueri in stylo quod sic fiat. Secundò quia appellatus non dicens, vel dicere nõ faciẽs, videtur omittere ꝓpter diffidentiã causæ. Tertio, quia dicitur in stylo quod sufficit quod dementiatur appellans per appellatum post ꝓpositа per suum aduocatum: & si antè non fiat, non habetur pro cõuicto: vt habetur in titulo de duello, rubrica de propositione &c. Sic innuere videtur quod dementiri debeat post ꝓposita. Credo cõtrariũ ꝓ sequẽtia. Primo, quia quod dementiatur est ꝓmissum appellato in eius fauorẽ contra appellantẽ, qui contra omnia iura & consuetudinẽ generalẽ regni Franciæ cœpit viã vadij, & imponit ipsi appellato tanta crimina sicut sunt illà quæ sunt apta ad vadia, ergo si omittat, nõ nocet sibi, quia quod est in eius fauorem, &c. Secundò reuera nõ ꝓmittitur in accusatione ordinaria, siue fiat à parte, siue ab officio, quod pars demẽtiatur: & sic fieret

* *Fiscus*) ego semper tenui contrarium, scilicet fiscum excludi, & tãdem opinio mea confirmata fuit arresto, & obseruatur, dico in consu. Parisi. §. 147. C. M.

† *Extra*) tex. l. 1. §. quod autẽ. C. de collegi. li. 11. l. ne plures. C. de sacrosc. Eccl. l. administrãtes. §. 1. de excusa. tut. Alberi. 2. statu. q. 190. Ang. l. cessante C. de commer. & merca. C. M.

* *Interesse*) requiritur ergo interesse propriũ quum & grauc. C. M.

† *Principales*) & benevt tanto minus pecce tur. C. M.

* *Appellati*) scilicet ad duellum.

† *Appellãtem*) id est prouocantem ad duellũ.

emendaret pars dementiens. ergo est in causa duelli in fauorem appellati introductum, cui fauori renuntiari potest absque præiudicio: nec videtur non dementiens in causa duelli plus puniri debere, quam in accusatione ordinaria. Tertiò pars appellans non potest de hoc conqueri, eò quia non dementiatur: quia fit ei honor & fieret dedecus de contrario. Quartò nó cauetur in stylo † quod sit necesse quod demetiatur aliquis, aliàs quod ex hoc pars lucretur. Quintò, quod commodum ex hoc potest reportare pars appellans, quod ex hoc adiudicaretur duellum, non quia hoc esset nouum inducere casum adiudicandi duellum, quod esset contra omnia iura mundi, consuetudinem & ordinatio nẽ Regis Philippi Pulchri, quod pro confesso haberet pars appellata, non quia negauit proposita per partem suam aduersam fore vera & se defendere &c. ergo patet quod non confitens factum non habetur pro conuicto, quia non est habendus pro conuicto, nisi in campo conuincatur, vel nisi cófiteatur factũ: sed constat quod in campo non fuit conuictus, nec confessus per prędicta, ergo, &c. Sextò si aliquod commodum posset reportare. hoc esset in casu quòd duellum adiudicaretur per Curiam, quia in hoc casu concludit pars appellata in duello vadium suum proijciendo. ergo ante præmaturè peteretur commodum, eò quia non fuit dementita. Per prædicta responderetur ad contraria: & scias quod in dicta causa duelli dicti Domini Petri, non fuit dementitus dictus Leo, & ex eo nihil dixit: nec aliquod commodum petijt eius aduocatus, attamen fuerat dementitus in eadem causa coram commissarijs, qui prius de ea cognouerãt, licet eorum processus fuerat frustratorius: & de nouo fuit dicta causa in curia Parlamenti placitata: & finaliter per arrestũ fuit dictum, quòd non cadebat duellum:

+ Stylo) & placet quicquid dicatur supra. in sti. ti. 16. §. 14. vbi dixi. C. M.

** Adidem facit ff. de vsu. & habit. l. plenum. §. sed & si pecoris, & C. de fide ic. lib. l. cum inter. Ad idem optimè facit. l. i. C. de sacrosanct. Eccle.*

+ Admortisari) ego vero puto hæredes ad hoc non teneri nisi specialiter expressum sit & ita nondiu cum peritis consului. C. M.

QVAESTIO XCI.

An hæredes testantis teneantur facere admortisari quod ipse relinquit Ecclesiæ in suo testamento.

DEcimaoctaua die mensis Februarij, Ann. Do. 1386. fuit demanda facta per Canonicos Ecclesiæ Parisien. contra hæredes quondam defuncti Episcopi Parisien. Aymerici de Mignac quondam Cardinalis, super eo quod sequitur, & in Parlamento. Dicebant enim dicti Canonici quod dictus defunctus Aymericus quondam Episcopus Parisi. tunc temporis ordinauit inter viuos, & ipso viuente, quòd Ecclesia Parisien. & Canonici haberent 12. lib. Parisien. inter ipsos diuidendas pro missa celebranda die qua fuit factus Episcopus, & 10. libras Parisi. die cuiusdã Sancti, & vocabatur distributio ipsa inter dictos Canonicos facienda, le double. Et vltra ordinauit quod inter viuos missa quzdam celebraretur quodam alio tempore, & quod presbyter celebrans haberet 4. solidos, Diaconus duos & subdiaconus duos: sic essent octo, quæ pro anno ascendũt ad 15. lib. pro ipsis omnibus. Et vltra voluit quòd haberent 40. sol. Parisi. sic in omni erant 60. lib. Parisi. Et ordinauit quod sic fieret, & quandiu vixit à tempore dictæ ordinationis, sic fecit celebrari, & soluit de. inde mortuus est dictus Aymericus quondam Episcopus Cardinalis: & in testamento reliquit dictæ Ecclesiæ Parisi. 40. lib. Parisi. assidendas & leuandas super portã de Conflans, super quem totidem & vltra acquisiuerat pro dicto seruitio faciendo, & dictis 40. libris soluendis, vt fécerat tempore vitę suę. Quare dicebãt dicti Canonici, & petebant contra dictos hæredes, vt assiderent dictas 40. lib. super dicto portu, * & facerẽt admortisari. † Et dicebant sic fieri debere per sequentia. Primò supponebãt dicti Canonici q̃d in testamento est plenior interpretatio facienda, ꝑ quo. l. intestamentis. de reg. iur. &. c. cum dilecti. de don. Secundò, quia volũtas testantis est tenenda & spectanda: pro quo. l. nõ in his, & l. volũtatis. &. l. Quintus Mutius. & l. si ita scriptum. quæ optimè facit de lib. & posthu. Tertiò, quia consuetudo regni Franciæ est quod Ecclesia tenere non potest aliquem reditum vel immobile, nisi fuerit admortisatum. Quartò, quia dictus defunctus Aymòricus, qui fuerat de Camera inquæstarum in Parla. Dominus requæstarum, Decanus Parisiensis, Episcopus Parisien. & tandem Cardinalis dictã consuetudinem ignorare nõ poterat, sed bene sciebat. Quintò, quia consuetudo patrisfamiliàs est attendenda, iuxta. l. quæsitum. l. nnmmis. &. l. si seruus seruum. §. fin. &. l. vel vniuersum. ff. de leg. primo. Ex quibus concludebant dicti Canonici, quod attento, quòd dictus quondam Episcopus sic soluerat in sua vita, & sic etiam volebat fieri post mortem, quòd aliàs fieri non poterat, nisi admortisatione facta, & quòd sciebat ipsa non facta dicto

dictos Canonicos non posse tenere dictũ reditum: & quòd aliàs fieri nõ posset seruitium, nec pecunia solui, vt ordinauit, quæ fuit eius voluntas: & sic debet coniecturari quòd voluit admortisationem fieri per suos hæredes. Item & maxime, quia si Canonici hoc facerent suis sumptibus, non haberent aliquid à defuncto, quia tantum eis constaret quantum reditus valet & ascendit. Item si darent medietatem illarum 12. librarum, & illarum 25. lib. & 60. solidorum Parisi. pro admortisatione quę tantundem ascendit, non posset fieri seruitium, nec solutio vt defunctus voluit. Item nos non sumus in legato simpliciter facto de vna domo. 70. lib. Pari. pro seruitio faciendo. Sed in legato facto per dictũ Episcopum, voluntate cuius per prædicta coniecturata necesse haberent hęredes facere dictam admortisationem. Item allegabant prædicti Canonici arrestũ prolatum in diebus trecensibus pro Religiosis de Clereuaux, contra defunctum Robille. *Nec obstant per hæredes seu executores dicti defuncti in contrarium opposita: Primò, quia testator simpliciter legauit dictas 40. lib. non dicendo admortisandas vel non admortisandas: sed simpliciter, nec per hoc videtur hæredes suos onerasse: nec fecit in veritate de admortisatione, quia voluntas coniecturata per prædicta astringit executores, & hæredes ad hoc. Secundò non obstat quòd legatum affert commodum dictis Canonicis, & quod acceptauerunt, quia nullum commodũ afferret, nisi esset admortisatum: & quia acceptauerunt cum suo iure, modo sic est quòd iure tenentur hæredes & executores ad admortisationem, per prædicta. Tertiò non obstat quod forte Domini temporales nolent admortisare: quia posito quod nolent, soluant hæredes & executores æstimationem admortisationis: iuxta. l. sed & si res. cum suis non de leg. 1. l. fideicommissa. §. si seruo. &. l. no. dubium. §. fin. de lega. 3. ad hoc. l. in testamento. de condi. demon. Quartò non obstat quòd dicunt, quod in capitulo antequam Canonici acceptarent dictum legatum, dictum fuit eis quòd non admortisarentur eisdem dictæ. 40. librę: & tamen acceptarunt legatum, quia posito quod ita sit, non per hoc renuntiauerunt iuri quod eis competit & competebat ex coniecturata voluntate defuncti super admotrizatione petenda. Quintò non obstat quod dicunt, quòd in camera cõputorum fuit per sententiam dictum cum maturo consilio, quòd hæredes defunctorum qui reliquerant Ecclesijs reditus & res immobiles pro seruitio faciendo pro eorum animabus, ponebantur in manu Regia ob defectum admortisationis, non tenebantur admortisari facere ipsis Ecclesijs, quæ eos in garendum vocauerunt, quia quod tenerentur, non apparebat ex voluntate coniecturata testantium, quod vellent eorum hæredes vel executores ad hoc teneri: sed forte apparebat in aliquibus contrarium expresse reliquendo non admortisata vel simpliciter.

QVAESTIO XCII.

An sufficiat destinatio ad comparendum supra locum in casu nouitatis.

FVit pronuntiatum in Parlamento nona die mensis Martij, Anno Do. 1386. pro Archiepiscopo Turo. contra Decanũ & Capitulum Turonen. quod dictus Archiepiscopus sufficienter comparuerat super locum in executione cuiusdã quærimoniæ factæ ex parte dictorum Decani & Capituli per literas destinationis, per quas destinabat ad hoc quod quidam ibidem compareret in rollis dicti Archiepiscopi: licet illa destinatio non contineret hypothecam bonorũ dicti Archiepiscpi. *Respondet ob ietlis.*

QVAESTIO XCIII.

An procuratio continere debeat diem.

ITem fuit dictum eodem anno & die, quòd sufficienter erant dicti Decanus & Capitulum comparentes supra dictum locum per Procuratorem, licet eorũ procuratio non contineret diem. Ratio in vtroque, quia ambæ partes aduouauerunt quod factum fuit supra locũ, & satis constabat, quòd tam destinatio quàm procuratio de eorum voluntate processerat.

QVAESTIO XCIIII.

An non comparens personaliter in causa appellationis causam amittat.

ITem fuit dictum in eodem Parlamento pro Episcopo Parisiensi contra quendam quod ipse quidem ceciderat à causa suæ appellationis eò, quòd personaliter non comparuerat in ipsa: licet fuit dictũ quod compareret personaliter ad hoc, vt caperetur in principali coram dicto Episcopo, in quo principali comparere nolebat timore scalæ & prisionis.

QVAESTIO XCV.

An Aduocatus vel Procurator à taillis se possit exemptare prætextu scholaritatis.

Item

ITem dicta die. 9. mensis Martij fuere lectæ literæ in dicto Parlemento continentes, quod Rex mandabat omnibus suis iudicibus, quod Aduocatos & Procuratores non permitterent practicare in suis Curijs, qui se volebant eximere à suis talijs, prætextu scholaritatis.

QVAESTIO XCVI.

An Rex Franciæ in collationib. beneficiorum per eum factis posit decretũ apponere.

ITem die dicta. 9. fuit placitata quædã causa pro quodam Britone vocato magistro Herueyo, cui quidem Herueyo dederat Rex Franciæ quandam Capellam in villa seu diocœsi Paris. quæ ad suam collationem spectabat. Sed thesaurarius sanctæ Capellæ dicebat, quòd postea illam dederat cuidam Capellano dictæ Capellæ Hugoni nuncupato, & dicebat collationem eius prævalere rationibus sequentibus. Primò, quia Rex Franciæ commiserat dictum thesaurarium ad dandam Capellanis dictę Capellæ beneficia vacantia in villa & diocœsi Paris. ad dicti Regis collationem spectantia: volueratq; † supposito quòd ipse Rex daret postea quòd ipsius collatio esset nulla: & super hoc suum decretum apposuerat, nisi faceret mentionem* de commissione per ipsum dicto thesaurario facta super hoc. Secundò dicebat, quod ratio huius concessionis fuit, quia dicti Capellani ad eius Regis titulũ promouebantur ad sacros ordines, posito quod nullum tenerẽt beneficium. Sic tenebatur eisdem prouidere. iux. c. Episcopus de præben. aliàs omnes Capellani recederent de dicta capella, ne intrarẽt alij. Item allegabant arrestum latum, an. do. 1356. pro quodam nominato Nicolao, cui per thesaurarium in casu simili fuerat collatum quoddam beneficiũ post collationem factam per Regem: de eodem tamen per vnum diem cuidam nominato Philippo qui possessionem eius adeptus fuerat: per quod arrestum fuerat dictum collationem factam dicto Nicolao fore validam, &c. In cuius contrarium allegabat dictus Herueyus dicendo sequẽtia. Primò, quia quamuis Rex dedisset dicto thesaurario talem commissionem: tamen non ligauerat manus suas quin maior potestas remaneret penes ipsum, iuxta. c. dudum &, de. præben. lib. 6. sic per collationem factam dicto Herueyo ius fuerat sibi quæsitum. Secundò, quia tale decretum non poterat efficere collationem quæ erat quid spirituale quod decretum fuerat à Rege qui est persona laica impositum: nec tantam habebat potestatẽ super eius collatione, vt Papa super collationibus suis in reseruationibus suis & decretis apponendis. Tertiò, quia Herueyus habebat priorem datam & possessionem, quæ possessio confert in collationibus factis à Laicis: dicebat thesaurarius in contrarium replicando, quòd Rex nõ erat simpliciter persona laica, sed spiritualis, quia vnctus. Itẽ quod possessio nil conferebat in iure quęrendo in beneficijs, sed solum collatio, licet spectaret laico. Partibus auditis fuerunt partes in arresto appunctatæ. Et fuit dictum 16. die Martij. Anno quo supra, collationem factam per dictum thesaurarium fuisse & esse bonã. Et fuit dictus Hugo manutentus in possessione & saisina ipsius, &c.

† *Voluerat, que.) sed hodie non, sed ipse Rex confert.*

* *Mentionem) imò sine hoc Rex potest derogare. Vt infra q. 190. C. M.*

Præsentans se coram intimato non coram iudice in causa appellationis in patria consuetudinaria amittit causam. Fa. cit. l. fi. C. de offi. assessõ.

† *Sed) Hæc seruatur, Si tamẽ adiornaretur d. iudex dummodo non vltimaretur nõ tenere*

QVAESTIO. XCVII.

An appellans, non se præsentans coram intimato amittat causam.

ITem placitaui in Parlamento anno domini. 1386. quod si appellans non se præsentauerit contra intimatum: sed coram iudice si in patria consuetudinaria, quòd nullam ex hoc habere debet vtilitatem intimatus. Prima ratio, quia non est pars principalis, sed iudex. Secunda, quia supposito quod intimatus non fuisset, se posset cum iudice adiungere. Tertia, quasi me non præsentarem in patria consuetudinaria coram iudice, amitterem causam meam, etiam erga intimatum, supposito quod me contra ipsum præsentassem, secundũ quod fecerunt Magister Ioannes Delsy, & Magister Vincentius Leoparsy qui se non præsentarunt contra iudicem. Sic ergo à contrario nil amittet se præsentans coram iudice, supposito quod se non præsentet contra intimatum. Item si ei intimatio si sua crediderit interesse. Sic seruabatur antiquitus per arrestum, vt in fine tituli de præsentationib. in stylo Parlamenti. Tamen mihi hoc placitanti fuit dictum quod hoc dicere erat seminare errorem, & quòd amplius non dicerem, sed non fuit per arrestum dictum.

QVAESTIO XCVIII.

An aduocatus sit cogendus vt testis, & idem in procuratore ad requæstam partis aduersæ.

ITem eodem Parla. fuit dictum, sed non per arrestũ, quod aduocatus & Procurator causę, p̃duci non possunt p̃ aduersarii

in testem, nec cogentur de hoc.no.in.c. Rom.de test.lib.6.&.l.mãdatis.eod. ti. ff.

QVAESTIO XCIX.

An appellantes à Bailliuo sub alterni iudicis, ad Bailliuum vel Iudicem Regium teneantur facere adiornare Bailliuum à quo appellant, vel sufficiat facere adiornare Dominum Bailliui.

VIdetur quod sufficiat facere adiornare Bailliuum, quia eum non potest Dominus Desauoare, sed ipsum repræsentat. Secundò, quia sic vsum fuit. Tertiò fuit arrestum latum quod sufficit adiornare Præpositum de Rochefort, à quo fuerat appellatum suppositio quod non fuerat adiornatus Dominus de Rochefort, videlicet Dominus de Riparia, Dominus de Rochefort. Sed † videtur contrarium. Primò, quia ordinationes Parlamenti dicunt contrarium, scilicet quod necesse est dominum adiornare cum intimatione, vt habeat Bailliuum repręsentare, quæ ordinationes ligant omnes & sunt exemplum pro alijs. Secundò Dominus solueret emendam, non Bailliuus: ergo Dominus habet interesse, vt sciat fuisse appellatum ad finem quod sustineat. Tertio non curaret Bailliuus qui emendam non soluit, vel mutari potest. Nec obstat quod supra dicitur de Præposito, eò quod Dominus potest eum desauoare, & quia non repræsentat Dominum immediatè, sed haberet soluere emendam, quia firmarius* hanc causam placitaui, & est in arresto.

QVAESTIO C.

Alia.

FVit quæstio ventilata in Parlamento, anno quo supra, videlicet an aliquis Dominus Ecclesiasticus, vt Abbas de Corbie, se dicens exemptũ ab Episcopo Ambianen. & habere iurisdictionem exemptam ab ipso Episcopo spiritualem in dicta villa de Corbie, se posit conqueri in casu nouitatis, eò quod dictus Episcopus non reddidit sibi quendam Clericum ad sui requęstam commorantem in dicta villa qui captus fuerat per Bailliuum Ambian. & reddiderat dicto Episcopo, vt ordinario qui ab eo ipsum requisierit: & quẽ dictus Episcopus dimiserat abire. eò quod nilsciuit contra eum dicere. dictus Bailliuus, videtur quod non † per sequentia. Primò, quia dictus Episcopus est de iure communi fundatus: nec apparebat de exemptione antedicta. Secundò, oportebat antequam Episcopus haberet facere redditionem ipsius, suppositio quod fieri deberet redditio, quod quæreretur an deliquisset necne: aliàs diffamaretur, si aliàs redderetur, per nota per Io. An. in.c. pastoralis. super verbo, demore. de re iud. in Cle. Tertiò quicquid dicãt iura Ciuilia & Canonica, remissio in criminibus nõ habet fieri, nec astringitur ad faciendum requisitus: sed si non faciat, recurratur ad suum superiorem non ad quærimoniam: iuxta not. super illo verbo, demore. in. d. c. pastoralis. per Io. An. Quartò non dicebat Abbas quod dictus Clericus deliquisset, maximè in iurisdictione sua. Quintò cognitio spectabat ad Episcopum, cuius esset iurisdictionis ipse Clericus, an suæ vel Abbatis: iux. l. si quis ex aliena iurisdictione. ff. de iudi. &. l. ex quacunq;. ff. si quis in ius vo. non ierit. Ex aduerso fuit debiliter replicatum. Et fuerunt partes appunctuatæ in arresto.

QVAESTIO CI.

An Mareschalli soluant emendam.

ITem nota quod anno, quo supra fuit dictum in Parlamento per Dominũ Stephanũ de Grangia, quod Mareschalli soluerent emendam, cùm ab ijs appellabatur: vel ab eorum Præposito, & quod non habebat ressortum, & quòd emenda semel in tali casu fuerat donata Magistro Guiller. de Plantis. Ad idem le concierge du palai, fuit condemnatus ad emendam, eò quòd malè iudicauerat Bailliuus suus, à quo fuerat appellatum in Parlamento: & fuit arrestum prolatum super hoc in Parlamento initiante Anno domini. 1388.

QVAESTIO CII.

An defuncto fieri posit testamentum, seu ordinatio.

ITem nota quod eodem anno in Parlamento vidi quandam commissionem Officialis Senonen. tunc Archiepiscopo Senonen. existente Domino Guidone de Roya: per quam mandabat fieri testamentum & ordinationem cuidam de subditis suis qui intestatus decesserat: * per quam quidã curatus subditus suus & defunctus curatus fecerat, vt narrabat amicis defuncti conuocatis quandam ordinationẽ seu testamentũ dicti defuncti, narrãdo quod talis defunctus legauerat tali &c. Quod stare nõ potest: quia erat loqui facere defunctos, maxime quia ibidẽ dicebatur, legauit tali & tali &c. Sed illud est damnatũ.

QVAESTIO CIII.

ITem eodẽ an. fuit pro concluso dictũ per arrestũ q, dictus Archiepiscopus nõ habet prisiam † in suo Archiepiscopatu ratione iurisdict. spiritualis. Quæ-

tur ei appellãs ad expen. C. M.

* Firmarius.) & multius lucratur & etiam Dominũ exonerare tenetur, sic infr. & q. 118. sed per Const. Carol 8. prohibitum fuit face repræpositos firmarios, & statutum vt facerent in gardia id est meri & puri officiales iurisdicẽdi, alio finere ceptore: sine redẽptore mulcta rucõstituto: & bene, quãuis ea executionẽ esset executa in multis locis tẽpore iuridici. cõsensus Trecẽsis anno. 1536. vbi iusta est realiter exequi. Quare hodie oportet Dominũ ipsum nõ aũt Præpositũ citare. C. M.

† Quod nõ) hæc vera, quia Episcopus iuste requisiuit & fecit, agitur nõ potest dici turbator. Et ordinarius Regius nõ agnoscit exemptos vel extraordinarios Ecclesiasticos sed ordinarios tantum, ad quos solos remittit tanquam iure communi fundatos, & à quibus exemptio remissionem petere debẽt. C. M. Facit quod dici solet, neminẽ debere duci in carcerẽ, nisi prius appareat eiõ deliquisse l. 2. c exact. tri. lib. x.

* Decesserat) aliàs enim solẽt etiam cadauera defunctorum ab intestato angarea re vel tributũ exigere & etiã do. Petrus infra. q. 246.

Lysetus patronatu fisci fungens, ius satanicum esse exclamabat vt vidi & audiui, C. M. † Prisiam)

QVAESTIO CIIII.

An causæ nouitatis sit remissio facienda Domino.

ITem 14. die mensis Martij eiusdem anni fuit dictum per arrestum pro Procuratore Regis & Simone Pichart, contra Religiosos sancti Germani de Pratis, quod malè appellauerant à Præposito Parisien. qui tulit sententiam contra eos, & pro dicto Simone: videlicet quod ad dictos Religiosos non fieret remissio cuiusdam causæ quærimoniæ nouitatis, in qua conquerebatur dictus Simon de ipsis quorũ erat subditus. Et fuit ratio, quia etiam conquęstus fuerat de quodam nomine Andrea vnà cum ipsis religiosis cuius causæ cognitio debebat remanere penes dictum Præpositum: & sic trahebat cognitionẽ causæ inter dictum Simonem & religiosos: quia causa non poterat nec debebat diuidi, nec eius continentia. Item & per hoc non obstabat quod inter subditũ † & dominum non cadit nouitas nec querimonia nouitatis, &c. quia hoc verum est in casu quo non est querimonia, nisi inter dominum & subditum solum: sed si esset inter subditum ex vna parte & dominum, & alium ex altera, cuius alterius debet habere Rex cognitionem per præuentionẽ, cum per pręuentionem habeat cognitionem casus nouitatis, illa cognitio attrahit ad se cognitionem quærimoniæ domini & subditi: ne fiat diuisio continentiæ causæ, vt erat hîc. Item nec refert an petierit remissionem ille alius vnà cum Religiosis dictis: & quod sit subditus religiosorum cum ipsis: nec causæ inquantũ ipsum tangeret, fieri deberet remissio.

† *Subditum.*) *Nisi possit & uelit prorsus negare se subditũ, dixi in consu. Pari. ti. 3. adde infra q. 122. C.M.*

* *Realis.*) *supra q. 52. infra q. 291. C.M.*

* *Posset.*) *Imò constit. Caro. 7. super stilo. art. 32. & Ludo. 12. an. 1499. art. 13. loquitur in rem. Et sic si sit idem facti eadem conclusio libelli, etiam si sint plures simul agẽtes vel simul iuncti habentur pro vno, aliàs semper fiet fraus, quia volens producere 20. testes super vno articulo, suscitant aliquem qui se adiungebat vt quilibet super eodem decem testes produceret. Secus si diuersos fines & libellos haberent, vel diuersa media, quia tam essent diuerse facta. C.M.*

QVAESTIO CV.

An literæ status extendantur ad Regem.

VIdi in eodem Parlamẽto quòd quando Rex concedit alicui aliquas status literas, non comprehendit causas, quas habet cum illo cui concedit, nisi de hoc expresse fiat mentio. Ratio, quia in sententia generali non comprehenditur per sona loquentis. l. inquisitio. C. de solu.

QVAESTIO CVI.

An possit fieri arreragiorum prosecutio coram iudice Ecclesiastico.

FVit dictum per arrestũ Curię pro Episcopo Parisien. & quodam de Camera inquæstarũ filio magistri de Garnisionib. Regis consiliario, quod causa non erat realis* sed personalis. & ideo cognoscere poterat Officialis Parisien. in qua petebat dictus filius coram dicto Officiali contra Ioannem Aubigoys iuniorem, quòd condemnaretur ad arreragia certi reditus virtute promissionis & contractus personalis, cum non concludebat per medium reale, cùm non fuerat in possessione reditus positus dictus filius.

QVAESTIO CVII.

An plures produci possint quàm decem testes super singulis articulis.

ITem dictum fuit pro Domino Vicecomite de Thouars, & Domino de Chouars, quòd licet scripsissent in suis scripturis in casu nouitatis, cõtra habitantes Rupellæ, quòd posset † quilibet producere decem testes super articulis generalibus & particularibus. Ratio, quia si quilibet separatim scripsisset, sic fecissent & facere potuissent: nec debuerunt esse deteriores conditionis si simul in suis scripturis scripserunt, quàm si separatim: quia coacti per ordinationem Curiæ fecerũt. Sed certè imo non fuit hoc per arrestum dictum: sed partes fuerũt appunctatæ, quòd partes traderent Curiæ aliquam schedulam super hoc, & Curia aduisaret super hoc. Tamen absque aliqua pronuntiatione super hoc obtinuerunt habitantes in casu possessionis, nec sciri potest quid egit Curia super hoc incidenti.

† *Subditum.*) *Nisi possit & uelit prorsus negare se subditũ, dixi in consu. Pari. ti. 3. adde infra q. 122. C.M.*

* *Realis.*) *supra q. 52. infra q. 291. C.M.*

* *Posset.*) *Imò constit. Caro. 7. super stilo. art. 32. & Ludo. 12. an. 1499. art. 13. loquitur in rem. Et sic si sit idem facti eadem conclusio libelli, etiam si sint plures simul agẽtes vel simul iuncti habentur pro vno, aliàs semper fiet fraus, quia volens producere 20. testes super vno articulo, suscitant aliquem qui se adiungebat vt quilibet super eodem decem testes produceret. Secus si diuersos fines & libellos haberent, vel diuersa media, quia tam essent diuerse facta. C.M.*

QVAESTIO CVIII.

An quis recipi debeat ad allegandum se habere prisiam piscium.

PEr arrestum fuit receptus Episcopus Beluacen. ad saisinam per me pro eo propositam contra Procuratorem mercaturæ & Regium Procuratorem, quòd poterat capere seu capi facere pisces per Belleuacum, vel eius diocœsin transeuntes qui de mari Parisias adducebãtur per mercatores pro vendendo, pro hospitio suo, quandiu erat in Baluaco vel sua diocœsi, iusto precio tamen: pro ipso allegabam l. si quis sepulchrum. in prin. ff. de reli. & sump. fu. l. venditor. §. si cõstat. communia prædi. c. super quibusdam. de verb. sign. c. in aliquibus. in fine de decimis. ex trauagan. vas electionis. in. fi. c. 1. de præscri. lib. 6. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. cum similibus. & plura exempla quæ poteris videre circa finẽ huius papyri. Item quia est par Franciæ dictus Episcopus, & vsus fuit à tempore, cuius initij non extat memoria.

Quæ-

QVAESTIO CIX.

An bona Clerici non coniugati in habitu & tonsura condemnati per iurisdictionem spiritualem pro suis demeritis in iurisdictione spirituali diocœsani existentia & temporali Regis spectent ad Regem vel Episcopum diocœsanum.

FVit dictum non per arrestum, sed per cõsilium † Regium ac peritorum pro Episcopo Parisien. contra Dominũ Guidonem de la Tromoille, Dominũ de Sulyaco, quòd bona mobilia magistri Oudardi Dactainuille Clerici coniugati in habitu & tonsura existentis Parisijs in domo dicti Oudardi in iurisdictione regia temporali, spectabant ad dictum Episcopum in cuius iurisdictione spirituali erant: * qui dictus Oudardus fuerat pro suis demeritis condemnatus per iurisdictionem spiritualem de Montpesier ad carcerem perpetuum.

De gratia litigandi per procuratorem.

QVarta de Febr. mensis an. do. 1386. fuit ordinatum in Curia Parlamenti, Parlamentum tenente Do. Guillermo de Senonis, quòd decætero non reciperentur gratiæ ad placitandum in Parlamẽto, nisi essent sigillatę, quãuis essent signatæ & offerentur sex solidi †, p qualibet litera, &c. Sed hodie non vtimur huiusmodi gratia.

QVAESTIO CX.

An Decanus & Capitulum Parisien. sint exempti à Præposito Parisien.

FVit dictum per arrestum contra Decanum & Capitulum Parisi. pro Regio procuratore, quod tenentur placitare coram Præposito Parisi. & Bailliuo de Corbellio in sua sede de Corbellio, licet non tenerẽtur placitare coram ipso in sua sede Parisien.

QVAESTIO CXI.

Quando processus sunt apportandi ad Curiam expensis communibus.

DIctum fuit per arrestum pro Procuratore Ducis Burgundiæ ac Hospitalaris Hierosolymitani, contra quendam nominatum Simonem, quondam receptorem Prioris Campaniæ Hierosolymitani, quòd quidam ,pcessus qui fuerat factus coram certis commissarijs à dicto Domino Duce datis, à quorum sententia fuerat appellatum in Parla. per partem dicti Simonis afferretur ad Parlamentum, communibus expensis.*

QVAESTIO CXII.

An Clericus non coniugatus teneatur respondere in Curia Parlamenti.

DIctum fuit per arrestum contra quendam mercatorem Parisien. nominatum Guillelmum, quippe quod responderet in Curia Parlamenti super quodam contractu p ipsum initio, qui dicebatur fraudulosus, quamuis esset Clericus non coniugatus in tonsura & habitu tam etiã parti quæ requirebat annullationem cuiusdam executionis factæ ad Requæstam dicti Guillelmi virtute literarum obligatoriarum sub sigillo Castelleti passatarũ, super dicto cõtractu, quàm procuratori Regio, qui emendam requirebat, &c. Ratio potuit esse: quia fraus † dicebatur commissa in contentis in literis obligatorijs subdicto Regio sigillo passatis: vt fuit aliàs dictum contra quendam de Remis in casu simili per gentes requæstarum.

QVAESTIO CXIII.

An sufficiat in garendum aliquem adiornare ad procuratoris personam.

FVit dictum per arrestum, Dominum Ducem Burgundiæ malè fuisse adiornatum in garendum ad personam procuratoris, & obtinuit congedium & expensas, me placitante. Secundò dictum fuit quòd non tenebatur procurator eius generalis in Parlamento respondere ad summationem super garandia, cùm malè fuisset adiornatus, & congedium & expensas obtinuisset.

QVAESTIO CXIIII.

Nota confessionem parti eidem nocere, aliquotiens.

ITem nota quod Aegidius Forestz fuit condemnatus * per arrestum Curiæ in 60. libris Paris. eò quòd Magister Ioannes Fideil ipsius Aduocatus confessus fuit placitando, quod vnà cum parte sua aduersa, videlicet Religiosis de sancto Pharaone de Meldis concordiam fecerat lite super hoc in Parlamento pendente, & absq; Curiæ licentia. Et tamen quia dicti Religiosi non fuerunt hoc confessi: nec fuit contra eos probatum, non fuerunt in emenda condemnati.

QVAESTIO CXV.

An Episcopus Parisiensis possit suas litetas citatorias in causa appellationis in domo Archidiaconi Parisien. facere exequi.

FVit dictum per arrestũ contra Archidiaconum magnum Parisien. pro Episcopo Parisi. quod dictus Archidiaconus non erat admittendus ad possessionem & saisinas suas quibus se dicebat esse, videlicet quod Episcopus Parisien. non poterat citare, seu suas literas citatorias exequi facere in causa appellationis à Curia spi-

+ *Concilium.*) *quod hodie vocant magnum conciliũ, & sic eorum iudicia nõ erant arresta nec tãtæ authoritatis vt curia parlam. C. M.*

Erant) imònõ erant, quia iurisdictio spiritualis etiam si habeat fines & limites. c. quia indicãte de præscriptio. non tamen territoriũ, sicut theologi Angelis probe, ne sunt in loco, sed non de loco, nec locati, quia non conscribuntur loco nec dimensionibus quum sint trituales, permobilia quia non sequebãtur personã, spectabant ad Dominum tẽporalis iurisdictionis loci. C. M.

+ *Solidi*) *scilicet Parisi. quanti hodie soluitur pro sigillo Regio, præter alias impensas & moram temporis in præstolando ocium Regẽtium Cancellariam qui etiam quandoque in fauorem aduersarij negant vel subtrahũt literas. ad. su. insti. c, 5. §. 9. C. M.*

Expẽsis) Hodie seruatur. & expẽsis appellãtis. Sẽtentia verò per appellatum vel intimatum. C. M.

+ *Fraus*) *Imò quandiu mercaturam exerceat non vtitur priuilegio. Et vidi dedidi quod etiã rationeludi palmæ nõ vteretur. C. M.*

Condẽnatus) est iniquũ, & hodie merito spernitur. C. M

rituali quam in dicta domo sua tenebat, appellabatur ad dictum Episcopum vel eius Curiam spiritualem, sic seipsum confitebatur subditum dicti Episcopi quo ad hoc, nec obstat quod dicta domus sua erat in iurisdictione Decani & Capituli† quia eo ipso quod patiebatur dictum Archidiaconum suam iurisdictionem ibidem tenere, quam sciebant vel scire debebant esse subiectam dicto Episcopo, & à qua ad ipsum Episcopum appellabatur, tacitè consentire videbatur dictum Episcopum ibidem posse suas literas citatorias in causa appellationis exequi, nec obstat quod essent exempti, quia Episcopus erat fundatus de iure cõmuni ante eorum exemptionem, & etiam tacitè, quo ad hanc exemptionem eorum renunciare videbantur eò, quòd patiebantur ipsum Archidiaconum tenere iurisdictionem suam in dicta domo à qua ad dictum Episcopum appellabatur. Item dicebatur quod non posset dictus Episcopus dictas suas literas exequi facere in loco vbi tenetur iurisdictio eidem subiecta & à qua ad ipsum appellatur, esset iuri non consonum. Item nec est receptibile quod Episcopus vtatur literis rogatorijs in hoc casu, tum quia fundatus de iure communi in tota sua diocœsi, & quia ridiculum esset quod superior suum inferiorem requirat.

4 Capituli) & sic in loco exempto.

**8. dies) vide quæ scripsi in cõsue. Paris. §. 52 glo. 1. nu. 223. C.M.*

†Preuost) hodie secus vt dixi. su. eo. q. 99. C.M.

**Dominam) quia eo tempore non Dominæ sed proprium (ut pote firmarius) negotium gerebat, ergo Ecclesiastici fir marij & quæstuarij suam tantũ bursam repræsentant. C.M.*

†Non sufficit) hodie hæ formulæ non ita scrupulosè exiguntur, quia non solent iudices ita seuere vt olim mulctari: sed si mulcta opus sit tunc dictus cõmissarius adiornari debet, sa. in fra. eo q. 169. C.M.

QVAESTIO CXVI.

Alia plura notabilia quæ vidi pronunciari in Parla. initiante anno 1387. Non est consuetudo recipienda, quòd renuncians appellationi infra octo dies soluat emendam. 40. librarum Parisien.

PRimò per Arrestum fuit dictum per Dominũ Arnoldum de Corbeya primum Præsidentem, quòd consuetudo, vsus, & communis obseruantia per me pro posita pro Maiore & Scabinis de Lens, contra Nicasium le Boudre, quòd in villa & Bailliuia Attrebaten. ad cuius consuetudines se regulabat villa de Lens, tenebatur ad emendam. 40. librarum Parisi. appellans renuncians appellationi infra 8. dies: * supposito quòd non appellasset ad Parlamentum non erant recipiendæ nisi emendæ. 60. solidorum cum appellabatur à iudice Regio, & renuntiabatur infra octo dies. Contrarium dicebam, quia non erant contra ius diuinum naturale nec bonos mores: nec inducebant peccatum mortale, sed refrenabant temerè appellantes ab appellationibus temerarijs, & erant solum contra ius partium & contra commodum bursale ipsarum, & etiam quia de iure temerè appellantes in emenda condemnantur. 60. librarum, Sed dicebat Præsidens antedictus, quòd hoc verum quando declarabatur malè appellatum. Et dicebam quòd satis apparebat malè appellasse cùm renuntiabat, propter metum malæ appellationis, nec aliàs sciri poterat an bene vel malè appellasset: nisi cognosceretur de appellatione.

QVAESTIO CXVII.

Non est quis recipiendus ad volendum legere in facultate Decretorum de mane, & hora prima Decretum, quamuis sit Doctor.

EOdem Parlamento fuit dictum per Arrestum pro facultate Decretorum contra quendam Doctorem eiusdem facultatis nuncupatum Dominum Amedum de Brollio, quod non erat recipiendus ad volendum legere lectionem matutinalem eiusdem facultatis, quam volebat legere vnà cũ Decreto hora prima, & super lectura Decreti quam volebat legere, cuius lecturæ faciendæ dicebat se obtinuisse licentiam, sed fraudulosè, vt dicebat Decreti facultas ante dicta, & super alijs excessibus fuerunt appunctati in factis contrarijs.

QVAESTIO. CXVIII.

An in causa appellationis sufficiat iudicem Domini adiornari.

VIdi dici, quod sufficiebat adiornasse le Preuost† de Saisenne qui estoit fermier pour la duchesse de Orleans, en cas de appel: combien que ladicte duchesse ne fust pas adiornée. Ratio quia non representat Dominam* & potest desauoari, & solueret emendam.

QVAESTIO CXIX.

An sufficiat Iudicem adiornare non locumtenen. in causa appellationis.

VIdi etiam dici, quod non sufficit† adiornare aliquem Iudicem in causa appellationis, cuius locumtenens, vt commissarius Regius virtute literarum Regiarum directarum dicto iudici, & eius locumtenenti grauat partem, non autem dictus Iudex. Ratio, quia facit vt commissarius Regius non vt locumtenens, & grauauit partem, non autem dictus Iudex.

QVAESTIO CXX.

An procuratorium valeat in quo Bailliuus obligat bona Bailliuiatus, non sua.

Vidi

VIdi dici, quòd sufficit quòd Bailliuus alicuius Domini adiornatus in causa appellationis faciendo procuratorium, in hac causa obliget bona sui bailliuiatus: nec sua obligare tenetur, cùm in hoc representet Dominum: & quæ fecit, vt Baillruus fecit.

QVAESTIO CXXI.

An Dominus subiecto suo dare teneatur Assecuramentum.

QVæstio fuit in eodem Parlamento an Dominus præstaret assecuramentum subiecto suo. Aliqui dicebant quòd non tenebatur, quia non auderet si daret facere eo iustitiam, ne sibi imponeretur quod infringeret assecuramentum. Et allegabant que le vicomte de Poillignac, non dedit in causa simili. Alij dicebant contrarium: †quia præstare illud non impediebat facere iustitiam de subiecto suo, & allegabant quod Dominus de la Boue, dedit subiecto suo, & Dominus Flammingus de Creuecuer. Finaliter partibus auditis positum fuit in consilio.

QVAESTIO CXXII.

Monachi non succedunt.

DIctum fuit p arrestum quòd quidam Religiosus Cluniacensis non erat admittendus ad dicendum se saisitum, nec ad conquerendum in casu nouitatis de successione cognati sui. Ratio, quia Religiosi non succedunt in patria * consuetudinaria.

QVAESTIO CXXIII.

An Dominus teneatur ratione combustionis † per suum familiarem factæ.

PRo Domino de Folleuille consiliario Regio, scholares de Sorbona fuerunt condemnati ad reficiendum quandam domum quam ab ipsis tenebat ad vitam, sic quòd in ea habitare posset, licet quidã eius cognatus secum morans per suam culpam combusisset eam, & fuit dictus Dominus de Folleuille absolutus super prosecutione quam contra eundem faciebant dicti scholares pro dicta combustione, & fuerunt hinc inde expensæ compensatæ. Contra dictum Dominum optimè faciebat. l. videamus. in prin. ff. loca.*

QVAESTIO CXXIIII.

Quid operentur verba, non obstant quæ les parties ne soyent des iours dont lon plaidera lors.

DIctum fuit pro Domino de Neuery, contra Dominam du Mes, quòd anticipatio sua in causa appellationis quam fecerat dicta Domina, erat bona non obstante quòd diceretur in ea quod adiornaretur Domina ad certam & competentem diem præsentis Parlamenti, non obstante quod sederet & non dicebatur extraordinaria, & tamẽ ordinarij erant venturi & assignata fuerat dies extraordinaria. & ratio fuit, quia dicebantur, quæ nõ obstant que les parties ne soyent pas des iours dõt lon plaidera lors, q̃d sufficiebat.

QVAESTIO CXXV.

Quid si anticipatio in causa appellationis nõ sit bona: an per hoc releuetur appellans?

ITem dicta Domina nõ releuauerat suam causam appellationis. Ex quo dicebãt aliqui quod Magister Ioannes de Nulliaco aduocatus pro ipsa imprudenter impugnabat anticipationem Domini de Neuery, per quem releuata erat dicta Domina à releuatione suæ causæ appellationis. Ratio, quia si dictum fuisset quod anticipatio non esset sufficiens, oportuisset quòd dicta Domina quæ non releuauerat suam appellationem sòluisset emendam, & quòd esset sua appellatio deserta, tum quia non releuarat: tum quia non fuisset per anticipationẽ releuata, cum non esset sufficiens per Præpositum dictę Dominę: & sic oporteret dicere. quia aliàs quid fieret de appellatione, & sibi imputaret Domina quare impugnasset anticipationẽ, quamuis dictus de Nulliaco diceret contrarium: quia siue bona siue mala esset anticipatio, erat Domina releuata ab impetratione adiornamenti in sua causa appellationis, quia intra tres menses à tempore interpositæ appellationis suæ fuerat ipsa anticipatio impetrata. hoc tamen nõ fuit decisum, eo quòd anticipatio fuit dicta bona & adiornamentum virtute ipsius factum bonum.

QVAESTIO CXXVI.

De beneficio procuratoris Regij.

DIctum fuit in eodem Parlamento quòd beneficio procuratoris Regij pars procederet adiornata, licet esset adiornamentum minus sufficienter factum tam ad requæstam procuratoris quàm partis secum adiunctæ: eo fortè quia non continebat ad diem extraordinariam, sed ad certam & competentem diem. & fuerat factum ante dies ordinarios ad diem extraordinariam: nec haberet contra partem congedium pars ordinata. Sic aliàs vidi in materia regaliæ, vt suprà.

† *Contrarium*) *& bene quicquid dicant imperiti formularij. C.M.*

* *Patria*) *nec monasterium pro eis, idem generaliter etiam in patria iuris scripti Guil. Benedict. Rep. c. Raynutius. ver. & vxo. no. adela. nu. 220. de testa. Idem de Rhodiensibus, seu Maltẽsibus, vt dixi in consil. Parisi. §. 152. C.M.*

† *Cõbustionis*) *Roma. consi. 401. Alex. consi. 50. lib. 1. vbi dixi. C.M.*

* *Loca*) *ideò valde suspectum est illud arrestum C.M.*

Inhibitione quis vtatur de cætero his verbis ad Perla. futurum, pro suis diebus ordinarijs.

**Negligens nō debet esse meli oris conditionis quam diligens. ar. l. seruus. ff. quod vi aut clam.*

QVAESTIO CXXVII.

Ex æquitate Curiæ adiornamentum dictum bonum.

DIctum fuit adiornamentum bonum quod fuerat factum ad Requæstam Domini Guillelmi de Retel contra Dominum de Amboise, licet ante Parlamentum fuisset impetratum exequendum ad dies ordinarios Parlamenti proximè tunc futuri à data adiornamenti: quod fuerat executatum 17. die mensis Decemb. Parla. tunc proximè futuri à data dicti adiornamenti ad dies ordinarios Parla. futuri dicti mensis Decemb. Et fuit ratio æquitas Curiæ, quia communiter seruien. & non partes vocant dies suos ordinarios Parlamentum, & fuit error seruientis non partis: & tunc fuit facta inhibitio per Parlamen. ne de cætero vterentur his verbis ad Parlamentum futurum pro suis diebus, & si fecerint seu facerent, esset vel diceretur adiornamentum nullum de cetero, & fuerat factum in Pictauia dictum adiornamentum.

QVAESTIO CXXVIII.

Quando accordatum obstet.

ITem dictum fuit pro Domino Ioan. de Hames, contra Ioannem Cossart, quod dictus Cossart non erat recipiendus ad proponendum accordum factum inter ipsum & dictum Dominum de Hames, vt dicebat, eo quod dicebat mediante dicto accordo ipsum Cossart pecuniam soluere debere intra certum terminū, quam non soluerat: & etiam quia licet retinuissent partes licētiam Curiæ, nondum erat accordum per Curiam passatum.

QVAESTIO CXXIX.

An faciant interruptionem non petens defectum contra non præsentatum, nec adiornatum in eodem Parlamēto.

EOdem anno dictum fuit pro Procuratore Regio & Baudouyn de Mes actoribus, contra Ioannem Becquet: quod licet idem Becquet adiornatus ad arramenta cuiusdam causæ resumenda vel deserenda, ad diem Dominicam de Quasimodo, non se præsentasset: nec dicti actores, ad quorum requæstam adiornatus erat, cœpissent defectum contra eundem in eodem Parlamento: sed in Parlamento sequenti post dies Ambianenses ordinarios dictarum partium, requisissent habere defectum contra eundem, qui non fuit eisdem concessus: sed solum adiornatus in eodem Parlamento ad videndum eiusdem defectum concedi, si concedi deberet, & ad videndum vtilitatem adiudicari. Et pro ipso obtinendo dicebant actores. Primò, *quòd obtinuerāt defectum in fine Parlamenti per concessionem defectuum generalem contra non præsentatos. Secundò, quia in eodem anno fecerāt adiornari dictū Baudouyn super vtilitate defectus habenda: & sic non fecerat interruptionem. Tertio, quia procurator Regius non poterat facere interruptionem, qui erat adiunctus cum dicto Baudouyn. Quartò allegari poterat arrestum latum pro Comite de Dammartin, contra Religiosos de Chalis. Quintò arrestum latum anno. 1384. pro Magistro Ioanne de Dicy contra Magistrum Ioannem de Rumilly. Sextò, quia aliàs prodesset negligentia defensoris sibimetipsi: & diligentia petentoris noceret ipsi, saltem non prodesset. In contrarium allegabatur. Primò, quia actores non cōtinuauerant sua arramenta, vel processus de Parlamento in Parlamentū: sic fecerant interruptionem, nec debebāt obtinere defectum, si interruptionem fecerant, & in Curia laicali cōtinuari debet de die in diem. Secundò allegabatur arrestum latum pro Episcopo Nouiom. contra Abbatem & Conuentum sancti Eligij, quod est in stylo nostro sub titulo de contumacia & defectu & vtilitate ipsorū super actione personali. Tertiò, quia actores debent facere diligentiam, nam rei est fugere, non actoris. Quartò, quia nullā diligentiam fecerant: quia non cœperant defectum in Parla. contra dictum Ioan. non præsentatum, nec ante dies Ambian. Parsequentes. Quintò, tunc cœperant adiornamentum, nec in Parlamēto sequenti ante dies ordinarios dicti Parlamenti sequentis pro videndo vtilitatem dicti defectus adiudicari: sed post dictos dies ordinarios & sic non continuauerant debitē de Parlamento in Parlamentum sua arramenta: quia impetrauerant adiornamentum. 14. die Februa. dicti Parlamenti sequentis, ad nonam diem Iunij eiusdem Parlamenti: & sic post dies ordinarios dicti Parlamenti sequentis: & tamen tempus sufficiens habebant ad impetrandū ante Parlamentum sequens. Finaliter dictum fuit quod concederetur defectus, & fuit concessus: & credo quod ratio fuit, quia in fine cuiuslibet Parlamenti dantur defectus contra non præsentatos generalitee: & intra annum cœpit adiornamentum: licet nō petierit

tierit in Parlamento incœpto, nec ante dies ordinarios Parlamenti sequentis.

Item quia in fauorem procuratoris Regij adiuncti, qui non facit † interruptionem.

Item nota arrestum latum pro Magistro Ioanne de Dicy, anno 1384. contra Magistrum Ioannem de Rumilly. Et pro Comite de Dammartin contra Religiosos de Chalis. Item nota quòd licet quis contra non præsentatum non petat defectum expresse: nec adiornamentum in Parlamento quo se non præsentauit: tamen si ante ordinarios Parlameti sequentis hoc petat, sibi conceditur, post autem non: sed bene adiornamentum pro videndo defectum dare, si dari debeat, & vtilitatem adiudicari. Item nota quòd licet defectus in dicta causa fuisset datus, & dictum quod traderetur Curiæ vtilitas quam petebat pars: tamen defensor obtulit Curiæ quod teneret se pro adiornato & acciperet diem appensamenti quod eidem fuit cõcessum, nec soluit defectus, nec expensas: eo quia pars petitoris reletabatur ab interruptione ratione adiunctionis procuratoris Regij. Sic non est arguendũ de Arresto. Item nota quod non obstante dicta concessione fuit vtilitas dicti defectus talis adiudicata: scilicet expensarum per quod innuitur nullam fuisse factam interruptionem.

QVAESTIO CXXX.

An contribuere debeant ad fortalicium reparandum habitantes extra.

Dictum fuit per arrestum contra habitantes de Lagny sur Margne, & pro habitantibus extra * villam de Lagny circumcirca, quod hi non contribuerent ad fortificandum dictam villam.

QVAESTIO CXXXI.

Vidua celans bona, perdit beneficium renuntiandi societati, sed non societatem etiam in celatis.

Per arrestum dictum fuit pro Domino Flammingo de Creuecueur contra Dominam Ioannem de Courtenay Dominam quondam de Creuecueur viduã Domini Draconis de Creuecueur fratris dicti Domini Flammingi, quod non vteretur beneficio renuntiationis per eandem factæ post mortem mariti sui suprà dicti de mobilibus & debitis communibus inter eam & quondam maritum eius supra dictum tempore mortis ipsius mariti. Et fuit ratio: vt credo, quia ante eius renuntiationem bona cœperat & celauerat. † Tamẽ fuit dictum quod partem suam haberet in bonis mobilibus communibus inter virum & eam tempore mortis viri sui, & etiam celatorum per eam partem haberet.

† *Non facit*) *id est non potest ei obijci nec exigitur ab eo vt redimat à Cancellaria siue à seipso. C. M.*

QVAESTIO CXXXII.

Caueant placitantes, ne quid contra arrestum petant, vel veniant.

Per arrestum dictum fuit contra quosdam Particulares Aurelia. quod emendarent de 60. lib. Parisi. eo quòd Magister Ioannes de Nully eorundem Aduocatus instantissimè contra arrestum per Dominum Arnoldum de Corbie prolatum, petebat Vniuersitatem Aurelian. admitti ad capiendum aduoamentum dictorum particularium, & eos poni extra processum in causa quæ erat ratione contributionis tailliarum & impositionum Aurelis currentium, petitæ per villacenses Aurelian. fiendæ per dictos particulares, qui se Studentes dicebant: & per consequens exemptos, quamuis fraudulosè, vt dicebant villacenses antedicti, & reuera fuit dictus ad uocatus super emenda bene calidè & de prope captus. Sed fuit (vt audiui) causa, vt cæteris cederet in exemplum, & quia satis animosus: fuit etiam in Curia multum altercatum, an vnam omnes vel quilibet dictorum particularium emendam soluere t, sed decisum fuit quòd vnica solum.

* *Extra*) *sed cõtra. infr. q. 137. q. 338. ad idem. infr. q. 254.*

† *Celauerat*) *nec solum in celatis, sed in totum priuatur, vt dixi in cons. Paris. § 115. C. M.*

QVAESTIO CXXXIII.

Ordinationis Regiæ effectus super impetrandis adiornamentis in causis appellationum ab interlocutorijs factarũ.

Facta fuit ordinatio 22. die Iulij anno domini. 1388. continens sequentia. Primò, quod instrumẽta appellatoria ostendantur in Cancellaria ab illis qui voluerint obtinere adiornamenta in causis appellationum ab interlocutoria, vel grauamine factarum, aliàs non obtinebuntur adiornamenta. Secundò, quod graua mina ponantur * in adiornamẽtis, & quod in ipsis adiornamentis exprimatur an fuerit appellatum ab interlocutoria vel diffinitiua. Tertiò, quod non dabitur adiornamentum in causis attentorum, nisi fuerint commissa † antedicta adiornamenta: & dicatur in adiornamentis facta fuisse ipsa post inhibitionẽ. Quarto, quod tunc dabitur cum informatione præcedente. Quintò, quòd tunc fiat adiornamentum ad dies ordinarios, ad quos appellatio deuoluitur iure ordinario. Et credo prædictæ ordinationis rationem, ne absque causa fatigarentur Iudices Regij & ad

* *Ponantur*) *renouatum per Lud. 12. anno 1512. ar. 57.*

† *Commissa*) *sed bene datur clausula informandi de attentatis simpliciter & sic de facto ante adiornamentũ. C. M.*

dies diuersos. Secundum quod fuit Magister portuum & passagiorum regiorum, qui ad instantiam villę Masticonem. fuerat super attentatis adiornatus ad comparendum personaliter, quamuis non essent attentata, quia ante inhibitionem. Sic fuit dictus per arrestum pro ipso Magistro & contra dictam villam, quæ ob hanc causam fuit condemnata in expensis dicti Magistri, me pro ipso placitante, nam Iudex non est adiornandus super attentatis, sed pars ad cuius vtilitatem & requæstam est processum, maximè ante inhibitionem.

QVAESTIO. CXXXIIII.

An decima vini solui possit de pressoragio.

ANno Domini. 1366. & anno. 88. die 7. Septembris fuit pronunciatum pro Episcopo Beluacensi, contra Religiosos, de Bores, quod possessiones eorum non erant recipiendæ, in quibus esse se dicebant, scilicet quod erant quitti de decima vini soluendo de pressoragio suam decimam absq; solutione ꝑ mera gutta de mera gutta, & ꝑ pressoragio de pressoragio.

QVAESTIO CXXXV.

An quis sit recipiendus ad proponendum possessionē, quòd sit in possessione curæ vel beneficij.

ITem nota quod non sunt possessiones receptibiles, quòd quis sit in possessione curæ, † seu beneficij alicuius. ¶ Item non refert an quis dicat se esse in possessione & saisina alicuius curæ, & percipiendi fructus ipsius curæ, & quòd in perceptione fructuum fuit turbatus, vel solùm dicere se esse in possessione & saisina curæ vel beneficij talis ad causam percipiendi fructus eius, &c. nam licet quælibet querimonia sit bene formata in iudicio, & placitando dicat se esse in possessione & saisina beneficij & percipiendi fructus, non videtur tamen bene dicere, quia cōtendit de re merè spirituali, in eo quod dicit in possessione & saisina curæ vel beneficij: vt credo non minus reciperetur per hoc cum dicat percipiendi fructus ipsius, nam (vt quidam dicunt) Curia noluit passare querimoniam super debato * corporis Christi, quia merè spirituale. ¶ Item aliud est dicere se esse in possessione & saisina Præbendæ, & dicere in possessione & saisina curæ vel beneficij, quia primum receptibile cum Præbenda contineat temporale: ideo fuit recepta querimonia Episcopi Pictauen. contra quendam pro quo eram, sed in alio casu non reciperetur cùm esset merè spirituale: vide quod not. c. fi. de præben. in cle.

QVAESTIO CXXXVI.

An quis se & sua bona possit dare aux 300. de Paris.

ITem entre les quinze vingtz, aliàs les 300. de Paris actores ex vna parte, & Episcopum Parisien. ex altera, dictum fuit quod dicti actores sunt admittēdi ad proponendum quòd erant in possessione & saisina, quod quando aliquis donat se & sua ipsis, quod bona eis quæruntur. Cuius contrarium dicebat dictus Episcopus. Et vltra dictum fuit per arrestum quod impedimentum quod in dictis bonis apposuerat dictus Episcopus tāquā in bonis vacantibus in alta † sua iustitia existētib. amouit Curia, ipsum in expensis condemnando.

QVAESTIO CXXXVII.

An habitantes extra villam sint cogendi ad murorum villæ reparationem.

INter habitantes & communitatem villæ de Vernone actores ex vna parte, & habitantes villarum sancti Sulpitij de la chapelle sainct Ouyn, & aliarum circumuicinarum ex altera: dictum fuit quod defensores in quantū tangit muros non sunt admittendi, in quantū tangit fossata sunt admittendi, & sunt partes contrariæ, & erat contentio super reparationibus murorum & fossatorum, contrarium videtur superiùs * dictum.

QVAESTIO CXXXVIII.

Nota quòd Abbas plusquam bis in anno potest visitare in Prioratu suo.

INter Religiosos Priorem & Conuentū sancti Martini de Campis iuxta Parisios, ex vna parte, & Abbatem Cluniacī altera, dictum fuit quod dicti de sancto Martino non sunt admittendi ad proponendum, quòd dictus Abbas non possit visitare in dicto Prioratu suo plusquam bis in anno: & manutenebitur in possessione & saisina per ipsum allegatis, dictos Religiosos in expensis condemnando.

QVAESTIO CXXXIX.

Nota quòd exemptus reddendus est suo iudici exempto, non ordinario cum concurrunt.

INter Religiosos sancti Germani de Pratis ex vna parte, & Episcopum Parisien. ex altera, dictum fuit quod prisonarius contētiosus redderetur dictis Religiosis. ¶ Item fuit aliàs dictum pro ipsis contra Dominum Iacobum de Leleu, die Mercurij ante Pascha. Anno domini. 1387.

Qua-

+ *Curæ*) *optime dicit sibi reputarent se pro curatores, vtin c. j. de donat. vel simplices dispensatores iuxta Paul. 1. Corint. 4. Sed eam administrationem conuerterunt in dominationem & prophanationem admiscuerunt. iam dudū cōtrarius vsus inualuit, vtnulli sint litigiosores, quamuis Pau. 1. Corin. 6. Et l. ciuilis. C. de testamen. l. consulta. dicāt hoc eis esse dedecori. C. M.*

* *Debato*) *Oppositum notorium est, & ipse vidi multas huiusmodi lites possessorias admitti præcipue inter Cordigeros & Curatos vicinos: vt insignis illa inter Do. du Belay Curatum sancti Seuerini actorem in casu nouitatis: contra Cordigeros opponentes, & contrarias super hoc possessiones sustinentes anno. 1531. in requestis palatij: demde per appellationem in curia, vbi rursus arresto decisum, C. M.*

† *Alta*) *sed agere debebat via actionis vt infra annum tenerentur immobilia ponere extra manus suas vt scripsi in cō suet. Parisi. §. A. C. M.*

* *Superius*) *Scilicet q. 130. C. M.*

QVAESTIO CXL.

Intimatus non debet obtinere congedium.

DIctum fuit per arrestum pro Guioto le Admiral, contra Dominam Aurelianen. quòd ipsa intimata ad requæstam dicti Guioti, non haberet congediũ contra dictum Guiotum, licet † ipsius Dominæ non interesset vocari, quia fit intimatio si sua crediderit interesse.

QVAESTIO CXLI.

De prouisione facienda super reparationibus fortalitij, & vadijs capitanei.

INter habitantes villæ & ciuitatis Nouiomen. ex vna parte, & Episcopum, Decanum & Capitulum dicti loci, & alios ex altera, dictum fuit quod prouisio super contributione facienda pro reparationibus fortalitij villæ & vadijs* capitanei per Decanum & Capitulum, necnon & per curatos dictæ villæ de reparationibus pro sexta parte, donec aliud ordinetur. Quod ad computum commissarij, dabuntur per Curiam pro ipso audiendo. Sic nota quod nihil fuit dictum contra Episcopum, quia Dominus villæ & castrum habet reparare. ¶ Item fuit aliàs dictum similiter contra clerum Beluacen. & plus quia fuit facta ꝓuisio ꝓ vadijs capitanei.

QVAESTIO CXLII.

Cassata instrumenta repugnantia & producens mulctatus.

INter Archiepiscopum Rothomagen. ex vna parte, & Magistrum Oliuerium ex altera, dictum fuit quod talis vtilitas virtute quatuor defectuum Archiepiscopo & procuratori Regio adiudicaretur, quod duo instrumenta per Magistrum Oliuerium exhibita essent inualida quæ erant incompatibilia, quia vnum continebat ipsum fuisse Auinioni vna die, & aliud cõtinebat eadem die & anno ipsum fuisse Rothomagi, & ibidem fuisse receptum in Canonicum. Item in præsentiam Dominorum assistentium in Cancellaria, Curia cancellauit eò propter hunc errorem & defectum, & causa emendæ Regi adiudicatæ fuerunt 300. lib. & Archiepiscopo pro damnis & interesse totidem, & solueretur Archiepiscopo ante quam Regi.

QVAESTIO CXLIII.

Condemnation faicte par arrest aux religieux des Carmes, & au procureur du Roy, contre Richard de Mes & autres sergens de Chastellet.

ENtre le procureur du Roy, & les religieux, prieur & cõuent des Carmes de Paris de vne part, & Richard de Mes, Geoffroy de Mes, & Iean Sauary sergens ioy aulx defendeurs de antre, furent par arrest de la court condemnez lesdictz sergens en amende honorable: ce est assauoir ledit Richard nud en pute chemise, & les autres deux nudz piedz, les chapperõs ostez, & en pures cottes: & que en iceluy estat seroyent amenez du chastellet iusques a la croix Hemon deuant le portail de le eglise des Carmes, tenans, ce est assouoir ledict Richard vne torche de Cyre de quatre liures, & chasun des autres vn cierge de deux liures, & demanderoyent pardon ausdictz religieux. Et pour faire vn tableau auquel seront peinctz lesdictz presonnages, ilz bailleront ausdictz religieux trẽte francz. Et pour amende proffitable ledict Richard a esté condemné enuers le Roy en cinquante liures, & autant enuers lesdictz religieux: & chascun des autres enuers le Roy en amende de vingt cinq liures, & autant enuers lesdictz religieux, & chascun pour le tout & à tenir prison. Et furent preucz perpetuellemẽt de tous offices royaux, & en dommages, interrestz, & despens desdictz religieux, & sera a eulx premierement satisfaict.

QVAESTIO CXLIIII.

An quis sit recipiendus ad cedendũ bonis.

PAr arrest de Parlement fut receu † le vsage proposé de la ville de Tours, & par icelle que aucun ne est pas & ne doibt estre receu ad cedendum bonis suis, pour la deliurance de son corps quand pour debte detenu est prisonnier, a laquelle payr a obligé son corps qui est contre disposition de droit.

QVAESTIO CXLV.

La donation faicte au mary nulle.

ITem nota que certaine donation qui fut faicte au prouffit de messire Bidaut cheualier par sa femme, fut dicte par arrest de la court nulle.

QVAESTIO CXLVI.

An habens procuratorem præsentem non appellantem, possit infra octo dies appellare.

ITem nota que par la court fut dit que Iacques Bernier ne estoit* pas receuable a ꝓposer quil pouoit appeller de la court du baillif de Amyẽs dedãs. 8. iours puis que il auoit son procureur presẽt au iout de la pronuntiation de la sentence du Baillif. Et fut trouué sur piedz par enqueste que le vsage ne estoit pas vel que il fust receu a appeller dudict bailliage deddans

†Licet) contrarium seruatur, quia intimatio ꝓuera & formali citatione habetur. Et quotidie appellantes condemnantur in expensas male intimatorum. C. M.

**Vadijs) Id est salarijs. C. M.*

†Receu) Scilicet ad probandum, quod erat durum: Sed nõ fuit probatum nec quicquam habetur in d. consuetudine postea redacta, & sic non est amplius admissimile quia etiam de iure beneficio cessionis bonorum non potest renunciari vt per Doct. 9. vlt. Instit. de actio. l. vlt. C. qui bo. ced. poss. dixi in annot, ad Alex cons 37. nu. 6. ib. 2. C. M.

**Nestoit) Hodie hic rigor exoleuit & bene, quia à die notitiæ & consilij habiti appellant. ad de infr. q. 116. 158. 160. C. M.*

huict iours, puisque son procureur auoit esté present au pronuncer au proffit de Iean Quesnet.

QVAESTIO CXLVII.

De prouision denegata.

† *L. ab executore. ff. de appel. & l. ab executione. C. quo. appel. non rect.*

PEr arrestum fuit dictum malè iudicatum per gentes requæstarum, quæ fecerant prouisionem illi qui hæreditatem matris suæ vendiderat, & per literas Authenticas confessus fuerat certam summam inde recepisse ab emptore, quia sic apparebat sibi satis prouisum, & quicquid proponebat contra contractum ad eum annullandum, in causæ cognitione.

QVAESTIO CXLVIII.

Quis manens extra regnum non tenetur in Parlamento respondere super personali actione, quamuis super hypothecaria, sic pro rebus in regno existentibus.

PRo Marquisio de Salusses fuit dictum per arrestum contra Dominũ de Vergerio, quòd licet ipse Marquisius, qui domicilium habebat extra regnum, responderet in hypothecaria pro rebus in regno existentibus, tamen non responderet super actione personali.

QVAESTIO CXLIX.

Condemnatio ratione iniectionis manuum in seruientem regium.

ITem nota quòd famulus Magistri Guidonis Boyleaue thesaurarij Capellę sanctæ fuit condemnatus in emenda honorabili & proficua, ratione iniectionis manuum in quendam seruientem, & ad tenendum prisionem, &c.

QVAESTIO CL.

An habeat locum regalia in beneficio in Curia Romana vacante.

PEr arrestum dictum fuit pro Domino Ioanne de Coulemiers, contra Ioannem Varlet, qui se opposuerat collationi dicto Ioanni factæ per thesaurarium sanctæ Capellæ Regiæ, de quadam Capella in Ecclesia sancti Eustachij existente, prætendens sibi deberi virtute gratiæ Apostolicæ, & quod dicta Capella non vacauerat in regalia, & sic dictus thesaurarius vt habens causam, à Rege conferre eam non poterat, Ioanne dicente contrariũ, quamuis in Curia vacauerat, eo quòd ille qui antea immediatè obtinebat dictam Capellam, erat tempore mortis suæ Capellanus Papæ, & abbreuiator Cancellariæ: sic in gratia sua Apostolica cadere non poterat. Finaliter dictum fuit quòd malè se opposuerat dictus Ioannes Varlet, &c.

* *Ratio) vera est vt confusio litium vitetur quia vna sufficit, vt plene scripsi in cõsue. Parisi. tit. 3. in rub. & §. 64. C. M.*

QVAESTIO CLI.

An sit recipiendus ab executore appellans.

DIctum fuit per arrestum contra Roletum le Tendu pro gubernatoribus fortificationis villæ Tornacen. quod non erat dictus Roletus vt appellans recipiendus, eo quòd appellauerat eius vxor ipso absente ab executore † arresti Parlamenti executionem faciente, virtute executorij oppositionem non continentis, quia venire debuisset ad remediũ: & etiam quia nesciebat diẽ suę appellationis baptisare.

QVAESTIO CLII.

An adiornamentum in causa appellationis sit exequendum ad dies loci in quo fit expletum à quo appellabatur, vel ad dies alios.

FVit dictum per arrestum, quòd in causa appellationis bene erat adiornamẽtum factum & executatum p Dominum de Villiars, contra Guillelmum Morẽ, ad dies Masticon. Qui dictus de Villiars appellauerat à Domino Guillelmo de Beaton commissario requæstarum Parlamenti, expletum faciente in Masticonio. Item fuit dictum pro Domino de Tauuay contra Dominum Perceual de Colongne. Qui Dominus de Tauuay appellauerat à quodam seruiente commissario requęstarum, expletum faciente in Pictauia. Eò quòd impetrauerat & exequi fecerat adiornamentum ad dies Pictauien. idem in pari casu de quodam qui appellauerat à commissione Præpositi Parisien. ab executore eiusdem executionem faciente in Tholosa, qui exequi fecerat suum adiornamentũ ad dies Senescha liæ Tholosæ.

QVAESTIO CLIII.

Non est querimonia recipienda contra aliam quærimoniam.

PEr arrestum non fuit receptus Dominus de Mery ad se conquerendum in causa nouitatis, contra aliam querimoniam factam & executatam per Guillelmũ de Prenelle, & ad eius vtilitatem. Ratio,* quia Guillelmus fuerat conquæstus ratione iustitiæ per se eleuatæ in sua iustitia, & per Dominum de Mery de facto ad terram concussæ: & sic per suam querimoniam fuerat erecta, & dictus Dominus de Mery cœperat querimoniam vt destrueretur.

QVAESTIO CLIIII.

An oppositio facta contra executionem arresti eò quòd semel ante arrestum fuerat facta solutio, procedat.

Quæ-

Ioanni Thibert fuit facta ſolutio de quodam debito ſuo, poſt eius mortem executores eius idem debitum petierunt, & in Parla. arreſtum obtinuerunt, ſed quia in executione arreſti facienda apparuit facta fuiſſe ſolutio dicto Thibert: obtinuit cõdemnatus in oppoſitione † quam fecit contra dictam executionem. Ratio, quia eadẽ erat perſona executoris & Thibert.

† *Oppoſitione) & bene. l. ſi ful lo. & ibi Paul. de condict. ſine cauſa, Alex. l. imperatores. in fi. de re iudi. conſi. 69. lib. 3. C.M.*

QVAESTIO CLV.

Comment le preuoſt de Paris fut condamné en amende par arreſt.

ITem nota, que ſur la fin du Parlement qui commenca le lendamain du premier de le an. 1387. fut donné vn arreſt contre meſſire Audouyn Chauderon, cheualier, preuoſt de Paris, au prouffit de vn pouure hõme & de ſa femme, par lequel il fut enuers eulx condemné en amende prouffitable de dix liures Pariſis, prource que en plain Parlement, apres ce que on eut contre luy plaidé vne cauſe de appel pour ledict poure homme, & pour vn eſcolier auec ledict poure homme, ledict preuoſt vint tout eſmeu audict Parlemẽt: & en diſãt la cauſe pourquoy il auoit faict prẽdre ledict eſcolier, il diſt publiquemẽt & par pleſieurs fois, qui iceluy eſcolier gi ſoit en vn lict euec ladicte femme dudict poure hõme & bien le prouueroit: & lors de la partie dudict poure homme & de ſa femme fut requis que ledict preuoſt leur amendaſt ſur piedz* de amõde honorable & profitable: & pareillemẽt fut requis de la partie du ,pcureur du Roy qui il amendaſt au Roy ſur piedz desdictes parolles iniurieuſes que il auoit dit en ſadicte court, de amende prouffitable & honorable & furent alleguées raiſons & arreſtz de vn coſté & de autre. & meſmemẽt qui il eſtoit notoire à noſſieurs, vt iudicib. Plaidoyé fut longoument & grandement de vn coſté & de autre: finablement fut la choſe miſe au conſeil ſe le preuoſt le amendera ou non, dont pluſieuis de la court & la plus grande partie qui eſtoyẽt de accord que le preuoſt le amendaſt ſur piedz au Roy & à partie, & furent mel contens de miſſire Arnoul, qui lors tenoit le ſiege, & eſtoit premier preſidẽt, de ce qui il ne luy fiſt amender. Car pendant le delay ledict preuoſt eut vne grace du Roy: lequel luy quitta toute le amende honorable & prouffitable qui pouoit à cauſe de ce auoir encouru enuers luy: & auſsi luy quitia & remeit le amende honnoble qui il auoit peu encourit enuers partie. Et icelle preſenta a part a la court, & y fut obtemperé par la court, & par le procureut du Roy a part. Et depuis par arreſt fut ledict preuoſt condemné enuers leſdictz poures conioinctz en dix liures Pariſis pour amende prouffitable, & es deſpens: & ne en eurent point de amende honnorable obſtant ladicte grace.

* *Sur piedx) id eſt ſur lechãp. vt patet infr. eo. q. ſeq. Sed hic poteſt intelligi ſtando non genibus flexis obdignitatem ne ea priuaretur. C.M*

Alia plura notabilia quæ vidi pronuntiari in Parlamento, incipiente in craſtinum beati Martini. 1388.

QVAESTIO CLVI.

Quando intelligitur quis eſſe præſens in ſententiæ pronuntiatione.

ITem le premier iour playdoyable du parlament commenceant le an mil trois cens octãte huict, lendamain de la ſaint Martin de hyuer, fut dict par arreſt de parlament que Iean de Cõploing ne faiſoit a recreuoir comme appellant de certaine ſentence donnée contre luy, au proffit de Alips Vandraque, par le ballilif de Vermandois, pource que ilico il ne auoit pas appellé, & eſtoil Gauchier de Carcelles ſon procureur preſent a la pronuntiation de la ſentence, ou qui le valoit, & fut le cas tel. Car quand ledit balillif voulut prononcer ladicte ſentence, apres ce que au rolle les parties furent appellées en iugement, ledit Gauchier procureur dudit Iean ſe leua & ſen alla hors de le auditoire, affin que on ne peuſt dire que il fuſt preſent au pronõcer: & toutesfois le oyoit il bien, & ſcauoit bien que ledit balillif vouloit ladicte ſentence prononcer, & ladicte ſentence prononcée retourna en iugement: & apres ſen alla cõſeiller à Lyon pour ſon maiſtre ſeil appelleroit de ladicte ſentence, & depuis luy retourné, appella ſondict maiſtre biã huict iours apres ladicte ſentence donnée. Et pource que il apparut bien à la court, veu ce cas qui aſſez fut par partie aduerſe conueſſé que ce ne auoit eſté que vne fraude, fut dict ſur piedz † que il na faiſoit à receuoir, pource que ilico ne auoir pas appellé. Idem in eodem Parlamento fuit dictum pro Ioanne de Dyci, contra Ioannem de Griuole, quòd non erat vt appellans recipiendus, eo quòd licet ipſe de Griuole appellaſſet, hoc non fuerat illico, licet procuratorem præſentem haberet, ſed fuit in craſtinum ſententiæ latæ. ad hoc facit. l. 1. in. fin. ff. quan. appel. ſit.

† *Surpiex) id eſt ſur le camp ſed vide quod dixi ſup. eo. q. 140. & infr. q. 158.*

Quæ-

QVAESTIO CLVII.

Quod quis pro hominibus de corpore non est recipiendus ad prosecutionem quærimoniæ nouitatis.

ITem dictum fuit pro Decano & Capitulo Remensibus, contra Comitē Flandriæ & de Rethel, quòd Comes non erat recipiendus ad faciendam prosecutionē per querimoniam in casu nouitatis pro hominibus suis de corpore † & habeo arrestum alibi plenariē. Quare hic nō plus. Et fuit latum. 5. die Decemb. 1388.

QVAESTIO CLVIII.

An illico sit appellandum.

ITem habitantes de Morenual appellantes à sententia contra ipsos lata, per gentes requæstarum pro Domina Aurelian. & quibusdam Religiosis, super causa status non fuerunt recepti * vt appellantes per Curiam Parlamenti, quia non illico appellauerunt, licet dicerent quòd de sententia nō poterant esse certi, quia continebant plura membra, & testium reprobationes, admissiones, & repulsiones, & sententiam cœperant, vt super hoc deliberarent, nec ad appellandum tardarunt à tempore sententiæ, nisi per tres vel per quatuor dies, maximè quia eorum consilium erat absens.

QVAESTIO CLIX.

De saluo conductu Curiæ.

ITem Domini de Poillinac & de la Voult vsi fuerunt saluo conductu Curiæ contra Dominum de Riparia, per arrestum, in mense Decemb. 1388. prolatum.

QVAESTIO CLX.

Cum quo quis debeat esse aduocatus.

IN Parlamento initiante an. do. 1388. per arrestum fuit dictum quòd Magister Odardus aduocatus Regius † esset cum executoribus Cardinalis Laudunen. Prioris S. Martini, & de eodem consilio, inquantum executio dicti Cardinalis duraret, licet antequam executores dicti Cardinalis locuti fuissent dicto Odardo, super hoc Prior nouus retinuisset eum de consilio suo tanquam Prior: Ratio decidendi fuit, quia hæreditas iacens repræsentat defunctum, & attento quod de cōsilio dicti Cardinalis semper fuerat dictus Magister Odardus, erat quasi continuatio cum eius executoribus. Et idem dictum fuit quòd fieret de executoribus Episcopi Nouionen. de cuius consilio fuerat dictus Magister Odardus retentus, videlicet quòd esset cum executoribus Episcopi defuncti, de cuius viui consilio fuerat. Secus tamen esset respectu aliorum de quorum consilio ante erat dictus Magister Odardus ad nouum Priorem & nouum Episcopum, & idem in hæredibus defuncti retinentis dictum Odardum, quia esset cum illis de quorum erat prius consilio, quia esset noua retentio per hæredes vel nouos Episcopos, non continuatio vt in casu præsenti: ita dictum fuit in Parlamento initiante. 1390. videlicet quòd licet fuisset Magister Odardus de consilio patris Comitis Bononien. & post eius mortem fuisset retentus de consilio Domini Petri de Craon, quod esset cum dominio dicto Pe. non cum Comite Bononi. qui post mortem patris sui, eum retinuerat, sed post retentionem dicti Domini Petri, nisi in causis cœptis tēpore patris Comitis, nec est idem de hæredibus & executoribus.

QVAESTIO CLXI.

De statu adiudicando in regalia.

PEr arrestum Magistro Clementi primo Regis Capellano, fuit adiudicatus status Canoniæ & Præbendæ Tornacen. qui habebat titulum regaliæ contra Magistrum Ioannem Donati, qui regaliam habebat, & subrogatus fuerat in iure de Baudoyn & Ioannem de Trauers: & fuit ratio, quia ille per cuius mortem habebat in regalia dictus Clemens Capellanus, habuerat statum per 40. annos contra illos per cuius mortem habebat dictus Donatus.

Item Donatus qui habebat duos titulos, vnum habebat post titulum Clementis antedicti, licet haberet comme vacant per mortem illius, per cuius mortem habebat Capellanus, videlicet de Enguerant si per illius, per mortē vacaret. Item fuit adiudicatus Magistro Ioanni Regnier, de Præbenda Aurelian. contra Magistrum Aegidium de Etouteuille, per arrestum latum die Sabbati 26. mensis Martij. 1388. & sic fuit vt opponens receptus, quamuis se opposuisset per mensem post receptionem dicti Aegidij, quia nullum Procuratorem supra locum habebat. Sic etiam fuit cum Nicolao de Pacy de Præbenda Beluacensi, contra Magistrum Ioannem de Tuelles, qui Nicolaus vt opponens fuit receptus.

Qua-

† Corpore) id est ascriptitios, & intellige quādo Dominus nō habebat propinquum interesse, alias ex quo quasi possidet dictos homines arg. c. authoritate. in fi. de priuile. in 6. fa. cōsti. Caro 7. ar. 20. C.M.

** Recepti) quod perquam iniquum fuit nunquam vidi rigorem illum seruari, nisi tempore Guilmi Poieti quo deiecto cessauit, interim multæ bonæ causæ afflictæ sunt, rigor autem ille introductus fuerat ad multiplicandas appellationes oblucrum multarum quæ habent locum in patria consuetudinaria quas Poietus ille in Cancellarium euectus male & inique extendit ad patriam iuris scripti cōtra vetera fœdera & libertates Aquitaniæ & totius patriæ iuris scripti. C.M.*

† Regius) nunquam vidi regios aduocatos supremæ curiæ ꝓ priuatis postulare, sed nec cōsulere donec Poietus ille anno. 1531. Regius aduocatus factus frequentiam lucrosam consultationum continuauit: & reliqui deinde sic fecerunt. Quin etiā idem facti tabant quidam libellorū tū supplicum in aula Magistri, donec an. 1546. abstinere iussi sunt. C.M.

QVAESTIO CLXII.

An in fide non intrans & homagio per annum & diem post mortem sui prædecessoris amittat feudum.

PEr arrestum fuit dictum pro Simone Spifame contra Dominum de Beauieu, quod feudum de Simone nō erat confiscatum dicto Domino, quamuis contra dictum Simonem ad hoc tenderet inter alia ex hoc, quod post mortem patris Simonis, Simon non intrauerat in eius fidem & homagium intra annum & diem, cum esset in patria scripti. † Sed feudum iacebat* in reditu per ipsum Dominum reddendo † Parisijs à quo tenebat, & dicebat se feciſſe deuerium. Et fuit absque factis contrarijs* datum arrestum, quamuis dictus Dominus proponeret patriæ consuetudinem super hoc.

† *Scripti*) nihil est, quia consuetudines feudales Insubriæ locales sunt, & promaiori parte nō seruantur etiam in patria iuris scripti, vt dixi in consue. Parisi. ti. in rub. C.M.

* *Iacebat*) id est consistebat.

† *Reddendo q. Dominus dedisset soluendum Parisijs quem creditor à debitore teneret in feudum quod est tam nouum quam rerum vel quasi Dominus directus reditus feudalis acquisiuisset feudum super quo debetur. C.M.*

QVAESTIO CLXIII.

Nota de nimia taxatione emendæ.

FVit per arrestum pronuntiatum pro Ioanne de Vertus de villa de Bannoillet, quòd malè fuit pronuntiatum p Præpositum Parisien. qui ipsum in emenda 500. Francorum aurei condemnauerat, & eius sententiam corrigendo fuit solum in 20. Francorum emenda condemnatus.

QVAESTIO CLXIIII.

De Clerico reddendo vt seruo.

PEr arrestum fuit condemnatus Petrus Courtois Parui ad reddendum † tonsuram Clericalem quam receperat absq; licentia & consensu Decani & Capituli du Paruis nostre Dame Suesion. diocœsis, quorum erat homo corporis & seruilis conditionis, &c.

QVAESTIO CLXV.

Super recredentia feudi.

PRo Decano du Puy fuit pvonuntiatū contra Marmat Touset Dominum de Allegrio, quod fuerat bene appellatum per dictum Decanum à Seneschalo Aluerniæ, qui non fecerat recredentiā dicto Decano de quodam castro nuncupato castro inferiori, quod in manu sua posuerat dictus Dominus Allegrio, ac poni fecerat in manu Regia ob defectum homagij ꝙd dicebat ab ipso teneri in fide & homagio, cum non constaret, sed in facto iacebat.

QVAESTIO CLXVI.

An per defectum tradendarum scripturarum sit gratia verificanda.

FVit pronuntiatum contra Hustin de Grelonnal, pro Ysabella de Villers, contra quam proposuerat dictus Hustin ipsum Baudoynum maritum suum, fratrem ipsius Hustin occidi feciſſe per quēdam seruientem, & sic eam debere puniri criminaliter ac gratiam dictæ Ysabellæ, pro qua videnda interinari fuerat dictus Hustin adiornatus ad requæstam dictæ Ysabellæ coram Bailliuo Ambianen. fore supreptitiam, ac partes auditæ super principali in factis contrarijs appunctuatæ ad tradendum scripturas ad certam diem, qua die non tradiderat dictus Hustin scripturas suas, nec comparuerat, sed fuerat in defectum positus, quamuis se repræsentasset dicta Ysabella, ac obtulisset suas scripturas: & talem dicti defectus reportauit vtilitatem dicta Ysabella, quòd ceciderat dictus Hustin de factis suis: sed haberet litis contestationem, & dicta Ysabella faceret facta sua ac probaret: & sic reputata fuit actrix in causa, licet dictus Hustin concluſisset vt actor. Sed ratio fuit quia ab initio fecerat adiornari dictum Hustin dicta Ysabella ad videndum suam prædictam gratiam interinari, licet stulte concluſisset dictus Hustin contradictam Ysabellam, vt puniretur criminaliter ratione dicti facti tanquam actor, licet debuisset dixisse facta contenta in eius gratia non esse vera, ac eius gratiam subreptitiam facta contraria eidem gratiæ opponendo. Et etiam fuit ratio, quia gratia non debet reputari verificata per talem viam, videlicet per defectum vt delicta puniantur.

QVAESTIO CLXVII.

Quando comparuit dicitur rectè captum.

ITem per Arrestum prolatum ann. do. 1388. mense Ianuarij pro Domino Ioanne de Aumais contra Ioannem & Hugonem de Tournant, fuit dictum quòd interruptionem fecerant, eò quod mortuo Domino Hugone de Tournant, cuius hęredes se dicebant, qui fuerat mortuus circa festum Pentecostes. 1387. quod fuerat 27. die mensis Martij, eodem anno non resumpserant arramenta causæ appellationis, in qua erat appellans dictus defunctus: contra quos Ioannem & Hugonem cœperat comparuit dictus Dominus Ioannes. 27. mensis Iulij Anno Domini. 1388. ad cuius vtilitatem iudicari videndam ipsos fecerat adiornari ad 5. diem mensis Ianuarij sequentis. Sed proponebatur cōtra ipsum Do. Ioan. quod nō cœpe-

* *Contrarijs*) id est prætensa consuetudo nō fuit admissa. C.M.

† *Reddendum*) id est patiendā degradationē. C.M.

cœperat inter annum à tempore mortis, quia defunctus fuerat dictus Dom. Hugo 26. die mensis Maij. 1387. quo fuit Pentecostes. 17. die Maij. sed anno. 1388. fuerat festum Pentecostes, & dies sancti Petri de monasterio octaua die Iulij, & 1388. & 18. die dicti mensis Iulij cœperat comparuit. Sed non valuit hoc quod diceretur ipsos interruptionem fecisse, tunc quia cœperat comparuit † ad dies proximos ordinarios, videlicet de sancto Petro de Monasterio & intra annum quod adhuc nõ erat necesse cum ius esset parti quæsitum: & quia post comparuit intra annum, fecit adiornare supradictos ad videndum vtilitatem iudicari.

QVAESTIO CLXVIII.

De regalia facti.

ITem nota quòd an. do. 1334. der Regem Philippum * & eius consilium fuit ordinatum & compertum Reges Franciæ vsos fuisse regalia iuris & facti simul, ac iuris tantùm & facti tantùm: ac dictum quòd audientia degeneraretur ne reciperetur ille, qui prætenderet regaliam factam non habere locum.

QVAESTIO CLXIX.

An in causa appellationis homines iudicantes sint adiornandi.

ITem iudicatũ contra Enguerant Hubert & Damyam eius vxorem, pro Carolo de Campremi ac Domino Duce de Borbonio, quòd appellatio facta per dictos coniuges à Bailliuo ac hominibus iudicantibus de Claromonte † erat deserta, eò quòd ipsi coniuges appellantes non fecerant adiornare dictos homines, licet fecissent adiornare dictum Ducem, cum in iunctione quòd secum haberet Bailliuum suum antedictum ac homines suos supradictos, quòd nõ sufficiebat, cùm dicti homines essent pars principalis, cum soluissent emendam si malè iudicassent.

QVAESTIO CLXX.

An in permutatione quæ fit coram Papa, fit mentio fienda aliorum beneficiorum.

ITem inter procuratorem Regium & magistrũ Petrum petitores ex vna parte, & Magistrum Odardum Canonicum Præbendarum in Ecclesia. Nouiomen. ex altera, in causa Regaliæ in Parlamento 28. die mensis Ianua. an. do. 1378. fuit hęc quęstio ventilata. Dictus Magister Petrus dicebat quòd Magister Odordus habuerat per permutationem in Curia Romana factam dictos Canonicatum & Præbendam: & tamen tenebat tunc alia beneficia, de quibus in dicta permutatione non fecerat Papæ mentionẽ. Sic collatio sibi facta ex causa permutationis de dictis Canonicatu & Præbenda fuerat per surreptionem nulla, & ex post fuerat aperta regalia indicta Nouiomen. Ecclesia per obitum Domini Aegidij de Lorris: & sic de iure in regalia vacauerunt dicti Canonicatus & Præbenda. Et pro ipsis allegabant dicti Procurator & Magister Petrus. Primò quia resignatione facta ex causa permutationis in manibus Papæ de dictis Canonicatu & Præbenda fuit verum dicere quod vacauerunt: ergo ipsos vacantes Papa contulit Magistro Odardo non proprio motu, sed ad dicti Odardi requæstam, qui sua tacuerat nec expresserat Papæ beneficia. Sic fuit subreptitia, iuxt. c. si motu proprio. de præben. lib. 6. cum ibi notatis per Archi. & Ioan. And. in. c. in nostra. de rescrip. c. si proponente. &. c. postulatis. eod. tit. præterea hoc habet stylus Curiæ Romanæ, quod in permutatione in Cnria Romana facta sit facienda mentio de alijs beneficijs, aliàs est permutatio subreptitia* & sic nulla, iuxt. c. ad audientiam. de rescript. c. si is. de fil. presbyte. Tertiò permutatio dependet ex gratia & dispensatione superioris, iuxta nota. in ca. quæsitum. de re. permu. in antiquis, &. c. vnico, eod. titu. lib. 6. & in cle. ergo nulla per surreptionem beneficiorum, maximè quia non est præsumenmendum quòd superior, vt Papa ita transiret ipsam cum aliàs beneficiato, sicut cum non beneficiato. Quartò de iure decretalium beneficium resignatum ex causa permutationis in manibus superioris poterat superior alteri conferre, iux. not. in. c. inter cætera. de pręben. Sic ergo conferre ipsum alteri permutantium erat gratiosum, & dependebat solum ex voluntate superioris, & sic erat collatio in ipsius voluntate: ergo erat vt in gratiosis aliorum beneficiorum mentio facienda, aliàs permutatio subreptitia quæ à Papa fiebat: nec hoc colligitur. videlicet quod esset mentio facienda per iura Sexti & Clementinarum, videlicet de re. permu. in 6. & cle. Quintò, antè fuit regalia quam iura Sexti † & Clementinarum, ergo illa iura præiudicare non potuerunt iuri regio & regaliæ: & sic attento iure decretalium vacasset in regalia, sic hodie cum per iura Sexti & Clementinarum derogari

† Comparuit.) id est, actũ & instrumentũ cõparationis q̃est commune etiã nulla cõclusione nulla vtilitate petita. C.M.

* Philippum) scilicet sextum vulgo Valesiũ habetur sup. par. 3. ti. 31. §. 2. adde infra. q. 188. sed hodie quidam incipiunt negligere vacatione facta tantum contra eum cuius constat primo de vero titulo, secundo de diligentia quod per eum non stetit sed ante regaliam appertam petijt recipi & inuestiri de facto quod capitulum denegauit & quædã arresta feruntur & hoc æquum. C.M.

† Claromonte) not. veterem politiam nunc cũ multis abrogatam, ut supra in stylo. c. 6. §. 13. & infra part. 7. arrest. 46. C.M.

* Surreptitia.) Nota in antiq. sub. ti. de rescrip.

† Sexti) imò etiam ante decretales, vt dixi in consue. Parisi. §. 27. num. 10. C.M.

gari non potuit quo ad beneficia in regalia vacantia & quorum collatio ad Regem spectabat, licet ad alia etiam ad collationem aliorum spectantia dici posset quod sic. Sextò, quia non post dicit quod sit propriè permutatio, quia nõ fit de meo tuum: probatur, quia resignatione facta ab ambobus permutantibus, amplius nõ sunt ipsorum beneficia, nec vnus habet ab alio, sed à superiore conferente, & ex noua collatione ad requæstam partis facta: ergo est aliorum beneficiorum mẽtio facienda. ar. l. quæ vsumfructum. §. fi. cum. l. seq. quæ incipit, quæsitum. ff. de vsufr. & l. si quis vsumfruct. ff. de vsufru. leg. In oppositum videtur quod in permutatione facienda penes Papam non sit † aliorum beneficiorum mentio facienda. Primò, quia nullo iure cauetur, quòd mentio sit facienda de alijs beneficiis in permutatione. Secundò, coram ordinarijs locorum non est opus. iux. c. ff. de offi. ordi. in Cle. Sic igitur nec in Curia, quia ex diuersitate locorũ, &c. l. fi. C. de tem. in inte. re. tam. Tertio, non est impetratio nec voluntaria collatio, nec simplex, sed necessitatis. iux. c. vnicum. & Cle. vnicam. de re. permuta. in 6. & Cle. Quarto, quia fit permutatio propter necessitatem & vtilitatem Ecclesiarũ, non personarum. iux. c. quæsitum. de re. permu. Et sic fauorabilis, ergo amplianda. Quintò in casu præsenti recipit simplex beneficium Magister Odardus pro dignitate. Sextò, recipit vnũ propter duo. Septimò, si esset mentio facienda de alijs beneficijs non permutatis, hoc tantum de beneficijs quæ spectabant ad Ecclesiam, non autem ad Laicos: quæ autem tenebat tunc Magister Odardus, de quibus non fecit mentionem, spectabant ad Regis collationem. Octauò cessat ratio. c. si motu proprio, scilicet ambitionis, scilicet quod non esset verisimile Papam velle beneficiare habentem beneficium: quia non quæritur de beneficio addendo ad beneficium, sed de subrogando alterius loco, vnum vel plura, & sic cessat ambitio, nec est impetratio: sed beneficiorũ in manibus Papæ renũtiatio, qui ipse confert sine alia impetratione. Vnde impetrando gratiam permutandi fuit impetratio scilicet vt posset permutare, sed in collatione quæ fuit post ea, non fuit impetratio. Non obstant alle. in contrarium, quoniam iura quæ volunt mentionẽ fieri de beneficijs quæ quis habet, loquuntur in impetratione, non qualibet collatione iuxt. c. quamuis. de præben. lib. 6. hinc est quod in collatione quam fecit Papa motu proprio, non est necesse facere mentionem nec de vno beneficio. c. si motu proprio allegato: nec de plurib. extra de præben. c. si Romanus. in Cle. quia ibi propriè nõ est impetratio. Et per prædicta tenent Federicus de Senis in. 70. quæstione sua: & Alexander post eum in repetitione sua quam fecit super ca. licet de re. permuta. lib. 6. Et Petrus Bertrandi in. c. vnico. de re. permuta. in Cle. indistinctè permutationem* valere, non facta mentione de alijs beneficijs, cum hoc non sit impetratio: nec collatio simpliciter facta, saluo stylo Curiæ Romanæ, quia si stylus sit in Curia quod aliàs non valeat permutatio, nisi fiat de alijs beneficijs mẽtio, tunc stylus est tenendus, nec aliàs valeret permutatio. Item & videtur per propositum partis aduersæ quod valeat de iure permutatio absque mentione facienda de alijs beneficijs, quia allegabat stylum Curiæ Romanæ talem quem allegare non esset necesse si de iure non valeret. Sed quia de iure videtur stylus contrarius: si enim de iure non valeret, tunc non esset stylus, sed potissimè in Curia Romana, vbi de iure vtitur. Item aduerte quia hęc quæstio procedit in permutatione facienda in Curia Romana penes Papam vel eius legatum: cum ab ipsis impetratur, est de alijs beneficijs mentio facienda. iuxta. c. si motu proprio de præben. lib. 6. c. fin. de præben. & c. fin. de offic. ord. in Cle. non autem in permutatione facienda corã alijs ordinarijs, cum non sit mentio facienda, de alijs beneficijs cum ab ipsis impetratur: iuxta d. c. fin. de offi. ordi. in Cle. Ratio: quia ordinarius cognoscere potest, & debet suorum subditorum Clericorum conditionem & statum, & an habeant beneficium necne: quod non ita facere potest Papa vel eius legatus qui est omnium ordinarius & pluribus intentus. Item pro hac parte videntur facere nota. Inno. in. c. inter cætera. superius allegato, videtur dicere, quod absque collatione per consensum superioris completur permutatio, licet per iura Sexti & Clementi. videatur contrarium: & hoc tenetur quod opus est collatione à Prælato facienda. Item non obstat si dicatur quod quis habens duo beneficia simplicia, permutat ex his vnum cum beneficio curato: quia facilius permittitur,

† *Non sit) idem Federi. de Senis de permuta. q. 18. & in consilijs. q. 7. Domi. in c. vnico. col. pe. & ibi. Phil. Fran. co. 5. de re permuta. in 6. C. M.*

* *Valet permutatio indistincte non facta mentione de alijs beneficijs.*

mittitur, quòd quis habeat duo beneficia simplicia, quàm vnum simplex, & vnum curatum, cùm maior idoneitas personæ requiratur in curato quam in simplici. c. cum in illis, de præben. lib. 6. ¶ Item quia fortè erat idoneus ad simplex, non ad curatum, quia licet loco sui simplicis recipiat curatum: non tamen cum eo intelligitur dispensatum vt teneat vtrunque si teneri non possint. c. non potest de præben. lib. 6. & si fortè non sit idoneus, tunc superior, non assentiat permutationi. Super hoc aliqui distinguunt, dicentes quod recipiens pinguebeneficium loco tenuis, debeat facere mentionem de ambitione, non econtra. Alij distinguunt inter permutationem factam ob vtilitatem Ecclesiarum vel personarum: vt in prima non debeat facere mentionem, in secunda sic, vt distinguitur. 2. q. 5. in, fi. Tamen quicquid dicatur, tene indistinctè vt sup. ¶ Item nō obstat stylus Curiæ Romanæ: quia dictus Magister Odardus habuit & habet reformationem & reparationem suæ gratiæ si sit opus: & ante regaliā apertam. Finaliter partibus auditis, habuit statum Magister Odardus contra partem suam aduersam.

† Palatij) *imo non potest capere nisi intra suum prætorium & adhuc ex cōcessione legis qui est Dominus territorij iam in ipso templo vt dixi in consuet. Parisi. §. 41. nu. 65. Et quod hic dicitur intelligitur permissio curiæ per inuocationē brachij secularis & tūc exemptio Sacelli palatij est impertinens, iste tamen magis affectibus prælatorum fanebat, vt supra eo. q. 82. & sæpe. C. M.*

QVAESTIO CLXXI.

Contra Aurelianenses pro Aurelianensi Vniuersitate.

ITem nota quod arrestum latum pro Vniuersitate Aurelianen. contra quosdam Particulares Aurelianen. Qui in magna emenda fuerunt condemnati, ꝓpter suos excessus, & maximè quia clamauerāt a mort aux escoliers. Quod latum fuit die penultima mensis Februa. eodem anno.

QVAESTIO CLXXII.

Arrestum latum pro Magistro Io. Mesnier contra executores Cardinalis Laudunensis.

ITem nota arrestum latū contra dictos executores & hęredes, pro Magistro Ioanne Mesnier, per quod licet ad eorū requæstam fuisset per Præpositum Parisien. in villa Parisien. captus & in gardiam per Curiam traditus Episcopo Parisiensi, quia Clericus erat, à qua captione appellauerat, dictum fuit bene appellatum per dictum Mesnier, & fuit ad plenum liberatus per Curiam, non de factis contra eum propositis, sed à prisione. Et est aduertendum, quod per Curiam Parlamēti fuit ordinatum quod esset præsens dictus Mesnier in pronuntiatione arresti, quòd fuit factum, & fuit ideo, quia Episcopus Parisien. appellatione pendente fecerat informationem contra dictum Mesnier super eisdem factis, & dicebat illum esse suum prisionarium earum occasione. Et ideo ne arrestū esset illusorium si mansisset in prisionibus Episcopi, quod fecisset si non venisset in persona, Curia ordinauit quòd veniret, vt post arrestum haberet facultatem eundi vbi vellet. Fuit tamen in potestate Episcopi ipsum postea capere, & capi facere vbi capere poterat, vtputa extra clausstrū Palatij † quia exemptum ab ipso Episcopo.

QVAESTIO CLXXIII.

Quæstio notabilis, an Officialis possit esse perpetuus.

NIcolaus Blondelli conquestus fuit in casu nouitatis, dicens se esse in possessione & saisina, vt custos & Maior maioris Prioratus sancti Martini de Campis exercendi iurisdictionem dictæ Maioriæ, acetiam se esse in possessione & saisina dictæ Maioriæ, necnon citandi & habendi fructus & emolumenta ipsius & sibi applicandi, &c. Primò dicebat quòd titulū habebat ad vitam suam de ipsa Maioria tenenda à Priore antecessore Cardinalis Laudun. confirmatum à Conuentu. Secundò quod dictus Cardinalis permiserat ipsum in ipso officio, quamuis esset multum sapiens ac diligens, quod non fecisset si ipsum ius habere non putasset, nec alij sui prædecessores. Tertiò quod alijs ante ipsum concessa fuerat simili modo, vt cuidam vocato Auquetin, qui vsus fuerat vita sua comite. Quartò vsus fuerat pacificè per 10. annos, & amplius per vltima expleta: & habebat titulum à Priore & Conuentu toleratum, & tacitè à successoribus confirmatum. Concludebat adrecredentiam & ad principale ꝓponendo & concludendo pertinēciam in casu nouitatis. Pro Priore sancti Martini de Campis quondam Priore Carnoten. cognominato Corrart, fuit ex aduerso per me aduocatum suum propositum ad finem nō recipiendi, & aliàs. Primò, supposito quod haberet literas nomine Prioris & Conuentus, &c. de quo tunc non apparebat, illæ literæ erant sigillatæ sigillo ad causas, quo Superior solus sigillare consueuit, etiam sine scientia conuentus, vnde Superior quando videt sigillum Prioris appensum literis, incontinenti solet apponere dictum sigillum ad caput, per quod sequitur, quòd in contractibus & concessionibus non facit fidem: vt legitur & notatur de

de appel. in. c. significauit. ¶Item concessio ad vitam dicitur esse perpetua. ff. pro socio. l. 1. nota. 10. q. 2. c. perpetua. Sed in cõtractibus perpetuis requiruntur solennitates seruandæ in alienationibus: vt nota. de re. Eccle. non ali. c. 1. lib. 6. & non apparet quòd istæ solennitates interuenerint in huiusmodi concessione: ergo non valet, ad hoc. 12. q. 1. c. Episcopus. ¶Itẽ videtur de hoc casu, vt est de rebus Eccle. non ali. c. 1. in Cle. & hoc idem probatur ibi in fine, dum dicit dictam Clementinã non habere locum in locationibus & concessionibus quæ fiunt ad modicum tempus, & sic secus in illis quæ fiunt ad longũ tempus. ¶Item nec sufficit si exprimatur in literis, quòd hoc est propter vtilitatem vel necessitatem monasterij. vt ibi no. per Guillel. imo ad contractum validandum requiritur consensus superioris, & omnis solennitas seruanda in alienationibus: vt not. ibi in glo. innuit quod si, &c. Item Iura loquẽtia de iudicatura, vel alijs officijs nolunt illa esse perpetua, sed temporalia. C. de decurio. l. 1. lib. 10. & de domesti. & protect. l. lege pragma. lib. 12. pro hoc faciunt mul. iura alle. per Hosti. & Ioan. And. de iudi. c. fin. super verbo, celebratur. vbi istud tenent ponendo tres rationes quas ibi vide: & finaliter concludunt quod hodie solum per biennium in officio esse potest, ad hoc in Authen. de defen. ciui. §. fi. col. 3. & vide ibi plenissimè. ¶Item confirmatur per ordinationes Regias, per quas etiam Bailliuus, qui est maioris authoritatis, manet in officio per biennium, dum taxat approbatur per consuetudines, per quas Prælati faciunt nouos Officiales, Bailliuos, & alios Officiarios. de maio. & obed. c. his quæ. &. c. cum olim. & eo. tit. c. vnico. li. 6. vbi per mortem Prælati cessat potestas Officialis, & transit ad Capitulũ: sic videmus in officiarijs ordinarijs per Præpositum Parisien. vt in locum tenenti bus & alijs quorum potestas cessat, † mutato Preposito. sic seruat Dominus noster Rex mutans & reuocans Bailliuos & officiarios suos quando placet sibi: * sic ergo & alij facere debent. c. in causis. de re. iud. fortificatur, quia Bailliuus sancti Dionisij conqueſtus fuit in causa nouitatis contra Abbatem, qui ipsum reuocabat: & fuit dictum per arrestum, quòd non erat † admittendus. In simili Magister Iacobus Dableges Bailliuus sancti Dionisij, fuit per dictum Abbatem depositus, vnde appellauit: sed postea renuntiauit appellationi suæ vt friuolæ. ¶Item Prior & Conuentus dictum Maiorem remouerunt, & fuit alteri bono & sufficienti de Maioria prouisum. ergo sublata est dicti Maioris potestas. l. iudicium soluitur. ff. de iud. cum similibus. ¶Item dictus Maior est de iudicatura sancti Martini, & ibi habet hospitium proprium, & ibi traxit moram per 20. annos, & adhuc trahit & habet domicilium suum, & sic ibi non potest esse Iudex cum non prætendat se habere authoritatem principis. C. de offic. Preto. l. 2. & de elect. c. fundamenta. in fi. lib. 6. ¶Item dictus Maior emit officium prædictum dando pecuniam pro illo habendo, & sic non debet in illo remanere. C. ad. l. Iuli. repe. l. sancimus. canonizata. 1. q. vlti. c. sancimus. ¶Item dictus Maior se ingerit in officio: & sic est suspectus, præsertim in quãtum dicit, quod constabit sibi mille francis antequam dictum officium dimittat: maximè quia dum assumpsit huiusmodi officium, reputabatur pauper homo. Nõ obstat quod dicitur quod habet sigillum Conuentus in sua litera, &c. quia illa forma est de iure communi, secundum quod omnia debent expediri per Prælatum & Capitulum seu Cõuentum. de his quæ fi. à Prælat. sine consen. ca. c. noui. cum similibus, & sic illa forma non reddit actum perpetuum, quia aliàs omnes actus gesti per ipsos essent perpetui, quod non est dicendum. ¶Item conferre Maioriam spectat ad collationem & administrationem Prioris: & sic adiunctio Cõuentus non extendit prouisionem vltra tempus concedentis, iuxta illa quæ notantur & leguntur in. c. procuratorem de procur. in Cle. ¶Item constat quod solennitates seruandę in alienationibus faciunt actum perpetuum, & illis cessantibus fit ad tempus, vel saltem non extenditur ad successorem. de reb. Eccles. non ali. per totum. 12. q. 2. per totum. ¶Item fortificatur per illud quod nota. per omnes Doctores, de prælatis suas. c. fin. vbi etiam locatio non extenditur ad succes. pro hoc facit quod nota. de præsump. c. mandata. ¶Item confitebatur se habere Maioriam & huius esse custodem, & esse in possessione nomine Prioratus & Conuentus, sic non posidet. ¶Item habens precario vel in depositum, reuocari potest ad voluntatẽ. l. cum precario. ff. de preca. l. 1. §. si depositario. ff. depo. His non obstantibus fuit recredentia

† *Cessat) sed hodie non committuntur per Præsidẽ sed per Regem. Ideo mortuo Præside nõ cessat eorum potestas. l. 1. §. hi quibus & ibi Bal. de lega. 1. C. M.*

* *Sibi) sed constitutione Philippi Valesij anno. 1341. & rescripto Ludouici vndecimi quæ extat in libro viridi Regij procuratoris in prætorio Pa. statutum ne revocarent aut revocarent nisi morte, resignatione, vel delicto iudiciabiliter declarato & ita obseruatur. vt etiam tango, in eo. q. 181. C. M.*

† *Non erat) & bene Io. Fab. In sti. manda. §. Item si adhuc. dixi in consuet. Parisi. §. 1. glo. 5. nu. 59. C. M.*

per arrestum † adiudicata dicto Nicolao, & partes appunctatæ super principali in factis contrarijs. Et demum mortuus fuit dictus Prior, sic remansit Maior dictus Nicolaus. Et habebat ipse Nicolaus rationes, quia ad non modicum tempus habebat titulum de Maioria, vt ad vitam: quamuis à Papa non confirmatum: & fuerat vsus magno tempore pacificè, nec ipsum insufficientem dicebamus, nec aliquo vitio seu crimine irretitum. Sed solum quia mediante pecunia habuerat. ¶Item quia tractatur de possessorio de quo vsus fuerat longo tempore cum titulo ad longum tempus: iuxtà. l. 1. §. quod autem Prætor. ff. de superficiebus.

*Remouere) *Non solum curator Reip. vt l. ad curatorem de dam. infect. sed etiam ex cõmuni & generali obseruantia priuati quorũ interest ad hoc agere possunt. l. singularum. in fi. C. de edifi. priuat. vndecũ hoc sit indiuiduum, quisque cõpellitur insolidum, quia etiã repetere potest à socio, vt inquit tex. in. l. sup praiter. §. officium, de acq. plu. arcen. dixi. in consuet. Par. ti. 6. & in tra. diuid. & indiuid.*

† *Arrestum.) & male exnarratis.*

QVAESTIO CLXXIIII.

An vnus Dominorum domus pro periculo remouendo, insolidum conueniri possit, & condemnari.

ANtepenultima die Augusti. 1389. dictum fuit per arrestum Curiæ bene iudicatum per Præpositum Parisiensem, pro Michaele Clerico, & malè appellatum per Ioannem Herui, in eo quod dictus Præpositus iudicauerat dictum Ioannem remouere* debere periculum cuiusdam domus ruinosæ communis pro indiuiso sibi cum vxore sua & quibusdam alijs, licet solum concluderetur contra dictum Ioannem, & esset solum adiornatus, non alij, & hanc causam pro Ioanne plaitaui, & pro hoc allegabam in effectu. l. eadem. §. Cato. in fin. ff. de verb. obli. l. Prætoriæ. ff. de Præto. sti. l. stipulatio. §. quæsitum. ff. de nou. oper. nun. Ratio vero in contrarium colligitur per illas ll. quia restitutio operis pro parte fieri non potest, & ne vrbs ruinis deformetur: quia res celeritatem desiderat: iuxta. l. 2. §. si quis à principe. &. l. fin. ff. ne quid in lo. pu. fin. & l. 1. C. de edi. priua. & habere recursum multiplicem contra consocios est laboriosum. iuxta. l. si. vt proponis. C. de edi. priua. & l. cum duobus. §. idem respondet socios. ff. pro socio. cum ibi nota. & l. ad curatoris. ff. de dam. infect. nec obstat allegatio in contrarium per. l. plures eod. titu. quia licet quilibet teneatur pro rata, tamen executio in totum fiet. per. l. superiùs allegatam.

QVAESTIO CLXXV.

Sententia mortis ferri non debet per processum ordinarium.

ITem per arrestum fuit dictum Franquetum Sourde bene appellasse à Præposito de Castellone, qui ipsum ad suspendium condemnauerat per inquæstam & processum ordinarium. †

Ordinarium) quod hodie correctum est & bene. C. M.

QVAESTIO CLXXVI.

Nota mulctandum, qui entreprent contra iurisdictionem temporalem.

ITem Archipresbyter Turonen. fuit condemnatus in emenda. 20. librarum erga Regem: eò quòd rescripserat in quibusdam scripturis se esse in possessione virtute suæ iurisdictionis spiritualis, puniendi Laicos, & sustinebat hoc pertinaciter in scripturis concordandis.

QVAESTIO CLXXVII.

Non est consuetudo recipienda quòd quis de facto gagiat suum debitorem.

ITem non fuit per arrestũ recepta consuetudo in causa Domini de Partenay, imò dicta non receptibilis consuetudo, quòd quis habens iurisdictionem posit de facto ratione sui debiti vel reditus gagiare super bonis debitoris, vbi nullam habet iurisdictionem.

QVAESTIO CLXXVIII.

Non est à Commissarijs Parlamenti appellatio recipienda.

ITem per arrestum fuit dictum quòd non erant recipiendi Decanus & Canonici Turonen. appellantes à quibusdam commissarijs Parlamenti super taxatione* quarundam expensarum, licet aliàs fuerit in casu simili recepta appellatio.

*Taxatione) *facta in præsentia partis vel procuratoris sui qui tunc nõ appellat. & videtur velle Const. Caro. 8. art. 61. & quandoque vidi postea appellantem rei. Sed Constit. hoc non dicit & in quo mest, satis est quod appellatio non suspendat, sed fiat prouisionalis executio, & ita obseruatur. C. M.*

QVAESTIO CLXXIX.

Qui non approbat aliquos facere Capitulum, non habet se contra ipsos præsentare, vt contra Capitulum, sed vt contra singulares se dicentes Capitulum facere.

REcepti fuerant quidam Canonici de sancto Honorato vt bene fundati & præsentati, quamuis se fundassent & præsentassent contra tales & tales singulariter se dicentes Decanum & Capitulum, quamuis Decanus & Capitulum se in illa causa, vt Decanus & Capitulum conquesti fuissent in casu nouitatis contra ipsos Canonicos, & se præsentassent. Ratio fuit, quia dicti Canonici dicebant alios non facere Capitulum, nec vt Capitulum approbabant.

QVAESTIO CLXXX.

In expensis condemnatur cedens litis post adiornamentum, prius eidem collatione facta.

Domi-

DOminus Ioannes Nicolie obtinuit expensas contra Magistrum Ioannem Girard in casu regaliæ, quãuis dictus Magister Ioannes Girard post adiornamentum cessisset causæ, visis per eum literis dicti Domini Ioannis: eò quia ante litem in Curia introductam fuerat oblatum per dictum Dominum Ioannem dicto Magistro Ioanni Girard, quod vellet videre literas suas, & cederet liti si videret quòd non ius haberet, quod noluit ante adiornamentum.

QVAESTIO CLXXXI.

An quis officium Regium obtinens, sit ad oppositionem recipiendus contra executionem literarum Regiarum impetratarum super eodem.

MAgister Ioannes Nully antea ꝓcurator Regius Masticonensis non fuit † ad oppositionem receptus contra executionem literarum Regiarum impetratarum per quendam super dicto officio Procurationis, licet penderet lis in Curia super priuatione dicti officij inter dictũ Magistrum Ioannem, & Regium procuratorem: nec fecisset de ea mentionem dictus impetrans. Ratio huius fuit, quia Rex proprio motu, vt per literas impetratas videbatur, dederat dictum officium aduersario dicti Magistri Ioannis, vt aliàs fuit dictum contra procuratorẽ de Chaumont, pro receptore, & pro Magistro Ioanne du Pal. quondã Proposito foraneo Laudun.

QVAESTIO CLXXXII.

Arrest prononcé pour le vniuersité de Paris, & autres, contre messire Robert du Mesnil cheualier, dict taupin.

ENtre le procureur du Roy de le vniuersité de Paris, Hebert du chastel. Roger du chastel, & George du chastel freres, & deux damoyselles seurs desdictz Rogier & George, enfans dudict Hebert de vne part, & messire Robert du Mesnil dict taupin, & autres ses complices de autre part. La court condemna messire Taupin à faire amende honorable. Ce est a scauoir en la court de Parlament, sans chapperon, a genoux, en disant par ledict messire Taupin les parolles qui se ensuyvent: A tort & sans cause ie ay batu & mutilé Hebert du chastel, pere desdictz Roger & George, iniurié le vniuersité, entant que ie ay mutilé ledict George, en enfraignant le sauuegarde du Roy nostre sire, & en requiers mercy & pardon. Semblablement le condemna a faire amende honorable ausdictz freres & en le vniuersité de Paris en la congregation de icelle en disant les parolles dessusdictes, & en criant mercy &c. & ce faict à soy transporter deuant le hostel ou les offenses futent faictes, & à crier mercy a iceulx freres & damoyselles, qui pour celle y soroyent. Et sien aller de la, vne torche de cyre en sa main, pesant. 4. liures deuant le eglise de la ville ou icelles offenses furent faictes, & a offrir apres la dicte torche a le eglise en disant les parolles dessusdictes en criant mercy. Auec le condemna la couurt a amẽde de deux mille liures tourn. enuers le Roy, enuers chacum desditz freres en mille liures tourn. enuers chascune desdictes damoyselles en 500. liures tourn. enuers le Vniuersité de Paris en deux cens liures tourn. Et quant a Hebert & Bodet, Hanequin, & Girard, complices dudit messire Taupin, la court les condemna & chascun de iceulx a faire amendes honorables aux personnes & lieux que ledit messire Taupin auoit fait en cotte simple, sans ceincture ne chapperon, & chascun de eulx enuers chascun desditz freres en deux cens liures, & enuers chascune des damoyselles en cinquante liures, enuers le Vniuersité en cent liures, enuers le Roy en. 200. liures. & les condemna en. 200. liures tous ensemble: & chascũ de eux pour soy & pour le tout: & es despens dommages & interestz desditz freres, & tenir prison iusques a ce que ilz ayent tout accompli. Prononcé le Samedy. 7. de Aoust, le an. 1386.

† Non fuit) nõ trahitur in consequentiam, sed contra seruatur. vt dixi supr. eo. q. 173. C. M.

QVAESTIO CLXXXIII.

Contra vsurpantes in præiudicium temporalis iurisdictionis.

FVit quædam commissio officialis Cenomanen. damnata, quia erat contra Bailliuum seu Iudicem ordinarium secularem Cenomanen. & in præiudicium temporalis: & est in magna papyro ad longum registrata. Quare hic non plus.

Non est ab executore appellandum.*

ITem fuit dictum per arrestum non esse appellationem recipiendam factam à Magistro Ioanne de Sauigniaco, qui erat executor quarundam literarum Regiarum, qui non excesserat in aliquo metas literarum.

** Vide. l. ab executore. ff. de appel. & l. ab executione. C. quo ap. non reci.*

QVAESTIO CLXXXIIII.

Rex ius partis non potest remittere, sed suum sic.

ITem fuit dictum per arrestum quod Collord Nensure obtineret & obtinuit defectum contra Ioannem Karemel & alios complices, qui fuerant adiornati ad personaliter comparendum ad requæstam dicti Collardi & procuratoris Regij, super eò quod eisdem imponebatur quod absciderant pedem dicto Collardo eò etiam quod recesserant absque Curiæ licentia: nec profuit eis gratia à Rege pro eisdē obtenta, & per eorum procuratorem Curiæ oblata, cōtinens quòd Rex adnullabat defectum: dum tamen infra duos menses à data gratiæ Curiæ comparerent personaliter inquantum tangebat dictum Collardum, sed profuit inquantum tangebat Regium procuratorem: quia quo ad Regium procuratorem fuit per Curiam eidem obtemperatum: sed tamen non venerunt intra illos duos menses, & sic non habuit effectum.

QVAESTIO. CLXXXV.

Quædam ordinationis publicatio super impetrationibus non facienda.

ITem fuit publicata in Parlamento isto quædam ordinatio Regia data. 15. die mensis Augusti, per quam Rex prohibebat aduocatis partibus & procuratoribus, ne impetrarent literas Regias in præiudicium ordinationum Regiarum: & quòd Curia nō obtemperaret literis Regijs impetratis à partibus saltem clausis, &c. & vide eam. & fuit causa Dominus de la Trimoille in causa quam habebat Domina de Craon contra Dominum de Suzc: quia dictus de la Trimoille impetrauit literas vt Cameræ † Parla. se cōgregarent ad consulendum & processum videndum præ timore quem habebat ne condemnaretur Domina de Craon, mater vxoris suæ. Et finaliter partes concordauerunt. Plura alia notabilia quæ vidi dici & pronuntiari per arresta in Parlamento, quod incipit in crastinum sancti Martini. 1389.

† Cameræ) q̄ postea vetuit Caro. 7. art. 116.
** Supra) q. 56.*
† Reparationū) Late Stepha. Auffre. re. de. 1. reg. 2. fallen. 26. & infr. q. supra part. 3. ti. 37. inf. eo. q. 225. C. M.
** De facto) sup. q. 168. vbi iure dixi. C. M.*

QVAESTIO CLXXXVI.

Condemnatio facta contra Abbatem de Bourdedieux, ratione delicti per ipsum commissi cum esset Prior sancti Martini.

PRimò fuit condemnatus Prior quondam S. Martini, tunc Abbas de Bourdedieux in 300. libris Turon. capiendis super temporali suo, ac priuatus omnibus officijs Regijs obtentis & obtinendis. Et insuper dictum fuit, quòd Curia obtemperaret literis Regijs ab ipso impetratis, quæ continebant in effectu quòd dimitteretur in pace, & quod sileret Regius procurator: & fuit ratio propter falsitatem quam commisit in quibusdam literis quittantiæ: de quibus se iuuit in Curia vt supra * fit mentio. Et hanc causam pro ipso placitaui. Et fuit pronuntiatum arrestum die Sabbati quarta die mensis Nouembris ante finem.

QVAESTIO CLXXXVII.

Curia temporalis cognoscit de appreciatione reparationum contra Clericum.

IN eodem Parlamento fuit dictum, Bailliuum Viromanden. habentem commissionem Regiam, super hoc bene iudicasse in hoc quod dixit, quòd cognosceret de appreciatione reparationum † faciendarum in quibusdam domibus cuiusdam dignitatis Ecclesiæ Laudunen. Quod dixit pro Petro de Launoy quondam Decano Aurelian. & tunc Thesaurario Laudunen. contra Stephanum de Noyon: qui ex causa permutationis habuerat à dicto Petro Decanatum Aurelianen. mediante dicta dignitate thesaurariæ Ecclesia Laudun. in cuius domibus oportebat fieri reparationes: & pro ipsis videndis appreciari, & procedendo vlterius etiam fuerat coram Bailliuo Viromandensi adiornatus dictus Stephanus, & declinauerat dicendo quòd erat personalitas, nec tenebatur in Curia Laicali respondere super appreciatione reparationum.

QVAESTIO CLXXVIII.

An regalia dicitur vacatio facti, si ius habens in beneficio non possideat ipsum, sed tertius.

ARrestum pronuntiatum fuit pro Magistro Mahieto Auquetin, contra Magistrum Robertum la Ferte, super Canonicatu & Præbenda Ecclesiæ Rothom. in regalia collatis dicto Magistro Mahieto. Nec fuit accepta ratio dicti Roberti dicentis non vacare in regalia beneficium, Eò quia dicebat dictos Canonicatum & Præbendam de facto teneri per vnum, & alterum habere ius in ipsis: quos de facto * dicebat vacare dictus Magister Mahietus, eò quia qui ius habuerat à Papa, non habebat possessionem tempore regaliæ: nam licet à non habente ius detineretur, dicebatur de facto vacare, quia pro hoc vitando oportet habentem ius in ipsis ipsos possidere.

Quæ-

QVAESTIO CLXXXIX.

Oportet coram Commissarijs testes reprobare, vel quòd per eos reseruetur.

COram † Commissarijs oportet tradere reprobationes testium, vel p ipsos reseruetur Commissarios, quod in fine in quæstæ tradi posint. Sic fuit dictum pro Domino Petro Boucheti, contra quendã equorum mercatorem. Et ideo Masille non fuit receptus in Curia Parlamenti ad testes reprobandos, eo quòd coram Commissarijs fuerat positus in defectu, adiornatus ad videndum testes iurare, & ad inquæstam procedere, nec testes reprobauerat, nec eidem reseruatum fuerat.

Dantur quadraginta dies ad deliberandũ.

DOmino Ioanni de Clermont adiornato ad se garendum pro hærede fratris sui materni filij Domini Ioannis la Personne, vel renuntiandum, fuerunt dati quadraginta dies ad deliberandum, adiornato, tanquam * ad dicti Domini Ioannis la Personne instantiam.

QVAESTIO CXC.

Facta recepta contra Thesaurarium ac Capellanos Capellæ sanctæ.

FVit receptus in factis Ioannis Dauid contra quendam Capellanum Capellæ sanctę ad proponendum in causa beneficiali, quod Rex Franciæ sciens, & certificatus ex concessione ac gratia per eum facta † super puisione Capellanorum dictę Capellæ sanctæ faciendã de potestate per eum data Thesaurario eiusdẽ Capellæ super collatione beneficiorum per eum facienda dictis Capellanis: eidẽ Dauid concesserat quoddam beneficium seu Capellaniam, non obstante dicta concessione ac potestate, licet in literis * suæ collationis hoc exprimeretur. Item etiam ad proponendum quod tempore collationis dicto Capellano factæ per dictum thesaurarium viuebat ille, per cuius mortem dicebatur vacare: fuit tamen facta recredantia dicto Capellano.

QVAESTIO CXCI.

Non habet locum aduoatio in maleficijs, nec valet in hoc consuetudo.

FVit damnata quædã consuetudo proposita per Magistrum Ioannẽ de Nulliaco, pro illis de Tornaco, per quam dicebat quòd si plures intererant ex certo proposito ad quoddam maleficium faciendum, cuiusquidem maleficij quidam erat principalis, & illud fecerat alijs præsentib. & quod præsentes antedicti erant exonerati per aduoationem maleficij factã per dictum principalem.

QVAESTIO CXCII.

Saluiconductus sunt tenendi.

QVidam mercatores de monte Pessulano & Carcassone obtinuerant quandam Marcam † per arrestum Parlamenti latum contra Ianuenses, Anno Domini 1388. & quandam executoriam anno 89. mense Iulij à Curia Parlamenti, virtute cuius arresti & executoriæ fecerant fieri quandam executionem & arrestam super bonis quorundam Ianuensium, quorum quidam morabantur Parisijs, & alij in monte Pessulano, & vocabantur aliqui dictorum Ianuensium Leon & Ayon. Ianuenses se iuuabant aliquibus saluis conductibus: vno per Dominum Ducem Bituricen. dato, tunc locumtenentem Regium anno. 85. vsque ad quatuor annos: alio à Rege dato vsq; ad tres annos, alio etiam dato à Rege anno. 89. mense Maij vsq; ad annum. secundo & vltimo omnes alios continentibus & potissimè vltimo de gratia speciali certa scientia & authoritate Regia dato: non obstantibus dictis arresto & executoria, & quòd Rex aliàs saluum conductum eisdem dederat, & erant duo vltimi passati per Regem & magnum consilium, * vbi interfuerant Cancellarius, Dux Burgundiæ, Dux Turoniæ, Connestabularius, & alij de magno consilio. Et fuit in hoc Parlamento causa pro Ianuensibus placitata, & ipsa placitata, appunctatum fuit, quòd bonorum dictorum Ianuensium fieret inuentarium, & ponerentur ipsa bona in custodia per manum Regiam extra manum ipsorum, nisi vellent dare cautionem vsque ad ipsorum valorem, videreturque ipsorum papyrus ad hoc vt sciretur an in regno Franciæ haberent alia bona. Finaliter dicti Ianuenses tantum prosecuti fuerunt penes Cancellarium & magnum consilium, quod licet diceretur à tergo quod per Curiam Parlamenti haberent arrestum contra ipsos, fuit dictum saluisconductibus non per Curiam Parlamẽti nec per arrestum ipsius obtemperatum: sed per magnum consilium & impedimentum in eorum bonis appositum, amotum. Ratio fuit propter inconueniens quod fuisset secutum si Rex Franciæ suos saluosconductus non tenuisset, saltem dictis Ianuensibus, cum quorum Duce & patris habebat confœderationem. Item dicti duo saluiconductus

†Coram) patet sup. in stil. c. 7. §. 5. quod est inusquume & obsoletum, vt ibi dixi. C.M.

**Tanquam) id est etiam non petenti dantur & præsiguntur de generali. cõsuet. C.M.*

†Facta) vt supra. q. 96.

**Literis) quia certa scientia potest probari per testes. Rota deseri. j. nouis. Bellemere decisi. 748. Roma. conci. 327. dixi contra Alexan. adeius consi. 11. nunc. 2. lib. 7. ad Decium, c. cuminternume. 8. de except. C.M.*

†Marcam) id est clarigationes, hæc & alia Rex agit hodie inconsulta curia.

**Consilium) et sic olim magnũ consilium non erat aliud quã priuatum regis consilium, hodie fit iurisdictio contentiosa ordinaria, adde quæ dixi. sup. eo. q. 109. C.M.*

†Rex debet tenere suos saluos conductus.

dabant saluumconductum hospitalibus ipsorum Iauensium Parisijs commorantium, ac ipsis Iauensibus & bonis suis, ac hospitio seu ipsorum mercaturis.

QVAESTIO CXCIII.

De thesauris inuentis.

ITem nota quòd per compositionem à Curia Parlamenti approbatam fuit actum & concordatum inter Huguelinũ de Renelle de Ambianen. quòd ipse haberet medietatem 120. florenorum in domo sua Ambianen. quam reparari faciebat, per ipsum inuentorum: & Rex aliam medietatem. Qui quidem Huguelinus appellauerat à Bailliuo Ambianen. eò quia dicebat & proposuerat coram ipso, quòd de iure & consuetudine Ambianen. ad ipsum tota summa vt thesaurus spectabat, quem in suo repererat, & Bailliuus pronuntiauerat ad Regem totum spectare, non recipiendo suam consuetudinem, & contra ius quod bene fecerat, vt dicebat Regius procurator: eò quia ad Regem talia spectant in sua alta iurisdictione, maximè vt Espaues, estrangiers, & biens vacans. & quod talis erat consuetudo notoria Ambianis, quam reperit Bailliuus per assistentes notoriam (de hac materia vide alia duo arresta alibi situata, & de iure in. §. thesauros Insti. de re. di. &. l. vnica. de thesau. lib. 10. &. l. non intelligitur. §. si in locis. ff. de iu. fisci.) Etiam similis compositio facta fuit inter Religiosos sancti Germani de Pratis, habentes omnem iurisdictionem in hospitio Scholarium de Boisi, & Magistrum dictorum Scholarium, qui in dicta domo & pro pretio inuenerat nongentos agnos aureos, & 110. angelotos. & hoc mediante Magistro Guiberto de Celsiaux phisico, vide quod scripsi inferius.

QVAESTIO CXCIIII.

An testes sint recolandi.

ITem nota quòd coram Guillelmo de Bellocastro Bailliuo pro Rege in villa de Dreux, procurator Regius dicti loci prosecutus fuerat Abbatem & Conuentum de Columbes, super transportum prisionariorum de vna iurisdictione ad aliam, de infractione saluegardiæ, & de rebellione seruienti Regio facta: & tantum fuerat processum quòd partibus in factis contrarijs appunctatis dictus Bailliuus fecerat inquæstam, & eius Clericus scripserat ipsam coram eo, & fuerat partibus antedictis dicti processus publicatio facta: quia sic vsus dictæ Bailliuiæ se habet absq; recusatione dicti Bailliui: & demum coeperant partes diem ad ius audiendum super ipso processu, quæ dies ad ius audiendum fuerat quater continuata, demũ fere post annum lapsum vel circiter à tempore dictæ publicationis: & quòd dicti Abbas & Conuentus viderant suum processum & publicationem testium, impetrauerunt Abbas & Conuentus literas Regias Bailliuo Carnoten. directas, per quas eidem mandabatur, & committebatur, vt testes dictæ inquæstæ recoleret propter hoc, quia dicebant dictum Bailliuum de Dreux in fauorem Regis plura posuisse, vel scribi fecisse in inquæsta quam depo. fuerant testes Regis, & minus in ipsa posu isse vel scribi fecisse quam deposuerant testes Religiosorum prædictorum, in odium quod habebat in ipsos. Et quia dictus Bailliuus Carnoten. non fecerat aliquam diligentiam, nec ipsi Religiosi de dictis testibus recolendis, dictus procurator Regius impetrauerat literas Regias, vt intra certum tẽpus fieret dicta recolatio: aliàs excluſi essent de hoc dicti Religiosi, & remitteretur dictus processus dicto Bailliuo de Dreux iudicandus. Finaliter dicti Religiosi impetrarunt literas Regias, in quib. Bailliuo de Dreux supradicto imponebãt prædicta, & vltra plures alias fallitates & delicta quę fecerat in præiudicium dictorum Religiosorum: virtute quarum literarum causa fuit aduocata in Parlamento, in quo Parlamento requisierunt dicti Religiosi, vt dicti testes recolarentur per Curiam, vel cõmissarios ab ea cõmittendos, &c. Allegantes inter alia ad hunc finem ea quæ sequuntur. Primò prædicta. Secundò quòd Bailliuus solus examinauerat testes: & tamẽ in castelleto dantur duo examinatores. In Parlamento duo Commissarij, vel vnus cum adiuncto. Tertiò Clericus suus scripserat depositiones testium, nec erat ibi signum alicuius personæ publicæ. Quartò non est credendum actis Bailliui, nisi inquantum per acta tabellonica cõstat. c. quoniã contra falsam. de prob. Quintò quia recoli debent testes cũ subest causa, vt hîc, sic aliàs factum fuit in Curia. ad hoc cap. cum clamor. de test. Sextò testes qui viderant depositiones, iurabant se nunquam sic deposuisse. Septimò quia vsque ad diffinitiuam etiam post possunt & debent falsitates inquiri & perquiri. & quod per medium ipsius

factum

factum est, debet retractari. iuxta. l. diuus. ff. de re iudi. & l. qui agnitis. ff. de exce. & C. si ex fal. instru. per totum. & cap. super eod. & cap. accedens. de crimi. fal. Contrarium propositum fuit per procuratorem Regium & dictum Bailliuum ad finem, quòd dicti Religiosi emendarét Regi & Bailliuo iniuriam quam prætendunt contra ipsum, qnòd non fiat recolatio: sed processus Bailliuo ante dicto de Dreux remittatur iudicandus. nec in contrarium recipiantur per rationes sequētes. Primò, quia Bailliuus honesta persona erat, bene famata, Licentiatus in iure ciuili, nunquā de aliquo crimine aliàs reprehensus, nec increpatus, iuratus Regi de bene iudicando & iustitiam faciendo. Secundò, * quia pars aduersa non dicebat contrariū præterquam in prędicto casu superius allegato, &c. & pluries cognouit de alijs causis, & iudicauit ad intentionē dictorum Religiosorum, etiam contra Regem & alios. Tertiò non allegabat pars aduersa prædictum Bailliuum fuisse in hac parte corruptum, nec aliàs, nec allegabat aliquid sufficiens. sed solum dictum Bailliuum in fauorem Regis & odium Religiosorum prædicta fecisse. quæ non sufficiunt: nec sunt recipienda in terminis ita generalibus. nec tenendum dictum Bailliuum in fauorem Regis, vel odium alterius (cuius odij vel fauoris inordinati causa nō allegatur) fuisse suæ salutis immemorem iux. l. fi. C. ad. l. Iuliam repet. canonizatam. Quartò Bailliuus examinauit testes, qui est persona publica, & suus Clericus scripsit depositiones ipsorum, sic vt duo fuerūt, nec est necesse, nec assuetum ibidem duos esse: sic fit plerunq; in examinatorib. Castelleti, vbi vnus solus examinat: sic in dominis Parla. & alibi. Quintò creditur examinationi testium factæ per duos, vel vnum ad hoc commissum, vt vni examinatori vel vni de Dominis Parla. Sextò officium est iudicis facere inquæstas & testes examinare, licet plerunq; nō faciant hæc, quia plerunq; sunt ignari: sed non sic de hoc Bailliuo, vt sup. dictū est, sufficienti & persona publica & iurata. Septimò non est credendum testibus, etiā dicentibus se aliter deposuisse: quia sunt in hoc singulares, & duo deponunt contrarium, vt Bailliuus & eius Clericus, iuxt. c. cū dilectus filius Abbas Cister. de acc. vbi videtur casus. Octauò, quia testi se corrigenti, nisi incōtinenti, non est credendum: iux. c. præterea. de testi. cogen. Nonò non sunt ad hoc recipiendi propter timorem subornationis, quia post annum, vel fere quando habuerunt publicationem testium, & viderunt quod testes deposuerunt cōtra ipsos, petierunt testes recoli. Quod non est recipiendum, iux. c. fraternitatis. de test. &. c. fi. eo. ti. in Cle. & in Auth. de test. §. quia verosæpe. c. vltra tertiam, de testi. Decimò, quia scientes testium depositionē, cœperunt appunctuamentum ad ius audiendū super processu. Quod appunctuamentum fuit ter, aut quater continuatum, de consensu dictorū Religiosorum. Vndecimò, non interuenit hic aliqua falsitas, nec est de ea aliqua præsumptio. Sed solum verbo allegat pars, causa diffugij: quia scit testes deponere contra eam. Duodecimò, non facit contra hoc. c. cū clamor. de test. quia loquitur quando minus sufficienter sunt testes examinati: non in hoc casu. sic pars aduersa nō est admittenda, sed debet fieri cōclusio super requisita quo ad processum. Similiter & quo ad emendam per sequentes rationes. Primò, quia imposita per Religiosos dicto Bailliuo sunt iniuriosa, & maximè alia verba de quibus nullam fecerūt mentionem, nec conclusionem: nec exposuerunr in placitando, videlicet & plures alias falsitates & delicta &c. Replicat pars Religiosorum, ac defendit. Primò, quòd non habet diem quo ad conclusiones procuratores Regij & Bailliui super iniurijs. Secundò, quia præmaturè agunt super iniurijs: sed debent expectare recolationem per quam apparebit an habeāt causam Religiosi requirendo eam: quo casu non posset contra ipsos concludi ad emendam, vel non, quo casu non haberent procurator Regius & Bailliuus antedicti causam cōcludendi ad emendam. Duplicauit procurator & Bailliuus. Primò, quia non est opus adiornamento: quia iniuriæ contentę sunt in litera Regia qua vsi sunt Religiosi in Curia. Secundò, quia verbo, p tulerunt dicta verba iniurioſa. Tertiò, respectu emendæ possunt prosequi, quia dicta verba iniurioſa fuerunt, & maximè in litera continetur illa generalis clausula, & aliàs plures, &c. quæ per partem aduersam non fuit specificata: nec in Curia exposita: nec per eam in Curia proposita. Nec est actum præmaturè, quia non est expectandus finis processus quo ad agendum: sed quo ad condemnandum & executandum. Finaliter partibus antedictis

* *Ad hoc not. l. non omnes. & à barbaris. ff. de re, mil.*

tedictis ad plenum auditis 25. die mensis Ianu. An. do. 1389. per arrestū fuit dictum quòd Religiosi responderent super dictis iniurijs: & quòd admitteretur Procurator Regius & Bailliuus ad emendam super ipsis faciendam, & quod dicti Religiosi non erant admittendi ad suam requæstam, nec ad aliqua per eos proposita, nec fieret recolatio: & fuit processus remissus dicto Bailliuo de Dreux, per suum locum tenen. iudicandus. Et insuper dicti Religiosi fuerunt condemnati ad emendam procuratori Regio & dicto Bailliuo faciendam, taxatione Curiæ reseruata, & condemnati in expensis dicti Bailliui.

QVAESTIO CXCV.

De renuntiatione facienda alicui rei propter grande onus.

DOminus Ludouicus de Chalon receptus fuit per arrestum ad renunciandum emendæ ad vtilitatē Decani & Capituli Turonen. à quibus eam prædecessores sui receperant, ad onus quoddam reale vnà cum personali obligatione, & hoc me placitante, &c.

QVAESTIO CXCVI.

Possessiones receptæ super immunitate ac libertate visitationis procurationis.

PRior sancti Eligij Parisien. vnà cum Abbate sancti Mauri prope Parisios, de qua Abbatia membrum est dictus Prioratus dependens, fuerunt recepti in factis contrarijs contra Episcopum Parisiensem, super eo quòd prætendebat dictus Prior, Prioratum suum esse francum & immunem de visitatione & procuratione erga dictum Episcopum, & immediatè esse subiectum quo ad visitationem & procurationem dicto Abbati suo, absque hoc quod Episcopus aliquid quo ad hæc haberet. Et me placitante hæc erat quæstio, non in proprietate, sed in possessorio, quorum Abbatis & Prioris fuerunt possessiones receptæ, & fuit magna & prolixa placitatio: Episcopus tamen habuit recredentiam: & ratio fuit, quia de iure † communi fundatus erat Episcopus Parisiensis.

† Iure) c. cum sint persona. de priuileg. in 6. C.M.

QVAESTIO CXCVII.

Seruientes debent obedire eorum superioribus.

TAssardus de Bosco seruiens Ambianen. appellauit à locumten. Bailliui Ambianen. eò quia dictus locumten. præceperat cuidam seruienti Regio, quòd dictum Tassardum poneret in prisionem. Ea ratione: quia dictus Tassardus non potuerat in prisionem quendam, quem Dominus locumtenens iusserat in prisionem poni per dictum Tassardum, sed in domum ipsius in prisionem duxerat: licet dictus Tassardus ipsum posuisset in prisionem postquam venit ad notitiam eius, quòd dictus locumtenens præceperat dictum Tassardum in prisionem poni ratione prædicta. Et fuit dictum me hoc placitante, quòd dictus Tassardus malè appellauerat, & emendaret etiam, &c. quia obedire debebat dicto locumten. quia eius præceptum non erat atrox.

QVAESTIO CXCVIII.

Prohibitæ & interdictæ sunt guerræ inter subditos Regios nobiles & alios, siue de Picardia vel Campania tempore guerrarum ac treugarum.

HAec interdictio & prohibitio facta fuit per Dominum Guillelmum de Senonis tenen. Parlam. Regium: & tunc primum Præsidentem, anno quo suprà, in causa pendente inter Dominum Ioannem de Iumont militem actorem & defensorem ex vna parte: & Dominum Robertum Danys militem actorem & defensorem ex altera parte, &c.

QVAESTIO CXCIX.

Nota adiornamentum * generale bonum, & astringere.

ITem fuit dictum tunc adiornamentum bonum & validum, ac virtute ipsius dictum Robertum respondere debere, licet non esset speciale, sed solum generale: videlicet & pour respondre a tous ceulx qui sien vouldrond faire partie: quamuis etiam relatio fuit ita generalis, quoniam sic continebatur in adiornamento & literis Regijs.

** Adiornamentum generale etiam bonum est & adstringit adiornatum.*

QVAESTIO CC.

Literæ Status non impediunt inquæstam fieri, nec repristam arramentorum.

PArtibus appunctatis in factis contrarijs, & vna defuncta, literæ Status ab eius hæredibus impetratæ non impediunt repristam arramentorum: quia esset impedire inquæstam † fieri, quæ fieri non

† Inquestam) Constit. Carol. 7. art. 55. Sed hoc non est perpetuum vt inf. parte. 7. arrest. 105. C.M.

non posset, nisi repriſia facta, cùm non eſſet aliàs pars contra quam fieret: ſed repriſia facta pars, non mutata faciet ſuam inquæſtam fieri, & altera etiam ſi voluerit: ſed credo quod ſi non faceret, nil ſibi imputaretur propter literas ſtatus. Sic dictū fuit per arreſtum pro Domino de Amboiſe, contra Comitem de Eu, & eius ſororē, hæredes patris eorum quondam Comitis de Eu tempore vitæ ſuæ. Sic fuit dictum in Parlamento incepto anno domini 1390 pro Capitulo noſtræ Dominæ Pariſien. contra Abbatem & Conuentum de Feſcan. ¶ Item in eodem Parlamento fuit dictum pro quodam armigero, contra Marcelletum du Meſnil, quòd dictus armiger faceret ſi vellet ſuos teſtes examinari aſſuturos ſenes, & cætera, in quadam cauſa integra: licet haberet literas ſtatus dictus Marcelet: nec reſumpſiſſet, nec adiornatus eſſet ad reſumendum, &c. arramenta huius cauſæ integræ, quæ incœpta fuerat contra Dominū Nicolaum Braque mortuum dicti Marcelleti Bailliuum † habentem. Quod mirum videtur, tum quia dictus armiger non habebat partem adhuc, tum quia cauſa nondum introducta non datur talis prouiſio quæ non videtur introducta, cùm non reſumpſerit arramenta. Et vlterius fuit eidem dictum quòd faceret adiornare dictum Marcelet ad videndum teſtes iurare: fuiſſet eidem armigero ſecurius quòd feciſſet dictum Marcelet adiornare ad reſumendum vel deſerendum, &c. & tunc proceſsiſſet vt ſuprà &c. ¶ Item in Parlam. incœpto. 1390. pro Domina Ioanna de Noieis, & Domino Ioanne de Rimancuria, appunctatis in factis contrarijs cum Duce Lothoringiæ, fuit dictum contra hæredes Ducis Lothoringiæ adiornatos a rependre ou delaiſſer arramenta: qui obtinuerunt literas ſtatus vſq; ad annum, quòd dicti Dominus & Domina fecerant inquæſtam ſi vellent, & facerent adiornare dictos hæredes ad videndum teſtes iurare: tunc tamen aſtricti ad reſumendum vel deſerendum.

QVAESTIO CCI.

Arreſt pour le Marquis de Saluces, contre le duc de Sauoye.

LE mecredy. 11. iour de May. 1390. fuſt arreſt prononcé par maiſtre Simon Friſon preſident en Parlament, par lequel le Marquis fut abſoubz de le impetition & demande du Duc de Sauoye. Et en oultre fut le Roy noſtre ſire comme daulphin de Vienne tenu & gardé en poſſeſſion & ſaiſinæ de auoir ſeul & pour le tout la foy & hommage dudict marquis, à cauſe de ſondict Daulphiné, & ledict marquis tenu & gardé en poſſeſsion & ſaiſine de foy & hommage au Roy noſtre ſire ſeul & pour le tout de ſondict marquiſé, & de le tenir ſeul de luy, & pour le tout eu foy & hommage a cauſe de ſondict Daulphiné. Et fut condemné ledict Duc a rendre audict marquis. 46. que citez, que villes, que chaſteaulx, dont il y a. 14. du demaine dudict marquis, & les autres dudict marquiſé mouuans du Roy comme Daulphin de Vienne, & a oſter le empeſchement par luy mis en iceulx, & les deſpens de la cauſe: & ne fut en la prononciation dict rien des fruictz, ne des dommages & intereſtz. ¶ Item ſçachez que leſ dictz marquis & comte ſe eſtoient ſubmis au Roy Charles dernier treſpaſſé, pere du Roy qui a preſent eſt, de tuos les debatz, & furent les cauſes plaidoyées en la preſence du Roy & deſdictes parties eſtans en parlament, laquel auant la prononciation de ce eſt arreſt treſpaſſa: voire auant que le enqueſte fuſt faicte, qui a eſté grande: & vouloit le comte dire que le Roy qui eſt a preſent ne ſe en pouoit entremettre, & le fiſt plaider: mais non obſtant le Roy ſe en eſt entremis ainſi que voir pouez. ¶ Item en prononceant ceſt arreſt diſoit touſiours ledict maiſtre Simon, le Roy dit. Et oultre dit, que le Roy ne pouoit eſtre en perſonne ou prononcer, & que il auoit commandé que en ſon nom le parlement le prononc aſt, & en ſon abſence.

† *Baillium*) *Id eſt cuſtodiā ſeu regimen eō cedi ſolitum olim collateralibus, vt dixi in conſu. Pariſ. tit. 8. C. M.*

QVAESTIO CCII.

Non eſt concedendum adiornamentum ſuper defectu, contra illum qui ſe offert procedere velle.

DIctum fuit contra procuratorem Regium pro quodā armigero dicto Treſſat, quod procurator Regius non haberet defectum contra dictum armigerum & adiornamentum ad videndum adiudicari ipſum defectum, licet ſe non præſentaſſet dictus armiger: eò quia dictus armiger ſe tenebat pro adiornato, licet procurator Regius prætenderet tale intereſſe: ſcilicet quòd faceret adiornare dictum armigerum, & contra ipſum poſſet obtinere ſecundum defectum, & ſic

sic tertium & quartum, &c. & sic causam cum esset in causa criminali. Sed dictum fuit quod non habebat interesse, cum dictus armiger esset præsens, & se defendere offerebat, nec expensas habere poterat dictus Procurator. Idem dictum fuit pro quibusdam hæredibus, qui se offerebant procedere in causa.

QVAESTIO CCIII.

A quelle monnoye † se doibt rente payer.

LA veille de la Pẽtheconste le an. 1390. fut prononcé par arrest de Parlament contre messire Raoul pourcelet prebstre chapelain en le eglise de Douay, pour aucunes personnes de Douay possedans heritages, sur lesquelz auoit esté assise rente pour la fondatiõ de ladicte chapelle, que combien que par arrest de la court de parlament (dont ie ay autre part parlé) ladicte chapelle deust estre & fust fondée & douée de. l. liures tournois. Auquel temps couroit franc pour. 20. solz tournois en ladicte ville, qui lors estoit au demaine du Roy: toutesfoys ne seroyent tenus lesdictz, detenteurs de payr autre monnoye que courir faisoit le comte de Flandres en ladicte ville, a qui par le Roy elle auoit esté baillée, dont le franc valloit trois * de ladicte monnoye: ce est assauoir. 48. solz de icelle monuoye: Car dit ne auoit pas esté le franc pour. 20. solz tour noys, ou pour. 16. solz Parisis.

Monnoye) Plene & noue dixi in tracta. vsur. latino & gallico adfi. ad de infra. q. 302. C.M.

Trois) Carle Franc de Flandres ne valloit que 16. soubz tourneis, comme encores au iourdhuy. C.M.

QVAESTIO CCIIII.

Portes abbatues pour cause des rebellions.

ITem celuy iour fut la comtesse de Valentinoys condemnée enuers le Roy & partie en grande somme de deniers. & fut maistre Pierre le Guy son gouuerneur lors trepassé, pour cause de certains excez & rebellions faictz aux gens du Roy. Et les portes de son chastel ou ville, ont esté abbatues iusques à la vôlunté du Roy, pour cause desdictes rebellions.

+Prioratus) intellige si agatur de iuribus beneficij, secus si possessorium retineatur, vide Ioan. Imbert Instit. Forẽ. li. 1. c. 5. C.M.

**In facti.) hodie non debet admitti, tum quia acta scripta probanda sunt, tum per rationem l. mediterranea. C. de anno. & tri. lib. 10. C.M.*

QVAESTIO CCV.

Quid per oppositionẽ incausa nouitatis factam fit contentiosum non solum deductum in minori, sed in maiori.

ITem celuy iour fut prononcé cõtre les marguillers de sainct Geruais, & pour le curé de icelle eglise, faire porter le eaue benoiste par lesdictz marguillers: iacoit ceque iceulx marguillers eussẽt prins leur complainte negatiue en cas de nouuelleté contre le dict curé: ce est assauoir que iceluy curé ne pouoit faire porter le eaue benoiste par ladicte cure. Cuy dans par ce moyen que faire porter le eaue benoiste de par ladict curé, fut tant seulement contentieux, iacoit que le curé fust opposé simplement: & pource de par eux la faisoyent porter, & malè, comme dict fut par ledict arrest. Et nota hic le arrest de Bloys.

QVAESTIO CCVI.

Quando adiornamentum factum super re valeat, licet in persona vel domicilio factum non fuerit.

ITem per arrestum dictum fuit bonum adiornamentum ad comparendum supra locum, & benefactum expletum in casu nouitatis in loco de Espagny, pro Episcopo Lingonen. contra Dominum Ioannem de Bresus, Dominum de Espagny ratione impedimenti in dicto loco pergentes dicti Domini facti dicto Episcopo. Item fuit dictum contra Cardinalem Parisiensem, quòd valuit factum in loco cuiusdam Prioratus † membri dependentis ab Abbatia maioris Monasterij, pro Abbate & Conuentu dicti loci contradictum Cardinalem Parisien. Parisijs existentem dictum Prioratum occupantem, licet non contineretur in litera quòd valeret ibidem factum, ac si factum esset in persona vel domicilio dicti Cardinalis.

QVAESTIO CCVII.

De receptione facienda in factis contrarijs ad finem habendi expensas, ac causam esse desertam.

ITem 10. die mensis Iunii. 1390. fuerunt procurator Regius, & Regina de Hierusalem, nomine quo procedebant, recepti per arrestum in factis * contrarijs, contra quandam partem, ad finem desertionis, & habendi expensas, & ad proponendum quod à quodam nomine Bartholomæo locumtenente Seneschali sui, & conseruatore Regio priuilegiorum Scholarium Andegauen. pars appellans appellauerat, vt à conseruatore non à locumtenente Seneschali sui: & sic non debebat adiornari, sed debuit dictus Bartholomæus adiornari, vt Iudex Regius, quod non fuit. Sic erat causa deserta, & debebat sõluere emendam appellationis Regi & Reginæ, & expensas ipsi Reginæ.

QVAESTIO CCVIII.

Quando renuntiatio facta appellationi infra octo dies non prodest.

LE.7.iour de May. 1390. fut prononcé arreſt pour le procureur du Roy, & cõtre Pierre Briſefort, que la renontiation faicte par ledit Briſefort a ſon appellation eſtoit non vallable, iacoit ce qu'il euſt faicte dedans huict iours, à tempore appellationis. Et fut la raiſon, car ledit Briſefort auoit, appellé d'vne execution que l'on auoit fait contre luy de cent liures d'amẽde, eſquelles il auoit eſté condemné par les gens du threſor enuers le Roy, & par vertu de leur commiſsion, & dedans huict iours auoit renoncé deuant deux notaires de chaſtellet, & non deuant ceulx du threſor qui eſtoyẽt auſsi bien a Paris cõe les notaires, & auſquelx ou au clere de leur court il euſt peu auſsi bien alle a ſon aiſe cõme aux deux notaires. Et point n'auoit ſignifié ladicte renontiation a ceulx du threſor dedans les trois moys, n'apres: & pource leſdits. 3. moys paſſez obtint le procureur du Roy vne lettre de iuſtice contre luy, cum oppoſitione, & ſ'oppoſa a l'execution de l'amẽde: & luy fut aſsigné iour en Parlement. Ou ie propoſay pour ledit procureur du Roy que ſadicte renontiation ne luy pouoit profiter, pource qu'il ne l'auoit pas fait au threſor, ou il pouoit auſsi toſt auoir acces cõe é chaſtellet, & qu'il deuoit renõcer deuant le iuge, ou en court duquel il auoit appellé, quãd il y auoit faculté: & qu'il n'auoit point ſignifié ladicte renõtiatiõ dedans 3. moys, a fin qu'il ne payaſt 40. ſolx pari. ce qu'il n'auoit pas encore payé, & qu'il auoit fait frayer le procureur du Roy d'en auoir prins ſa lettre de iuſtice, & l'auoit fait executer, qu'il n'euſt pas fait ſ'il euſt dedãs le tẽps deu ſignifié ſadicte renontiation, & faicte deuement, vide hìc l'arreſt.

QVAESTIO CCIX.

De interruptione proceſſus.

L'An deſſuſdit fut par arreſt pronõcé que le ſeigneur de Thõny auoit faict interruptiõ en vne cauſe de patrõnage qu'il auoit cõme demandeur commencé contre l'archeueſque de Rouen treſpaſſé, pource qu'il n'auoit pas faict adiourner l'archeueſque de Rouen ſucceſſeur, qui a preſent eſt de ceulx de Viẽne, dedans l'an du treſpas de ſon predeceſſeur archeueſque de Rouen treſpaſſé dernierement, ne prins conparuit. Cõbien que la mort dudict archeueſque il ne peuſt ignorer, car il treſpaſſa a Gaillon, pres de l'hoſtel dudict Thonny, & fut condemné es deſpens.

QVAESTIO CCX.

Pars non poteſt venire contra accordum factum ſub conditione, ſi placeat Curiæ, ante Curiæ placentiam.

VIdi pronunciari in Parla. pro domino Petro Boucheri præſidente in Parlamento, contra dominum d'Argenton, q certum accordum factum inter ipſos ſuper certis arbitris vel cõmiſſarijs per ipſos electis, ſuper quadã diſcordia concordandis, ſeu teſtibus examinandis, quod accordum erat conditionale, ſi placeret Curiæ Parlamenti, teneretur & compleretur. Nõ obſtante quod renueret ipſum paſſare dictus d'Argenton, quod videtur mirabile, quia dictus d'Argenton poterat ante conditionis euentum *contradicere, iuxta nota tata in c. ſi pro te, de reſcript. lib. 6. l. ſi. C. de non nu. pec. & l. ſi. ff. qui. ſatiſd. cog. Itẽ per alia arreſta in fine huius papyri ſcripta. aliqui dixerunt rationem fuiſſe, quia nullam rationem coloratam allegabat dictus d'Argenton, quare non paſſaret, ſed ſolùm quia eidem placebat non paſſare. Itẽ quia poſtquam Curiæ placebat, tenebatur paſſare, & erat in Curiæ placentia per voluntatem procuratorijs. Sed alij dicebãt quod non ex quo ante placentiam Curiæ contra dicebat, & eius voluntas cum placentia Curiæ concordabat, nec vnquam viſum fuerat. Et malè fuit initiatum in perſona præſidentis in Parlamento, quod nunquã fuerat viſum propter fauorem & ſuſpicionem tollendam.

*Euentum) hæc ratio non valet, ſed vide rationẽ infra q. 130. ver ſi. 4. quæ ſerè hodie ceſſat. C.M.

QVAESTIO CCXI.

Le defendeur n'eſt point à contraindre de prendre en cas petitoire autre de laya vne fois, que pour auoir la demande par eſcript.

LE.28. iour de Iuilet, mil trois cens nonãte, fut ordonné qu'en demãde proprietaire le demandeur bailleroit ſa demande par eſcript, ſans contraindre le defendeur a prendre autre delay, comme iour de cõſeil, de veue, ou de garant, ſ'il ne vouloit: la raiſon, car le defendeur pouoit auant de iour du conſeil de veue, ou de garant, impuner la demãde d'ineptitude, ou demander congé & deſpens, faulte d'adiournement, qu'il ne pourroit ſ'il auoit prins iour ſur autre delay, comme iour de conſeil, de veue, ou de garant, ſe reſerué ne luy eſtoit par expres.

QVAESTIO CCXII.

An virtute iuriſdictionis ſpiritualis bona Curati, vel clerici mortui, capi poſſint in iuriſdictione temporali alicuius domini.

Nota quod bona Curati de iure communi debēt reseruari futuro successori.

AN episcopus vel alia persona ecclesiastica sit recipienda ad proponendum possessionem capiendi, & inuentoriandi, ac conseruandi bona mobilia alicuius curati vel personæ ecclesiasticæ mortuæ existentia in alta, media & bassa iurisdictione temporali alicuius, virtute iurisdictionis suæ spiritualis pro conseruando illa hæredibus, vel illis ad quos spectare debebunt. Quæ quæstio fuit placitata pro episcopo Niuernensi ex vna parte, contra comitem Niuernen. ex altera, seu ducem Burgundiæ habentem administrationem comitis Niuernen. filij sui, 28. die mensis Iulij, anno 1390. Et arguitur quòd sic:

Primò, quia non proponit possessionem capiendi illa bona, vt sibi acquisita tanquam vacantia, sed causa conseruandi, &c. iuxta authen. omnes peregrini. C. communia, de sucessionibus sumptam ex cor. de statu. & consuetud. &c. colla. decimo.

Secundò illa bona, videlicet bona Curati de iure communi debent reseruari futuro successori, c. requisisti. c. relatum, &. c. cum in officij, de testament. cum ibidem nota. Et sic censentur ecclesiæ.

Tertiò sunt bona mobilia Curati, quæ sequuntur corpus, vt possumus videre, quia capto clerico per iudicem secularem cum aliquibus bonis mobilibus & reddito suo iudici ordinario, redduntur etiam bona. Sic videmus quod condemnato clerico * ad carcerem perpetuum, bona mobilia sunt suo ordinario confiscata, & redden da in sua iurisdictione spirituali existētia, quia corpus sequuntur.

**Clerico) idem Alberi. par. 3. statu. q. 17. Oldr. q. 17. decisi. Tholosa, q. 159. dicam in consu. Par. §. 198. adde supra. eod. q. 136. C. M.*

Quartò, quia illo clerico, vel Curato mortuo, poterunt habere illa bona aliqui eius consanguinei clerici, qui eidem succedent.

Quintò non est inconueniens, si nullus appareat eius hæres, nec testamentum fecerit, sed bona sunt vacantia quòd redden tur per episcopum domino temporali, ad quem spectant bona vacantia.

**Contrarium) hoc simpliciter & indistinctè seruatur & Tholosæ, vt refert Guillel. bene di. Rep. cap. Raynutius. ver. vx. no. adela. nu. 420. & bene, licet Gui. pap. q. Del. 261. distinguat an hæres sit clericus vel laicus, quem sequitur Stephan. Auf.*

Sextò habet de iure communi corporis Curati & clerici captionem, iux. c. cum episcopus, de offici. ordi. libro 6. Nec mirum si bonorum mobilium, quæ corpus se quuntur, iuxta l. 2. C. de episcop. & cleric.

Septimò, sic dictum fuit pro archiepiscopo Bituricen. quia receptus contra ducem Biturien. ad possessionem proponendam de inuentarijs faciendis bonorum mobilium clericorum suę diœcesis defunctorum in iurisdictione temporali ducis Bituricensis.

Octauò fundari potest in illis, qui testamentum fecerunt, quia spectat ad episcopum complementum & defensio executionis testamentorum, etiamsi testator prohibeat, iuxta c. tua, c. Ioannes, &c. si hæredes, de test. Etiam de iure ciuili per no. in dictis 200. & per Inno. in c. nos, eo. ti. & in authen. de ecclesiasti. ti. §. siquis in omnibus, colla. 9. l. nulli licere. C. de episco. & cle. & auth. omnes peregrini. C. communia, de succes. arguitur in contrarium. * Primò, quia de iure quo vtitur virtute iurisdictionis spiritualis in iurisdictione temporali alterius domini non potest fieri captio, nec inuentarium bonorum mobiliū, licet fuerint clerici, quia esset capere temporale virtute iurisdictionis spiritualis in iurisdictione temporali alterius, quia licet bona fuerint clerici, nunc non sunt, quia mortui, quod esset absurdum, 8. dist. in c. quo iure. Secundò, quia esset absurdum quòd dominus temporalis in cuius iurisdictione tēporali sunt illa bona, quæ forte ad ipsum vt vacantia spectabant, quia clericus vel Curatus mortuus non habebat hæredem, nec fecit testamentum, capiat huiusmodi bona ab episcopo virtute iurisdictionis suæ temporalis per manum episcopi, vel suorum officiariorum suæ iurisdictionis spiritualis. Tertiò fuit arrestum prolatum in simili per dominos generales contra quendam qui prætendebat capere posse & inuentoriari in iurisdictione temporali alterius bona mobilia clerici, vel curati mortui, virtute iurisdictionis spiritualis. Sic etiam fuit dictum pro maiore & scabinis villæ Ambian. cōtra episcopum Ambian. sic etiam fuit aliàs dictum contra episcopum Lingonen. si contra archiepiscopum Remensem. Nec obstant contraria. Et primò primum nec secundum, quia nō spectant bona Curati vndecunque quæsita ad Curatum successorem, sed ad eius hæredes quo iure vtimur. Et supposito quòd sic adhuc capere non posset, &c. & nō sibi vt vacantia appropriare, &c. Ad tertium responsum est, quia non sunt bona clerici vel curati, quia mortui, &c. Ad quartum & quintum respondetur, quòd etiam alijs suppositis capi non possunt per prędicta.

Ad sextū non sequitur si haberet captionē corporis, quia non conceditur quod ob hoc bona

hoc bona ipsius mortui capere possit, maximè quia non sunt bona clerici vel curati, quia mortui. Ad septimũ patet responsio per negationem. Ad octauũ non sequitur, maximè quia spectat ad episcopum testamenti defensio, nisi in pijs causis, nec facit. l. nulli, nec aut. omnes peregrina, quia dicit si potest fieri, nec dicit quòd capere possit sua authoritate. Et sic ibi tradantur: sed habebit per manum domini temporalis. Et non fuit nunc decisa, sed appunctata, quòd considerarent Curia rationes hinc inde propositas ad finem recipiendi vel nõ, & faceret ius.

QVAESTIO CCXIII.

De literis status.

VIdi dici quòd dominus de Tornon non gauderet literis status cõtra Magistrũ Ioannem Mansgner: ratio, quia rex nõ affirmabat ipsum esse in barbaria, gratia cuius habuerat statum, nec scire poterat veraciter, sed dicebat ipsum iuisse: nec aliquis capitaneus sub quo iuisset, testificabatur hoc: sic rex testificabatur de facto alieno non suo, fortè secus si asseruisset rex ipsum iuisse iux. no. in cle. literis, de probatio. & ibidem vide de hac materia. domini requæstarum de palatio nolunt recipere literas status, nec eisdẽ obedire si generaliter dirigantur omnibus iustitiarijs, &c. dicentes quòd sunt membrũ Parlamenti. Et sic non obedierunt cuidam impetranti, & *fuit appellatũ in Parlamento vbi adhuc non est decisa *causa appellationis.

QVAESTIO CCXIIII.

An Dominus de Montmorency sit recipiendus ad prisiam faciendam in terra sua, vbi habet altam, mediã, & bassam iustitiam, & ad possessiones proponendas super hoc contra regium procuratorem, ac procuratorem mercatorum piscium, &c.

ARguebam q, sic, ego qui pro ipso hanc causam placitaui rationibus sequentibus: Primò, quia ipse est Baro, et est dominum suum & Baronia de Montmorency antiqui iuris Francię, & in recto * corpore Franciæ. Nec fuit antiquis aliqua Baronia *in Francia quam sua ante augmentationes, & acquisitiones, quæ de post factę fuerunt à regibus Francię. Secundò vsus & assuetus fuit, & habet & habuit ius per se & suos prædecessores dominos de Montmorency per tale & tantum tempus, de cuius contrario nõ extat memoria: & quod constitui iure habetur, fuit & est in possessione & saisina habendi prisiam piscium capiendi, vel facere capere prose & nomine suo, in & super illos qui vehunt aut portãt à mari ad vrbem Parisien. quando transeunt per villam de sainct Bice, spectantem ad dictum dominum, & in qua habet altã, mediam, & bassam iustitiam, iuxta necessitatẽ ipsius domini & hospitij sui, aliquando plus, aliquando minus, videlicet vnum cacabum semel, alias minus, aliquoties solles, rogetz, plays, gournaulx, iuxta necessitatem, & secundum pisces quos adducunt. Tertiò hoc est receptibile, attenta & considerata persona talis barõis, maximè quia prisia fit in suo dominio, alta, media & bassa iustitia, vt puta apud sanctum Britium, de quo est dominus, vt dictum est. Et debitè & moderatè, vt pro necessitate sui ipsius & hospitij sui, cùm ipse etiam solueret iustum pretium, non tournoys pour parisis. Quartò vsus est necessarius, quia pro alimentis nec habent mercatores in hoc aliquod interesse, quia habent iustum pretium. Et est eorum piscis venalis, & pro vendendo adducunt Parisios, & multotiens vendunt de ipsis adducendo Parisios in villis intermedijs, vel super itineribus per q transeunt, & replent suos cacabos herba, vel stramine pro eundo le hochis. Quintò sic vtuntur domini Dammont en chairs, religiosi S. Geneuefæ, religiosi de S. Dionysio, episcopus Parien. sex partes de Chaumont, dominus de Clere fantaine. Sextò de iure, vsus & consuetudo sunt receptibiles sicut & possessiones, per §. si constat. l. venditor. ff. communia prædi. Nam vsus et consuetudo nõ possunt esse absque possessione, & maximè sunt receptibiles de tanto tempore, cuius initij non est memoria, vt hoc casu est. Septimò hoc potest princeps concedere, ergo & tanto tempore acquiri & possideri, iux. c. super quibusdam, de ver. sig. & no. in. c. 2. de præb. lib. 6. Omne enim ius minori tempore tolli potest, vt pote 30. vel 40. annis, puta plubicũ vel priuatum, l. omnes. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, & c. episcopum. de præscrip. lib. 6. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. in fi. & de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Octauò in materia difficiliori habet locum præscriptio, vt pote in materia procurationum, vt in extraua. vas electionis. §. nostræ tamen intentionis. Item in censu ponendo in ecclesia, vt in cle. 1. §. in cessationibus, de sen. excom. Item in decimis, c. in aliquibus, de deci. Itẽ in spiritualibus ministrandis, vt in cle. quia con-

Rep. cle. 1. Regu. 4. Fal. 2. de off. or. vbi allegat concordata inter officiarios temporales & spirituales, sed nõ possunt regi nec dominis tẽporalibus præiudicare. C. M.

Vsus alimentorũ est necessarius. facit. l. cum hi, in prin. ff. de transa.

** Decisa.) imò hodie satis decisum quòd debẽ parere supr. q. 18. C. M.*

** Baronia) dixi in conf. Pari. §. 20. nu. 2. C. M.*

tigit, in fi. de religio. do. fortiori ratione in hac materia. Nonò, quia ista consuetudo & possessiones non sunt contra bonos mores, nec contra ius diuinum, nec naturale, nec sunt inductiuæ peccati mortalis, iux. c. fi. de consue. Decimò pro hoc faciunt plura arresta: vnum pronunciatum pro religiosis D. Dionysij 9. die mensis Augusti Anno Do. 1353. quod alibi habeo conclusiuè: aliud pronunciatum pro episcopo Beluacensi,* qui per arrestū receptus fuit ad similes possessiones, de quibus tractatur ad præsens contra procuratorem regium & procuratorem mercatorum piscium prolatum 8. die mensis Iunij, Anno Domini 1387. Etiā appunctamentū datum pro religiosis de S. Medardo de Suessione, contra episcopū Cathalonē. per quod fuerunt recepti dicti religiosi ad possessiones per ipsos propositas in casu nouitatis. Prima die Decemb. anno Domini 1374. defodiendo, cauando, houendo in vineis, nemoribus & terris plenis bladis, vbi dicti religiosi habebant altam iustitiam, pro quærendis lapidibus molendini, replendo fossas, ac restituendo blada, nemora, & racemos, vel valorem partibus quarum intererat. Vnde cimò non sunt per hoc impediti aduehentes pisces, car sainct Brice est de l'egliſe aduehentiū pisces: & vbi oportet quo soluant transuersum seu pedagiū. Nō obstant contraria. Primò les priuileges alleguez par partie aduerse: tant parce que la cōstume, vsage, & possession alleguez per le dict sieur de Montmorency sont plus anciens que lesdictz priuileges, saucūs enont parties aduerses, & en a touſiours iouy paraduant, & depuis iceulx, & sont à entendre ciuiliter, videlicet saluo iure alieno. Nec vnquam se consensit dominus de Montmorency, nec eius prædecessores, nec vocati fuerunt. Et semper contrà dixerunt per vsum eisdem priuilegijs contrarium, & sumus in materia possessoria bene receptibili, vbi non prodest titulus, nisi quo ad recredentiam. Item nec in hoc habet interesse villa Parisien. quia ex quo sciūt mercatores dictum dominum habere prisiam, magis adducerent pisces. Item nec in hoc fit fractio saluægardiæ, quia dictus dominus hoc facit vtendo iure suo. Et quò ad credentiā fieri debet dicto domino, qui tractat de elementis, & alijs rationibus prędictis. Et quò ad restabilimentum, non cadit restabilimentum: quia ille, ad quem pisces spectabant, non fuit conquæstus. Et quia iustum precium fuit solutum partibus auditis, fuit ad concilium positum an ad hoc esset receptibile: & adhuc nondum fuit pronunciatum. Sed pòst fuit pronunciatum anno Domini 1391. mense Martij, quòd erat recipiendus dictus dominus de Montmorency ad possessiones suas, & receptus fuit. Et fuit facta recredentia parti aduersæ.

Beluacensi) su pra. q. 108.

Qui vtitur iure suo non infringit saluægardiam.

** Dotis) quam hic accipit pro doario seu pro antiphernis, & intellige quod hic vxor maior annis consenserat & adhuc est iniqtas ob fraudem contra l. vbi adhuc. C. de iure dot. dixi in cōsue. Parisi. §. 135. C. M.*

** Parisienſi) & bene, quia corā episcopo Parisienſi, præsertim exēpti debēt pertere ad seremitisubditum vel exemptum, nec de hoc discutiendum coram secularī, qui solum agnoscit. vnde cum præses remisisset clericū exemptum ad suum exemptū, fuit per arrestū hoc annullatū, & dictum quod remitteretur coram ordinario, coram quo exemptus requirere posset. adde infr. q. 322. 371. & que dixi sup. ead. q. 100. C. M.*

QVAESTIO. CCXV.

Alia arresta alta in Parlamento cæpto in crastinum sancti Martini anno Domini 1391.

An prouisio sit vxori facienda super bonis mariti venditis?

PRimò fuit dictum contra vxorem Ioannis Pisdre, filiam Magistri Petri Lelièe, quod prouisionem nō haberet, nec ad hoc erat recipienda pro victualibus, &c. super bonis ab ipso Ioanne venditis, qui omnia bona sua vendiderat de consensu suæ vxoris fraudulenter capto: Ratio fuerat, quia petebatur prouisio non super bonis mariti, sed tertij, cui dictus Pisdre ea vendiderat de consensu vxoris. Et etiam ratione dotis * petere non poterat, quia eius vir, puta dictus Pisdre, viuebat: & sic non erat locus doti, etiam quia consenserat alienationi dicta vxor; releuata tamen fuit ab expensis.

QVAESTIO. CCXVI.

An capti Parisius clerici sint episcopo Parisiensi reddendi ipsos requirenti, vel eorum ordinarijs.

PEr arrestum Parlamenti Petrus Bernardi de Rupella clericus non coniugatus Parisius fuit captus prisionarius authoritate Curiæ Parlamenti, & in Castelleto positus, fuitque episcopo Parisien.* eum requirenti traditus, quamuis peteret eum episcopus Xantonen. cuius erat ciuis, & de eius diœcesi in dicta villa Rupella, sin qua fuerat adiornatus ad comparendum personaliter in Parlamento. Sic fuit factum de Abbate de S. Cypriano de Poitiers, & de religiosis de Sauigniaco, qui Parisijs capti fuerunt, & redditi episcopo Parisiensi.

QVAESTIO. CCXVII.

An executoribus testamenti fit danda dilatio pro consilio.

EXecutoribus episcopi Remensis prius immeditatè episcopi Antisiodoren. no mine

mine domini Federici calsinet, fuit data dilatio consilij, contra episcopum Antisiodoren. petentem & requirentem ab ipsis executoribus reparationes fieri in domibus & hęreditagijs episcopatus Antisiodoren. cuius fuerat episcopus dictus Federicus, nam morbo alieno laborabat.

QVAESTIO. CCXVIII.

Quittantia post sententiam reperta prodest*.

PRo comite de Theodoro reperiente, & se iuuante de quadam quittantia per eũ post sententiam diffinitiuam reperta, per quam sententiam Droco porcherij, qui postquam dictum comitem in garendum summauerat in Castelleto Parisien. fuerat condemnatus in 500. lib. Turonen. ad causam vxoris suæ hæredis patris sui Magistri Ioannis de Roupemõt nuncupati obligati, vt apparebat per quandam obligationem in certa summa pecuniæ Iacobo Flamingi Draperio, cuius bona confiscata fuerant: quæ obligatio fuerat assignata cuidã nomine Coquelet, qui Coquelet prædictam obtinuerat sententiam: fuit dictum contra prædictũ Coquelet, quod quittantia erat valida, & quod traderet obligationem vt acquittatam, redderetq; summam quam virtute dictę sententiæ receperat, & ab expensis fuit releuatus. Comes tamen qui non fuerat condemnatus, licet in garendum vocatus fuit in Parlamento, per eum obtenta certa litera regia narrando factum.

QVAESTIO. CCXIX.

An prouisio trahatur retro?

PRouisio facta per arrestum non retrahitur etiam in dote consuetudinaria. Sed habet effectum à tempore arresti super prouisione facti, & ab illo tempore veniente fructus quamuis videretur contrarium* cũ mulier à tempore mortis sit saisita de dote consuetudinaria. Sic fuit dictum pro domino Petro de Villiers contra Magistrum Petrum de Villiers archidiaconum de Bamanciaco fratrem suum.

QVAESTIO. CCXX.

De visitationis recredentia.

EPiscopo de Poictiers fuit facta recredentia super visitatione contra Abbatem & conuentum de Menigouste, &c.

De officiarijs regijs absoluendis.

ARchidiaconus de Dreux fuit condemnatus ad absoluendum regios seruientes, quos excommunicauerat.

QVAESTIO. CCXXI.

Peti possunt arreragia per reale medium non obstante sententia reo lata in possessorio.

PRo domino Nicolao beneficiato in ecclesia Parisien. fuit dictum contra dominum Petrũ de Castello Magistrum cameræ computorum, quòd bene appellauerat à sententia dominorum requæstarum, & ipsos malè iudicasse, qui iudicauerunt dictum dominum Nicolaum ad prosequendum arreragia quorundam computorum per viam personalem, concludendo ad arreragia per medium reale & longam possessionem, ad quod non erat admittendus, eò quia succubuerat contra dictum dominum Petrum agente in casu nouitatis, per defectum, in quo fuerat dictus dominus Nicolaus positus, & in suis possessionibus, hoc medio dictus dominus Petrus tentus fuerat. Et fuerat ratio dominorum requæstarum, quia petendo arreragia veniebat contra sententiam, quam dominus Petrus obtinuerat in possessorio, in quantum petebat arreragia præcedentia dictam sententiam, maximè anni proximi post executionem querimoniæ in casu nouitatis: ratio decidendi, quia concludendo ad arreragia per medium reale satis erat petitorium. Et quia si succubuisset in illa instantia in effectu petitorium amisisset.

* *Prodest) & bene Paul. l. si fullo. de condict. sine cru. Fulgo. con. 187. Titius Alexan. l. Impp. in fi. de re iudi. et cõsi. 96. lib. 3. C. M.*

* *Contrarium) & bene, vt hodie etiam seruatur. C. M.*

QVAESTIO. CCXXII.

SIquis omittat in declaratione tradita Curiæ fructuum, vel expensarum offerre ad probãdum facta sua vel expensas requirere, nõ nocet, quia in principali requisiuit, & hoc non est nisi declaratio.

QVAESTIO. CCXXIII.

De minus sufficienti mandato.

REligiosi de S. Theodorico habuerunt congedium & expensas contra habitantes de dicto loco post causam placitatam super peremptorijs vna cũ petitione congedij, eò quia ad dictorum religiosorum requæstam fuerunt missi certi commissarij per Curiam qui reperierunt, & Curiæ reportauerũt, quod verum erat quòd propòsuerant dicti religiosi, videlicet quòd non erat de consensu maioris & sanioris partis facta prosecutio, & procuratio virtute cu-

ius ex parte dictorum habitantium fundati erant procuratores, sed eis displicebat. Sed solùm ad instantiam aliquorum æmulorum dictorum religiosorum, & fuit reseruatum procuratori regio de faciendo ob hoc contra ipsos prosecutionem, nec non contra religiosos super propositis contra ipsos.

QVAESTIO CCXXIIII.

An sit licitum prisionarium suum ducere ad suos carceres per iurisdictionem alterius?

PEr arrestum fuit dictum contra villam Tornacen. pro episcopo Tornacé. quod saisina villę non erat recipienda, quod episcopus non posset ducere de domo sua episcopali, in qua iurisdictionem habebat per villam Tornacen. ad castrum suum extra villam, vbi habebat prisiones suas prisionarios, licet non haberet episcopus iurisdictionem in dicta villa nec super vijs. Sed si vellent proponere possessiones quòd ducere nõ posset absque requisitione seruientium vel iustitiæ villæ, nec non conducta dictæ iustitiæ per villam bene recipientur. Et credo fuisse rationem, quia ire, & ducere per villam est facultatis, iuxta l. via. ff. de via pub. &. l. peragrũ. C. de seruit. & aqua. cum ibi nota. & ca. omnes leges, in fi. I. dist. nec hoc prætendit facere per modum iustitiæ stilum ire per viam, sed per modum facultatis *. Sic tenet Collectarius per l. si quis post hanc. C. de ædifi. priua.

* *Facultatis*) *dictio enim nihil noui addit, secus deprehensione. C. M.*

QVAESTIO CCXXV.

Episcopus non declinat Parlamentum in reparationibus.

NOn fuit per arrestum receptus, sed repulsus de declinatoria episcopus Noniomen. quondam episcopus Abricen. conuentus in Parlamento super refectionibus & reparationibus hæreditagiorum quondam episcopatus sui Abricen, licet diceret hæc personalia non realia.

* *Refectib.*) *supra eod. q. 87.*

QVAESTIO CCXXVI.

De interruptione per lapsum anni.

FVt dict par arrest contre Iehan de Pierre court, pour messire Marcelet de Mesuil, que ledit de Pierre court auoit faict interruption de son proces, & fut condemné es despens dudict Marcelet, pource que apres la mort de messire Nicolas braque qui mourut le 17. iour D'auost l'an M. 388. Ou bail duquel est ledit messire Marcelet, ledict de Pierre court sist adiorner ledict messire Marcelet le 29. iour d'Aoust. 1389. l'an reuolu et passé a reprendre ou dalaisser les arremens d'vne cause pendante entre ledit de Pierre court demandeur d'vne part, & ledit messire Nicolas, cõme ayant le bail, gouuernement & administration dudit Marcelet defendeur, a cause de la terre de Pierre court.

QVAESTIO CCXXVII.

Officiarij regij in iudicatura non pręstant assecuramentum suis subditis. *

POur Iean millet preuost fermier royal de Laon, fut dit que pour ce qu'il estoit preuost royal qu'il ne bailleroit point de asseurement a Iean bifraudi, qui demouroit es termes de sa preuosté, cõme a Chalons.

* *Subditis*) *Ita adhuc hodie vulgo tenent, sed est iniquum, quia securitas nõdatur contreles exploictz de iustice, mais seullement contreles voyes de faict. C. M.*

QVAESTIO CCXXVIII.

Citati nõ debent appellare, sed suum priuilegium allegare.

FVit dictum pro duce Bituricen. contra quendam nominatum Nicolaum Bouton appellantem à Seneschalo dicti domini ducis, quod vt appellans non erat recipiendus, eò quòd appellauerat ab adiornamento sibi facto per quendam seruientem dicti ducis de comparendo coram dicto Seneschalo per mandatum ipsius Seneschali, licet allegaret se exemptũ à Seneschalo & duce per appellationem antea ab ipsis factam, vt dicebat: Ratio fuit, quia non erat notorium ipsum appellasse à dicto duce & eius Seneschalo. Sic illud allegare debuisset coram dicto Seneschalo, & corã eo fuisse adhoc allegandum non appellasse, iuxta l. siquis ex aliena. ff. de iudicijs, & l. ex quacunque causa. ff. siquis in ius vo. non ierit, & no. in c. veniens, de accusa.

QVAESTIO CCXXIX.

Aduocatus regius contra regem placitare non potest, etiam pro ecclesia in qua habet beneficium.

DIctum fuit quòd Magister Odardus Berthine aduocatus regius canonicus Parisiensis non placitaret pro ecclesia Parisiensi contra regem, sed esset cum rege, tamen pro rege causam illam non placitaret.

QVAE-

QVAESTIO CCXXX.

Abbas & conuentus de Vezelay ressortiuntur in villa Antissiodorensi, &c.

DIctum fuit pro rege quòd Abbas, & cõuentus de Vezelay ressortirentur coram Bailliuo Senonen. in sede Antissiodoren. & non in sede antiqua villæ nouæ regiæ. Eò quia licet in villa noua antedicta esset antiqua sedes & ressortum regis, hoc erat antequam dicta villa Antissiodoren. spectaret ad regem, sed tunc spectabat ad comitem Antissiodoren. Sed postquam venit ad regem, rex ordinauit in dicta villa Antissiodoren. ressortum & sedem regias, & voluit sedem & ressortum quæ solebat esse in dicta villa noua, esse in villa Antissiodoren. quæ ad præsens ad regẽ spectat.

QVAESTIO CCXXXI.

De remissione facienda appellationis non obstantibus attentatis.

DOminus Ioannes Braquet appellauit à præposito de Gien, omisso medio Bailliui, & appellauit simpliciter. Et postea releuauit appellationem in Parlamento, licet interim fuerunt per dictum Præpositum facta attentata, & adiornamentum factum in Parlamento super attentatis, fuit tamen remissus ad Bailliuum, quia nõ fuerunt attentata facta in contemptum Curiæ Parlamen. cum non appellauit expressè ad Parlamentum, sed simpliciter, & sic ibat appellatio ad Bailliuum iure suo, in cuius contemptum fuerunt facta attentata.

QVAESTIO CCXXXII.

Quid sit faciendum de se occidente.

PRrior sanctæ crucis Parisien. se suspendit in camera sua, & fuit leuatus per Præpositum Parisien. vel suos seruientes, redditus tamen episcopo Parisiensi, & ab episcopo amicis ipsius Prioris traditus & inhumatus in terra sancta, quia fuit probatum quòd furore deductus se suspenderat, nam ante erat bonæ vitæ, famæ, & conuersationis: ratio redditionis episcopo, quia presbyter, nam si presbyter non fuisset, sed laicus inhumatus fuisset in sancta Catherina Parisiensis per gentes regias, nisi amicis redditus fuisset. Secundum quod fuit quidam qui in ecclesia sancti Leuffredi Parisien. missam audiendo cecidit mortuus in ecclesia, qui fuit leuatus per gentes regias, ac amicis redditus, & in terra sancta inhumatus. Et aduerte, quia licet etiam præ timore criminis dictus Prior se occidisset, vel voluntate mala, *tamen redditus fuisset, vt suprà. Eò quia non defuisset suspendi, quia presbyter, nec similiter alius clericus simplex, quia caracter imprimitur in anima, licet de clerico simplici quidam contrarium dicant, quia ex quo mortuus non amplius est clericus, sed cadauer, quòd idem posset de presbytero dici, quod non est admittendum.

*Mala.) Imò quum esset homicidiũ ex proposito etiam ab altari euelli debet. Exod. 21. Deutero. 19. c. 1. extra de homicid. C. M.

QVAESTIO CCXXXIII.

An non fieri possit & debeat prouisio post litem contestatam?

ITem pro dominis Hugone & Ioanne deternant, militibus fratribus, contra dominũ Guidonem de Rupeforti militem, quandam placitaui causam defendendo in casu nouitatis recredentiam petendo, non prouisionem, quamuis caderet, *quia erat pro parte maiori res contentio, à de successione paterna ipsorum, in qua causa partes fuerunt appunctatæ in factis contrarijs, tàm super recredentia, quàm super principali, non faciendo mentionem de prouisione, quia non petita, tandem ego aduisitatus petij prouisionem, sed pars aduersa me dicit non esse recipiendum: quia non petieram in placitando causam, contra quam replicaui, quòd prouisio in qualibet parte litis potest peti, etiam post litem contestatam & etiam in causa appellationis. Finaliter fuit facta prouisio de tertia parte rei contentiosæ, quam dicebant dicti deternant ad ipsos peruenisse ex successione paterna, & multa allegaui in hac parte, tám de stylo Parlamenti, qui habetur in titulo prouisione, necnon, lege si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffici. testa.

*Caderet.) Id est prouisioni locus esset, vt suprà instil. c. 33.

QVAESTIO CCXXXIIII.

An quis recognoscere debeat sigillum prædecessoris sui?

ITem pro comite de Longa villa fratrẽ do. Bertrandi de Clesquin* quondam conestabularij Franciæ, dictum fuit contra dominũ de Alba petra, quòd dictus comes non tenebatur cognoscere ad prẽsens sigillum dicti fratris sui cuius erat hæres, appositum in quibusdam literis, per quas apparebat dictum fratrem teneri in certa summa pecuniæ, fratri quondam

*Clesquin. Valentissimi & fidelissimi. C. M.

dicti domini de Albapetra. Et credo quòd ratio fuit, quia dictus comes dicebat quód in quodam conflictu amiserat frater suus sigillum *suum, & quòd nõ erat verisimile quòd deberet illam pecuniam, quæ ratione* vadiorum petebatur per dominum de Alba petra, qui dicebat quód frater suus cuius erat hæres, fuerat dicti connestabularij stipendiarius, & huius ratione debebatur pecunia.

*Sigillum) Hic amissio & suspicio erant iusta causa suspendẽdi recognitionẽ nec præsumitur sigillum de voluntate domini appositum, vt plenè dixi in consuet. Parisien. §. 5. num. 14. adde infr. q. 333. C.M.

QAESTIO. CCXXXV.

Quòd officiarius regius prætextu clericaturæ forum declinare non potest.

ITem per arrestum dictum fuit pro Gadifero Aston, ac regio procuratore, contra dominum de la* Boue, Bailliuum Ambian. quòd declinatoria dicti Bailliui non procedebat qui declinabat, eo quia esset clericus in habitu & tonsura, & sic non tenebatur litigare in Parla. ratione excessuũ sibi impositorum per dictos Gadiferum & regium procuratorem, maximè quia nec erat saluagardia infracta, nec delatio armorum interuenisset: ratio fuit, quia reuera prætendebantur delationis armorum interuenisse.

*Non potest.) Guil. benedic. rep. cap. Raynutius. ver. vxorẽ no. adela. de testa. C.M.

QVAESTIO. CCXXXVI.

Episcopus Antissiodoren. ressortitur in sede Antissiodoren.

ITem fuit dictum contra episcopum Antissiodoren. quòd ressortiretur coram Bailliuo Senonen. in sede Antissiodoren. nõ in sede antiqua villæ nouæ: attamen stylus & emendæ & alia quæ seruabantur in sede antiqua villæ nouæ, seruarentur eadem in sede Antissiodoren. Et in casu quo comitatus Antissiodoren. veniret in manu alterius quàm regia, ressortiretur in sede antiqua villæ nouæ.

QVAESTIO. CCXXXVII.

Quis appellans, licet non illico, auditur.

ITem dictum fuit, quòd habitantes sancti Clementis recipiebantur, vt appellantes à sententia lata per dominos requæstarum contra ipsos, & pro domino de Argenton: licet non appellassent ab ipsis sedentibus pro tribunali, sed coram graphario Parlamenti, quia dicebant quòd non habuerũt, vel eorum procurator copiam consilij promptè, cum quo se consuluissent. Attamen habuerunt super hoc requæstam ciuilem, vnà cum literis directis Parlamento, vt eisdem prouideretur vt vellet Parlamentum regium consulere, quod eisdem prouideretur.

De hoc vide sup. in titu. de adiorna. pa. Francia, in prin.

QVAESTIO. CCXXXVIII.

Quod fieri debet remissio non obstante quòd primitus fuerit adiornamentum impugnatum.

ITem fuit dictum quòd nõ obstante quód dux Burgundiæ seu eius procurator proposuisset adiornamentum fuisse non validum contra ipsum factum, ad requæstam Guillelmi & Ioannis dictorum les bouffeaulx, eó quia non fuisset factum per duo paria literarum, licet esset par Franciæ. Et fuisset dictum validum, quia non erat causa appellationis, vel respiciensius parię, fieret remissio causæ coram dicto duce de causa principali: ratio dubitandi, quia videbatur quód remissio primitus pendebuisset ante debatum adiornamenti, & quód impugnando adiornamentum approbasset Curiam in iudicem renunciando ac præiudicando remissioni, tamẽ fuit dictum contrarium.

QVAESTIO. CCXXXIX.

An religiosus sit recipiendus ad querimoniam contra suum superiorem?

CAmerarius sancti Martini de Campis fuit receptus ad suam querimoniam nouitatis super cameratu antedicto, in quo fuerat per priorem sancti Martini perturbatus indebitè & de nouo. Et per arrestum fuit tentus in possessione & saisina ipsius ac perceptione fructuum ipsius.

QVAESTIO. CCXL.

Contra aduocatos excedentes in suis placitationibus.

IOannes Baudouyn maior de Beluaco & Magister Droco felize consiliarius domini ducis Burgundiæ, defensores fuerunt condemnati erga Iaquetam ioliete & eius maritum petitores in 400. libris Parisien. ac in 200. erga regium procuratorem nomine emendæ, eò quòd aduoauerunt Magistrum Ioannem iuuenel eorum aduocatum, qui in placitando dixit iniuriam prædictis Iaquetæ et eius viro, licet essent defensores, & in pronunciando fuit per præsidentem notatum, quòd hoc fuerat propter aduocati culpam. Sicaliàs fuit pronunciatum in simili contra quendam presbyterum, qui aduoauerat Magistrum Aegidium Nigri, pro eo placitantem, qui presbyter me præsente ob hoc fecit emendam ho-

dam honorabilem in Curia. Quod transit sub dissimulatione, sic fuit aliàs pronũciatum contra dominum Guillelmum messeti, nunc Bailliuum sancti Angeli, pro quo placitauerat Magister Ioannes de Rumilly, quem aduoauit dictus dominus Guillelmus.

QVAESTIO. CCXLI.

Quis sortilegiorum & diuinatorum habeat cognitionem?

PEr arrestum Curiæ Parlamenti fuit dictum, quòd præpositus Parisien. haberet cognitionem ac punitionem quarundam mulierum, quæ cum inuocatione diabolorum commiserant sortilegium, nec non cum voto quodam, medio cuius fecerant quendã hominem pati afflictionem per iudiciũ, cuius præpositi fuerant dictæ mulieres combustæ, licet congnitio earundẽ fuisset requisita per me pro episcopo Parisien. Et circa hoc scias quòd quisquis credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius seu deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel in aliam similitudinem, quód non potest fieri, nisi ab ipso creatore qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, & pagano deterior, 26. q. 5. c. episcopi. circa fi. de hac materia nota. in. c. accusatus. §. sanè. de hæreti. libro 6. & ibi per Cardi. per Ioan. And. per Archid. & per Hen. in c. 1. de sortil. Et per Hostien. in summa de sortilegijs, in fine.

QVAESTIO. CCXLII.

Contra falsas literas fabricantes.

ITem per quosdam commissarios loco cancellarij Franciæ per regem commissos, fuit dictũ contra Ioannem de Gerum, pro rege ac episcopo, decano & capitulo Niuernensi, quód poneretur in pillorio per certos dies, tàm Parisius quàm Niuernis. Necnon plecteretur lilio ferreo in frõte: bannitusque fuit extra regnũ Franciæ: fueruntque bona eiusdem confiscata dicto Cancellario*. Et similiter fuit contra quendam alium sic dictum. Et fuit ratione facturæ per prædictos quarundam literarum falsarum de tempore regis Caroli, necnon sigillatarum sigillo falso dicti Caroli, necnon episcopi, decani & capituli suprà dictorum.

QVAESTIO. CCLXIII.

Auditur veniens ante iudicationem quatuor defectuũ in criminali causa.

SI aliquis cõtra aliquẽ siue priuatus siue regius procurator, siue ambo simul obtinuerint quatuor defectus in causa criminali, & ille veniat ante vtilitatẽ adiudicatam, ratione illorum defectuum, paratus se defendere auditur. Et ratione illorum defectuũ nullũ obtinebit regius procurator defectum, nec pars nisi fortè expensas, & audietur veniens in suis defensionibus.

QVAESTIO. CCXLIIII.

Quòd religiosus proprium tenere non potest.

FVit dictum contra quendam carmelitam nuncupatum goulam, quód nõ erat recipiendus ad faciendum demandã suo proprio nomine, eó quia carmelita erat. Item per aliud arrestum dictum fuit quód condemnatus fuit dictus goulam ad dimittendum hospitium de passye, licet per Papam* fuisset cum eo dispensatum, vt teneret proprium.

QVAESTIO. CCXLV.

Post appunctamentum ad ius audiendum nil fieri potest, vel produci, nisi parte vocata.

ITem dictum fuit pro Michaele le bosu, q, bene appellauerat à sententia lata per dominos requęstarum pro domicella Ioanneta de nefz, eó quia post appunctamẽtum ad ius audiendum miserant quosdam carpentatores ad appretiandum quędam pressoria dictæ domicellæ, & cuiusdam alterius nominati Adam de colũbis, absque euocatione dicti Michaelis: licet ipsi visitassent prius ipsa pressoria, fecissentque raportum suum super magnitudiue, latitudine, ac longitudine, non tamen super valore argenti, nec fuerat appellatum, videbatur tamen contrarium, quia videbatur solùm quędam declaratio ex officio iudicis facta, iux. no. in l. hæredes palam. §. si quid. ff. de testa. &. c. cum clamor, de testibus, &c.

QVAESTIO. CCXLVI.

An episcopus virtute iurisdictionis spiritualis habeat capturam?

ITem contra episcopum Parisien. qui virtute suæ commissionis per suum apparitorem fecerat capi Pari. Margaretam du Pre, religiosam de Gif, subiectam dicti episcopi in spiritualibus, quæ erat in domo cuiusdam chirurgici in vico Citharæ, propter eius incontinentiã & offensam, & virtute suæ iurisdictionis spiritualis, & duci in prisiones suas spirituales, dictum fuit procuratore regio & ipso episcopo auditis in Curia, quòd dicta religiosa, quæ fuerat

Cancellario.) qui habet hoc priuilegiũ contra omnem fiscum, vt dixi in consu. Parisien. §. 169. C. M. Arrestũ prolatum contra falsificatores literarum.

Papam) qui dicit vnum in c. cum ad monasterium in fi. de sta. mo. & aliud facit nummis. Sed hodie Papa Paulus 4. adeo fauet monachatui vt nec precenec precio gratias vllas secularibus ad regulariacõcedere velit, nec à decessoribus concessas in ma. rationi congruit expedire, & si de tertio curato in cõpatibili dispenset. C. M.

fuerat per ordinationē Curiæ adducta in Parlamento, & retenta Curiæ prisionaria restitueretur in loca, in quo fuerat capta per commissionem episcopi, quod factum fuit, & iuit quo voluit. Ratio fuit, quia prætendit rex quòd dictus episcopus non habet* prisiam seu captionem in villa Parisien. & petijt dictus procurator quòd rex* nō maneret deappunctuatus pro quo allegabat quòd notoriè episcopus non habebat captionem Parisien. virtute suæ iurisdictionis spiritualis, hoc tamen fuit dictum absque præiudicio causæ spiritualis quam habebat episcopus contra dictam religiosam.

*Non habet) supr. q. 103. tex. in auth. de sanctiſ. epiſ. §. ſi quis contra clericum, coll. 9. la te Iorda. Bri. Rep. §. contrahentes. coll. 19. in. c. 1. de for. compe. in. 6. Steph. Auffre. Rep. cler. 1. de. offic. ordi. C. M.

QVAESTIO. CCXLVII.

Curia spiritualis non potest ponere ad nihilum citationē temporalem.

FVit per Curiam posita ad nihilum commissio officialis Remen. per quā mandabat quod fieret præceptum parti, quod faceret poni ad nihilum citationē & adiornamentum regium factum contra quosdam clericos, quia nō debet sic loqui, &c.

QVAESTIO. CCXLVIII.

Quando accurdum nō est passandū.

FVit dictum per arrestum pro procuratore regio contra ducem Burgundiæ & quandam dominam, quæ domina volebat facere & passare quoddam accordum cū dicto duce, contra quem vnà cum domina erat procurator regius adiunctus propter attentata per gentes ducis commissa post appellationem ad Parlamentum emissam, quòd dictum accordū non passaret,* licet haberent regiam literam: Ratio, quia in ea continebatur accordum Curiæ referendo. Quod non faciebant, sed solum partes super facto contentioso se compromittebant in quosdam arbitros: sic non referebant accordum decisorium principalis. & est ratio: quia cum minores se compromittunt habentes magnos aduersarios citius opprimuntur, quod non fieret si causa remaneret in curia: quia magni & parui regem & curiam timent, & ibi habent iustitiam cessante personarum acceptione. Idem fuit dictum, & per arrestum contra dictum ducem: quia de controuersia partes ducis se compromittebant in iudicem ducis à quo appellauerant: licet haberent literam regiam de pacificando.

*Passaret) fa. supra. q. 118. C. M.

*Non sunt) scilicet ipsi commēdatarij, ideo hæ commendariæ non sunt beneficia nec possunt cōferri per Papam vel legatum, nec cadūt in mandatis & alijs regalibus beneficiorum. Et loquor de cōmēdarijs dictorum hospitaliū & militum, nec in eis habet locum cle. quia regulares, de sup. neglig. prælat. nec deuoluūtur. Et non diu obtinui in causa gra ui, C. M.

*Remitteretur & male per. c. ſi. à ſubdelegato, de officio delega. in 6. C. M.

QVAESTIO. CCXLIX.

Si prior Franciæ vel Aquitaniæ intimatus in causa appellationis moriatur, nouus prior adiornandus est ad resumendum vel deserendum.

Dictum fuit per arrestum, quod fecerat interruptionem Ioannes Lathouin in causa sua appellationis respectu religiosorum sancti Ioannis Hierosolymitani, in prioratu Aquitaniæ intimatorum: Ratio, quia licet in causa appellationis fecisset priorem dicti prioratus intimari, post eius mortem non fecerat nouum priorem adiornari ad resumendum, vel deserendum, &c. Sed tres anni erant lapsi post eius mortem. Nam licet esset principale debatū ratione cuiusdam cōmendariæ in dicto prioratu: tamen fecerat priorem intimari, Nō licet prior quotiens vult resumat processus cœptus per commendatores sui prioratus ratione suarum commendariarum, nō * tamen econrta: quia non sunt* nisi procuratores, & ad nutum reuocabiles.

QVAESTIO. CCL.

An apdellans à iudice paris Franciæ remittendus sit ad magnos dies dicti paris.

Dictum fuit pro domino duce Bituricen. quod quidam qui appellauerat à suo Seneschalo, & releuauerat ad Parlamētum, remitteretur* ad suos magnos dies, licet dictus talis allegaret se non esse subiectum dicti ducis, quod allegauerat coram dicto Seneschalo, qui Seneschalus in contrarium pronunciauerat, à quo fuerat appellatum: sic aliàs fuit pronunciatum pro dicto duce contra habitantes de sainct Generoux, & reginam Siciliæ. Qui habitantes se allegabant subditos dictæ reginæ: ratio, quia appellatum fuerat à dicto Seneschalo, cuius iudicij correctio spectabat ad dictum ducem, cùm esset suis iudex, & ad quem spectabat cognoscere, an esset sua iurisdictio, cum dubiū esset iuxta l. siquis ex aliena. ff. de iuri. om. iudi. & c, veniens, de accusa. &c.

QVAESTIO. CCLI.

Non tradens demandam in scriptis ad diem assignatam, nil amittit, dum tamen illa die non accipiatur expletum.

PRo domino Philippo Henry fuit dictū, quod licet ad diem assignatam per Curiam Parlamenti eidem non tradidisset suam demandam proprietariam, nec fecisset veutam ad diem eidem assignatam: per curiam tamen illud non præiudicabat in aliquo: Ratio, quia pars aduersa, videlicet dominus Girardus, ad dictā diē assignatā, ad demandam tradendam non insisterat

contra dictum Philippum, nec aliquod expletum illa die, nec aliàs cœperat contra ipsum, sic fuit aliàs dictũ pro duce de Borbonio, contra comitem Marchiæ. Sic fuit dictum inter archiepiscopum Remensem, & scabinos Remenses, licet annus lapsus fuisset, tamen se præsentabunt debitè partes ad dies suos.

QVAESTIO CCLII.

Coniuncti mouentes guerram detinentur, donec fecerint eum venire.

PEr arrestum Robertus de sancto Fusciano aunculus cuiusdam dicti Beaupigne fuit Parisius detentus prisionarius, donec faceret venire dictum Beaupigne, nepotem suũ penes Curiam, eò quia quendam de villa Ambianen. diffidauerat, & post se absentauerat. Et cum dictus Beaupigne erat clericus* non coniugatus.

QVAESTIO CCLIII.

Non est nobili danda dilatio octo dierum pro adiornamento faciendo super garendia.

ITem fuit dictum per arrestum pro Morinoi de Thousey, domino de Allegrio, quòd adiornamentum erat bonum, quod fecerat contra dominum comitem Bononien. super garendia habenda, licet non haberet dictus comes octo dies francos: ratio, quia non est nisi super summatione facienda, & in iudicio posset summari in præsenti si reperiretur.

QVAESTIO CCLIIII.

Habitantes Castellanię nõ tenẽtur ad reparandum & fortificandum villam vel fortalicium dictæ Castellaniæ.

PEr arrestum fuit dictum contra dominam de Credonio, pro habitantibus Castellaniæ dicti loci, quod non* contribuerent ad fortificationem & reparationem murorum & fortalicij de Credonio.

QVAESTIO CCLV.

Non est veuta facienda cùm petitur vniuersitas.

PEr arrestum fuit dictum, quòd dominus Bernardus, dominus de Terride, & vicecomes de Guyones, non haberet veutam per ipsum petitam contra dominam Isabellam vxorem cuiusdam domini, & ipsum dominum qui petebant ad causam dictæ vxoris medietatem dicti vicecomitatus, nec declarationem etiam: Ratio, quia petitur quædam vniuersitas, sic aliàs fuit dictum pro domina comitissa de Barro, contra dominum ducem Burgundiæ, &c.

QVAESTIO CCLVI.

Quod rex in solutione pœnæ non præfertur priuato.

PEr arrestum fuit dictum malè iudicatũ per generales thesaurarios de Domanio, qui iudicauerunt pro rege contra Stephanum de Clamgeria, quòd rex præferretur in solutione pœnarum ipsi ac dicto Stephano adiudicatarum, contra Magistrum Radulphum d. Orbille, in quodam contractu appositarum per dictum Stephanum vel eius prædecessores super defectam cuiusdam redditus dicto Stephano soluendi quærendarum illo casu, pro media regi, & pro media dicto Stephano. Et corrigendo dictam sententiam fuit dictũ quòd rex & ipse Stephanus soluerentur æqualiter, quia quilibet habebit medietatem æqualem.

QVAESTIO CCLVII.

Quando priuatus in solutione pœnæ præfertur regi.

PEr arrestum dictum fuit quòd Andreas de Tysi, qui erat mercator, haberet pœnas non omnes quas petebat, contra dominum Belli ioci, loco interesse, quę ascendebant ad octo millia, & quia loco interesse eidem adiudicabantur, solueretur ante* pœnas regi adiudicatas contra dictum de Belloioco, quæ ascendebãt ad quinque vel tria millia, &c.

QVAESTIO CCLVIII.

Non est appellandum à iudice ecclesiastico ad temporalem Curiam.

PEr arrestum non fuit receptus decanus Carnoten. vt appellans à capitulo dicti loci, eò quia declarauerat ipsum incurrisse pœnam statuti capitularis, videlicet priuationem distributionum suarũ per octo dies, quia in pleno capitulo dixerat magnam iniuriam cuidam canonico Carnotensi: & fuit ratio, quia vt iudices ecclesiastici declarauerant, sic ab ipsis non erat ad Curiam temporalem appellatum, vel ad Parlamentum, &c.

QVAESTIO CCLIX.

Procuratorium factum in Curia ecclesiastica non valet in Curia temporali.*

*Clericus) Nec tamen est contra. cap. sciant cuncti, de elec, in 6. C. M.

*Quod non) idẽ supra q. 130. sed contra infra q. 338.

*Ante) & bene, quamuis sup. q. 8. contrarium fuerit iudicatũ, & malè, vt ibi dixi, C. M.

* Temporale) scilicet in materia temporali Ioan. Fab. l. secundum diui. C. de donat. probat ordina. Philip. Pulchri. anno 1302. §. 20 Luc de Pen. l. prædia. col. 28. de locat. præd. ciuil. lib. 11. C. vide Fely. c. cũ dilectus, in fine fid. anil. & plenè dixi in commentario ad edictum Henrici, 2. contra paruas datas. §. 4. in ver. contrarolle. quamuis instrumenta notariorum, secularium in negotijs ecclesiasticis fidem faciẽt etiã in foro ecclesiastico & curia Romana & rationem ibi dixi, nu. 3. C. M.

Per

PEr arrestum dictum fuit quòd Almauricus le Fuere haberet congedium contra Ioannem & Petrum de Frachomme: eò quia se fundauerant in Parla. per procuratorium factum in Curia ecclesiastica, & sub sigillo cuiusdam capituli, sic fuit aliàs dictum contra Bertrandum de Porto appellantem, et pro Ioanne de Lauant appellato, videlicet quòd instrumentum appellatorium dicti appellantis non erat receptibile, quia fuerat receptum per notarium apostolicum.

*Castelleti) cõtrarium hodie fit quia priuilegium sigilli concurrit cum iure com. & ordinaria iurisdictiõe, in qua dictus præpositus fundatus dicitur. Et sic in hac causa fit reditus ad ius cõmune, ita vt etiam certificatio huiusmodi subhastationum quod probæ factæ sint spectat ad præpositum non ad Bailliuum Dionysianum etiã alias exemptũ & nullo modo subditum præposito Parisien. C. M.

QVESTIO CCLX.

Non sunt vexandi officiarij regij, qui virtute commissionis faciunt expleta.

PEr arrestum condemnati fuerunt decanus & capitulum de Brion de indamnis, interesse et expensis Guillelmi Morant, & quorundã aliorum officiariorũ regiorum de Bailliuia sancti Petri de Monasterio. Eo quòd fecerant eos adiornari personaliter in Parlamento, & contra ipsos fecerant quandam executionem virtute cuiusdam commissionis dicti Bailliui.

QVAESTIO CCLXI.

Petitorium attrahit ad se possessorium.

ITem per arrestum fuit dictum contra priorem de Chaudefontaina, qui succubuerat in Curia Romana in petitorio cuiusdã beneficij, de qua sentẽtia apparebat quòd suus aduersarius haberet & obtineret beneficium in petitorio & possessorio, de cuius possessioue pendebat his in Parlamento: Ratio, quia petitorium attrahit ad se possessorium. Sic aliàs vidi in eadem Curia iudicari. Et has duas causas placitauit Magister Radulphus Dulmonée.

*Incorporarũ.) sab. alys notaryis, vt dixi in consuet. §. 5. nume. 44. C. M.

QAESTIO CCLXII.

An quis ante regem de suo soluatur debito?

ITem per arrestum dictum fuit pro quadam domina quondã vxore domini Ioannis de Nouiller, contra regium procuratorem, quòd solueretur de suo debito ante debitũ regium. Et dicunt quidam quòd hoc ideo fuit, quia super hoc habebat literam regiam & gratiam.

QVAESTIO CCLXIII.

Quis debeat decretum adiudicare?

ITem per arrestum fuerunt recepti religiosi sancti Dionysij contra regium procuratorem, ad allegandum quòd haberent decreta adiudicare seu eorum iustitiarum in eorum alta iustitia sitarũ, licet fiat super ipsis executio virtute literarum sigillo castelleti *sigillatarum, & nõ præpositus Parisiensis.

QVAESTIO. CCLXIIII.

Debet de originali constare.

ITem per sententiam fuit pronunciatũ in Castelleto, quòd pars aduersa Dionysij de malo respectu fuit absoluta, eò quia iuuabat dictus Dionysius de quadam venditione quę dicebatur fuisse facta per procuratorem, sed non apparebat de originali procuratorio, licet esset incorporatum* in venditione. Quæ sententia fuit per arrestum confirmata, quia ab ipsa fuerat ad Parlamen. appellatum. Tamen (vt dicunt quidam) hoc nõ fuerat in processu allegatum, tamen iuris erat. Et fuit pronunciatum dictũ arrestum 7. die mensis Septembris, anno Domini 1392.

QVAESTIO CCLXV.

Quando rex alteri præfertur in solutione emendæ.

ITem fuit dictum contra regium procuratorem pro episcopo Beluacen. quòd ad bonam causam se opposuerat contra executionem, quæ fiebat super quibusdam bonis immobilibus ratione cuiusdam emendæ regiæ: eò quia pro emenda quadam dicto episcopo adiudicara & ipsi soluenda, ipse, cõtra quem fuerat adiudicata, in manus domini feudalis se dessaisierat ad vtilitatem dicti episcopi, de dictis rebus, & vt ipsi solueretur antequam fuerat adiudicata emenda regi per Parlamen. in aliis autem, quæ sic non fuerant desaisita, malè se opposuerat episcopus, & super ipsis rex solueretur.

QVAESTIO CCLXVI.

Bona sunt ab indigno amouenda.

DIctum fuit quòd bona domini Yherij rable, qui fecerat meutire *fratrem* suũ, qui propter hoc fuit condemnatus à estre trainé & pendu: prout & fuit, bona quæ habebat in patria consuetudinaria erant confiscata, & bona in patria iuris scripti fuerunt amicis dimissa, tamen fuerunt super prædictis captæ quingentæ lib. pro distribuendo pro anima defuncti. Sed bona quæ habuerat

habuerat dictus Ytherius ex successione fratris sui, cuius se hæredem gesserat, retinuit Curia penes ipsam pro distribuendo ea pro anima defuncti cuius fuerant, nec ea habuit proximior hæres dicti defuncti post dictum dominum Ytherium, videlicet Perceual rable nepos defuncti. Sic ergo erat capax,* sed vt ab indigno ab eo remouebantur.

QVAESTIO CCLXVII.

An vnio insinuari debeat illis qui tenent beneficia.

DIcendum est quòd non *: quia cum talis vnio fiat sine præiudicio illorum qui tenent beneficia, nō est necesse quòd eis insinuetur, nam semper illa tenebunt quousque cesserint vel decesserint, non obstante vnione, vt in c. si vna, de re. ec. non alie. in cle. & c. consultationibus, de donationibus in antiquis, vnio tamen est translatio, quæ ad sui essentiam formalem perfecta est: licet * possessionis apprehensio, per quam acquiritur fruendi facultas; ext. de resti. spolia. c. sæpe, in tempus mortis vel cessionis differatur. Nec est mirum, quia rei puræ vel contractus puri bene suspenditur effectus, l. cū hic status. §. siue autem res. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. interdum, ff. de ver. obl. l. 1. in fi. ff. de condi. & demō. & l. Seius saturnin 9. ff. ad Trebel. & hoc innuit d. c. consultationibus, & hoc etiā vult Papa per verbū Cedentibus vel Deceden tibus, in literis suis apostolicis vnionis.

*Capax) i. ipse fratricida Nico. hoeri. decis. Bur deg. 25. Sed hoc iniquum & mali exempli quia reliqui agnati retrahuntur ab accusando nec iure probatur, vt dixi suo loco. C.M.

*Quod non) contrariū seruatur & bene, quod etiam debent vocari præsertim in ecclesijs paro chialibus. C.M.

*Licet) Oldra. q. 262.

QVAESTIO CCLXVIII.

An permutatio fieri possit beneficiorum vnitorum.

DIcendum est quòd non: quia talia beneficia sic vnita vacare non censentur, vt extrà de excess. præla. c. vnico. §. quidam etiam ecclesias, in cle. secundum distinctionem Io. An. ibidem, super verbo, ad mensam, & ibi videatur, & etiam super verbo, non vacent. Et per eundem de supplendi. negli. præla. c. vnico. §. præmissa, super verbo, de mensa, in clem. videlicet cum in permutatione sit necessaria vacatio, de re. per c. vnico, li. 6. & eo. ti. c. vnico, in cle. & ibi notat Guillel. de Montelauduno, super verbo resignata, concluditur quod beneficia taliter vnita non possunt permutari, verum est tamen quòd non obest si huiusmodi vnio in beneficijs publicetur, ne aliquo casu superuenienti possint obtinentes huiusmodi beneficia ignorantiā prætendere, extrà de postu. præla, c. ad. &c.

QVAESTIO CCLXIX.

Alia arresta lata in Parlamento cœpto in crastino sancti Martini, anno domini 342.

Consuetudo non recepta.

FVit prima die placitabili dicti Parlamenti per arrestum non recepta consuetudo proposita per Magistrum Dionysium maliregis, quòd in patria Pictauensi erat consuetudo quòd non valebat executio facta super bonis alicuius, nisi primò in persona sua personaliter summaretur de satisfaciendo debitori.

QVAESTIO CCLXX.

Alia consuetudo non recepta.

ADidem fuit dictum per arrestum, quòd non erat receptibilis consuetudo proposita per Magistrum de Cherquinmange, in villa in patria Tornacensi, videlicet quòd incœpto Cherquinmange aliàs non posit procedi quàm per viam de Cherquinmange ad veritatem sciendam super diuisione facienda. Et dicitur Cherquinmange, & habet locum quando aliqui volunt diuidere aliquem fundum vel rem immobilem, & recipiunt testes qui Cherquinmant, id est quærunt & cherquant terminos fundi pro diuidendo. Et ista via capta per partes, scilicet via testium amplius non admittebatur ad probandum diuisionem per literas, sed si pars prouocata nil probare poterat per testes, causam suam amittebat, nec recipiebatur ad probādum per literas & instrumenta. Quod fuit dictū non receptibile, ne facultas probandi angustetur, quia poterat esse quòd nō superessent testes, per quos probari possent termini & fines rerum pro diuisione ipsarum facienda.

QVAESTIO CCLXXI.

Non sit remissio coram Magistris hospitij regis.

PEr arrestum fuit dictum quòd causa cœpta in Parlamento inter regium procuratorem, & quendam carbonarium nominatū Maci, qui fuerat verberatus per quendam officiarium regium, nō remitteretur coram Magistris hospitij regis, licet esset causa excessuum, & sic personalis, & esset defensor dictus officiarius, quia licet esset remittenda, hoc esset coram Magistris requæstarum regis, non coram Magistris hospitij per regias ordinationes, tamen causam retinuit Curia Parlamenti, & ex causa.

QVAESTIO CCLXXII.

Episcopus Beluacen. habet prisiam virtute iurisdictionis temporalis.

PEr arrestum fuit episcopus Beluacen. tentus in possessione, & saisina capiendi clericos virtute suæ iurisdictionis temporalis in comitatu de Bellomonte, contra regium procuratorem, & duchissam Aurelianensem.

QVAESTIO CCLXXIII.

De possessione capiendi & habendi lectum.

PEr arrestum Scaristæ dagde fuit tentus in possessione & saisina habendi lectū furnitum à quolibet parochiano suo defuncto in parochia sua S. Stephani dictæ villæ dagde, dum tamen excesserit 14. annos, vel valorē lecti secundū statum parochiani, idem de parochiana, & dic furnitum culcitra, cousino, lintheaminibus, & coopertorio, &c.

**Quod nō) Hoc est indubitatū, & est tex. in authen. de sanctiss. episcopis. §. si quis contra aliquem. col. 9. non obstant iura canonica, quia nō valent in præiudicium temporalis iurisdictionis. Iorda. bri. Rep. §. contrahentes. col. 19. c. 1. de for. compe. in 6. permittitur tamen ei captura intra prætorium suū dum taxat infrà q. 363. C. M.*

QVAESTIO CCLXXIIII.

Quis debeat habere emendam ciuilem in quam conuersum est crimen, an rex vel ordinarius iudex?

PEr arrestum dictum fuit quòd comes de Barro & episcopus Antisiodoren. haberent medietatem cuiusdam emendæ ciuilis, in quam conuersum fuerat crimen capitale per regem & eius gratiam. Eò quia ille qui crimen commiserat, vtpote quia fregerat assecuramentum datum per eum coram Bailliuo communi dictorum comitis & episcopi, erat subiectus ipsorū, & rex haberet aliam medietatem. Sed quia episcopus non appellauerat à sententia Bailliui, qui regi totam emendam adiudicauerat, sed solum comes, dictum fuit quòd nō haberet partem in illa medietate, sed rex eius partem haberet. Sed miror, quia ea ratione qua rex habet medietatem totius, debebat habere totum, sed fortè fuit ideo, quia fregerat assecuramentum in persona officiariorum dictorum episcopi & comitis, & in eorum contemptum.

QVAESTIO CCLXXV.

An condemnatio expensarum sine delectu habeat locum in Turonia.

MEnse Februarij anno prædicto fuit facta ordinatio regia in magno consilio, & in eodem mense publicata in Parlamento, per quam rex ordinat quòd habeant locum expensæ & earum condemnatio in partibus Turoniæ, in casibus in quibus antea non habebant locum. Et fuit facta consequenter ad ordinationem regis Philippi.

QVAESTIO CCLXXVI.

An episcopus Parisiensis habeat prisiam cleticorum suorum in villa Parisien. virtute iurisdictionis suæ spiritualis, & placitaui pro rege Franciæ, quod non, * vt eius aduocatus die 20. mensis Martij, anno domini prædicto currente 1292. &c.

ET primò quod episcopus habeat prisiā dictorum suorum clericorum in villa Parisien. arguitur primò iure ciuili, quia mandata iurisdictione videntur concessa illa, sine quibus exerceri non potest, l. ff. de iurisdict. omnium iudi. Sed sine captione suorum clericorum exerceri non potest sua iurisdictio spiritualis, quam habet in suos clericos in personalibus, ergo, &c. Secundò aliàs esset sibi inutilis sua spiritualis iurisdictio, si oporteret quod requireret Præpositū Parisien. vt caperet & sibi traderet clericos suos delinquentes, qua aut Præpositus refutaret, aut interim clerici prædicti recederent. Sic remanerent delicta impunita in præiudicium reip. iuxta l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public. vect. & con. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. l. si à reo. §. fi. ff. de fideiuss. Tertiò hoc habetur iure canonum, c. cum episcopus, de officio ordi. lib. 6. c. nouimus, de verb. signi. in antiquis, c. 1. de hæreti. in cle. ibi cum dicit capere seu arrestare, &c. Quartò habet carceres, & audire causas potest sedendo pro tribunali in qualibet parte suæ diœcesis, & incarcerare suos clericos, vt d. c. cum episcopus, ad hoc facit c. vniuersitatis, de senten. excom. c. vt fame, §. fi. eo. Titu. in antiquis, & c. si clericos, eo Titu. lib. 6. Quintò quia episcopus Beluacen. ad hoc fuit receptus, & per arrestum tentus in possessione & saisina habendi prisiam suorum clericorum in comitatu de Bellomonte, vt suprà dictum est. Sextò visus fuit prisia in villa Parisien. *per tantum* tempus cuius memoria nō extat *de contrario*, &c. habet & plura expleta vt dicit. Septimò dicit habere hoc declaratiuè per literas, vnam regis Philippi de data anni 1300. aliam confirmatoriam regis Ludouici, de data anni domini 1315. mense Decembris, quarum copiam habeo in vna alia papyro aurea & regali. In oppositum rationibus quæ sequuntur. Primò, quia

quia submittere oues in locum demortuarum, & suggerere facti sunt, vt l. consilio, in fi. ff. de cura. furio. l. quid ergo, in fi. ff. de vsufruct. l. bouem. §. 1. ff. de ædili. edic. Sic patet quod capere de facto, & in carcerem ponere facti est actualis & realis, & temporalis, ergo hæc facere non potest episcopus virtute suæ iurisdictionis spiritualis. Nam licet temporalitatem nō tangat capiendo clericum, nec de ipsa agat, tamen factum facit temporale & reale super temporali iurisdictione virtute iurisdictionis spiritualis, probatur, quia licet inter suos clericos pronunciare possit, attamen sententia est exequenda per secularem potestatem, l. episcopal. C. de epi. au. & ibi glo. & in authen. de sanctiss. epi §. siquis autem litigantium, col. 9. vnde sumitur. hoc etiam not. glos. in authē. vt clerici apud proprios epi. circa princ. super verbo, archiepiscopum. col. 6. & ibi potes notare differentiā inter territorium & diœcesim. Et hoc ideò quia episcopus nō habet potestatē realiter exequendi, quoniam territorium non habet vt magistratus municipalis, l. ea quæ. ff. ad municipal. Secundò episcopus non est iudex ratione territorij, sed eius potestas territorio limitata est, patet, vt in Magistro militum, qui licet habeat iurisdictionē inter milites, non tamen territorium, l. Magisterie. C. de iurisd. omnium iudi. sic in doctore inter clericos, vt in proœmio. ff. in fi. & authenti. habita. C. ne filius pro pa. Tertiò hoc satis apparet per diffinitionem territorij, in l. pupillus. §. territorii. ff. de verb. signifi. iuncto quòd episcopus non potest executioni reali suam sententiam tradere. Quartò hoc satis notare videtur Inno. in simili, in c. cum contingat. de fo. comp. vbi dicitur quòd aliqui habent iurisdictionem non territorium, quoniam executioni suā sententiā mandare non possunt, & de talibus loquitur d. c. cum contingat, & l. fi. C. de iurisdi. om. iudi. Quintò episcopus Parisien. non potest citare viua voce Parisius: Ratio, quia citare viua voce est magis facti quàm iuris, vt d. l. consilio, in fi. ff. de cura. furio. Sextò per arrestum fuit dictum quòd episcopus Parien si. non posset citare seu citari facere Parisi. viua voce. Et quia fecit, fuit condemnatus in emenda 500. librarū per arrestum latum, anno domi. 1346. Multominus citare poterit realiter & capiendo. Septimò hoc dicit c. cum non ab homine, de iudi. in antiquis, vbi dicitur quòd quando ecclesia non habet quid faciat vltra depositionem, excommunicationem, & anathematizationem, tunc locus est iudici seculari. Octauò realicitatione quis citare vel citari facere non potest extra suum territorium, sic not. in c. Romana. §. contrahentes, de fo. compe. lib. 6. & ibi per Car. & per Cy. in l. omnes. §. verum. C. de epi. & cle. & authen. quia in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. hoc idem videtur notare Accur. glosator, in l. quid sit fugitiuus. §. idem puto in glos. super verbo Adduci. ff. de ędi. Citare tamen potest in scriptis, quia non est nisi denunciatio: vt nota. in d. §. contrahentes. Quod etiam facere posset arbiter, l. sed interpellatur. §. 1. ff. de arbitris. Nonò hoc dicere videtur Papa, cū dicit quòd de possessionibus iudicare non pertinet ad ecclesiam, & ideo ne regiis iuri valeat præiudicare, remittit, & c. c. lator, & c. causam, qui filij sunt legi. Decimò pro hoc fuit arrestum latum pro rege, & eius procuratore contra episcopum Cabilonē. in quo fuit dictum quòd de reali actione cognoscere non poterat in foro suo spirituali, nec erat recipiendus ad hoc. Vndecimò esset valde magnum inconueniens si episcopus posset capere vel capi facere Parisijs virtute suæ iurisdictionis spiritualis, quia contra bonum reip. ac politiam: & esset Parisijs confusio prisiarum, & qualibet die caperentur homines per istos apparitores, non solùm reprobi & malefactores, sed viri probi & honesti, & his vijs pecunias extorquerent, & si à prisia appellarēt, deuoluerentur ab episcopo ad archiepiscopum, & de ipso ad Papam, sic essent vexati ac valde molestati, quemadmodum & hodie sunt, licet episcopus non habeat prisiam. Duodecimò nec lędere posset, & causas audire in qualibet parte suæ deœcesis, volens ibi suam iurisdictionem tenere, nec eidem admitteretur, sed solùm in loco assueto, l. fi. ff. de iusti. & iu. Si super hoc est litigium inter regium procuratorem & archidiaconum de presbyterio. Nec obstant superiùs argumenta in contrarium. Ad primum cùm dicitur quod mandata iurisdictione, &c. Respondetur primo, quod hoc negari potest: nam mandata per Papam iurisdictione non potest eius delegatus iubere partes comparere personaliter, nisi, & c. ca. 1. de iudi. lib. 6. multominus capere. Vel aliter, cum dicitur mandata iurisdictione, & c. ergo & capere potest, verum est mandata iurisdictione per illum qui habet territorium, sed episcopus non habet virtute iurisdictionis spiritualis. Vel aliter, verum est capere in suo patri-

De possessionicus iudicare non pertinet ad eccle siam.

Episcopus potest capere in suo temporali. alias non potest realiter capere, sed facere.

Episcopus Parisi. non potest capere in vrbe Parisi. etiam suspectum de hæresi.

monio temporali virtute suæ iurisdictionis temporalis non spiritualis. Vel aliter, verum est capere, id est capi facere ad sui requisitionem per iudicem temporalem.

Ad secundum, & tertium, & quartum, videlicet ad c. cum episcopus, de officio ordi. lib. 6. cum dicit, capere, id est capi facere, sic ibi Io. And. in nouella exponit. Nam & alibi exponitur, si te condemnauero, id est condemnari fecero, l. furti accipe. §. mandato. ff. de his qui no. infa. & dic per suum iudicem temporalem in sua iurisdictione temporali, in extranea ad sui requisitionem per iudicem temporalem loci ad hoc, c. fi. de appellat. Et ad c. nouimus, ad cle. prædictam, & ad alia 200. supra dicta respondetur per eandem viam. Nec propter hoc esset sua iurisdictio inutilis, si oporteret ipsum requirere iudicem temporalem, cùm nunquam refutaret Præpositus parisien. & si refutaret, habet Curiam Parlamenti in superiorem. Nec sequitur habet carceres, & potest causas audire, ergo & capere per Prædicta, & & quia vnum non sequitur ad aliud. Nec valet si dicatur quod si esset suspectus de hæresi ille qui esset capiendus, quòd ille qui hoc casu impediret ipsum capere, incideret in magnam pœnam, per. §. prohibemus, c. vt inquisitionis negotium, de hæret. lib. 6. & c. quoniam vt intelleximus, de immu. eo. li. quia dico quòd in hoc casu non est ille §. prohibemus, tenendus, quia iudex secularis non vult cognoscere de crimine hæresis, nec episcopum & inquisitorem super hoc impedire, nec liberare captum per iustitiam secularem, & pro crimine hæresis episcopo traditum à captione & carcere liberare. Nec refutare, capere suspectum de hæresi, & episcopo tradere, quia semper promptus est, maximè si fecerit episcopus informationem, per quam suspectus de hæresi sit capiendus, & ea per potestatem secularem visa, sed vult defendere ius regium quod est, quòd ipse haberet prisiam non episcopus in villa Parisiensi virtute suæ iurisdictionis spiritualis etiam in casu hæresis, quod alias fuit dictum, & per defunctum regem Carolum Præposito iniunctum, ne caperet, nisi de informatione sibi constaret. Item ad hoc facit casus qui euenit de Thierico colezat, qui vt suspectus ad requisitionem episcopi fuit captus per Præpositum Parisien. Non autem ipse episcopus cœpit eum vel capi fecit.

**Latum)* *Supra q. 246.*

**Fortè)* *imò quia comes etiã prærogatæ dignitatis vtpote par Franciæ & ratione iurisdictionis temporalis. supra q. 272. C. M.*

Item ad hoc facit quædam litera regia impetrata per episcopum quendam, directa Præposito, & Bailliuis, &c. vt ad requestam dicti episcopi facerent illos qui pro debito fuerant excommunicati, in qua excommunicatione steterant per annum & vltra, &c. in regiſtrata in alia papyro mea regali & aurea. Itẽ ad Prædicta facit quod rex habuit statum contra episcopum per arrestum latum *vigesima die Iulij, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo in regiſtratum in alia papyro mea semiaurea regali. Et fuit occasione Margaretæ de Prato religiosæ de Gif. Et pro tunc placitaui pro episcopo contra regem, quia tunc non eram regis aduocatus. Item ad hoc facit casus, qui euenit tertia die mensis Martij, Anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo de Girardo pulchri penarij, qui erat clericus non coniugatus tunc, & fuit captus per apparitores episcopi inter Castelletum & Bocheriam, sed reddidit eum dictus episcopus Parlamento & iudici seculari, & sunt alia exempla in alia papyro mea regali & aurea.

Ad quintum videlicet ad arrestum episcopi Beluacen. respondẽ, quod fortè in alia causa non fuit placitatum ad finem non recipiendi per regium procuratorem: ad quem si fuisset placitatum, fortè non fuisset receptus episcopus, quod probatur per rationes sequentes:

Primò quia dominus temporalis in rebus & earum amissione potest clericum condemnare, nec pœna episcopo applicabitur, immò domino temporali, vt l. 2. C. vt nemo priua. Titu. Prædi. suis, &c. Irepetita. C. de episcop. & cler. c. l. iubemus, nullam nauem. C. de sacrosanct. eccles. l. fina. C. de naui. nõ excusa. lib. 11. not. Inno. in cap. postulasti, &c. ex parte, de foro cõp. ergo patet quòd regi, nõ episco. dispositio realium actuum spectat, puta capere. Secundò licet Papa conditor iuris canonici contrarium fortè statuere potuerit, hoc teneatur in suo temporali, nam ibi totum turbare potuit malè condendo, sed in regno Franciæ non illi in temporalibus subdito, secus, iuxta cap. per venerabilem, qui filij sunt legiti. Et ita intellexit Bern. plures decretales in Titu. de testamen. de delictis puerorum, de pœnis. Et Innocen. de purgat. canonic. & nota. in cap. fina. de sepult. & cap. in literis, de raptо, vbi dicitur, seruentur in foro ecclesiastico, &c. ad hæc c, si duobus, in fine, de ap-

de appella. superiùs alleg. Tertiò, nec consuetudo in contrarium est admittenda, quia contra terminos iuris, vt patet per prædicta allegata de iure ciuili: & quia repugnat bonæ politiæ, vt patet per superiora. Quartò, quia non est abdicabile à rege, quia est superioritatis, iuxta l. competit. C. de præscrip. trigin. vel quadragin. ann. & l. digna vox. C. de legib. ibi maius imperio est, &c. Quintò, admittere non admisibile non valet: vel quia non fuit obiectum, vt in glo. cap. cum contingat, de offic. deleg. super verbo, nihilominus. vel si obiectum fuerit, & nihilominus receptum est, sed tamen contra dominum politiæ, qui non potest ligari: quare non valet: aliàs posset sequi omnium malorum exterminium in politia, scilicet destructio regni & adnihilatio, &c. Et in talibus licet esset expressum velle domini politici, tamen posset liberè reuocare: quia hoc est ius suum reuocare, &c. lege, qui agros. C. de omni agro deserto, libro vndecimo, & ar. cap. si quis presbyterorũ, de re. eccleſia. non alienan. Sextò, tollitur consuetudo, per quam curiosi poterant aliquos incarcerare, lege 1. C. de Curio. & statio. libro duodecimo. Item, lege, omnes iudices. C. de decurio. libro decimo, tollit consuetudinem contra priuilegium principis disponentem. Item lex tollit cõsuetudinem contra exemptos inductam, lege, nihil. C. de palatinis. lib. 12. Item ab omni præscriptione ius principis videtur exceptũ, cap. dilectus, de capellis mo. Item decretalis, cum satis, de offic. Archid. tollit consuetudinem per quam vetitum vsurpatur officium. Ad idem cap. vt nom. eod. Titu. dicit quòd si quis exercuerit actus pertinentes ad officium vel dignitatem alterius, quod ex hoc non acquirit sibi aliquod ius. Item lex dicit, quòd nemo potest alterius perturbare officium suum vsurpando, l. 2. C. de except. & exacto. lib. 12. Item prouidentia superioris vsurpatoria officia inhibentur, vt dicta. l. repetita. C. de episco. & cleri. c. peruenit, 11. quæst. 1. lege, consulta diualia. C. de testa. allegant quidam l. 1. C. de eroga. mil. anno. quæ parum facit. Septimò, probatur quòd consuetudo non fit receptibilis: nam Petrus Bertrandi notat in c. non est. de consuetud. libro 6. quòd sicut prædecessor præscribere non potest propter malam fidem præsumptam, vt quia excessit metas priuilegij, quod causam dat præscribendi, sic successor præscribere non potest in illo quod excedit metas: quapropter repellitur in quo eodem modo præsumitur mala fides in illo quod excedit metas priuilegij. Sic in proposito facit cõtra metas dictus episcopus, qui in regno Franciæ se iuuat præscriptione, quia turpe est, & c. vt nota. in c. 1. de sepul. lib. 6. & d. l. repetita. C. de episco. & cle. maximè quia suus prædecessor episcopus Parisien. dictus, de Mignac. confessus fuit episcopum Parisien. non habere prisian in villa Parisien. Et quia cœpit, fuerunt rupti eius carceres, &c. Item in regno Franciæ omnes iurisdictiones sunt hæreditagiæ vel infeudatæ, in quibus non habet locum extentio: vt notat Inno. in c. verum, de iudi. & maximè cauendum est, quòd tales iurisdictiones non laxentur in eccleſia, quæ arma vetat, vt patet per consilia, cum iurisdictio talis non sit à claubis, & sic oportet temporare, glo. primam, c. 1. de transla. episco. & videatur nouella, c. solitæ, in prin. de maio. & obed. Et certè ius ciuile non cognouit in se iurisdictionem nisi principis, quæ à populo est, & c. vt not. in d. c. 1. de transla. episc. in 1. glo. & in authen quo modo oportet episco. & clericos ad sacros ordi. pro mo. in prin. colla. 1. de authenticis autem tractemus quò ad hoc propter illam, de sacramentis, quæ est à claubis, vt Ia. de Belui. nota. in d. authen. quomodo oportet episco. & c. & aliàs magis esset dicenda subtractio liberi arbitrij, quod non est tolerandum in prædictis executionibus, seu iurisdictionibus, sed fortè in personis & factis eccleſiasticis, pro quo c. olim, 5. dist. & c. sicut olim, de accusa. facit quod no. in primo quaterno, circa fi. cœlestis hierarchiæ, & in alio quaterno parui voluminis, in medio, ibi, solutiones, &c. Item & si esset consuetudo receptibilis, potest responderi quòd obtinuit episcopus Beluacẽ. in possessorio, quia plura expleta probabit, & maiora & ampliora quàm rex, quod sufficit, quia inter regium procuratorẽ & ducheſsiam Aurelianen. ex vna parte, & dictum episcopum ex altera, versabatur quæstio in casu nouitatis super prisia clericorum in comitatu de Bellomonte, & sic in possessorio, vbi obtinet qui possessiones suas probat. Item episcopus Beluacẽ. est dominus tẽporalis, & spiritualis & par Franciæ. Etiã obtinuit sup prisia extra villam Beluacen. facta in comitatu de Bellemonte, non in villa Beluacen. Modo quæstio præsens est super prisia in villa Parisien. quæ est caput aliarum ciuitatum regni Franciæ, in qua si prisiam haberet epi-

Nota etiam papam posse iniquum ius condere.

Ius principis ab omni præscriptione est exemptum.

Eccleſia vetat arma.

In possessorio obtinet, qui possessiones suas probat.

Parisius est caput aliarum ciuitatum regni Francia.

scopus Parisien. sequeretur inconueniens magnum, vt suprà tactum est. Ad sextum, cum dicit quòd vsus fuit per tantum tempus, &c. Et habet plura expleta, &c. Respō deo quòd licet fuerit vsus, hoc est non receptibile per prædicta. Etiam fuit procuratore regio ignorante, & vsurpatiuè fuit vsus, quod non potest eidē prodesse. Secundò renunciauit expletis se iuuare in causa mota occasione prisiæ Margaretæ de Prato, vt in arresto superiùs allegato. Tertiò hoc fuit ex tolerantia eidem facta vsque ad regiam volūtatem, & contra clericos cleri caliter viuentes, veneficiatos, et in pręsenti delicto & officiarijs regis nō præsentibus. Sic hoc prodesse eidem non potuit, per l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poss. & l. Seio. §. medico. ff. de an. lega. cum ibidē nota. per no. per Innocen. in c. si diligenti, de præscrip. Quartò tolerantia diu ante hunc casum fuit reuocata, vt tempore expleti Girardi Beaupigne, & antè, & inhibitum per Curiam dicto episcopo caperet, seu capi faceret in villa Parisiē. virtute suæ iurisdictionis spiritualis. Ad septimum nō obstat, quia viso textu illarum literarum nihil eidem rex confert, quia non ad augendum prisiam seu eidem conferendam, sed ad executionem prisiæ faciendam per seruientes regios factæ fuerunt illæ literę, iux. c. 1. §. ad hoc de præben. in clemen. & l. cū tale. §. fi. ff. de cōdi. & demon. Prędicta ego placitaui die & anno supradictis in causa quam placitaui pro rege contra episcopū Parisien. Et fuit placitationis factum tale: episco. Parisien. fecerat capi quendā suum clericum nuncupatum Stephanum de Bosco, in vico de templo, in iurisdictione temporali, & per suos apparitores, & virtute suæ iurisdictionis spiritualis: Prępositus Parisien. dedit suam commissionem duobus examinatoribus, continentē vt præciperēt episcopo & officiali Parisien. ac suis officiarijs, quatenus restituerent dictum clericum sic captū, & quem imprisionauerant, & redderent eum in loco vbi ipsum cœperant, vel saltem redderent eisdē examinatoribus, vt in Castelleto adduceretur. Et in casu oppositionis, habito prius clerico per ipsos examinatores, adiornarent opponentes in Castelleto dicturos causam oppositionis suæ, necnon omnes alios qui in dicta prisia interfuerāt, respōsuros procuratori regio, &c. dicti examinatores fecerunt præcepta, sed quia gentes episcopi appellauerunt pro impediendo executionem dictæ commissionis, dicti examinatores nuncupati Magister Nicolaus Bertin, & Gofredus Goybe, cessauerunt, & non executauerunt dictam cōmissionem. Postea à dicto Præposito secundā habuerunt commissionem de prima narrationem facientem, quæ secunda continebat, quòd nō obstante dicta appellation. & alijs fiendis pro impediendo & differendo executionem dictæ primæ commissionis, dictam primā commissionem executioni mandarent. Quod & fecerunt, & absque fractione reprehensibili dictum clericum cœperunt, & ad Castelletum adduxerunt. Non obstante quod gentes dicti episcopi pluries appellarent, sed nō obstantibus his, rex fuit in statu suo positus & resaisitus, episcopus Parisien. fuit conquæstus super hoc de Præposito Parisien. & de dictis examinatoribus. Et in Parlamento die supradicta contra Prępositum & examinatores fecit proponi factum suum & prisiam quam prętendit habere in villa Parisien. super suos clericos virtute suæ iurisdiction. spiritualis, proponendo quòd expletum factum virtute commissionis Prępositi erat tortionarium & factum ipsum dessaisiendo de suo prisionario & prisia ac possessione prisiæ quam habebat in villa Parisiē. virtute iurisdictionis spiritualis, suos clericos attentando, & saluæ gardiam infringendo, & requirebat prisionarium sibi restitui, ac commissionē Præpositi, vt tortionarium lacerari, & inquam pronunciari, Præpositumque & examinatores condemnari in emenda & procuratorem regium secum adiungi. Et ad hos fines proponebat & fundabat prisiam suam per superius allegata. Et vlterius dicebat cōmissionem Præpositi subreptiam & iniquā persequentia. Primò, quia continebat ipsum Stephanum prisionarium esse laicum, & tamē clericus erat non coniugatus, & captus vt de hæresi suspectus, & fuerat contumax, excommunicatus, & per annum steterat excōmunicatus, & sic non solum, vt de hæresi suspectus, fuit captus, sed vt quasi hæreticus, iuxta c. cum contumacia, de hęreti. lib. 6. Secundò, quia dirigebatur dictis examinatoribus secunda cōmissio, à quibus fuerat appellatū. Tertiò, quia continebat non obstante dicta appellatione, &c. Et tamen Præpositus habebat manus ligatas post appellation. sic non poterat in aliqua sede hoc intromittere. Quartò, imò nec cognoscere poterat an appellationi esset deferendum nec ne, nec cognoscere de aliquo. Quintò, Curia defenderat sibi ne in aliquo procederet.

Qui iure familiaritatis amici fundum ingredi tur, nō videtur eum possidere. fa. l. cum precario. ff. de preca.

deret. Sextò, idem Præpositus fecerat attentando, ac saluægardiam infringendo, in qua est dictus episcopus. Septimò, si se consuluerat, hoc fuerat cum parte aduersa episcopi, videlicet procuratori regio & regis consilio, qui secum adiungi non debet, quia in discussione est an adiungeretur cum episcopo vel Præposito, & sub iudice lis est. Octauò debebat Curiam consulere, non attentare, sic per prędicta tenebatur Præpositus, & erat condemnandus in prædictis.

Item examinatores etiam primò, quia seuerant primam appellationem ab eis factam, sic secundam commissionem non poterāt executare, & quia fecerūt & attentauerunt. Item erant iudices, vel quasi in criminalibus in castelleto, sic nō poterant ignorantiam aliquam prætendere. Item excesserant frangendo prisiones episcopales. Item illud quod fecerunt, fecerunt attentando, & saluægardiam infringendo, in qua erat, & est episcopus prædictus. Pro parte regia Præposito & examinatoribus, Præpositus aduoauit examinatores & procurator regius Præpositum. Et per consequentiam requirebat procurator regius Præpositum, & examinatores poni extra processum retenutam faciendo, & statum lite pendente sibi de prisionario fieri, per rationes sequentes, prætendendo commissionem Præpositi fore validam, ac virtute ipsius fuisse bene expletatum. Primò, quia fundabam quòd episcopus non habet prisiam suorum clericorum in villa Parisien. virtute iurisdict. suæ spiritualis p superius allegata. Secundò dicebam, quòd rex habebat statū quod episcopus nō habebat prisiā in villa Parisiē. sup clericos suos virtute iurisdictiouis suæ spiritualis. Tertiò dicebam quod Præpositus Parisien. est maior post principem in villa Parisien. & post dominos Parlamenti principē repręsentantes, & quod ad ipsum spectabat tueri & defendere iura regia, & q, illud quod fecerat fieri Præpositus virtute suæ cōmissionis fecerat fieri conseruando iura regia, & statum suum eidem per arrestum adiudicatum. Quartò dicebam quod cum est quæstio de iurisdictione aliqua inter regem & suū subditum, seu de expletis ipsius regis, conseruari debet in statu, in quo erat ante dictā quęstionē, sic in proposito. Vlterius dicebā q, cōmisio Præpositi erat valida, quia erat sibi notoriū de statu quem rex habebat. Et per arrestum superiùs allegatum, & pro notorietate facti. Et etiam, quia debet semper habere statum in dubio quia est fons omnis iurisdictionis temporalis, & alij sunt riuuli ab eo dependentes. Dicebam etiam, quòd erat informatus de captione quam fecerat fieri dictus episcopus de dicto Stephano, dessaisiendo regem de suo statu, quem episcopus ignorare non poterat, quia contra ipsum fuerat arrestum prædictum latum, & erat intra annum dicti arresti lati, & sic erat ius regium quò ad statum saltem clarum, & etiam quò ad prisiam per superiùs allegata, & factum episcopi tortionarium. Vlterius dicebam quòd hæc considerans, Præpositus suam dictam primam commissionem volebat prius exhiberi dicto episcopo & eius gentibus ante eius executionē, quod fecerūt examinatores antedicti, quæ commissio continebat oppositionem. Et quamuis diceretur in ea antea habito prisionario, &c. in hoc erat iusta, quia rex erat dessaisitus contra arrestum & ius commune, qui non debet placitare dessaisitus*: vlterius non erat iniusta, imò iusta secunda commissio quamuis in ea contineretur, non obstante dicta appellatione, &c. per prędicta. Et quia non erat in hoc casu appellationi deferendum, pro batur per l. fin. ff. de appell. reci. vel non, & l. quisquis. l. abstinendum, & l. fi. C. quotū appel. non reci. sic videmus in arresti executione, sic in querimoniæ nouitatis executione, sic in debito sub sigillo regio debito, sic in delinquente, quē iudex capere vult, sic in proclamationibus quæ per appellationem suspendi non debent. Item nec fecerat Prępositus in contemptum Curiæ, sic non attentauerat, sed solum fecerat causa status & iuris regij conseruandi. Item & quanuis diceretur in dicta secunda cōmissione nō obstantibus etiam alijs appellationibus fiendis, &c. intelligebatur tamen & exprimebatur in commissione antedicta de appellationibus fiendis pro impediendo, seu dilatando executionē dictæ primæ commissionis, verūtamen si dedisset talē cōmissionem in casu in quo esset appel. deferendum, vel generalem, nō obstantibus quibuscūque appellationibus fiendis, forte posset dici quod esset iniusta, sed nunc nō, vt patet per prędicta. Item nec peccauerūt examinatores per sequentia. Primò, quia non excesserunt commissionem, nec eius terminos. Secundò non fuit eis inhibitio facta per Curiam, nec releuando appellationem, & fuerunt meri executores. Tertiò habebant obedire Præposito, vt eorum

Præpositus Parisien. est maior post principem in vrbe Par. & post dominos Parla repræsentantes principem.

Apud regem est fons omnis iurisdictionis temporalis, alij autem sunt riuuli ab eo defluentes.

Rex non debet placitare dessaisitus.

* *Dessaisitus.*) *istud est vulgare practicorū, quod non facit ius nec regulā, sed quia in fisco plures sunt quā in priuatis speciales casus.* C.M.

Nota casus quibus appellationi non est deferendum.

rum Magristro & superiori, maximè quia non erat in se atrox illud quod fuerat præceptum. Quartò in nullo excesserunt aliqua delicta committēdo. Quintó, sciebant arrestum pro rege super statu prolatum, nec habebant corrigere, nec interpretari commissionem sui Magristri, nec obstant argumenta in contrarium quò ad hoc. Ad primum non obstat, quia licet Præpositus sciuisset dictum Stephanum Clericum, attamen talem suam commissionem dedisset, nec hoc eum mouisset in contrarium, quia non refert an clericus fuerit vel laicus, quamuis deterius pro episcopo, si laicus: nec obstat si vocatus fuerat vel de hæresi supectus, & quia stetit per annum sic excommunicatus, &c. quia posito quòd verū fuisset, attamen capere eū nō potuisset episcopus, nā siue vt suspectū de hæresi, siue aliàs clericū suū capere velit, non potest virtute iurisdictioni suæ spiritualis, sed debet Præpositū requirere vt capiat, quod tamen facere non debet Præpositus nisi videat eum per informationem suspectum, vel si capiat aliàs, non debet reddere, nisi eum suspectum reperiat per informat onem factā per officialem, quia alias omnes capi possent, vt suspecti de hæresi ad requæstam officialis, & sic possent diffamari odio, vel aliàs de hoc crimine, quod esset iniquū, veruntamen dictus Stephanus non fuerat vocatus ab initio, nisi pro debito pecuniario, & quia non comparuit, fuit excommunicatus, & licet steterit per annum in excommunicatione, in hoc casu non habet locum, c. cum contumácia, superius alle. nec enim pro debito ciuili est quis capiendus vel incarcerandus. l. ob æs. C. de ac. & obl. & c. lator. de pigno. Et adhuc fuerat dictus Stephanus pro salario aduocatorum eisdem debito in Curia officialis postulantium ratione patrocinij per eos dicto Stephano præstiti, euocatus. Et allegatur ad propositum casus Thyerici colezat superius allag. ad quandam literam regiam superius allegatam. Ad secundum respondet, quod licet dirigetur litera dictis examinatoribus, à quibus ante fuerat appellatum non nocet, quia quibuscunque vellet committere Præpositus poterat, & hoc faciebat vt commissarij dicti essent examinatores, nec erat casus in quo esset appellationi deferendum. Ad tertium respondet, quòd Præpositus non habebat manus ligatas, quia non erat appellationi deferendum Per superius allagata. Ad quartum respon-

Nō debet aliquis capi per Præpositum propter crimen hæresis, nisi per informationem factam per officialem videat eum suspectum.

Ecclesia habet potestatem & vim compulsiuam, vt quia potest excommunicare, anathematizare, &c.

de, quod nullo modo cognouit Præpositus, nec cognoscere poterat, obstante appellatione, sed eidem non erat deferendum, quò ad prisiam non faciendam, ne rex remaneret deappunctatus, iuxta legē fin. ff. de appellat. reci. vel non. Ad quintum respondet, quod Curia nullam super hoc fecerat Præposito vel examinatoribus defensionem, nec ad eorum notitiam deuenit, nec fuit appellatio reuelata, nec facta inhibitio. Ad sextum per prædicta patet responsio. Ad septimum respondet, quòd si eisdem consuluerit, bene fecit, quia illi sunt cum quibus consilium habere debet, & qui ipsum consulere debent in negotijs regijs. Sic fuit excusatus. Ad octauum respondet, quòd episcopus reprehendit Præpositum de eo in quo incidit, & de quo reprehendēdus est episcopus, qa Præpositus nil fecit suo nomine, nec ad eius vtilitatem, nec etiam examinatores, sed solum regium ius conseruando. Et est aduertendum pro quo tractatur & contra quem Nam tractatur pro iure regio conseruando, qui est superior episcopi immediatus in temporalibus, & qui est iudex superior episcopi in superioritate & in ressorto, ac dominus feudalis, & contra episcopum qui est dicti regis subditus, & inferior per prædicta, ergo patet quód episcopus qui bene sciebat arrestum contra ipsum pro rege latū fuisse, non debebat procedere de facto ad prisiam, & intra annum arresti, in præiudicium regis domini sui, imò debebat adire dictum Præpositum vel Curiam Parlamen. & eos requirere, vt talis Stephanus caperetur per eos, & ad eius requæstam, sed hoc non debuit facere Præpositus, quia si sic fecisset dictus episcopus saisitus remansisset, & rex desaisitus, & amisisset dicti arresti vtilitatem, & fuisset blasphemandus Præpositus, quia passus fuisset facere regem de possessore petitorem, & per fraudem episcopi contra tenorem literarum superius per episcopum allegatarum, nec obstat dicere quòd Præpositus desaisiuit episcopum, quia contrarium est verum per prædicta, sed episcopus regem desappunctauerat contra dictum arrestum & intra annum: nam quicquid dicat episcopus, dicta Margreta (de qua in dicto arresto fit mentio) non appellauerat ab episcopo, nec de hoc in dicto arresto fit mentio. Item nec ibidem caussatum est quod absque præiudicio fuerit arrestum latum. Item & per illud in effectu rex habet statum quód episcopus non

potest

potest capere suos clericos virtute iurisdictionis suæ spiritualis: nam in ipso dicitur quòd prædicta Margareta restituetur & restabilietur in loco, in quo capta fuit per dictum episcopum vel eius officiarium, & quòd dictus episcopus petet eam à dicto Præpositio, vel alibi si voluerit, sic ergo efficitur per illud arrestum petitor, & rex possessor. Non obstant etiam argumenta in contrariũ quò ad examinatores. Ad primum respondè, quòd licet sciuissent primam appellationem, tamen Præpositi vteorum Magistro obedire debebant, nec quærere an bene aut malè commisisset, nam non est discipulus supra Magistrum. Ad secundum respondè, quod non est verum quòd sint iudices, licet aliquotiens vocentur ad consulendum in causis criminalibus per Præpositum. Et licet essent, attamen subditi Præpositi. Ad tertium respondè, quòd in nullo excesserunt, & apparebat per relationem commissariorum super hoc per Curiam datorum. Ad quartum apparet solutio per prædicta, veruntamen per illa quæ superiùs dixi & scripsi, negare nolo sed concedo, quòd ecclesia habet potestatem & compulsionem coactiuam, vt quia habet & potest excommunicare, anathematizare, degradare, deponere, interdicere, suspendere, &c. vt d. c. cum non ab homine, de iudi. c. sane. 2. de offic. de lega. c. quia pontificali, eo. tit. libro 6. c. quærenti, eodem titu. in antiquis, c. quærenti, de verb. signifi. c. ita quorundã, de Iudæis, cum pro causa, & c. offic. de sen. excom. habet tamen & importat suam executionem, iuxta c. pastoralis, de appel. Absit enim quòd hoc negetur, vt fecit Marcilius, &c. vt patet in processu facto contra ipsum & suum consortem * per Ioan. 22. Papam qui incipit, licet iuxta doctrinam finaliter partibus hincinde auditis appunctatum fuit de supradictis, quòd Curia considerabit rationes partium & faciet ius, visis tamen prius illis literis & titulis quas partes tradere voluerint, scilicet arresto & commissione prædictis, ac alijs literis regijs quibus se iuuit episcopus.

QVAESTIO CCLXXVII.

Quod hostiarij Parlamenti malè executantes commissiones suas puniuntur.

GAlterus Seneschali, Parlamenti hostiarius fuit in castelletum missus, & post suspensus ac executione commissionum & aliorum omnium emolumentorum, quæ habere poterat vsque ad festum sancti Ioannis Baptistæ, & condemnatus in expen. Præpositi de Peronne, quas Parisius fecerat, qui per dictum Galterum fuerat adiornatus ad comparendum personaliter. Ad dictum quòd ipse Galter. in Parlamento faciet suum officium, & habebit vadia regia pendente dicta suspensione. Et fuit, eó quia quosdam prisionarios, monachos, & alios sancti Martini de Campis, quos dictus Præpositus Parisijs adducebat in castelleto, dictus Galterus in itinere ab ipso Præpositio amouit, & posuit in prisione dicti prioris aduersarij dictorum prisionariorum, quam dicebat accomdatam. Et quia non habebat tunc informationem, sed ex post fecerat. Et fuit arrestum latum die Iouis 27. mensis Martij, anno domini Mil. 392. &c.

QVAESTIO CCLXXVIII.

Quod procurator qui appellauit potest renunciare appellationi.

PRo religiosis de Columbis fuit dictum contra regium procuratorem, quod renunciatio facta per procuratorem per eos factum in causa qui pro eis appellauerat à quadam sententia interlocutoria pro dicto procuratoro regio contra eos lata, antedictæ appellationi valebat, licet in suo procuratorio procurator antedictus non haberet potestatem expressam renunciandi dictæ appellationi, quia eam gratam habebant. Sustinebam tamen pro rege contrarium per rationes sequentes: Primò, quia dicebam quòd ex quo appellauerat, amplius non erat procurator, cum causa fuisset sopita, iuxta legem, inuitus. C. de procurator. & cap. non iniuste, eod. ti. nam eius officium erat finitum. Secundò non apparebat quòd nouum non habuisset mandatum renunciandi, quòd dicebam eum habere necesse cum amplius non erat procurator. Tertiò suppositio quòd religiosi ratam habebant renunciationem, non constabat quòd habuissent ratam intra octo dies à tempore appellatiõis factæ, intra quos necesse fuerat appellationi renunciare, iuxta legẽ, bonorum. ff. rem ra. ha. & lege siquis or. in bo. pos. seruetur. Sic videmus in adhærere volentibus appellationibus in patria iuris scripti, quo casu debet fieri adhæsio intra 10. dies à tempore sententiæ appellationis, quia & intra illud tempus appellare possent, non aliàs. Sic no. Io.

And,

*'Consortem) scilicet Guillelmum Olezeam qui in compendio aduersus Io. 22. Papam septuaginta errores & septẽ hæreses ex scriptis eius collegit, quin & Platina in eius vita multum de erroribus eius 'cõqueritur, sed malè & imperite eum reprehendit. C. M.

Qui in officio delinquit puniendus est iux. not. Ioan. fa. in lege quòd promulgatis. C. de offic. præfe. vrb. facit l. in officiales, C. de offic. recto. prouin. item l. fi. C. de spor. & sump. L. inuitus, magis videtur facere in oppositũ, dicet enim nemo inuitus tenetur defensionem suscipere, nec tandẽ nisi prouocationis causa extendere, quod idem videtur velle glo. in. l. ita demum, dicens videri causam appell. eandem esse cum principali.

And.in c.concertationi antiquæ,de appel. libro 6. His tamen non obstantibus, fuit dictum dictam renunciationem fuisse validam.

QVAESTIO CCLXXIX.

An non tradens scripturas per annum quamuis se præsentans, aliquid amittat?

DEcanus & capitulum Senonen. non tradiderant scripturas suas, quamuis essent petitores contra Alueũ de Cense defensorem, imò bene steterant per annum, quòd nõ tradiderant, nec per defensorem impetiti fuerant, tamen vtraque pars bene præsentauerat semper. Accidit quòd vna die defensor dicebat quòd fecerant interruptionem, eò quod non tradiderant scripturas. In contrarium allegabant petitores, & allegabant quòd non fuerant impetiti aliás per defensorem, & quòd semper se bene præsentauerant, sed nil amiserant, sed erant præstò tradere infra octo dies. Allegabant etiam arrestum superiùs latum pro Philippo Henry* contra quendam dominum Girardum superiùs inregistratum, & alia ibidem scripta. Finaliter dictum fuit quòd in nullo fecerant interruptionem, sed hoc ideo, quia procuratores inter se hoc tolerantes ex quadam tolerantia, vsum super hoc introduxerant tem poribus retroactis. Sed decætero caueant, quia nisi petitores scripturas suas tradant infra octo dies, cum partes erunt appuncta tæ ad scribendum reputabuntur negligentes, attamen scripturis traditis, non poterunt reputari nigligentes super inquæsta facienda nisi articulis concordatis, in quo opus est vocatione partis, & adiornamento hincinde faciendo. Et exinde dicitur quód 5. septimanæ super inquæsta non curr unt, nisi concordatis articulis.

**Heny) supra q. 251.*

QVAESTIO CCLXXX.

Superuacuè citari faciens, condemnatur in expensis.

Quod in fauorem alicuius introductum est, nõ debet in eius præiudiciũ conuerti. l. quod fauore. C. de le. l. non eo minus. C. de procur.

PRo quodam nuncupato Gombant fuit dictum contra quandã mulierem quód solueret expensas, eò quia sine causa fecerat adiornari dictum Gombant ad assecuramentum præstandum, licet obtinuisset arrestum per quod dictũ fuerat quod eidẽ mulieri traderet assecuramentum: Ea tatio, quia per antedictum arrestum reperiebatur dictum Gombant præstitisse in Curia assecuramentum dictæ mulieri, & econtra & dictum arrestum retrahebatur ad tempus ante præstiti assecuramenti, iuxta l. sub conditione. ff. de solut. tamen videbatur contrarium, quia in arresto ferendo non cogitabatur de assecuramento antea præstito, sed de præstando: attamen vexabat sine causa dictum Gombant, quia habuerat ab eodẽ assecuramentum. Sic fuit in expensis condemnata.

QVAESTIO CCLXXXI.

An in negantem se appellasse possit iudex exercere iurisdictionem, qui affirmat ipsum appellasse ab eodem, &c.

DIctum fuit pro duce Aurelian. contra regiũ procuratorem, quòd dictus dux, vel eius officiarij possent iurisdictionem exercere contra quendam subditum eiusdem, quem appellasse ab eodem duce, vel eius iudice ad Parlamentum affirmabat ducis procurator, eò quod dictus subditus negabat se appellasse, & sic in eius præiudicium nõ debebat dici exemptus, cum in eius fauorem videbatur esse dicta exemptio, procurator regius dicebat contrarium, quia ex quo dux vel eius procurator affirmabat dictum subditum appellasse ad Parlamentum, per consequentiam ipsum exemptum ab eodem duce, & sic in eum iurisdictionem exercere non poterat, per ipsius propositum in sui præiudicium captum, cum ista exemptio sit plus introducta propter authoritatem curiæ superioris & honorem, quàm in partis appellantis fauorem. Attamen fuit dictum contrariũ per dominum Guillelmum de Senonis absque aliquorum consilio, & malè, vt credo, per vltima argumenta & probata appellatione, verum erat dicere ipsum fuisse exemptum, & dicere attentasse, & quia dubium erat ipsum appellasse, necne, per propositum ducis & negationem partis, sic in dubio nõ debet in eo iurisdictionem exercere, sed rex per manum superioris, vt in casu nouitatis captæ contra illum qui negatur dominus, qui perit eiusdem casus ipso fieri remissionem, finaliter quia dictus dominus Guillelmus videbat quod malè fecerat, per Curiam fuit appellatio annullata absque emẽda, & remissio facta dicto duci.

QVAESTIO CCLXXXII.

Arrestum latum contra regem pro archiepiscopo Lugdunensi.

PEr arrestum latum die Mercurij ante Pascha

ſcha, anno 93. pro archiepiſcopo de Lyon, contra regium procuratorem, fuit dictum quòd rex tenere faciet ſedem ſuam à Liſſe barbe, quam tenere ſolebant pro ipſo ſui officiarij in villa de Lyon, cognoſcendo de caſibus reſſorti, & de iuribus regalibus, q̃ quidem de Iſſe barbe diſtat per leucam à dicta villa de Lyon ſuper Rhodanum: inferiùs* tamen videbis de ſtatu regi adiudicato in contrarium.

QVAESTIO CCLXXXIII.

Quod Iudæi baptiſati retinent bona ſua.

DIe veneris quæ fuit feſtum S. Marci Euangeliſtæ, menſe Aprilis, anno 93. fuit publicata quędã ordinatio, facta die veneris præceden. anno 92. per regem cũ conſilio ſuo, apud Abbatis villam tunc exiſtentem, per quam fuit ordinatũ quod Iudæi ſe facientes baptiſari non amittant ſua bona,* ſed retinere poterunt, quæ eſt iuris communis declaratio, vt patet in c. Iudæi, l. 2. de Iudæis, in antiquis, & in extrauaganti dignum arbitrantes.

QVAESTIO CCLXXXIIII.

Quod altus iuſtitiarius ſolus non eſt admittendus ad impediendũ gratiam ſeu remiſſionem.

ITem pour Iean & Ieannette cardete fut dict par arreſt contre meſſire Gilles malet, qu'il ne faiſoit à receuoir, luy qui eſtoit hault iuſtitier à impuner la grace royale faicte à vn quæ lon diſoit qui l'eſtoit noyé ou tué, afin qu'il ne fuſt pendu, & quæ ſes amys euſſent ſes bieus: Ratio, quia contra dictiodicti militis nõ procedebat niſi occaſione bonorum habendorum, & ſic auaritiæ cauſa. Sic fuit aliàs dictum contra do. de la Queue. Sic contra dominam duchiſſam Aureliam.

QVAESTIO CCLXXXV.

Confiſcatio non eſt niſi in caſu expreſſo.

COntra ducem Borbonij fuit dictum malè iudicatum & bene appellatum per Girardum de Aule pelliparium qui appellauerat, eò quod per maiorem dicti ducis fuerat dictum quaſdam pannas ſuas eſſe confiſcatas, eò quòd non erant veræ, ſed falſæ: Ratio, quia per punctum regriſtri artificij pellipariæ non cadebat confiſcatio, ſed ſolùm emenda, nec exprimebatur confiſcatio facienda in aliquo caſu, maximè in iſto.

QVESTIO CCLXXXVI.

Bailliuus regius non gaudet literis ſtatus.

PEr arreſtum fuit dictum contra dominum Collardum de calleuille Bailliuũ Antiſſiodoren. quòd non gauderet literis ſtatus,* licet diceretur quòd erat abſens pro inquæſta facienda pro regio iure: Ratio, quia recipiebat vadia, & quia non debebat dimittere bailliuiatum ſuũ, & quia cauſa erat attentatorum commiſſorum ab ipſo, & appellationis factæ ab eo, propter quod proſequebatur, & quia ad ſui requæſtam cauſa fuerat ad quendam diem continuata, &c.

QVAESTIO CCLXXXVII.

Punitio delinquentinm contra dominos Parlamenti officium exercentes.

LE vendredy deuant la Penthecouſte. 23. iour de May l'an mil 393. fut vn appellé Lonnart par arreſt condéné a eſtre traynè de la porte de la court du palays iuſques à vn eſchaufault qui fut fait vers la pierre de marbre, & a auoir le poing coupé deſſus ledit eſchaufault: & a auoir la teſte couppée, & a eſtre apres penduice qui fut pource que de fait penſé il frappa d' vn couſtel meſſire Robert Danequegin, l' vn des meſſieurs de Parlament: & le naura a vne heure apres diſner en la chambre de Parlament, ou il eſtoit commiſſaire deputé par la court en la cauſe dudit Lonuart, & le cuydoit tuer, & n'eut point de repentance: mais luy poyſa qu'il ne le tua, & fut forment naurè. Et à ce fut condemnè comme criminel de leſe maieſtê: quia domini par la. maximè officium ſuum faciendo ſunt pars corporis regis. lege, quiſquis. C. ad leg. Iul. maie. & perinde fuit ac ſi eum occidiſſet, l. is qui cum telo. C. ad l. Cor. de ſic. Et vltra hoc fuit condemnatus in emenda 50. lib. Pariſien. capiendarum ante confiſcationem, quod fuit valde durũ, vt pluribus viſum fuit, eò quia non fuit mortuus dictus dominus Robertus de illo ictu ſeu vulneratione, quia viuebat tempore executionis dicti arreſti, maximè quia illa lege, is qui cum telo. non viget in patria conſuetudinaria, vt hîc. Attamen factum fuit, quia valde magnum crimen fuit attentis circumſtantijs ſuprà dictis vt cæteris cederet in exemplum, & quia fecerat hoc dictus Lonuart in contemptum huius. quòd non ſibi cum placebat id quod dictus cõmiſſarius eidem faciebat, quam uis faciebat ſuum officiũ exercendo, &c.

Quæſtio

Inferius.) q. 299.

**Bona.) contrarium impie ſeruat Papa Romæ & Aueniõi, quo fit vt plures non audeant Chriſtiani fieri, ſed remaneant in Iudaiſmo. Idem quod conſtitutio hæc regia volunt ſtatuta ducum Sabaudiæ, quæ vid. C.M.*

**Sic.) Scilicet infrà q. 112. 381. C.M.*

**Status.) i. ſuſpenſionis cauſarum quas habet nomine priuato. C.M.*

QVAESTIO. CCLXXXVIII.

An post testium publicationem sint testes recolendi?

PEr arrestum Curiæ dictum fuit quód post publicationem testium factam non est pars recipienda ad requirendam recollationem dictorum testium propter timorem subornationis, licet iudex ex suo officio possit facere si videat expedire.*

* *Expedire.)* *etiam nõ prius interloquẽdo de hoc, nec partes admonendo, sed illis ignorantibus, & vocare testes ex vtraq; parte, ne videatur fauor.* C.M.

QVAESTIO CCLXXXIX.

Quod clericus non coniugatus facit emendam in Curia prædictis consilijs irreuerenter loquendo.

PEr arrestum dictum fuit quòd Petrus de Dyamille scutifer, clericus non coniugatus, faceret emendam, eò quia irreuerenter locutus fuit in Curia dum interrogaretur super dilictis per eundem commissis.

QVAESTIO CCXC.

Quæstio notabilis, an episcopus succedat in bonis mobilibus vocantibus clerici, vel præsbyteri, qui non habet hæredem vt quia bastardus, vel aubanus.*

* *Aubanus.)* *Id est exterus alibi natus & dicendũ quòd non in hoc regno quicquid dicãt do. de Rota, tit. de testamentis in antiq. et Guillelm. Benedic. Rep. c. Raynutius. ver. ex vxo no. adela. nu. 833.* C.M.

ET primò videtur quòd sic, per auth. licentiam, in fi. C. de epi. & cle. & per c. 1. de suc. ab intesta. & per. c. requisisti de testa. & alibi ꝑ Hen. per c. relatum. l. 2. cũ ibi, no. eo. tit. Secundò, quia si clericus sit condemnatus ad panem & aquam, &c. episcopus in cuius diœcesi sunt mobilia eius habebit ea, quia sequuntur corpus sic in proposito. Tertiò alleg. ea quæ superius fuerunt allegata in quæstione, an virtute iurisdictionis spiritualis bona Curati vel clerici mortui capi possint? Quartò ecclesia habet prisiam, vt in cle. 2. de hæreti. & ibi vide Guillelmum de Montelau. In contrarium arguitur & hanc pro domino de Laual, contra episcopũ de Amyens placitaui. Primò supponendo quòd de consuetudine notoria, & notoriè obseruata in regno Franciæ, in patria consuetudinaria episcopi, presbyteri, Curati, & alij clerici beneficiati in acquisitis per ipsos antequam essent beneficiati, vel pòst, sint mobilia vel immobilia, habent hæredem vel successorem propinquiorem, scilicet de eorum genere. Secundò quòd de iure & consuetudine bona vacantia spectant ad altum iustitiarium, in cuius iurisdictione sunt reperta, ad hoc lege, 1. ff. de iu. fisci. lege, nec vllam. §. item si quis à fisco. ff. de peti. hæredi. lege, quidam testamenta. §. quoties. ff. de le. 1. &c. Tertiò quòd in hoc casu venit altus iustitiarius: vt hæres, probatur quia soluit debita vt debita, lege 1. §. an bona, &. §. diuus. ff. de iu. fisci. ad hoc lege, 1. C. vnde vir & vxor. His suppositis arguo de ciuili iure antequam imperium esset scissum, hæc ad Imperatorem spectabant, taliter quòd per priuilegium contrarium vendicari à quoquam non poterat, lege, 1. & l. vacantia. C. de bon. vacant. li. 10. sicergo & hodie ad altũ iustitiarium, cum sit imperium scissum, & hoc ius Imperatorem repræsentando, in quem residebat omnis iurisdictio antequam scissum esset imperium. Item si ecclesiæ competeret, hoc esset per medium successionis, quod non esset receptibile, quia per hoc medium haberet ecclesia infinita mobilia. Item aut ius vendicabit episcopus virtute iurisdictionis temporalis, & non, quia nõ habet in loco, aut spiritualis, & nõ, quia non habet territorium, in quo possit dicere quòd hæc bona sint, vt patet per allegata per me suprà in quæstione an episcopus Parisien. habeat prisiam clericorum, &c. Item si episcopus caperet hæc bona, & ab eo appellaretur, causa iret ad archiepiscopum, & ab ipso ad Papam, & sic cognosceret de hæreditate & causa eius & successionis contra c. lator, qui filij sunt legiti. Item ad hoc facit exemplum, quòd rex habuit bona cuiusdam episcopi de Eureux, qui fuerat quondam eleemosynarius regius, eò quia bastardus erat & sine hærede mortuus, quæ erant in alta regis iurisdictione, Nec obstant in contrarium allegata. Primò non obstant iura prælegata in contrariũ, quia sunt abrogata per consuetudinem notoriam contrariam. Ad alia dico quòd non sunt amplius bona clerici, quia mortuus est, secus si condemnatus esset, vt dictum est suprà, quia adhuc viuebat, & bona eius mobilia sequebantur corpus, quia bona clerici. Itẽ altus iustitiarius saisitus* est per consuetudinem, qua mortuus saisit viuum hæredem suum.

* *Saisitus.)* *Falsum est, sed tantũ post prehensionem rei nondum occupatæ per annũ & diem, vt dixi in consuet. Parisien. §. 169.* C.M.

QVAESTIO CCXCI.

Curia ecclesiastica non potest cognoscere de realitate.

FVit dictum per arrestum cõtra abbatem & conuentum de Columbes, quod cessare facerent processum ad eorum requestã cœptum contra Guillelmũ mauterne, baillium de Medunta, in Curia ecclesiastica, ratione arreragiorum cuiusdam redditus, quia cognoscere non poterat.

An

QVAESTIO CCXCII.

An aliquis sit contra arrestum recipiendus, eò quia Baillum habentes, realitatem deducere non potest.

IN causa mota inter Dominam de Lasus se, & Dominum de Passauant, qui requisierat per modū supplicationis quoddam arrestum latum contra eius habentem Baillum † ratione reditus, & arreragiorum, quod dicebat non potuisse fuisse per eius Bailliuum, cum esset realitas, nec eidem nocere debere, nec esset contra ipsum executandum, quare se opposuerat, ac sic dici requirebat, ac contra ipsum arrestum restitui per Curiam attenta quadam requæsta ciuili per eum præsentata: dicta Domina de Lasusse dicente contrarium per plures rationes, quas ego allegaui, placitans pro ea ad finem non recipiēdi: fuit dictum per arrestum, quòd nec admitteretur dictus Dominus nec repelleretur, sed de quibusdam factis per partes propositis inquireretur veritas: & tunc Curia faceret ius super fine recipiendi, vel non, & aliàs.

† *Baillum*) nōn gallica, id est cō tra custodemnobilem, de quo plene dixi in cō suet. Pari. ti. 8. §. 99. (genus est curæ anomalæ) qui non potest actiones reales actiue nec passiue exercere. C.M.

QVAESTIO CCXCIII.

Quòd Episcopus respondet in Curia Parlamenti super reparationibus Ecclesiæ.

PRo Crimant Patriarcha de Alexandria habente administrationem Episcopatus Carcasson. fuit dictum contra Archiepiscopum quondam Episcopum Carcassonæ, quòd in Curia Parlamenti responderet super reparationibus Ecclesiæ quondam suæ, licet declinaret, eò quia dicebat quod erat personalitas. Sic fuit aliàs dictum contra Episcopum Nouiomen. vt supra* habetur.

* *Suprà*) q. 187. in fi.

QVAESTIO CCXCIIII.

Quod Clericus quæstionatur, & ad prisionem tenendum condemnatur.

PEr arrestum fuit dictum contra Bernardum Pane de Aurelia, Clericum non coniugatum, & Aurelianen. Studentem, quod condemnatus esset in mille libris, videlicet in 500. erga Regem, & in 500. erga partem: & fuit condemnatus ad tenendum prisionem in Curia Episcopi Parisien. Et fuit ob quandam mutilationem, quam fecerat cum portu armorum, & fuit in Curia Episcopi Parisi. quæstionatus, præsentibus ibi quibusdam Dominis de Curia.

QVAESTIO CCXCV.

Quando intrare debent laborantes in vineas ad laborandum & quando recedere.

VIneas laborantes seu colentes in territorio de Sens fuerunt condemnati ad veniendum ad suum laborem in ortu solis, & ad recedendum post prandium de labore tali hora quod esset occasus Solis cum essent in suis domibus, & si facerent contrarium, fuit dictum quòd medietatem suæ mercedis haberent qui eos conduxerant, & habitantes villæ antedictæ aliam medietatem in pœnam eorum.

QVAESTIO CCXCVI.

An à Camera Computorum sit appellandum ad Parlamentum.

CErtus processus fuit agitatus in Camera computorum inter Ioannem Auduyn, & Ioannē Bonet, quorum vnus appellauit ad Parlamen. à quodam appunctuamento facto per ipsos Dominos, vnde fuerunt congregati super hoc Cancellarius, Domini de Parla. & Domini Computorum, vt haberetur super hoc prouisio, quia isti Domini de Computis prætendunt non esse ab eis appellandum, nec habere in superiores Dominos Parlam. Dominis de Parlamento prætendentib. contrarium: & hac de causa dicta appellatione facta ad Parlamentum, poni fecerunt Domini de Parlamento extra prisionem partem appellantem, seu procuratorem partis appellantis, quę iussu Dominorum Computorum in prisione posita fuerat, in odium appellationis per eum factæ. Finaliter fuit per medium dicti Cancellarij hæc via capta & executata, quod appellatio annullaretur absq; emenda, & quod processus traderetur Cancellario iudicandus: quod & factum fuit: qui remisit Curiæ Parlamēti, quæ ipsum iudicauit, & malè fuit appunctatum, quia Curia Parla. superior est omniū & capitalis. Sicut fuit aliàs dictum, & per arrestum contra Dominos requæstarum hospitij Regij, ann. do. 1384. Sic fuit aliàs receptus Magister Petrus Solatij procurator in Parla. pro Guillelmo du Puys, & habuit adiornamentum in causa appellationis. Sic quidam alius pro Domino de Montmorency. Quidam tamen sic distingunt, quod in causa inter computorum † appellatione facta à Dominis Computorum, causa remittatur ad ipsos Dominos computorum: appellatione annullata, quia se cognoscunt melius in computis quàm alij quicunque, in alia causa non. Tamen Curiæ semper est deferendum, quia superior & capitalis est Curia Parlamenti.

† *Intercompitorū*) vult dicere, id est gallicè enligne de compte, siue in de et super ipsa computatione, & hæc opinio tandem inualuit & confirmata est edicto Regis Francisci. C.M

QVAESTIO CCXCVII.

Ad quem spectat collatio officij mensurarij salis, &c.

DIcit Rex quod Domini tẽporales iustitiam altam habentes, non possunt habere post gabellam salis introductam officiarios suos mensurantes quos ante † gabellam habebant, nec postea conferre officium mensurarij salis, quamuis antea possent rationibus quę sequuntur. Primò quia habet Rex mensuras ad suum signum signatas, quarum habere non potest, nec debet administrationem alterius officiarius. Secundò sal est Regis, vel saltem appretiari facit. Tertiò, ibidem habet grenetier & contrerouleur: ergo & mensurarios habere debet. Quartò, esset iniquum q; officiarius alterius sciret secreta grenerij Regij. Quintò, esset iniquum quod puniretur per alium quàm per Regem, quod fieret si esset alterius officiarius. Sextò, Rex cogit altos iustitiarios venire ad suũ grenarium, qui aliàs non venirent: sic habent per medium huius proficuum, quod non spectaret aliàs ad eos. Septimò solum mensurat sal gabellatum in grenerio Regio, non extra. Sustinui contrarium pro Archiepiscopo Remensi rationib. sequentibus. Primò, quia dare officium mensurarij salis spectat ad Archiepiscopum de fundatione sui Archiepiscopatus, ad causam sui vice comitatus venditi: tamen in grosso, in banno, terra & vicecomitatu dicti Archiepiscopatus. Secundò vsus fuit à 500 annis citra & durante gabella: & etiam existente mensura mensurata ad signũ Regium vsq; ad hoc impedimentum. Tertiò habet interesse propter dationem officij, & emolumentum quod sibi inde prouenire potest: quia dat ad firmam quolibet anno pro vigesimo libris, quod emolumentum Rex haberet in Archiepiscopatu regalia pendente. Quartò stante mensuratore à Rege dato, non erit locus illi quem instituit Archiepiscopus, quia non est nisi vnus, & nullum sal mensuratur in grosso, prętерquam in gabella. Quintò Rex nõ habet interesse: quia aliàs non habuit ibidem officiarios, & æquè bene potest exercere institutus per Archiepiscopum, sicut qui per Regem, nec aliàs habuit Rex inde proficuum. Finaliter Archiepiscopus Remensis obtinuit contra Regem per inquęstã officia dicti mensurarij salis in villa Remen. conferendi, quod per Regem fuerat collatum Ioan. Haudry, tunc Clerico Domini de Nouion: tamen habuerat statum Rex ante per arrestum.

† *Ante*) *Et sic gabella salis est inuentum & noua seruitus nouorum fiscalium, quam veteres Reges sine bam æque liberam ac pluuiã, iure quod ciui liſaluæ priuati iuris sunt. l. magis puto. in prin. de bo. eor. qui sub tu. vel cura sunt. l. generali. q. vxori. de vſu & vſu fruc. lega. & q. idem quæ fiſt. dixi in manno ta. ad Phili. Deci. conſil. 292. nu. 1. C. M.*

**Saiſina*) *constabat etiam de voluntate patris, vt dixi in conſil. Pariſi. §. 122. C. M.*

†*Feci*) *supr. q. 299. Sed cum Rex ſit proprietarius iuridicè loquendo, id eſt ſupremus directus Dominus, Cur non poterat habere ſedẽ ſuam in eodem loco, imò etiam cuſtodiam l. ſi. ita §. Dominus proprietatis. de vſuſ habi. niſi quod illi falſo iuræ terreni imperij ſibi à Deo & Euangelio vendicabãt, ſeque nihil accepiſſe à Rege, ſed ei vt ſuo vaſallo & ſubmiſtro conceſſiſſe iactabant. Non parum paucis bonis doctiſq; conſtitit hunc factum delegere. C. M.*

QVAESTIO CCXCVIII.

Quòd legitimatio prodest in ſucceſsionib.

DOminus Carolus de Eſpaigne, filius quondã Baſtardus, imo ſpurius quondam Domini Caroli de Eſpaigne, qui fuerat legitimatus, & per Regẽ & per Papam, fuit gardiatus per arreſtum in poſſeſsione & ſaiſina* bonorum quondam dicti patris ſui, contra Dominam de Narbona, quæ erat de iure communi hæres legitima dicti quondam Domini, & ſe conquæſtafuerat in caſu nouitatis ratione impedimẽti eidem præſtiti p dictum filium ſpurium in bonis dicti quondam Domini Caroli de Eſpaigne, & fuit poſt inquæſtam factam.

QVAESTIO CCXCIX.

De ſtatu Regis adiudicato contra Archiepiſcopum Lugdunenſem.

STatus fuit adiudicatus pro parte maiori, nõ plenariè, nec vt petebatur Regi contra Archiepiſcopum Lugdunen. in magna placitatione quam pro Rege fecit contra dictum Archiepiſcopum, ſuper habendo officiarios in caſibus ſuperioritatis & priuilegiatis, & cognoſcendi de ipſis per Regem vel eius officiarios in villa Lugdunen. quia ſolum quo ad cognitionem habuit Rex ſtatum apud Leiſte Barbe, licet Archiepiſcopus niteretur, quòd extra villam Rex cognoſceret, vt in villa Maſticonen. & habuit etiam Rex ſtatum ſuper domo du Rone, non ponenda extra manum Regiam, & alijs: & Archiepiſcopus ſtatum habuit ſuper allocanda ſua mone ta in dicta villa, ſuper cognitione ſigillati Regij inter ſuos ſubditos, niſi proponeretur falſitas, vel alius caſus ad Regem pertinens & aliàs, vt in arreſto, donec plenariè eſſet diſcuſſum & determinatum per Curiam ſuper principali. Quod facere erat intentio Curiæ in diebus Viromandenſibus ſequentibus.

QVAESTIO CCC.

An procedi poſsit contra aliquem ad quatuor defectus in cauſa delicti *non criminaliter intentati, & per eos cauſam lucrari.*

ITem nota bene quod *interfui in quodam* magno conſilio ſuper quadam quæſtione conſulenda, de qua conſulenda Rex Scotiæ Regi Franciæ ſcripſerat Bezanchion, & ſuper ſuo conſilio mittendo eidem, in quo quidem conſilio fuerunt Cancellarius Franciæ, Præſidentes Parlamenti, milites & conſiliarij Regij, ac Epiſco-

Episcopi, procurator Regius & aduocatus Regius. Et ibidem fuit concluſum, vt ſequitur, videlicet quòd licet dicatur, quòd in cauſa criminali, ſeu capitali per quatuor defectus, dum proceditur criminaliter, vt quia Regius procurator, condemnetur, vt conuictus defenſor contumax. Idem eſt etiam ſi non procedat Regius procurator: ſed ſolum pars in cauſa delicti non capitalis, nec criminaliter, ſed pro ſuo intereſſe ciuili: nam licet dicatur, quòd per duos defectus cadat reus à defenſionib. ſuis, & faciet actor facta ſua, & probet ſi velit: hoc tamen eſt verum ſi velit: quoniam ſi dubitet de probatione factorum, non petet commodum duorum defectuum: ſed procedet ad tertium & quartum defectum, & per iſtos quatuor defectus obtinebit vtilitatem, quia cauſam lucrabitur. † Argumentum ad hoc conſuetudo Caſtelleti Pariſi. vbi in cauſa ciuili per quatuor defectus quis lucratur cauſam: ar. c. decernimus in 9. quæſtio. ad hoc. l. ſi apparitor. C. de cohortali. l. lib. 12. Nam non improbatur hoc per Parlamenti ſtilum, ſed ſi factum nõ fuerit, hoc ideo quia partes non petierunt. Et in caſu ſimili lucratus eſt ſuam cauſam Archiepiſcopus Rothomagen. licet ciuiliter & per quatuor defectus in Parlamenti Curia: ſed in contrarium videtur, & etiam per. l. abſentem. §. aduerſus contuma. ff. de pœnis. & de requiren. reis per totum. C. & ff.

QVAESTIO CCCI.

Vtrum homagium per procuratorem præſtari poſsit. *

HAec quæſtio duo implicat. Primum an de ſe homagium per procuratorem poſsit præſtari Domino feudali & vaſallo volentibus. Secundò an Dominus cogi poſsit recipere vaſallum in homagium per procuratorem. Quo ad primum arguitur quòd per procuratorem præſtari non poſsit: Primò, quia nec per procuratorem poteſt manumitti. l. nec mulierem. C. de vindi. liber. & apud com. manumiſsio. Secundò procurator concipit verba nomine ſuo, non Domini: ſic iura directa in tum remanent, & per conſequens efficeretur vaſallus domini directi, & de directo reciperetur per Dominum in vaſallum. per hoc. l. in cauſæ. §. fi. ff. de procu. l. Iul. §. ſi procurator. ff. de ac. emp. l. pen. in prin. ff. de inſtito. l. is qui. in fi. C. quod cum eo qui in aliena. po. l. poſſeſsio quoque, in fi. de acqui. poſ. hinc eſt quod ſententia in procuratorem eſt ferenda. C. de ſen. & interlo. om. iudi. l. 1. ff. de admi. tut. lib. 2. ff. de procu. l. Plautius. ff. de his qui not. infa. l. furti. accipe. §. ſi quis alieno. hinc eſt quod procurator conueniri poteſt ex contractu cum eo inito, etiam finito ſuo officio procuratorio. l. ſeruum Titij. ff. manda. l. procurator qui pro euictione. ff. de procu. Et hoc eſſet abſurdum. Tertiò pro hoc facit. l. fin. C. de iu. emphi. vbi non per conductorem, non per procuratorem: ſed per ipſos Dominos eſt emphiteota in poſſeſsionem rei emphiteoticæ ponendus. Quartò ad hoc facit. c. cupientes. §. inſuper. de elect. lib. 6. vbi oportet appellantem ſe perſonaliter præſentare ad Curiam Romanam iuſto impedimento ceſſante, nec ſufficit tunc per procuratorem. Quintò hoc videtur expreſſum de ſta. regula. c. vnico. §. verum. lib. 6. Sextò homagium propriè dicitur quando quis efficitur homo ligius † alicuius, & tunc ſolum & ipſi ſoli aſtrictus, & fit illi qui non habet ſuperiorem, vt ſi fieret Regi Franciæ qui ſuperiorem non habet: vt not. per Henri. in. c. fi. de reg. iuris. in antiquis. Et per Guillelmum de Montelau. in. c. paſtoralis. de re iudi. in Cle. ſuper verbo homoque ligius, & ibi per Ioan. And. nec in hoc caſu excipitur aliquis. ſecus in vaſallo vel fidelitate, vt ibi notã. Sic non mirum ſi ille qui taliter habet, aſtringi teneatur hoc perſonaliter facere. Septimò, intereſt Domini videre & cognoſcere perſonam ſui vaſalli. In contrarium arguitur. Primò, quia matrimonium per procuratorem poteſt contrahi. c. fin. de procu. lib. 6. & l. generali mandato. ff. de rit. nup. à contrario ſenſu. Secundò, per procuratorem poteſt agi in integrum reſtitutio. l. vnica. C. etiam per procu. in integ. reſti. agi poſ. Tertio, inueſtiri quis poteſt de feudo per procuratorem, & alium inueſtire. c. vnico. in fi. per quos fiat col. 10. c. accedens, de præbend. de notis feudo. §. item inueſtitura. Quartò, iuramentum veritatis calumniæ & malitiæ poteſt per procuratorem ſpeciale mandatum habentem præſtari & deferri, & pars per hoc obligari, & per alium poteſt poſitionibus reſponderi, ca. fin. de iura. calum. l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. fin. ff. de iureiuran. ca. cum & iudices. §. ſi autem affuerit. de

† *Lucrabitur*) iſtud hodie correctum eſt, & bene, per nouã conſtitutionẽ anni 1539. quia oportet actorẽ vel accuſatorẽ uerificare facta ſua quod in abſentem vocatũ permittitur d. conſtitu. §. 27. C. M.

* *Poſsit*) dixi in conſu. Pariſi. §. 49. C. M.

† *Ligius*) dixi in conſue. Pari. §. 1. gloſ. 5. nu. 5. C. M.

iura.calum.lib.6.c.qui ad agendum.in fi. de procura. eod. lib. l.procurator.cui generaliter libera. ff. de procurat. Quintò, non prohibetur nec reperitur iure prohibitum, ergo &c. l.ab ea parte.ff.de proba. Sextò, regulariter quis per alium potest, quod per se,in regula iuris:ibi de hac materia per Dy. & per Ioan. And. In mercuriali quid dicendum est?credo fore dicendum,quòd consentientibus ambobus domino, & vasallo recipi potest & dari homagium per procuratorem. ad hoc faciunt argu.pro parte adducta dehoc casu in dicto cap. vnico. §. verum, & hoc seruat consue. Ad contraria supra dicta pro parte vtraque respondе. Hæc quæstio fuit mihi facta in Bononia, eò quia Rex Anglię nitebatur facere homagium per procuratorem in tractatu pacis: intende de his quæ intendebat habere ob pacem iniendam.

QVAESTIO CCCII.

Ad quam monetam soluendi sunt reditus.

Redditus soluẽdi sunt admonetam Regis nunc currentem.

†Numerus) et bene Parisijs, ne deterius contingat, scilicet quòd officia vẽdantur à Rege, ideo in alijs demum locis exequitur,constit. Lud. 12. 1499. §. 71.C.M.

**Contra.l. non plores.C.de sac. sanct.ec.& l. parabola. C. de epi.& cleri.*

PEr arrestum dictum fuit contra Abbatem Cluniacens. pro quibusdam suis subiectis, quod reditus Ecclesiæ Cluniacen. debitos soluerent, non ad antiquam monetam, nec ad valorem intrinsecum ipsius:sed ad monetam Regis nunc currentem, & ipsius valorem, videlicet francum. 16.sol. Parisi. & 20.solz tournois, & blancum pro quatuor denarijs Parisi. non habito respectu ad valorem intrinsecum antiquæ fortis monetæ, quo consueuerant Religiosi suos reditus capere à suis subditis, & sui subditi ipsis soluere: vnde fuerũt bene damnificati de mille libris Parisien. quolibet anno. Et fuerunt quædam accordia facta inter dictum Abbatem & suos subditos,per quæ se obligauerunt ad soluendum monetam fortem annullatam: quod forte eò fuit,quia nullum antiquum titulum habebant Religiosi, sed solum consuetudinem & vsum, quos non approbauit Curia, fortè considerans eos esse abusos & vi extortos.

QVAESTIO CCCIII.

Ordinatio super impetrando,& executando adiornamento in causa appellationis.

ORdinatum fuit per Curiam in eodem Parlamento, quod si quis ante Parlamentum appellauerit quorumcunque dierum sit, licet impetrauerit in Parlamento immediatè sequenti & executus fuerit suum adiornamentum in dicta causa appellationis ad dies & eiusdem Parlamenti, ad quos tenebatur, si impetrasset & exequi fecisset suum adiornamentum ante Parlamentum: dum tamen contineatur in sua impetratione non obstante quòd Parlamentum sedeat. Censebitur bene executasse, quia cessat ratio ordinationis antiquæ,scilicet diffugij.

QVAESTIO CCCIIII.

Quòd quilibet idoneus admittitur,vt procurator in Castelleto, nec erit certus procuratorum numerus. †

IN eodem Parlam. fuit dictum contra quosdam procuratores Castelleti, qui se opposuerant & appellauerant, ne Præpositus Parisien. executaret quandam ordinationem Regiam continentem, quòd quilibet idoneus admitteretur procurator in Castelleto, absque hoc quod esset certus numerus determinatus procuratorum in dicto Castelleto: quod fuerat antea obseruatum per duodecim annos & plures, obtentu cuiusdam ordinationis factæ per Hugonem Aubriot quondam Præpositum Parisien. & confirmatæ per Regem, quòd non erant recipiendi per modum quo venerant, & quod teneret vltima Regis ordinatio, reuocans primam.

QVAESTIO CCCV.

An literæ secundæ vel primæ tractatus matrimonij stare debeant.

PEr arrestum fuit dictum quòd literæ secundę factæ super tractatu matrimonij Ludouici de Cheureuse, & vxoris suæ per eius patrem & matrem ex vna parte, & patrem & matrem dictæ vxoris, valebant non primæ,quamuis per primas in multis erat dicto Ludouico & eius vxori ius quæsitum, quod tollebatur per secundas,* & licet in tractatu primarum & secundarum non essent præsentes dicti Ludouicus & eius vxor, & quamuis post tractatum primarum literarum transactum fuisset tempus nouem annorum, & mansissent simul per duos annos in domo dictorum patris & matris dicti Ludouici: & sic ratificata videbantur fuisse sponsalia tacitè, quamuis esset minor septennio Ludouicus tempore primarum literarum per. c. vnicum. de spons. imp. lib. 6. & cap. literas. eodem titu. in antiq. Et forte

fortè ratio fuit, quia nondum fuerat matrimonium factum ante confectionem ſecundarum literarū, & quod totum fiebat per parentes in abſentia dictorum Ludouici & vxoris eius nunc, tūc verò ſponſæ ipſius, & ab ipſis dependebat tractatus, ſic poterant variare ante matrimonium confectum per verba de præſenti, &c.

QVAESTIO CCCVI.

Quod ordinarius recipitur in caſu nouitatis, exemptione non obſtante.

EPiſcopus Ambia. fuit receptus in caſu nouitatis, cōtra Religioſos, Abbatem & Conuentum Corbien. ſuper ordinib. faciendis de Monachis & ſubditis dictorum Religioſorum per dictum Epiſcopū & ſuper non prēſtādo loco, Epiſcopo foraneo p dictos Religioſos in Eccleſia dictorū Religioſorū pro Monachis ordinandis ipſius Abbatiæ in dicta Eccleſia exiſtentibus in diocœſi Ambian. non obſtante exemptione propoſita & allegata ac oſtenſa pro parte dictorum Religioſorum, de qua fit mentio in. c. veniens de præſcript. Et ad hoc allegaui. c. per exemptionem de priuileg. lib. 6. & c. Abbates. eo. tit. lib. 6. & nota. per Henr. in. c. cum contingat. de ætate & qualitate ordin. &c.

QVAESTIO CCCVII.

Hoſpitalarij ſunt reddendi Prioribus ſuis non locorum ordinarijs.

PEr arreſtū fuerūt redditi cuſtodiendi frater Petrus Salebron, & Petrus Vade Priori Franciæ priſionarij, exiſtentes in Caſtelleto, non Epiſcopo Pariſi. nec Epiſcopo Podien. quamuis in ſuo Epiſcapatu fuiſſent capti. Quia notoriè exempti, eò quia hoſpitalarij in Prioratu Aquitaniæ: ſed non petebantur per Priorem Aquitaniæ, quia ipſe perſequebatur vt particeps delictorum, propter quod dicti Fratres erant priſionarij.

QVAESTIO CCCVIII.

Virtute procuratorij quis poteſt comparere, & ſe opponere coram executore: licet procuratorium non faciat mentionem de ſeruientibus ſeu executoribus.

NOn eſt recipiendum dicere, quòd virtute procuratorij quis comparere non poſsit, vt procurator alterius, coram ſeruiente executore caſus nouitatis: eò quia in procuratorio datur poteſtas comparendi coram quibuſcunq; iudicib. ſecularibus & Eccleſiaſticis, & non dicitur ſeruientibus. Ratio dubitandi, quia ſeruientes non ſunt iudices ſed executores. Ratio decidendi: quia procuratorium eos implicat, & comprehendit in effectu.

QVAESTIO CCCIX.

Non eſt laicus capiendus virtute iurisdictionis Eccleſiaſticæ in iurisdictione temporali alterius.

PAtriarcha Antiochiæ tunc Epiſcopus Turon. renuntiauit oppoſitioni, quā fecerat contra executionem nouitatis captæ contra ipſum per Dominū de Amboiſe, eò quia in villa de Amboiſe in iurisdictione alta, media & baſſa dicti Domini virtute iurisdictionis ſuę Eccleſiaſticæ fecerat quendam laicum capi, & duci Turonis in priſiones ſuas Eccleſiaſticas, & fuit Dominus de Amboiſe manutentus in ſuis poſſeſsionibus & ſaiſinis, & Archiepiſcopus condemnatus in expenſis. Et fecit procurator Regius cōcluſionem ad emendam per os meum cōtra dictum Patriarcham Archiepiſcopum ratione dicti expleti.

QVAESTIO CCCX.

Non eſt arreſtum executatorium contra hæredem.

NOn eſt arreſtum executatorium contra hæredem †quamuis ſit latum poſt mortem illius cuius eſt hæres, qui mortuus concluſerat in cauſa.

†*Hæredem*) *quia neſcitur an ſit hæres, & ſi eſt hæres non eſt inſtructus, ſi tamen executio liquida eſt nota conſti. §. 72. permittit velo leuato exequi, ſed quia durum eſt, non ſeruatur niſi inconti nente liqueat hæredem eſſe, dixi in conſue. Pari. §. 171. his ſcriptis emanauit edictum regis Hēri. 2. publicatum die 4. Martij 1549. quo inter alios dictus §. 72. ab rogatus fuit. C. M.*

QVAESTIO CCCXI.

Poſſeſsio recipienda ſuper non admortiſatione facienda de acquiſitis per Eccleſiam.

PEr arreſtum fuerunt recepti Decanus & Capitulum Lingonen. contra Epiſcopum Lingonē. ad proponendum poſſeſsiones, quòd poterant acquirere & tenere res immobiles in alta iuſtitia dicti Epiſcopi abſque admortiſatione ipſius facienda, nec poterat ipſos aſtringere ad ponendum eas extra manus ſuas propter admortiſationem non factam, vel finantiam non ſolutam.

QVAESTIO CCCXII.

Quòd altus iuſtitiarius non auditur ſuper * impugnatione remiſsionis.

PEr arreſtum fuit Dux Aurelian. receptus ad ſe faciendum partem contra Dominā de Luſarches, ratione abuſus cōmiſsi in ſua iurisdictione, cuius Dux eſt ſuperior immediatus, non ſuper impugnatione remiſsionis ad finem confiſcationis: de qua ſe in Curia iuuit dicta Domina. attamen non fuit expreſsè dictum quòd non reciperetur ſuper impugnatione remiſsionis, ſed per conſequentiam: quia concluſerat ſuper abuſu, & ſub receptione gratiæ: & tantum fuit dictum quòd partes erant contrariæ ſuper abuſu.

Super) *ſuper q. 284.*

Alia arresta pronuntiata in Parlamento cœpto in festo sancti Martini hyemalis, Anno domini. 1383.

QVAESTIO CCCXIII.

Vnde seruientibus solui debent.

PRimo in causis criminalibus seruientes non debent capere expensas super bonis diffamati de crimine & ob hoc capti vel adiornati, sed ille debet eis soluere qui in opere ponit eos: licet secus † si facerent executionem super alicuius debito de quo per literas constaret.

†Secus) imo idem C.M.

QVAESTIO CCCXIIII.

Qualiter residere habeant Bailliui & Seneschali in suis officijs.

QVædam ordinatio Regia de data. 10. diei mensis Nouembris, ann. 394. fuit publicata in dicto Parlamento, cõtinens quod Bailliui & Seneschali Regij maiores iudices post Regem eius Parlamenti Curiam, & qui alios non habent superiores, tenerentur residere in suis Bailliuijs & Seneschalijs post mensem lapsum à tempore publicationis dictę ordinationis, aliàs non caperent vadia de tempore quo non residebunt. & habebunt contrarotulatores in hoc procuratorem & receptorem Regios quilibet in sua Bailliuia & Seneschalia, & hoc seruare iurabunt in principio suæ institutionis, & si contrarium faciant, priuantur seu priuabuntur, &c.

*Placitandũ.) scilicet per procuratorem, de quo dixi sup. in stil. c. 5. §. 9. C.M.

QVAESTIO CCCXV.

Executores gratia non indigent.

PEr arrestum fuit dictum quòd executores testamentorum non indigent gratia ad placitandum, * &c.

+Canonico) sed hoc etiam in foro eorum non seruatur. Alex. con. 24. nu. 11. lib. 2. C.M.

QVAESTIO CCCXVI.

De vsu dãnato, quòd in criminalibus, non in ciuilibus mulieres in testimonium admittantur.

DAmnatus fuit vsus in Lauduno, quòd mulieres in testes admittebantur in criminalib. non autem in ciuilibus: quòd erat contra ius ciuile, quia eo iure in vtroque admittuntur. l. ex eo. ff. de testi. l. quidam testamento. §. mulier. ff. de testa. Insti. de test. §. possunt. de iure Canonico † in criminalibus non admittuntur, in ciuilibus sic. vt. c. forus. in fi. de verb. sig.

*Absoluti) etiam si essent absoluti quasi innocentes. quia infractio Regiæ securitatis non est qualitas, sed delictum per se l. 1. ad le. Iul. maiestat. fa. infr. q. 343. C.M.

+Factis) quæ remanserunt in calamo scribentis & sic hæc. q. nil docet. C.M

QVAESTIO CCCXVII.

Cordigeri non possunt institui hæredes.

DIctum fuit quòd Cordigeri Montispessulani non erãt recipiendi ad petendum hæreditatem contra Beatricem hæredem ab intestato, licet se dicerent hæredes institutos.

*Parisien) Idem supra. q. 216. infra. q. 371. C.M.

QVAESTIO. CCCXVIII.

Adiornatus ad garendum non admittitur ad garendum, nisi prius garendiam receperit.

DIctum fuit quòd Montagu filius defuncti Magistri Girardi de Montagu, quondam Regis Secretarij, non erat admittendus ad garendum petendum, donec accepisset, ad quam recipiendam fuerat adiornatus. sic fuit pronuntiatum, 12. die mensis Ianuarij, Anno quo suprà, &c.

QVAESTIO CCCXIX.

De Clericis condemnatis, prius tamen absolutis ab Ordinarijs suis.

PEr arrestum fuerunt condemnati quidam dictus Petrus, alter dictus Ioannes Placecorne, ratione cuiusdam verberationis per eos commissæ in personam Magistri Ioannis Morin, Saluægardiam Regiam infringendo, & portum amorum committendo (licet essent Clerici, & de delicto communi absoluti* à Prælatis suis) in emendam ducentorum francorum erga dictum Magistrum Ioannem, & erga Regem in centum. Et dictum insuper quòd prisionem tenerent in prisionibus Ordinariorum suorum vsque ad satisfactionem.

QVAESTIO CCCXX.

De solennitate damnata super exonijs faciendis.

PEr arrestum fuit quædam solennitas obseruata in Bailliuiatu Remensi super exonijs damnata, p Thiertico Coussiet appellante, contra Episcopum appellatum. Et dictum fuit quòd sufficiebant quatuor testes ad exoniam probandam, quamuis requirebantur antea septem testes de crudelitate & iuramentum partis affirmantis.

QVAESTIO CCCXXI.

De contributione facienda in reparatione murorum & pontium Aurelian.

PEr arrestum fuit dictum pro villa Aurelia. contra Magistrum Petrum Moreau, Henricum Librarium, Magistrũ Iacobum Alticordis, quòd contribuerent ad reparationes murorum, portarum & ponleuis dictæ villæ, in cæteris factis fuerunt appunctati contrarij.

QVAESTIO CCCXXII.

Quòd Clericus Parisijs captus reddi debet Parisiensi Episcopo.

PEr arrestum redditus fuit Episcopo Parisien.* Prior sancti Albini diocœsis Cenomanen. Non obstante quod Episcopus Cenomanen. eum in Castelleto positum requirebat, dicens q. erat suæ dio cœsis,

cœsis, & quod ad sui requæstam fuerat in Castelleto positus vt prisionarius, allegando quòd in villa du Mans coram suo officiali aliàs fuerat dictus Prior adiornatus: eò quia quandem mulierem †maritatam tenebat secum, & cum ea habitabat: & quòd ex eò condemnatus fuerat & promiserat sub per certis pœnis amplius cum ea non habitare, & eam abiurauerat, sub pœna excommunicationis. Cuius contrarium fecerat: quia secum eam adduxerat Parisios ex Cenomanis, & cum ea habitauerat: propter quam causam poni eum fecerat in Castelleto, & eum requirebat, ad quod Episcopus Parisien. se opposuerat, eum requirendo: cui tradi nõ debebat per prædicta: & Episcopus Parisien. allegabat in contrarium sequentia. Primò, quòd dictus Prior morabatur Parisijs, & per annum citra vel circa. Item commiserat illud dictum Parisijs dictam mulierem secum tenendo. Item erat Scholaris, qui trahi non poterat extra muros Parisi. pro personalitate. Item non volebat dictus Prior tradi Episcopo du Mans propter fauorem quem habebat vir dictæ vxoris in Curia dicti Episcopi. Item Parisij sicut Roma*communis patria est. Item arrestũ aliàs latum pro dicto Episcopo contra Episcopum executatum in persona Petri Bernardi de Rupella super ius arrestatum. Item & aliud arrestum in persona Matthæi Raneau, contra dictum Episcopum du Mans, qui quidem Matthæus fuerat purgatus in Curia Episcopi du Mans, cuius erat subiectus, & tamen captus in villa Parisi. pro eodem facto, scilicet pro quodam Meurtro & in Castelleto positus. Qui hoc non obstante fuerat dicto parisien. Episcopo traditus: nec obstant allegata in contrarium per Episcopum Cenomanen. ante dictum: quia nec pro delicto prẽterito, de quo fuerat punitus, quæ rendum est: sed de sequenti occasione, cuius non erat in processu in Curia Cenomanen. Nec captus, sed solum fuerat obligatio psonalis cõditionalis: videlicet super furto, occasione cuius nõ fuerat captus, nec citatus in dicta Curia Cenoma.

QVAESTIO CCCXXIII.

Non est receptibile dicere quòd appellans à iudice subiecto solum sit exemptus in appellationis articulo.

Pẽr arrestum dictum fuit non esse receptibile† dicere, quòd appellans à iudice subiecto ad Parlamentum vel Curiam aliam Regiam, sit solum exemptus in causa appellationis, in alijs non, à iudice appellato in patria consuetudinaria.

QVAESTIO CCCXXIIII.

Quòd post litem contestatam per vnum defectum amittit actor causam suam.

Per arrestum dictum fuit malè appellatum & bene iudicatum per Dominos requæstarum pro Ioanne Henry appellato, contra Hemon appellantem, in hoc q̃ dixerunt contra dictum Hemon qui habebat in casu nouitatis, vt peritor traderet scripturas suas per modum memoriæ ad certam diem, & sub pœna cadendi, qui non tradidit: sed fuit in defectu positus, quòd ipse Hemon ceciderat de tradendis articulis suis: & per hoc ceciderat à causa* sua, & fuit tentus dictus Ioannes in possessionibus & saisinis. Ratio fuit, quia causa erat in casu nouitatis, & videbatur quòd si in alia causa fuisset, nil amisisset, cùm essent in memorijs appunctati, vt aliàs fuit iudicatum per arrestum.

QVAESTIO CCCXXV.

Non possunt examinari nisi decem testes super quolibet articulo.

Inter procuratorem Regium & Dominam feudi de lu haye du puys ex vna parte, & Dominum Guillelmum de Meleun, militẽ, ex altera, dictum fuit in causa inter eos pendente ratione homagij dicti feudi, quòd super quolibet articulo scripturarum partium quarumcunq; nõ sunt examinandi nisi decem testes, & tam super articulis singularibus quàm generalibus scilicet. † Item que les choses dessusdictes soyent vrayes, &c. Item & que de icelles est voix, &c. Et declaratum fuit hoc pro stylo & ordinatione Parlamenti Curiæ, & quòd de hoc non fieret dubium de cætero. Et hoc fuit, quia quidam dicebant quòd super generalibus articulis prę dictis possunt examinari tot testes quot pars vult, etiam centum, & ampliores: licet non super singularibus articulis, sed tunc solùm decem, non ampliores. Attamen non videbatur ratio in vno plus quàm alio, & quia per viam obliquam concederetur quod de directa prohibetur, videlicet quod super singularibus non sunt vltra decem examinandi, vt effrenata potestas ad vexãdos homines multitudine testium refrenetur. l. 1. in. fi. ff. de

+ *Prior sancti Albini captus propter adulterium.*

* *Parisij sicut Roma communis patria est, de Roma patet. ff. ad municipa. l. Roma.*

+ *Receptibile) Tunc enim Domini locorum formidabiliores erant, hodie tota tyrannis ad vnum redigitur, nec est instum esse exemptum in alijs ex sola appellatione, & sic stilus mutatus est.*

* *Causa) vt supra in stilo. c. 6. §. 2. qui merito exoleuit, vt ibi dixi. C. M.*

† *Scilicet.) q̃ postea redactũ in constitutiones regias Carol: 7. & 8. quæ volunt omnes articulos eiusdem facti coniungi. C. M.*

test. c. cum causam. extra eo. tit. Nec angustatur per hoc probationum facultas, iuxt. l. quoniam. de hæreti. quia numerus decem sufficiens est super quolibet articulo etiam generali. Tamen contrarium ante hoc obseruabatur super generalib. non autem particularibus articulis, cuius rationem nō videbam. Attamen quia dictus Dominus Guillelmus in dicta causa fecerat examinari super quolibet articulo generali vltra decem, & quia causa erat magna & ardua: & inter magnas partes fuit per Curiam dictum partibus auditis pro ordinatione & stylo, vt supra dictum est. Et vltrà, quod illi quos dictus Domi. Guillelmus fecerat examinari super suis articulis generalibus vltra numerum decem, remanerent. & quod etiam procurator Regius & pars secum adiuncta facerent examinari si vellent decem testes super quolibet articulo generali suarū scripturarum si non fecerant, & tantundem vltra prout fecerat dictus Dominus Guillelmus, & non ampliores, & ex causa speciali in hac causa, &c.

QVAESTIO CCCXXVI.

Canonici du Mans non fuerunt recepti ad possessionem non eundi ad processiones cum Episcopo eorum.

FVit dictum per arrestum quod Canonici† du Mans non erat recipiendi ad possessionem per eos allegatam, quod cū Episcopo du Mans diocœsano non tenebantur ire ad processionem, & in emendā condemnati ratione excessuum commissorum in hoc impediendo: sed per se ire volebant, & reuera iuerant per se, Episcopū dimittendo seorsum. Et fuit hoc dictū absque hoc quid scripturæ aliquæ Curiæ traderentur.

† *Canonici*) *Quamuis exempti, quia non supra exempti à iure reuerētiali. Bal. l. liberti libertæque C. de operat. liber. Nec abonere et obligatione ministerij communis. Sed tantum à contentiosa iurisdictione. C. M.*

QVAESTIO CCCXXVII.

Curia non vult* cognoscere de iure spirituali, vel de collatione beneficiali ad Episcopum spectante.

CVria cognoscit de quæstione super iure Patronatus, dum ius ipsius patronatus est contentiosum, vel dum prætendit opponens non fuisse solennitates patriæ seruatas, vel non fuisse præsentationem debitè factam, vel modo debito intra tempus sex mensium, vel prætendens Præsentatus collationem ab eo factam ante præsentationem. Sic loquitur arrestū latum pro procuratore Regio & Magistro Guillelmo Perdriel actorib. ex vna parte, contra Archiepiscopum Rothomag. & quendam nominatum Bellote defensores, vlti ma die Augusti. ann. do. 1370. Secus si non esset contentiosum ius Patronatus, nec præsentatio, sicut fuit inter Magistrū Petrum Conesin actorem, ex vna parte, & Episcopum Ebroicens. & Dominum Ionem Despingel defensores ex altera. nam confitebantur defensores præsentationē Prioratus sancti Nicolai leprosarię de Eureux, ad habitantes & Burgenses de Eureux spectare: nec impugnabant præsentationem per eos factam ad dictum Prioratum, dicto Domino Episcopo, ob defectū solennitatis vel aliàs, &c. vt suprà, imò dicebant quod dictus Despingel tenebat dictum Prioratum ex collatione dicti Episcopi sibi facta ad præsentationem dictorum Burgensium & habitantium, dicto Magistro Petro, dicente quod vacabat dictus Prioratus, eò quia erat beneficium curatum, & non fecerat se promouere infra annum à tempore possessionis eiusdem pacificè adeptæ dictus Dominus Ioannes, & sic ipso iure vacauerat. Item & aliàs, quia Ecclesiam parochialem nostræ Dominæ de Heudreuille tenebat pacificè. Sic dictus Prioratus beneficium curatum existens vacauerat, dictis defensoribus contrarium dicentibus, scilicet quod non erat beneficium curatum, licet fortè esset Capella habens curam annexam, nec habebat parrochianos, &c. Quare dicebant Curiam cognoscere non debere, quia nō erat cognoscere de iure Patronatus & præsentatione quæ confitebantur, &c. vt suprà. Sed solum de quodā iure spirituali, videlicet de collatione facienda de dicto Prioratu per dictum Episcopum vel non, & an vacaret, &c. Quapropter Curia dixit partibus auditis, quòd ipsa non† cognosceret.

* *Nō vult*) *Sed hodie indistincte de omnibus cognoscit ad finem possessorij. C. M.*

† *Ipsa non*) *q. esset iustum si episcopi scientiam cum zelo haberent sine vllo gratiæ vel auaritiæ studio saltem vt tempore veterum legū, quæ sunt C. de episcop. audien. mutatis autem moribus, iustum est ea iura mutari. C. M.*

QVAESTIO CCCXXVIII.

Aduerte notanter contra Iudæos latum arrestum, sententiam Præpositi Parisien. corrigens &c.

PRæpositus Parisi. Iudæos, quorum nomina sequūtur, Samuel le ny, Belle vigne de le estoille, Abrahā de Sannis, Mareau du Boure, Raphael Abraham, Ioseph du Pont de Vaulx, cōdemnauit per suam sententiam comburendos &c. Consultus super hoc p̄ multos Clericos. Cuius ratio fuit, quia pecuniā dederant & cōsulebant cuidam nominato Denis de Machault, quondam Iudæo & facto Christiano, vt recederet à villa Pari. & reuerteretur ad Iudaismum: nec non dimitteret quendam proces-

processum quem inchoauerat contra Iudæos Parisien. coram reformatoribus, coram quibus tradiderat quosdam articulos contra ipsos Iudæos, & allegabat quæ sequuntur. Primò. l. eum qui seruum. C. de apostata. ibi suasione, &c. Et in fine cum dicit, dispendio fortunarum capite puniendum censemus. Secundò videtur magis ad propositum. l. 2. C. de Iudæis. vbi videtur casus in terminis, & quod pro nullo alio facta fuit illa lex. Tertiò facit de minori ad maius arguendo, ex. l. sacrilegij. ff. ad leg. Iuliam pecu. nam si manufactæ templa frangentes & dona Dei noctu tollentes sint damnandi, vt bestijs tradantur: fortiori ratione consulentes vt Iudæus factus Christianus ad Iudaismum reuertatur, & ob hoc pecuniam dantes sunt ad mortem condemnandi. Quartò * granius est offendere maiestatem cœlestem quam temporalem. Auth. Gazaros. Si igitur cogitantes & consilium dantes contra temporalem maiestatem, vt contra principem, sunt ad mortem condemnandi, vt l. quisquis. C. ad legem Iuliam maie. sic à fortiori ratione cogitantes contra cœlestem maiestatem, scilicet Deum vel eius fidem, vt in proposito, opinionis contrariæ fui, ego Ioannes Galli † deprecatus per ante dictũ Præpositum: vt super hac quæstione cogitaret: qui Prepositus mihi tradidit in scriptis confessionem dictorum Iudæorum. Et fuit opinio mea quòd verberarentur & pecuniariter condemnarentur, per. c. postulasti. de Iudæis. &. c. in Archiepiscopatu de rapto. Quam opinionem meam dixi dicto Præposito illa die qua multi Clerici, tam cõiugati quam non, & etiam Magistri in Theologia debebant in Castelleto congregari ad consulendum super hoc dictum Præpositum: qui cuilibet dictorum Iudęorum tradiderat, vt super hoc cogitarent. Et illam meam opinionem dixi dicto Præposito in absentia aliorum nondum congregatorum, quia pro Rege ire me oportebat in Cameram computorum cum Regio procuratore, sic tantum morari non poteram, vt expectarem absentes. Et fuerunt mea motiua & rationes. Primò, quia per rotulum Iudæorum confessionum ante dictorum per dictum Præpositum mihi traditum, & quem adhuc habeo inter meos, videbatur mihi, quod ille Dionysius se obtulerat ad pecuniam habendam vt recederet, & ad Iudaismum rediret. Secundò, quia principalis ratio pecuniam dandi & consulendi dicto Iudæo vt recederet, videtur fuisse vt amplius non prosequeretur processum per ipsum coram reformatoribus, cõtra dictos Iudæos inchoatum. Tertiò,* quia erat adhuc ignotum an reuersus fuisset ad Iudaismum dictus Dionysius nec ne, iuxta. l. in prim. ff. de extra. ord. crimi. cum notatis in. l. is qui cum telo. C. ad leg. Corne· de sica. &. l. si quis non dicam rapere. C. de Episc. & Cleri. Quartò, sic arguebam: Iudæi reputant nos alienos: modo habetur in testamento antiquo, Non fœnerabis fratri tuo pecunam ad vsuram, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno: & tenent pro deliberato in lege sua non debere puniri talia committendo. Deut. 24. c. Quintò, quia hoc crimen commissum erat contra Deum, cum quo mitius agitur quàm cum eius ministro, vt principe temporali. l. Celsus. in pri. ff. de arbi. & in Auth. de Iudæ. §. oportet. col. 6. Sextò, quia interpretatione legum pœnæ sunt molliendę. † &c. l. interpretatione. &. l. si præses. ff. de pœnis. Non obstant contraria primo dicta. l. eum qui. quia loquitur quando per persuasionem persuadentis iam traductus est ad vitam nephandam, & sic crimen fuerat consummatum. Item intellige ibi capite, id est perpetuo exilio. l. 2. ff. de publ. iudi. l. rei capitalis. &. l. capitalium. in pri. ff. de pœn. simile not. in. l. 1. C. ne Iudæus mãci. Christia. ha. Secundò non obstat. l. 1. C. de Iudæis. quia tempore illius legis erat cõmune dictum Iudæorum sic tractare Iudæos ad baptismũ venientes: ideo tunc grauius puniebãtur, iux. l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. & hoc denotat ibi textus cum dicit, quod nunc fieri cognouimus, &c. scilicet tempore Constantini, qui legem illam condidit: hoc sic non fit hodie. Item fuit factum actuale violentum aut saxis, aut alio furoris genere attentatum, quod est inhibitum. l. si quis diutino. in fi. ff. de pœ. Tertiò non facit ad propositum dicta. l. sacrilegij. Attamen respondeo quod mitius agitur, &c. vt dictum est suprà. Et eodem modo respondeo ad quartum augmentum. Et aduerte, quia ante prolationem dictę sententiæ latæ per dictum Præpositum, ipse Præpositus consuluit Curiam Parlamẽti an deferret appellationi, si Iudæi appellarent à sententia sua, & hoc facit: quia non est consuetũ quod deferatur appellationi factæ à sententia lata in processu extraordinario;

* *Grauius est offendere maiestatem cœlestem, quàm temporalem.*

† *Galli) non acerbus, nec sanguinem sitiens vt multi hodie. C.M.*

* *Inquibus legibus affectus punitur licet effectus non sequatur.*

† *Interpretatione legum pœnæ sunt molliendæ.*

dinario: vt erat ille quem fecerat dictus Præpositus contra dictos Iudæos. Et per Curiam fuit sibi dictum quod deferret. Sic & fecit: quia appellauerunt dicti Iudæi à dicta sententia, & detulit Præpositus appellationi. Et fuit apportatus processus in Curiam Parlamẽti, & petierunt Iudæi vt haberent consilium, & audirentur per consilium ad dicendum causam suam appellationis, quod eisdem fuit concessum, & eorum consilium dixit causam appellationis eorundem in Parlamento in die consilij absentibus aduocatis Regijs, qui Parisijs non erant, de quorum numero eram vnus, licet indignus, præsente tamen Regio procuratore, qui audita causa appellationis petijt dilationem vt loqueretur cum consilio Regio, dum veniss set: quod sibi fuit concessum: Ratio veræ responsionis Curiæ factæ Præposito, fuit magnitudo & arduitas causæ, & dubietas, quia videbatur consilio & procuratori Regio sententia multum dura. Et insuper quod si Curiæ placeret, ipsa audiret motiua Dominorum qui interfuerunt ad consultationem Præposito dandam. & in casu quo Curia videret malè iudicatum, quod sententiam & appellationem annullaret & pronuntiaret, quod sibi foret dicendum. Et fuit ratio dicendi hoc pro Regio procuratore, ne daretur occasio appellandi à sententijs datis in processibus extraordinarijs, si pronuntiaretur bene appellatum & malè sententiatum, addito tamen quod aliqua facta noua quæ consilium Iudæorum dixerat, in causa appellationis antedicta reijcerentur. Item Curia fecit congregari multos Magistros in Theologia & alios Clericos. 6. die Aprilis, anno domini 1314. & quid fecit, ignoro, quia non interfui: quia Regius aduocatus erat opinionis vt supra. tamen fuerunt propter hanc causam congregati. Item septima die huius mensis & anni, Curia per arrestum suum, & ex causis certis quę ipsam mouerunt, vt fuit dictum, arrestum pronuntiando dictas appellationem & sententiam posuit ad nihilum, & dictos Iudæos condemnauit a faire reuenir ledict Denis de Machault par detention de leurs corps, & seilz ne le font venir, la court aura aduis que elle vera de leurs corps. Oultre la court condemna lesdictz Iuifz a estre batuz per trois Samedis, & en trois lieux, ce est asceauoir en le eschaufult des Halles, & eu vn eschaufult: qui sera faict en Greue, & en vn qui sera faict en la place Maubert. Itẽ les condemna en dix mille liures Parisis, & chascun pour le tout, & a tenir prison iusques a plain payement. desquelz dix mille liures Parisis serõt baillez & aumosnez cinq cens liures a le hostel Dieu de Paris, & le residu qui monte neuf mille cinq cens sera employé & cõuerty a faire vn pont* de pierre, qui se commencera a vne tour qui est a petit pont, & le adressera deuant le huys de derriere de le hostel Dieu, & la sera vna croix de pierre ou sera escript que se pont aura esté fact pour la punition de iceulx Iuifz. Oultre la court les bannist du royaume, & confisca leurs bien. Ce est asçauoir icelle confiscation aprescque lesdictz dix mille liures auroyent esté payez pour employer audict pont, non autre part.

Quibus denarijs factus sit pons paruus, vulgo dictus le petit Pont. Facit pro hoc arresto. l. 1. C. de Carbo edicto.

+ *Tonderetur) id est retonderetur seu in totum raderetur vt nulla ecclesiastica tonsura haberet irrequisito Domino male acceptam vt c. nulli. c. quicunque. c. frequens. c. quis autem, & per tot. 54. dist. C. M.*

* *Dimidia) & bene, quia ordinaria hæc mulcta non est pœna delicti, sed temeritatis vt expensæ litis. Et dictum erat quod emendarent, et vnica emenda absque verbo in solidum, & ille conuentus est in vrbe Attrebatensi, quæ est de regno & de hoc parlamento iure optimo indiuisibili coronæ Franciæ, vt probaui in consuet. Pari. §. 1. gl. 3. q. 3. quæ fuit partim causa expulsionis meæ è dola per Philippum Austriacum mense Nouemb, 1556. C. M.*

QVAESTIO CCCXXIX.

Causa status supersedit quousq; reus habeat viginti annos.

PEr arrestum fuit dictum bene appellatum per Ioan. de Champaigne minorem. 20. annis à sententia lata p Magistros requæstarum Palatij, contra ipsum, pro Magistro Arbalistorum, per quam dixerant quòd dictus Ioan. procederet in causa, nec supersederet vsque ad ætatem. 20. annorum: quia licet diceretur homo conditionatus dicti Magistri & seruus, & per hoc tonderetur, † eò quia coronam acceperat sine eius licentia: tamen non erat causa proprietaria: sed solum impedimentum tolli videbatur, videlicet vt radatur, non autem tenebatur ad declarationem seruitutis &c. Et malè iudicatum per Magistros dictos. Et dicit Curia quòd causa supersederet quousque haberet viginti annos dictus Ioannes: & erat causa status, non autem possessoria possessione simplici nec nouitatis.

QVAESTIO CCCXXX.

Quando tenetur quis de dimidia emenda propter malam eius appellationem.

PEr arrestum dictum fuit pro religiosis Abbate & Cõuentu sancti Vedasti condemnatis in emenda cum Duce Burgundiæ consorte eorum, propter malam appellationem per ambos factam, & contra Regium procuratorẽ, quòd solum executarentur de dimidia emenda, ac tenerentur de dimidia * tantum, & non quilibet in solidum.

QVAESTIO CCCXXXI.

Quando retrahentibus pecunia reponi debeat.

Per

PEr arrestum dictum fuit contra Dominum Imbertum de Boysi Pręsidentem in Parlamento & eius vxorem, pro Domino Ioanne la Personne in causa retractus, quod dicti coniuges actores in causa retractus deponerēt & consignarent realiter & de facto pecuniam in literis venditionis dicti la Personne contentam, quanuis super principali essent in factis contrarijs appunctati: vidi dici contrarium † pro Domino Petro de Arquane, contra Dominum Ioannē de Cure. Ratio primi fuit: quia causa retractus seu factum dictorum coniugum non erat bene coloratum &c.

QVAESTIO CCCXXXII.

Quando opponens in casu nouitatis habeat garendum, &c.

PEr arrestum vidi dici pro Domino Petro de Harecourt, contra quendam Dominum cum quo eram, cōquerentem in casu nouitatis & releuamentum habentem de vi. annis, quod dictus Dominus Petrus haberet garendum: quia solum inspiceretur tempus releuamenti, nō tempus precedens, quo dictus Dominus Petrus vel eius prædecessores possederāt ad eum à garendo excludendum: quia tempus præcedens videtur sublatum propter releuamentum, & sic censebatur dictus Dominus Petrus esse intra annum, & habere debere garendum,* &c.

Alia arresta lata in Parlamento cœpto in crastinum festi sancti Martini Hyemalis, Anno Domini. 1395.

QVAESTIO CCCXXXIII.

Quando quis tenetur negare vel confiteri sigillum.

PEr arrestum dictum fuit contra Reginam de Hierusalem & eius filios, videlicet Ludouicum &c. quòd cognoscerent vel negarent sigillum quondam patris † eorum & mariti dictæ Reginæ appositum in quadam litera ad vtilitatem de Mesme de Meure, & post eius mortem filiorū suorum eius hæredum facta: per quam confitebatur quondam Dominus Andegauen. & Rex Hierusalem se recepisse à dicto de Mesme in mutuum quandam pecuniæ summā, pro ea exponenda in guerris Regijs, & per quam etiam obligabat se non ad summam soluendam, sed ad facere soluendum super thesauro Delphini & locumtenentis Regij in illis partibus, &c.

QVAESTIO CCCXXXIIII.

An arrestum super marcha importet captionem corporum.

VIdetur q, non p arrestum* latum contra Episcopum du Trect, & eius bona & eius subditos, & eorū bona, virtute cuius Ioan. de Caule, Petrus Mulo & alij mercatores de Caule, vt dicti Episcopi subditi fuerūt in Rothomago imprisionati ad requæstam Nicolai & Ioan. le Seure mercatorum Pari. ad vtilitatem, quorum fuerat dictum arrestum prolatum & etiam eorū bona capta, contra quam executionem fuerunt recepti vt opponētes dicti imprisionati. Et finaliter partibus auditis dictū fuit per arrestum, q, liberarentur dicti prisionarij quo ad eorum personas: sed eorū bona manerent in arresto: cuius ratio videtur, quia per arrestum antedictum non fuerat marcha concessa quo ad corpus expressè: & licet dictū fuerat contra Episcopum & eius bona, non comprehenduntur corpora, probatur, quia persona Episcopi non posset cōprehendi, & debet intelligi contra Episcopum &c. id est q, virtute arresti posset contra Episcopum & eius subditos fieri ,psecutio actione in factum ab arresto descendente, iux. l. actori. C. de re. cred. videtur contrarium: quia frustra diceretur contra Episcopum & eius subditos, nisi virtute arresti possent capi & presentia Episcopo, ac tradi diocœsano, in cuius diocœsi caperētur. Nec obstat quòd fuerunt deliberati prisionarij: quia hoc fuit eò quòd dicti capti negabant se esse subditos Episcopi dicti iurisdictione temporali: sed asserebāt se esse subditos Imperatoris, licet caperēt chrisma & baptismū à dicto Episcopo. Et ideo quia hoc videlicet an essent subditi in temporali iurisdictione dicti Episcopi, necne, cadebat in cognitione causæ: & super hoc fuerunt partes appunctatæ in factis contrarijs, fuerunt prisionarij liberati: quia iniquum fuisset pendente processu ipsos esse prisionarios, maximè quòd hoc in facto & in cognitione causæ iacebat.

QVAESTIO. CCCXXXV.

An sit licitum guerram facere.

PEr arrestum fuit defensa facta Dominis Comiti de Perdriaco Vicecomiti de Caraman. necnon Domino de Berbesa, de Gasconia, ne decæterofacerent guerram, nec ,pponeretur quòd licitum esset eis velalijs de regno Franciæ guerram facere, guerris Regijs durantibus. ¶ Item & per idem arrestum dictum fuit non licere alicui etiam tempore treugarum habere

† *Contrarium) Et benè, vt etiam obseruatur. C.M.*

* *Garendum) & bene ex quo actor restituitur contra lapsum medij temporis, & sic reo, puta emptori non potest imputari culpa p venditorem suum quod emptor traditione habita non bene custodierit possessionem suam per annum & diem, vel intra tempus debitum nō interpellauerit venditorem. Sed hodie huiusmodi restitutiones prohibētur nisi vt dixi in cons. Parisi. ti. 3. §. 64. C.M.*

† *Patris) & bene ad finem veritatis & probationis iuuādæ, non autem ad finem hypothæcæ vel munitionis nisi alijs concurrentibus, vt dixi in cons. Par. §. 78. non obstat sup. q. 234. quia ibi pro tunc, & erant aliæ iustæ circunstantiæ, & infr. par. 7. art. 89. C.M.*

* *Arrestum) infr. q. 259.*

habere secum Anglos regni inimicos ad guerram, contra aliquem de regno, & in regno faciendam durantibus guerris Regijs vel treugis.

QVAESTIO CCCXXXVI.

An Clericus non coniugatus chyrurgicus † teneatur respondere coram Curia Laicali, de tangentibus suum officium.

† *Chyrurgic*°) *cõtra c. tua nos de homicid. vbi Panor, & Feli. dissentiunt. August. de Anch. de potesta. eccle. q. 109. arti. 9. 10. C. M*

PEr arrestum fuit pronuntiatum pro procuratore Regis appellante, & contra Ioannem Laugeum se dicentem chyrurgicum Parisi. appellatum à Præposito Parisi. super eo quod dictus procurator Regius corá Præposito proposuerat contra dictum Ioannem, quòd se intermiserat de arte chyrurgica, quamuis esset insufficiens, & fecerat malas curas, & absque eo quod fuisset approbatus per iuratos Chyrurgicos Parisien. quod facere non poterat per ordinationes Regias, per quas inhibebatur omnibus, ne antea se intromitterent de dicta arte. Quare contra eum concludebat ad emendam. Et vt interdiceretur eidem ne amplius vteretur dicta arte: dicto Ioanne dicente, quod coram dicto Præposito respondere non tenebatur, quia erat Clericus non coniugatus: replicante dicto procuratore, quòd imo tenebatur, quia exercuerat* officium politiam villæ Parisien. respiciens & generale, & necessarium, & publicum, contra ordinationes Regias mesprendendo, & eo abutendo, & in eo delinquendo. Item quia politia villæ spectabat quo ad cognitionem & determinationem dicto Præposito: sic de hoc casu pertinere debebat. Finaliter per dictum Præpositum fuit dictum, quod dictus Ioannes non tenebatur respondere coram dicto Præposito, à qua pronuntiatione fuit per dictum procuratorē appellatum ad Parla. in quo partib. auditis, fuit dictum pro dicto procuratore bene per ipsum appellatum, & per Præpositum malè iudicatum, & quòd causa principalis remaneret in Parlam. & partibus auditis fieret ius. Et hanc causam pro Rege placitaui.

* *Exercuerat.*) *Stepha. Aufrepe. cle. 1. reg. 1. fallen. 16. de officio ordi. C. M.*

† *Cedit*) *Cepol. de serui. vrba. pred. c. 30.*

* *Habitantes.*) *sup. q. 130. 137. 254.*

QVAESTIO CCCXXXVII.

An pons factus pro vtilitate Reipubl. super fundo alterius, sit ipsius & domus super ipso ædificatæ.

PEr arrestum dictum fuit pro procuratore Regio & Ioanne le Pelle defensoribus, contra Religiosos Abbatem & Conuentum S. Germani de Pratis, petitores in causa proprietaria, super eo quod dicti petitores proponebant, quòd domus ædificatæ super pontem nouum S. Michaelis, debebant declarari ad eos spectari, eò quia solum super quo pons ante dictus erat factus, erat eorum & in eorum iustitia alta, media & bassa, & aqua etiam eorum in tota iustitia, & piscaria, ac omnes aues & pisces, à paruo ponte & magno, & ab vtraq; parte riparum etiam per spatium vnius lanceæ vltra ripas vsq; ad villam de Seure. Nam quod inædificatur, seu superædificatur solo cedit: † si ergo pons ædificatus fuerit super eorum solum, & super pontem, domus illæ censentur esse eorũ arg. l. Martius. ff. de acq. re. do. §. cum quis Insti. de re. di. l. 3. §. labeo. ff. vti poss. l. 2. §. via m. ff. ne quid in lo. pu. l. 1. §. fi insula. ff. de flumi. l. ergo. §. alluuio. &. §. si plas. ff. de acqui. re. do. Nec domus in medio, quæ non seruit, impedit seruitutem: iuxta l. in tradendis. §. interpositis. ff. cõmunia prædi. licet habeatur contrarium in l. quisella. in fi. ff. de serui. ru. prædi. Et ideo concludebant, quod saltem solueret dictus le Pelle (cui per gentes Regias plateæ pontis traditæ fuerunt ad ædificandum, & in quibus ædificauerat) censum annuum iuxta l. 2. §. si quis nemine. ff. ne quid in lo. pu. & l. si legatum in fi. ff. de ope. pub. Et fui paratus placitare causam pro eis, sed fui de consilio Regio detentus: sic pro eis non placitaui, nec contra eos: sed socius meus Magister Petrus Aurifabri, nunc Cancellarius Aurelianen. Rationes Regis in contrarium possunt sumi. ex. l. si locus. in. fin. quemad. seru. amit. l. item si oberatum. §. item si forte. ff. de rei ven. l. Lucius. in pri. ff. de euict. l. lege Cornelia. ff. *ad Silla.* cum similibus.

QVAESTIO CCCXXXVIII.

An habitantes * in suburbio contribuere debeant ad reparandam villam & ad soluendas vadia Capitanei. Et quid de Episcopo & de Castello villæ.

PRo Domino Reginaldo de Montoile Capitaneo de Enreux, & habitantibus dictæ villæ, fuit arrestum dictum contra Episcopum, Decanum & Capitulum de Eureux, & habitantes suburbiorũ de Eureux, quòd habitantes *suburbiorum* ad reparationem, seu reparationes fortificanis villæ, & vadia capitanei cõtribuerent, & contra Episcopũ fuit facta prouisio de 12. parte, & contra Decanum & Capitulũ de 8. parte durãte causa principali, &c.

QVAESTIO CCCXXXIX.

An in causa duelli quis possit recedere sine Curiæ licentia.

Per

PEr arrestum non valuit releuamentum duBegue, du bail pro seipso impetratum in causa duelli, inter ipsum petitorem ex parte vna pro quo eram, & dominum Guidonem de Laual, militem defensorem ex altera, attamen non fuit in defectu positus, sed quia iuerat in regnum Siciliæ pro rege Ludouico, Curia ex æquitate dedit & assignauit sibi tempus, quo compareret in Curia pro iure audiendo, super quo per modum memoriæ erant partes ante eius recessum appunctatæ: ratio æquitatis Curiæ fuit, quia regina Siciliæ & Hierusalem coram qua erat, causam continuauerat tribus vicibus, sub cuius obtentu recesserat, & quando pars domini Guidonis sciuit vltimam continuationem, appellauit ab ea, & fuit dictum per Curiam malè continuatum, & bene appellatum, & retinuit Curia causam principalem, qua erat appunctata ad ius audiendum. Et dedit terminum dicto Begue ex æquitate, sed non profecit ei releuamentum suum, quia non faciebat mentionem specialem de causa vadij.

QVAESTIO CCCXL.

Arrestum contra ducem Britaniæ pro domina de Rays.

PEr arrestum dux Britaniæ fuit condemnatus ad restituendū dominæ de Rays* terram de Rays, vnà cum locis & castris, nec nō pro quolibet anno, quo tenuit eam huict mille francz, & quod tenebitur donec restituerit eidem, necnon præstito per eam iuramento super bonis mobilibus tempore occupationis in eisdem existentibus, & eorum valore fuit condemnatus erga eandem in 60. mille francis, & expensis eiusdem. Et fuit per inquæstam per dominam factam, quia per duos defectus ceciderat dux à defensionibus suis, & fuit quia non fuit dignatus in Curia cōparere. Et etiam lucrata fuit causam, quia ab eo appellauerat, & fuit dictū bene appellatum vt malè iudicatum per decem & quòd emendaret, & fuit in emenda condēnatus, & expensis causæ appellationis, vltra hoc dictum fuit, quòd remaneret exempta à duce, durante eius vita & ducis, & quòd esset regis subdita in iustitia & ressorto.

QVAESTIO CCCXLI.

Arrestum contra dominum Petrum de Craon pro regina Siciliæ.

PEr arrestum dominus Petrus de Craon* fuit condemnatus ad commissionē feudorum, quę tenebat à regina Siciliæ & Hierusalem nomine suo, & filiorum suorum, vt ille qui feloniam commiserat contra dominum suum, & vt desloyal & traistre erga dictum dominum suum regem Siciliæ quondam maritum eius, & patrem dictorum filiorum suorum, & erga eam nomine quo suprà fuit condemnatus in centum mill. ducatorum, ac de regno bannitus, & alia bona confiscata declarata, & condemnatus in expensis, damnis & interesse, & hoc per quatuor contumacias prosequente ipsa & regio procuratore, & ad prisionem tenendam donec soluisset, sed noluerunt pati arrestum exequi cōtra ipsum & eius bona tunc existentia in S. Dionysio, rex eius auunculus & dux Aurelian. &c.

QVAESTIO CCCXLII.

Arrestum contra comitem de Vieſne, pro domina regina.

PEr arrestum dicta regina fuit tenta in possessione & saisina comitatus de Roussy nomine quo suprà, & fuit comes de Vieſne condemnatus ad fructus eidem reddendos à tempore recredentiæ quondam eidem comiti factæ in expensis, damnis & interesse, &c.

QVAESTIO CCCXLIII.

Nota contra prælatos ecclesiasticos, & eorum sententias.

VIdi in Parlamento quendam nomine Amblardum clericum non coniugatū qui procuratorem ducis Burgundiæ meuraverat existentem in saluagardia, & cum delatione armorum prosecutum nomine amicorum dicti & procuratoris regij, qui se iuuit quadam sententia facta ab officiali Claromontem, per quam dictus Amblardus, vt innocens de dicto crimine, fuerat absolutus, contra quam sententiam volens regius aduocatus pro regio procuratore multa proponere, petijt videre processum super quo fundabatur, iuxta c. quoniam contra falsam, de proba. propter quod fuit dicto Amblardo iniunctum vt processum faceret venire, & procuratori regio ostenderet, quod non fecit, sed finaliter contrarius sibi ipsi impetrauit regiā gratiam, confitendo meurtrum fecisse. Et sic nota contra prælatos processus, & purgationes facientes, qui hodie nō sunt vt prosint, sed vt præsint, & suis & sibimet ipsis cum ipsorum animarum æterna damnatione & perditione, contra l. si quenquam. C. de epis. & cle.

Rays) cuius pater ob nephanda maleficia damnatus fuit ante 1440. ann. multum de eius successione disputatum in hoc senatu, quia in armorica nō est locus cōfiscationi etiā in crimine hæresis vel læsæ maiestatis, vide Annales Alani bouchart, lib. 4. fol. 178. C. M.

Craon) proditor, esdictes Annales fol. 143. verso.

Sup. q. 319. illa, l. si quenquam, quamuis saluberrima procul à mūdo nunc exulat.

QVAESTIO CCCXLIIII.

Attende ad regaliatores iurisdictionis ecclesiasticæ, impedire volentes, ac maliciam præsupponentes.

Iudex ecclesiasticus de regalia cognoscere non potest, nec principaliter nec incidenter.

PEr arrestum Curiæ fuit pronunciatum contra Magistrum Guillelmum de Canciers, Licen. in vtroque iure, ac de cõsilio regio in Parlamento pro domino Petro adume cappellano reginæ, quòd Curia nõ obtemperaret quibusdam literis regijs à dicto Magistro Guillelmo impetratis, &c. Et fuit casus talis, quia dictus Petrus adume obtinuerat vt cappellanus reginæ, & nomine reginæ nominari per regem ad canonicatum & præbendam d' Andely Rothomagen. diœcesis, vt vacantem per mortem Ioannis Guerin, & etiam obtinuerat dictus Magister Guillelmus nominari per regem ad eosdem canonicatum & præbendam, & quanuis dictus de Canciers fuisset citatus ad requæstam dicti Adume, coram iudice à Papa delegato super iure beneficij, quòd beneficium possidebat, & fuisset tantùm processum per dictum Adume, quòd inquęstam suam fecerat nondum publicatam, & fuisset dicto de Canciers dies assignata ad dicendum & proponendum quicquid vellet, ipse de Canciers prætendens habuisse à rege de nouo collationẽ beneficij antedicti, vt in regalia vacantis, fecit inhiberi virtute quarundam literarũ ab ipso impetratarum à rege (quarum tenorem in alia papyro habeo) dicto iudici & parti, vt desisterent à processu prædicto, quia in præiudicium iuris regaliæ, cuius cognitio ad regem & eius Parlamenti Curiam spectat, non ad alium, & in casu oppositionis qui euenit, fuit parti (quia iudex non se opposuit) dies in Parlamento assignata, in quo Parlamento requisiuit dictus de Canciers, vt dictus Adume desisteret à dicto processu, secundum tenorem literarum, & quòd obtemperaretur per Curiam literis suis, & quòd diceretur oppositio partis tortionaria, quod sibi sufficiebat dici & pronunciari, pars aduersa dicebat quòd dictus de Canciers proponeret suam regaliam, in ea concludendo, & hoc ad finem, vt esset dictus de Canciers actor, & pars aduersa rea in principali, dictus de Canciers dicebat quòd non tenebatur concludere in principali vt actor, sed sufficiebat sibi quòd inhibitio facto parti aduersæ, vt desisteret à processu facta coram iudice principali diceretur valida, & eius literis obtemperaretur, & oppositio partis suæ tortionaria diceretur, & sic remaneret in suo statu, quem habebat in suo beneficio quod possibebat. Quæ fieri requirebat per sequentia:

Primò quia de regalia iudex ecclesiasticus cognoscere nõ potest principaliter, nec incidenter, quod & pars confitebatur, sic inhibitio erat valida:

Secundò nec debebat dictus de Canciers fieri actor, quia coram iudice principali erat actor pars aduersa, agat ergo nunc si velit.

Tertiò si contrarium diceretur, sequeretur absurditas, quia esset in potestate impetrantis ecclesiasticus facere regaliatorem possidentem actorem, & sic ipsum deappunctare de statu suo, quia ipsum faceret citare coram iudice suo principali, & cum ipse iudex non possit cognoscere de regalia incidẽter, nec principaliter, regaliator faceret eidem inhiberi ne cognosceret, & in casu oppositionis dies assignaretur in Parlamento, &c.

Quartò non est prodita possidentis actio, qua neget rem actoris esse. Pars aduersa in contrarium dicebat, quòd si agere nõ posset, Curia Parlamenti cognoscere, quia agendo deduxerat suum ius ecclesiasticum, super quo pronunciare non posset ipsa Curia, nec aliud medium habebat, cùm non haberet possessionem beneficij, nec per consequens possessorium. Replicabat dictus dominus de Canciers, & dicebat quòd proponeret negatoriam. Finaliter Curia Parlamenti videns cautelam dicti de Canciers, qui tacuerat suã regaliam donec audiuisset, & vidisset coram iudice principali intentionem sui aduersarij, & fuisset sibi dies assignata ad libellandum & dicendum quicquid vellet, licet ab initio potuisset impetrasse literas suas inhibitorias, aduertẽs etiam quòd si esset actor dictus Adume, Curia non poterat cognoscere de causa, quia erat impetrans spoliatus. Aduertens etiam quia non poterat astringere via directa dictum de Canciers vt esset actor, quia nolebat consentire, pronunciauit quòd non obtemperaret literis ab ipso impetratis, & sic coegit ipsum per viam obliquam, si vellet vti sua regalia, vt esset actor, quia nunquam ea vteretur via exceptionis coram iudice ecclesiastico, nec etiam ipse cognoscere posset.

Atten-

QVAESTIO CCCXLV.

Attende contra Aduocatos & procuratores veritatē non insequentes, & malè partes suas consulentes.

MAgister Ioannes Andrignel, & Magister Ioannes Papignot, fuerunt condemnati *in emenda malæ appellationis, ac in expensis Commendatoris de Capitulo ordinis Hierosolymitani, eò quia appellauerant à sententia lata per Magistros requæstarum Palatij, qui dixerant quod non obstante defectu capto per ipsos Aduocatum & Procuratorem, procederetur in causa inter Priorem de Loye petitorē in casu nouitatis eorum Magistrum, & dictum commendatorem, eò quia promiserat dictus Pappignot ꝓcuratori dicti Cōmendatoris, quod non procederet contra ipsum, nec defectū caperet in dicta causa nisi prius sibi notificaret & videret, q̄ dixerat dicto Aduocato cuius contrarium fecerat.

QVAESTIO CCCXLVI.

Arrestum contra Guillelmū Marcelli cam psorem, Parisi. pro Domin. de Riparia.

PEr arrestum fuit Guillelmus Marcelli de Parisijs condemnatus in emenda mille francorum, eò quia petebat à Domino Burello de Riparia summam mille francorum virtute cuiusdam literæ falsæ per ipsum fabricatæ sigillo dicti Domini sigillatæ. Et hoc modo, quia post mortem Adæ des Essars, qui frater erat vxoris dicti Guillelmi, ipse Guillelmus repererat quasdam antiquas literas sigillatas sigillo dicti Domini inter bona dicti Adæ, qui erat gubernator Domini antedicti, & sciderat † ipsas per marginem subtus: sic remanserat modicum de pergamento dictæ marginis vnà cum cauda sigillata sigillo dicti Domini, & in ipsa margine fecerat scribi, quòd dictus confitebatur se debere ex mutuo dicto Guillelmo mille francos. Sed hæc falsitas ꝓposita fuit per me pro parte dicti Domini, de cuius eram consilio, & ad hoc proponebam sequentia. Primo, quia apparebant tractus antiquæ literæ super illa margine descendentes facti de calamo cum incausto. Secundò, quia videbatur cum forcipibus quod illa margo fuisset scissa, non directo, sed par bendes. Quartò, quia litera erat malè scripta & hault & bas, & semper habuerat dictus Dominus bonos Notarios & bene scribentes, qui cognoscebantur non fecisse illam literam. Quinto, quia non nominabatur seigneur de la Riuiere, *nec primus Regis cāberlanus, nec miles, quod consueuerat in literis per eum factis. Sextò, erat solum data de Le an. 70. nec erat incarnationis annus domini Mil. centesimus, &c. Septimò, quia dictus Guillelmus nunquam fecerat mētionem de illo debito, nisi à quatuor annis citra. Octauò confessus fuerat aliàs dictum Dominum sibi teneri, sed interrogatus an haberet super hoc literas, dicebat quod non. Nonò, quia si verè fuisset debitum, per medium dicti Adæ si bene fecisset solui, quia erat omnino dicti Domini gubernator & administrator. Decimò, quia steterat per magnum tempus, attenta data literis ad petendum, quòd non fecisset si debitum fuisset. Et plura alia: & interrogatus ꝑ quē fecit deferri pecuniam dicto Domino, & vbi, respondit per Ioannē le Ami, in Galeria domus Domini de Clichon, & super hoc fuit dictus le Ami per Curiam interrogatus ad mei petitionem, qui fuit confessus q̄ illam summam detulerat pro Rege illo in loco, & tradiderat Domino Ioanni le Mercier pro quadam emenda quadam compositione facta per dictum Guillelm. Regi, ratione cuiusdam delicti per ipsum perpetrati, eò quia tacuerat mortem filij sui per tres dies, vt componeret cum eius successoribus & hæredibus de eius successione, fingens ipsum viuere, & ipsos sic decepit: non autem mutuauerat aliquid dicto Domino de Riparia, nec ipsi nec pro ipso fuerat pecunia tradita nec soluta. & finaliter propter has præsumptiones fuit dictus Guillelmus per Curiam secretè interrogatus, & fuit falsitatem confessus, & sic condemnatus in emenda, & in expensis dicti Domini, qui fuit ab eius petitionibus absolutus, & sibi fuit reseruatum ad faciendum prosecutionem si vellet contra dictum Guillelmum ratione huiusmodi facti.

*Faciunt ad ista. l. 1. de aduo. diuer. iudi: l. athletas. §. fi. ff. de his qui non infra.

†Sciderat) Tēpore meo contigit similis falsitas per quendā rusticum contra Do. de Vrsinis, nec fuit rusticus punitus nisi pecuniariter. sed huiusmodi deberent laqueo vitam finire. vt quidem diues mercator Io. Girad qui etiam magistratuum signa falsificabat furcis strangulatus. 14. Maij. año. 1550. C. M.

QVAESTIO CCCXLVII.

Pro Rege contra Ducem Bituricensem.

PEr Dominum Cancellarium Franciæ nominatum Dom. Arnaldum de Corbie, Domi. de Gyac, Dominū Episcopum Nouiomen. Domi. Episcopum Baiocen. duos Præsidentes in Parla. videlicet Dominum Petrum Boschet, & Magistrum Henricum de Marle, Magistrum Odardū de Molinis, & plus alios Magistros requæstarū hospitij, & de consilio Regio in Parlamento, post placitationem per me factam coram ipsis defendendo pro Rege

*Riuiere) vnꝰ è tribus selectis consiliarijs Regis Caroli. 6. à tutela & cura patruorum (magno regni damno) liberati in concessu Rhemē si anno. 1389. vt in annalibus Egidij. lib. 2. C. M.

†Reuocata) *Frequẽtes sunt huiusmodi reuocationes, vt dixi in tract. vsur. q. 58. C.M.*

contra plures querimonias pro parte Domini Ducis factas, contra Bailliuum exemptionum patriæ Pictauen. & seruientes Regios eius patriæ, fuit appunctatum quod sequitur. Primò, quòd in dicta patria essent tantum 30. seruientes Regij manentes, secundum quod vellent tam in dominio dicti Ducis, vel subiectorum ipsius, vel in tertia exempta per modum prouisionis, & absq; præiudicio alicuius partium. Secundò, quòd absque gratia defensores comparerent in iudicio tam coram Bailliuo Regio, quàm alijs iudicibus subiectis patriæ illius, tam Ducis antedicti quàm aliorum. Tertiò, quod seruiens Regius absq; informatione præcedente, ratione infractionis Saluegardiæ, posset subiectos Ducis & alios adiornare coram dicto Bailliuo, ad partis requæstam solum: dum tamen constaret seruienti, quòd requirens esset in Saluagardia Regis, publicata sufficienter in iudicio. Super primo fuit magna altercatio. Sed ratio decidendi fuit, quia patria Pictauẽ. est magna, per uia & spatiosa: & si manerent in dominio Regio esset impossibile q; sciret fore facta: quia à 40. vel à 30. leucis longe oporteret eos manere, cum alijs rationib. quas allegaui in causa Torna. pro Rege contra villam Torna. Super secundo ratio fuit, quia esset impossibile hominem ad crastinum diem adiornatum coram Bailliuo, habere posse gratiam Regiam ad defendendum per procuratorem. Super tertio fuit magna altercatio, sed ratio decidendi fuit, quia constabat requirentem esse in Saluagardia publicata, & q; casus erat talis, de quo nullus alius quàm Regius officiarius cognoscere poterat. Item quia ad requæstam Guil. ratione excessuum, corã iudice Ducis absq; informatione adiornabatur aliàs. Sic igitur similiter corã iudice Regio super infractione Saluegardiæ, qui est solum Iudex ad hoc casu requirens, est in Saluagardia Regis publicata, & constat seruienti. Nec est opus quòd fiat informatio, nisi quo ad adiunctionem procuratoris Regis, de quo non erat quæstio, quia non se partem faciebat.

QVAESTIO CCCXLVIII.

Alienatio dominij Regis reuocata.

PEr arrestum procurator Regis absolutus à petitione Comitis sancti Pauli, petentis super Thesauro Regio. 400. lib. redituales. Ratio quia fuerat alienatio facta de dominio Regio, & à tempore Regis Philippi, quæ reuocata† fuerat per generalem ordinationem factam super reuocatione talium alienationũ à tempore dicti Regis Philippi le Bel.

QVAESTIO CCCXLIX.

Qualiter intelligatur, quòd inter Dominũ & subiectum non cadit nouitas. *

**Nouitas) dixi in consuet. Parisien. §. 1. glos. 4. q. 5. C.M.*

PEr arrestum fuit dictum pro Religiosis, Abbatissa & Conuentu, contra Dominum Comitem de Alenconio, & Vicecomitem de Baumont, quòd cuiusdam causæ nouitatis captæ per dictas religiosas in Curia Parla. contra ipsum Comitem non fieret remissio coram ipso Comite vel eius Bailliuo. Ratio dubitandi, quia terræ super quibus facta fuerat prisia ex parte dictarum Religiosarum erant ipsius Comitis: in quibus terris seu bladis ipsæ dicebant se habere reditum, à solutione cuius fuerat per dictum Comitem cessatum. Econtra dicebatur illas esse in iurisdictione omnimoda dicti Comitis, & inter subiectum & Dominum, &c. Modo ratione illorum iurium quæ habebant & dicebant dictæ Religiosæ se habere super rebus in iurisdictione omnimoda dicti Comitis existentibus, videbantur esse subiectę: in contrarium allegabatur, quòd erant exemptæ omnino à dicto Comite per priuilegium suorum prædecessorum, in quæsitis & quærendis, quod Curiæ fuit ostensum. Et vltra dictum fuit quòd erant partes recipiendæ: & in factis contrarijs super principali appunctatæ fuerunt.

QVAESTIO CCCL.

Qualiter onerantur Episcopi in redditione eisdem facta suorum Clericorum.

PEr arrestum Floridus fuit condemnatus in ducentas lib. erga Regem, & erga partem in alijs quamplurimis, ratione portuum armorum, & aliàs ratione Meutri in persona Domini de Chiuers commissi: & fuit Episcopus Nouionen. reditus, quia Clericus: & fuit eidem Episcopo per idem arrestum inhibitum, ne deliberaret ipsum à prisione, donec satisfecisset de præmissis, & sub pœna & onere soluendi prædicta, si contrarium faceret: quia ad prisionem tenendam pro præmissis per Parlamentum condemnatus fuerat.

QVAESTIO CCCLI.

Quando Clerici non debeant immunitate & priuilegio Clericali gaudere.

PEr arrestum fuit dictum Floridum Robertum de Bectam, & le Baudoam, nec

non debere gaudere immunitate Eccleſiæ, in qua capti fuerant ratione Meutri per eoſdem commiſsi in perſona Domini de Chiuers, quia ſub ſpe immunitatis habendæ fecerunt illud, & quia inſidias † fecerant. Et etiam per arreſtum illud, licet eſſent dicti Robertus & le Baudoam Clerici non coniugati, & requirerent reddi ſuo diocœſano, vt tales fuerunt condemnati ad mortem, quia dictus le Baudoam fuit ſuſpenſus, & Robertus ſubmerſus: quia amiſerant priuilegium Clericale propter ſua demerita: quia Meutrarij per ſeuerantes, & vitam inhoneſtam inſequentes.

Alia arreſta lata in Parlamento cœpto in craſtino feſti beati Martini hyemalis, Anno domini. 1396.

QVAESTIO CCCLII.

Cogitur Epiſcopus abſoluere, & dehumare de Campis.

PEr arreſtum fuit condemnatus Epiſcopus Cenomanen. ad faciendum filium Ponceti dehumari, qui fuerat excommunicatus per Officialem dicti Epiſcopi in Campis humatus, necnon ad faciendum dictum Poncetum abſolui, quia pendente lite, & poſt inhibitionem Epiſcopo & eius Officiali factam, ne contra ipſum procederent in contemptum proceſſus pendentis inter Epiſcopum antedictum coram Bailliuo Cenomanen. & appellationis in Parlamento pendentis: & dictus Poncetus pater fuerat excommunicatus, & eius filius vt excommunicatus in Campis inhumatus, &c.

QVAESTIO CCCLIII.

Non eſt ſuperſedendum ab euocationibus ad Bannum, niſi pars compareat perſonaliter * allegans ſuum priuilegium.

PEr arreſtum dictum fuit Ambroſium, qui per Præpoſitum Pariſien. fuerat ad bannum vocatus, malè appellaſſe, & Præpoſitum bene proceſsiſſe, qui non ſuperſedit ab euocatione, quamuis dictus Ambroſius in S. Dionyſio carceris eſſet in Franchiſia: & Epiſcopus notificari fecerat dicto Præpoſito, quod erat Clericus ſolutus, & oſtendit literam ſuæ tonſuræ, à quo appellauerat dictus Ambroſius, eò quia dictus Præpoſitus non ſuperſederat ab euocationibus, nam debebat comparere coram ipſo Præpoſito perſonaliter, & allegare ſuum priuilegium, ppter fraudes, nec obſtabat literæ coronæ oſtenſia, quia ignorabatur an eſſet, vel etiam amiſiſſet priuilegium, nec de ſtatu eius apparebat, vel debuiſſet ſe reddidiſſe ordinario ſuo, qui ſignificaſſet Præpoſito.

QVAESTIO CCCLIIII.

Cauſa criminalis non impedit cognoſcere de appellatione.

PEr arreſtum dictum fuit, quod ſi quis appellet à captione facta per iudicem Laicum ad Parla. ratione cuiuſdam criminis, & petat Ordinarius ſuus ipſum vt Clericum ſibi reddi: & reuera ſit Clericus, quod in Curia Parla. reſpondere debet ſuper appellatione per eum facta. Nec præiudicat cauſa criminalis agitanda coram Iudice Eccleſiaſtico cauſæ ciuili, puta appellationi, quia captio à qua appellauit, & initium & introitus cauſæ: & an bene vel malè fuerit appellatum, eſt cognoſcendum: aliàs Curia ſecularis nullam haberet cognitionem ſuper talibus appellationibus, & Rex fruſtraretur huius cognitione & etiam emenda, quæ appellationem ſequi poteſt, &c.

† *Inſidias*) *Idem Nicola. Boer. citat hanc deciſionem, & plura arreſta in deciſ. Burdega. 69. nu. 16. cum ſeq. ſimile arreſtum Tholoſæ infra arreſt. Tholo. 67. C.M.*

QVAESTIO CCCLV.

Submiſsio executionis teſtamentaria, excludit ordinarium Iudicem.

PEr arreſtum remanſit Curiæ † executio teſtamenti Ioannis Clerici, conſanguinei Ioannis le Clerc notarij Regij: qui Ioannes erat Capellanus ſanctæ Capellæ, eò quia in teſtamento ſuo, iudicio Parlamenti ſubmiſit eam, quamuis eam habere vellet Theſaurarius dictę Capellę, eò quia vt Capellanus erat eorum ſubditus.

† *Curiæ*) *quam hodie remitteret ad ſeculare ordinarium. C.M.*

QVAESTIO CCCLVI.

Nota Clericum non coniugatum ad priſionem tenendam condemnari.

PEr arreſtum prima die menſis Martij anno ſupradicto latum, fuit condemnatus Ioannes Pocholle Clericus non coniugatus, ad tenendum priſionem in Curia Epiſcopi † Pariſien. qui captus fuerat Pariſijs pro emenda in qua fuerat erga Regem condemnatus, videlicet 200. lib. Turon. ratione delicti: & 60. lib. Pariſ. ratione malæ appellationis: & 100. li. Turō. ratione delicti per eum perpetrati in perſonam Radulphi Deotines, notarij Regij, tunc horribiliter per dictum Ioannem vulnerati cum delatione armorum, & infractione Saluegardiæ: & tamen erant tres anni lapſi quòd in præmiſsis erat condemnatus. Sed prætextu quòd non habebat temporalitatem, & erat Clericus non coniugatus, erat illuſorium arreſtum.

* *Perſonaliter*) *eò ea notorie obſeruatur. ſic infr. part. 7. ar. 9. C.M.*

† *Epiſcopi*) *Io. Fa. Inſt. deacti oni. §. fi. Stephan. Auffr. rep. Cl. 1. reg. 2. fallē. 29. de off. ord. Nic. Boer. deciſ. Burdeg. 349. nu. 11. C.M.*

Alia arresta lata in Parlamento cœpto in crastino festi beati Martini hyemalis, Anno domini.1397.

QVAESTIO CCCLVII.

Ecclesia non potest auctoritate propria capere bona Clerici sui.

†*Arrestum supra.q.334.*

PEr arrestum latũ in vigilia beati Thomæ Apostoli ante festũ Natalis, anno domi.1397.per Dominum Guillelmum de Senonis, inter Ducem Burgundiæ conquerentem,contra Capitulum Lingonẽ. ex eo quòd dicti de Capitulo dicebant, quòd vacante sede Episcopali ad ipsos spectabant omnia iura Episcopalia: & dicebant quod ad Episcopum, si esset, spectarent bona virorum Ecclesiasticorum decedentium sine hærede & sine executoribus: & quòd talia bona capere poterat sine inuentario,quia sua erãt:& etiam propria authoritate, & quod erant bona Ecclesiæ:dicto Duce dicente contrariũ:quia si vsus fuisset Episcopus, tamen vsus non erat receptibilis: & q, ad ipsum, qui est & erat alius iustitiarius,spectabant talia bona vt vacantia:& si ad aliquos alios spectarent, saltem debebant habere per manus dicti Ducis, qui est & erat altus iustitiarius: & super hoc erat Dux conquestus in casu nouitatis: finaliter dictum extitit die qua suprà, quod illi de Capitulo Lingon. non erãt receptibiles ad dicendum quòd possent talia bona capere propria authoritate & sine inuentario,&c.

QVAESTIO. CCCLVIII.

Vt durante possessorio in Curia temporali non possit intentari petitorium in Curia ecclesiastica in causa beneficiali.

PEr arrestum Curiæ dictum extitit tertia die Ianuarij,anno do.1397.per Dominum Guillelmum de Senonis, inter Dominum Cardinalem de Thuceyo defensorem in causa nouitatis & fratrẽ Ioannem Mercerij petitorem in eadem causa, super possessione cuiusdam Prioratus, quia dicebat dictus petitor,quòd in odiũ processus pendentis in Curia temporali dictus Dominus Cardinalis fecerat ipsum & quosdã alios citari Auenioni:ipso Cardinale dicente,quòd si hoc fecerat,hoc erat super iure beneficij, & nõ super possessorio,de quo erat quæstio in Curia tẽporali:finaliter per arrestũ fuit facta inhibitio dicto Cardinali, quòd durante dicta causa possessionis, nullo modo intentaret, nec inciperet petitorium, sed permitteret possessorium finire,vel possessioni renuntiaret si vellet,&c.

**Fisci) de his Pau.l.fi.C.de prini. fisci.. Franc. Lucas in trac.de priu.fisci.*

QVAESTIO CCCLIX.

An Marca habeat locum super corporibus & personis.

CErtis mercatoribus Parisien. qui capti fuerant per subditos Episcopi du Traict, fuit per arrestum † Curiæ Parlamenti adiudicata marca contra prædictum Episcopum & eius subditos & bona, & dicti mercatores Parisi. repererũt quosdam subditos dicti Episcopi in villa Morinensi, & eos incarcerari fecerant virtute arresti prædicti. Episcopus Morensis dictos incarceratos dimisit recedere,quod hanc causam adiornatus extitit in Curia Parlamenti ad requæstam dictorum mercatorum Parisi. vt redderet dictos incarceratos, vel summam contentam in arresto:dicto Episcopo dicente,quòd licet esset marca dictis mercatoribus adiudicata contra dictum Episcopum du Traict, & eius subditos & eorum bona:tamen non debebant corpora dictorum subditorum in carceribus detineri, viso quòd non erant illi qui dederant causam dicto Episcopo, sed alij,licet subditi du Traict.Item marca est odiosa & contra ius commune, dictis mercatoribus in contrarium dicentibus,quod marca erat eis adiudicata contra dictum Episcopum du Traict & suos subditos &ipsorum bona: & quod per hoc quod dicit suos subditos, est intelligendum de corporibus. Finaliter per arrestũ Curiæ dictum fuit vltima die Ianuarij,anno quo suprà.1397. quòd non possent corpora detineri prædicta marca,non obstante dicto arresto,& fuit dictus Episcopus Morinensis absolutus absq; expensis.

QVAESTIO CCCLX.

Priuilegia fisci *ad ipsum solum spectantia de iure ciuili.

PRimò, quia si hæreditatem vendiderit, non teneretur creditoribus hæreditarijs.Sed emptor contra ius commune l.1.&.2. C.de hære.vel ac.vendi.&.l.eum qui bona.ff.de iur.fisci.

Secundò, quia si prædium suum alteri locatum vendiderit, tenetur emptor stare locationi. l.fin.ff. de iu. fisc. contra ius commune, quid est in l. emptorem. C.de loca.& condu.

Tertiò, quia si vendat rem alienam vt suam, vel donet, statim est emptor, vel donatarius securus: nec potest prosequi per Dominum rei ipse emptor vel donatarius

tarius.l.bene à zenone.C.de quadri. præscript. & Instit.de vsu capi.§.fina.licet sit contra ius commune.l.ex empto.in prin. ff.de act. emp. &.l.fundum. C.de euict.

Quartò, quia ad fisci vtilitatem tenetur quis contra se exhibere instrumenta. l.ne quisquam.ff.de eden. &.l.2.§.diui.ff. de iu.fis.contra ius commune.l.qui accusa.C.de eden.&.l.nimis graue.C.de test.

Quintò, quia cum fisco contrahentis bona sunt tacitè hypothecata contra ius commune. l. 2. C. in quibus causis pign. tacontrahi. &. l. aufertur. §. fiscus. ff.de iure fisci.

Sextò, in functionibus publicis, quæ non præscribuntur aliquo tempore, nisi mediante titulo à fisco concesso. l. competit. C. de præscrip. 30. vel 40. an. &.l.fi. C.de fun. patrimo. lib. 11.

Septimò, quia à debitoribus fisci præstantur fisco vsuræ semisses, licet anterioribus creditoribus à quibus fiscus causam habet præstarentur minores. l. cum quidam.§.si debitores.ff.de vsuris.&.l.fiscus. cum in priuat. ff. de iur. fisci. contra ius commune scriptum. l. 1. §. de his quib. vt indig. & ibi glos. quæ dat intelligere quæ sint vsuræ fiscales.

Octauò, in crimine læsæ maiestatis, vbi bona confiscantur, Authenti. bona. C.de bonis proscripto. contra ius commune scriptum.

Nonò, quòd nemini licet vectigalia noua imponere absq; Principis licentia, sed soli Principi competit. l. non solent. de noua vecti. insti. non posse. &.l. vectigalia. ff. de publica. vecti. & con. &.c. super quibusdam.§. præterea. de verb. sig.

Decimò condere legem soli Principi competit. l. fin. C. de legib. &c.

Vndecimò, ad Principē spectant ea quę requiruntur, quæ sunt. 24. quorum vnum alium superius enarratur: primum † viæ publicæ: flumina nauigabilia, & ea ex quibus sunt nauigabilia: portus Riparia, vectigalia quæ vulgo dicuntur tholonea, mineta, mulctarum, & pœnarum compensatio: bona vacantia quæ indignis auferuntur, nisi quæ specialiter quibusdam concedūtur: bona contrahentium incæstas nuptias, condemnatorum, proscriptorū, secundum quod in nouis Constitutionib. cauetur, angariarū, complaustrorum, & nauium piscationes: potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expediendam, argentariæ, palatia in ciuitatibus consuetis, piscationum reditus, & salinarum, dimidium thesauri in loco Cæsariano inuenti, ac loco Religioso, si data opera totū ad eum pertineat, bona committentium crimen maiestatis, vt suprà, & hæc habentur in. c. vnico quæ sunt regaliæ. 10. collatione. & vide. l. 1. C. de bo. vacan. lib. 11. &c.

Duodecimò, quia sub prætextu instrumentorum de nouo repertorum subueni tur Principi contra ius commune. l. Imperatores. ff. de sen. & re iud. iuncta. l. post rem etiam. l. sub prætextu. C. de transact. &. l. sub. spec. C. de re iudi.

Decimotertiò, quia contra ius commune Princeps sententiam potest mutare ex priuilegio. l. 1. in fine. ff. de quæstio. &. l. Diui fratres. ff. de pœnis, contra ius commune. l. pœnam. C. de pœnis. l. quod iussit. &. l. cum quærebatur. ff. de sen. & re iudi.

Decimoquartò, quo ad punitionem illius, qui seruum fiscalem occultat, qui aliàs punitur quàm alter, vt. l. si quis seruum fiscalem. C. de seruis fugi. de quo not. in. l. quicunq;. eod. tit.

Decimoquintò, quia donatio facta ab Imperatore inter viuos Imperatrici, valet econtra. l. pen. C. de do. inter vir. & vxor. licet de iure commu. secus, vt per totum illum titulum. C. &. ff.

Decimosextò, quia donatio facta à Principe, & etiam facta principi, excedens quingentos aureos, valet absq; insinuatione, licet contra de iure communi. l. si quis pro redemptione. &. l. sancimus. §. exceptis. C. de dona. & Authen. item à priuatis. ibidem collocatum.

Decimoseptimò, quia in rebus donatis filiofamiliàs vel filiæfamiliàs à Principe, vel Augusta, habens eos in potestate, non habet vsumfructū, secundum q. nec in Castrensi, vel quasi Castrēsi peculio, licet de iure commu. secus, vt. l. cum multa. C. de bo. quæ liber. iuncta. l. cum oportet eod. titu. & quia per totum illum. titu. &c.

Decimooctauo, quia pœna quadrupli ci punitur, qui in fiscalibus contractibus fraudem committit. l. qui in contractibus lib. 10. facit. l. 4. §. sed & qui. &. l. sacrilegij §. fi. ff. ad leg. Iul. pecu. &c.

Decimononò, quia si fiscus habeat minimam portionem alicuius rei, & alter maiorem, si fisco placuerit vel eius, pcuratori, tota distrahetur, etiam inuito altero maiorem portionem habente, & habebit

† *Primum*) *sed extrauagans est Federici Æno-barbi, quæ non habuit locum in Francia, nisi per adiuentationes eorum quibus quæstui est resp. quæ tandem pessimè cedunt. Carol. enim 5. gabellam salis muexit, sed mox ingentes pecuniæ inde corrasæ malè perierunt, nec Regi nec Reip. vsui fuerunt. adde. sup. eo. q. 97. C.M.*

quilibet partis suæ partem vel pretium. l. vnica. C. de vendi. rerum fisca. commu. cum priuat. lib. 10. &. l. multum interest. C. de commu. re. alie. &c.

Vigesimò, quia si pecuniam fiscalē receperit mutuo, absq; fisci authoritate ab exactoribus tabularum officijsué rationū ad quadrupli pœnam tenetur, & si sit aurum, perpetuò deportabitur bonis confiscatis fisco. & ille qui tradit mutuo, capitali sententia subiungetur. l. 1. &. 2. C. de his qui ex public. ratio. mu. pecu. acce. lib. 10. vide. l. si quis per vnam mutationem. C. de cursu. pu. lib. 12.

†*Sumptus) nec etiam ei soluuntur. C. M.*

Vigesimoprimò, quia iudicatum contra fiscum infra triennium retractari potest, vt. C. de sent. aduer. fisc. la. retra. li. 10.

Vigesimosecundò, quia in fauorem fisci receditur à venditione vel locatione facta prædiorum fisci, si alius plus offerre voluerit. l. Lucius. §. fi. ff. ad muni. &. l. 1. & 2. de venden. rebus ciuitatis. lib. 11.

**Rex) sed Papa pro Regibus habet omnes de facto latè principantes vt vel comitem Burgundiæ. C. M.*

Vigesimotertiò, quia filij primipilario rum tenentur ratione debiti huius officij per parentes contracti, licet hæredes non sint, vt. l. fin. C. de primipilo. lib. 12.

Vigesimoquartò, quia dos mulieris obnoxia est, & tacitè obligata principi propter debita in primipilari officio à viro contracta. l. satis notum. C. in quib. cau. pig. vel. hypo. ca. contraha.

Vigesimoquintò, quia debitor retineri potest pro debito fiscali. l. 2. C. de numer. actua. & adiuto. seu scriniarijs, &c. lib. 12. in tex. ibi, ad solutionem esse retinendos, &c. l. 2. C. de exacta. tributo. lib. 10. & ibi nota super verbo, custodia. facit. l. sacrilegij. §. fi. ff. ad leg. Iul. pecul.

†*Debitores fisci & tributorum publicorum non gaudent immunitate.*

Vigesimosextò, quia immunitate non gaudent debitores† fisci, & publicorū tributorum, vt in Auth. de man. princ. §. publicorum vero. col. 3.

Vigesimoseptimò, quia nullus alicui potest concedere gardiatorem, nisi ipse l. fin. C. de eroga. mili. anno. lib. 12.

Vigesimooctauò, quia nullus concedere potest publicos cursus, nisi ipse. l. fi. C. de cursu. pu. li. 12.

Vigesimononò, quia solutus est legibus, licet secundum leges viuere velit. l. digna vox. C. de legi. &. l. princeps. ff. eo. titu. &c.

Tricesimò, quia soli principi competit sociare in numero peditum vel equitum, vel in quolibet milite, & alteri non, sine probatoria principis. l. neminem. C. de reb. milit. lib. 12. idem singulariter de quolibet alio officio. l. nullum. C. de cohorta. eod. lib. &. l. in his. &. l. probatorias C. de diuersis officijs. eod. lib. 12.

Tricesimoprimò, quia sententia contra fiscum lata absente fisci patrono, nulla est. l. si fiscus alicui. &. l. 3. §. diuus. ff. de iure fisci. secus regulariter. l. velamento. C. de postu.

Tricesimosecundò, quia nunquam fiscus soluit in suis processibus aliquos sumptus † & per consuetudinem, quamuis succumbat.

Priuilegia Regis & eius filiorum de iure Canonico & diuino.

PRimò, quia aliquis, nisi Rex* vel Regina, conseruatorem habere non potest illum qui sub sua iurisdictione degit. cap. fina. versi. nec aliquis. de offic. iud. delegat. lib. 6. Secundò, in baptizari faciendo filios & filias extra Ecclesiam, quod est contra ius commune: vt cap. vnico, de baptism. & eius effect. in Cle. Tertiò, in prærogatiua quam habent filij Regum contra extrauagantem execrabilis. Ioannis ibi carnalis &c. circa principium eius. Quartò, quia eorū filij tributum, vel censum non debent. Matthæi. 17. c. &c.

QVAESTIO CCCLXI.

Iura Regia consuetudinaria.

PRimò, quia in crimine maiestatis in primo capite sunt bona Principi per confiscationem quæsita, licet sit in alterius alta iustitia, & non alto iustitiario.

Secundò, vt dicunt aliqui, idem cum primo, de bonis illius qui falsam monetam faciebat.

Tertiò, idem de bonis illius qui falsauit magnum sigillum Regium, vel literas aliquas vt Regias signauit, adulterino sigillo vt Regio sigillauit, vt fuit dictum per arrestum tempore Domini Petri de Ordeomonte, Cancellarij Franciæ: ac tempore Domini Petri de Gyaco, Cancellarij Franciæ: nec non tempore Domini Arnauldi de Corbia, Cancellarij Franciæ, contra quosdam Niuernenses, vt contra Ioannem de Germini. Et in illis casibus confiscantur ad vtilitatem Cancellarij Franciæ ad causam sui officij, quæ nunquam fuerunt visa ante tempus dicti quondam Cancellarij Domini Petri de Ordeomonte, imo omnes contrarium tenerent, vel quasi, nisi fuissent illa arresta, virtute & à tempore quorum ita fuit

vsum

vsum cùm casus emerserunt. Et rationes confiscationum factarum Regi & Cancellario per medium eius, videntur hæ.

Primò, quia Cancellarius habet diligentiam, curam sollicitudinem custodiendi sigillum: necnon in sigillandis literis, videlicet an rationabiles sint ad sigillandũ necne, & posset sequi inconueniens maximum, si tales malefactores contra sigillum ac Cancellariæ officium non bene punirentur. Et ob hoc vult Authen. vt diuinæ iussiones, &c. colla. 8. quòd * diuinæ iussiones habeant subscriptionem glorio sissimi quæstoris, id est Cancellarij: vt habetur in l. fina. C. de diuer. rescrip. in glo. super ver. quæst.

Secundò, quia habet cognitionem, correctionem & punitionem solus & insolidum de omnibus fraudibus & falsitatibus commissis, priuilegijs & literis Regijs, quę transeunt & transire debent per Cancellariam, & statim quo recipitur per suspicionem', vel aliàs remitti ad eum, hoc innuit litera in dicta Authen. vt diuinæ iussio. &c. in fine collatione 8.

Tertiò dictus Cancellarius est pars corporis Domini Regis, imò ipsius personam repræsentat: ex quo sequitur quòd delinquentes cõtra Cancellarium delinquunt seu delinquere censentur contra Regem, cùm literæ Cancellariæ loquãtur nomine Regio, imò quod plus est, Rex loquitur, & quodam modo commmittunt crimen maiestatis: cuius cognitio competit Regi, ac cõfiscatio bonorum committentis illud crimen etiam in alterius alta iustitia situatorum, tam de consuetudine regni Franciæ, quàm de iure eriam in feudalibus, quæ ad dominum feudi non reuertentur, hoc not. in Spec. tit. de feudis. §. quoniam super. & hoc in c. in quibusdam, de pœnis. & ibi Henri. ad hoc facit. l. non contrahit. l. qui statuas. & l. famosi. in fin. ff. ad leg. Iul. maie. nam Rex superior est: à quo omnia processerunt, & per consequens ad eum omnia de facili reuertuntur, prout notat plenè. §. superius alleg. & Hen. c. vergentis de hæret. & per hoc medium ad Cancellarium, vt suæ iniuriæ habeat propriam vindictam: iuxta titulum quę sit pri. cau. bene. amit. §. deniq;. colla. 10. Nam hoc periculum, & hæc iniuria redundat nedum in Regem, sed etiam in Cancellarium, qui habet solatium confiscationis bonorum, &c.

QVAESTIO CCCLXII.

Quòd Curia ecclesiastica per temporalem cogitur reddere male exacta.

NOta quòd Archidiaconus Parisien. per captionem suæ temporalitatis fuit coactus ad reddendum Mathieto de Benno Palpiro, centum & quinquaginta francos, quos exegerat tortionaliter, & per compositionem à dicto Mahieto, & fuit condemnatus ad hoc per arrestum Curiæ Parlamenti, nam ipsi imposuerat quòd iacuerat cum alia muliere quàm vxore sua, & ob hanc causam tenuerat ipsum in prisione donec soluisset summam antedictam.

** Diuinæ iussiones habeant subscriptionem glorioſissimi quæstoris.*

QVAESTIO CCCLXIII.

An Prælatus possit Laicum capere virtute iurisdictionis suæ Ecclesiasticæ.

IN Parlamento cœpto in crastino festi sancti Martini hyemalis, Anno do. 1395. fuit ad requæstam Ducis Burgundiæ & cuiusdã alterius Archiepiscopus Remensis in Curia Parlamenti adiornatus in causa nouitatis, ex parte Ducis & dicti alterius ex causa extortionum in præiudicium iurisdictionis temporalis eidem alteri factarum. Et dicebant Dux & Regius procurator, quòd Archiepiscopus non erat admittendus ad proponendum possessionem, quòd Laicum capere posset, per rationes sequentes.

† Supr. eodem q. 270.

Primò, quia duo sunt genera hominũ Clericorum & Laicorum, Laici subditi iurisdictioni temporali: Clerici ecclesiasticæ.

Secundò, nil habent facti Episcopi vel Iudices Ecclesiastici, sed solum verba, per c. cum non ab homine. de iudi. & capere facti est, ergo &c. ad hoc 23. q. 5. ca. principes.

Tertiò, quia nec possent cognoscere de causa arreragiorum reditus, multominus nec capere, quod est plus.

Quartò, hoc esset in præiudicium iurisdictionis Regiæ, quia si Laici à captione appellarent, vellent Prælati prętendere appellationem ire ad Curiam Romanam: si Rex amitteret iurisdictionem subditi sui.

Quintò, quòd Laici sint subditi iurisdictioni temporali, nulla obstante consuetudine, apparet. c. vnico. de biga. li. 6. in textu ibi, coertioni, &c. & ibi videtur glo. ord. super ver. non obstante.

Sextò, quia Clerici coniugati habitũ & tonsu-

tonſuram deferentes, ſunt ſubditi præterquam in duobus caſibus iurisdictioni ſeculari, & tollitur conſuetudo, vt ibi notat Ioan. Andr. & Archi. licet contra Io. Mo. Et requirebant procurator Regius & Dux reſtabilimentum fieri Laici capti per priuilegium nouitatis.

Item & videre volebat procurator Regius proceſſum factum per officialem Archiepiſcopi contra Laicum, eò quia prætendebat Archiepiſcopus, quòd habebat cognitionem cuiuſdam cauſæ contra dictum Laicum, & ſic captionē ipſius: quare volebat videre procurator Regius, an proceſſerat Archiepiſcopus cōtra ipſum ex cauſa cuius cognitio ad eum ſpectaret, cum diceret Archiepiſcopus ſe eſſe in poſſeſſione capiendi Laicos virtute iurisdictionis eccleſiaſticæ in caſibus quorum cognitio cōtra laicos ad ipſum ſpectabat. Archiepiſcopus dicebat laicum captū fuiſſe in ſua iurisdictione temporali virtute ſuæ iurisdictionis eccleſiaſticæ, & eſſe in poſſeſſione capiendi laicos, vt ſup. & eſſe de iure fundatū, necnon de cōſuetudine. Primò de iure ciuili: quia cum cōmittitur iurisdictio, & ea ſine quibus, vt captio. Secundò, de iure Canonico. c. cum Epiſcopus. de offi. ordi. lib. 6. c. nouimus. de verbo. ſignifica. c. Clericos, de ſent. excom. lib. 6. c. vniuerſitatis. c. mulieres. &. c. vt famæ. §. Laici & ibi. per Henri. de ſenten. excom. in antiquis.

Tertiò, quod Eccleſia habeat in laicos iurisdictionem, patet ca. innotuit. de arbitris. ca. nouit. de iudi. c. verum. c. ex tranſmiſſa. c. ſi Clericus. de fo. compe. & vide de hoc. per Hen. in. c. ſi diligenti. eo. titu. in 2. diſt. & d. c. ex tranſmiſſa. & per hoc. c. licet. &. c. ex tenore eod. titu.

Item capax eſt Eccleſia, quia nec contra ius diuinum naturale, nec inductum peccati mortalis, nec contra bonos mores, ad hoc dictum. c. ſi Clericus. in. fi. de fo. compe. & no. c. ſi duobus. de ap. &. c. Romana. §. debet. eo. titu. de ap. lib. 6. nec obſtant contraria, quia licet ſint duo genera hominum, non obſtat hoc in caſibus quorum ad Eccleſiam ſpectat cognitio, quin Eccleſia habeat Laicorum captionem, nec eſt in iurisdictionis Regiæ præiudicium: quia eſt in caſibus quorum cognitio ſpectat ad Eccleſiam, nec obſtat. c. cum non ab homine, quia ſolue vt ſupra feci in cauſa, quam contra Epiſcopum Pariſien. placitaui, nec obſtat de cauſa arreragiorum, quia illa eſt vſurpatio, & cenſetur realis cognitio propter medium concludendi. l. non debet in fin. ff. de dolo. nec debet fieri reſtabilimentum, quia Laicus non eſt requirendus, nec proceſſus videri debet: quia declaratur cauſa quæ de ſui natura ſpectat ad Eccleſiam, & eſſet valde durum ſic Eccleſiam aſtringere ad oſtendendum ſuum proceſſum, & nimis graue eſt, &c. l. nimis. C. de teſti. Finaliter dictum fuit per arreſtum, quòd ſuper loco in relatione declarato fieret reſtabilimentum realiter & de facto. Et quòd proceſſus oſtenderetur procuratori Regio.

+ *Bigamus) cū vidua, & copula ſecuta, & ſic bigamia interpretatiua in primo caſu, quæ omne priuilegium clericale tollit. c. quiſquis. 84. di. deciſ. Tholo. q. 225. C. M.*

QVAESTIO CCCLXIIII.

An homicida vitians vxorem occiſi, amittat priuilegium Clericale?

ACcidit caſus menſe Decembris, Anno Domini Milleſimo 395. quod quidam nomine Laquetus fuit captus & requiſitus ab Epiſcopo Pariſien. & erat in habitu & tonſura Clericalibus, & eò quia murtrauerat quendam bonum hominem nuncupatum Simonem, cuius vxorem cognouerat ante factum & poſt factum, non tamen ante factum dederat fidem de capiendo eam in vxorem, nec de facto cœpit, poſt tamen murtrum dedit ei fidem de ea capienda, & econtra, & poſtea cognouit, ſic matrimonium præſumptum, iuxta. c. is qui fidem deſponſa. Quærebatur an gaudere deberet priuilegio Clericali: & reddendus eſſet Officiali Pariſien. Eccleſiæ eum requirenti: quidam dicebant quòd ſic, quia machinauerat in mortem viri, & quia cognouerat eius vxorem ante factum ſic matrimonium ſubſequens factum nullum, ſic non bigamus, ergo, &c. debet gaudere Clericali priuilegio. Alij contrarium, quia in matrimonijs illicitis contrahendis, non iuris effectus, ſed animi deſtinatio & affectus intentionis opere ſubſecuto inſpicitur: vt. c. nuper. de bigamis. Ego dicebam quòd non obſtabat contra eum dictum. c. nuper, quia ibi loquitur quo ad ordinum promotionem, non quo ad priuilegij Clericalis priuationem, quod eſt multum ponderandum & periculoſum. Item ex aduerſo dicebam, quòd fuerat verum matrimonium, & ſic bigamus, † ſic Officiali nō reddendus, quia licet fuerat machinatio,

non

non tamen animo & spe contrahẽdi cum vxore murtrati, sic partes confessæ fuerunt quòd ante murtrum non habebant intentionem, nec habuerunt loquelam de capiendo vnus alium, & sic machinatio non impediebat matrimonium iuxta c. 1. de con. infidel. & nota. per Hen. in c. fi. de eo qui duxit in matr. quam poll. per adult. Item dicebant quòd licet cognouissent se ad inuicem, non tamen contraxerant de facto matrimonium, nec fidem dederant da contrahendo, & sic per hoc non erat impedimentum in dicto matrimonio post factũ murtrum contracto, c. 1. c. super hoc c. significauit, & d. c. fi. de eo qui duxit in mat. quam poll. per adult. Finaliter suspensus fuit per collum, & se desistit officialis à requisitione sua. De hac materia videatur in c. vnico de biga. lib. 6. per Archi. & Io. And. per Hen. vbi suprà in d. ca. nuper, & ibi. bona nota. videtur suspẽdẽdus, licet nullũ fuisset matrimonium quæ per Hen. recitatur in d. ca. nuper, & vide de hoc c. 2. de bigamis.

QVAESTIO CCCLXV.

In castelleto consuetudines notoriæ.*

NOn tradens suas scripturas siue per modum factorum, siue per modum memoriæ sint tradendę siue sit denfensor siue petitor, ad diem sibi super hoc assignatam, amittit causam suam. Item faciens defectum ad diem ad quam habebat dilationem pro garendo adducendo vel defendendo, siue sit petitor siue defensor, amittit causam suam, &c.

QVESTIO CCLXVI.

Consuetudines in Picardia* super succedendo.

IN directa successione masculus antiquior vel solus masculus respectu sororum est hæres vniuersalis, alij habent quintam partem hæreditatis prouisione, inter fœmellas non est antiquitas, potior in linea directa, in linea transuersali, in gradu æquali, antiquior inter masculos, & antiquior fœmella inter fœmellas est hæres principalis, vt suprà per hoc arrestũ de Picquegny, vbi quælibet duarum sororum dicebat se antiquiorem, ad finem habendi successionem.

QVAESTIO CCCLXVII.

An tenebit prisionem cedens bonis.

PRo emenda debita, eò quia malè appellauit prisionarius, cedendo bonis erit extra prisionem, licet secus* si pro delicto mero esset debita, ad hoc arrestum de Hereueu, le coq, contra quendam scutiferum.

QVAESTIO CCCLXVIII.

Etiam episcopus non litigat per procuratorem absque gratia.

EPiscopi de Cleremont procurator in Parlamento ob defectum gratiæ fuit declaratus per arrestum non bene fundatus.

QVAESTIO CCCLXIX.

Sufficit aduocato affirmare literas tradidisse vel reddidisse absque alia probatione.

PEr arrestum fuit dictum pro Magristro Clemente Petro de Reliac, aduocato Parlamenti contra priorem nostrę dominæ de Campis, quod aliàs non tenebatur docere de redditione cuiusdam literæ quã per affirmationem, quam fecerat reddi-tione facta dictæ literæ ipsi procuratori, licet confiteretur habuisse dictam literam, nam omnes essent aduocati astricti aliàs &c.

QVAESTIO CCCLXX.

Litera obligatoria prioris & conuentus est executoria post mortem prioris.

LItera obligatoria prioris & conuentus facta eorum sigillis sigillata post mortem prioris sigillis recognitis est executoria super bonis conuentus & prioris post mortem prioris.* Sic fuit dictum contra priorem sancti Martini de Campis.

*Notoriæ) sed obsoletæ.

*Picardia) quæ adhuc hodie seruantur. C.M.

*Secus.) ad hoc quæ scripsi ad edictum Hen. 2. contra barnas dat. as. §. 13. q. vlt. & in consuet. Parisien. §. 162. C.M.

QVAESTIO CCCLXXI.

Quod captus Parisius debet reddi episcopo Parienſi.

DIe 26. Februarij anno domini 1367. fuit per arrestum dictum pro episcopo Parisiensi contra archiepiscopum Rothomagen, quòd episcopo Parisiensi redderetur Robertus ferè Rothõagen. diœcesis dicti archiepiscopi subditus & non dicto archiepiscopo requirenti, eò quia Parisius fuerat captus, & non in diœcesi dicti archiepiscopi, licet dictus archiepiscopus allegaret quòd fecerat ipsum citari ad comparendum personaliter coram ipso, & quod erat in processu antè.

*Prioris,) quia est nomen dignitatis, quæ non moritur. dixi in consuet. Parisien. §. 171. C.M.

QVAESTIO CCCLXXII.

Pour le roy pour congnoistre des subiectz d'authruy.

PAr vsage & coustume du baillage d'Amiens cas de preuention, le Roy a la cognoissance des subiectz de monseigneur d'Artoys, & d'autres en conuenances faictes pour cause du mariage, d'obligatiõ ou con-

ou contractz de lettres, soyent authentiques on autres, ou en deniers en cas de louage, de mesugare, comme de grain decheupar les fermiers, uoire en cas de teneure de faict, san en faire renuoy.

QVAESTIO CCCLXXIII.

Casus vbi rex habet cognitionem in casu præuentionis,

ITem par la court fut dict que pendant la quæstion si renuoy se deuoit faire ou non par le baillif d' Amiens, que le baillif congnoistroit du principal par main souueraine, sans preiudice de la cause d'appel, que fair auoir monseigneur de Bourgongne, de ce que renuoy ne luy auoit esté faict de Iean de bauly, le pere & le filz, qui adiornez auoient esté deuant le baillif de Amiens, a la requeste de Colart change, pour cause des promesses faictes en mariage, sans preiudice de l'appell, &c.

QVAESTIO CCCLXXIIII.

Quando minor à primo genito feudum tenere debet.

IN Campania minor tenebit in feudum si velit, aliâs non si nolit, feudum paternum vel maternum. quod sibi in partionem traditur à primogenito suo, quod est verum si portiunculam saltem illius feudi retineat primogenitus, vt quod tradit ab illa portiuncula tanquam à dominio moueatur, aliàs non, quia facere non possent quòd ab illo* feudo separato teneretur.

*Illo.) scilicet primogenito tã quam ab alio feudo. C. M.

QVAESTIO CCCLXXV.

Non est quis exaudiendus contra suum fundatorem vltra priuilegia sibi concessa.

COmmunitas sancti Quintini non fuit recepta contra regium procuratorem ad ponendum vltra sua priuilegia regia, per quæ prætendebãt iurisdictionem, &c. quia fundator eorum est, sed aliqui dicunt quòd non iuuabant possessionem & saisinam à tanto tempore, &c. nec consuetudine, sed solum suis priuilegijs, alij contradicunt.

QVAESTIO CCCLXXVI.

Appellans dicere tenetur, & declarare diem suæ appellationis.

FVit lata sententa contra Audouyn chaueron: scilicet malè appella. eò quia non declarauit diem suæ appella. Item fuit dictum eadem ratione inter comitem de Marchia, & comitem de Alenconio.

*In Normania sufficit muniri manum de hæreditagijs, in Francia de mobilibus.

*Nisi.) Et male, vt dixi supra. q. 18. C. M.

*Coronam.) i. tonsurã clericalem, etiam sine licentia regis mediati domini, sed si rex esset dominus immediatus ab eo manumitti deberet, vt suprà q. 164. C. M.

*Non) fuit Idẽ supra q. 284. 312. C. M.

QVAESTIO CCCLXXVII.

De beneficio quod per medium procuratoris Regij aliquis non faciens se partem, consequitur emendas honorabiles & proficuas.

SIc fuit dictum contra armigerum comitis de magno Prato, qui quendam existentem in saluagardia Regia verberauerat, qui se partem contra ipsum non faciebat, sed ipsum prosequebatur procurator regius.

QVAESTIO CCCLXXVIII.

Sufficit manum munire de hæreditagijs.

PEtrus de Hostor de Normania, fuit receptus ad munitionem faciendam de nuda proprietate hæreditagiorum suorum in Normania situatorum, vt oppositiones in quibus alter habebat vsum fructum, & fuit propter consuetudinem Normaniæ, quæ est quòd sufficit munire de hæreditagijs, licet in Francia de mobilibus.

QVAESTIO CCCLXXIX.

Magistri requæstarum palatij non obediunt literis status, nisi specialiter ipsis dirigantur.

NOn obediunt Magistri requæstarum palatij literis status, nisi* specialiter ipsis dirigantur, secundum quod nec Parla. sic fuit hac ratione per eos dictum pro Aegidio de ducy, contra quendam hæredem du princi d'amours.

QVAESTIO CCCLXXX.

Dominus potest manumittere seruum quem habet ratione temporalitatis à rege mouentis.

IN Campania si aliquis seruus alicuius ratione feudi quod tenetur à rege manumittatur per dominum suum capere coronam* potest, & ipso mortuo rex etiam si fuisset seruus ecclesiæ cadentis in regalia nullum ius habet, nec potest in eo prætendere, & si in seruitutem retruderetur non factus clericus efficererur regis burgensis, non seruus antiquioris domini.

QVAESTIO CCCLXXXI.

Qui potest dicere gratiam subreptitiam.

ITem non fuit* receptus in Parlamento Magister Ludouicus Blanchel, aliàs valet, dominus de la Queue en Brye, ad proponendum gratiam regiam, subreptitiam contra quendam malefactorem prætendens interesse, quòd sua hæreditagia habebat in

bat in alta iustitia dicti Magistri Ludouici, cum nulla esset alia pars prætendens dictam gratiam subreptitiam: cùm non procedere videatur nisi ex radice cupiditatis, non iustitię amore. Item fuit dictum contra Dominam Duchisam Aurelian.

QVAESTIO CCCLXXXII.

Quando pecunia alicuius sit regi quæsita.

FVit dictum per arrestum pro Domino Ioanne le Mercier, contra dominum digne, quod quædam pecunia quam habebat † pro redemptione cuiusdam Anglici in deposito, per idem digne ad vtilitatem cuiusdam, qui cœperat illum Anglicum, erat Regi applicata. Et quod post dictam redemptionem & pecuniæ depositionē ille, qui ceperat illum Anglicum, & ad cuius vtilitatem erat illa pecunia deposita, deuenerat Nauairicus & regni Franciæ inimicus. Et dicta pecunia, quæ sua vel quasi erat, reperiebatur in regno Franciæ.

QVAESTIO CCCLXXXIII.

Nec Ecclesia de actione reali cognoscat.

CApitulum de sainct Maxent fuit condemnatum in ducentis libris, eò quia cognouerat virtute iurisdictionis spiritualis de actione reali per arrestum.

QVAESTIO CCCLXXXIIII.

Qui habent prisias piscium de mari Parisios venientium.

PRimò Dominus de Mont en chairs. Secundò Dominus de Montmorency. Tertiò Religiosi sanctæ Genouesæ. Quartò domini de hospitio Dei Parisius. Quintò Episcopus Parisien. Sextò sex pares de Chaumont. Septimò Dominus de Clerefontaine.

QVAESTIO CCCLXXXV.

Quando accordum sit passandum.

ITem pro paruis de sainct Flour fuit dictum contra magnos, & etiam pro Abbate de Tornus, cōtra Conuentum, quòd tenendum erat accordum, pro quo faciendo ante ipsum factum erat data licentia Curiæ partibus: licet non esset postea in Curia passatum: ratio quia licentia procedebat, nec erat reportandū Curiæ, &c.

QVAESTIO CCCLXXXVI.

An ab Officiali sit appellandum ad Parlamentum?

FVit ante longum tempus dictum per arrestum Dominum Ioannem la Pastole, non esse vt appellantem recipiendum ab Officiali Curiæ Ecclesiasticæ Lingonen. ad Parlamentum: quia Curia Ecclesiastica nō resortitur ad temporalem. Item fuit idem pariter dictum contra Dominum Guillelmum Creuil, qui ab officiali Curiæ Ecclesiasticæ Capituli Lingonen. appellauerat ad Parlamentum. Item pariter fuit idem dictum in effectu contra Præpositum regalem de Angy pro Episcopo Beluacen. qui Præpositus appellauerat ab Officiali Beluacen. ad Parlamentum tamen non fuit idem: quia per Parlamenti Curiam fuit dicta appellatio annullata * absque emenda. Et fuit dictus Præpositus remissus ad Curiam Ecclesiasticam Beluacen. Sed fortè ratio fuit, quia officiarius regius.

QVAESTIO CCCLXXXVII.

An habens rem cum Iudæa comburi debeat.

PEtrus, aliàs Ioannes Hardy, fuit combustus per Bailliuum Episcopi Parisien. eò quia rem habuerat cum quadā Iudæa: & tamen Gauffridus Boussart non fuit combustus, quamuis habuisset rem cum Iudæa, sed fuit propter furtum suum suspensus. Et fuit ratio in primo, vt dicunt quidam, quia in primo casu dictus Hardy habuit ex Iudæa libros, qui Iudæi remanserunt: in secundo casu non, sed hoc procedere non credo, tum quia habere rem cum Iudæa à Christiano, est rem habere cum cane, iuris interpretatione: sic comburi † debet. Tum etiam quia oportet esse regulam vniformem in hac materia. Nec est distinguendum an pueri nascantur ex coitu tali necne, sed an Christianus habeat rem cum Iudæa, quæ canis reputatur, & ꝓpter commixtionem naturæ, & quia potest ex coitu tali concipi & generari qui Christianus non fiet: quamuis videatur quòd procedat, quia rem habere cum Iudæa est habere cum muliere à Deo creata, non animabi bruto. Secundò, quia de iure punitur qui cum Iudæa contrahit matrimonium, iuxta. l. ne quis Christianam. C. de Iudæis, non autem dicitur ibi puniatur, si non contrahat, quia in casu primo est abuti bono spirituali, puta matrimonio, non in secundo casu. Sed videtur contrarium, per dictam l. ne quis, quia ibi non fuit ratio decidendi contractus matrimonij, sed coitus, &c.

QVAESTIO CCCLXXXIX.

An in Curia laicali sit cognoscendum de re spirituali per viam simplicis saisinæ?

FVit aliàs per arrestum receptus quidam Carmelita ad proponendum saisinam in Parla. in simplici querela ratione

† Habebat) dictus Mercier depositarius C. M

** Añullata) grauiter errabant nouelli quidam pragmatici qui curiæ Burdegalensis arrestum irridebant quo appellationem tanquam ab abusu à quodam officiali ecclesiastico annullauerat, quos reprehendi, quia Curia est iudex & iustitiæ & meriti omnis appellationis se interpositæ etiam in casu in quo non esset iudex actus à quo appellatur. C. M.*

† Comburi) fatuum & præposterum argumētum, imò magis peccat abutens Christiana quā Iudæa, & contra hunc tenēt Oldra. q. vlt. phi. deci. c. constitutus, de appel. Nicol. Boe. decisi. Burdegal. 316. num. 5. Fa. l. huæ aduiterium. c. l. tul. de edul. C. M.

lecturæ, seu magistratus in Theologia, quæ est res spiritualis. Et quidam alius fuit receptus ad proponendum simplicem saisinam ratione fructuum sui beneficij in Ecclesia de sainct Quetin en Beauuoisin, quamuis sint res spirituales: ratio decidendi fuit, quia possessio spiritualis merè est quid facti, iuxta not. per Innocē. in c. cum dilectus, de elec. & per Archid. in c. frequens. de resti. spol. lib. 6. & per alios docto. in c. fi. de fo. compe. quare, &c.

QVAESTIO CCCXC.

An Clericus possit conuenire laicum coram conseruatore priuilegiorum pro debito ciuili.

ANno domini 1414. datum fuit arrestum pro Florentino Dauec contra quendam Papietarium Vniuersitatis Parisien. Per quod fuit † dictum ipsum Papietarium, nec cæteros priuilegijs prædictæ Vniuersitatis gaudentes, minimè laicum coram conseruatore antedictorum priuilegiorum posse conuenire, nec per viam monitionis procedere: nisi sit fama prius super bonis mobilibus & immobilibus coram Præposito Parisien. legitima discussio.

Hic in prioribus impressionibus finiebant Quæstiones & decisiones Curiæ supremæ Parlamenti, scilicet Parisiensis, collectæ per Ioan. Gallum. Sed quia inter arresta & decisiones eiusdem Curiæ, quæ perperam hactenus erant excussæ inter arresta Parlamenti Tholosani, quatuor arresta inueni quę sunt eius temporis quo præfatus Ioannes Gallus in eadem Curia aduocatus fuit, & scripsit, ideo quatuor illa hic eadem numero continuato subiunxi. C. M.

QVAESTIO CCCXCI.

IN Parlamento incœpto in crastinum beati Martini, anno 1393. fuit damnata litera status per Boucicault Mareschaldū Franciæ concessa, quia non spectabat ad aliquem nisi ad Regem, * & inhibitum sibi vt decætero non concederet.

QVAESTIO CCCXCII.

ITem nota quòd quando grauamen infertur in patria consuetudinaria per commissionem patriæ iuris scripti, executor est ordinandus & pars intimanda: ita dictum fuit per arrestum.

QVAESTIO CCCXCIII.

ITem anno Domini 1397. dictum fuit pro quadam muliere † nomine Martha, quòd corpora non possent detineri pro debito ciuili.

QVAESTIO CCCXCIIII.

ITem anno domini 1316. die vndecima Septembris, quia officialis Auxitanus propter violentam manus iniectionem in personam Rectoris Ecclesiastici de bello Marthesio, cessum * vim interdicti importantem apposuerat, & plures pecuniarum summas à consulibus dicti loci pro suspensione dicti cessus extorserat. Et quia iudicem riparię moueri fecerat sine clausula † nisi causam de restituendo sibi quendam Dominicum de Fabro prætensum Clericum solutum: & deinde excommunicauerat & cessum similiter apposuerat in loco & pluribus alijs, dictus Officialis iurisdictionem Regiam vsurpare & impedire satagebat, locumtenens Seneschali Tholo. Officiali & Procuratori Archiepiscopi Auxitani, quod ad certum diem super præmissis defensuri venirent, & interea dictum cessum amouerent, & dictos excommunicatos absolui facerent iniunxisset. Qua die aduenient̄e cùm non comparuissent & ob hoc virtute contumaciæ, & certarum informationum super hoc factarum, dictus Seneschalus temporalitatem dicti Archiepiscopi ad manum Regiam capi & apponi mandasset, fuissetque per dictum Archiepiscopum & eius Officialem à dicto mandato & eius executione ad Curiam appellatum, vnde tandem partibus auditis, per arrestum Curiæ dictum fuit Seneschalum ad bonam & iustam causam temporalitatem dicti Archiepiscopi ad manum Regis capi & detineri mandasse, & executorem bene * executasse, & dictum Archiepiscopum & Officialem malè appellasse, remisitque, &c.

Finiunt Quæstiones & Decisiones Curiæ Parlamenti Parisiensis, quas Dominus Ioannes Galli in eadem Curia insignis aduocatus, deinde fisci *Regij* patronus, qui illas agitauit illisvè interfuit, tempore suo collegit, videlicet in triginta annis ab anno domini 1384. vsque ad annum 1414. quásque anno 1549. Carolus Molinærus, eiusdem Curiæ aduocatus solertissimus, non solùm mutilas & laceras redintegrauit, sed etiam vtilibus annotationibus illustrauit.

EXPLI-

4 *Fuit*) *Sed postea ex priuilegio Regio data est potestas dicto cōseruatori Ecclesiastico cognoscendi de actione mere personali contra laicos. C. M.*

* *Regem*) *Qui solus dat literas suspensiuas instantiæ: sed Mareschali seu capitanei Scedam certificatoriam quòd impetrās est in expeditione. C. M.*

† *Muliere*) *tex. Auth. hodie. C. de custo. reor. fa. 1. C. de offi. diuer. iudi. laso. l. ad egregias. de iureiu. Sed de consuet. nō seruatur, vt ait Nic. Boeri. dec. Burdegal. 349. nu. 11. Tamē facilius mulier relaxatur. C. M.*

* *Cessum*) *Id est cessationē à diuino seruitio.*

† *Clausula*) *Id est præcise.*

* *Bene*) *nota maiorum virtutē etiam ante cōsilium Basilienſe, & pragmaticam, & ante natum decretum de interdict. leui. non ponendis ad coercendos Ecclesiasticorū abusus, etiam per inferiores præsides non expectato mandato senatus. C. M.*

EXPLICATIONES VOCVM

GALLICARVM, QVAE IN DECISIONIBVS IOANNIS *GALLI PASSIM VSVRPANTVR, AD VTILITA-* TEM IVRIS STVDIOSORVM EX VARIIS CONSVETVDINVM GALLICARVM INTERPRETIBVS COLLECTAE ETC.



ANNO M. D. LXX.

CANDIDO LECTORI TY-
POGRAPHVS S. P. D.



VM DECISIONES IOHANNIS GALLI A MVLTIS hactenus magno desiderio expetitas, prælo nostro subijcere cogitaremus, Candide Lector, easq; obiter percurrentes, quamplurimas dictiones Gallicas, nostrisq; hominibus ignotas in ijs deprehenderemus, statim vidimus desiderium earum facilè restinctum, nec admodum eas ijs, quibus & lingua, & praxis Gallicana ignota esset, probatum iri. Etsi enim Clariss. I. C. Carolus Molynæus in ijs repurgandis & illustrandis non contemnendam operam posuerit, tamen cùm suæ gentis hominibus solum scribere cogitaret, multa explicatione indigentia, & exteris ignota, intacta reliquit. Quare ne vel operæ, vel sumptus, quem in hasce Decisiones impendes, te pœnitere posset, curauimus ea quæ vel idiomatis vel praxeos Gallicæ ratione te ab earum lectione reijcere possent, exprobatis Gallicarum consuetudinum commentatoribus, ita explicari, vt difficultatibus remotis cum fructu Galli Gallicis decisionibus vacare queas. Hanc nostram itaque operam, si animo quo speramus, acceperis, nobis de te amplius bene merendi occasionem præbebis, cuius commodis perpetuò inseruire nos paratos esse, Deo volente, in posterum experieris. Vale feliciter Francofurti ad Mœnum, Cal. Ianuarij Anno 1570.

A.

ABVSVS NOMINE, CVIVS mentio fit quæstione 312. quid apud Gallos intelligatur, non cuiuis facil è patet, quia vero id Petrus Rebuffus ad constitutiones Regias parte tertia in tractatu de appellationibus tanquam ab abusu interpositis, glos. 1. id fusè & copiosè explicat, eius verba huc asscribere placuit: Abuti est malè & perperàm vti. l. plenum. §. 1. ibi, & horto, & pomis, & oseribus, & floribus & aqua vsurum, non vsque ad compendium, id est, lucrum, sed ad vsum scilicet, non vsque ad abusum. ff. de vsu & habit. & abusus dicitur malus vsus, vt scripsi in l. bona. ff. de verb. signifi. ac illicitus vsus, vt scribit Archidia. in c. quamuis, de offic. deleg. in 6. quem sequitur Lucas de Penna in l. vsum aquæ, col. 1. C. de aquæduct. lib. 11.

Vnde hoc in regno introducta est appellatio, quæ vocatur à notorio abusu, quando palàm & notoriè quis sanctis decretis, ac concordatis priuilegijsq; Galliæ perperàm vtitur, sicut dicit Cicero pro Roscio Amerino. Quid est aliud iudicio ac legibus ac maiestate vestra abuti, ad quæstum atque ad libidinem? Et si Archiepiscopus non possit in prima instantia cognoscere in diocœsi suffraganei, tamen quando est notorius excessus, & abusus cognoscere poterit. c. Romana. §. sanè, de censib. lib. 6. & c. Roma. de pœnis. eod. li.

Et de hac appellatione sola Curia suprema cognoscit siue appelletur à iudicialibus, siue ab extraiudicialibus, etiam omisso medio, & solet appellans concludere his verbis, ie cõclud estre mal, & abusiuement procede, entreprins, & decerne, & executé, si execution y a: & demande que le tout soit reparé, & ballair absolution a le appellant, si mestier est, & es despens, & le amande, autrement selon la diuersité du cas doibt conclurre, & posteà sententia erit conformis petitioni, iuxta l. vt fundus. ff. commu. diuid.

Imò etiam vendicat sibi curia cognitionem contra Clericos, appellando etiam à iudicibus Ecclesiasticis ad Parlamentũ, quamuis iurisdictio Ecclesiastica sit dignior & superior, & sit tanquam sol in mundo, & secularis tanquam Luna: vt dicitur in c. solitæ. de maio. & de appellationis substantia est ad superiorem appellare, glos. in c. 2. de consuetud. in 6. vbi non valet consuetudo, nec abusus in contrarium, sed regales dicunt in hoc casu curiam supremam esse superiorem, inferius dicam, quando hoc esse possit. Item si Laicus citetur à Iudice Ecclesiastico in realibus, vel in alia materia, de qua vt regales cõtendunt, Iudex Ecclesiasticus non potest cognoscere, tunc impetrabuntur literæ à iudice Regio, per quas inhibetur sub magnis pœnis iudici Ecclesiastico ne cognoscat, & parti etiam præcipit, ne prosequatur illam causam coram iudice Ecclesiastico, sub pœna in literis contenta. Demum citatur pars per easdem literas coram iudice Laico ad diem, ad audiendũ ampliores ei fieri inhibitiones, de hoc superius dictum fuit in tract. de citat. in hoc Tomo.

Item dicunt posse de notorio abusu Curiam cognoscere, quando quis venit contra authoritatem Regiam, vt si in hoc regno Comes palatinus à Papa creatus legitimet in temporalibus, vel creet notarios

rios in eiſdem tunc ab iſta legitimatione appellatur tanquam ab abuſu ad curiam, vt docet Bened. in repet. c. Raynut. in verbo, & vxorem, nu. 197. & ſequent. de teſtamen. & ſic fuit prolatum arreſtum contra Ioannem Manar, qui creauerat Notarios in temporalibus, & ſic legitimauerat, per quod Curia abuſiuè proceſſum cenſuit, & nulla iſta facta declarauit, inhibuitq; illi, ne amplius in hoc regno hac poteſtate vteretur, condemnando ad reſtituendū pecunias, quas receperat, & quòd creati Notarij ac legitimati deferrent literas apud Curiam, refert Aufrer. in ſtylo Parlamen. arreſto 251.

ACCORDVM, pactum, pactio, compoſitio, ita accipitur q. 128. 210. 248.

ADIOVRNER, adiournare. q. 19. aliſq; multis, eſt idem quod citare, diem dicere, lege agere, ad cauſam dicendam euocare: ſic adiornamenta, de quibus q. 133. citationes intelliguntur, vt & alijs locis quam plurimis: & adiournamentū propriè pro citatione vſurpari, teſtis eſt Faber in §. fi. de pœn. temer. litigant. Rebuffus ad conſuetudines Reg. part. 3. ſub tit. de Citat. quæſt. 2.

ADMIRALIS, de quo q. 51. rectè dici poteſt iuridictus nauicularium, vel præfectus rei maritimæ: de quo plura apud hos, qui ſcripſerunt de Magiſtratibus Francię. Eſt autem Vicarius generalis Regis in negocijs nauticis, ſicuti Cōneſtabilis in bellicis, & Cancellarius in togatis.

ADMORTISARE, q. 91. & q. 311. eſt humano commercio eximere prædia, vtpote cùm Dominus fundiarius rem liberam facit, de quo Rebuffus ad conſuetud. reg. tomo 2. tractatu de conſtitut. redituum. li. 1. gloſ. 17. nu. 11. Vide etiam notata à Chaſſaneo ad conſuetudines Burgundiæ: ſub tit. des mainſmortes. §. 9. nu. 36. Molinæum in conſuetud. Parla. parte 41. num. 62. parte prima. Tunc verò plenè res admortizari dicitur, cùm à Rege fit, qui rem ſuam immobilem Eccleſiæ donat, ſeu dedicat: tunc enim res donata pleno iure in Eccleſiam tranſit, eiusque propria efficitur, argumento l. Sacra. §. ſciendum. ff. de rer. diuiſ. & c. futuram Eccleſiam. 12. q. 1. Inferiores à Principe hanc admortizationem facere poſſunt, ſed non plenam, neque perfectam, quamobrem ea non obſtante poſsit Procurator generalis iſtas manus mortuas cogere, vt ea feuda è ſuis manibus eijciant, Et ita apud Gallos vbiq; ſeruatur. Dionyſius Pontanus tit. 4. articulo 41. in verbis poteſtatem facere: ad conſuet. Blaſ. tomo priore.

ADVOARE, Gallicè aduouer, id eſt, agnoſcere, vt q. 276. vel ſuſcipere in ſe culpam & crimen: Hinc aduoamentum. q. 232. & aduoatio. qu. 191. Adueu autem vulgari Gallorum verbo, eſt deſcriptio quædam, ſeu teſtatio, qua vaſallus ſigillatim teſtatur, quas res à Domino ipſo in feudū teneat, de quo textus eſt in c. fin. iuncta gl. ſuper verbo, partibus, de reb. Eccleſ. non alienand. in 6. Rath. ſuper conſuetudines Pictauienſes, in verbo, Adueu.

ALTA IVSTITIA, de qua q. 75. intelligitur Imperium merum: Tres enim iuriſdictionis ſpecies apud Gallos, vt & in iure ciuili: Simplex, quæ ipſis baſſa: media, quæ moyenne: ſuprema, quæ alta dicitur, de quibus latè Rath. ſuper conſuetudines Pictauienſes, alijque omnes. Eſtque alta iuſtitia, ſiue merum imperium, quæ officio iudicis nobili expeditur, publicam vtilitatem reſpiciens principaliter, ſecundum DD. communiter. l. Imperium. ff. de iuriſd. omni. iud. Panor. in c. quod ſedes, de offic. ordin. Vilhelmus de Rouil. ad conſuetudines Cenomaniæ, articulo 49.

APPENSAMENTI DIEM ACCIPERE, qu. 139. cogitandi ſpacium ſumere, quo quid ſtatuendum ſit, deliberari poſsit, vulgaris phraſis Gallica.

APPRECIATIO. q. 187. eſt precij impoſitio, & indicatio.

APPVNCTAMENTVM, tranſactio facta inter duos litigantes certa ſolennitate, maximè iudicis decreto interueniente, ita q. 245. & alijs nonnnullis, vt quæ. 3. Appunctamentum, inquit Bud. in forenſ. vocant ab incauto & aliud agente extortum.

ARBALISTARVM Magiſtri mentio fit q. 329. hìc verò intelligitur arcubaliſta.

ARRERAGIA nominantur, q. 5. 52. 106. 221. 363. nihil aliud ſunt, niſi reliqua, vel reſidua debita. Et hæc dictio Gallis ſatis nota, etſi extraneis non æquè. Porrò verò de arreragijs vide Chaſſanæum ad conſuetud. Burg. ſub tit. des cenſes. §. 1. in verbo, loux, vbi allegat hanc deciſionem Galli.

ARRAMENTORVM fit mentio q. 167. & q. 200. hoc verò vocabulum Rebuffus in proœmio ad conſtit. Regias, gloſ. 5. nu. 97. putat eſſe corruptum ab ignaris, quia debent dici armamenta cauſæ, id eſt, munimenta, de quo Iuriſconſultus in l. Marcel

lus.§.1.de rei vend.vel potest dici,rementa causæ,id est, remanẽtia. Citatur autem hæres,vt causam in eo statu,in quo reman sit,suscipiat.

ASSECVRAMENTVM quid sit, explicat Manſuerius in ſua practica,in titulo,de aſſecuramento, nimirum, quòd nihil aliud ſit, quàm cautio de non offendendo, vt quòd alter alteri minatus eſt,de recenti inferre damnum in perſonam,vel in bonis, vnde atroces minæ ſufficiunt.Mingon ad conſuetud.Andegauenſes,parte 2.articu. 83. vbi vide omnino.

ASSISIAE, de quib. q.19.ipſis etiam Gallis interpretatione indigere videtur.Quæ re duorum auctorum loca hîc ſubijciam. Eos itaq; Dionyſius Pontanus ad conſuetudines Bleſen. tom.priore,tit.3.art.12.§. 3. ſeſsiones nominat. Quæ quidem ſunt (inquiens) certi, præfixiq; dies,quibus maiores iudices,vt Comitũ,Baronum, & caſtellanorũ publicè ac ſolenniter ſubditis ſuis iura reddunt,quæ à Diuo Ludo. clariſſimo Galliarum rege duplici de cauſa inſtitutæ referuntur.Primò ad exaudiendas denunciationes,querelasq; ſubditorũ ſuper dolis,fraudibus,malisq;verſationibus ab officialib.commiſsis. Secũdò ad definendas appellationum cauſas,quæ ab inferiorib. iudicib. interponũtur.Harum ſtationum,ſeu ſeſsionum meminit Fab.in 2. proœ.inſt.in materia notorij, vbi notoriũ id ait eſſe,quod in illis generalib.ſeſsionibus fit,perinde atq; quod populo vnà congregato diebus feſtis, pfeſtisq; indicitur. Porrò & id ſciendum eſt,cùm hac conſuetudine fiat tantùm mentio Comitum,Baronum & caſtellanorum, non ius eſſe inferiorib.dominis,ſeu iudicibus aſsiſias tenendi, vtputa his, qui alteram dũtaxat,ex his iurisdictionib. altam, mediam, vel infimam habent: ea enim prærogatiua tantùm conceſſa eſt maioribus dominis, ſeu iudicib. & in conſequens minorib. cenſetur denegata.l.ab executore, vbi glo. 3. ff. de appell.Spec. tit. de arbit.§.ſequitur,de quibuſdam. ver.ſed nunquid verbum obſcurum,col.10.facit.l.1.fin.ff.de quæſt.Eo tamen iure repugnante hodie videmus inferiores iudices hanc poteſtatem ſibi arroganter ſatis vſurpaſſe. Mingon verò ad conſuetudines Andagauenſes ſub titulo des barons. artic. 64. plenius aliquanto id explicans,Non reperitur(inquit) in iure, quòd iſte terminus (aſsiſia) ſit verbum iuris, nec de illo nunquam fuit locutus Bart.Bal. Raphael, Fulgo. Odofre.Butriga. Salyce. nec alij antiqui Doctores: ſed fuit,& eſt à practicis Galliæ inuentus: nec illo termino vtuntur Hiſpani,Angli,nec Itali: vt ſæpenumero interrogaui multos homines illarum nationum. Sed mihi dixerunt, quòd cauſæ & lites illorum,ſiue reales, ſiue perſonales, ſine magna dilatione,& de die in diem expediebantur. In Gallia autem ſolet expediri aſsiſia cuiuscunq; domini per trimeſtria tempora,ita quod ſemper ab origine & inuctione termini: ſic fuit hucvſque per patres noſtros antiquos vſitatum,propterea non eſt contraueniendum, Argu. l. minimè.ff.de legib.vbi minimè mutãda ſunt, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt:nec valeret,ſi in vno menſe duæ aſsiſiæ expedirentur:quia eſſet contrauenire conſuetudini antiquæ, quæ legi æquiparatur. Et multum facit & operatur l. hoc iure.§. ductus aquæ,de aqua quotid. & æſtiual.ff. vbi ductus aquæ, cuius origo memoriam exceſſerit, iuris conſtituti loco habetur: ſcilicet memoriam hominum,qui nunc viuunt. Ad quod facit ff. de aqua plu.arcen.l.1.in fine. Sed tamen de iure non videtur non tantum expectari, ſed decem annos ſufficere. l. 2. C. de ſeruit. & aqua. capi,quanti.de conſuet.Quæ quidem antiquitas probat plenè,Imola in c.veniens, de verb. ſignificat. Bald. in Aucten. quas actiones, in fine. C. de ſacroſanct.Eccleſ.

Et dic quòd in ipſis aſsiſijs terminantur cauſæ retractuum appellationum.Etiam applegramenta, & alia interdicta, nec non cæteræ aliæ actiones reales,ſeu ex realitate dependentes: niſi agatur de executione ſententiæ, in qua proceditur extraordinariè ſine expectatione aſsiſiarum, præcipuè ſi non ſit appellatum,vel reſtitutio petita, vel aliud quod ſuſpendat,ſecundum Ioannem Fabr. in l.eos,de execut. rei iudic.In quibuſdam autem aſsiſijs deciduntur cauſæ Clericorum, vt c. cæterum, de iudic. Doctores in l. fin.vbi in rem actio, C. cap.ſane.de foro compe. c. verum. extra eod. Bald. in c. *Clericus*, de Epiſcop. & Cleric. vbi dicit, *quòd ſi* Clericus conueniatur reali iudicio, quòd ratione poſſeſsionis eſt ſub foro præſidis. Et dicit ibidem Bald. quod ita ſeruatur in Francia. De hoc vide Ioannem Fabr.in Auth.ſtatuimus,de Epiſco.&Cleric.verſic.Sed an hæc. Et in §.Item Seruiana.colum. 13. in princip.Et facit Inſtit.de actio.

vbi

vbi dicit, quòd Prælati regni Franciæ non cognoscunt de actione reali, quod est contra opinionem Baldi in c. 2. ad fin. de iudi. vbi dicit, quòd non valet consuetudo, nec stylus: quòd Clericus conueniatur in actione reali coram iudice Laico. Ad hoc Dominus Felin. in cap. qualiter & quando. de iudic. extra.

AVANTAGII nomen vsurpat autor qu. 85. eo verò nihil aliud intelligitur, quàm esse in superiore causa & conditione, Germanis est **ein vortheil.**

AVBANVS. q. 290. id est exterus, alibi natus, vt hanc dictionem explicat ibidem Molynæus: Alioquin Aubain Gallis caducum significat, teste Budæo. Videtur autem dictio translata à latina Alibi nato, vnde Albinatus ius Galli habent, de quo Molynæus §. 30. nu. 182. ad consuetudines Parisi. B.

BAILLIVVS, memoratur q. 99. & 120. quis verò dicatur Bailliuus & Præpositus Viguerius, vide glossam in Clem. 1. de pœn. & Pet. Iacob. in tit. de act. ex facto ex edicto, ne quis eum.

BAILLVS. q. 292. vox Gallica, quæ denotat custodem nobilẽ, de quo Molynæum loco in quæstione allegato.

BLADA. q. 310. intelliguntur frumenta.

C.

CARPENTATORES. q. 245. haud dubiè intelliguntur Lignarij, siue materiarij fabri, vel Tignarij: qui Gallicè dicuntur Charpentiers: Alioqui Carpentum carri genus est, in quo mulieres primùm apud Romanos gestabantur, posteà tamen factum, vt ex Liuio in 1. ab vrb. & 2. de bello Macedonico didicimus, bello etiam carpentorum vsus esset. Corrasius lib. 3. Miscel. cap. 20. nu. 8. & seq.

CENSIVA. q. 28. Censiua salarium, ius & mancipium.

CESSVS, id est, cessatio à diuino seruitio q. 393.

COMMENDAE mentio fit q. 20. Commendare autem idem est quod deponere. ff. depositi. l. Lucius: vt itaque rei depositæ non solum proprietatem, sed & possessionem retinemus. ff. depositi. l. licet §. Rei. sic & commendatæ rei, prout notat Hostien. in c. si constiterit, ext. de accusat. & quid operetur hæc commenda, notatur ext. de elect. c. dudum. 2. §. insuper: & tradit Chassanæus ad consuetu. Burgundiæ, sub tit. des mainsmortes. §. 9. nu. 1. & 7. Et quando beneficium cõmendetur, vide Rebuffum ad ordinat. reg. parte 3. de caus. benefi. possess. articulo 8. & 9. glossa vnica.

COMMENSALES PAPAE, & honoris qui dicantur, explicatur q. 31. cæterum de Capellanis summi pontificis, vide Vestrium in Isagoga sua Curię Romanæ lib. 2. tit. de Capellanis summi Pontificis.

CONGEDIVM memoratur qu. 48. q. 66. 113. 140. 223. Et est commeatus iudicialis præsentaneus: Et vt eremodicium secundum appellatorem pronunciatum Galli defectum vocant in causa prouocationis: sic eremodicium secundum prouocatum datum est commeatus: abire enim licet ei è iudicio, quasi perperàm appellata sit Curia. Vtroq; autem nomine: eremodicium secundum prouocatum datum significat vtrunq; iam dictorum Congedium & defectum appellant: Budæus in forens.

CONQVESTVVM, qui memorantur q. 1. & acquisitorum nomine venire ea, quæ acquiruntur ex opera, solertia vel industria per alterum coniugũ constante matrimonio, tradit Chassanęus ad cons. Bur. sub tit. des droitz, Rub. 4. §. 2. in verbo acqueſt. nu. 1. Boerium ad consuet. Bit. in §. 2. gl. 1. de consue. matri. vbi multa de conquestu. Differentiã tamen inter conquestum & acqueſtum constituit Molinæus ad consuet. Par. §. 30. circa finem, tomo. 1. & idem differentiã inter hæredia & conquestus tradit eod. tom. §. 30. nu. 134.

CONTREROVLEVR. q. 292. vocatur, dictione à Gallica deflexa, contrarotulator, Latinè custos, Græcè ἀντιγραφεύς, cuius commentarij ἀντίγραφα sunt. Dicitur etiam annotator, Germanicè **ein Gegenschreiber.**

CVRATVS qu. 170. dicitur parochus, sacerdos paroeciæ. Curè enim Gallis est curionatus, paroecia, vnde beneficium curatum dicitur, quod habet annexam curã paroeciæ, ac sacerdotij paroeciarum.

D.

Debati nomine, quod est in qu. 135. 238. intelligitur nihil aliud, quàm lis, altercatio, disceptatio, & controuersia.

DEBITIS, literarum genus, quæ hodiè vocantur, lettres de committimus, annotante id Molynęo q. 52. Notandum autem est, quòd per literas regias (de debitis) vocatas etiam fit executio de eo, quod debetur, & in illis literis ita solet apparitori scribi: Nous te mandons & cõmittons par ces presentes, que toutes les debtes bonnes &

loyales, cogneues, ou prouées ſuffiſſamment par lettres, teſmoings inſtrumens, confeſsions de partié, ou aultres loyaulx enſeignemẽs, qui te apperront eſtre deuz à tel. N. Tu luy faces payer tantoſt, incontinent, & ſans delay, en contraignant à ce les debteurs, & chaſcũ de eux par la prinſe leuée, vendue, & exploictatiõ de leurs biens meubles, & heritages, detention, arreſt, & impriſonnement de leurs corps, ſi meſtier eſt, & à ce ſont obligez. Item inhibitum eſt, ne generales literæ in forma de debitis per Seneſchallos & iudices regios de cætero cõcedantur, ſed à rege, vel eius Cancellaria, vt fuit pronunciatum in hoc ſenatu. an. 1533. die 15. Iul. Archiepiſcopus tamen Remen. generales concedit has literas, vt fuit in ſenatu dictum, An. 1418. die 6. April. propter eius ſupremam dignitatem. Item iudicib. ad quos cauſæ cognitio pertinet, oppoſitio dirigi debet, vt inuenio ſtatutum per Carolũ 8. An. 1409. prout eſt in ſtylo Parlamenti videre, in Rub. de reſcrip. verſi. inhibitum. Et ideo dictæ literę non attribuunt nouã iurisdictionẽ, ſed opponentes etiam coram ſuis iudicib. aſsignari debent, vt fuit etiam iudicatum in hoc ſenatu pro illuſtri domina Claudia matre regis, An. 1530. die 1. Decemb. quia omnes cauſæ in regno debẽt terminari & finiri apud illos iudices in partibus qui de iure, aut conſuetudine, vel priuilegio illarum cognitionẽ habent. §. 1. Rub. de cauſis, vbi ſcripſi in concordia. Appellatio tamen veniet directò ad Parlamentum ratione harum literarum, etiamſi emittatur à Præpoſito, vel alio mediato, vt fuit pulchrè pronunciatum, An. 1526. die 10. Maij & videbatur aliud arreſtum latum, Anno 1522. die 17. Iulij. &c.

DEFECTVVM crebra eſt mentio, vt q. 16. 20. 41. 48. 66. 345. 184. 243. 300. 324. ac etſi de defectu ſuprà in voce congedij nonnulla ſint dicta, ac defectus nomine regulariter intelligatur contumacia, quæ de ſtylo & conſuetudine curiarum peculiarium regni Franciæ tunc commiſſa cenſetur, ſi vocatus quater eſt contumax, ſeu quatuor fecit defectus, vt annotat Boerius ad conſuetudines Bituricen. ſub Rub. des couſtumes concernans les iuges. §. 18. tamen ſi adijciatur defectus hominis, eo intelligi ius feudi aperti, tradit Molynæus, allegata quæſt. 16. Certis verò diebus eremodicia & commeatus iudiciales inclamitari ſolere, quæ defectus & congedia vocentur, annotat Budæus in forenſi. vnde formula ipſis frequẽs, publicare rotulum defectuum, id eſt, nomenclaturam eremediciorum præſcribere, dehumare, humo effodere, dementiri.

DESAVOARE. q. 55. & q. 99. eſt abnuere, defugere autoritatem domini beneficiarij, nec eum agnoſcere velle: cuius contrarium Aduoare, id eſt, agnoſcere, vt annotat Budæus in forenſib.

DESSAISSITVS, cuius neſcio qua queſtione mentio fit, intelligitur is, qui rem è manibus dimiſit, & alteri tradidit, quaſi de manu in manum. Diſſaiſina autem eſt ſpoliatio Rebuff. ad ord. reg. de mat. poſſ. art. 13. gloſſa vna, nu. 1.

DEVERIVM, quo vtitur autor q. 162. officium accipiendum eſſe videtur. Nam Gallis, le debuoir eſt officium. Doerium autem aliud eſt, nimirum donatio ꝓpter nuptias, de quo præter alios Boerius ad conſuet. Bit. des cõſtumes concernans les mariages. §. 4. id quod doliarium dicia pud Chaſſanæum videbis.

DIES MAGNI nominantur quæ. 15. & ibi Molynæus: rurſus qu. 250. ad quorum tamen intelligentiam pleniorem, annotata à Budæo in forenſibus ſuis, ſubijcienda duxi. Sunt, inquit, curiæ quædam temporariæ, qui Magni dies vocantur, qui certo quodã annorum circuitu coguntur, exq; duorum generum. Eæ autem demum, quæ regijs auſpicijs, edictoq; peregrè indicuntur, & ẽ numero curię ſummæ conſcriptorum conflantur: iure ſummæ & vltimæ cognitionis iudicant, duntaxat cauſas moduli edicto definiti, & cauſas præfecturarum, quas edictum complectitur. Quod genus comparatum eſt ad exhauriendam prouocationum colluuionem in curia circumfluentem. Eorum autem conuentuum, qui auſpicijs procerum regni coguntur, iure à regibus indulto, ſententiæ, infra autoritatem ſunt arreſtorum, & plerumque obnoxiæ conditionis: quòd tamen ipſi magnoperè grauantur. Cæterum eiuſmodi prouocationum gradatio, & ſcanſilis iuris dicendi ratio, à maioribus ob id recepta, quòd vectigal pendere poſſeſsionum dominis iurisdicendi poteſtatem cenſuerunt, calumniarum eſt alimentum, & verò palæſtra quædam (vt ſic dicam) inficiatorum hominũ, & improborum. Siquidem huiuſmodi homines iuuat alijs ſuper alia negocijs aduerſarijs ſuis exhibendis, aut faceſſendis, tot manus

manus eluctari iudicum, identidem prouocãdo ad ſuperius tribunal, nec ante manus dare victoribus, ipſos toties dictos, quam ad vltimam & ſummam dimicationem ventum eſt, vt improbitatis ipſam vltricẽ & calumnię, ſic victoriam victoribus ſæpe numero Cadmæam pariturã, quippe quibus interim tot manus inuolatrices pragmaticotũ periclitandæ ſint, tot exantlandæ ærumnæ certaminũ forenſium. Adeò dura eſt eorum cõditio, quibus cum foro negotium eſt, animali voraciſſimo. Huiuſmodiq; pœnas ijs pendere neceſſe eſt, qui ſuum ſeruare iudicio, iureq; obtinere inſiſtunt. Id verò mirari deſinent ij, qui animaduerterint ſic moribus res eſſe in Francia comparatas, tertia vt pars hominum, qui aliquo ſunt numero, rationes vitæ aut cõſtitutas aut magnoperè implicatas habeat in commercio fori iudicialis. Certè quidem decus Vrbium præſtantiorum circumforaneam vitam agit, quo nomine iuriſprudentia vehementer inclaruit.

DISTRIBVTIO nominatur q. 33. vbi quid ea ſit, Molynæus explicat: nimirum, cùm iuſſu curiæ aduocatus non habenti datur, ſed diſtributionẽ intelligi, quotieſcunq; vel mandata, vel commiſsiones per præſides decernuntur, tradit Rebuffus in tractatu de inquiſitoribus ſeu commiſſarijs &c. gloſ. vnica, nu. 18.

DOLEANTIA, qua autor vtitur q. 19. dictio Normannorum eſt, & pro appellatione vulgari ſermone ſumitur, qnaſi is, qui ſe grauatum putat, ex appellatione doloris leuationem quærat.

E.

EMENDE initio fit mentio q. 71. Ea verò intelligitur reſartio damni, vel mulcta pecuniaria, de oſt. ord. c. quamuis lib. 6. Duplicem verò faciunt emendam, honorabilem, & vtilem, quarum vtraq; nominatur q. 155. honorabilis eſt rei, vel famæ perſecutoria: vtilis autem pœnalis, & ad vindictã tendit, Manſuerius in practica ſua, ſub tit. de iniur. nu. 1. & latius de ijs Boerius concilio 1. adiuncto conſuetudinibus Bituricenſibus in §. ſeptima opinio eſt.

ENTREPRENT, dictione abſq; cauſa autor vtitur q. 176. p ſuſcipere, incipere, vel aggredi aliquid. Eſt enim entreprẽdre Gallis, nil aliud, quàm aggredi atq; ſuſcipere.

ESPAVES, dictio inuenitur qu. 193. quid verò ea intelligatur, explicat Chaſſanæus ad conſue. Burg. ſub tit. des iuſtices. §. 1. in verbo Eſpaues, his verbis, dicens. Eſpaues nominari omne illud, ꝗd oberrat: de quo verbo eſt tex. in l. 3. §. Nerua filius. ff. de acqui. poſ. Et tunc dicitur oberrare, quando non inuenitur à domino vel poſſeſſore: & protinus deſijt poſſideri à primo, licet etiã à nullo poſſideatur: & propriè dicitur res quæ neſcitur cuius ſit. Et de hoc verbo facit mentionẽ Ioã. Fab. in §. examen quoq; apum. Inſti. de rer. diuiſ. vbi dicit, quòd ſi domini terrarum in regno Franciæ reperiant examẽ in ſua iuriſdictione & iuſtitia, occupant: & vocãt, eſpaue. Vide etiã Pau. de Ca. cõſ. ſuo 10. in 1. vo. ſuorũ conſiliorũ.

AYMO, Publicius ad cõſuetudines Arucrinæ ſub tit. 26. tradit more eius regionis, capras, oues, porcos, & talia beſtialia reperta in damno triduo integro cuſtodiri debere, antequam vendantur: grandiores autem octo diebus conſeruandas, vt earum captura dominis innoteſcat.

EXPLETVM facere, quo autor vtitur q. 152. 206. 260. 309. eſt nil aliud, quàm exequi, lege agere, & executionẽ ꝑficere. Sed quid expletorũ nomine veniat, poſt Benedictum in repetitione c. Raynutius, in verbo cõdidit nu. 19. tradit Rebuf. in tract. de literarum obli. ar. 7. tradens eo nomine ex vſu communi loquendi contineri executiones ſeruientium ſummarias, & aliorum executorum iuſtitiæ, vnde ab expleto dici exploitz, arbitror, quia explent & complent literas, & iudicum voluntatem, quæ parũ eſſent ſine executione, ſicut parum eſt habere iura ſine executione. l. 2. §. poſt originem. ff. de orig. iur. c. vbi periculum §. prętereà de elect. in 6. Ita parum eſt habere citationẽ & alias literas à iudicib. niſi expleantur & compleantur à ſeruientibus: & complentur dum exequuntur: & illæ executiones expleta vocantur.

EXONIA, quæ nominatur q. 320. eſt excuſatio abſentis iureiurando facta. Nam exoniare eſt iureiurãdo excuſare eum, qui iudicio non adeſt, aut euocatus præſtò nõ eſt. Vulgus exoniatos appellat, vulnere, aut mutilatione cauſarios, qui detrectare iure militiam poſſunt: hinc exoniatorem mittere, id eſt, ablegato nuncio cum mandato eiurare vadimonium obeundum. Et exoniator, id eſt, cauſarius nuncius in Curiam inductus, qui iureiurando morbum ſonticũ excuſat eius, cui dicta dies, ſiſtendi ſe in quæſtione. Budæus in forenſibus.

F.

Forefactũ q. 52. nominatur. Eſt autẽ & delictum, peccatũ, crimen, & cùm cõmiſ-

sus magistratus initur, Budeus in forensi.

FORTALICIVM. q. 130. munitio, vel arx munita dicitur.

FRANCVS q. 173. monetę genus est: apud Germanos 10. ferè batziones constituens, aliàs Frâcus liber & immunis dicitur, vnde feudũ Francũ, de quo apud Feudistas.

G.

GAGIARE qu. 177. est pignorare: Gage namque Gallis pignus.

GARDIATVS q. 298. sequestratus intelligitur: sic gardiator q. 360. sequester accipiendus esse videtur.

GARENDI sæpe fit mentio, vt q. 14. q. 318 332. sic & garendiæ q. 27. & q. 253. est autem garẽdus Latinis litis vindex, is scilicet, qui alterius causam ac defensionẽ susci pit, ac in se transfert iudicium, de quo Bart. in l. solutionem. ff. de solut. & in l. soluendo. ff. de neg. gestis. Bal. in l. 2. C. de pact. Pontanus ad consu. Bles. art. 39. in verbo, litis vindicem. De hoc verò etiam vide Rebuff. in tractat. de dilat. art. 2. gl. 2. nu. 20. Et paulò post art. 4. glos. vna, nu. 5.

GENTES REQVESTARVM nominantur q. 147. Vulgus verò Gallorũ suo idiomate collegium aliquod venerandũ appellare solet, gentis nomine, vt gentes Regis, gentes eccleśię, gentes Senatus, seu Parlamenti, gentes requestarũ & similes: Porrò appellatione gentium Ecclesiæ, vniuersus Ecclesiæ status continetur, tam vniuersaliter, quàm peculariter, ita vt non solum collegia, conuentus, capitula, tam secularium quàm regularium hominum: sed & singulares personæ intelligantur sub hac dictione contineri &c. Pontanus ad cons. Bles. tit. 4. arti. 41. in verbo Ecclesiastici.

GRATIA allegatur decisione 368. est autem eius significatio multiplex, vt tradit Chassanęus ad consue. Burgund. Rubrica 1. §. 5. in tex. Se il ne a grace, nu. 1. Archi. in c. gratia. 1. q. 1. dicit, quòd gratia accipitur multipliciter: & ibi ponit, quòd accipitur octo modis, & amplè illos ponit: & quinto dicit, quòd gratia dicitur primus gratiæ effectus post lapsum, & sic gratia in epistolis dicitur remissio peccatorum, quæ videtur esse similitudinariè hæc gratia, de qua hic in vulgari nostro: quæ in iure potius dicitur abolitio, vel indulgentia, seu restitutio, vt in titul. de generali abolitio. l. Indulgentia, & in l. 1. & in plurib. legib. illius titu. C. de senten. pas. Aduertendũ est, quòd in iure sunt tria, aut quatuor vocabula circa huiusmodi materiam, gratiæ scilicet, abolitio, indulgentia, restitutio in integrum, & remissio, quæ vno verbo apud nos comprehenduntur, sed vlterius sunt alia verba, seu vocabula, quæ aliud important, vt sunt verba, de pardon & de innocence, & ideo de omnib. est videndũ.

GRAPHERII nomine, quo sæpius autor vtitur, intelliguntur notarij & scribæ, De horum verò diuersis nominibus & officio tradidit Vilhelmus Rouillius in lib. de descript. iustitiæ lib. 3. cap. 4. de Nota. & rursus in consuet. Cenomaniæ, art. 182. gl. secũda, vbi inquit: Et si cupis scire, quo tempore fuerint inuenti, reperio quòd Mar. Tull. Cicero eos adinuenit: vt refert Plutarchus in vita Catonis Vticensis, cuius hæc sunt verba: Hanc solam Catonis sententiam seruatam Cicerone Consule velocissimos scriptores deponente atq; docente, vt per signa quædã paruas breuesq; notas multarum literarum vim habentes, dicta colligerent. Nondum enim reperti erant hi, qui notarij appellẽtur: sed tunc primùm huius rei vestigium ferunt extitisse: hæçille.

GRENETIER, nominatur decis. 297. Salinator, Salarij vectigalis custos, Grenier granarium.

H.

HAEREDITAGIVM quid sit, cognoscitur ex decis. 1. nominatur autem & q. 83. & 84. Duplicia verò esse hæreditagia: antiqua, & noua, tradit Chassanæus ad consuetud. Burgundiæ. Antiqua dici videntur, quæ quis habet ex suis prędecessoribus, sub tit. des droitz & apportanences &c. §. 6. in verb. anciens, nu. 2. Noua verò, quæ acquisita sunt cõstante matrimonio. ibid. nu. 3.

HOMINES de corpore, intelliguntur ascriptitij, vt tradit Molynęus q. 157.

HOMAGIVM, de quo q. 301. dicitur quando aliquis promittit se esse hominem alicuius domini, & stare, & habitare vbi voluerit dominus, & ea seruitia exhibere, prout dominus voluerit, & super hoc facit sibi homagium, id est, vt sit homo suus, de quo in Clem. pastoralis, de re iudic. vide Ioannem Sauxon in consil. Turois, tit. Comment homaige se deibt affrir, arti. 1. fol. 60. & Pyrrhum in consuetudines Aurelianen. tit. de feudis c. 1. Chassanæum in consuet. Burgund. sub tit. des fiedz. §. 3. in verbo, & hommaige, nu. 1. & seq. Rouillium in consuet. Cenomaniæ, art. 7. glos. 4. Pontanum in cons. Bles, art. 46. in §. 7. &c.

I.

IMPRI-

IMPRISIONATVS, quo auctor subinde vtitur, intelligitur incarceratus q.334.

INCARIARE. q.2. est plus offerre, licitari, augere in subhastatione.

INQVESTAE vulgo dicuntur testificationes, vt annotat Budæus in forensi. hinc inquestas facere, id est, inquirere, eodem autore. Et inquestæ reportatæ dicuntur, quando ea, quę erant facti controuersi testibus inquisita, & ad iudicium relata, vel prolata sunt.

INTIMARE, in foro vocant, prouocare prouocationē denunciare: prouocare aduersarium suum in curiam iudicio prouocatorio, Budęus in forensi. Hinc intimati, id est prouocati, horū fit mentio q.97.249. Licet interdum intimati dicantur etiā citati cum comminatione peremptoria, vt annotat Pontan. ad consu. Blesi. ti. 2. art. 5.

INTERINARE, est Codicillos inspectos comprobare.

INTERCOMPOTORES qui sint, explicat Molynæus q.296.

L.

LEVATA MANVS. q.37. nominatur: quid verò sit manus leuatio, & quæ ad eam requirātur, bene explicat Rebuffus in tract. de executione sententiæ ad ordinationes regias, art. 1. gl. 4. vulgò, inquiens, vocatur Main leuée, quæ datur collitiganti post mortem alterius collitigātis: solet enim litigans post mortē collitigantis requirere à iudice, coram quo possessio beneficij introducta est, vt manus regia, & omne impedimentum auferatur ex illo beneficio, postam partē nonhabet aduersam: & tunc Iudex decernit, quod actor ponet apud curiam suum titulum, & possessionē apprehensam, litis pendentiam, & de collitigantis morte certificationem, & requisitionem factam: quibus visis, curia faciet manus leuationem, id est, auferet omne impedimentum advtilitatem petitoris: & sic sequentia in manus requiruntur sublatione. Primò quòd lis pēdeat super possessorio, & quando lis pendere dicatur, docet tex. in Clem. fi. vt lite penden. Secundò, quòd corā iudicib. regijs, quia isti tantum in hoc regno super possessione beneficiorū cognoscunt, teste Guid. Papa, decis. 1. Tertiò requiritur, quòd pēdente lite moriatur collitigans, pro quo facit tex. in c. 2. vt lite pen. in 6. Quartò, quòd decedat ante recredentiam. Nam is, qui amisit recredentiā, etiamsi litiget super pleno possessorio, non petit manus leuationem: vt vidi in forensi iudicio seruari, sed processum prosequi debet ad finem. Quintò, q. pars superstes in lite sit: alioqui, si liti renunciasset, non posset posteà hanc intentare: vt in simili doc. scribunt in l. postquā liti. C. de pact. Sextò. quòd probet mortē collitigātis, quæ probari per testes potest, dicētes, vidisse eum mortuum, vel per sepulturam eius, gl. & Doc. in l. siquidem. c. sol. matri. Bart. & alij in l. 2. §. si dubitetur, quemad. test. aper. plenè Boerius in deci. Burde. q.288. Sed hic videtur dubium, ego alibi fusius scripsi, in tract. de excu. & exonijs. Septimò titulum & possessionem suam probare debet, quæ per literas probari possunt. Octauò, petere debet manus leuationem, nempe concedi non solet, nisi petatur, arg. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect. Nonò, omnia ista producere debet, & intra saccū ponere: quib. visis, iudex sententiā manus leuationis proferet, quod est valde notandum, quia nulli hactenus hoc scripserunt, quos viderim.

LITERAE STATVS, quarum fit mentio qu.200. nihil aliud sunt, quàm impetratio quædam iustitij, iure militari, vel legatorū, vt Budæus explicat in forensib. Casus autem, in quibus etiam impetratæ non prosint, commemorat Rebuffus ad constitutiones in tractatu de literis dilatorijs, artic. 2. glos. vnica part. 2. quæ omnino ad hunc locum transfer.

LIGIVS HOMO, qui nominatut qu.301. quis sit, explicatur in Clementina pastoralis de re iud. Dicitur autem Ligius, quasi ligatus, vel legalitatem seruans, vt glos. in dicta Clem. pastoralis. Et differt in eo Ligius à vasallo, quia non potest esse duorū ligius, Vasallus autem sic, sequuntur DD. ibidem. Et Rouillius ad consuetudines Cenoman. art. 44. Pontanus ad consuet. Blesi. tit. 5. art. 50. Molynæus ad cons. part. §. 30. num. 165. Mingon ad consuet. Andegauenses art. 498. num. 3.

M.

MAIN MISE, manus iniectio est, cuius fit mentio q. 34.

MANVM MVNIRE, est ad manum apparitoris res porrigere, vt pendente processu debitor res illas non consumat, idq; de re mobili sufficienter fieri debet, licet nō exactè ad valorem debiti, Rebuffus in tractatu de obl. ar. 1. gl. 12. nu. 1. huius munitionis fit mentio q. 4. q. 28. q. 378. Cōmuniter autē manus pro potestate accipitur, quia is qui in manu sua habet quidquam, id in sua

ſua poteſtate habere dicitur, vt annotat idem Rebuffus in dicto tractatu, articulo 5. gloſ. 5.

MANVTENVTVS. q. 96. id eſt defenſus & retentus in poſſeſsione, manus enim tenentia videtur veram præſupponere poſſeſsionem ex parte petentis ſe manu teneri, ſed non ex parte aduerſa, ſed tantum turbationem. Bald. con. 110. ponderatis in 3. volum.

MARESCHALLI tribuni militum, Budæo autore, horum fit mentio quæſt. 101.

MARCHAM communiter apud Gallos conſtituunt octo vnciæ, vt notat Ioh. Fab. in §. Nos autem. Inſtitu. de Attil. tutore: quem ſequitur Chaſſanæus in conſuet. Burgund. des iuſtices & droitz. §. 7. in ver. 65. ſolz. nu. 4. At marcam pro clarigatione accipiendam q. 192. 334. 359. admonet vir doctiſsimus Molynæus, per clarigationem verò Cœlius Rhodiginus lib. lectionum antiquarum 5. cap. 11. telam numariam intelligi poſſe, eſſe qui putent, ſcribit Budæus in poſterioribus annotationibus ad pandectas per clarigationem ἀνδραποδισίαν intelligit, quæ hodiè vulgò dicitur pignoratio, ſeu barbaro vocabulo, Repreſſaliæ. Cæterum eorum errorem, qui negant clarigationem eſſe hominum præhenſionem, ſeu ius præhendendi & abducendi hominis, corrigit Tornebius lib. 21. aduerſariorum, cap. 1. oſtendens ita clarigationem accipi in antiquo Lexico. Dictam autem eſſe exiſtimant clarigationem à clara voce, qua vtebatur patez patratus, aut ἀπὸ τῆς κλητοῦ, hoc eſt, à ſorte.

MEVRTRVM. q. 82. dicitur cędes, homicidium, vt q. 266. meurtrire, occidere, interficere: ſimiliter q. 343. 364.

N.

NOVITATIS ſæpe fit mentio, vt q. 27. q. 47. 59. 92. 100. 104. 122. 306. 332. 348. 363. cauſam verò, vel caſum nouitatis ſiue ſaiſine pragmatici Franciæ vocant interdictum vti poſſidetis, vt eſt in ſtylo Parlamenti Rubric. de cauſa nouitatis in prima parte. Gallicè vocatur complante en matiere ou en cas de ſaiſine & nouuellete. Complainte, ideo dicimus, quia non conqueritur is, qui in poſſeſsione turbatur, de turbante, & ob id querelam proponit, quæ dicitur complainte, & ſic nõ datur ex officio iudicis, niſi poſtulatum fuerit à parte. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. vt docet Iohan. de Kalaguerio, vt inrerpreta. legis Regiæ de nouis diſſaiſsimis in ſtylo parl. anti. Lugduni impreſſo.

En cas de ſaiſine, eo dicimus, quia ſaiſito, & in poſſeſsione exiſtenti datur hoc remedium, non verò ſpoliato. l. 1. & 3. ff. vti poſsid. Et cuicunq; poſſeſſori competit, ſiue ſuperficiario, vel vſufructuario, ſiue iuſta ſit poſſeſsio, ſiue iniuſta: verũ ſuperior erit, qui iuſtam cauſam habebit. l. 2 & 3. §. cæterum, & l. fi. ff. vti poſside.

Nouuellete ob id etiam dicitur, quia pro noua turbatione poſſeſsionis datur, & non poſt annum. l §. 1. ff. vti poſside. vnde poſſeſsio noua intra annum dicitur, vt abunde ſcripſi in l. ſylua. §. noualis. ff. de verb. ſig. & habetur in ſtylo Parlamen. §. 1. eo. tit. Alicubi legi Simonem de Buci inueniſſe hanc nouitatis materiã, vt nunc in iudicijs exercetur, vt dixi art. 9. glo. 1. de ſenten. execut. ſuprà in primo tomo.

Et ſuper hoc interdicto, & recuperandæ fuerunt editæ duæ leges Regiæ, quæ ſucceſſerunt in locum horum interdictorum, & vocabantur leges ſuper caſu nouitatis, & de nouis diſsialinis, atq; condictione ex illis legibus olim agebatur, vt docet Ioann. Berber. in viator. iuris in practica legum Regiarum, & Aufrer. in ſtylo Parlam. in Rubri. de cauſa nouit. & de modo procedendi de nouis diſſaiſinis, Rebuffus ad cõſtitutiones regias in tractatu de materia poſſeſ. articul. 1. gloſ. 1. num. 3. & ſeq. tomo tertio.

O.

OSTII TRANSVERSI mentio fit deciſione 52. & ibi Molinæus ſe remittit ad conſuetudines ſuas Pariſi. Cùm verò ex non ad manus ſint, nihil aliud lector hoc ſignificari ſciat, quàm q. olim apud Gallos, vt & in quibuſdam partib. Germaniæ domino directo domus cenſu non ſoluto, habitationem vel oſtio fortè ſublato, aut obicibus præcluſo, impedire licuerit.

P.

PASSATAE LITERAE ſub ſigillo Regis q. 112. id eſt, quibus ſigilli regij autoritas acceſsit, quod & enterinare vocant, ſic & accordum paſsitum per curiam. q. 128.

PELLIPARIA. q. 285. artificium præparandi pelles. Pelce eſt a dire peau pellis.

PLACITARE q. 23. 38. alijsq; multis locis vſurpatur: hinc placitamenta inchoata dicuntur altercationum vices commiſſæ, vel cauſarum actiones commiſſæ. Budæus in forenſib.

PRISIA PISCIVM, q. 108. id eſt captio, vel ius

ius capiendi, vt qu. 246. & q. 276. Hinc prisionarius q. 33. id est, captiuus.

PROVISIONIS crebra fit mentio, vt qu. 147. 215. 219. 234. Est autem pronunciatio prejudicialis iudicis, diuini cultus, seu alimentorum ratione, aut alia necessaria, & iusta causa facta: de hoc latè Rebuffus ad constitut. reg. in tractatu de sententijs prouisionalibus, tomo primo.

Q.

QVESTIONARI, id est, poni in quæstionibus q. 46. & q. 85.

R.

RAPORTVM q. 245. est relatio, renuncia tio, communi Gallorum lingua.

RECREDENTIAE sæpius fit mentio, vt qu. 165. 173. 220. 233. Quod autem ius ciuile primum decretum, Itali tenutam, id Galli recredentiam appellant: Nota, quod ius ciuile primum decretum, Itali tenutam, nostri verò recredentiam appellant: vt asserit Do. Igneus in repeti. Auth. ex causa, col. 36. C. de liber. præter. vel exhæred. Et hanc recredentiam Imbertus vocat possessionē fiduciariam, quam quis sub manu Regia tenet, quasi fide data acceptam, à fiducia tamen dictam, post Budæum in l. 2. in verbo, vindicias. ff. de orig. iuris in annotat. in pandectas. Sunt tamen quædam differentiæ, vt alibi scripsi: nō datur enim sub fide, id est, sub cautione, quādo in Parlamento, vel in magno regio consilio conceditur, vt dixi in priuilegijs curiæ suprenæ, in concord. proœ. §. in ver. summas. Deo fortè potest appellari præiudicialis possessorij sententia, in officijs vocatur status, Gallicè, Estat, sed vtcunq; vocetur, nos passim his vtemur vocabulis. Sed vnde dicatur recredentia? Respond. quasi rei credentia: quia res creduntur illi interim cautione data, id est, committuntur per hanc sententiam, cui adiudicatur hęc recredentia. l. creditores, vbi dixi cum legibus seq. ff. de verb. signifi.

Vel credentia dici potest, quòd iterum credita sit: Primò fuit per Papæ prouisionem credita res beneficij, vel collationē, & inductionem in possessionem, nunc autem recreditur, id est, iterum illi creditur per sententiam possessoriam: & per illud primum decretum, elige cui dicas, tu mihi sola places, vel aliam inuenias melior em. In his enim forensibus Gallicis vocabulis vix inuenietur vera diductio, sed vt intelligantur verba, ista addidi. Rebuffus in constit. reg. tractatu, de senten. execu. art. 1. gl. 4.

RECOLARE TESTES q. 194. 288. id est, iterare, repetere: hinc recolamenta, id est, reuocata, iterata & repetita testimonia, Budæus in forensibus.

RELEVARE CAVSAM APPELLATIONIS, quæ formula Gallis consueta est, vt sæpius ab autore vsurpatur, vt quę. 125. 231. 276. est diem iudici dicere ob rem perperàm aut malè iudicatam, & eum ad curiam diplomate prouocare, secundum quem iudicatum est, Budæus in forensibus. Et quidem appellantes ad Parlamentum intra tres menses appellationes habent releuare: alioqui appellationes declarantur desertæ, & conceditur iudicibus, à quibus est appellatum, vt eas sententias executioni mandare possint, de quo vide latius Rebuffum in tractatu de appellatio. tomo 3. ad consti. Reg. sub tit. de appel. art. 4. glo. 1. Releuamenti fit mentio q. 332. 339.

REQVESTAE quę nominantur q. 24. 147 334. sunt libelli supplices. Hinc requestas porrigere, id est, supplicibus libellis curiæ fidem implorare. Requestæ respondere, id est, libellum subscribere, & aduersario denunciationem curare. Budæus in forensibus.

RESSORTIRI, quo autor vtitur q. 19. & rursus quæst. 230. 236. propriè est rei iudicatæ controuersiam referre, Budæus in forensibus.

RESSORTVS, de quo quæst. 101. secundum consuetudinem regni Franciæ, nil aliud est, quàm ius primarium appellationum, vt tradit Guido Pap. quæst. 518. incipien. Ressortus, quem sequitur Ioan. Sauxon in consuetud. Turonen. sub titu. des droitz de Baronnie, artic. 4. &c. Chassanæus ad consuetudines Burgundię, Rubric. 1. in verbo, es droitz de icelles nu. 108.

RESTABILIMENTVM quod nominatur q. 310. 363. nil aliud quàm restitutio rerum à reo sublatarum cum effectu, seu fictè, vt dicunt figuraliter, Rebuffus ad constitut. reg. tomo tertio in tract. de materia possess. artic. 5. glos. 2. & in tract. de sequest. art. 6. glos. prima.

S.

SAISIRE verbum est Gallicanum, vt dicit Paulus de Castro in l. qui vniuersas. §. possessionē. ff. de acqu. poss. quem allegat ad hoc Chassanæus ad cons. Burg. sub tit. des successione, Rubri. 7. in verb. saisit. Et de hoc meminit Budæus in l. sed si hac lege. §. 1. ff. de in ius vocādo. Et idē est secundum eum, quod in possessionem se ipsum mittere,

mittere, & realiter rem occupare, eique manum apponere: dicitque nomen esse vulgare, vt & annotat Rouillius ad consuetud. Cenomaniæ, articulo 189. glossa prima: hinc saisna, de qua idem Rouillius, articul. 6. glossa secunda. Et Rebuffus ad constitut. Regias, tomo tertio in tractatu de mater. possess. artic. 2. glos. 2. huius crebra fit mentio, vt q. 21. 59. 389.

SENESCHALVS, qui nominatur q. 314. præfectus est prouinciæ, diocœtes, vt Budæus annotauit.

STATVS LITERAE. q. 390. nominatæ, inde originem habent, quòd militiæ, vel legationis causa abfuturi literas à principe impetrant, in quibus Rex iudicibus mandat vt causam in eodem statu relinquant, quamdiu impetrans pro causa ista erit absens. Et ideo sunt vocatæ literæ status, quia in eodem statu & conditione remanet causa illa, in qua erat tempore, quo istæ literæ repræsentantur, non quòd agatur de hominis statu, vt quidam dicere volebant, & fundatur hæc praxis in l. interdum ff. de iud. vbi sic scribitur: Interdum ex iustis causis, & certis personis, sustinendæ sunt cognitiones: veluti si instrumenta litis apud eos esse dicantur, qui Reipub. causa aberant, & §. seq. Ecce quomodo Iurisconsultus statuit differendam cognitionem propter absentiam causa Reipubl. Etiam vacante sede causa differenda est. c. 1. ne sede vacan.

Et text. d. l. interdum, patet, quando concedendæ sint literæ status, & text. dicit ex iustis causis, vtpote si agatur de libertate, vel hæreditate. l. Diuus, in fin. & l. si quis libertatem. ff. de petit. hære. Idem si quis emerit seruum, qui est in potestate hostium: tunc, quia difficile est tradere seruum, officio iudicis sustinenda & differenda est præstatio. l. fin. ff. de act. empti. Rebuffus tomo secundo tractatu de literis dilat. artic. 1. glos. 2. ad constitutiones Regias.

SVSPENSVS. q. 277. dicitur ab officio ad certum tempus remotus, vt annotauit etiam Budæus in forensibus.

T.

TRANSPORTVM. q. 29. & 37. vocatur transportatio, translatio. Interdum verò est ius transcriptitium.

V.

VADII appellatione notari salarium annotauit Molinæus, huius fit mentio q. 141. 89. 90. 277. 338.

VENTAE, vt annotat Chassanæus ad consuetud. Burgundiæ, sub tit. de censes. §. 1. in verbo louz, in aliquibus locis Franciæ dicuntur laudemia: Est autem laudemium propriè illud, quod soluitur domino pro inuestitura ab acquirente de precio rei emptæ, Et de iure communi est quinquagesima pars precij. l. fin. C. de iure Emphyt. nisi super laudemijs sint facta alia pacta, de soluendo plus aut minus. Aymo publicius sub tit. des achaptz, articul. 1. nu. 3. Sed non solum laudemia de re feudali, sed & censuali ex consuetudine Franciæ dari, annotat Chassanæus dicto loco: inter quæ tamen differentia est. Nam laudemia censualia in venditione leuiora esse solent, quàm feudalia. Est & illa differentia inter laudemias feudi, & laudemias census, quòd in feudo venditor laudemias debet, nisi actū sit, vt nummi ad venditorem Franci, ac liberi (vt plerunque contingit) peruenirent. In censu autem in omni casu huius rei onus ad emptorem pertinet. Est & tertia differentia, quia in feudo expressè non cauetur pro venditione pensionis, seu reditus, aliquas deberi laudemias: ideo standum erit iure communi, ex quo nullæ debentur: etiam stante statuto, vel consuetudine. In censu autem pro huiusmodi venditione & constitutione annui & menstrui reditus super re censuali, debentur laudemiæ. Pontanus in consuet. Blesen. titul. 8. articulo 118. §. 8.

FINIS.

PETRI ROYZII MAVREI IVRECONSVLTI, EPISTOLA.

AD SIGISMVNDVM AVGVSTVM POLONIAE REGEM, PRINCIPEM OPTIMVM MAXIMVM.

PRAECLARVM OPVS QVODdam est, Sigismunde Auguste Rex, & haud sciam, an de humanis omnibus præclarissimum, ius populo dare, leges q̃ condere, excello quidē ingenio ac mente quasi diuina eos esse præditos constat oportēre, qui legibus latis hos hominum cœtus, quas Ciuitates appellamus, instituunt, certumq̃ Reipub. statum pulcherrimis sapientissimisq́ue præceptis formāt, quibus vsi inter se homines, honestè viuant, lædant neminem, manus ab alieno, mentesq̃ suas abstineant. Denicq̃, quæ à maioribus quisque suis accepta possideret, laboreue sibi suo atq̃ industria quæsiuisset, ijs pro animi sui motu arbitratuq̃ sine vlla iniuria externaue vi fruatur. Hæc lege certa informare, salutaribusq̃ publicè priuatimq̃ instit utis firmare, singulare esse, fateor, opus atque arduū: præstare tamē eos, longeq̃ antecellēre arbitror, qui hoc ipsum, quod constitutū est, ius reddunt, quàm illi ipsi, qui condidēre. Quid enim legis, quæsò, lator amplius ciuitati præstat, quamuis hoc permagnum sit, quàm vt benè beateq̃ ciues viuere, incolumesq̃ cum liberis fortunisq̃ suis esse possint? Magistratus verò, & quisquis iuridicundo præest, eo plus, vt benè viuant, atque vt absque querella, salui, nullisq̃ obnoxij iniurijs vacuiq̃ à metu ætatem degant: Neque enim ciuitas illa est, cui leges datæ proponuntur, & certum ius, sed, quæ legibus, quæ iure certo vtitur. Quod nisi Magistratus metu, vt est hominum genus in aliena detrimenta damnaq̃ pronum, atque adeò præceps, consequi nequaquam licet, sit bona, sit æqua, sit sancta, partibus sit omnibus absoluta lex, cœlo denique missa, nisi Magistratus seueritate atque manu teneatur, despicatui fuerit, atq̃ ludibrio hominibus hac legum infirmitate animaduersa Lycurgus vt populos, quos sua se prudentia regere posse desperabat, diuini numinis terrore ac religione ad legum obsequium compelleret, authoritate Apollinis Delphici sua scita confirmauit, vt quarum legum Lacedæmonij Deum authorem crederent, ijs non obtemperare, nefas ducerent. Eandem sequutus rationem Numa Pompilius, vt præferocem & bellis adsuetum populum Romanum ab armorum studijs ad sacrorum cultum transferret, nocturnos illos cùm Aegeria Nympha congressus simulauit, credi volens, quæcunque instituisset, ea Aegeriæ monitu sanxisse, ideoque tanquam dijs immortalibus accepta, rata populo, sanctaq̃ habitum iri, artius Cretenses suos Minos Rex legibus quas ipse dabat, obstringi voluit. Neque enim ille Apollinem, aut Aegeriam, Deumue minorum gentium aliquem, sed Iouem ipsum, Deorum patrem, vt ait Homerus, atque hominum regem, quo se ortum iactabat, suarum legum authorem fecit, quas accipere se à numine in sacra specu, quò se ad captanda Dei responsa ventitare commentus est, hominibus credulis persuasit. Fœlicius his Hesiodus in Ergis. finxit, qui iustitiam, quę Græcis Dice est appellata, filiam Iouis esse carmine suo prodidit, humanum genus ab iniuria asserentem. Hesiodi carmen latinè, pro tenui nostra in Græcis vertendis peritia, ita reddidimus.

Legislator Ciuitati quid præstet.

Magistratus Reip. quàm legislator, vtilior est.

Lycurgus Apollinis Delphici authoritate se leges Lacedæmonijs ferre commentus est.

Numa Pompilius, Romanorum legislator, Aegeriam Nympham suarum legū authorem fecit.

Minos Leges, quas Cretensibus suis dedit, Ioui patri assignauit.

Dice, id est, iustitia, Hesiodo Iouis filia

Virgo Dice, summi proles Iouis inclyta, diuis
Cœlitibus venerata, hominū quam si quis iniquis
Læserit arbitrijs, ingentibus acta querellis
Se sistit Iouis ante pedes, mortaliaq̃ acris.
Consilia, & fraudes dictis incusat acerbis:
Facta orans regum populus luat improba, Regum
Omne nefas qui mente agitant, pro iureq̃ reddunt.

Idem Hesiodus eodem libro homines iniustos maximis affici à Deo calamitatibus: iustos contrà plurimis cumulari bonis scribit, illos damnis multari, hos commoda sequi, illos bellis confici, hos pace frui perenni, illos fame enecari, rerumq̃ ad vitam necessariarum egestate laborare, penuriaq̃ premi, his omnium, quæ terra, mari cœloq̃ nascerentur, copiam affluere, quæq̃ cætera Hesiodus, & in ijs, ad colenda iu-

Iniustos incommodis affici, iustis omnia affluere, ait Hesiodus.

 stitiam

Solis iustis hominibus similes liberi nascuntur.

stitiam magnum mortalibus incitamentum esse situm, vt certè est, ratus, solis hominibus iustis similes liberos nasci, ait: quo nihil grauius ad retinendosq; in officio homines fingi excogitariúe accommodatius potuit. Filios enim sibi dissimiles propè est vt homines pro alienis ducant, qualisq; adulterio quæsitos, certamque temerati matrimonij notam damnent, exososque habeant, cuius rei sensum & animantes rationis expertes quædam habere creduntur. Nam Haliæetus, aquilæ genus est, clarissima oculorum acie ales, Plinio secundo authore, lib. Naturalis historiæ. x. exclusos primùm pullos, nec dum pluma vestitos, multo verbere solem intueri cogit, conniuentesque, & ferre aduersum sydus haud valentes nido deturbat, tanquam degeneres, partumque adulterinum, solosq; educit, qui immota stare acie contrà possunt, vt tantò magis homines ea re offensum iri existimandum sit, & ideò in officio retentum iri. Sed & Demosthenes, vt à contemptu leges quoq; vindicaret, colendamq; in ciuitate cum primis iustitiã hominibus persuaderet, duas Deas fori esse præsides scripsit, illam ipsam Dicen, Iouis filiam, cuius suprà meminimus, atque Eunomiam, idemq; legem omnem esse inuentionem quandam, atq; donum Dei dixit: Aristoteles verò, maiorem legi authoritatem addendam ratus, legem non Dei donum, vt Demosthenes, sed Deum vocauit, scriptum enim lib. Politicorum tertio reliquit, qui legem, inquiens, præesse vult, is velle videtur, Deum ac leges imperare: qui autẽ vult hominem, is etiam beluam adiungit. Huc pertinet illa iustitiæ imago, quam veteres pictores Rethoresq;, Chrysippus scribere refertur, forma esse atq; hlo virginali voluisse, aspectu vehemẽti & formidabili, luminibus oculorũ acribus, neq; humilis, neq; atrocis, sed reuerendę cuiusdã tristitiæ dignitate: ita Gellius in suis noctibus qui indesignificari, author est, iudicẽ, qui iustitię antistes est, oportẽre esse graue, sanctum, seuerũ, incorruptũ, inadulabilem, contraq; improbos nocentesq; immisericordem atq; inexorabilẽ, erectumq; & arduum ac potẽtem, vi & maiestate æquitatis veritatisq; terrificum. Multa consultò prætereo superiorum ætatũm commenta, cautionesq; quibus prudentissimi viri suarumq; rerum publicarum amantes, vt optimè sanctissimeq; leges ab omnibus sicuti par est, colerentur, haud sunt consequuti. Sępe enim violatas contempta numinis religione hominum cessisse furori tandẽ, ac libidini constat, quò spectare illud Solonis ad Epimenidẽ videtur: Deos inquientis ac latores legum nõ solos moderari ciuitates posse, sed eos, qui multitudinẽ, in quamcunq; partem placitũ est, agunt, id autem, vt eloquentia persæpè consequi liceat: iurisdictione tamẽ ac magistratus authoritate obtinere, promptissimum est. Quantum est enim, vt Pomponius ait, ius in ciuitate esse, nisi sint, qui iura regere possint? regit autẽ is ius, qui bonos præmijs, malos atq; improbos pœnis afficit, nec delicta sinit esse impunita, quibus duabus rebus omnis Reipub. status ac salus continetur. Nam nisi, qui morte, exilio, vinculis ac damno coërcentur, ab iniuria abstinet nemo: bonos verò, nisi quos præmia inuitant, perquàm raros esse: Nam gratis, vt ille bellissimè cecinit, pœnitet esse probum. Quamobrem, cùm Solonem Lacedæmonijs leges scribere aggressum Anacharsis fama accepisset, eius operam ac studiũ irrisisse fertur, stultum esse arbitratus, hominum cupiditates literis coërceri posse, ac legum scriptione putare, quippe quas telis aranearum esse diceret persimiles, quæ imbecilliora quidem animalia, tanquã feras in caliem impactas, detinent, fortiora, & quæ viribus valent, transmittunt. Nimis sanè verè, & ætati nostræ, ne dicam & huic regioni, congruenter dictum: ignobile quippe hodie haberi, ac contemptui proximum, legibus seruire, magistratusq; obtemperare imperio, humiliorum ista sunt hominum atq; plebeiorũ, potẽtiores, quorumq; opes in excelso sunt, solutos legum vinculis pro animi sui libidine viuere decet, scilicet, solis his legibus iuris authoritatem habere iussis, quę eorum causis non aduersantur: quæ verò etiam patrocinantur eorumq; cupiditatibus & libidini seruiunt, eas tanq; focos atque aras defendunt, tuentur, interpretationeq; iuuant, nihil iustius, nihil æquius, nihil denique sanctius esse prædicant, quasiq; cœlo edita oracula laudibus ferunt, cæterarum omnium ex professo hostes. Quotus enim, quæso, quisque Procerum Polonorum, Lituanorumúe, quid Procerum, inquam? gregariorum nobilium pulcherrimũ iuris prudentiæ studium tanti vnquam fecit, in quod liberos suos vel paucos annos incumbere dignum esse putauerit? cùm in tenuioribus quibusdam studijs, ad remq; publicam gerendam parum idoneis bonam ætatis partem terere

Haliæeti in fœtu explorando ratio.

Dice & Eunomia duæ fori Deæ.

Lex inuentio quædam & donum Dei.

Iustitiæ imago.

Qualem esse iudicem oportet.

Non soli latores legum ciuitatis moderantur.

Ius in ciuitate sine magistratu frustra est.

Reipubl. salus quibus contineatur.

Leges telis aranearum similes.

Legibus seruire, ignobile habetur.

tem terere eos facilè patiantur, sed sui illis facti ratio constat, cur enim ea dulcissimis liberis suis proponāt studia, à quibus abhorrēt ipsi? non digna arbitrati, quę addiscantur. Nam, quod Ioannes Tarnouius, Comes, Polonici Senatus secundū te olim princeps, cuius excessu magnum atq; intolerabile damnum hæc fecit Respubl. quantum otij ab imperatorio munere, quo strenuè ac fideliter & magna cum diui Sigismundi patris tui gloria functus est, suppetijt, id totum ad legum Romanarum lectionem contulit atq; cognitionem, miraculo adscribere licet, & inter rara prudentium huius gentis consilia ponere, quasi vnus intellexerit, ad patrias leges cognoscendas, quarum ille consultissimus fuit, externi iuris notitiam, prisci illius Quiritium præsertim, magnum habere momentum, vt re vera habet. Nam importunas illorum voces quis ferat? qui Polonos suas habere leges aiunt, externisq; nullis indigere, quasi verò & alij populi, æquè atq; Poloni, liberi, non quoq; suas habeant leges? Quid enim amplissima Hispaniarum regna? quid Galliarum? cæteraq; fermè omnis Europa, vt ditionibus quibusdam alia atq; alia natio diuisa est, nónne suas quoq; singuli populi proprias q; habent leges? verum, cùm quid in ijs desideratur, parumúe plenè, obscuriusúe comprehensum est, ad Quiritium leges, quæ hodie Cæsaris authoritate valent, confugere non erubescunt, non quasi ea reagnoscere Cæsaris imperium videantur. Constatenim Hispanias liberas esse, suosq; fasces Cæsari non submittere. Quid autem Gallos putare dicamus, attollentes tot iam annos intestino bello aduersus Cæsarem cristas? apud quos quidem has ipsas leges, quibus de sermo est, maximo in honore, si vsquam in Europa, atq; dignitate esse, nemo nescit. In vsurpādis itaq; Quiritiū legibus, nec Hispani, nec Galli, alijúe liberi populi hoc agere sunt existimādi, quasi agnoscere Cæsarem videantur, eiusúe maiestatem vereri, sed leges ab ijs optimas, atq; summa prudētia latas amplecti. Quod si Polonis tuis te authore totius propè Europæ exemplo permotis in mentem aliquando tandem veniat, vt, cùm suis deficiuntur, illis vtantur, nihil quicquam mea sententia peccabitur. Hæc disputatio ad eas leges pertinet, quibus suorum Regum latione acceptis equestris ordinis homines in Polonia ditione tua viuunt: ad alterum verò ius quod attinet, id est, Theutonicum, partim Saxonicum, partim Maideburgense, quo omnes tuæ ditionis ciuitates, Prussiaq; ipsa tota, non postrema Polonici regni portio, vtitur: Negare non possumus, Romani iuris scientiam esse perneccessariam, id quippe, cùm illud, quod proprium habent, siue Saxonicum, siue Maideburgense, minus plenum est, tanquam commune vsurpant, litigatoribusq; reddunt. Quod qui ignorat, ignorant autem plurimi, quomodo ipse, quæso, tibi in amplissimo regno ius ciuibus tuis dicturo dubitanti atq; hærenti, vt inter causas discutiendas vsu venire solet, consultus respondeat? hærebitné & ipse? imò verò è vestigio suam proferet sententiam. Nemo enim hominum celerius, nemo ocyus, quàm rerum quibus de interrogaretur, ignarus respondit: in ore imperitorum semper parata responsio est, semper præsens, vt inconsiderata semper atq; inconsulta, nam & quo quisque iuris indoctior est, hoc in respondendo, promptior atq; expeditior. Nónne sæpe audire solemus speciosa illa quorundam oracula, sic libet appellare, cùm de iure, cuius ne iota quidem vnum tenent, fortè interrogantur, ita sibi videri inquientium, illud æquum, hoc bonum, ipsorum scilicet esse iudicio? nec pudere ridiculos homines, se ius, de quo responsuri sunt, ignorare etiam prę fari. Occurrunt autem mox, ne parum suæ famæ consulere videantur, temeritatem tacitè accusantibus, de iure ignoto respondentium, quid aliud inquientes lex est, quàm ratio quædam naturalis? qua nemo homo præditus non est, ita satis sua illa oracula sarta tectaq; fore rati, ô nos stultos atq; imprudentes? imò vecordes, qui tot periculis aditis, tot maria emensi, patria, dulcissimis parentibus atq; necessarijs relictis, ex Hispania in Galliam, inde in Italiam difficillimis itineribus atq; impeditissimis susceptis, capescendæ iuris scientiæ amore, infimorum sæpe hominum abiectorumq; indignis obnoxij iniurijs atq; contumelijs, esse prope modum exules extorresq; sustinemus, ô inanes nostras vigilias, vanamq; curam, totq; euoluendis libris irritos labores, quibus, quæ intra nos, in ipso mentis nostræ secessu, quasiq; sinu habemus, id est, naturalem rationem, qua quisq; nostrûm præditus est, foris quærimus? Sed & illorū sapientissimorū virorū superuacuū studiū accusare licet, atq; adeò damnare, qui ciuitates legibus latis fundauere. Quid Dracones, Solones, Lycurgos loquar? quidúe, quod huc attinet, propiusq; est, Casimiros, Ludouicos, Ingellones appellem? prudētissimos sanctissimosq;

Ioannis Tarnouij laus.

Hispaniæ liberæ.

In ore imperitorum parata responsio.

Carpūtur de iure temerè respōdentes.

illos Græcarum rerum publicarum, hos Polonę tuæ, olim moderatores, nulloúe operę prętio ciuibus suis populisq; amplissimis leges scripsêre? & nullo certè dicere consequens est, si quà quis homo est, iuris peritus est, nihilq; aliud est lex, quàm, quod illi aut illi, nullis etiam literis legumúe præceptis aut prudentiũ consultis instructo fortè videtur. Sed ex istis quæro, qui vniuersam iurisprudentiã cum nutricis lacte suxerunt, aut potius ex vtero materno omnis iuris atque iustitiæ consulti prodierunt, si nihil aliud est lex, vt illi asseuerant, quàm ratio quædam naturalis, vt non repetam superuacuam esse omnem legis lationem, non minus diuinæ, quàm humanæ, frustraq; in iure condendo à quoq; nauatã olim operam. Quæro, inquam, cùm Romani à Græcis ciuitatibus leges missis oratoribus petendas putauerunt, excideratné eis ratio naturalis, quàm isti legem esse dicunt? aut illa orbem terrarum domitura Vrbe relicta ad Græcos transuolauerat? illúdue mihi respondeant, cùm eadem sit omnibus hominibus naturalis ratio, cur non eædẽ leges apud omnes gentes sint? imò verò cur non eędem semper apud easdem gentes? quis enim, pręter delira istorũ capita nesciat, ius populo reddituris legum, quibus ille populus vteretur, esse cognitionem necessariã? vecordium profecto esse, arbitrari ratione naturali omnia percipi scio quidem plæraq; legibus contineri, quæ homo non vulgari prudentia præditus, exactioreq; iudicio, suapte cognoscat, idemq; quod ignoratis legibus cautum esset, quandoq; respondeat: hoc tamẽ fortuna quadã ac casu accidere, nemo negauerit: eum autem, qui iurisdictioni præest, consultò, nõ casu ius reddere debere, quod in illa specie responsum dixit, cùm iudex post accepta controuersiæ instrumenta modico temporis interposito spatio pronunciâsset. Placuit enim, licet legibus consequens, quod pronunciatum esset, proponeretur, viribus carere, quia casu, non cõsultò pronunciatum esset, sed vt in ijs, quæ iure naturali continentur, euenire possit, vt rationem sequuti naturalem tanq; in rebus fixa atq; immutabili, conuenienter incognitis legibus, quandoq; respondeamus, in ijs certè, quæ cuiusq; ciuitatis placitis comprehensa sunt, diuersum est. Natura quippe ius idẽ apud omnes gentes haberi, vt & rationem naturalẽ omnibus hominibus eandem esse, ita fermè, vt apud omnes gentes ignem calfacere: Ius verò ciuile, ne in eadem quidem ciuitate, idem semper esse, quin sæpe, rebus ita fortè dictantibus, immutari, aliudq; pro alio constitui, quodq; prius iustũ non fuisset, esse iustũ incipere. Ius quippe in ciuitate nasci, vt & hominem, adolescere & interire: annisq; quodã modo ceu senio consumi, indeq; fieri, vt quas leges superiòr ætas sapienter constitutas putauit, eas sequens, tanq; parum prudenter latas, abroget, antiquet, irritasq; esse iubeat, alijs sæpe deterioribus in ciuiũ perniciem substitutis, vt sunt eorum, qui Reipub. moderãtur, ingenia. Nam quo, quęso, iure manus sibi adferre, mortemq; ante diẽ maturare, licere hominibus potest? Constat enim ius, quodcunq; constitueret, hominũ esse causa constitutum, seruandorũ quidem, non perdendorum. Illud itaq; scelus exosi Athenienses in eum, qui mortẽ sibi conscisset, ita vindicâsse, quidã authores prodiderunt, vt manum, qua id flagitium perpetratũ esset, abscisam seorsum, tanq; cæterorũ membrorum inimicam, à reliquo corpore humandam præciperent, detestati, vt poterant, pessimum facinus in se sæuientium. Etsi verò mortem sibi consciscentium consilium maximum grauissimumq; flagitiũ contineat: repertus tamen est Hadrianus Imperator, qui hoc lege sua iustum esse voluit. Euphrati enim Philosopho, vt Dion author est, meminitq; Cælius Rhodiginus lib. lectionum antiquarum xxviij. Cap. xxviij. vitæ pertæso, annis confecto ac senecta, grauiq; aduersa valetudine laboranti, idcircoq; mori, occupato sua manu fato, affectanti, licereq; id salua existimatione suaq; illæsa postulanti, adnuit, cauto, ne factũ necem talibus ex causis sibi adferentis ignominia sequeretur vlla, aut infamia. Si lex ita naturæ repugnans, vlla Principis authoritate rata esse potest, etsi nõ defuturos putem, qui hæc cæteraq; legũ monstra ratione sua non vacare autument, tanq; viri sit ita vitam finire. Nam & hoc in Sardanapalo scio laudatum, qui, cùm se opesq; suas rebus accisis in pyram ad hoc extructã immisisset, ea re sola, cùm cætero vitæ actu vt fœmina egisset, virum imitatus scribitur, siue Trogi Pompeij hoc est, siue Iustini, illius historiã perstringentis, qui lib. i. Sardanapali excessum scribens, ita subiecit, in tanta ergò ingeniorũ varietate, vnde tanq; ex fontibus leges manant, alijsq; sublatis aliæ sufficiuntur, quis certam iuriq; alicuius ciuitatis cõsentientè proferre sententiam se posse promittit, nisi cui cognitũ id ius sit? idemq; interdum in ipso iure, quod natura constat, vsu venire potest, vt non semel in quibusdam

Consultò, nõ casu, ius reddendum.

Ius naturale apud omnes gentes idem.

Ius Ciuile mutationib. obnoxium.

Ius omne hominum causa constitutũ.

Athenienſium in eos, qui mortem ſibi conſciuerunt, pœna.

Hadrianus Imperator Euphrati Philoſopho mortem ſibi conſciſcere permiſit.

Sardanapalus mortem ſibi conſciſcens mori fortiter creditus.

buſdam articulis à nonnullis gentibus certo quodam ipſarum inſtituto repudiatũ eſt, quod in furto apparet, quod admiſſum nullæ, quas ſciam, leges, quàm veſtræ grauius coërcent, ob leuiſsimas ſæpe res ſubreptas, & quæ contemni poſsint, laquei pœna cõſtituta, delinquentibus ſupplicij genus non ſupplicium obtentu natalium fruſtra deprecantibus. At Tauros, Scythas, furta imputa relinquere, Herodotus in Melpomene author eſt. Sed, ne barbarorũ exemplum quis eleuet, veteres Aegyptios, quorum in artibus reperiendis ſolertia, rerumq; optimarũ cognitione ſagacitas celebratur, idem obſeruaſſe, Ariſtonem luriſconſultum ſcribere, Aulus Gellius lib. xi. noctiũ Atticarũ cap. xviij. refert, nullum quippe apud eos furti crimen eſſe. Apud Lacedæmonios verò ſobriam gentem atq; acrem, furandi induſtria, vt author eſt Xenophon lib. de Cyri minoris expeditione. iiij. & eo, quem de Repub. Lacedæmoniorũ ſcripſit, nõ modò, impunitatem reperit, ſed laudem etiam promeruit. Enimuerò, quod in furto deprehenſos loris cædi Lycurgus iuſsit, ea re ſtultitiam caſtigari parum cautè attenteq; furantis, non autem furtum puniri, idem Xenophon ait, quippe cuius nullã à Lycurgo pœnam eſſe conſtitutam, pleraque hiſtoria refert, in eduliis quidem hoc, ijſq; rebus, quę in vniuerſum ad leuandam famem pertinent, comprobatum eſt: Nam furtis luxuriam alere, ſumptumq; præbere libidini, ius non fuit. Voluit enim Lycurgus hoc veluti domeſtico tyrocinio acuere ſpartanam iuuentutem ad fallendum hoſtem. Latinis hoc amplius prędari graſſariq; via aperta ac rapto viuere, patrio inſtituto licuit, quod Nomanus ille Vergilianus libro Aeneidos. ix. cùm molliciem Troianis exprobraturus, moremſuæ gentis iactat, his verbis declarat.

Leges Polonicæ omnium grauißimè in fures animad uertunt.

Apud Tauros, Scythas, furta ſunt impunita.

Aegyptijs furtum crimen non eſt.

Lacedæmonij furari in laude ponũt.

Latini rapto viuere ſolitt.

Caniciem, inquiens, galea premimus: ſemperq; recentes Conuectare iuuat prædas: & viuere rapto.

Idem quoq; euenit in cæde, quod crimen quanquam & diuinis & humanis legibus ſemper capitale habitum eſt, non erubuerunt olim Romani modici æris multa vindicare: quæ poſtea lex meritò antiquata eſt, eam tamen inſequuta ætate à maioribus tuis Reipub. Polonæ moderatoribus inter ſuas leges eſſe relatã, mirari magis licet, quàm laudare, quippe qui nõ, vt illi veteres Romani, diuinarũ legum præcepta ignorauêre. niſi quòd, vt ſuam hominibus, ne dicam Deo immortali, ſeueritatem comprobarent: annui carceris pœnam adiecêre, quaſi non ſatius fuiſſet, lege diuina, vt ſcripta erat, vti, quàm nouam ſancire, & enim ſiue mitior, ſiue acerbior, quod quoſdam audio dicere, annui carceris, quàm extremi ſupplicij pœna eſt, vtraque re peccari ab eius legis latoribus palàm eſt, tanquam qui aliud cædis ſupplicium quàm Deus, per æmulationem conſtituiſſent, clementia cum Deo, aut ſeueritate certare voluiſſe videantur, quod pluſquam nefarium eſt. Sed quia, qui talem legem condidêre, quæ cędis crimẽ ære coërcet, habuerunt, quos imitarentur: ipſos interim miſſos faciamus, nam & nõ deeſſe eis ſcimus, quibus ſuam illã inſolentem Deoq; repugnantem ſanctionem prę-fractè tueantur. Aliã itaq; proponamus, quæ tam abſurda eſt, vt nulla ratione, quæ excogitari cuiuſquam ingenio queat, vindicari ab iniquitate poteſt, vim illatam contraria vi defendere, iniuriamq; manu propulſare, vt Iulius Paulus lib. ix. Digeſt. Ad legem Aquiliam capite xlv. ſcribit, omnes leges & omnia iura permittunt, quod & naturali & ciuili rationi congruit, hoc quidem apud cæteras gentes: in Polonia verò ditione tua maior. tuor. legibus ſi quis adgreſſorẽ, dum nec euadere fuga, nec ſe loco tueri, aut quoquo modo vim declinare poteſt, tutelæ ſuæ cauſa fortè occiderit, pecunia bene ſanè magna multatur, tanquam ea vna in re haud mediocriter deliquerit, quòd Sicario iugulũ non præbuit. cuius legis cùm nulla non idonea modò aut tolerabilis, ſed ne friuola quidẽ ratio reperiri poſsit, quid iſti, quæſo, reſpondeant, qui ratione naturali omniũ prudentiũ placita quaſi pugillo putant comprehendi, legumq; cognitionem ei, qui iuriſdictioni præeſt, negant eſſe neceſſariã: id tantùm, quod ratio dictat, ſequi iuſſo? pleraq; enim eſſe, vt ſuprà conſtitit, quæ ſeruare hodie in foro iuſdicentẽ oportet, vt pote legibus ſuę ciuitatis cauta, quæ tamen rationi naturali non modò nõ congruunt, ſed aduerſantur etiã atq; repugnant, eum itaq; qui in magiſtratu eſt, legũ, quibus populus, cui ius dicturus eſt, viuit, habere notitiã oportêre, pluſq; manifeſtũ eſt. Legũ peritiæ hoc amplius atq; cognitioni conſtantiã adiungere animi exigimus: Nam bonum eſſe virum iudicẽ, neceſſe eſt, mentemq; adferre ad tribunal atq; propoſitũ ab legũ pręſcripto nunq; diſcedendi, non odio, non amore, non ſordibus, non etiam metu, aut potentiorum territionibus, quibus rebus ius dicentium religio tentata atque adeò victa ſæpe ceſsit, quodq; minimè bonum atque æqũ fuit, pro iure reddi-tum eſt. Nam & inimico, iuris authoritate nocere, vt ſunt hodie ingenia, iucundum

Homicidas priſci Romani pecunia multarunt, idemq; poſtea à Polonæ reipub. moderatoribus vſurpatum.

Vim vi repellere licet.

In Polonia multatur, qui ſe defendendo hominem occidit.

Iudex qualis eſſe debeat.

Iudicum corruptela.

eſt, &

Peruersa potẽtior. authoritas in iudicijs.

Iudicẽ Herculem alterũ esse oportet.

Chrysippus ad gerendam rempub. cur nõ accesserit.

Themistocles à gerẽdo magistratu abhorruit.

Demosthenes rem forẽsem exosus.

est, & qualibet coniuncto necessitudine morem gerere, pulchrum ducitur: auro autẽ muneribusq́, quæ nõ sunt expugnata iudicia: quæ non labefactatæ leges: quod non adulteratu ius: potentiorum verò authoritas, ne territiones dicam atq́ minas, quibus illi in foro, nõ legibus certare solent, cuius ius dicentis animum non flexit, non vicit, non perfregit: adeundæ multorum inimicitiæ sunt ius dicenti, qui legum voluntati, quàm hominum libidini seruire malit, et fortem eum prẽstare animum atq́ inuictum oportet, quasiq́ alterũ Herculem omnes fori superare difficultates, quibus Chrysippus fortè deterritus, cùm priuatus ageret, interrogaretuŕq́ quamobrẽ ad Rempub. gerendã non accederet: respondisse fertur: ne, si malè, inquiens, gessero, deos, si benè, homines mihi iratos reddam, atq́ infensos. Durius illud Themistoclis atque acerbius, sed quo similiter difficultas in gerendo magistratu significatur: nam, cùm quosdam ambire magistratũ audiret, si duas mihi quisquam, inquit, ostenderet vias, quarum ad inferos altera, altera ad tribunal ducat: eam, quę ad inferos tendit, ingredi satius putem. Quidam aiunt, & Demosthenem ita à re forensi abhorruisse, eius scilicet periculorũ minimè ignarum, vt familiaribus suis dixisse memoretur, se, quàm ad tribunal in exilium potius iturũ, si alterutrum ei elígendum foret. Quorum ego sententiã secutus, atq́ authoritatem à iuris dicundi munere, arduo, difficili, ac impedito semper abhorrui, et ius docere, quàm dicere, in schola interpretari, quàm in foro reddere, Doctor deniq́, quàm cognitor esse malui. Has mihi partes cùm elegissem, Bononia in terram Poloniã, dictionem tuam, Petri Gamrati antistitis amplissimi vocatu veni: nam in Hispaniam ad meos Gallorum arma reditũ præcluserant, nouemq́ annis artẽ boni & æqui Polonæ iuuentuti Cracouiæ tradidi, & inde Viennã Ioanne Lãgo iurisconsulto authore à Ferdinando Cæsare sacratissimo, socero tuo, ad idem docendi munus accitus, à te, Rex optime atq́ clementissime, retẽtus sum, me tibi regiæq́ tuæ dare operã voluisti, et quem ius dicentem in tanta iurisconsultorũ Polonorum, doctissimorum quidem illorum, copia consulere quandoq́ non piguisset, optimi scilicet atq́ sanctissimi Sigismundi, patris, qui hoc honore me nõnunquam erat dignatus, authoritatem sequutũ, mę inter fori Palatini cognitores vnum esse iussisti. Adsedi Samueli Maceouio Cracouiensium antistiti, sacrorum Codicillorum & Epistolar. Magistro, à fori cancellis nouo magis, quàm probo vocabulo hunc magistratum Cancellarium vocant, & mox Ioanni Prærenbio, Gnesneñ. Archiepiscopo, senatus secundum te optimatiumq́ Principi, post Maceouij excessum illud sacrorum codicillorum & epistolar. magisteriũ obeunti. et nunc Philippo Padneuio, Cracouieñ. Pontifici, nostrę́q́ ætatis Catoni, eius in summo hoc magisterio successori, viris tribus maximis atq́ religiosissimis vigilantissimisq́ Reipub. Polonæ custodibus, & propugnatoribus strenuis. Maceouio fidelis Martini Cromeri opera, & summa integritas præsto fuit. Prærenbio et Padneuio Stanislai Carncouij, auditoris et discipuli mei, consumatissimum studium, et sæpe Augustini Rotundi, prætoris Vrbani, industria singularis & eruditio, hominum, vt est de Sulpitio dictum, nõ minus iuris, quàm iustitiæ consultorũ, ad leuandũ fori laborẽ accesit. Inter has fori exercitationes id mihi videor consecutus, vt eorum, quę cum doctissimis illis viris sępe disceptando didicissem: mandare literis aliquid et posteritati tradere auderẽ. Igitur cum proximo tẽpore Ioanni Domanouio Samogitiæ Antistiti, & Stanislao Narcusio, viris optimis atq́ prudentissimis, in reǵ forensi per omnẽ ætatem versatis causarũ Lituanicarũ tertius cognitor accessissem, ne nullũ operarũ nostrarum forensium extaret monumentũ, quæ in nostrã cognitionẽ inciderunt, definitaq́ à nobis sunt, pauca quædã mihi delegi, quæ tuo nomine aut numine potius munita atq́ defensa in publicũ emitterem, tuta sic à reprehensorũ licentia futura, nefas omnibus existimaturis, quę tibi nũcupata essent, ea scripto violare aut verbo. Quæ porrò, ne nuda in hominum manus venirent, quantum ei rei succisiuis horis vacare potui, cõmentarijs fusiorib. exornaui. Cupio maiestati tuæ laborẽ hunc meum studiumq́ probari, quod si per animi tui clementiam fuero consecutus, cætera huius argumenti persequar, vt quicquid in hoc toto Augusto tribunali, te quidem principe, nobis autem disceptatorib. de iure responsum est, literis à me consignatum, cum nominis tui memoria ad posteritatẽ transmittatur. Vale, hostium Christi et tuor. victor. Vilna. KL. Sextilib. sacratissimo natali tuo. Anno à Christo Deo Seruatore nostro nato, Secundo & Sexagesimo supra Millesimum & quingentesimum.

PETRI ROYZII MAV. REI ALCAGNICENSIS, REGII IVRECONSVLTI,

Decisio Lituanica Prima.

TITVLVS.

De testamento eius, qui mortem sibi consciuit.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum, posteaquam manus sibi quis attulisset, rectè atq; ordinè factum, valeat nec ne?*
2 *Qui iudicio carent, testamentū condere iure prohibentur: etiam pietatis causa.*
3 *Augustini Rotundi Prætoris Vilnensis in iudicando verecundia atq; modestia.*
4 *Qui est Rescripti conditor, idem esse debet interpres.*
5 *Royzius causarum Lituanicarum auditor.*
6 *Multùm interest, testari quis potuerit, an secundum leges testatus sit.*
7 *Testamenti ordinatio maximè animi iudiciū exigit.*
8 *Ad ea, quæ animi iudicio fiunt: qui intellectu carēt, nulla Principis indulgentia idonei reddūntur.*
9 *Impuberes neq; Iudices esse, neque matrimonium contrahere indulgentia Principis possunt.*
10 *Matrimonium inter eos, qui mdiuiduæ vitæ proposito non copulantur, confirmari nulla Pontificis Maximi authoritate potest.*
11 *Ex lapidibus in commeantium perniciem sine causa iactis, furor arguitur. & numer. 57.*
12 *Qui sibi non parcit: multominus alij parcet.*
13 *Qui reliquias suas testamento in mare abijci præcipit: ea re impos mentis esse creditur: nisi contrarium probetur.*
14 *Qui mortem sibi consciscunt, in sterquilinio cum canibus, communem habent sepulturam.*
15 *Ægrotus medico nō obtemperans, suæ nō esse mentis quibusdam creditur.*
16 *Cùm plures eiusdē rei esse causæ possunt, ei vnam certam aliquam tribuere, non est necesse.*
17 *Mortem sibi consciscendi permultæ causæ esse, atq; innumerabiles possunt.*
18 *Neronis excessus.*
19 *Cornelij Galli excessus.*
20 *Licinij Macri excessus.*
21 *Dymni Macedonis excessus.*
22 *Quando bona metu pœnæ mortem sibi consciscentium, fisco vindicentur: & quando non.*
23 *Royzij responsum Ioanni Luthomiro Regio Quæstori Consulenti, bona Foroliuiensis mortem sibi irrogasse crediti, publicari ne deberent?*
24 *Quidam authore Marciano, vitæ tædio mortem sibi irrogant: in quibus Amphion.*
25 *Alij impatientia doloris vitam sua manu finiunt: qui exitus Aiacis Telamonij fuit, ob prælatum sibi in armis Achillis Vlyssem indignantis.*
26 *Dioxippus pudore victus, manus sibi attulit.*
27 *Sæpe minus est constantiæ in rubore, quàm in culpa.*
28 *Pomponius Atticus morbi impatientia, media se extinxit.*
29 *Gaius Proculeius Augusti Cæsaris familiaris in graui stomachi dolore, Gypso poto mortem sibi consciuit.*
30 *Calani Indi Philosophi excessus.*
31 *Festi excessus.*
32 *Scipionis excessus.*
33 *Catonis Vticensis excessus.*
34 *Porcia Catonis filia, cognita Bruti mariti nece, candentium carbonum haustu se interemit.*
35 *Lucretia, vim à Sexto Tarquinio passa, dedecoris impatiens, sua se manu occidit.*
36 *Curtij adolescentis Romani excessus.*
37 *Philenum Carthaginensium excessus.*
38 *Themistoclis excessus.*
39 *Charondæ Tyrij excessus.*
40 *Maronis de Didone vanitas, verusq; Didonis excessus.*
41 *Vandæ Polonorum Reginæ de quodam Theutonum Regulo victoria, & vtriusq; excessus.*
42 *Empedocles diuinitatis affectatione, aut iactatione potius quadam, in Æthnam insiluit.*
43 *Cleombrotus adolescens, lecto Platonis Phædone, se in mare abiecit.*
44 *Marcus Cato, priusquam mortem sibi consciret, bis Platonis Phædonem perlegit.*
45 *Chrysippi & Zenonis voluntaria mors.*
46 *Cùm multæ esse hominibus causæ, consciscendæ sibi mortis possint, non debet vna certa quædam præsumi.*
47 *Anuli gestatio in muliere, non est certum contracti matrimonij argumentum.*
48 *Qui sine causa mortem sibi consciscere adgressus est, prohibitusq; non perpetrauit, puniri debet. cum num. seq.*
49 *Furiosi satis ipso furore puniuntur.*
50 *Furiosi & impuberes fraudem capitalem admittere non possunt: qui manus sibi adfert, potest.*
51 *Testamentum hoc ipso, quod mortem sibi quis consciit, non infirmatur.*
52 *Lapides in vulgus iacere, non est argumentum furoris: nisi hoc amplius more insanorum illud factum probetur. cum num. seq. & numer. 56. & seq.*
53 *Quandoq;, & qui sapiunt, iaciunt lapides.*
54 *Consciscere sibi quis mortem, ex causa legibus Digestor. probata, potest.*
55 *Lex admissum eorum vindicat, qui temerè manus sibi adferunt.*
56 *Cur ex præcepto reliquias suas in mare abijci iubentis, furoris sumatur coniectura?*
57 *Temerarius lapidum iactus furorem arguit. & num. 11.*
58 *Non tam ex factis dictisve, quàm ex faciendi dicendive causis, alienatio mentis deprehenditur.*

59 *Mortem sibi cõsciendi causse, hominibus calamitosis plures esse possunt.*

60 *Reliquias suas in mare abijci iubentis, nulla euidens ratio est.*

61 *Quæ causæ authore Bartolo probabiles esse possunt, reliquias suas in mare abijci volentis, nouaq; addita à Royzio, cum num. seq.*

62 *Sylla Dictator, Gaij Marij cadauere eruto, talionem metuens, reliquias suas cremari iussit, contra familiæ suæ morem.*

63 *Quando ægroti Medico non obtemperantis, alienatio mentis arguatur, & quando non.*

64 *Qui ægroto malum Medicum adhibet, pro homicida est.*

65 *Maritus uxori ægrotanti Medicum imperitum adducens, ea defuncta, lucro dotis carere debet, ac si suis ipsam manibus occidisset.*

66 *Vulnerato, imperitum Medicũ adhibente, cantionibus ue, aut alia improbata ratione vulnera curante, inde defuncto, percussorem pœna homicidij liberari.*

67 *Imperito Medico credere salutem suam nolle, nõ est desipientis.*

68 *Medicinam per imperitiam facienti, casus mortalitatis imputatur.*

69 *Ægrotus, qui Medicũ nõ adhibet, usq; ad culpã oneratur: furiosus tamẽ esse non præsumitur.*

70 *Vulneratus, qui Chirurgum non aduocat, aduocatóue non paret, inde defunctus, percussorem pœna homicidij liberat.*

71 *Maritus uxori ægrotanti Medicum non aduocans, ea inde mortua, dotis lucro priuatur.*

72 *Ex non accersito Medico, aut non audito, coniecturam furoris sumi, nusquam relatum est.*

73 *Hippocratis de artis Medicæ incertitudine iudicium.*

74 *Singulorum morborum apud Ægyptios singuli fuere Medici: contrà quam hodie ubiq; fit.*

75 *Multæ sunt Gentes, quæ sine Medicis degunt.*

76 *Archagatus Medicus anno ab Vrbe condita quingentesimo trieesimo quinto Peloponeso Romam venit, nunquam antè usam Medicis.*

77 *Idem ob secandi atq; urendi sæuitiam Romanis artem Medicam inuisam Medicosq; omnes fecit, dictus ob id ipse carnifex.*

78 *Pertinax Catonis odium in Græcorum literas, quibus præsertim ars Medica continetur.*

79 *Post Catonis excessum Roma diu Medicis caruit, pauciq; Quiritiũ postea eam artẽ attigerunt.*

80 *Romani Æsculapio ædem extra mœnia posuerũt, non passi eum intra Vrbem coli.*

81 *In sola artium Medicina cuicunq; se eam tenere professo, cùm sit periculum in nullo mendacio maius, statim creditur, adeò blanda sperandi pro se cuiq; dulcedo est.*

82 *Singulare Medicorum vitium est, famam nominis nouitate aliqua aucupari.*

83 *Prodicus Medicina, quæ Climice dicta est, antiquata Iatralepticen instituit, successit Chrysippus aliiq; atq; alij pænè innumerabiles, qui superiorum ætatum inuentis placitisq; ante receptis, nouam medendi viam ingressi, obuiam iuerunt, vix tandem facto innouandi fine.*

84 *Matthæus Curtius Medicus, cùm ex Pleuritide laboraret, passus est contrasia placita ex communibus traditionibus secari sibi venam.*

85 *Damnata Medicorum professio est terminibus Poëtarum.*

86 *Asa Rex, qui in summo pedum dolore Medicorũ, non Dei opem implorauit, reprehensus est.*

87 *Furor ex ijs rebus probatur, quæ in hominem sanæ mentis non incidunt.*

88 *Sapit, qui Medici se fidei non committit, cuius insidias timet, cuiusue auaritiam suspectam habet, aut imperitiam. Medicum imperitum adhibere in culpa ponitur.*

89 *Qui morbi euentum expectat, ne mercedem soluat, auaritiæ, non insaniæ argui debet.*

90 *Qui cognita morbi grauitate, moriturum se inde intelligit, si medicum non accersit, reprehendi non potest. & num. seq.*

91 *Mortifera ægritudo variè deprehenditur.*

92 *Medicum non adhibere in morbis, qui sanari possunt, non est argumentum insaniæ.*

93 *Morbi diuina voluntate, varijs ex causis hominibus accidunt.*

94 *Probatio ex necessario non ex incerto debet concludi.*

95 *Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur: stultissimus iniquissimo.*

96 *Marcus Tullius ex senio repuerascere, & in cunis vagire, in bonis non duxit.*

97 *Prisci Poëtæ funera existimabãt lætitia, non luctu & lamentis prosequenda.*

98 *Trophonij & Agamedis excessus.*

99 *Deterreri sapientes à morte non oportet exemplo Socratis.*

100 *Socrates in iudicio capitis nec patronum quæsiuit, nec Iudicibus supplex fuit, educiq; è custodia, cùm posset, noluit.*

101 *Oratio Socratis è vita migraturi.*

102 *Dauid diu se viuere questus.*

103 *Paulus Apostolus mori optauit: & esse cum Christo.*

104 *Cùm mors in bonis sit atq; optandis, ex nõ implorata Medici ope nulla arguitur insania.*

105 *Et si mors in malis numeretur, qui Medico nõ obtemperauit, non est habendus insanus.*

106 *Non est iniussu Imperatoris. i. est Dei de præsidio ac statione vitæ decedendum.*

107 *Non semper ex furore mortem sibi homines consciunt.*

108 *Ægroti nõ vna de causa Medico nõ obtemperãt.*

109 *Furiosus dilucida habens interualla, tempore sanæ mentis rectè testamentum condit, cæteraq; facit quæ sapientes.*

110 *Quod furiosus inducias furoris habens, tempore furori proximo fecit, Oldrado & Baldo authoribus, ex qualitate facti dijudicatur.*

111 *Cæteris authoribus, quocunq; tempore quid ab eo factum dicatur, ex actus qualitate probandum est, aut reijciendum.*

112 *In ordinationibus furiosorum furoris inducias habentium, quò magis valeat aut non valeat actus, eius qualitas inspicitur.*

113 *Factum ab eo, qui in perpetuo furore est, valeat nec ne, variè responsum.*

114 *Testamentum à Tuditano notæ insaniæ homine rectè atq; ordinè factum, Romæ à centum viris est approbatum.*

115 *Royzij distinctio: testamentum item tribus verbis dictari potest.*

116 *Suspicio furoris, qui ex alienis deridendisq; sermonibus arguitur, ex sapienter dictis dilui debet.*

117 *Nihil tam naturale est quàm ex contrarijs contraria proficisci.*

118 *Ex contrarijs effectis causæ contrariæ deprehenduntur.*

119 *In dubio homo secundũ naturam sanæ esse mentis præsumitur.*

120 *Qui per furorem hominem occidisse dicitur, pœnam non effugit: nisi simulatæ insaniæ nulla sit suspicio.*

121 *Pleriq; ciuilium munerum effugiendorũ gratia furorem mentiuntur.*

122 *Pertusij quidam, maiorum Bartoli tempore, fraternam, furorem cæde per biennium simulato, vindicauit.*

123 *Vlysses, ne ad bellum Troianum proficisceretur, furorem commentus est.*

124 *Solo, vt Reipublicæ prodesset, idem fecit.*

125 *Quod furiosus dilucida habens interualla quandoq; fecit, ac si dilucidis factum interuallis esset, haberi debet.*

126 *Diuturnus furor perseuerare creditur, non diuturnus non creditur.*

127 *Quantum momenti habeat Tabellionis enunciatio, testatorem integra mente fuisse præfati, in singularem disceptationem reijcit author.*

128 *Ordinaria Rescriptorũ Principalium potestas est solennia supplere: nõ autem confirmare, quod iure factum non est.*

129 *Municipalis Maidеburgensium lex valetudine aduersa laborantib testamenti faciendi alienandiue quid, sine hæredum consensu, vltra tres solidos aufert facultatem.*

130 *Qui Proumcialì Saxonum lege testamentũ condere potest, aliquidve de suo alienare, tam firma esse valetudme debet, vt præscripto quodam modo armatus absque externa ope equum conscendere possit.*

131 *Experimentũ virium ita ostendandarum extra militares homines non habet locum.*

132 *Verum verò exigi id à milite pedestri militiæ adsueto oporteat, tractatur.*

133 *Item an, qui equestrem pedestremq; militiã exercuit, secundum hanc potius aut illam specimen edere debeat?*

134 *Miles pedester testamentum facturus, quemadmodum vires suas ostentare debeat, arbitrio iudicis relinquitur.*

135 *In agricola rem suam alienaturo vires requiruntur, quæ sufficiant per sladium aratrum regenti.*

136 *In ciue exigere, vt tantisper coram magistratu stare possit, dum rem suã alienat, sententiæ legis Saxonicæ non congruit.*

137 *Absurdum est in rerum alienatione militem firmiore esse valetudine oportere quàm plebeium.*

138 *Perridiculum est, res mobiles aut se mouentes difficilius à milite alienari, quàm à plebeio res soli.*

139 *Semper legibus præcipua habita est militum ratio.*

140 *Generaliter honestiorum quàm humiliorũ causa potior vsq; quaq; fuit.*

141 *Cùm ad res soli alienandas vires paululùm standi in plebeio exigantur, perperam in eodem, ad verum mobilium alienationem, perfecta corporis valetudo desideratur.*

142 *In toto Iure rerum mobilium ac se mouentium facilius permissa est alienatio, quàm immobilium.*

143 *Qui ægrotum existimant alienare tantum posse, quantum porrigere extra lectum, vbi decumberet, suis ipse viribus queat, nullo Iure nituntur.*

144 *Similiter & illi sine lege loquuntur, qui ægrum tantum paratæ pecuniæ dare cui velit, posse putant: quantum manu apprehendere à nullo adiutus potest.*

145 *Imò vtraq; sententia contra legem est.*

146 *Pecuniæ appellatione, quidquid in hæreditate est, continetur.*

147 *Parati vox, & quod numero non constat, latinè scientibus demonstrat.*

148 *Qui Iurisdictioni præest, indulgentior esse quàm lex non debet.*

149 *Iudex seruire legis verbis habet necesse, non suam putationem eis præferre.*

150 *Quidam in alienatione secundum Saxonum Ius ab ægroto facienda suorum hæredum consensum exigunt.*

151 *Hæredes sui sunt, qui in potestate parentum primum locum obtinent.*

152 *Verba, quorũ plenior est demonstratio, ad præcellentiora & nobiliora arctari solent.*

153 *Iuris Ciuilis appellatione Ius Romanum intelligitur.*

154 *Nuda Poëtæ appellatio Latinis Vergiliũ, Græcis Homerum significat.*

155 *Sui hæredes cæteris præstant: primamq; in successione causam habent: dominiq; quodam modo in vita parentum existimantur.*

156 *Sui hæredes defunctis parentibus non tam percipere hæreditatem quàm liberam bonorũ administrationem consequi videntur.*

157 *Sui hæredes licet instituti non sint, domini tamen sunt.*

158 *Pro hærede gerere est pro domino gerere.*

159 *Superior ætas hæredes pro dominis appellabat.*

160 *Suorúmne, an & quorumcunq; hæredum ab ægroto alienare volente consensus exigi debeat, tractatur.*

161 *In dubio illa sequenda est interpretatio, secundum quàm Ius Commune minus læditur.*

162 *Quorumcunq; hæredum non suorum tantùm in alienatione ab ægroto facienda cõsensus est exigendus.*

163 *Appellatione hæredis omnis hæredum species continetur.*

164 *Generalis sermo omnia comprehendit: etiam si non par in omnibus ratio sit.*

165 *Vbi lex non distinguit, non est distinguendum.*

166 *Lex Theutonica, quasi omnium legitimorum hæredum in alienatione ab ægro facienda exigat, hactenus intellecta est.*

167 *Minimè sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt.*

168 *Suis hæredibus non extantibus proximorũ quorumcunq; consensus est desiderandus, quibus consultum lex voluit.*

169 *Legitimorum hæredum interest, intempestiuis alienationibus, aut supremis morientium iudicijs, rerum hæreditariarũ nihil imminui, aut de nomine ac familia exire.*

170 *Causa, quamobrem Ius Saxonicum in aduersa corporis valetudine testari, aliôve modo rem suam alienare vetet, quæritur & redditur, quam Royzius Iustiniani Constitutioni contra Theutonici Interpretis sententiam docet non accommodari. cum num. seq.*

171 *Nec hæreditas nec successio viuentis vlla est.*

172 *Quod nostrũ est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.*

173 *Nemo, quod suum non est, alienat: aut, quod nõ habet, transfert.*

174 *Aliud est alienare, aliud consentire alienanti. vt aliud est vendere, aliud vendenti consentire.*

175 *Ægrotus Iure Saxonico Ecclesijs cæterisq; pijs locis sine hæredum consensu testamento dare legareq; potest.*

176 *Altera ratio, quamobrem ægrotus Iure Saxonico sine hæredum consensu, substantiam suam alienare non possit: quam author multis refellit.*

177 *Ægrotanti sumptus non modicus est necessarius: cùm ob alia, tùm ob explendam medicorum auaritiam.*

178 *Æsculapius ob auaritiam, ab Ioue fulmine percussus est.*

179 *Charmides ob hominem sanandum H—S.cc. pactus est.*

180 *Petrus Apponensis quoquam ad ægrotum curandum Bononia nõ exiuit, nisi mercede quinquaginta nummûm aureorum in singulos dies constituta.*

181 *Idem ad Honorium Pontificem Maximum vocatus, diurnas operas quadringentis locauit.*

182 *Medicorum nostræ ætatis auaritia.*

183 *Incertum diem continet mors.*

184 *Quod est in vno constitutum, ad diuersum non rectè producitur.*

185 *Lex, quæ bonis interdicit, bona non aufert. Item quid sit prodigus.*

186 *Pleraq; Italiæ municipia, mulieres bona sua alienare vetant: quibusdam propinquorum suorum non adhibitis.*

187 *Vxor, viro non consentiente, iure Theutonico bona sua alienare non potest.*

188 *Fœminis Iure Theutonico, tutores dantur.*

189 *Carpitur Polonorum quorundam socordia atq; imperitia.*

190 *Necessaria est legum authoritas: Interpretum verò probabilis.*

191 *Interpretum opinio eatenus in foro debet obtinere, qua legibus est consentanea.*

192 *Erubescimus cùm sine lege loquimur.*

193 *Tertia ratio ademptæ ægrotis alienandi facultatis exponitur, & refellitur. cum num. seq.*

194 *Nouissima Iustiniani constitutio vetat, non curata prius natura, id est ijs, quibus Iure naturali obstringimur, quicquam extraneis largiri.*

195 *Lex, quæ ægris alienandi facultatẽ aufert, benè valentibus idem permittere videtur.*

196 *Ius Theutonicum bona valetudine vtentibus, rerum tam mobilium & se mouentium, quàm soli alienationem permisit: eo solis ægrotis negato.*

197 *Nouissima Iustiniani constitutio quo sensu accipiatur.*

198 *Iure nouissimo, legitima liberis portione relicta, de reliqua substantia paterfamiliâs, pro animi sui motu, statuere potest.*

199 *Iure Theutonico vltra tres solidos, ægrotus alienare non potest.*

200 *Differentia inter Constitutionem Iustiniani, & Ius Theutonicum in rebus testamento relinquendis.*

201 *Ius commune in testatore mentis integritatem, non corporis exigit: Theutonicum vtriusq.*

202 *Expeditius est, quæ alij tradiderunt, refellere: quàm reperire meliora.*

203 *Dura & inhumana est lex, quæ de rebus suis ægrotos statuere vetat: & contra aliarũ Gentium iura.*

204 *Vera ratio prohibitæ ægrotis Iure Theutonico suarum rerum alienationis. Quæ confirmatur. num. seq.*

205 *Ægritudines, quæ sine vsu lecti tolerari possunt, extra legis sunt prohibitionem.*

206 *Confestim cingendus, pro cincto est.*

207 *Quod proximè futurum est, perinde habetur, ac si iam sit.*

208 *Causa ad conclusionem perducta, pro eo habetur, ac si pronunciatum esset.*

209 *Fideiussor proximè condemnandus aduersus eũ, pro quo fideiusserit, agere potest.*

210 *Mox professurus, pro professo est: eumq; violant, est anathema.*

211 *Ædes proximè sacrandæ, pro sacratis habentur.*

212 *Qui ad scribendi munus lectus est, pro eo est, ac si iam scriberet.*

213 *Magistratum inituru, nomen dignitatis adipiscitur: & fermè rem.*

214 *Consules designati cum ijs, qui in eõsulatu sunt, ad Senatus consultum admittuntur, & cum illis habent suffragia.*

215 *Mos Tusciæ in adhibendis designatis vrbi Præfectis cum ijs, qui Magistratum exercent.*

216 *Iacobus Vchanius designatus Episcopus Chelmensis, non sine iniuria à suffragijs in Synodo Prouinciali ferendis repulsus est.*

217 *Argumentum à tempore ad locum valet.*

218 *Is præsens habetur, qui in proximo loco est.*

219 *Possessio quæritur, nõ earum modò rerum, quæ in conspectu habemus, sed quas proximè conspicere licet.*

220 *Ægroti, qui de vita laborant, tanquam morti proximi, mortuis comparantur.*

221 *Defenditur duritia legis Saxonicæ.*

222 *Cæpta quandoq; pro consumatis sunt.*

223 *Cuiusq; rei potissima pars est principium.*

224 *Argenti facti appellatione quid contineatur.*

225 *Legato vestium cedunt vestes incisæ nondum sartæ.*

226 *Vestimentum est, quod defectum non est: modò detextum sit.*

227 *Si quæ longè à consumatione absunt, pro consumatis sunt: multò magis, quæ propè consumationem sunt, haberi pro consumatis debent.*

228 *Qui grauiter ægrotant, tanquam morti proximi, mortuis æquiparantur.*

229 *Medium*

229 *Medium ei extremò, cui proximè accedit, attribuitur.*

230 *Quod de bello, idem de inducijs est iudicium.*

231 *Proximus pubertati pro pubere est.*

232 *Non tam præsens status spectari debet, quàm quod euenire potest: si eò præsens status inclinet.*

233 *Non est absurdum, viuentes pro mortuis haberi. Nam contrà, qui in rebus humanis non sunt, pro natis habentur.*

234 *Lex Cornelia captos ab hostibus, quasi præambula hora captiuitatis mortuos, fingit.*

235 *Deportati mortuis comparantur, talesq; per decus habentur.*

236 *In acie verò amissi, per gloriam in perpetuum viuere intelliguntur, parentibusq; prosunt.*

237 *Qui per virtutem pertat, non pol mterit.*

238 *Mortiferè vulneratus, postea inde mortuus, cùm vulneraretur, non cùm verè extinguitur, mortuus intelligitur.*

339 *Qui intra mille passus, vbi Poloniæ Rex est, quo loco cædes sunt capitales, hominem mortiferè vulnerauit: eo post Regium discessum ex vulneribus extincto, capite pœnas luit. Ære autẽ, cùm, qui absente Rege vulneratus est, præsente extinguitur.*

240 *Lex Saxonica, de alienatione ægrotis prohibita, malè defendi à duritia potest, tantumq; quia ita scripta est, seruanda est.*

241 *Quod proximè futurum est, pro eo, quasi iam sit, haberi: quomodo intelligendum.*

242 *Mortiferum vulnus & illud dicitur, tam Medicis quàm Iurisconsultis, quod nõ semper mortem adfert.*

243 *Homine mortiferè vulnerato, ruina postea interempto, qui vulnerauit, cædis non tenetur.*

244 *Homine vulnerato, ita vt inde moriturum certum sit, viuente, aduersus vulnerantem de occiso agi non potest.*

245 *Homo, quàm diu in eo anima est, mortuus dici non potest.*

246 *Quod dictum est, iam morituros mortuis comparari, per fictionem acceptum est. Ideoq; in legibus Municipalibus non habet locum.*

247 *Mortiferè vulneratos mortuis exæquari, nõ est per omnia verum.*

248 *Mortiferè vulneratos, etiam voce amissa, rectè testamentum facere.*

249 *Quæ animi iudicio geruntur, in ijs, mentis non corporis integritas exigitur.*

250 *In nouissimo vitæ tempore, rectè matrimonium contrahitur.*

251 *Ius quantumuis durum seruandũ est: & secundum id iudicandum.*

252 *Mortiferè à se vulnerati testamentum, non tanquàm à furioso, sed tanquam ab ægroto factum, vltra trium solidorum summam Iure Saxonico non valet: & ita pronunciatum est.*

EX FACTO agitatum est, cùm species incidisset huiusmodi. Quidam cõscisc endæ sibi mortis causa, manus suo ipse corpori intulit: tanta moriendi pertinacia, vt aluo ferro exsecta, quo maturius se rebus humanis extraheret, manibus intestina auelleret sua. postridieq;, quàm id fecisset, desperata iam salute, testamentũ condidit. Quærebatur, vtrum Tabulæ testamenti, quod ab homine ita affecto dictatũ esset, valerent nec ne? Fratres defuncti, ad quos intestati hæreditas pertinebat, testamentum nullius esse momenti dicebant. Quippe quod defunctus cùm nuncuparet, suæ mentis non fuisset, magnoq; argumento esse, quod ipse in se admisisset. Neminem enim, qui suæ mentis esset, sibi manus inferre, mortemq; consciscere. Furiosorum 2 eum exitum esse, qui, quia † iudicio carent, testamentum condere legibus prohibentur: §. Præterea. Insti. quib. non est permis. fac. testament. l. ij. & l. in aduersa. ff. Qui testa. facere possunt. etiam pietatis causa. c. fi. de succes. ab intest. hæc erat summa defensio intestati causam tuentium.

Ex aduerso defuncti vxor, quæ legatum ex testamento petebat, virum suum post manus sibi illatas resipuisse: &, cùm Tabulas testamenti conderet, suæ fuisse mentis multis argumentis confirmabat. Nam acciri ad se Magistratum iussisse: coram quo, de more Gentis, voluntatis suæ sententiam supremumq; iudiciũ eius, quod post mortem suam fieri vellet, dictaret. detestatum item tanti in se facinoris perpetrati crimen, ex institutoq; sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, sacerdote adhibito, pœnitentem arcana mentis suæ, maleq; facta cogitataq; professum, poposcisse Deum veni-

am. solutum denique verbis conceptis, vti adsolet, reatu. Ad hæc ab Ecclesia ad salutares dominici corporis epulas admissum: quod furiosis alijsq; , qui suæ mentis non sunt, nunq; fas fuit. Allegabanturq; Tabellionis verba, quibus in exordio testamenti, vti fieri plerunque solet, defunctum animi compotem, ac mentis suæ fuisse asseuerat. Proferebatur postremò principale rescriptum, quo testamenti Tabulæ confirmatæ
3 proponebantur. Qua † de re cùm apud familiarem meum Augustinum Rotundum, Prætorem Vrbanum, quem honoris, veterumq; eius in me meritorum gratia nomino, iudicium susceptum esset: & post multam disceptationem, quid statuendum foret, ambigeretur, ille, vt est homo iuris prudens, & minimè arrogans, cuius ego verecundiam hac parte, non possum non laudare, licet animaduerteret, quamobrem de viribus testamenti meritò dubitaretur: lecta tamen principali confirmatione, Regium Auditorium adeundum Maiestatis causa, &
4 inde rescripti Interpretationem petendam, modestissimè pronunciauit: ne † alius rescripti conditor, fuisset alius interpres. quod fieri vetat constitutio. l. fi. c. de legib. Nos
5 autem † qui causarum Lituanicarum, in quibus prouocatio ad Regem est, ex mandata iurisdictione notionem habemus, eramus similiter Principem consulturi: nisi lectis accuratius cognitisq; rescripti verbis, necessitatem solennium à Principe remissam: non etiam ei, qui testandi ius non haberet, quò magis testari posset, ius datum: perspexissemus, remissisq; solennibus, factionem testamenti permitti, non esset consequens.
6 Multùm † enim interesse, testari quis potuerit: an secundum leges testatus sit. l. Si quæramus ff. Qui testa. fac. poss. non esse visam itaq; causam, quamobrem de rescripti intellectu Princeps adiretur. Adde, non facilè eò decurrendum esse: vt testandi facultas tributa videatur homini, cuius mentis alienatio ex tam atroci in se scelere admisso non
7 obscurè arguitur, cùm † testamenti ordinatio, maximè animi iudiciũ exigat. d. §. Præterea. Quo qui carent, ijs ita adempta est testandi facultas, vt principali rescripto restituti
8 non possit. Nam † ad ea, quæ animi iudicio fiunt: qui intellectu carent, nulla Principis indulgentia idonei redduntur. Quod post Innocentium c. sciscitatus. de rescript. & Baldum l. bonorum. in 2. q. C. qui admitt. Alexander Tartagninus lib. 6. principaliũ Constitutionum, l. fi, C, de milit. testa. & Philippus Decius l. fœminæ. §. item impuberes. de diuer. reg. iur. lib. L. Digestor. ad-
9 notauerunt. Quapropter † cùm impuberes, ne iudices sint, natura impediantur. l. cùm prætor. §. non autem. ff. de iudic. quò magis iudicandi munere fungantur, hoc eis Princeps tribuere non potest. Tantundem responsum est in matrimonijs constituendis:
10 nam, † vt eorum coniugatio, qui indiuiduæ vitæ consilio non coëunt, nuptiæ sint, quia id non agunt, vt vir & vxor fiant, frustra Pontificis Maximi interuenit authoritas. Præposit. post Antoni. Butri. & alios. c. fi. nu. 2. de spon. Dispiciendum itaq; nobis est, quando testamenti Tabulas rescripto Principis non confirmari declarauimus. An ipsę per se consistere quoquo modo posse videantur: quantumq; valeat fratrum allegatio, intestati causam defendentium: de qua suprà paucis dictum est. An verum sit, eum, qui mortis sibi consciscendæ causa, quid in se fecisset, furiosum esse: qua vna re intestati causa nititur, & ratio facit, vt ea defensio
11 probabilis videatur. Nam, † si ex lapidibus in vulgò commeantium perniciem temerè, & sine causa iactis, vt Accursius l. Si eum dotem. §. Si maritus. ff. solut. matri. cæteriq; Docto. §. Si maritus. & l. furiosum. C. qui testa. fac. poss. probant, furor arguitur: Idem in eo respondendum erit, qui consciscendæ sibi mortis causa quid fecisse probatur. Nihil enim in alios non ausurum, qui id in se ausus esset, verisimile est, neque manus ab alijs abstenturum, qui à suo corpore nõ ab-
12 stinuisset. Nam, † vt Marcianus lib. 48. Digestor. l. fi. §. videri. in fi. de bon. eo. qui an. sen. vel mor. si. consci. vel accu. corr. adde. l. cùm autem. §. malus. ff. de ædi. edic. scribit, qui sibi non pepercit: multominus alij parcet. Deniq; † si eum, qui humanæ conditio-
13 nis immemor, in suo testamento hæredem sub ea conditione scripsisset: si reliquias eius in mare abijceret: præsumptum est mentis compotem non fuisse. vt, nisi perspicuis rationibus ab hærede ea suspicio dilueretur, hæreditatem in causam intestati recisuram placuisset: l. quidam in suo. ff. de condi. inst. quid in eo erit respondendum, qui cæde in se admissa indignus sepultura suo ipse fa-
14 gitio redditus est: Nam, † qui mortem sibi consciuerunt, ij in sterquilinio cum canibus cõmunem habent sepulturam, Glos. c. placuit. 23. q. 5. Roma. singul. 264. incipi. fui interrogatus. Iacobin. de sancto Georgio. Tra. de feu. §. dictiq; vasalli. numer. 19. Adde, multùm hæc inter se distare, nõ enim magnum

magnum esse: si quis neglecta sepulturæ cura, quocunq; loco sepeliri sustineat. vtpote eius rei sensum, quo mortui carent, non habiturus. Vnde Anchises apud Vergilium facilis, inquit, iactura sepulchri est. At verò viuentis corpus non sine graui sensu atq; dolore violari, vt meritò furor ex morte sibi conscita magis arguatur, quàm si quis reliquias suas in mare abijci iubeat. Exemplis
15 † item superioribus non dissimilem causam esse, quidam voluerunt ægrotantis, qui Medici dicto audiens non esset, quasi quia perire, quàm opem medica seruari malit, non esse suæ mentis credendus sit. Glos. c.1.83.distinct.in verb. inferas. Iason. l. Furiosum.num. 4.ibi.item si infirmus. C. Qui testa.face.poss. Quam sententiam si recipimus, eum, qui suis ipse manibus mortem sibi irrogauit, ex insania id fecisse, maiori ratione existimare debemus, vt in faciendo, quàm nec faciendo euidentior ineat vis, certiusq; inde quàm hinc sumitur argumentū. Hæc sollicitam quidem, continere quæstionem videntur, propius tamen est, vt ijs argumentis probatus furor non existimetur.
16 Quotiens † enim rei cuiusq; complures esse causæ possunt: ei vnam certam aliquam tribuere, non oportet. Arg. non hoc & ibi Docto. C. vnde legi. Abb. c. illud. nu. 13. de præsump. Quapropter ex morte sibi à quo quā conscita, qui furorem arguunt, parum rectè
17 disputare mihi videntur. Quia mortem voluntariam appetendi, sibiq; irrogandi permultæ causę esse possunt, atq; adeo innumerabiles, d.l.fi.§. si quis autē. ibi. vel alio modo. vt varij sunt afflictæ fortunæ casus, rerumq; euentus. Quod Antoninus Imperator li.9. Constitutionum l.1. C. de boni. eor. qui mort. si. conse. Principalium post Marcianum l.fi.ff. eod. veterem iuris authorem declarat, cùm quosdam ait conscientia delati sceleris, siue Reos postulatos, siue in crimine deprehensos, mortem sibi irrogare.
18 Sic † Neronem ilium, humani generis facē, à Senatu hostem patriæ iudicatum, ne dignas suis flagitijs pœnas populo Romano persolueret, supplicij ignominiam morte si-
19 bi conscita effugisse refertur. Sic † Cornelij Gallum Poëtam, eum fortassē, quem in extrema Bucolici carminis parte P. Verg. Maro celebrauit, è vita excessisse Amianus Marcellinus lib.17. suæ historiæ est author. Quippe cum Aegypti præfectura per auaritiam gesta, furtorum, & direptæ Prouinciæ arcesseretur, acrem nobilitatis indignationem formidans, gladio incubuit. Licinius † quoq; Macer repetundarum postulatus,
20 laqueum torsit, & voluntaria se morte affe-
21 cit. Scribit † Quintus Curtius lib.6. suæ historię Dymnum Macedonem, cùm ad conspectum Alexandri Magni, cui insidias cōparasset, deduceretur, conscientia sceleris
22 mortem sibi consciuisse. Multa † sunt huiusmodi, apud priscos authores exempla, metu pœnæ mortem sibi irrogantiū, quorum bona generaliter, quasi crimen confessorū, d.l.fi.§.1. & qui de se sententiam detulissent, d.l.fi.§. vider. in fiscum cogi constitutum d.l.fi. in prin. & l.1. C. eodem. est, si modò nexi eo crimine proponantur. de quo conuicti, bonis exuerentur, cæteris successorem habituris. d.l.fi.§ si quis autem. idq; diui pij Rescripto d.l.fi.§.1. consequens est, secundū
23 † quæ Ioanni Luthomiro viro Magnifico Regio Quæstori, Castellanoq; Rauensium patrono singulari meo, mirificè de me merito respondi consultus, vtrum bona Foroliuiensis cuiusdam, qui se superioribus diebus Cracouiæ iugulasset, adimenda hæredibus essent? non adimenda respondi. Quod tantò magis in eo dicendum erat, qui nec in crimine deprehensus vllo: sed nec postulatus fuisset, aut insimulatus, nec deniq;, quāobrem id in se admisisset, cognitum, nec satis etiam exploratum, præter vulgi rumorē, sua ipse, an aliena manu perijsset. Sed ad cōsciēdæ mortis causas, vnde diuertit oratio,
24 redeo. Esse † præterea qui, vt Marcianus ait, l.fi. adde l. omne. §. qui se. ff. de re milit. vitæ tædio mortem sibi irrogant, vt Amphion filijs ab Apolline vide. d.l.fi.§. videri. interfectis. De quo Poëta Pelignus in Ibin.

Addidit vt fidicen miseris sua funera natis,
Sic tibi sint vitæ tædia iusta tuæ.

25 Alios † impatientia doloris coactos, idem consilium capere, in quibus Aiax Telamonius fuit, qui, de Achillis armis prælato sibi Vlysse, suo se ipse gladio interemit. De eo idem Poëta Pelignus libro 13. Metam. ita scribit:

Hectora qui solus, qui ferrum, ignesq;, Iouemq;
Sustinuit totiens, vnam non sustinet iram.
Inuictumq; virum vicit dolor. arripit ensem.
Et meus hic certè est: an & hunc sibi posсit Vlysses?
Hoc ait vtendum est in me mihi, quiq; cruore,
Sæpe Phrygum maduit domini nunc cæde madebit:
Ne quisquam Aiacem posit superare, nisi Aiax.
Dixit, & in pectus, tum demum vulnera passum.
Quæ patuit, ferro letalem condidit ensem.

26 Non † defuere &, quos pudor ad mortem

voluntariam compulit, sic Dioxippum vita excessisse Quintus Curtius libro 9. suæ historiæ refert, Is enim post Horratam Alexandri Magni militem singulari certamine superatum, flagrantibus odio in eum Macedonibus, Alexandro Regi surrepti aurei poculi, quod in ipsius necem ex composito ministri subduxerant, falsò accusatus, dum coniectum oculorum, quibus vti fur destinabatur, sustinere non potest, conuiuio excedens, Epistola, quæ Regi redderetur,
27 conscripta, sua se manu occidit. Vt † sæpe, sicuti Quintus Curtius ait, minus est con-
28 stantiæ in rubore, quàm in culpa. Sunt † quibus idem consilium, vt mori quàm viuere mallet, morbi impatientia suggessit. Quod Pomponio Attico, viro Marc. Tulli. Cicer. amicitia & literis claro accidisse memoriæ proditum est. Eum enim senem admodum, morbo diu vexatum, inito moriendi consilio, victu suapte abstinuisse & vita,
29 accepimus. C. † quoq; Proculeium Augusti Cæsaris familiarem in maximo stomachi dolore, gypso poto, mortem sibi conscisuis-
30 se. C. Plinius refert. Est † & illud Calani Indi, priscæ memoriæ Philosophi illustre exemplũ, qui ad trium & septuaginta annorum ætatẽ inoffensa valetudine prouectus, alui tunc correptus dolore, in conspectu Alexandri Magni, frustra vitã retinere suadentis, & ab incœpto teterrimo eum reuocantis, Dijs patrijs adoratis conscenso rogo incendio voluntario occubuit, non suo, sed Philosophorũ suę Gentis instituto. Qui in rebus pulchris ducunt, igni extingui, & fati diem, se vltrò combustis, occupare. Lau-
31 dat † Valerius Martialis, popularis meus, Festum, qui fœdissimi lichenum morbi, in se curam non recipientis, impatientia gladio incubuit. De eo Epigrammatõn libro 1. istud extat:

Indignas premeret pestis cum tabida fauces:
Inq; ipsos vultus serperet atra lues.
Siccis ipse genis flentes hortatus amicos,
Decreuit flygios Festus adire lacus.
Non tamen obscuro pia polluit ora veneno:
Aut torsit lenta tristia fata fame.
Sanctam Romana vitam sed morte peregit:
Demisitq; animam nobiliore via.
Hanc mortem satis magni præferre Catonis
Fama potest: huius Cæsar amicus erat.

Romanam mortem appellauit Martialis, vt obiter admoneam, quam Romani sanguinis viri perditis afflictisq; rebus, erant
32 oppetere soliti, in quibus † Scipio partibus Cn. Pompei generi sui parum feliciter defensis, in Hispaniam nauigans, qua vehebatur naue à Cæsariano milite capta, ferro se transuerberauit, ne Cæsaris esset Captiuus.
33 Similis † exitus mortis q; appetendæ causa Catoni Vticensi viro Clarissimo Romanæq; sapientiæ principi fuisse memoratur. Qui ne & ipse in Cæsaris victoris veniret potestatem, districto gladio se interemit, Quem Marcus Tullius Cicero præclarè perijsse scribit, & sic è vita abijsse, vt se causam moriendi nactum gaudere videretur.
34 Nec † segnior mulierum Romanarum animos subijt cogitatio. Nam Porcia huius, de quo nunc diximus, Catonis filia, cognita Bruti mariti sui nece, ferro, quod sibi poposcerat, negato, candentium carbonum haustu, inusitata mortis specie, vitam reliquit. De qua idem popularis meus lib. item 1. Epigramm. ita scripsit:

Coniugis audisset fatum cùm Porcia Bruti:
Et subtracta sibi quæreret arma dolor.
Nondum scitis, ait, mortem non posse negari?
Credideram, satis hoc vos docuisse patrem.
Dixit: & ardentes auido bibit ore fauillas.
I nunc, & ferrum turba molestia nega.

35 Sic † quoq; Lucretia, spiritus & ipsa virilis Romaniq; fœmina, admissi in se per Sexti Tarquinij vim dedecoris impatiens, pectus ferro confodit. Sunt denique appetendæ voluntariæ mortis causæ aliæ multæ, quas non afflicta tantùm & fracta aduersis casibus fortuna attulit, sed honestæ vitæ
36 reperit ratio. Curtio † adolescenti illi Romano quid causæ fuit? cur in hiatum, qui se Romæ ingenti terræ vi subsidente, in foro aperuerat, armatus equoq; vectus præceps iret. Vna sanè erga patriam pietas,
37 quæ † Philænis quoq; fratribus Carthaginiensibus author fuit, vt Punici Imperij propagandi gratia, viuos se terra obrui passi sint, sicuti hi, vt Reipub. prodessent:
38 Ita † ex aduerso Themistocles, vt à patria oppugnanda, vnde exul erat, se abstineret, sanguinis Taurini haustu mortem sibi consci-
39 uit. Est † & memorabilis ille Charondæ Tyrij excessus, qui, cùm ex rure fortè reuersus, indictam derepentè contionem gladio, vt erat accinctus, aduersus legem, quam tulisset ipse, per imprudentiã adisset, facti per errorem admonitus, legem, quam non soluerat, capite suo sanxit, ferro, quo erat accinctus, protinus in se conuerso. Dido,
40 carmine † Maronis notior, quàm honestior:

ſtior: nõ Aeneæ deſiderio, quem nec viderat, mortem ſibi irrogauit, ſed ne ingratas Iarbæ Getulorum Regis nuptias contra viduitatis propoſitũ inuita ſequi cogeretur. De eius exceſſu, contra Vergilij vanitatem, Græcum extat Epigramma ab Auſonio literis latinis ita expreſſum:

Illa ego ſum Dido vultu, quam conſpicis hoſpes,
Aſſimulata modis, pulchraq́, mirificis.
Talis eram: ſed non Maro quam mihi finxit, erat mens.
Vita nec inceſtis læta cupidinibus.
Namq́, nec Aeneas vidit me Troius vnquam:
Nec Lybiam aduenit claſsibus Iliacis:
Sed furias fugiens, atq, arma procacis Iarbæ
Seruaui, fateor, morte pudicitiam:
Pectore transfixo, caſtos quod pertulit enſes,
Non furor, aut læſo crudus amore dolor.
Sic cecidiſſe iuuat: vixi ſine vulnere famæ:
Vlta virum, poſitis mœnibus oppetij.
Inuida cur in me ſtimulaſti Muſa Maronem,
Fingeret vt noſtræ damna pudicitiæ?

41 Vanda † & ipſa Regina, vna ex Craci gente reliqua, quodam Theutonum Regulo cõnubium eius extorquere minis & armis adorto, voti deſperatione ad voluntariam mortem compulſo, ſucceſſu exultans Cracouiæ, tanq; Dijs grata victima futura, in proximum Regiæ profluentem ſe præcipitauit, quaſi ad Deos & æterna cœlitum gaudia, demerſo aquis corpore migratura. Quę perſuaſio mentes priſcorum magni nominis Philoſophorum occupauit. Nam †

42 Empedocles ſimiliter ratus ſolutis corporis vinculis, homines ad Deos abire, diuinitatis affectatione aut iactatione potius quadã, vt quidam apud Domitium Vlpianum lib. duodetrigeſimo Digeſt. l. ſi quis fili. §. eius. de in iuſ. rup. irri. fa. teſt. & ibi gloſ. putant, ſe voluntaria morte affecit. De quo Horatius:

dicam, Siculiq́, Poëtæ
Narrabo interitum. Deus immortalis haberi,
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Inſiluit.

43 Eadem † imbutus opinione Cleombrotus, adoleſcẽs Ambraciota, lecto Platonis Phœdone, qui eſt de animorum immortalitate,

44 ſe in mare abiecit. Feruntꝫ Marcum Catonẽ Vticenſem, de quo eſt ſuprà à nobis dictũ, non prius mortem ſibi conſciuiſſe, quàm

45 eodem Platonis libro bis perlecto. Iiſdem † impliciti erroribus Chryſippus & Zeno non abſimilem exitum habuere, voluntaria & ipſi morte conſumpti. Hæc libuit referre exempla ex varijs cauſis manus ſibi inferentium, pluribus abſtinui, quæ lectori in veterum libris ſæpe occurrent, nec

46 noſtra adeò ætas his vacat euentis. Cùm † ergò multæ eſſe cauſæ conſciſcendæ ſibi mortis hominibus poſsint, vt eſt ſuprà abundè demonſtratum, non continuò, quia quandoq; ex furore & id fiat, huic vni cau-

47 ſæ tale factum adſcribi debet, ſicuti † nec in muliere, vt Nicolaus Abb. libro 2. Decretalium. c. illud, col. fi. nu. 13. de præſumpt. Epiſtolarum notat, anuli geſtatio certum eſt matrimonij argumentum, cùm ſimiliter plures, eius rei cauſæ eſſe poſsint, vt in pro-

48 poſito manus ſibi adferendi. Contra † exiſtimantibus conſequens fore, eos, qui ſine cauſa conſciſcere ſibi mortem aggreſsi, id, à ſuis fortè prohibiti, non perpetraſſent,

49 puniri non debere. Nam † vt diuus Marcus & Commodus Scapulæ Tertyllo reſcripſerunt, l. diuus. ff. de offic. Prælid. furioſi ſatis ipſo furore puniuntur. Atqui ijs non parci libro 40. Digeſto. l. fi. §. videri. de bonis eor. qui ante ſenten. vel. mor. ſib. conſci. vel accuſ. corr. Marcianus eſt author. falſum itaq; eſſe, ex facto mortem ſibi conſciſcen-

50 tis furorem argui. Huc † pertinet, quod Domitius Vlpianus libro 21. Digeſt. l. cùm autem. §. excipitur. de ædil. edict. cùm de furioſis & impuberibus eſſet loquutus, quos fraudem capitalem admittere negauit, Excipitur, inquit, & ille, qui mortis ſibi conſciſcendæ cauſa quid feciſſet. Cui exceptioni locus non erat, ſi conſciſcendæ ſibi mortis conſilium, ex ſolo furore proficiſceretur, eiusq; alia cauſa eſſe nulla poſſet. Apparet itaq; ex his defuncti furorem, quò minus teſtari potuerit, non eſſe probatum, nec aliam cauſam, ob quam teſtamentum mortem ſibi conſciſcentis infirmetur. Nam

51 † vt hoc ipſo, quod mortem ſibi quis irrogauit, teſtamentum eius vitietur, negat lex. Si quis filio. §. eius. ff. de in iuſ. rup. irri. fac. teſt. Quæ inter cauſas talis admiſsi diſtinguit. Igitur, quod ad hoc caput attinet, teſtamentum valere, nequaquam dubitare

52 oportet. Nec † occurrit: quod ſuprà dicebatur de iacientibus lapides in vulgus. Non enim ſatis id eſſe ad probandum furorem, niſi hoc amplius more inſanorum illud factum probetur, ſiue ex conſuetudine eius,

53 cuius furor argueretur. Quam † ſententiam poſt Baldum, Alexand. Tartagninus & Iaſon ſunt ſequuti: inquientes, d. §. ſi marit. Eſt qui ſapiunt, iacere quandoq; lapides tutelæ ſuæ alteriúsve rei probabilis cauſa, quaſi ita demum ex iactu lapidum furore quis exiſtimandus ſit, ſi, vt id faceret, nulla ſubeſſe iuſta cauſa ei potuit. Enimue-

54 rò † eum, qui ſibi conſciendæ mortis animo

mo manus intulisset, causam iustam habuisse nihil vetat. Quod eius legis distinctio declarat, quæ tale quid in se molito, cùm fortè prohibitus non perpetrasset, si ex iusta causa id fecisset, pœnæ eximit. d. §. videri.

55 cùm † eorum factum vindicet, qui temerè irrogandæ sibi mortis consilium cepissent.

56 d. §. videri. Sed † nec illud sententiæ nostræ aduersatur, quod de eo, qui reliquias suas in mare abijci testamento iussisset, ait lex. d. l. Quidam in suo. Non enim, vt ex illo præcepto, coniectura furoris sumitur: idem in proposita specie accidit, quia reliquias in mare proijciendi, vix vlla idonea causa potest videri: Legē ergò non immeritò id fu-

57 rori attribuere, vt † in eo proximè dictum est, qui temerè, non suæ tutelæ probabilisve rei alterius causa lapides, vulgò in homi-

58 num perniciem iaceret. Non † enim tam ex factis dictisúe mentis alienatio deprehenditur, licet ea propè sola, vt quisq; animo constitutus est, nobis maximè declarent: l. ob quæ vitia. ff. de ædil. edict. & d. l. quidam in suo. & ibi Bart. glo. & Docto. d. §. si maritus. & d. l. furiosum. quàm ex faciendi dicē-

59 diq; causis. Quæ, † quia mortem sibi consciscendæ complures esse ob consilij inopiam hominib. calamitosis possunt: & omnib. ferè ætatib. fuere: vt suprà demonstratū est: non protinus ex tali admisso furor arguen-

60 dus erit, aliter † atq; ex verbis reliquias suas in mare abijci iubentis, cuius consilij nulla

61 euidens ratio percipi potest, nisi † vt Bartolus scribit, Tract. de test. §. opposita prudē-tiæ. & d. l. quidam in suo per iocum ab Histrione eoúe, qui excitandi risus gratia, ludicra eiusmodi & iocularia verba dictitare soleret, talis adiecta conditio proponatur, aut etiam humilitatis ergò quispiam testamento suo tale quid præcepisset, indignum se putans, cuius cadauer sacro loco inferretur. Horum siquid edoceatur, rationem abundè perspicuam Bartolo, d. §. opposita prudentiæ. nu. 6. & d. l. quidam in suo. videri, ad amouendam furoris suspicionem.

62 Tantundem † in eo admitti potest: qui exhumari metuisse probaretur: vt Sylla Dictator, qui C. Marij cadauere eruto Talionem veritus, reliquias suas cremari iussit, cùm ante eum in Corneliorum familia, priscus sepeliendi ritus semper fuisset seruatus.

63 Superest † illud refellere, quod postremo loco dicebatur de eo, qui Medici dicto audiens non est. Nam ea re, hominem suæ mentis compotem non esse existimare non debemus, nisi hoc amplius, vt Andreas Alciatus Præceptor meus ait, Tracta. de præsumptionib. reg. 1. cap. 38. salutarem Medici opem more insanorū detrectasse adijcitur, quod in iactantibus lapides & aliud, quod sani hominis non est, facientibus comprobatum esse constat. Docto. d. §. si maritus. Quanquam dicere possumus, non parui referre, qua esset peritia Medicus, cui æger nō obtemperasset. Nam, qui indocto Medico non paruit, suamq; salutem ei cōmittere recusauit, viuere quàm mori maluisse existimandus est. Quinimò, si mori volentis consiliū, alienatæ mentis, aut etiam furoris vllum habet argumentum, is mori velle debet putari, qui incolumitatem suam impe-

64 rito Medico credidit. Etenim † generaliter, quotiens adhibendus Medicus est, si malus adhibeatur, per quem id factum sit: is, quasi sua manu hominem occidisset, haberiso-

65 let. Vnde † apud Pomponium lib. 24. Digest. l. si ab hostib. §. fi. solut. matri. post Accursium Bartolus, Baldus, cæteriq; scribūt: maritum, qui ad curandam vxorem ægrotam, Medicum imperitum adduxisset, ea defuncta, à dotis lucro legibus arceri, non aliter atq; si suis ipse manibus illam occi-

66 disset. Sic ei † qui hominem sauciauit, illo inde defuncto, homicidij pœnam remitti, si vulneribus curandis imperitus Chirurgus adhibitus proponatur. Bart. d. l. si quis ab hostib. Bald. l. qui occidit. §. fi. & ibi Flor. ff. ad l. Aquil. l. quod si nolit. §. si mancipiū ff. de ædil. edict. Fel. c. Præsbyterum. de homicidio. Hippol. Marsi. in pract. crimi. §. & quia. nu. 19. & seq. Aut eorum sanatio cantionibus aliáve improbata medendi ratione procurata non successit. Socynus, cons. 178. pri. aspe. c[illegible]. fi. Ioā. de Ana. in rub. de magistris. Facit ex. l. §. Medicos. ff. de va. & extra-

67 ord. cogni. Hippo. d. §. & quia. nu. 22. Igitur † cum in culpa sit, qui imperitum Medicum adhibet, eius se curationi nolle committere, non est desipientis, nullaq; inde furoris potest capi coniectura, sed magis pruden-

68 tiæ. Deniq; † si peccat, qui medicinam per imperitiam facit, nam huic euentum mortalitatis leges imputant. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offic. Præsid. quomodo eidem opem pollicenti incolumitatem suam non crede-

69 re desipientis sit? Sed † finge doctum esse atque experientem Medicum. An quieum aut non adhibet, aut non audit: continuò furiosus erit habendus? & non putem. Scio quidem hac re onerari vsq; ad culpam, quasi incautè agat, qui id admittit. Quod post Innocentium, libro 5. Epistolarum Decretalium quidam scribunt. Ioan. de Ana. c. tua

70 nos, de homicidi. Quapropter † vulneratus,

tus, qui Chirurgum non adhibuit, aut adhibiti dicto audiens non fuit, eum, à quo vulneratus est homicidij pœna liberat: Felin.d.c.Præsbyterum.& Hippoly.d.§.quia nu.19. Quasi magis culpa sua, quàm vulnerantis facto extinguatur. Secundum† quæ responsum est in viro, qui ægrotanti vxori Medicum non adhibuit: nam ea demortua, dotem illi lucro non fore, placuit: Glos.& Doctor.d.l. si ab hostib. Ob culpam in non accersendo Medico admissam. Hactenus † quidem non adhibuisse Medicum, aut non audisse nocuit. Inde tamen coniecturam furoris sumi, nusquam relatum est, sed nec habet rationem, propter summam artis medicæ inconstantiam atq; incertitudinem. Idcirco † difficile de morbis iudicium, ancepsq; ac fallax medentium experimentum Hippocrates Cous, inter Medicorum proceres facilè princeps, ingenuéve professus est. Qui ei præterea arti perdiscendæ, vt longè ipsa quidem lateq; patet, humanam vitam comparatam breuem dixit. Ob eam † fortè rem apud quasdam Gentes ita distributam Medicinam fuisse, vt singulorum morborum singuli essent Medici: non plurium vnus, quem morem Aegyptijs fuisse Herodotus Aliacarnasseus in Euterpe author est, apud quos omnia Medicis referta esse scribit: alijs curationem capitis profitentibus: alijs oculorum: alijs dentium: quibusdam alui. Esse denique qui occultis morbis atq; abstrusis opitulationē pollicentur, confessi omnium morborum scientiam tenere, & nosse remedia, nō vnius esse hominis: contrà quam vbiq; hodie fit: discretis tantùm à cæterorū ceu familia vulnerarijs Medicis, quos Chirurgos Græci appellant. Ad præsentem quæstionē, vt præteream† multas esse Gentes, quæ sine Medicis degunt, iudicium † populi Romani non parū facit: qui, in artib. accipiendis alioquin minimè segnis, ante L. Aemilij. Et M. Liuij Consulatum Medicos non habuit, qui fuit annus ab Vrbe condita 535. quo primùm tempore Peloponneso Romam venisse Archagatum Lysanię filium, memoriæ prodi-
77 tū est. Qui † gratus quidem initio omnibus atq; acceptus, secandi sæuitia, erat enim Medicus vulnerarius, atq; vrendi carnificis nomē meruit, & inuisam Romanis artem &
78 Medicos omnes reddidit. Quod † M. Catonis, qui ea fermè ętate fuit pertinaci in illud professionis genus odio abūdè declaratur, qui ad Marcum filium scribens, Græcorū literas, quibus præsertim medendi ars continetur, respicere bonum esse ait, non quoq;
79 perdiscere, quasi pernicioſas. Vnde† fortè factū est, vt post Catonis excessum, Roma diu Medicis caruerit, paucosq; Quiritūm, cùm multò post tempore exciperentur vrbe Medici, eam artem attigisse, Plinius au-
80 ctor est. Nec† Aesculapio, cùm numinis loco coli cœpit, locū esse intra mœnia passos veteres, posita ei Deo extra vrbem ęde. Igitur qui artem olim ita damnatā auersantur,
81 desipere nequaquam videri debent. In † hac artium sola euenire idem C. Plinius miratur, vt cuicunq; se Medicum professo statim credatur, cùm sit periculū in nullo mendacio maius. Nō tamē istud intueri homines, adeò blanda, inquit, sperandi pro se cuiq;
82 dulcedo est. Est † deniq; singulare Medicorum vitium, famam nominis, nouitate aliqua aucupari. Hinc Prodicus, † vt Medicinā, quę Clinice vocata est, antiquaret, latraleptice inſtituit: quę vnctionibus nō vt illa pharmacis & victus ratione, medetur.
83 Nec erubuit à præceptore suo sectæ superioris authore dissidere. Tanto illi nominis celebritas, quàm susceptæ semel disciplinæ ratio charior fuit. Succesit Chrysippus, qui horum inuentis obuiam iuit, & nouam medendi viam ingressus placita antè recepta, acerrimo vir ingenio atq; singulari, sustulit. Exortam deinde posteriore ætate apud Siculos Empiricen, quæ ab experimentis est cognominata, Acron Agrigentinus, Empedoclis Physici commendatione clarus, exercuit. Eaq; haud diuturna fuit, ab Herophilo postea damnata, cuius secta nec ipsa diu permansit. Quia tractari reperta ab eo medendi ratio, vt erat sanè exacta, ab ignaris literarum non poterat. Quod in cæteris fermè omnium inuentis factum est. Nam quam Asclepiades sectam instituit: Themison eius auditor, qui magistro superstiti pepercerat, eo defuncto mutauit, & in suam transtulit. Et hanc Antonius Musa confutauit: Successu seruati cōtraria medicina diui Augustini. Vectius valens Claudij Cæsaris temporibus, homo eloquens, suam quoq; sectam instituit, quam & omnium simul ætatum inuenta. Thessalus principatu Neronis nouis placitis, nulli priscorum parcēs euertit. Quem Crinas Massilienſis, quia syderum obseruationē adiecit, nihilq; vnquam inconsulta Ephemeride Mathematica fecit, authoritate superauit. Et hunc mox Charmis, Ciuis & ipse Massilienſis, quæ omnia apud C. Plinium lib. vndetrigesimo naturalis historiæ luculenter perscripta legere licet. Tanta itaq; artis medicæ

dicæ inconstantia est, vt singulis ferè ætatibus pro ingenio eorum, qui illo literar. genere excelluerunt, mutetur: & nunquam eadem sit, quam professi, necando mederi discunt, &, vt Plinij verbis vtar, experimẽta per mortes agunt, multosq; ex credula turba, omnia viuendi cupiditate ferre paratos, excruciatos diu, magna ablata mercede, fortunis sæpe & vita simul spoliant, eaq; in aliorũ corpus exercent: quę in suum haud quaquàm erant admissuri. Non ignobiles modò eius artis Magistri, sed eximij etiam illi atq; præstantes, qui contempta superiorum ætatum disciplina, alij accedere turpẽ rati, suo innixi ingenio propriam reperere
84 sectam. Memini, †cùm Bononiæ proximis annis studiorum causa essem, Matthæum Curtium præclarum nostra ætate ac nobilem medicum, cùm ex pleuritide laboraret: cui morbo sectione venæ succurri solet: quærentibus ex eo medicis, qui ei aderant plurimi, vtrum ad commune præscriptum secari venam, an ad suum mallet. Nam eius argumenti librum, aduersus receptam aliorum sententiam ediderat: respondisse ęgrotum se tunc, non medicum esse. Nec grauatè passum, cõtra sua placita secari sibi venã, qui aliud alijs erat consilium daturus, & multi præterea, ob illustre viri nomen, authoritatem eius sequuti. Sed non potuit aliter Medici seruari vita: nisi libri, quem ad ingenij famam composuerat, fide extincta. Hæc idcircò à me fusius relata sunt, vt eorum factum excusarem, qui leuandis morbis Medicos non adhibent: aut adhibitis dicto eo-
85 rum audientes non sunt. Damnata† quoq; Medicorum professio est carminib. Poëtarum, tanquam quæ non opem, sed exitium adferat hominib. qua de re illud apud Ausoniũ latinis literis extat Epigramma: cuius lemma est: De Alcone Medico, qui Aruspicem mendacem fecit:

Languenti Marco dixit Diodorus Aruspex
Ad vitam, non plus, sex superesse dies.
Sed medicus diuis, fatisq; potentior Alcon
Falsum eonuicit ilico Aruspicium.
Tractauitq; manum victuri, ni tetigisset,
Ilico nam Marco sex periere dies.

Idem Alcon altero mox epigrammate tanquam rebus inanimis noxius irridetur. lemma est: De signo Iouis tacto ab Alcone Medico:

Alcon hesterno signum Iouis attigit, ille,
Quamuis marmoreus, vim patitur medici.
Ecce hodie iussus transferri ex æde vetusta,
Effertur; quamuis sit Deus atq; lapis.

Valerius quoq; Martialis li. 6. Epigramm. ad Faustinum in Hermocratem ita scribit:

Lotus nobiscum est: hilaris cœnauit, & idem
Inuentus mane est mortuus Andragoras.
Tam subitæ mortis causam, Faustine requiris?
In somnis Medicum viderat Hermocratem.

Quasi & in somnis medicum vidisse exitia-
86 le sit. In sacras, †denicq; priscorum Hebræor. literas lib. Paralip. 2. cap. 16. relatum constat: vt est reprehensus Asa Rex, qui cùm summo pedũ dolore afflictaretur, medicorum, non DEI opem imploraſſet. Sed vt, non nihil spaciatus, ad Iurisconsultorum placita, vnde discessi, reuertar, dico, non accersi Medicum iubentis, aut ei non auscultantis facto, alienationem mentis nõ argui.
87 Quia† furor ex ijs rebus probatur, quæ in hominem sanæ mentis non incidunt: vt iacere vulgò sine causa lapides & eiusmodi alia: at Medico non auscultare, dissimile est.
88 Subesse † quippe causa potest: quid enim si medici insidias timeat æger, Arg. l. necessarios. §. fi. ff. de Senatusconsul. Syl. suspectámve habeat auaritiã? tancq; aduersis medicamentis rei suæ, vt fit, l. si medicus. ff. de. var. & extra ordi. cogni. Bal. l. interpos. nu. 5. C. de transact. ac lucri causa morbum in maius aucturi aut ob imperitiam incolumitatem ei suam credendam non putet? l. illicitas. §. sicuti. ff. de off. Præsid. hunc, quia res tineri in vita vult, desipere existimandũ nõ esse: quasi superstes esse nolit, qui inimico medico auaróve & solum quęstum quęrenti, non obtemperat: aut etiam indocto, quẽ adhibuisse, in culpa ponitur. l. quod si nolit. §. si mancipiũ. ff. de ædili. edict. glo. & Doctor. in l. si ab hostib. cum concor. ibi alleg.
89 ff. sol. mat. Quid † item si, ne mercedem soluat Medico, euentũ morbi expectare, quàm externam vllam opitulationem experiri malit? 83. dist. c. 1. gl. inferas. Auaritiæ hoc, non insaniæ erit procul dubio imputandũ.
90 Tantundem † in eo respondebimus, qui mortifera se affectum ægritudine intelli-
91 gat. quod † grauitas valetudinis, genus, significationes sæpe quædam indicant: nec non & somnia, cuius rei apud Artemidorum in libris, quos de somniorum interpretatione reliquit, plurima est mentio. Is inter cæteras lib. 1. cap. 52. ægrotanti, qui argenteus aureúsve sibi visus sit: somnio mor tẽ prædici, author est. Similiter æreum se factum putare: item turpem esse, resolutũ destitutúmve viribus tantundem portendi: ægrotis equos ex vrbe, & generaliter omnib.

currum

currũ per deserta agere sibi visis, idem Artemidorus lib. eodem, capite duodesexagesimo scribit, mortem imminentem significari. Sanè qui in ea causa est, nisi vana est, somniorum fides, contrà quam priscis eisdemq; grauissimis authorib. & in ijs Hippocrati ac Platoni in Critone, & post hos Aristoteli & M.T. Ciceroni placuit: frustra Medici opẽ implorat, nihil profuturi. Quare si Medicum hic non adhibeat, eiúsve dicto audiens non sit, desipere non est cre-
91 dendus. Sed etsi † sanari potest, factum non adhibentis Medicum, aut adhibiti dicto nõ audientis, coniecturam insaniæ nequaquã continet. Ex pluribus enim atq; probabilibus causis id fieri posse, non est ambigendum. Quas Nicolaus Abbas lib. 4. Epistolarum Decretalium cap. cùm infirmitas. de pœniten. & rem. vide. Tiraq. de nobili. c. 31. num. 282. & 293. apud Innocentium iij. eius
93 nominis Pontificem Max. refert. Nam † aut morbus à Deo, inquit, est emendandorum hominum gratia: aut puniendorum. Sanè qui suorum flagitiorum maleq; antè actæ vitæ sibi conscius, inualetudinem forti animo atq; constanti fert, nec leuari ope medica morbum, quem suo merito sustinet, patitur: sed versis in melius studijs, & vitæ instituto, diuinæ voluntatis exitum expectat, laudandus est. Nec ille minus, qui à Deo æquanimitatis experiundæ causa morbo affectus, casum suum patienter tolerat, non autem accitis Medicis eum depellere conatur: quam laudem inter priscæ sanctitatis procereslob vir inclytus propriam quidem habet, qui tot malis atq; ærumnis Dei permissu afflictus, nunquam ab animi sui rectitudine dimotus est, aut externam opem vllam leuandę calamitatis suæ causa quæsiuit. Frustra alioqui diuinæ voluntati obuiam iturus, vt & is, quem Deus morbo immisso, tanquam pœnarum futurarũ initiò punit: quod passum Herodem Nicolaus Abbas scribit. d. c. cùm infirmitas. Suam quoq; vtilitatem habent morbi, sanctos enim viros ijs tentatos, quasi fortiores factos gloriari solitos accepimus. Periculum quippe esse, ne superbia efferantur, quod ne Paulo Apostolo, miraculo singulari in tertium cœlum rapto, accideret: cauit Deus, dato ei carnis stimulo, 2. Corinth. 12. Illustrandæ deniq; diuinæ gloriæ causa, morbi immittuntur, quod in eo Hierosolyma vidit, quem captum oculis edidit mater, vt à Christo illitis luto oculis, & inde curatis inusitato miraculo, lucem aspiceret. Enimuerò si causa esse alia potest vlla, quàm quæ suprà sunt enumeratæ, quibus nulla ratio sinit, vt Medicorum opem æger imploret, quia humano tamen iudicio percipi non potest, exalia an ex vna de superioribus causis ægritudo sit, dicendum erit: factum Medico non auscultantis suspicione insaniæ non esse onerandum, idq; ob causæ incertitudinem. Receptum namq; est, quotiens quid ex varijs causis fieri potest, id ad vnam aliquam
94 perperam referri, cùm † probatio necessariò non ex incerto debeat concludi. l. neq; vatales. cum concor. C. de probat. Dicam deniq;, si ex neglecta Medicorum arte, aut non neglecta, dementiæ coniecturam, aut prudentiæ facere licet: contrà esse existi-
95 mandum. Quippe, † vt in Catone maiore bellissimè Marcus Tullius scribit, sapientissimus quisq; æquissimo animo moritur: stultissimus iniquissimo. Vnde fit vt hic, tanquam qui mortem deprecatur, Medici opem imploret, ille contrà spernat, non ignarus, se ad meliorem vitam proficisci,
96 eamq; sempiternam. Quamobrem † idem Marcus Tullius senio prouectus in eodem libro, si quis Deus mihi largiatur, inquit, vt ex hac ætate repueraſcam, & in cunis vagiam, valde recusem. Huc † pertinet veterum Poëtarum sententia funera, existimantium lætitia non luctu esse ac lamentis exsequenda, quam Euripides in Cresphonte subiectis versibus expressit:

Nam non decebat cœtus celebrantis domum
Lugere vbi esset aliquis in lucem editus,
Humanæ viæ varia reputantis mala,
Atqui labores morte finisset grauis,
Hunc omnes amicos laude & lætitia exsequi.

Ille in Græcis, in Latinis Ennius non ignobilior. Nemo me lachrymis decoret, inquit, nec funera fletu faxit. Horum fortè persuasionem sequutus Patauinus quidam Doctor, cauisse testamento suo memoratur, ne se vita functum vllo luctu, sed tubarum concentu, cadaueris condendi tempore, prosequeretur hæres: néue atratus more lugentium, sed purpuratus lætantium specie iusta sibi faceret.

Quanq; Paulus Castrensis beluinum id præceptũ esse scripsit, nec hęredi sequendum. l. nõ oportet. C. de his quib. vt indig. furoris quidam coniectionem inde faciunt: quorum sententiam Ludouicus Pontanus meritò improbauit, l. 1. col. 6. ff. de verb. oblig. & alij plerique. Alex. l. si cùm dotem. §. si marit. col. penul. prope fi. Andre. Tiraq. de Nobilit. c. 31. nu. 469. & Paulo quidẽ Apostolo, 1. Thessa. 4. c. authore, qui vetat nos in aliorũ obitu mœstos esse, illorũq; similes,

qui alterius vitæ beatioris spem non habẽt. c. vbicunq; cum duo. seq. 13, quæstio. 2. Huc pertinet Christi seruatoris nostri factum, Ioan. 11. c. qui cùm Lazarum defunctum nõ defleuisset, eundem ad vitam reuocaturus deplorauit, quasi nihil mali in morte sit, aut homini contingere, quàm mori, melius ni-
98 hil possit. Quod† nec falsos olim Deos latuisse Trophonij & Agamedis excessus, pro templi exædificati mercede, quod homini optimum esset, à numine petentium declarat, illis tertio post precationem die, & Dei
99 nutum, vita functis. Denicq; † non deterreri sapientes à morte oportere, sed alacres, omnicq; solutos metu è vita corporisq; vinculis excedere, magnum abundè exemplum
100 nobis præbuit Socrates, qui† in iudicio capitis nec patronum, qui sibi adesset, quæsiuit, nec iudicibus supplex esse sustinuit, vt contemni ab se mortem demõstraret, quod & in ea re maximè constitit. Quippe cùm paucis antè diebus quàm ad mortẽ traderetur, facilè posset educi è custodia, noluit.
101 Eius† verò mortiferum poculum, ad quod erat damnatus ebibendũ, penè in manu tenentis, quasi in cœlum mox ascensuri, illa memoratur à Platone oratio. Duas esse vias animorũ ex corpore demigrantiũ, pro antè actæ vitæ merito qui probris se, ac flagitijs humanis inquinassent, & se totos malis libidinib. pernicioſisq; atq; sceleſtis vitijs dedidissent, ijs demum iter quoddam, seclusumq; à cælitum concilio esse. Contrà, quib. piè sanctèq; ætas esset exacta, ad supernas illis sedes, vnde profecti fuissent, reditum patere facilem, atq; receptum. Quo maior verò nostrę disputationi sit fides : vt veri atq; immortalis Dei ignaros missos faciamus. Nonne† Dauid, & Rex & vates diuinus, mori optauit, quẽ ita cecinisse accepimus: Hei mihi quia incolatus meus prolon-
103 gatus est. Diuus† quoq; Paulus seculo nostro propior, dissolui cupiuit, & esse cum Christo. Non nescius vterq;, quæ se hac vita
104 defunctos manerent. Ex† quibus apparet mortẽ in bonis duci, atq; adeò in optandis. Malè itaq; eos disserere, qui ex nõ implorata Medici ope aut neglecta insaniam arguũt atq; desipientiam, cùm contrà, qui defungi vita quàm primũ optant, sapere sint magis
105 existimandi. Sed† finge in malis mortem esse ducendã, non continuò, qui Medici dicto audiens nõ est, quia mori quàm viuere mauult, insanus erit credendus, nam & mortem sibi consciscere in malis rebus ponitur.
106 Vt† enim Pythagoras piè nostræq; religioni conuenienter dixisse memoratur, nõ est iniussu Imperatoris, id est, Dei de præsidio
107 ac statione vitę decedendũ. Haud† tamẽ qui manus sibi adfert, mortẽq; consciscit, protinus furiosus esse creditur. Multas quippe causas voluntariæ mortis, hominibus esse posse, vt est à nobis latè dictum, & sæpe fu-
108 isse constitit. Similiter† & ægrotus non vna de causa Medico potest non obtemperare, quas pleraſq; suprà retuli. Quapropter furoris coniecturam inde capientium improbabilis est argumentatio. Sed finge exagitatũ furore, manus sibi defunctum intulisse, an consequens erit, testamentum, quod postea fecisset, non valere? & non arbitror.
109 Nam† constitutum est, furiosos, quorũ perpetua animi alienatio non sit, quibusdã interuallis, cùm per morbi laxamentum, & ipsas, vt ita dixerim, furoris inducias sensu saniores sunt, testamentũ iure condere, cæteraq; facere, quæ, qui sanæ mẽtis sunt, possunt : d. l. furiosum. & ibi Doct. defunctum verò, cùm testamentum dictaret, sapuisse: satis constat, planumq; factum est legatariæ allegationibus, ex ijs, quæ post manus sibi illatas dixisset fecissetq; defunctus, coniecturam facientis. At verò, quia ita disputamus, quasi ex furore sibi mortem conscierit defũctus, dixerit hîc aliquis, perseuerasse furorem testamenti tempore, quod proximũ esset admisso. Postero enim die, quam intulisset sibi manus defunctus, testamentũ
110 eum dictasse constat. In† furiosis autem, qui morbi habent intermissionem, & dilucida quædam saniorís mentis interualla, quod tempore furori proximo factum esset, per furorem factũ existimari, Baldus post Oldradum est author. d. l. furiosum. Sed hæc Oldradi Baldiq; opinio, nostram quæstionem non onerat : de eo quippe testamento accepta est, quod more prudentium factum non apparet, Bal. d. l. furiosum. siue totum, siue quædam eius pars, in his verò Tabulis, de quibus in proposito disceptatio est, nihil huiusmodi desideratur. Totas enim sapienter ordinatas esse, vt maximè itaq; tempore furori proximo conditæ probentur, infirmari nihilomagis debent. Nec aliud Oldradum Baldumq; existimasse, qui testamentũ tempore furori proximo, sapienter cõpositũ, exposa furoris suspicione, valere scri-
111 bunt. d. l. furiosum. Reiectam † denicq; esse tempor. distinctionem, & ab Angelo, Fulgosio, Paulo Castrensi, Pontanoq; improbari, Alexander Tartagninus refert. d. l. furiosum. illud vnum spectandum existimantibus, sanæ mentis homini ordinatio cõueniat nec ne, quò magis valeat infirmáve esse existimetur,

existimetur, nihil interesse ratis, mox post animi alienationem testamentum factũ dicatur, an ex interuallo magis. modò, quod eo cautum est, homini sanæ mentis conueniat. Quotiens itaq; ambigeretur ab eo, qui quandoq; saperet, quandoq; desiperet, tempore sanæ mentis testamentũ factum nec ne esset, illis authoribus, ex ordinationis qualitate censeri consequens esse. & ita porrò fit: vt siue Oldradi ac Baldi sequamur opinionem, siue aduersam, vtricq; conuenienter testamentum, rectè & sapienter factum, à quandoq; furente, quale in proposito esse
112 cõstat, valere dicamus. Quod † & Bartoli sententiæ, actus qualitatem inspiciendam similiter existimantis, congruit. Tracta. de
113 testib. §. opposita prudentiæ. nu. 2. Licet † in perpetuò furentib. vetus sit ac anceps inter legum Interpretes, ea de re quæstio, alijs Bald. §. itẽ furios. Inst. quib. no. est permi. fa. test. Iaf. d. l. furiosum. col. 2. in 4. limi. ibi. ego dubito. & Philip. Deci. d. l. furiosum. col. 2. nu. 14. limit. 3. ibi. & certè ista opinio. rectè ac sapienter à furioso factum, tanq; casu factum, repudiantibus, irritumq; esse volentibus: alijs Ioã. And. c. fi. de successio. ab inteſt. Roma. d. l. furiosum. contrà sequendũ
114 existimantibus, qui † inter cætera, illustre exemplum proferunt testamenti, à Tudertano quodam certæ ac notæ insaniæ homine scripti, & Romæ centum virorum iudicio confirmati, considerandũ magis existimantiũ, vt Valerius Maximus refert, quid scriptum in Tabulis esset: quàm à quo scriptũ.
115 Prior † sententia, vt mea fert opinio, in breuioribus testamentis recipi potest. Posse enim furiosum casu, pauca verba ritè continuare, Arg. c. fi. de succes. ab inteſt. vt puta Lucius hæres esto, quibus solis testamentũ rectè nũcupari Domitius Vlpianus lib. 28. Digest. l. 1. de hęred. inst. scribit. Non etiam longius testamentũ dictare, & quod plurib. constat articulis. Qua in re, quia prudentia opus est & animi iudicio, certum erit, sanæ
116 mentis argumentũ sapienter testamentum nũcupasse, vt meritò qui furiosus fuisset, resipuisse existimetur. Nam † si ex alienis deridendisq; sermonib. furor arguitur, d. l. ob quę nitia. Do. d. l. furiosum. dilui contrà ex sapiẽter dictis suspicio furoris debet. Nihil
117 † enim tã naturale est: quàm ex contrarijs cõ-
118 traria proficisci, & † idcircò ex cõtrarijs effectis, causas contrarias deprehendere promptum est: l. 1. §. interdum. vers. item. ff. de ædil. edict. quod in proposita specie maximè
119 dicendũ videtur. Nam † hominem sapere, secundũ naturam est; desipere verò, & rationis esse expertem, id humanæ naturæ repugnat. Vnde fit, vt in dubio sanæ esse mentis, quisq; præsumatur. l. ne Codicillos C. de Codicil. Adde, furorẽ fingi posse. Propter-
120 eaq; † constitutum esse, vt, qui per furorem cædem fecisse dicetur, ita demũ pœnæ eximatur, si simulatę dementiæ, nulla subsit suspicio, quod in persona Aelij Prisci, qui matrem interfecisset, Diuus Marcus & Cõmodus Scapulę Tertyllo rescripserunt, l. diuus ff. de offi. Præsi. iusso, nõ aliter de parricidij pœna dissimulare, quàm si nullũ ficti furoris esset argumentũ: quod & diuos fratres in simili specie putasse, Domitius Vlpianus est author. l. congruit. §. furiosi. ff. de offic.
121 Præsi. Eodem † pertinet, quod idem Domitius Vlpianus li. 27. Digesto. l. obseruare. de cura. furios. scribit, obseruare Prętorẽ oportere inquiens, ne cui temerè, tanquam furioso aut dementi det curatorem. Pleroscp enim furorem fingere ait, aut dementiã, quò magis eo commento, necessitatem munerũ
122 ciuiliũ effugiant. Bartolus † Tract. de testib. §. opposita prudentiæ, nu. 4. se à natu grandioribus, accepisse refert, Perusij, vnde illi origo fuit, fuisse quendam, qui fraternã cædem, simulata per biennium amentia, interfectore fratris occiso, dum eum dementem, vt simulabat, creditum non caueret, vltus est. Nec vulgariter modò prudentes, id factitarunt, sed & eximiæ sapientiæ viros cõ-
123 mentitio furore vsos accepimus. Nã † Vlysses, Græcorum prudentissimus, vt Poëtas quosdam Tragicos prodidisse M. T. Cice. scribit, ne ad bellũ Troianum proficisceretur, insaniã mentitus est: ea re vacationẽ mi-
124 litię impetrare posse ratus. Contrà † Solo, vt Reipub. prodesset, & legẽ pernicioſam patrię atq; ignominiosam abrogaret, furorem simulauit, nec dubitauit, cœno fœdatus Præconis lapide conscenso, quæ suis Athenien sib. vtilia arbitrabatur, in numeros relata, more insanorum in foro recitare. Igitur cùm furor huiusmodi sit, qui fingi possit, d. l. diuus. & d. l. obseruare. difficillima eius erit probatio, nõ quoq; prudentiæ, qua qui caret, eam simulare per rerũ naturam intelligi non potest.

Secundum quæ, vt eò, vnde me disputationis studium auerterat, redeam, dicere oportet, defunctum ex ijs, quæ post illatas sibi manus dixisset, fecisset, resipuisse, aut certè pro eo habendum, cuius mentis alie-
125 natio perpetua nõ esset. Qua † de re in eo furioso, qui quandoq; sapienter quid fecisset, Andreę Siculi extat responsum, Cons. 58. incip. Clementissimi dei. col. 6. vol. 1. existimã-

tis id, tanquam in dilucidis mentis sanioris interuallis factum, ratum habendum. Fuit
126 † quoq; Bartoli l.1. ad fi. ff. de bono po. fur. & in fa. del. sententia ei, quam suprà ex Oldrado Baldoq; retulimus, contraria distinguẽtis, vt Alexander Tartagninus, & Iason declarant, l. furiosum. C. qui test. fac. pos. inter diuturnum furorem, & nec diuturnum: vt diuturnus furor perseuerare credatur, non diuturnus non credatur. Quapropter, cùm defuncti furor non allegatur diuturnus, sed momentaneus, ex nullo alio dicto factóve, quàm ex illatis sibi manibus cognitus, perseueraſſe tempore testamenti existimari nõ debet. Cùm præsertim quędam medio tempore, à defuncto facta proponantur, homini prudenti & pio, æternæq; salutis memori, vt suprà dictum est, congruentia, quæ suspicionem furoris amouere, satis ipsa per se possunt: Quanq; ex mortis sibi consciscendæ consilio, vt est suprà abundè dictum, furor cuiusq; necessariò nõ arguitur, cùm eius facti causæ esse permultæ possint. Apparet itaq; ex superioribus, furoris allegationem Tabulis testamenti non obesse. Quantum
127 † verò momenti habeat Tabellionis enunciatio, testatorem integra fuisse mente præfati, suo loco id est Proxima disceptatione, à nobis abundè declarabitur, ea quippe res in singularem disputationem reiecta est. Hactenus de furoris allegatione, fusius fortasse, quàm quæstio exigebat, dixerimus. Quo articulo discusso, dispiciendũ nunc est, num quid sit, quamobrem testamentum nõ consistat: nam solennia adhibita sunt, & si quid eorum esset prætermissum, id principalis rescripti authoritate, testamentum pro solenni esse iubentis, fuit suppletum, & meritò. Abb. c. inter dilectos. col. 6. Ver. & hęc verba. de fide instrum. Fel. c. ex parte 1. de rescri. nu. 50. Verſ. Et istis adde quod confirmatio.
128 Eat † enim ordinaria rescriptorum principalium potestas est, solennia supplere, non etiam, quod iure factum non sit, confirmare, Idem Abb. & Fel. ibid. & nihilomagis testa-
129 mentum valere putem. Nam † Municipali Maideburgensium lege, valetudo aduersa, testamenti faciendi ademit facultatem, qua cautum est, ne quis in lecto per ægritudinẽ decumbens, præter tres solidos, alienare quicq; possit. Lex Iure Municipali. artic. 65. ita scripta est:

Nemo masculus neq; vlla fœmina possunt in lecto ægritudinis de bonis suis alicui quicquam dare vltra tres solidos absq; hæredum consensu.

Et licet huius legis verba solos ægros, qui decumberent, comprehendere videantur, cùm lecti fiat mentio, tamen & ad eos perti-
130 nent, quorum valetudo firmior sit. Nam † vt in prouinciali Saxonũ lege Speculo Saxonico. lib. 1. art. 52. scriptum est, ita firmum esse eum oportet, qui alienare quid vult, vt gladio præcinctus, & clypeum tenens, ex stipite saxóve, quod altitudine vnius cubiti sit, equum conscendere sine cuiusquam ope possit, aliquo stapedem, vt fit, & equum tenen-
131 te. Sed † quoniam ea virium ostentandarum species, congruere solis militibus videtur, extrà eum hominum ordinem id producere, rationis non esse, visum est: Quam sentẽtiam Interpres Saxonici Iuris probat, d. Arti. 52. glo. 2. ver. vnde multi. tantundem in illis respondendum arbitratus, qui à militib. genus ducerent, licet plerosq; referat, figuram sermonis fortè sequutos, ad omnem hominum statum verba legis pertinere, existimasse, quæ generaliter scripta esse cõstat. Et quidem vt, sumpta ex virium ostentandarum specie coniectura, non alia legis sententia fuisse videatur, specimen antè actæ vitæ
132 sue alienantem edere volentis: Tamen † non ab omnibus militibus idem esse exigendũ, ratio postulat, sed secundum militiæ genus, rem moderandam, & in eo, qui pedibus meruisset, aliud desiderandum. Duram quippe causam fore pedestri militię adsueti, si ad edendum equestre experimentum cõpellatur. l. moris, §. si autem. ff. de pœnis. Sa-
133 nè † in eo, qui quandoq; pedibus, quandoq; equo meruisset, militiam, quam magis exercuisset, l. legatis seruis. §. si vnius. de lega. 3. aut quam postremò, Arg. l. Mela. ff. de ali. & cib. le. spectandam rationis est, & secundum hoc, experimentũ virium edere eum oportere. Idẽ in ijs, qui genus à militib. ducerẽt, probandum erit, vt paternæ militiæ, aut auitæ, aut maiorum, vnde nobilitatis principia manarunt, edant experimentum. Pe-
134 dester † autem miles, quemadmodum vires suas ostentare debeat, meritò dubitetur: & putem arbitrio iudicis id esse relinquendum, Argu. l. 1. ff. de iure deliber. & l. 1. §. expilatores. & l. continuus. §. cũ ita. ff. de verſ. oblig. desideraturi, ne minus virium ad pedestrẽ militiam, hic habere videatur, quàm ille ad equestrem, quod & æquum est, & le-
135 gis voluntati consequens. Probo † itaq; Saxonici Interpretis sententiam, in agricola d. glos. 2. Verſ. rusticus præterea. eas vires requirentis, quæ sufficiant per stadium aratrũ regenti. Id enim maximè ei statui cõuenire, vt equestri armis sumptis equũ conscẽdere.
136 Nam † quòd in Ciue vigoris experimentum exigit, d. glos. 2. Verſ. Ciuis verò. tantis-

per

per coram Magistratu stándi, dum rem suam alienat, parum considerate dictum est, nec legis sententię congruit, quę aut omnes equi sumptis armis conscendēdi experimentum edere voluit, aut quod suo cuiusq; Ordini conueniret, vt illud militari, nulli autem Ordini conuenire, vlliúsve esse partes, coram Magistratu exiguo temporis momēto stare. Nam perquam modico spacio opus esse constat, vt res suas quis alienet, quippe quod fieri tribus verb. potest. Si quis dicat, mea Titio do, vt & testamentū totidem verbis posse nuncupari: Domitius Vlpianus lib. duodetrigesimo Digest. l. 1. de hęred. instit. scribit, illis videlicet Lucius hęres esto, quod si quis boni Ciuis officium esse dicat: Magistratui obtemperare, cuius pars sit corā eo se sistere, vt militis sumptis armis equū
137 conscendere. Huic † ego respondeim, non oportere Ciuibus atq; adeò plebeis, quàm militibus plus tribuere, quod in proposito accidit, si ad rerum suarū alienationem plebeio satis sit, paululùm stare posse. d. ver. Ciuis verò, vt idem faciat, armis sumptis equum conscendere habeat necesse, & quidē
138 † quod est absurdissimum, vt res mobiles, aut se mouentes alienet, d. Artic. 52. cùm ex aduerso Ciuis in alienatione rerum soli, satis habeat stare posse, dum trium verborū prolatione defungitur, res suas ad aliquē transferre significans: d. ver. Ciuis verò. Semper
139 † verò legibus præcipua habita est militum
140 ratio, ff. de milit. test. Inst. & C. perto. & † generaliter honestiorum, quàm humiliorum causa potior vsq; quaq; fuit: qua de re passim in toto Iure occurrunt exempla. d. ver.
141 Ciuis verò. Illud † inconsultè ac etiam perridiculè idem Interpres scripsit: qui cùm ad res soli alienandas, vires paululùm stándi in plebeio, vt dictum est, exigat, ad rerum mobilium alienationem in eo ipso, perfectam corporis sanitatem imprudentissimè desiderat, cùm contrà magis dicendum fuisset.
142 In † toto enim iure rerum mobilium, ac se mouentium facilius permissa est alienatio, l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudi. & l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eorum, tanquam quæ minus lædit, d. §. in venditione. & d. §. non passim. aliter quàm iste existimauit. Cuius sententiæ consequens est: si quis plebeiorum substantiam suam alicui donet ita iam æger, vt per valetudinem corporisq; imbecillitatē, tantisper coram Magistratu stare possit, dum voluntatem res suas donandi declarat, donatarium rerum soli habiturum vindicationem, non etiam mobilium, aut se mouentium, propter aduersam donatoris valetudinem. Quod per quam absurdum est dicere, iuriq; aduersatur, quod ita ægrotos res alienare suas vetat. Iure municipia. Art. 65. Qui enim ita infirmus est, vt ad trium tantùm verborum prolationem stare possit, is ad legis d. Art. 65. prohibitionem rerum alienationem in lecto decumbentibus interdicentis proculdubio pertinet. Verùm de his satis ad aliorum eadem de re, opiniones transeamus, nō minus quidem illas, quàm quæ nunc recitatæ sunt, friuolas. Nam
143 † quosdam Spec. Sax. lib. 1. Artic. 52. glo. 2. vers. dicunt tamen aliqui. existimasse constat, quantum ægrotus porrigere extra lectum, vbi decumberet, suis ipse viribus possit, tantum ab eo alienari darive testamento posse. Quod quia sine lege, contrà imperatoris Iustiniani præceptū, Auth. de triente & semisse. §. consideremus. & ibi not. glos. colla. 3. dicere non erubuerunt, contemnere eorum sententiam nobis
144 meritò licebit. Nec † rectius sentire putandi sunt, qui paratæ pecuniæ tantum posse inquiunt Iure Municip. d. Art. 65. in glo. vers. in oppositum. ibi vl. in tantum. ægrum, cui velit, dare, quantum manu apprehendere à nullo adiutus potest. Nam & hi similiter sine lege loquuntur. Imò
145 † verò vtriq; aduersus legem d. Art. 65. dicunt, quæ trium solidorum dandorum facit ęgrotis potestatem, nisi non absimilis vtraq; sententia sit. Quia
146 † pecuniæ appellatione, quidquid in hęreditate est, cōtinetur, l. pecunię. 2. & 3. ff. de ver. sig. nec verbum parati ad numeratum tantùm referri. Paratí
147 † enim vox, & quod numero non constat, latinè Scientibus demonstrat, hoc legatum. ff. de legat. 3. sed & ad personas pertinet. Dicimur enim actiones nostras parati præstare, l. vir vxori. ff. de don. in vir. & vxo. satisfacere. l. cum hic status. §. si marit. ff. eo. alium defendere, l. si quis seruus. ff. de custodia reor. & his similia, vt Sinon Vergilianus in vtrunq;, inquit, parati, seu versare dolos, seu certè occumbere morti. Quanquam non dubito, quin posterior opinio ex Scribentis sententia, ad numeratam pecuniam sectare videatur, vulgò quippe pecuniæ paratæ appellatio ad nummos refertur. Sed quia lex ad d. Arti. 65. minutam illam sumam trium solidorum ali-
148 enandi facultatem coarctauit, nos † indulgētiores esse, quàm lex fuit, non oportet. l. respiciendum. ff. de pœnis. l. fi. C. ne mancipi. Chri. §. oportet. in Authen. de iudi. Bald. l. cùm fratrem. C. de his quibus vt indig. & c. 1. quæ fu. prin. cau. benef. amit. Ioan. de Ana. c. in ciuitate, col. 7. de vsu. Hippol. l. 1. §.

1.num. 6. ff. de fal. Etenim, si iuris præscriptum, transgredi nostro arbitratu fas sit, nihil vetat, quin in infinitum eam nobis licentiam sumamus. Quod si fiat, incerta proculdubio futura omnia, quibus obnoxia, & non eodem semper spectans, modum
149 imponat. Satius † ergò est, legis verbis seruire, l.1.§. si is qui nauem. vers. in re. ff. de exert. act. præsertim non obscuram sententiam continentis, trium solidorum alienandorum ius, non amplioris summæ ægrotis, permittentis. Sed quia hæredum mentio est, quorum consensum plura alienare volentibus accommodari lex exigit. d. Artic.
150 65. Quos † hæredes hîc accipiamus, dispiciendum est. Et Interpres iuris Saxonici de suis hęredibus legem intelligere, quos
151 dam existimasse refert. Hæredes † autem suos lex definit liberos, qui in potestate parentum primum locum obtinent, §. sui. Insti. de hæred. quali. & dif. & quidem non sine ratione eos, qui ita putauerunt, loquutos
152 videri quisquam dixerit. Verba † enim quorum plenior alioquin demonstratio est, ad præcellentia, ac nobiliora arctari solere, l.1. §. qui in perpetuum. ff. si ag. vect. vel emp. pet. l.1.§. biduum. ff. quan. app. sit. & c. penul. de senten. excom. c. cùm olim. de testa. Hippoly. l. eos qui. num. 16. ff. de fal.
153 Hinc † Imperator Iustinianus cùm ius, inquit, §. sed ius quidem. Instit. de iur. nat. Ciuile dicimus, nostrum intelligimus, id est,
154 Romanum: Vt † nuda Poëtæ appellatio, apud Latinos Vergilių, apud Græcos Ho-
155 merum significat. Igitur † cùm sui hæredes cæteris præstent, quippe quorum, in successione parentum, prima causa est, d. §. sui. quis q; viuis parentibus, legum interpretatione, vt Iulius Paulus libro duodetrigesimo Digesto. scribit, l. in suis. de liber. & post. domi-
156 ni quodammodo existimantur. Vt † non percipere hæreditatem, sed magis liberam bonorum administrationem defunctis parentibus consequi videantur. d. l. in suis.
157 Qua † ex causa, vt idem Iulius Paulus ibidem ait, licet hæredes instituti non sint: domini tamen sunt. Qui finis est institutio-
158 nis. Hinc † pro hærede gerere est, pro do-
159 mino gerere. Superior † enim ætas, hæredes pro dominis appellabat, §. fi. Instit. de
160 hæred. quali. & dif. Secundum † quam sententiam, qui nullos liberos habet: aut habet quidem, sed non in potestate, Iure Theutonico, quacunq; sit valetudine, testamentum facere potest: fratribus alijsúe necessarijs, filijs etiam emancipatis, nepotibus aut deinceps, qui in potestate morientis non sunt. Nam & hi extraneorum loco habentur, §. Cęteri. Instit. de hæred. quali. & diff. impedimento haudquaquam futuris, quominus arbitratu suo, in quoscunq; placitum erit, hæreditatem suam transferat.
Hoc superiori sententiæ consequens est, se-
161 cundum † quam sit, vt solo hæredum suorum consensu desiderato, non etiam cæterorum, Ius Commune minus lædatur, quod facere oportere apud Papinianum lib. duodetrigesimo Digesto. l. Centyrio. num. 27. de vulga. Iason cæteriq; libro 6. Constitutionum Principalium l. ti. §. in computatione. de Iure delib. apud Imperatorem Iustini-
162 anum notant. Nihilo † tamen magis supe-
163 rior sententia sequenda est. Sanè † enim cùm plures sint hæredum species, generali sermone vnam comprehendi dicere, non conuenit, sed omnes. l. hæredis 2. ff. de verb. signif. Ea quippe generalis sermonis po-
164 testas est, etiam † si non vna in omnibus ratio sit, maior fortè in quibusdam, minor in alijs. Ita Philippus Decius apud Impp. Diocleti. & Maxi. libro 6. Constitutionum Principalium l. senium. col. 5. num. 53. C. qui testa. fa. pos. scribit: & legibus consequens est. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præsid. l.1. §. quod autem. ff. de aleæ, lu. Igitur quod in suis hæredibus, euidentior causa subesse videatur, quàm in alijs, quo magis ipsorum tantummodo cõsensus exigi debeat, ea res quę
165 stionem nostram non onerat. Nam † &, vbi lex non distinguit, non est distinguendum.
166 l. 3. ff. de offic. præfi. Quapropter † dicendũ est, omnes legitimos hæredes, non tantùm suos, contineri, & ita hactenus lex Theutonica, de qua disserimus, accepta est. Minimè
167 † autem sunt mutanda, vt Iulius Paulus lib. 1. Digest. l. minimè. de legib. scribit, quæ interpretationem certam semper habuerunt.
168 Quare † si hæredes sui non sint, quorum primam esse causam in parentum successione constat, d. l. in suis. proximorum l. fi. & ibi Bal. & Saly. C. de verbor. sig. Iacob. Butrig. & Saly. l.1. C. vnde vir & vxo. Paul. Cast. l. si cùm dotem. §. si. patri. ff. solut. matr. Alex. l. fi. in fi. C. de testam. mil. quorumcunq; consensus erit exigendus, qui ad hæreditatem intestati patrisfamiliâs legib. vocantur, siue hi emancipati filij sint, siue ascendentiũ a'iquis, aut ex transuerso venientiũ. Nam generaliter lex legitimis hæredib. consultum vo-
169 luit, quorum † interest intempestiuis alienationibus, aut morientium testamentis rerum hæreditariarum nihil imminui, aut de nomine ac familia exire. Igitur cùm in proposita specie defunctus fratribus, qui ad eius

eius succeſsionem iure ſanguinis vocabantur, conſenſum ſuum, ſicuti lex præcipit, nõ accommodantibus teſtamentum fecit, vxoriq; ducenta legauit, non rectè, neq; teſtamentum, neq; legatũ, defendi conſequens
170 eſt. Quæ† verò cauſa ſit, cur ægri, & qui corpore malè ſunt affecti, vt maximè mente valeant atq; animo, teſtamentum facere, & generaliter rerum ſuarum quicquam alienare iure Theutonico prohibeantur, iure Municip. Articul. 65. Specul. Saxon. libro primo, Articul. 52. illa vulgò redditur ratio, d. Articul. 52. gloſſ. ſecund. verſ. Saxones verò. quòd cùm quis eo tempore quid donat, cùm ipſe per valetudinem, & iam morti proximus. eo vti non poteſt, non quod ſuum ſit, donet, ſed quod hæredum, Gloſſ. 2. d. Articul. 52. colu. ſecund. verſic. Tertium eſt. tanquàm quæ quodam defuncto, ad aliquos ſint mox peruentura, illorum eo adhuc ſuperſtite, iam eſſe dicantur. Sic Iuſtiniani Conſtitutio, Auth. de mandatis princip. §. oportet. col. 3. ſicuti vulgus d. verſic. Saxones verò. interpretatur, præpoſterum iudicum factum damnat, delinquentibus noxiam remittentium, ſubſtantia eis abiata, quod cùm faciunt, non tam in eos, vt inquit Conſtitutio, d. §. oportet. qui delinquunt, animaduertunt, quàm in ipſorum hæredes, ad quos ſucceſsio, illis per ſuppliciũ de medio ſublatis, iure legitimo deuolueretur. Ita quidam Saxonum legem defendunt, Glo. 2. ver. Tertiũ eſt. Spec. Sax. lib. 1. Art. 52. quib.
171 ego aſſentire nõ poſſum. Quia† nec hæreditas, nec ſucceſsio viuentis vlla eſt, l. 1. ff. de hæred. vel act. vend. l. neminẽ. ff. de adquir. hęred. nec nobis ſuperſtitibus, extremũ etiã vitæ ſpiritum ducentibus leges ad ſubſtantiam noſtram quenquam vocant, nec id Iuſtiniani Conſtitutio dicit, d. §. oportet.

Quæ, cùm vetat bona delinquentibus auferri, ipſis impunè dimiſsis: ne, non eos puniri, qui delinquunt, contingat, ſed quos ad ipſorum ſucceſsionem lex vocat, non hoc ſignificat, viuentium vllam eſſe hæreditatem, aut adhuc viuis ſuccedi, quod conſequens eſt dicentibus, languentium bona hæredum fieri. Sed ſpem præpoſtero illo iudicio legitimis hæredibus auferri. Nam aliud exiſtimantibus conſequens ſore, quotiens quis in aduerſam valetudinem incideret, totiens bonis exui, & mox conualeſcentem ea recuperare, quæ medio tempore hæredum fuiſſent, quod perridiculum eſt dicere, & legibus repugnat. Nam quod hæredum ſemel factum eſſet, id ſine illorum voluntate recidere in prioris domini poteſtatem non potuiſſe, l. id quod noſtrum. ff. de diuerſ. reg. iur. antiq. ſed nec ab ipſo ægroto, ſine eius facto, ad hæredes tranſiſ-
172 ſe. Nam† quod noſtrum eſt, id ſine facto noſtro ad alium transferri non poſſe, Pomponius lib. L. Digeſtor. d. l. id quod noſtrum. ſcribit. eſt & ipſi tum Saxonum, tum etiam Maideburgenſium Iuri contrarium, quorum leges ægris rerum alienationem permittunt, ſi eorum modò hæredes conſentiant. d. Artic. 65. & d. Artic. 52. Vnde intelligere licet, ægros rerum ſuarum dominos
173 manere. Nam† quomodo alienent, qui domini non ſunt? & quicquam transferant, qui nihil habent. c. nemo. de reg. iur. lib. 6. Etenim, vt maximè hæredibus conſentientibus id fieri oporteat, non tamen hæredes
174 alienare dici. Aliud† enim eſſe alienare, aliud conſentire alienanti, vt aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire, l. aliud. & ibi. Deci. ff. de reg. iuris. Cùm ergò paterfamiliâs æger iure licito, bona de hæredum conſenſu alienare poſsit, eum dominum bonorum manere conſtat, enimuerò hæredibus
175 dominis factis, eos alienaturos. Deniq; † ſi ægrotantium ſubſtantia, hæredum eſſe incipit, quomodo morientibus ius eſt, bona eccleſijs cæteriſq; pijs locis teſtamento dare, legare? Nam hunc caſum exceptũ didici, & Saxonici Maideburgenſiſq; iuris neceſ-
176 ſitati exemptum. d. Art. 52 gl. 1. in princ. At† verò ſi quis rurſus cauſam exquirat, quamobrem ægrotantium bona, hæredũ eſſe incipiant? illa redditur, d. Art. 52. glo. 2. col. 2. verſ. Tertium eſt. quia per valetudinẽ ipſis vti non poſſunt, ſed hoc, vt Domitij Vlpiani l. 1. ff. de Senato. verbis vtar, nec vſquam relatum eſt, nec vnquam receptum, nec ratio deniq; Ciuilis id admittit. Adde quod ſi, quibus rebus in præſens vti non poſſumus, eas continuò amitteremus, non ægroti tantummodo bonis exuerentur, ſed & rectè valentes. Neminem namq;, extra mendicos, & ex vitę inſtituto religionis ergò paupertatem profeſſos, tam eſſe egentem, qui rebus ſuis omnibus in præſens vti poſsit, vt neminem, contrà, tam ægrotum, qui nullis
177 bonis ſuis poſsit vti. Nam & † in eos, qui laboranti adſunt, ſumptus eſt neceſſarius, itẽ in Pharmacopolas. Mercedes deniq; Medicis exoluendæ, cùm fata pendent, tum maximè vitam noſtrã nundinantibus explen-
178 daq; immenſa eorum auaritia eſt, cuius† merito Aeſculapiũ medicinæ parentem ab Ioue fulmine percuſſum Pindarus ſcribit. Nec
179 diſsimili† ingenio plerique eius ſcientiæ profeſſores extitere, in quibus Charmides memoratur, clarus ſuperioribus ſeculis Medicus,

à quodam ex prouincialibus ægro ob hominem priſtinæ valetudini reſtituendum
180 H–S. cc. pactus. Item† Petrum Apponenſem, qui noſtrę ætati propior fuit, Bononia, vbi artem medicam profitebatur, quoquam accitum, pedem non extuliſſe, niſi mercede quinquaginta nummûm aureorum, in dies ſingulos conſtituta, quidam authores ſunt,
181 eundemq; †ad Honorium Pontificem Maximum, qui Chriſti Eccleſiæ tunc moderabitur, vocatũ diurnas operas quadringentis
182 locaſſe, proditum eſt. Nec noſtra adeò ætas felicior hac parte eſt, gradum Medico, vt ſunt quidam ad rem attenti, ad ægrum non promoturo, niſi ære prius multo ſibi depenſo. Semper itaq; ægroto, & de vita laboranti pecunia ſubſtantiaq; ſua opus eſſe, vt inter eum & recta valetudine vtentem in rerum ſuarum vſu nihil multùm intereſit ob ea, quæ extra cuiuſquã perſonam accidunt. Ad ipſos verò quod attinet, quorum de bonis quæritur, vt aliud in ſanis, aliud in ægris dicamus. Non mutat, quod qui rectè valent, in poſterum ſaltem rebus ſuis vti queant, contrà quam ægroti. Nam qui ſuprà ſcriptam cauſam adferunt, in præſens tempus ſe retulerunt. Sed & ſi in futurum rem placet referre, nihil vetat, idem quod in ægrotis eſt conſtitutum, & in rectè valenti-
183 bus dicere. Nam, † vt ait lex, l. 1. §. 1. ff. de condi. & demonſt. incertum diem continet mors. Exploratum itaq; eſſe non poteſt, qui ægrotat, ſuperfuturus ſit, nec ne, vt ex aduerſo, qui valet, proſperaq; valetudine vtitur, vnius diei incolumitatẽ promittere ſibi non poteſt. Nam, vt Horatius Flaccus ait, lib. 4. Carminum ad Torquatum:

Quis ſcit, an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ
Tempora Dij ſuperi?

Hercules quoq; apud Euripidẽ in Alceſte:

Omnes, inquit, homines debent mori.
Et nemo mortalium eſt, qui ſciat,
An ſit victurus craſtinam diem futuram.

Vt hac parte rectè valentium, & nec rectè valentium non diuerſa eſſe cauſa videatur. Ea denicq; re maximè intelligi poteſt, ægrotos rerum ſuarum dominos manere: quia bonorum alienatione tantummodo illis interdicitur, non etiam rebus ſuis priuantur. Nam id lex non dicit, nec alienationis pro-
184 hibitioni conſequens eſt. Nam† diuerſa ſunt hæc, vt quod in altero eſt conſtitutum, ad alterum non rectè producatur, Argu. l. naturaliter, §. nihil commune. ff. de adq. poſſ.

in quo genere cauſarum, vno mutato, alterum ſtare prohiberi non debet. l. ſancimus.
185 C. de teſta. Nemo † enim dixerit, legem xij. Tabularum, quę prodigo, id eſt l. 1. ff. de curat. furioſ. ei, qui nullum neq; tempus neq; modum expenſarum habet, ſed inconſultè ac temerè facultates ſuas dilacerando, & diſſipando profundit, bonis interdicit, d. l. 1. de curat. furioſ. ſua ſubſtantia atque fortunis eum priuare, quin, contrà, ei ſuas ſaluas eſſe
186 res dato curatore ſtudere. Eandem† ſequuti rationẽ Municipes videntur, quo iure paſſim Italia vtitur, qui fœminas ob ſexus infirmitatem, quicquam rerum ſuarum alienare vetant, proximis quibuſq; neceſſario-
187 rum ſuorum non adhibitis. Sed † & ipſæ Theutonum leges, de quibus in hoc ſacro Auditorio reſpondemus, ius eſſe nuptis mulieribus res alienare ſuas, viris non con-
188 ſentientibus negant, d. Art. 65. in fi. & † in vniuerſum ob eandem ſexus fragilitatem, mulieribus ſine ætatis differentia eodẽ iure tutores dantur. Spe. Sax. lib. 1. Arti. 46. Plu-
189 ribus † quàm erat neceſſe, ſuprà ſcriptam ſententiam refelli, non, vt tam multis opus eſſe exiſtimarem, ſed, vt ſeruum illud iudicum quorundam pecus admonerem, qui pro ſocordia ſua, & ingenij frigiditate, ſingula Theutonici Interpretis verba, iure, quo nituntur, per ignauiam inconſultò, aut etiam per imperitiam parum intellecto, pro
190 ſingulis legibus habent. Ignari† neceſſariam legum eſſe authoritatem: Interpretum verò
191 probabilem. Bart. l. 1. C. de legi. Quippe† quorum opinio eatenus obtinere in iudicijs debeat, qua legibus cõſequens eſt, nam inde diſcedentes meritò contemnuntur.
192 Sanè † enim, vt Iuſtinianus Imperator belliſsimè dixit, Auth. de triente & Sem. §. conſideremus. & ibi not. gl. col. 3. erubeſcimus cùm ſine lege loquimur. Igitur dubitandum non eſt, quin ſuperior ratio vera non ſit, qua confutata, quantum ſequens
193 valeat, diſpiciamus. Nam† & ob eam rem ægrotantibus Iure Saxonico, adempta eſſe alienandi facultas, quorundam opinione creditur, d. gloſ. 2. verſ. Tertium. vt ne poſthabitis neceſſarijs & ſanguine coniunctis, in extraneos ſuam quis ſubſtantiã, & opes transferat, quod indecens eſſe aiunt, &
194 contrà quam nouiſsima † Iuſtiniani Conſtitutione d. Auth. de trien. & Sem. col. 3. §. 1. & 2. continetur, quæ vetat, non curata prius natura, id eſt ijs, quibus Iure naturali obſtringimur, quicquam extraneis largiri, ſed & hæc ratio, quàm ſuperior, non minus futilis eſt. Nam ſi indecens eſt, extraneis perſonis

sonis sua largiri, iustis successoribus exclusis, id æquè in benè valentibus atq; ægrotantibus indecens erit. Vtroſq; ergo secun-
195 dum hanc rationem prohibitum iri, quod † legis sententiæ aduersatur, quæ, cùm ægros res suas alienare vetat, id benè valentibus saluũ integrumq; relinquere videtur, eoq;
196 iure vtimur. Nam † semper sanis beneq; valentibus rerum suarum alienandarum, tam mobilium & se mouentium, quàm soli, quæ non iure sanguinis obtigissent, ius fuit, solis ægris eo beneficio carentibus. Iu. Mun.
197 Art. 65. Iustiniani † deniq; Constitutio d. §. 1. & 2. aliud vult, quippe quæ non omninò vetat extraneis testamento dare, aut alio quoquo modo sua quenq; illis largiri, sed legitima portione filijs non prius relicta.
198 Quotiens † itaq; iusta liberis portio, pro eorum numero, quoquo titulo in parentum bonis data est, de cæteris fortunis suis statuere, easq; in quascunque velit personas transferre, patrifamiliâs liberum est. Auth.
199 nouissima. C. de inoffic. test. & d. §. 1. Cùm † contrà iure Theutonico de trium tantùm solidorum, summa statuendi ægris ius sit, cætera substantia illis inuitis, & repugnantibus ad successores, quibus lege defertur hæreditas, peruentura, vt quisq; proximus
200 est. Adde, † vt ex proximis apparet, fauore liberorum, quod Iustinianus constituit, introductum esse. Ideoq;, quod ad cæteras necessitudines attinet, patremfamiliâs non obstringi, quominus extraneis, pro animi sui motu, substantiam suam largiatur, cùm contrà Theutonum leges d. Arti. 65. generaliter omnibus legitimis hæredibus hoc tribuant, vt illis suum consensum non accommodantibus, nemini ægrotanti rerum suarum alienandarum ius sit. Malè ergò Theutonum leges Constitutione Iustiniani defendi, idq; & inde intelligi facilè posse, Quod si vtriusq; iuris, eadem in his ratio esset, eadem quoq; rerum alienandarum esset potestas, & qui de rebus suis statuere hoc iure posset, & illo posset, contrà quam
201 est constitutum. Quia † Iustiniani lege l. senium. C. qui test. fac. poss. valetudo corporis aduersa, nihil quicquam, quod gereretur, vitiat, modò mentis compos quis sit, cùm contrà, vt sæpe dictum est, Theutonũ lex d. Arti. 65. ægris corporeq; languentibus rerum suarum alienatione interdicat, trium tantùm solidorũ, de qua summa statuere possint, quasi per ludibrium facta potestate, ne omnia scilicet eis ademisse videretur. His itaq; rationibus vtpote parum idoneis, explosis, quemadmodum suprà scriptam Theutonum legem, hac parte tueri possimus, tractemus. Et fortasse, vt in pleriſq; rerum articulis accidit, expeditius
202 est, † quæ alij tradiderunt, refellere, quam reperire meliora, & quæ nobis cæterisq; sequenda existimemus, proponere. Nihilo tamen magis, quid in proposita quæstione
203 sentiam, silebo. Licet † dura & inhumana sit lex, quæ ægrotis de suis rebus statuere vetat, & à contrahendi beneficio testamentiq; faciendi, quo nihil magis homini debitum est, l. 1. C. de sacrosan. Eccles. contra cæterarum Gentium iura, arcet, constat † autem fa-
204 uore hæredum, quibus ab intestato successio legibus defertur, singulare ius hoc prohibitæ alienationis esse introductum, ne videlicet paterfamiliâs moriens qualibet offensa suos exosus per animi impetum in extraneos, substantiam suam transferat, qua mox rebus humanis exemptus est caritu-
rus. Huic igitur malo occurrere æquum visum est, interdicta ægrotis rerum suarum alienatione, & non quidem omnibus, sed ijs, qui per valetudinem in lecto decumbe-
205 rent. Aegritudines † ergò leues, quæ contemni possint, & sine vsu lecti continuo tolerari, extra legis prohibitionem sunt: cæteræ grauiores non sunt, tanquam quę pro-
206 ximæ morti esse creduntur. Id † quod sententiæ Papiniani consequens est, qui libro vndetrigesimo Digestor. l. penul. de mili. test. scribit, filiumfamiliâs equestri militia exornatum, & in comitatu Principum retentum, cingi confestim iussum, testamentum de Castrens. peculio facere posse, quasi pro cincto sit, vt Accursius Bartolus cæteriq; notant, d. l. penult. qui statim cingi iusſ-
207 sus est. Vnde † in varios litium definiendarum vsus, est adnotatum, quod proximè futurum est, perinde haberi, ac si iam sit.
208 Quare † causa, ad conclusionem vsq; perducta, pro eo habendum est, ac si iam esset pronunciatum. Cynus. l. alia. C. de his quib. vt indig. Bart. l. si mater. §. eadem. in fi. ff. de exce. rei iud. per text. & gloss. in l. si rem. §. fin. ff. de euicti. Bart. & Bald. l. quamuis indubitati. in fi. C. de adult. Paul. Castren. l. admonendi. col. 5. ver. ex his Bartolus colligit. & ibid. Ias. colu. 2. ver. Sum in secunda solutione. ff. de iureiur. Alex. l. si mulier. ff. solu. matri. Philip. Deci. l. edita. col. 6. vers. & licet Bartolus. Ioan. Andr. c. 2. de in integrum restit. lib. 6. Panormit. c. pastoralis. de excep. Feli. c. cum dilectus. in princ. extra. de fid. instrum. Andr. Tiraq. gloss. secund. in l. 16. connubiali. numero sexto.

Secun-

209 Secundum† quod placuit, fideiussorem proximè condemnandum non minus, quàm si condemnatus esset, agere aduersus eũ, pro quo fideiussisset, posse. Bald. l. si pro ea. q. 6. C. manda. Alex. l. 3. §. si seruus. col. fi. ff. de adqui. poss. Ias. l. ad monendi. in lect. 2. col. 12. vers. confir. ex eo. num. 54. ff. de iureiur. idem Ias. Auth. si qua mulier. colum. 6. vers. idem facit quod vult. C. de sacrosan. Eccles.
210 Andr. Tiraq. d. glo. 2. num. 5. Religionem† item ingressum, mox professurũ, pro professo esse, vt ei, non sine censuræ Ecclesiasticæ periculo manus adferantur. c. religioso. in fi. de senten. excommu. lib. 6. Andr. Ti-
211 raq. d. glo. 2. nu. 9. Sic† ædes proximè sacrandas pro sacratis haberi, eadem quæ sacratas priuilegia habituras. Panormit. c. ecclesiæ. 3. notab. & col. 3. per ill. text. de immunitate
212 eccles. Andr. Tiraq. d. glos. 2. nu. 9. His† conuenienter eum, qui ad scribendi munus in Principis Auditorio lectus esset, Principi, tanquam qui in sacro Auditorio scriberet, supplicantẽ, licet nihil dum scripsisset, mendacio liberari, Dominicus. c. ponderet. in fi. 50. distinct. quidam tradunt. Similiter, si Princeps scribenti in aliquo Auditorio qdam concessisset, ad eum id pertinere placuit, qui nondum quicquam scribere cœpisset, quasi satis ad eius rei veritatem sit, eũ ad tale munus lectum fuisse. Idem Domi. c. cùm in illis. §. 1. in prin. per ill. text. in verb. scribimus. de præbend. lib. 6. Ias. d. Aut. si qua mulier. Andr. Tiraq. d. glo. 2. num. 14.
213 Sic† magistratum initurus, nomen futuræ
214 dignitatis adipiscitur, & ferè rem. Nam† designatos Consules cum ijs, qui adhuc in consulatu essent, ad Senatusconsultum adhibitos accepimus, nec sententiæ dictione caruisse, licet absq; suffragio, publicæ scilicet rei melius constituendæ gratia. l. item veniunt. §. præter hæc. per text. ibi. & gl. in verb. consules. Angel. not. ff. de peti. hæredi. Quod ad cæteros, qui ad aliam quamcunq; potestatem electi sunt, Baldus & Angelus fratres, clarissimus vterq; Iurisconsultus, eleganter produxerunt. d. §. præter
215 hæc. And. Tiraq. d. glo. 2. nu. 12. Vnde† morem in Tuscia fluxisse refertur, ad præfecturam Vrbis lectos ab illis, qui eum Magistratum adhuc obirent, quotiens de re aliqua graui consultatio incidisset, vocari so-
216 litos. d. Ange. d. §. præter hæc. Secundum† quæ non possum illorum pudori parcere, qui superioribus annis Iacobum Vchaniũ, virum humanis diuinisq; literis apprimè eruditum, designatum tum Chelmensium Episcopum, à Synodi prouincialis aditu, & nuda sententię dictione, summo studio, atq; ope repellere nixi sunt. Iure, quod electio cuiq; tribuat, parum perpenso, aut dissimu-
217 lato. Nec† superiora, in tempore tantummodò vera sunt, sed & in loco, quæ inter se legibus plerunq; comparantur. Barba. Cõs. 2. præclarè. col. 4. Calca. Cons. 14. col. 4. Sanè enim, vt quæ proximè futura sunt, sicuti suprà dixi, quasi iam sint, censentur: ita & in
218 loco euenit. Nam † præsentem eum haberi, qui in hortis sit, qui in foro, qui in vrbe, qui in continentibus ædificijs, Domitius Vlpianus & Iulius Paulus lib. 3. Digest. scribunt.
219 l. præsens. cum l. seq. de procur. Vnde† rerum possessio, quæ apprehendi oculis & affectu potest, l. 1. §. si iusserim. ff. de adqui. pos. quæri in ijs dicitur non tantùm, quæ in conspectu sunt, sed quæ paulùm procedentibus conspici possunt, parumq; abest, quin iã cernantur, idq; inter omnes constat. Glo. 2. & ibi omnes Doct. l. 1. in prin. cir. medi. vers. sed quid si non est. ff. de adqui. poss.
220 Andr. Tiraq. d. glo. 2. nu. 10. His† superioribusq; consequenter Baldus, ægrotos, deq; vita laborantes, tanquam qui morti proximi sint, mortuis comparauit, Quib. mod. feu. amit. in princ. in feudis. Hippoly. Mar. in sua pra. §. at quia. nu. 29. vt defici omninò ratione, lex non videatur, quę ægris per aduersam valetudinem decumbentibus, quasi iam vita excessuris rerum suarum alienatio-
221 nem aufert. Potest† & eo lex defendi, quòd cùm mors tractum quendam habeat, neq; enim momento morimur, qui æger est, mo-
222 ri incipere dicatur. Cœpta† autem, in multis iuris articulis, pro consumatis esse. Bart. l. quominus. q. 5. in prin. ff. de flumin. & l. cætera. §. sed si parauit. de lega. 1. And. Tiraq. d.
223 glo. 2. nu. 8. Quia† cuiusq; rei, vt Caius lib. 1. Digest. l. 1. in princ. de orig. iur. scribit, po-
224 tissima pars principium est. Inde† Pomponius 34. lib. Digest. l. & si non sunt. §. infecti. de aur. & arg. leg. Barba. cons. 81. præclarè. col. 2. lib. 4. And. Tiraq. d. glo. 2. nu. 7. argenti facti appellatione contineri ait, quod fabricari cœptum est, licet nondum perfectum, & cælati, quod cœptum est cælari.
225 Secundum quod† Franciscus Sing. 63. Cremensis, Bartolum refert existimasse, legato vestiũ contineri vestes incisas, nec dum sar-
226 tas. Hoc† amplius lib. 34. Digest. l. vestimentum. de aur. & arg. leg. And. Tiraq. d. gl. 2. nu. 7. Domitius Vlpianus vestimentum id esse ait, quod desectũ non est, modò detextũ
227 sit. Quæ† sententia, si in ijs, quæ longius à cõsumatione absunt, vera est: multòmagis, quæ inde propè absunt, eandem habere definitionem

228 finitionem debent. Igitur † qui grauiter ægrotant, quales sunt, qui morbo debilitati decumbunt, tanquam qui longius à sanitate recesserunt, proximiq; morti sunt, meritò
229 mortuis comparabuntur. Neq; † enim nouum esse, quod medium inter quædam sit, ei attribui extremo, ad quod propius accederet, vt inducias bello, quod Baldus adnotauit. de pace constant. §. valli. super. verb.
230 tempore. Quare † quod de bello, idem de inducijs eodem authore fore iudicium.
231 Hinc † item proximum pubertati, pro pubere esse. l. non tantùm. in prin. ff. de excu. tuto. & l. iurisiurandi. in prin. ff. de ope. liber. Bart. l. sed & partus. §. quæri. ff. quod met. cau. Andr. Tiraq. d. glo. 2. numer. 8.
232 Inspici † denicq; solere, quod euenire potest. idq; magis, quàm præsentem statum spectari debere, si eò præsens status inclinet, quod Bartolus l. qui bona. §. cùm inter. per il. tex. ff. de damn. infe. Paulusq; d. §. qui interuet l. si quis domum. ff. locati. Andr. Tiraq. d. glos. 2. num. 16. Castrensis adnotauerunt. Ergò in proposito, cùm ad mortem morbus inclinet, qui sit tanquam via ad interitum, spectari mors quàm morbus magis debet. Nec † absurdum cuiquam videatur, viuentes pro mortuis haberi. Nam per contrarium, eos, qui nondum in rebus humanis sunt, id est qui vtero geruntur, & maternorum viscerum sunt adhuc portio,
233 l. 1. §. ex hoc rescripto. ff. de ven. inspici. pro natis habendos quibusdam casibus Paulus & Iulianus libr. 1. Digestor. l. qui in vtero. de sta. homi. constituerunt, id est quotiens de commodis partus tractatur. Sed †
234 & lex Cornelia eos, qui apud hostes decessissent, toto captiuitatis tempore pro defunctis esse voluit, perindeq; haberi, quasi præambula hora captiuitatis vita excessissent l. lex Cornelia. & ibi. glos. in ver. ex ea lege. ff. de vulg. subst. l. 1. §. 1. ff. ad l. falcid. l. 1. et ibi glos. C. postli. reuers. l. lege Cornelia. ff. de test. §. fi. Inst. quib. non est permis.
235 fa. test. Idem † in deportatis est constitutum. Nam & illi mortuis annumerantur, l. 1. §. fi. ff. cõ. ta. idq; per dedecus, Gl. fi. in fi. prin.
236 Inst. de excu. tut. vt † contrà bello amissi, id est qui in acie pro Repub. ceciderunt, per gloriam in perpetuum viuere intelliguntur, d. princ. in fi. de excus. tuto. & idcircò parentibus tutelæ præstant excusationem: æque atq; superstites filij. l. bello
237 amissi. ff. de excus. tuto. & d. prin. in fi. Huc † pertinet illud M. Accij Plauti in captiuis, qui per virtutem peritat, non pol interit. Adde, quod ægroti, re penitus perspecta, si ex eo morbo moriantur, intelligi debent non tunc mortui, cùm vita excedunt, sed cùm primùm ingrauescere morbus, &
238 letalis esse cœpit: argumento † eorum, qui mortifero vulnere accepto, ex interuallo moriuntur. Lex huic scripturæ. & l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. enim eos occisos iam tum, cùm vulnerarentur, intelligit: non cùm verè vita priuantur, Idq; Bartolus apud Iulianum d. l. ita vulneratus. libr. 9. Digestor. scribit. & Baldus lib. 4. Constitutionum l. vnica. C. de nundin. Principalium apud Imp. Valentem & Valentinianũ. AA. & multis alijs locis adnotauit. l. bello. in. fi. ff. de excus. tutu. & l. damni. 1. §. Sabini. per eum tex. de dam. infec. Quam sententiam Petrus Ancharanus ex facto consultus, veram esse respondit. Cons. 430. fuisset
239 expediens. Secundum, † quod si quis mortiferè homine vulnerauerit, intra mille passus à Regia, id est ab eo loco, vbi Rex agit, vbi cædes hominis facta capite luitur, Cùm alibi factæ Polonorum legibus multa pecuniaria sit, & ita vulneratus Rege inde profecto moriatur, quasi tunc, cùm vulneraretur, esset occisus, capitalis pœna irroganda erit, vt per contrarium pecuniaria. si Vilnæ fortè, vbi hæc à nobis scribuntur, cùm Rex abesset, mortiferè quis esset vulneratus, mox, Vilnam Rege ingresso, moriatur. Quia, vt dictum est, mortuus debet intelligi, non cùm verè extinguitur, sed iam tum cùm mortiferè vulneraretur. Quæ sententia in vtraq; specie proposita manifestã habet rationem. Nam qui non procul à Regia in hominis necem ferrum distringit, Principis Maiestatem contemnere magis videtur, minus verò, qui longius, vt meritò Principis abitus aditúsue admissum nec mi-
240 nuat, nec augeat. His † defendi lex d. Arti. 65. Iure Municí. in prin. Theutonum posse videatur, quæ ægris rerum suarum alienatione interdicit. Quanquam eam à duritia vindicare omninò non possumus, nec ob aliam fermè causam sequendam putare meritò debeamus, quàm quia scripta est. Arg. l. pro-
241 spexit. ff. qui & à quib. Non † enim eo magis, quod est proximè futurum, quasi iam sit, haberi debeat, dicendum est, ægrotum pro mortuo esse. Illud enim acceptum est, cùm quid mox omninò futurum est, & non potest non fore. Bald. l. si pro ea. C. manda. Ang. l. mulier. §. 1. ff. ad Trebel. & ibi Paul. Cas. Andre. Tiraq. d. glos. 2. numer. 26.
At verò neminem tam ægrotare, támve afflicta esse valetudine, qui incolumis esse non possit. Non enim omnem grauem morbum,

morbum, qui etiam letalis dicitur, mortem
242 afferre, vt nec vulnus. moremq; † Hippocrati fuisse, Claudius Galenus est author, libro 6. Aphoris. cap. 18. id letale dicere, quod non semper tale sit, Bal. quib. mod. feu. amitt. in pri. in fi. 1. col. & seruatos ea corporis parte saucia homines, quæ lædi sine interitu non posse credita est, Nam vulnerato cerebro, quam plagam letalem esse Hippocrates tradidit, incolumes sæpe à se visos, idem Galenus refert, semelq; in Smyrna Ioniæ Pelope præceptore adhuc viuente, scribit accidisse, sed & Domitius Vlpianus lib. vndetrigesimo Digest. l. 1. §. fi. de se. cõ. Syl. Vulnus mortiferum dixit, post quod, cui inflixum esset, superuixit. Nam & id mortiferum appellari, quod exitium allaturum existimatur, Bal. quib. mo. feu. amitt. in pri. & gl. l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil. licet nõ
243 adferat. Vnde † seruo mortifere vulnerato, qui postea ruina fortè oppressus, ocyus perijsset, responsum est d. l. huic scripturæ. aduersus eum, qui vulnerasset, non esse de occiso actionem, sed tantùm de vulnerato. Quia apparere non potuit, ob casum ruinæ insequutum, ex vulnere decesserit, nec ne. Cùm, si non existimatione, sed re vera vulnus mortiferum fuisset, sequens casus vulnerantem, pœnæ hominis cæsi non eximisset: quod Iulianus lib. 9. Digest. l. ita vulne-
244 ratus. ad l. Aquil. scribit. Sed † vt maximè ex vulnere quem moriturum certum sit, corde fortè sauciato, qua, corporis parte cæsa incolumem esse hominem posse, post Hippocratis & Galeni sententiam desijt dubitari, qui ita vulnerauit, non modò ad vltimum supplicium vocari non debet, si ea pœna lege Municipali statuta est, sed nec de occiso quidem crimen ei intendi: eo, qui vulneratus est, nondum exanimato. Quod post veteres Bartolo l. damni. §. Sabini. nu. 4. ff. de damn. infect. Baldoq; de pace iur. fir. §. iniuria. col. vlt. vers. Quæro nunquid. in feud.
245 rectissimè placuit, & meritò. Nam † vt idem Baldus ait, d. verb. Quæro num quid. Arg. l. in hæc. ff. de cond. triti. Hippo. de Mars. in pract. crimin. §. et quia. num. 28. quàm diu anima in homine est, nondũ corporis vinculis soluta, mortuum eum dicere non pos-
246 sumus. Enimuerò † quod suprà dictum est, letaliter vulneratos mortuis comparari, vt, & generaliter omnes, qui in extremo sunt vitæ articulo: Bald. in l. non solùm. in fi. princ. C. de bo. qui lib. & in Auth. dos data. C. de don. an. nupt. Hippo. in pract. crimin. §. et quia. num. 31. id quia non verè, sed per fictionem acceptum est, ad leges Municipales, qualis est Maideburgens. de qua disputamus, non est porrigendum, vt cætera, quę sunt per fictionem introducta. Quæ sententia Baldi fuit, l. si quis non dicam. C. de Episc. & Cler. & cap. 1. quib. mod. feud. amitt. tametsi eam Hippol. Mars. Bononiensis tacito Baldo, pro sua scribat. d. §. et
247 quia. num. 33. & seq. Sed † & idem Baldus, qui, vt suprà retulimus, letaliter vulneratos mortuis exæquat, id non per omnia verum esse dixit, d. prin. quib. mod. feud. amit. hoc, de quo disputamus, casu excepto.
248 Nam † ita vulneratum testamentum facere posse scripsit, d. prin. quib. mod. feud. amit. etiam voce admissa, scripto videlicet pro voce vsurum, Bald. vbi suprà. & Ang. cons. 258. aut denicq; nutu, si scribere aut nesciat, aut per valetudinem non possit, Ang. d. cons. 258. si modò intellectum habeat, &, quid agat, non ignoret. Quod generaliter in contrahendis negotijs receptum est, l. sanum. C. de transact. Deci. l. senium. num. 3. C. qui testam. fac. pos. & summa quidem ra-
249 tione. Nam † quæ iudicio animi consilioq; obeuntur, in ijs mentis integritas, nõ quoq; corporis valetudo spectanda est. l. 2. §. corporis. ff. de vacat. muner. Deci. d. l. senium.
250 nu. 4. Quapropter † in nouissimo vitæ tempore coniugia rectè constitui inter omnes conuenit, Ioan. Andr. c. sine culpa. de re. iur. lib. 6. Abb. c. 2. de coniug. lepr. Alex. l. si quis posthumus. in pri. ff. de lib. & post. Dec. d. l. senium. num. 3. eoq; iure quotidie vtimur. Ex quibus apparet Theutonici iuris duritia, ægrotis rerum suarum alienatio-
251 ne interdicentis. Quod † tamen quantumuis durum sit: quia ita scriptum est, seruandum
252 est, l. prospexit. ff. qui & à quib. & † secundum illud testamenti Tabulas, de quarum viribus disceptatur, nullius esse momenti pronunciare debemus: non quasi ex mortis sibi consciscendę consilio mentis alienatio, furórve probatus videatur, sed quia Theutonum legibus d. Artic. 65. aduersa corporis valetudo, faciendi testamenti aufert facultatem, & generaliter rerum impeditalienationem. Quæ, sicuti suprà dictum est, summam trium solidorum excedit: lis itaq; secundum defuncti fratres, eosdemq; legitimos hæredes data est, & ita Ius dictum.

PETRI

PETRI ROYZII MAV
REI ALCAGNICENSIS, RE
GII IVRECONSVLTI,

Decisio Lituanica Secunda.

TITVLVS.

De vsitata Tabellionum clausula, qua testator ægro corpore, sanaq; esse mente scribi solet.

SVMMARIVM.

1 *Verba Tabellionis initio tabularum testatorem sana esse mente præfantis, fidem ne faciant?*
2 *Tabelliones cùm creantur, se omnia ex fide facturos iurant.*
3 *Argumentum ab Apparitore ad Tabellionem.*
4 *Tabellionis persona, quàm Apparitoris honestior habita est.*
5 *Ad Apparitoris officium sæpe viles personæ eliguntur.*
6 *Assertio Tabellionis testatorem sana esse mente scribentis, fidem non facit.*
7 *Mentis sanitas aut ægritudo intellectu, non corporis sensibus percipi potest.*
8 *Non creditur testibus in ijs, quæ intellectu percipiuntur.*
9 *De ijs quæ in nostra potestate sita sunt, Testamentum rectè scribitur: non quoq; de ijs, quæ natura constant.*
10 *Tabellio, aliquo postulante, se sanæ esse mentis, in publicas tabulas referri, id facere nõ potest.*
11 *Nec de facto proprio testis esse quis potest, nec de alieno, ex quo testimoniũ dicenti laus quæri, aut infamia potest.*
12 *Non creditur neq; arbitro in ijs, quæ ad causam à se indicatam pertinent.*
13 *Nemo præsumitur contra ea dicturus, quibus infirmatis eius læderetur existimatio.*
14 *In qua causa quis patronus fuit, in ea adsessor esse non potest, & quare.*
15 *Royzius qua de re litigatori consultus responderat, Principi postea consulenti se respondere posse negauit.*
16 *Affirmatio Tabellionis testatorem mentis suæ non esse scribentis, viribus testamenti nihil detrahit.*
17 *Tabellio scribens testatorem aduersa esse corporis valetudine nõ nocet, quo magis iure Theutonico testamentum infirmetur.*
18 *Suprà scriptorum ratio.*
19 *Nudum Tabellionis ministerium est ea, de quibus rogatus est, in publicas tabulas referre, nihil præterea discutere.*
20 *Tabellio, qui circumuentus contra fidem veri quid scribit, falsi non tenetur.*
21 *Royzij responsum Augustino Rotundo Prætori Vrbano in proxima specie consulenti datum.*
22 *Falsum sine dolo non committitur.*
23 *Royzius superiorem sententiam producit.*
24 *Mutare sibi nomen sine nocendi consilio cuilibet licet.*
25 *Securitas Tabellionis in ignotorum testamentis alijsue scriptis conficiendis reprehenditur.*
26 *Cautio in ijs sequenda in Citeriori Hispania, authoris patria, seruari solita.*
27 *Tabellioni in vna scriptura alterius à se confectæ mentionem facienti, fides non habetur.*
28 *Proxima sententia in Principis scriptura non obtinet.*
29 *Quandoq; Tabellioni testatorem sana esse mente affirmanti, Angelo Aretino authore creditur.*
30 *Tabellioni asseueranti, ad rustici testamentum adhibita diligentia non plures quàm quinque testes repertos, fides habetur.*
31 *Angeli Aretini opinio refellitur.*
32 *Quilibet sanæ esse mentis præsumitur, idq; neganti, incumbit onus probandi.*
33 *Leuibus coniecturis furor non probatur.*
34 *Furoris suspicio ex alienis sermonibus nata, prospicuis rationibus est amouenda.*
35 *Quando natura vincat accidens: & contrà, naturam accidens.*
36 *Ad furorem probandum non satis est, quem furore aliquando agitatum, nisi perdiu id passus proponatur.*
37 *Philippus Decius carpitur.*
38 *Illa sumenda est coniectura, secundum quam actus, qui geritur, valet.*
39 *Princeps creditur summa vsus authoritate, ne, quod ageretur, intercidat.*
40 *In dubio pro testamento respondendum est.*
41 *Verba enunciatiua fidem non faciunt, etiam in matrimonijs. cum num. seq.*
42 *Matrimonij causa semper præcipua habita est.*
43 *Apparitoris perfidia leue, tabellarij graue damnum adferre potest.*
44 *Beneficium appellandi amittere, cuius maximus & perneccessarius vsus est, cum magno litigatoris sit detrimento.*
45 *Apparitoris improbitate, potest quis in contumaciæ dispendium deduci.*
46 *Contumax ex peremptorio non appellat.*
47 *Qui iudici sententiam prolaturo, euocatus non adfuit, appellare non potest.*
48 *Contumax multa punitur.*
49 *Pœnali Iudicio suam tueri Iurisdictionem cuilibet Iudici licet.*
50 *Iudex contumacij iurisdictionem degenerare potest.*
51 *Iudex potest alijs Iudicibus præcipere, ne eum, qui se contempsisset, audiant.*
52 *Contumax potest carceris pœna puniri.*
53 *Item contumax captis pignoribus & distractis coërceretur.*
54 *Noua contumaciæ pœna, ab Honorio tertio constituta.*

55 *Contumax regulariter causæ iactura non plectitur. cum nu. 63.*
56 *Contumax, nisi refusis expensis, non auditur.*
57 *Feudum contumacia amittitur.*
58 *Sæpe iure Municipali contumax pro confesso est.*
59 *Ius Theutonicum contumacem damno litis multat.*
60 *Legis Theutonicæ in contumaces scriptæ, prædura quorundam interpretatio.*
61 *Royzij benignior intellectus.*
62 *Ius Municipale, quod cõmuni aduersatur, strictissimè accipiendum est.*
63 *Contumax iure Quiritũm causa non cadit.*
64 *Quiritũm studium in tuenda fori disciplina.*
65 *Semper veritati locum superfore.*
66 *Quandoq; apparitoris, quandoq; litigatoris dicto, pro modò causæ & personarum dignitate stari.*
67 *In personis infra dignitatem positis, Apparitoris assertio vincit.*
68 *De fide Apparitoris & tabellionis in quibusdam sequenda, vel non.*
69 *Apparitori finibus muneris sui non excedenti, creditur.*
70 *Tabellioni excedenti, contrà.*
71 *Testamentum Domitio Vlpiano quid sit.*
72 *Apparitori id, quod eius officio non incumbit, affirmanti non statur.*
73 *Apparitori asserenti, eum, quem in ius vocasset, præfractè respondisse, se iudicio non adfuturũ, non creditur.*
74 *Nec, se pulsatum aliàve qualibet iniuria affectum, alleganti fides habetur.*
75 *Refellitur ab authore opinio quorundam. cum num. seq.*
76 *De ijs, quæ intellectu apprehendimus, nõ minus quàm de rebus, quæ extrinsecus apparent, testimonium rectè dicitur.*
77 *Furor testibus rectè probatur.*
78 *In ijs, quæ intellectu percipiuntur, nisi testis, etiam non interrogatus, causam reddat, nihil probat.*
79 *In rebus, quæ extrinsecus sensibus percipiuntur, testis sine causæ redditione probat, nisi de causa interrogatus proponatur.*
80 *Ioannis Domanouij Mednicensium Episcopi, & Stanislai Narcusij eximia in iure dicundo laus.*
81 *Quorundam in iudicando festinatio temeritasq; reprehenditur.*
82 *Præceps iudicium exosæ leges.*
83 *Sententia Iudicis mox post accepta causæ acta, breuiq; temporis spacio interposito pronuncianti non valet. cum num. seq.*
84 *Breue temporis spacium in proposito quod.*
85 *Vnius diei cursus, vni causæ cognoscendæ suis non est.*
86 *Sententia intra paucos dies pronunciata, nihil valet, etiam si rectè iudicatum sit.*
87 *Quod fato fit, pro non facto est.*
88 *Iudex, qui contumaciæ ignarus, contumaciæ damnat, nihil agit.*
89 *Quod in Iudice dictum est, idem est in arbitro respondendum.*
90 *Item in Consultore.*
91 *Controuersiæ forenses ob longam earum seriem, breui temporis spacio definiri non possunt.*
92 *Festinatio nouerca iustitiæ est.*
93 *Celeritas non iustè agit.*

1 VVLGARIS † ILLA clausula, quam Tabelliones initio Tabularum apponere in morem induxerunt, cùm eum, cuius testamentum scribunt, ægro quidem corpore dicunt esse, sed mente eundem valere atq; animo, quam habet vim, commodissimè hoc loco tractabitur. Nam proximè eius rei mentio fuit, & testamenta in hoc Auditorio prolata, quæ fuere quàm plurima, pleraq; omnia hanc clausulam habuere. Semel itaq; id, de quo sæpe dubitatum est, definire placet, &, quæ verborum talis clausulæ potestas sit, explanare.

Et putauerit aliquis, eorum verborum fidem sequendam, sicuti cęterorum, quibus testatoris continetur voluntas. Cuncta enim, quæ testamento perscripta sunt, Tabellionis authoritate ex æquo niti, vt meritò eadem sit singulorum habenda veritas. Nam quibusdam fidem abrogare, ob necessitatem officij, quod Tabelliones gerunt,
2 non oportet. Constat † quippe dato iureiurando, cùm ad id munus leguntur, religione, nequid non ex fide faciant, obstringi.
3 c. ad audientiam. de præscript. Denisq; † si Apparitori, aliquem à se in ius vocatum affirmanti, credimus, vtpote iurato, & partibus suis fungenti : tantundem in Tabellione probandum, non immeritò videbitur, ne Apparitori fides adhibeatur, Tabellioni iurato & ipsi, suisq; partibus fungenti
4 derogetur, cuius † persona, quàm apparito-
5 ris, honestior semper habita est. Plerunq; † enim viles homines ad Apparitorum munus sublegi, ita ferè Ioannem Imolensem libro duodetrigesimo Digestor. l. 2. qui test. fac. poss. apud Labeonem disserere Iasonrefert, l. senium. in princ. C. eod.

6 CONTRARIAM † tamen sententiam Baldum d. l. 2. & Angelum l. quidam in suo. ff. de con. inst. fratres sequutos, & pleroscq; alios Raph. Come. d. l. 2. & ibi Franc. Aret. Salycet. l. furiosum. C. qui test. fac. poss. Ias. d. l. senium, numero tertio, & ibidem Decius, lego, qui non eo magis Testatoris sanam mentem probari, aut inualetudinem existimant, quod Tabellio rem ita
7 se habere enunciet. Nam † mentis sanitatem aut ægritudinem nullo, inquiunt, corporis sensu percipere licet, sed eius rei ve-

rei veritatem ſolo intellectu apprehendi.
8 Quapropter † in his fidem teſtium ſequi nō oportere placuit, laſ. d. l. ſenium. nu. 3. & nota. l. ſolam. C. de teſtib. quippe quibus, extra corporis ſenſus egreſsis, credere non eſt neceſſe. Sed & ſi mentis ſanitas percipi ſenſibus corporis poſsit, nihilo tamē magis Tabellionis verba teſtatorem ſui fuiſſe iudicij
9 perhibentis ſequenda. Nam † de ijs rebus, quæ in noſtra poteſtate ſitæ ſunt, rectè Tabulæ ſcribuntur, non quoq; de ijs, quæ natura conſtant, quale eſt corpore valere, aut animo. Nā quo magis ita affecti ſimus, aut contrà, nihil nos quicquam efficere poſſumus: quare fruſtra ad hæc Tabellionem adhiberi. Ad hunc modū poſt Nicolaū quendam Mutinenſem veterem ſcriptorē, Ioan. Andr. Bald. In rub. C. de fide inſtrum. in 2. char. & Franciſcus d. l. 2. C. do teſt. vide laſ. d. l. ſenium. nu. 3. Areti. diſputant. Secun-
10 dum † quæ Tabellionem, aliquo fortè deſiderante, ſe ſanæ eſſe mentis ſcripto conſtare, id in publicas Tabulas referre non poſſe, poſt alios Iaſon ait. d. l. 2. nu. 3. Idem de corporis valetudine ſcribit, licet alioquin ea de re teſtimonium rectè dicatur. Bart. l. quæſi-
11 tum. ad fi. ff. de re iudic. Qui † pro hac ſententia illud adfert, vt nemo, inquiens, de facto ꝓprio idoneus eſt teſtis: l. omnib. C. de teſt. ita nec de alieno, ex quo Iaus ipſi quæri, aut irrogari infamia poteſt. Ioan. And. in addic. ad ſpe. tit. de teſt. §. 1. verſ. ſed pone quod adminiſtrator. nu. 24. Imol. c. ex literis de tranſact. Anto. Butr. c. cum à nobis de teſt. laſ. d. l. ſenium. nu. 3. Igitur verba Tabellionis, teſtatorem mentis compotem fuiſſe ſcribentis, fide carere, ne, ſi contrà mentis impos fuiſſe probetur, id ſalua Tabellionis exiſtimatione non ſit: impune etiam nō laturi, qui hominis alienatæ mentis, elogiū
12 conſcribere non dubitaſſet. Vnde † regulariter placuit, neq; Arbitro, neq; Iudici de ijs, quæ ad cauſam rerum à ſe iudicatarum ſpectarent, credi oportere. Cyn. Iaco. Butr. & Bart. l. ne in arbitris. C. de recep. arbi. Bal. l. iubemus. 2. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccleſ. Innoc. Hoſti. & alij. c. cùm à nobis. & ibi Feli.
13 nu. 5. de teſt. Quia † præſumptum eſt, neminem aduerſus ea dicturū, quæ feciſſet, quibus infirmatis, pudor eius perſtringeretur:
14 aut laceſſeretur fama. Nec † diſsimili ratione, qui apud prætorem aliúmve, qui Iuriſdictioni præeſſet, ſuum alteriúsve deſiderium expoſuiſſet, ſcriptóve defendiſſet, eidem adſidere prohibetur: aut de ſententia dicenda deliberanti adeſſe, idq; propter ſtudiū, quo quis ad cauſam ſuā, aut alienam à ſe & ſuſceptam & defenſam ducitur, quod Imperator Iuſtinianus Auguſtus Demoſtheni præfecto Prætorio lib. 1. Principalium Conſtitutionum l. fi. C. de aſſeſſ. & domeſt. reſcripſit.
15 Cuius Reſcripti † ſententiam ſequutus, qua de re litigatori conſultus reſponderam, adito Principi deliberanti, cùm accerſerer, negaui me adeſſe poſſe, qui non grauatè Imperatoris Iuſtiniani verba indicanti acquieuit.
16 Per † CONtrarium, ſi teſtatorem ſuæ mentis nō fuiſſe Tabellio ſcripſiſſet, negat Baldus l. Imperator. in 1. col. in fi. ff. de ſtat. homi. laſ. d. l. ſenium. nu. 3. in fi. eo magis teſtamentum viribus cariturū, quaſi hoc per
17 errorem Tabellionis ſcriptum ſit. Hac † ratione, ſi quis eorum qui iure vtuntur Theutonico, in lecto per valetudinem teſtamentum dictaſſe, aut quid ſupra trium ſolidorū ſummam alienaſſe dicatur, ea Tabellionis aſſeueratio, Tabulis vitium nō adferet, quo minus teſtamentū, aut alienatio ſuas habeat vires. Quia ſimiliter hic error Tabellionis excuſabitur, nequa teſtamento, quod ita æger iure Theutonico facere non poteſt, aut
18 alienationi noceatur. Planè, † quod neq; aſſeueratio Tabellionis, neq; inficiatio, in his Tabulas magis aut firmet aut vitiet, illa poteſt reddi ratio: quod, ob quæ adhibitus eſt, ea in teſtatum redigere ex muneris ſui neceſsitate Tabellio debet. Ang. conſ. 275. ex themate & actis. col. 2. in pri. Nec ſollicitum ipſum eſſe oportere eorum, quæ extra illud, de quo eſſet rogatus, proponuntur, etiamſi actum, qui fieret, nullius fore momenti in-
19 telligat. Ang. d. conſ. 275. Nudum † quippe Tabellionis miniſteriū eſt, ea tantùm, propter quæ adhiberetur, ſcribere, nihil præterea diſcutere. Ang. d. conſ. 275. Nec occurrit, quod plurimū referat, quod ad ſcripturæ authoritatem pertinet, ſuæ quis mentis ſit, nec ne ſit. Illud quidem omni iure, ſed legibus Theutonū hoc amplius, quo ſit corporis vigore, Iur. Muni. Art. 65. ægris poteſtate teſtandi alienandíq; eo iure adempta. Etenim actus, qui gereretur, valeat nec ne, eorum, quorū ius læditur, intereſt. Tabellione, ſi nihil eorum ad quæ adhibitus eſſet, prętermiſiſſet, partibus ſuis defuncto. Ita Angelum Peruſinum diſſerere, & ex facto reſpondiſſe, d. conſ. 275. d. col. 2. in princ. Philippus Decius lib. 2. Principalium Conſtitutionum Auth. ſi quis in aliquo. col. fi.
20 nu. 39. in fi. C. eodē. refert. Secundum † quod Petrus Ancharanus conſultus in illa ſpecie, cùm quidam vnius de duobus ſocijs, dolo nomen alterius mentitus, ſocietati apud acta in necem abſentis & ignorantis

socij renunciasset, eam rem Tabellioni, qui id imprudens scripsisset, fraudi non esse respondit. c. quanto. de his. quæ fiunt à prælato. Cuius responsum Philippus Decius d. Auth. si quis in aliquo. num. eod. & cæteri probāt. Ioan. de Ana. c. licet. col. penul. vers.
21 in eadem. glos. extra. de crimi. fals. Quam † sententiam & ego sequutus, familiari meo Augustino Rotundo Prætori Vrbano, de non absimili casu me adeunti, respondi: sollicito de scribæ sui existimatione, qui soluti confessionem, hominis sibi ignoti, nomine, quo se ipse dixit appellari, in acta retulisset. Nam dixi, secundum supra scripta, nihil proponi, quod scribæ opinionem lædat, aut quoquo modo prætoriani Auditorij dignitatem, ac veterem authoritatem minuat, idq; propter bonam fidē scribæ, qui hominem, vti dicebatur, vocari credidit, non eius vnius affirmationem sequutus, sed & debitoris & Caufidici, qui ei aderat, more Ciuitatis publicè iurati, qui hominem adduxerant, eum illud nomen gerere asseuerantium, quos meritò admissi pœna sequi debet. Arg. l. si is qui. §. si tu Titium. ff. de furt. scriba extra omne falsi crimen posito propter ignorantiam, neminem quippe er-
22 rantem dolo agere. Vbi † autem dolus absit, ibi falsi culpam esse non posse lib. Principalium Constitutionum 9. Baldus adnotauit.
23 l. nec exemplum. C. de fals. Quam † sententiam ad eum casum producendam putarim: cùm scriba alium id nomen gerere sciret, quo se appellari, alius apud acta simulasset. Pluribus enim idem esse nomen nihil vetat. l. duo sunt Titij. ff. de test. tute. idq; persæpe
24 vsu venire constat, & fieri † pro cuiusq; arbitrio post Imp. Diocle. & Maximiani AA. CC. Constitutionem l. vnica. C. de mutat. nomi. d. l. vnica. iure licito potest, modò dolus & nocendi propositum absit. Glo. mag. post. medi. l. Titio fundus. ff. de condit. & demonst. Dec. Defendi itaq; Tabellionem quominus in proxima specie falsi teneatur, fidem præsertim eius sequutum, cui credi propter iurisiurandi religionem non immeritò debuit. Auth. si quis in aliquo. eod.
25 num. Enimuerò, † quamuis ignoti hominis testamentum aliúdve in publicas Tabulas referre, nullis, an is sit, quē se diceret, agnoscentibus impunè Tabellioni ob ignorantiam sit, vt Petrum Ancharanum scribere dixi, eiusmodi negligentia reprehensione omnino non caret, ea quippe res damnosa esse ei, cuius nomen falsò prætenderetur,
26 potest. Satius † itaq; fore, ab huiusmodi scripturis Tabelliones abstinere, aut eos, quibus persona, quæ tale aliquid desideraret, nota esset, adduci iubere. Quem morem in citeriore Hispania, vnde mihi origo est,
27 scio vulgò obseruatum. Illud † superioribus commodè adijciemus, non modò sanitatis aut ægritudinis mentionem, quæ in Tabulis fieret, quia partes Tabellionis non sint, vti dictum est, tale quid in scripturam redigere, fide carituram, sed & ea referentibus, quæ alijs Tabulis publicis etiam à se confectis continerentur, non credi, quod & est receptum, d. Auth. si quis in aliquo. & ibi Deci. colum. 6. numero 31. & sequent. Sine vllo itaq; operæpretio in alijs Tabulis aliarum fieri mentionem: nullam ea re fidem factura, Tabulis illis non prolatis, præter-
28 quàm † in Principis Codicillis, aut quauis scriptura, quæ ab ipso proficisceretur. Nam Principi, propter summam eius potestatem, in alijs Tabulis aliarum mentionem facienti, fidem abrogare non licet, quod quosdam rectè putasse Philippus Decius scribit. d. Auth. si qui in aliquo. colum. fin. in fin. Hæc ad Iasonis disputationem addere placitum est mihi, ex quibus abunde apparet, supra scriptam clausulam fidem nullam facere, nec inde mentis sanitatem pro-
29 bari. Id † tamen Angelum Aretinum in Tract. de testa. in verb. Ianus. nō per omnia verum esse existimasse Philippus Decius refert. d. l. senium. numero octauo. Nam si non simpliciter Tabellio testatorem suæ esse mentis enunciasset, sed à se & testibus de multis variisq; rebus interrogatum eum, conuenienter respondisse scripsisset, tunc
30 proculdubio fidem facturum. Quod † Bartoli sententiæ putat esse consequens, qui apud Iulium Paulum libro vndetrigesimo Digestor. l. conficiuntur. §. Codicilli. de iure codicill. credi Tabellioni debere ait, ad rustici testamentum plures quàm quinq; testes, adhibita diligentia reperiri non potuis-
31 se affirmanti. Sed † quia idem dicit, & cùm non adhibitæ diligentiæ fit mentio, licet illud tutius iudicet, sententiæ Bartoli quoq; cōsequens erit, simplicē Tabellionis enunciationem sequendam, suæ mentis testatorem fuisse asseuerantis. Sed hoc pluribus suprà confutatum est. Adde, Bartolum d. §. Codicilli. non dicere, Tabellionis verba fidem prorsus facere, sufficientem testiū numerū defuisse scribentis, sed tantisper eius dicto stari, dum contrarium non probaretur. Arg. l. cum de indebito. ff. de probat. In proposita verò à nobis quæstione, his nihil
32 opus esse. Nam † vnumquenque sanæ esse mentis præsumptum est, & aliud dicenti,

dicenti, vt est constitutũ, l. ne codicillos. C. de iur. codicil. probãdi onus incumbit: qua sententia vulgò vtimur. Angelo itaq; Aretino non assentior, nec denicq; dixero, ad leues præsumptiones excludendas, talem Tabellionis asseuerationem valere, quod Philip. Decius d.l.seniũ.eod.nu. putauit. Nam sine ijs præsumptio, qua suæ quisq; mentis esse creditur, pręualeret, vtpote naturalis & legibus recepta.d.l. ne codicillos. Enimuerò† leuibus coniecturis furorem mentisve
33 alienationem probari, nusquã relatum est.
34 Nam† si ad suspicionem furoris amouendã, quæ ex sermonibus prudenti homini, ac sapienti minus congruentibus profecta esset, vt Herennius Modestinus lib. duodetrigesimo Digest.l.quidam in fin. de condic. instit. scribit, perspicuis rationibus est opus: tantundem dicendum erit in naturali præsumptione, qua suæ quisq; mentis esse cre-
35 ditur. d.l.ne codicillos. Nec† me mouet, si dicat aliquis, eius, q̃d ex accidenti sit, quàm naturæ, cùm inter se duo hæc pugnant, potiorẽ semper causam haberi, quod apud Domitium Vlpianum lib.26. Digest. l. qui habent. de tutel. Bartolus post Dynum adnotauit. Id enim acceptũ est, cùm naturam immutauit accidens, quasiq; extinxit, l.1.§.bestias. & ibi Docto. ff. de postul. aut certè inumbrauit. Nam pristinum statum restitui, non est ἀδύνατον. i. impossibile. §. pauonum. Inst. de rerum diuis. Cæterùm cùm in eo simus, vt accidens naturã, aut ex aduerso natura accidens, excluisse videatur, par erit
36 vtriusq; causa, d.§. pauonum. aut certè† naturæ potior. Secundum† quod Bartolus l.fi. in fi. de bonor. possess. furi. non satis esse ait, ad probandum cuiusq; furorem, docere, quem aliquando furore agitatũ, nisi perdiu id est mensibus aliquot id morbi passus hoc amplius probetur, quasi sanitatẽ recepisse existimandus sit, qui minus diuturno furore distentus, pponeretur, tanto naturæ, quàm accidentis maior est vis, & secundum leges
37 præsumptio. Igitur† non rectè Decius d.l. senium. nu.9. opinatus est, qui in leuibus furoris coniecturis diluendis, assertionẽ Tabellionis ad confirmandam naturalem præsumptionem, qua suę quisq; mentis esse creditur, vtilem esse putauit, cùm ipsa per se naturæ præsumptio pręualeat, quippe quæ, vt est modò demonstratum, furoris, qui non
38 sit diuturnus, vincat probationem. Illud† quoq; assertionem Tabellionis facit ociosam, quòd plerunq; illa sumatur coniectura, secundum quam id, quod ageretur, valeat magis quàm pereat, quod cõmodissimum esse Iulianus lib. 4. & 30. Digest. l. quotiens. 2. de reb. dub. est author. & Domitius Vlpianus lib.6. & 30. l. cogi. in prin. ad Trebel. ac 5. & 40. probat. l. quotiens instipulatio. de verb. obli. est & hoc alibi sæpe adnotatũ. c. Abbate sane. & ibi glosa. de verb. signif.
39 Vnde† fit, vt summa sua vsus authoritate Princeps existimetur, ne id, de quo agitur, intercidat. Paul. Castr. cons. 280. col. 4. in facto. præsenti. & l. ex imperfecto. C. de testa. Alex. l. 2. C. de tes. mil. vers. iuxta prædicta. Fel. c. 1. col. 8. nu. 26. Augu. Ber. post. Dec. in c. quoniam Abb. col. 39. nu. 93. de off. deleg. Hipp. Mars. plene. Sin. 84. inci. princeps. Cùm alioquí, quod gestum est, iure ordinario valere velle videatur. Innoc. & Ioan. And. in c. dudum. de decimis. idem Io. And. c. innotuit. de elect. Bald. l. bonorum. C. qui admit. Doct. l. quanquam. & l. in testamento. C. de testa. mil. Hipp. d. Sing. 84. Quapropter eius furoris coniecturæ, quibus testatoris iudicium arguitur, quo magis causa testamenti in tuto sit, pro irritis haberi de-
40 bent. Nam† & singulari quodam iure in re dubia, pro testamento respõderi solet: quod Marcellus lib. 5. Digest. l. si pars. de in off. test. humanius putauit. Satis itaq; constat, defendi non posse sententiam existimantium, assertionem sequendam Tabellionis, testatorem sui fuisse iudicij, cùm Tabulas dictaret, scribentis. His explicitis superest vt, quæ pro CONtraria sententia dicebantur, refellamus. Et inprimis, quod ex aduerso dicebatur, totas Tabulas vna Tabellionis authoritate niti, atq; consistere, & idcirco vnam esse singulorum quæ ibi continerenAnchor
41 tur, fidẽ debere, consequens non est. Nam† si quid enunciandi figura scriptum proponatur, hoc non vsq; quaq; fidem facit, Bart. l. ex hac scriptura. ff. de donat. Bald. l. ex his. C. de test. mil. Anto. Butr. & Imol. c. cùm dilectus. de succes. ab intest. Anch. clement. 1.
42 de proba. idq; † in matrimonio. cuius causa iure constituto præcipua semper habita est, l.1. & ibi gl.2. in fi. vbi & Doct. ff. solut. matr. apud Alexandrum iij. Pontif. Max. Nicolaus Abbas & Felinus lib.2. epistolarum Decretalium adnotant. c. illud. per ill. tex. Abb. ibi. in nota. nu.2. Fel. ibi nu.3. & Philip. Decius Cons. 310. ex facto consultus idem respondit. Cùm itaq; simili loquendi figura in testamentis illa clausula concipiatur, qua testator sanæ esse mentis scribitur, Tabulis ea parte meritò fides nõ erit. Sed nec, quod de Apparitore dictum suprà est, quæstionem nostram onerat: ad quod tamen priusquam respondeo, referre libet, quid hac de re Bal-

dum putare Iason scribat, d.l. senium. nu.3.
43 in fi. Ist inter Apparitorem & Tabellionẽ, qua suo vterq; officio fungitur, hoc interesse ait, quod illius perfidia leue, huius graue damnum adferre hominibus potest. Equidem, vt Baldi luculenti scriptoris plurimũ authoritate mouear, hac in re assentire ei nõ possum. Nam quin Apparitoris perfidia damnosa nobis esse valde possit, non ambi-
44 go. Sane † enim non leue damnum, eos facere existimandum est, qui appellandi beneficium, cuius maximus ac perneccssarius vsus est, ad iniquitatem iudicantium emendandam, & corrigendam imperitiam introdu-
45 ctum, l.1. ff. de appell. amittit. Int † quod dispendium improbitate Apparitoris ac mendacio deduci quis potest, si tribus edictis aut pro tribus vno euocatus falsò renuncietur, & iudicio per contumaciam non adfu-
46 isse credatur. Nam † ex peremptorio damnatum, qui contumax proponitur, si appellet, non audiri constitutum est. l. & post edictũ. §. fi. ff. de iudic. l. ex consensu. §. fi. & ibi glos. Bart. & Imol. ff. de appell. non recip. Alex. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic.
47 Eadem † pœna sequitur eum, qui, cùm per omnia ius dicenti cognitionẽ aggresso obtemperasset, pronunciaturo nõ adfuit, suiq; præsentiam facere euocatus contempsit: Nã nec hunc appellare posse placuit, Alex. d. §. sin autem reus. & l. sæpe. col. 24. ff. de re iudic. etiam ab ea sententia, quæ in rem iudicatam non transit. Anto. de Butr. & Imol. in c. tenor. de re iud. & Ias. l. 1. §. si procurator. colu. 5. ff. si quis ius dic. non obtemp.
48 Item † contumax, vt Iulius Paulus lib. 2. Digest. scribit, l. 2. si quis in ius voc. non ier.
49 multa damnatur. Nam † pœnali iudicio suam tueri iurisdictionem, & cõemptionem vindicare omnibus Magistratibus permitti, Domitius Vlpianus eodem lib. l. 1. & ibi Doct. si quis ius dicen. non obtemp. author
50 est. Potest † & Iudex contumaci iurisdictionem suã denegare, & alia forte de re se adeuntem nõ audire, quod Angelus Perusinus post Accursium lib. 4. Digest. l. sed & si per prætorem. §. sed & si dum. ex quib. cau. ma. apud Vlpianum notat, & Iason probat. l. ius iurandum. & ad pecunias. §. ait prætor. in 2.
51 not. ff. de iureiur. Quam † sententiam secundum Baldũ idem Iason eo producit, d. §. ait prætor. & l. 1. §. fi. col. 4. ff. si quis iusdicendi. non obtemp. vt Magistratũ, cui paritum nõ sit, præcipiendi authoritatem habere putet, ne quis Iudicum ei, qui se ita contempsisset, ius dicat, quod Iudici Ecclesiastico expeditius est, qui non obtemperantibus iurisdictioni suæ sacris & hominũ conuentu interdicendi ius habet. Gl. in c. 1. de dolo. & contum. lib. 6. & c. constitutus. de senten. excõ. eod. lib. Bal. l. 3. vers. nota. C. de procur. Fel. c. 1. col. 5. vers. vtrum. excõmunica. de iudic. qua censura id cõsequetur, vt, qui in ea causa sit, ab omni auditorio arceatur, q̃d Alexander iij. eius nominis Pontif. Max. lib. 2. Epistolarũ Decretal. constituit. c. intelleximus.
52 de iudic. Potest † & contumacia pœna carceris coërceri, idq; Bartolo l. consentaneũ. & ibi gl. C. quomodo & quãdo. iud. & §. si verò etiam quidam. in Auth. de exhibi. reis.
53 post Accursium rectè videtur. Pignorato b idem admissum capere despecto Iudici, & distrahere lex permittit, l. 1. §. ex hoc rescripto. vers. quid ergò. ff. de ven. inspic. ne cui ludibrio habuisse Magistratũ, aut etiã con-
54 temptioni impune sit. Noua † & illa pœna Honorij iij. Cõstitutione c. grauem. de senten. excom. adhibita est, qua prædiorũ suorum reditu, Magistratui nõ obtemperantibus interdicitur, &, ne quis eorũ agros colat, rémve rusticam exerceat, præcipere ius est, quod Nicol. Abbas adnotauit. d. c. grauem. 2. not. de senten. excom. & est rectissimè constitutũ, vt rerum suarũ detrimento, eorum, qui iurisdictioni præsunt, dicto audientes esse discant, quod præ se ferre meritò vnusquisq; debet. Frustra quippe in Ciuitate leges esse, nisi eis Magistratus impe-
55 rio atq; authoritate pareatur. Et † quamuis causæ iactura contumax nõ afficiatur: l. properandum. §. cùm autem. C. de iudi. l. & post edictũ. ff. eod. glo. & Doct. l. contumacia. ff.
56 de re iudi. tamen, quia nisi † refusis expensis non auditur, Bald. l. sancimus. C. de iudic. non mediocre hac re damnum facit: sed nec perpetuum est, salua lite Magistratui nõ obtemperari, Nam, vt cæteros casus prætereã,
57 beneficium, † quod feudum appellant, contumacia amitti placuit, q̃d in eo, qui in ius vocatus præfractè, iudicio se adfuturũ, negauit, Andreas Isernas c. 1. col. 2. in fi. de mil.
58 vasal. qui contu. est. respondit. Adde, † iure Municipiorũ, quo passim Italia vtitur, con-
59 tumaciã plerunq; pro cõfessione esse. Ipsæ † denicq; Theutonũ leges, quibus in hoc audi torio præcipuè vtimur, contumacem id est eum, qui susceptum semel iudicium literis euocatus qualibet non curantia deseruisset, damno litis multant. Spec. Sax. lib. 2. Art. 9.
60 Quam † legum seueritatẽ atq; duritiã ad eos, qui nondum in ius venissent, quidam Gl. 2. vers. quærere vnus posit. d. Art. 9. pro-
61 ducere non dubitant. Quorum † opinio in foro socordia magis iudicantium, quàm

quàm legibus præualuit. Nam lex d. Art. 9. quæ eos distringit, qui cœptum semel iudicium negligũt, ijs parcere potest, qui iure experiri nondum cœpissent. Nam in his quàm in illis maiorem esse Magistratus
62 despicatum constat. Adde, † vt ius Commune, quoad eius fieri potest, retineatur, quàm amplissimaq; illius potestas sit: Leges Municipiorum, quæ ei aduersantur, ius item moribus introductum, interpretatione in angustum contrahi atq; concludi debere. Glos. 2. C. de noxalib. c. cum dilectus. & ibi.
63 Abb. de consuetudine. nu. 6. vt † contumax verò causa cadat, id, sicuti modò dicebamus, iure Quiritium vetitum est, l. & post edictũ. ff. de iudi. l. contumacia. de re iudic. quibus
64 † studium fuit, ita fori disciplinam tueri, & Magistratus authoritatem à contemptione vindicare, vt ne quis tamẽ lite quoquomodo neglecta rerum suarum, quibus de ageretur possessione exuatur. Multa prætereo, quæ Apparitoris perfidia, aliquem in ius à se vocatum mentientis, sustinere cogi possumus. Non enim propositum nobis esse, pœnas contumaciæ persequi: abundè tamẽ ex superioribus apparere potest. Apparitoris improbitatem pernicioſam hominibus
65 esse plurimum posse: quanq; † non nescio, vt Scæuola ait, semper veritati locum super
66 fore, l. Imperatores in fi. ff. de prob. & † contra Apparitoris assertionem ei, qui in ius vocatus diceretur, id factum inficianti, pro modo causæ & personæ dignitate, sæpe iurato: quandoq; nec iurato credi. c. cũ parati. col. 3. nu. 12. de appell. Quid enim, si persona Apparitoris vilis sit? vt plerunq; esse solet: ex aduerso autẽ, qui in ius vocatus dicitur, dignitate præditus proponantur? Episcopus fortè, dubium non est, quin, abrogata Apparitori fide, in ius vocatum se neganti credatur. Quod Nicolaus Abbas lib. 2. Epistolarum Decretalium d. c. cum parati num. item 12. adnotauit. Quæ vt vera quidem
67 sint, quia † in personis infra dignitatem positis assertio Tabellionis vincit, eius fidem sequi oportere, non sine magna captione esse potest, & litiũ damno. Disquirenda itaq; alia nobis ratio est, quando hæc non placet,
68 videndumq; quamobrem † Apparitoris dicto stetur: Tabellioni in suprà scripta spe-
69 cie abrogetur fides? & † arbitror idcirco id fieri, quod Apparitor finibus muneris sui non excedit, cùm à se aliquem in ius voca-
70 tum renunciat aliter, † atq; Tabellio, qui ad supremum alicuius iudicium adhibitus, qua ille animi atq; corporis valetudine sit, scribit, quæ mentio, eius, quod ageretur, fi-
71 nes transgreditur. Testamentum † enim quod fide publica exarare iubetur, nihil aliud esse Herennio Modestino authore l. 1. ff. qui testamen. fac. poss. didici, quàm voluntatis nostræ iustam sententiam, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, igitur qua animi valetudine aut corporis, qui testamentum dictat, sit, id extra hoc, quo de agitur, esse constat. Meritò itaq; eius rei
72 authoritas Tabellioni non est, non † magis, quàm Apparitori eum, quem in ius vocasset, sapere aut desipere, valereaut nec valere similiter affirmanti, credere oportet, aut aliud quiddam, quod eius officio non
73 incumbat, dicenti. Quam † rationem sequuti Antonius Butrius & Nicolaus Abbas post veteres, non esse credendum Apparitori scribunt, d. c. cum parati. eum, quem in ius vocasset, non adfuturum iudicio præfractè respondisse asseueranti. Tantundem
74 † probant, cùm se pulsatum, aut alia qualibet affectum contumelia ab in ius vocato queritur, & vtrunq; rectè. Quia Apparitoris officium duabus rebus consumitur: vocatione in ius, & eius apud acta mentione. Abb. d. c. cum parati. nu. eod. Quapropter quæ extra hæc sunt, in his Apparitoris
75 persona priuati vice est. Illud † tacitum non relinquam, quod pro sententia, quam defendo, dictum est: cùm quidam, quali quis mente sit, sana an ægra, quia id sensibus corporis non perciperetur, ad testimonium negant pertinere: Iaſ. l. senium, nu. 4. C. qui testa. fac. pos. & nota. l. solam. C. de test. hoc e-
76 nim nequaq; verum esse. Nam † & quæ intellectu apprehendimus, non minus quàm, quæ extrinsecus apparent, & externis sensibus obiecta sunt, ad testimonij dictionem pertinere possunt. Si quidem & quæ animo
77 percipiuntur, & † hanc ipsam, de qua disputamus mentis valetudinem, testimonio probari inter omnes conuenit, l. quidam in fuo & ibi glo. & Doct. ff. de cõditi. Inst. l. ob quę vitia. de edil. edicta. l. is. § diuus vbi glos. & Doct. de tuto. & cura. dat. ab his. glo. & Do. l. ne codicil. C. de Codi. l. furiosũ. & ibi post Iaſ. Dec. nu. 28. & 29. q tes. fa. pos. glos. & Do. l. si cũ dotẽ. §. si mari. solu. matr. Pariſ. consil.
78 89. nu. 4. vol. 3. nisi quod, quæ † intellectu apprehendimus, in ijs causæ adiectione opus est, qua declaremus, vt nobis perceptum sit, quod affirmamus. Bar. l. qui test. ff. de tes. Bald. l. solã. C. de test. Abb. c. cũ caus. de test. alioquin nullam testimonio fidem fore. Bar-
79 to. Bald. & Abb. ibi. Cũ † in re sensib. corporis subiecta, nuda aientis vox, de nihilo præterea interogati fidem faciat. Bal. d. l. solam.

Nam interrogatum causam adijcere oportere constat, Idem Bal. d.l.solam. Nec sine sensus mentione, quo id, de quo testimonij dictio est, percepisset, quo prætermisso, nullam eum fidem facturum, Innocentius c.cum causa.de testib.4.Ponti.Max.libro 2. Epistolarum Decretalium, & Bartolus lib. 12.Digest.l.1.nu.17.de rebus cred. adnotauerunt, quod & cæteri probant. Alex.& alij d.l.1.idem Alex.cons.132.col.penul.volum. 5.Parùm itaq; rectè eos differere, qui suprà scripto argumento vtuntur, nec vero, nec idoneo, nec denicq; nostræ disceptationi necessario. Cùm abundè superiore disputatione constiterit planumq; factum sit, vulgarem illam clausulam, qua quid de mentis integritate corporisq; inualetudine eorum, quorum suprema iudicia in Tabulas referuntur, initio scripturæ suæ Tabelliones præfari solent, nullius esse momenti: quod est à nobis in præsentia, & quotiens antehac talis quæstio in Auditorium nostrũ incidit, pro explorato atq; indubitato iure responsum, reicq; ita iudicatæ frequenter assensum est, videmurq; & in cæteris causis attentiore auditione hoc consequuti, vt perrarò rebus à nobis iudicatis Princeps appellaretur. Quod † Ioannis Domanouij Mednicẽsium Episcopi, & Stanislai Narcusij collegarum meorum moderationi, reicq; forensis peritiæ acceptum ferre licet, hominum optimorum atq; prudentissimorum nihil inconsultè aut temerè, nihil defunctoriè, nihil denicq; non perpenso iudicio agentium, qui dum singula, quæ ad fori disciplinã, quæq; ad rerum controuersarum definitionem pertinere videbantur, ad instruendamq; bonia æqui Iudicis religionem nihil prætermittentes, accuratè summaq; fide ad legum momenta exigunt, haud turpè rati, contrà quam Iudices stulti quidam solent, quę non liquerent, de ijs, rei melius cognoscendæ gratia, iurisq; sanctius dicundi, sæpius ampliando deliberare, quantum mos iudiciorum ferre, & litium perplexarum sæpe atq; impeditarum difficultas postulare videbatur, huic quidem auditorio authoritatẽ maximam: sibi nomen peperere sempiternũ.

Quorum † exemplum vtinam sequantur olim ij, quibus in more est prauo ac peruerso, paucis horis lites quamplurimas, attentum & cunctabundum Iudicem desiderantes, præcipiti festinatione auditas inconsulta temeritate definire, pessima ac perniciosa opinione scilicet imbutis, qui, non quàm scitè, sed quàm citò pronuncient in laude ponũt, ad nominisq; sui famam id falsò putant pertinere, ignari, præcipitantis consilia sua Iudicis factum improbatum legibus esse, vtpote litigatoribus damnosum quorum vniuersæ plerunq; fortunæ, ac spiritus ipse de vna iudicantis litera pendent, eos perdituri aut incolumes seruaturi. Sanè † iudicantium festinationem exosas esse leges, affatim inde patere. Quod, † quæ Iudex mox post acta causæ accepta pronunciasset, irrita esse, nec rei iudicatæ authoritatem habere, constitutum sit, quod magnis authoribus, Domini de San.Gemi.c.ponderet.50.distincti. Bar. c.super.quęstionem.§.intentionis.col.4.de offi.deleg. Petr. Anch. consi.188. visis prius. pri. Paul. Cast. cons.248. visis & ponderatis. nu.tertio.vol.2.Fel.c.ecclesia.S.Mariæ.nu. 14.de const. Marsi.rub.ff.de fideiu. nu. 97.& l.statuliber.nu.9.ff.de quæs.& in ijs Bartolo, l.platam.in fi.C.de sentẽ.& interloc.om.iudi.pertit.de sentẽ.ex breuic.recit.et per.l.ex stipulatione.C.de sent.& per l.fi.C.commi. vel epist.& er.c.tũ ex literis. cir.medi. de in integ.restit. scio placuisse, causã à Iudice cõmodè breui tẽporis spatio legi cognosciq; non posse arbitratis. Breue † temporis spatium, in proposito quidã Dominic. de S.Gemini.d.c.põderet.& Marsi.de rub.de fideiu. nu.79.definiunt, quod est à solis exortu ad vesperum, aut certè negant sententiam eius, Iudicis valere, qui tam citò pronunciasset, tanquã † dici vnius cursus, vni causæ cognoscendæ satis esse non possit. Idem fortasse & in ampliore tempore responsuri. Nam † Bartolus d.l.prolatam & eius Iudicis sententiam, qui intra paucos dies pronunciasset, nullius esse momenti scribit. Multos itaq; dies vnius causæ cognitioni tribui oportere, cõsequens est, non vnum duósve. Quæ opinio eodem Bartolo l.is apud quem.nu.5.C.de eden.per l.hæc autem.ff.quib.ex caus.in pos. eat.& l.sed & in sua.in pri.ff.de adqui.hære. authore, vsq; adeò inualuit, vt, lite etiam rectè ac sapienter iudicata, non eo magis sententia valere credatur, quasi † fortuitò magis fatoq; quodam, cuius nulla in iure inspectio l.2.ff.de conditi.& demonst. est, quàm certo animi iudicio definita lis existimetur. Conuenienter † his quosdam scribere Innocent.c.cũ contingat.ver.iustè.de offi.deleg. Bart.l.multũ.post medi.vers. idẽ facit. ff.de condit.& demõst.& l. hæc autẽ.§.1.ibi. constare liquereq; Prætori. ff. ex quib. caus. in in pos.eat. Idẽ Bart. l.finita.§.Iul.col. 6.vers. quæro vtrum ista contumacia. ff. de dam. infect. & l.quæsitum. ff. de re iudi. Bald. c. cum ex officij. in fi. de præsumptio. Abb. c. quoniam contra. col. 9. vers. tertio nota ex glos. de probati.

de probati. Feli. latissimè. d. c. ecclesia S. Mariæ. d. nu. 14. vbi suo more plurima allegat. lego, Iudicem, qui litigatorem re quidem vera contumacem, quem ipse tamen contumacem esse nesciat, contumaciæ damnat, nihil agere: quod rectissimè placuit. Nam & hoc casu æque ac proximo, vt nō malè pronunciatum sit, fortuitu fatoq; quodam iudicatum constat, quæ temeritas, propter ius dicentis inscitiam, sententiam vitiare meritò debet. Quæ† in Iudicibus dicta sunt, hæc
89 quidam Iacob. Butrig. d. l., platam. Barb. d. §. intentionis. Marsil. d. rub. de fideiusso. nu. 81. ad Arbitros bellè produxerunt, non obscura sanè ratione. Arbitria enim, Iulio Paulo authore, l. 1. ff. de recep. qui arbit. recep. instar habere iudicior. Palàm est quapropter, quæ in Iudicibus dicerentur, in Arbitris obseruari debere, consequens est. Tantundem† inconsultore responsum didici, cuius
90 repentinum responsum, nullum haberemomentum, quidam authores Anto. de Butri. c. si p debilitate. de offi. de legati. Alex. d. l. platam. Marsil. d. l. statuliber. nu. 11. sunt. Qua ratione & præceps Iudicum atq; Arbitrorū sententiæ dictio, suprà proximè reiecta est.

91 Generaliter† enim præsumptum esse, longā rerum seriem, quam omnes fermè res controuersæ, hinc ab actore, inde à reo secum ferre solent, breui temporis articulo cōprehendi animo non posse, discernive iudicio.

92 l. 2. C. de senten. ex breuic. recit. Deniq; vt vetus habet paræmia, festinatio nouerca iustitiæ est. Cardi. clement. pastoralis. §. verū in prin. de re iudi. Marsil. d. l. statuliber. nu. 10.

93 Cui congruit illud, quod Euripidis Iocastę in Phœnissis:

Celeritas, ait. non iustè agit.
Tarda consilia efficiunt multa sapienter.

His satis perstricta obiter, admonitaq; etiam illorum insolentia sit, qui pro meditatione temeritatem, pro sacratissimarum legum sententia imprudentiam ac stultitiam suam, malè fartas tectasq; opiniones, aures sibi vellicantibus natas, in iudicium adferunt, & in necem suorum Ciuium, non sine magna famæ suæ, atq; existimationis iactura, nigrum, vt ait ille, in candida vertunt.

PETRI ROYZII MAVREI ALCAGNICENSIS, REGII IVRECONSVLTI.

Decisio Lituanica Tertia.

TITVLVS.

De conatu & inchoatis delictis.

SVMMARIVM.

1 *Obrepere conatus an pro eo habeatur, ac si obrepsisset, quæq; eius pœna sit.*
2 *Suadens tabellioni ignaro, vt quid contra fidem veri scribat, obreptionis, non falsi tenetur.*
3 *Falsi crimen sine dolo non committitur. & nu. seqq.*
4 *Bartol. ex facto consulti in obreptione responsum.*
5 *Aliud Petri Ancharani in simili causa responsum.*
6 *Conclusio decisionis initio propositæ.*
7 *Fallere aggressus an, vt deceptor, plectatur.*
8 *Medium censetur, quo iure extremum, cui magis accedit.*
9 *Sermo cum effectu non verbo tenus accipiendus est.*
10 *Conatus ius dicentis sine exitu, impunitus est.*
11 *Verbum statuerit rem perfectam significat.*
12 *Item verbum obrepserit.*
13 *Obreptio sine effectu non punitur.*
14 *Lex efficientem non facientem punit.*
15 *Effectus non conatus, præmium meretur.*
16 *Præmium exulem capienti promissum, non debetur capienti, & ad Magistratum non perducenti.*
17 *Non videtur latronem inuenisse, qui eum non exhibuit.*
18 *Qui accusat, & rerum non peragit, nihil agit.*
19 *Reipub. salus pœnarum, & præmiorum constitutione continetur.*
20 *Argumentum à præmio ad pœnam.*
21 *Magistratus ad absoluendum, quàm ad contemnandum promptior esse debet.*
22 *Ea semper coniectura sequenda est, quæ pœnæ rerum eximit.*
23 *Interest reipub. plecti sontes.*
24 *Præstat nocētibus parcere, quàm innoxios pœnis afficere.*
25 *Ratio, quæ pro reo est prævalet.*
26 *Ingredi vetitus, ingrediens non delinquit, sed ingressus.*
27 *Exportare quid prohibitus, antequam loci fines excedit, non incidit in pœnam.*

28 *Pœna*

28 *Pœna in contrahentes certas nuptias constituta, sponsalia contrahentes non tenet.*
29 *Mater, quæ per secundas nuptias à tutela liberorum excluditur, sponsalibus contractis non idem patitur.*
30 *Conatus appellare, non est pro appellatore habendus.*
31 *Executionem petisse non videtur, qui eam ad finem non perduxit.*
32 *Recusans iurisdictionem pro recusante non est habendus, antequam sit de recusatione pronunciatum.*
33 *Contra priuilegium quid faciens, quod effectu caruit, priuilegium non perdit.*
34 *Factum, manus aduersus Clericum leuantis, ad censuram Ecclesiasticam non pertinet.*
35 *Parans vestem supra pretium lege permissum, nec vtens, non punitur.*
36 *De immoderato mulierum Vilnensium in se ornandis luxu cohibendo.*
37 *Prudentissima Zaleuci lex de re vestiaria locris lata.*
38 *Pythagoræ apud Crotoniatas de eadem re disputatio, eiusq; vis.*
39 *De lege Oppia.*
40 *Causa cur mulieres ornatus studiosæ.*
41 *Mulierum genus cultus amans.*
42 *De Tarpeia virgine.*
43 *De Plebeia virgine Ephesina.*
44 *De Eriphyle.*
45 *Ornatus studium & defunctas mulieres sequi.*
46 *Cultus in mulieribus est impudicitiæ argumentum.*
47 *De Claudia virgine Vestali.*
48 *De Postuma virgine Vestali.*
49 *De Minutia virgine Vestali.*
50 *Modicus in muliere ornatus pudicitiæ argumentum est.*
51 *Aspasiæ Reginæ laus.*
52 *Traiani vxor laudatur.*
53 *Mulierum ornamentum quod.*
54 *De Lysandro.*
55 *Diui Petrus & Paulus nimium mulierum cultum damnant.*
56 *De eadem re.*
57 *De eadem re conclusio.*
58 *Conatus tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus impunitus est.*
59 *Qui pecuniam percussit, nec formauit, lege Cornelia non tenetur.*
60 *Dati veneni pœna non est, nisi inde, cui datum est, extinguatur.*
61 *Ad pœnam legis Municipalis infligendam, consumatum esse delictum oportet.*
62 *Ex consuetudine omnium Gentium, impunitus conatus est.*
63 *Cœpta pro consumatis haberi fictionis est.*
64 *Verba legis Municipalis verè, non fictè accipi debent.*
65 *Causa cur in Italia cœpti delicti, nulla est pœna.*
66 *Pro facto non est, quod factum non durat.*
67 *Fugiens & mox rediens, fugisse non videtur.*
68 *Qui emigrare iussus, emigrauit & mox regressus est, punitur.*
69 *Ciues Mœnia demoliri iussi demolientes ea, & alia postmodo extruentes paruisse non videntur.*
70 *Quod sine temporis præfinitione est, perpetuum intelligitur.*
71 *Iussus domum emere, eam ement & mox vendens, iussui non satis facit.*
72 *Vnde quis exulat, illac iter facere non prohibetur.*
73 *Qui se pacto in aliquam Ciuitatem non venturum promisit, eò venire, paucisq; diebus ibi morari, saluo pacto potest.*
74 *Ilico recessurus perinde habetur, ac si non venisset.*
75 *Contrà, mox reuersurus, pro præsente est. cum nu. seq.*
77 *Royzij & Stanislai Narcusij exemplum.*
78 *Magistratus, qui alioquin ob necessariam absentiam, mandare suam iurisdictionem alij potest, non diu abfuturus eo beneficio non vtetur.*
79 *Tempus, quo se quis ad iter comparat, absentiæ adscribitur.*
80 *Ex contrario reuersus, dum se de via colligit, pro absente est.*
81 *Nihil interest, absit Iudex, an præsens iurisdictionem vacare non possit.*
82 *Deiectus possessione non videtur, qui eam statim recuperauit, nec contrà possessionem adeptus, qui eam mox amisit.*
83 *Qui restituere possessionem iussus, restituit, & eandem confestim occupauit, obtemperasse iusdicenti non intelligitur.*
84 *Qui quod acquirit, mox perdit, nihil adquisisse videtur.*
85 *Medicus, qui ægrum ita bonæ valetudini restituit, vt ea non diu vtatur, pacta mercede carere debet.*
86 *Natus, & mox extinctus, pro non nato est, & contrà mortuus, & mox suscitatus, pro nõ mortuo habetur.*
87 *Lazaro Christi miraculo in vitam reuocato, matrimonij & hæreditatis ius saluum fuit.*
88 *Idem in sacerdotijs recuperandis responsum est.*
89 *Natus & mox extinctus, ac si diu superstes fuisset, quod ad successionem transmittendam attinet, habendus est.*
90 *In successione pueri, qui vt editus erat, in manibus obstetricis spirauit, Regi consulenti quid respondit author.*
91 *Quomodo Salomon vnigenitus matri, cui alium fuisse filium constat.*
92 *Qui mensibus aliquot domo ex causa necessaria abfuit, non abfuisse intelligitur.*
93 *Locus, vbi quis esse solet, inspicitur, non vbi casu est.*
94 *Idem in rebus respondendum placet.*
95 *Non vbi quid casu est, sed vnde abest, spectatur.*
96 *Royzij responsum, patria, in literis latinis, præceptores, & vbi primùm Iurisprudentiam addidicit.*
97 *In simili casu, cùm ex facto in Hetruria incidisset, similis Pauli Castrensis opinio.*
98 *Domicilium parentum, nascendi locus tribuat originem.*
99 *Natalium origo ex parentum domicilio, non ex fortuito nascendi loco constituitur.*
100 *Refellitur Bartolus.*
101 *Filius naturalem parentis origenem, non domicilium sequitur.*
102 *Vidua amissi mariti, domicilium retinet.*
103 *De consuetudine honorum suis ciuibus deferendorum.*
104 *Veteres Romani externam virtutem reuerit[i], peregrina*

peregrinis hominibus Rempublicam gerendam mandarunt.

105 *M. Perpenna, homo peregrinus, Romæ Consul creatus.*

106 *Tarquinium Priscum peregrinum & ipsum Romani Regem sibi asciuerunt.*

107 *In sacerdotijs deferendis patria quoq; spectata.*

108 *Sublata originis differentia in sacerdotijs tribuendis.*

109 *Ancilla, quæ enixa in fuga est, eo loci, vnde abest, enixa intelligitur.*

110 *Iuris interpretatione, vbi quid esse soleret, non vbi fit, inspici.*

111 *Filius, secundum quosdam, parentum domicilium sequitur, non nascendi locum.*

112 *Felinus Ferrariensis Municeps, ob parentum domicilium, iudicatus est, cùm alibi natus esset.*

113 *Inter septem Græcas Ciuitates de Homeri patria certatum.*

114 *Royzius Michaeli Rabastenio iura municipij sui sibi asserenti facilè assensus.*

115 *In liberorum origine, quibusdã authoribus, non parentũ domicilium, sed nascendi locus spectatur.*

116 *Ciues origo, incolæ domicilium facit.*

117 *Ne testatoris mens fraudetur, ancilla alio loco, quàm vbi verè peperit, peperisse fingitur.*

118 *Ancillæ legatæ factũ legatario nocere non debet.*

119 *Lex natiuitate originem cuiq; quæri ait.*

120 *Quib⁹ casib⁹ patris familiãs destinatio spectetur.*

121 *Raphaël Comensis carpitur. cum nu. seq.*

122 *Quemadmodũ domicilium constituitur. & nu. seq.*

123 *Ad domicilij constitutionem animo & corpore opus est.*

124 *Incola Pomponio qui.*

125 *Pompony definitio quemadmodum accipienda.*

126 *Interpretatio constitutionis Impp. Deocleti. & Maximi AA.*

127 *Domicilium illatione fortunarum non quæritur nisi assidua in loco mora accedat. cum nu. 143.*

128 *Duobus locis æqualiter instructus, & æquè frequens vtrobiq; domicilium habet.*

129 *Domicilium electione cuiusq;, non fato aut fortuna alitquò venientis constituitur. & nu. seq.*

131 *Absq; proposito alicubi perpetuò manendi, domicilium non contrahitur.*

132 *Vnde quis quandoq; abeundi propositum habet, nulla temporis diuturnitate domicilium ibi fortitur. cum nu. 135.*

133 *Studiorum causa veniens decennio domicilium contrahit. cum nu. 136.*

134 *Idem animum perpetuò manendi statim declarans, domicilium statim contrahit.*

137 *Cuius qualis voluntas domicilij constituendi facto aliquo apparet, extra studiorum causa venientem, is ante decennium domicilium cõtrahit.*

138 *Maiore fortunarum suarum parte instructo, ante decennij curſum domicilium quæritur.*

139 *Larem constituere quemadmodum quis dicatur.*

140 *Marcelli de habendo domicilio definitio declaratur.*

141 *Raphaël Comensis coarguitur. cum nu. seqq.*

144 *Ad constituendũ domicilium eo loci, quo quis maiorem partem, fortunarũ suarũ intulit, quã diu morari debeat, arbitrio iudicis relinquitur.*

145 *Vtrum sola possessionis emptio eo loci, quo se quis recepit, ad domicilij constitutionem sufficiat, alij aiunt. author negat.*

147 *Vnde rerum summam quis euehit, ibi domicilium desinere habere intelligitur.*

148 *Non vbi quid ad tempus est, sed vbi patrisfamilias destinatione esse consuevit, spectari debet. cum nu. seqq.*

154 *Vtrum interfit, destinatio nostra de eo fit, quod à nostra voluntate pendet: an etiam & legis.*

155 *Quæ legis præscripto continentur, nostra destinatione non mutantur.*

156 *Lex nostræ voluntati se quandoq; accommodat.*

157 *Quo quisq; loco contrahit, ibi iudicium suscipere compellitur.*

158 *Contrahens eo loci, vnde statim discessurus est, iudicium ibi suscipere non est cogendus.*

159 *Obiectio, qua superiora oppugnantur.*

160 *Obiectionis dissolutio.*

161 *Quò certũ mercium exoticarum genus importare quis prohibetur, eò importans, alio mox translaturus, nihil delinquit.*

162 *Proscriptus illò, vnde præscriptus est, hospicij causa, mox abiturus, sine metu magistratus diuertere potest.*

163 *Breuis in loco moræ, nulla in iure inspectio est.*

164 *In furem, rem furtiuã ferentẽ, eo loci, quo quietis gratia diuertit, cessat omnis iurisdictio.*

165 *Furem quocunq; euntem pœna tenet.*

166 *Interest Reipub. delicta non esse impunita.*

167 *Quo quisq; tendit etiam in delictis, non vbi subsistat, spectandum.*

178 *Quãdiu domicilio absumus, peregrinari dicimur, & eò reuersi, peregrinari desinere.*

169 *Vnde quis abest animo redeundi, etiam si diu absit, abesse non intelligitur.*

170 *Franciscus Ripensis carpitur.*

171 *Qui in vtero est, quod ad eius commodum attinet, pro nato habendus est.*

172 *In originis causa puerperij dies, non conceptionis inspicitur.*

173 *Originis causa natura non lege constat.*

174 *Adsumptio originis, quæ non est, veritatem naturæ non perimit.*

175 *Filius ciuitatem, vnde pater est, nõ domicilium sequitur.*

176 *Rerum natura mutari vlla legum authoritate non potest.*

177 *In originis definitione rẽ ad loci angustias arctare non oportet. cum nu. seqq.*

178 *Ex vico ortis Respub. cui vicus ille respondet, patria est.*

179 *Vergilio Andes, non Mantua natalis locus fuit.*

180 *Catullus in peninsula lacus Benaci non Veronæ natus est.*

181 *In origine filiorũ domicilium parentum nõ fortuitũ nascendi locum spectari, crebrior sententia est.*

182 *Decuma aut vectigal fœtus ibi editi, quò gregem latrones fugitans opilio compulit, antistiti aut domino loci, vnde grex abest debetur: non vbi fœtum edi fortè contigit.*

183 *Mercium, metu latronum aliquo inuectarum, nomine vectigal non penditur.*

184 *Idem in cæteris rebus, quas secum quis hostes pyratásve fugiens aliquò intulisset, respõsum est.*

185 *Inhumanum est in aliena calamitate emolumentum sectari.*

186 *Nauis nomine vi ventorum aliquò appulsæ, fisco nihil præstatur.*

187 *Qui arescentib⁹ per æstatem suis fluminib⁹, ad nostras moletrinas veniunt, immunes esse debẽt.*

188 *Pater causa famis filios suos vendere potest.*

189 *Vectigalis causa iure ciuili continetur.*

190 *Quotiens*

190 *Quotiens vectigal à Principe non constituitur, illud fraudans nec naturaliter nec ciuiliter delinquit.*

191 *Furtum naturali atq; diuino iure prohibitum, ob famem admissum impunitum est.*

192 *Multum interest lucrum quæratur, an damnum vitetur.*

193 *Quod vulgò dicitur, furtum ob famem permitti, parùm acutè dici. cum nu. seqq.*

194 *Famis tempore tam diuino quàm humano iure omnia sunt communia.*

195 *Socius re communi sine delicto vtitur.*

197 *Lex, quæ delictorum correctio est, delictum permittere non potest.*

198 *Hominem occidens iussu, potentioris mortem sibi, nisi obtemperet, cõminantis excusari ab homicidij pœna non debet. cum nu. 205. & 206.*

199 *Quod vulgò dicimus, vim vi repellere licere, extra personam vim inferentis, intelligi non debet.*

200 *Vim iniustam, etiam à Magistratu illatam, propulsare licet, iustam non licet, à quocunq; adhibeatur.*

201 *Proscripti, qui iure occidantur, tueri se iure nõ possunt, & quare. cum nu. seqq.*

203 *Miles Centurioni, se castigare volenti, quoquomodo resistens notatur, vitem tenens, militiam mutat, consultò frangens, capite punitur, vt & manum inferens se castigati.*

204 *Nec seruus domino, nec filius patri, nec viro vxor, nec discipulus præceptori, alijs ve alij ius castigandi habenti, se castiganti resistere debet, nisi modum excedant, & quare. nu. seq.*

207 *Vicinas ædes intercidens, ne ignis ad se perueniat, & funes alienæ nauis, vt suã expediat, præcidens eo nomine non tenetur, & quare. cum nu. 209.*

208 *Alienas merces suarum seruandarum causa in mare proijciens magistro nauis tenetur.*

209 *Non tantùm vim præsentem, sed imminentem etiam, propulsare licet.*

210 *Contra vim expediendæ suæ cuiq; salutis causa, ferrum nobis à legibus porrigitur, non vt innoxios violemus.*

211 *Inter rerum & personæ periculum multùm refert.*

212 *Quæ ita mala sunt, vt mala sint semper, nulla ex causa committere debemus.*

213 *Satius est Christianum hominem alieno scelere perire, quàm alij obtemperantem homini innoxio vitam eripere.*

214 *Non, qui corpus occidere possunt, metuẽdi sunt nobis, sed qui animam perdere.*

215 *Qui plagam vitans apprehensum hominem percussori pro clypeo obiecit, illo occiso, cædis nomine non tenetur, si qui obiectus est, omninò periturus erat. cum nu. 227.*

216 *Vtrum distinguamus, in cæde à potentiore imperata, qui occidi iussus est, periturus omninò fuerit, nec ne. cum nu. 218.*

217 *Item an in vicinas ædes diruente distinguamus, perituræ omninò fuerint, an non.*

219 *Inter casus hominis damnati & ædium perituram multùm interest. & nu. 228.*

221 *Qui necessarios damnatos, dedecoris domestici vitandi causa, veneno in carcere necant, parricidij tenentur.*

222 *Qui damnatum, dum ad supplicium ducitur, interficit, homicidij est reus.*

223 *In eum, qui in publicam custodiam venit, quicquam facere nemini priuato licet.*

224 *Proscriptus, cuius alioquin impunita cædes est, si captus sit, violari non potest.*

225 *Si ferrum, venenum, aut aliud, quo mors consciscipotest, in carcerem inferatur, præfectus carceris puniri debet.*

227 *Mors custodiæ tam, quam manu sibi ipsa consciscit, quàm quæ casu accidit, præfectum carceris onerat.*

229 *Qui hominem innoxium iussu potentioris, ne ipse occidatur, interficit, mitius punitur, non omninò pœnæ eximi debet.*

230 *Diuino iure atq; canonico hominem insontem suæ salutis expediendæ gratia occidere fas non est.*

231 *Iusto Principi, occidere hominẽ iubenti, obtemperandum est, & quando. cum nu. 235. & 239.*

232 *Princeps, cuius iustum imperium est, omnia ex bono & æquo agere præsumitur.*

233 *Princeps summus, ex rerum veritate, non ex fide actorum, iudicare debet.*

234 *Alijs ius reddi iubere debẽt, summus verò Princeps ita aut ita reddi.*

236 *Principi hominem, causa non cognita, suspendere iubenti obsequendum est, & quare. cum nu. seq.*

238 *Princeps, summus est omnium Magistratus, & lex quædam in terris viuens.*

240 *Semper veritati locus superesse debet.*

241 *Nemo vitæ retinendæ gratia adulterium committere debet.*

242 *Chuchalonis refellitur sententia, mulieri ob famem corporis sui copiam facere permittentis.*

243 *Necessitas legem non habet.*

244 *Quod licitum non est, necessitas facit licitum.*

245 *Baptismatis mysterium à solis sacerdotibus est tractandum.*

246 *Cùm sacerdos deest, baptisare infantem quilibet sine sexus differentia, & sanguinis, religionis item potest.*

247 *Nemo seipsum baptisare potest.*

248 *Mater, licet semper certa sit, filios tamen famis causa, vt pater, alienare non potest.*

249 *Patri filios, quos in potestate non habet, alienandi facultas non est.*

250 *Auus nepotes suæ potestati suppositos, famis causa distrahere non potest.*

251 *Patris appellatione auus, & filiorum nomine nepotes continentur.*

252 *Pater filios sacris initiatos alienare famis causa non potest.*

253 *Nulla est necessitas, quæ fami exæquetur.*

254 *Constitutum in causa famis, ad nullam aliam necessitatem est producendum.*

255 *Pater, vt se à Præside aut ab hoste redimat, vendere filium non potest.*

256 *Maritus ob famem dotem alienare potest, ex alia necessitate non potest.*

257 *De famis atrocitate.*

258 *Castilinates ab Hannibale obsessi lora, quæ in vsum culorum vsum non habebant, & detractas scutis pelles, ob famam in cibum verterunt.*

259 *Spondiani milites, Hamilcaris obtestatione eò redacti sunt, vt captiuorum seruorumq; corporibus vescitauerint, nec suis tandem pepercerint.*

260 *Memorantur Romani quidam, summa oppressi fame, ne id diu paterentur, in Tyberim se obuolutis capitibus abiecisse.*

261 *Caliguritani ob eandem necessitatem cæsos cum liberis*

liberis vxores in alimoniam suam conuerterunt.

262 Erisichthon fame exagitatus suis se ipse membris pauit.

263 Nulla est mors, Homero teste, quàm fame enectorum acerbior.

264 Famis necessitatem omni lege solutam esse, & quicquid quocunq; iure illicitum est, ob famem fieri licitum, malè Chuchalō existimauit, incōstansq; eius sententia ostenditur. cum nu. seqq.

266 Mater, ne filios causa famis distrahat, interpretatione magis, quàm verbis constitutionis excluditur. cum nu. 268. & 269.

267 Verbum, si quis, masculos & fœminas continet.

269 Constitutio naturali rationi repugnans, vt ius naturale minus ledatur, strictissimè debet intelligi.

270 Coarguitur Chuchalon inter mœchandi, & occidendi delicta, nihil interesse arbitratus.

271 Iure diuino quædam ita prohibentur, vt nunquam permissa sint, sicuti mœchari, quædam cōtrà, vt occidere & furari.

272 Hostis, capite damnatus, grassator, latro, quorūq; insidijs aut ferro appetiti sumus, iure occiduntur.

273 Præshyter, sacra faciens adgressuram passus, adgressorem occidere iure potest, nec eo magis sacrificium perficere prohibetur.

274 Magistratus etiam summus, si quid non iure, moreq; Tyranni faciat, iure occiditur.

275 Qui in carcerē p iniuriam coniect⁹ est, & cæsis custodibus, effractoq; carcere euadit, neq; cædis neq; carceris effractiregus est.

276 Effringere carcerem conatus, ob loci sanctitatem capite punitur.

277 Carcer facinorosos homines contimendos, non ad innoxiorum iniuriam, repertus est.

278 Municipiorum legibus in proscriptos vitæ necisq; potestas est.

279 Furtum in rebus hostium & proscriptorum non committitur.

280 Vt ex aliqua causa mœchari liceat, nulla humana authoritate introduci potest.

281 Mulier proscripta occidi potest, adulterari non potest. cum nu. 282.

283 Regi sterilis nuptias sortito, adiungendæ sibi cōcubinæ, liberorum tollendorum gratia, ius facere Papa non potest.

284 Vt quis corpus suum extra matrimonium alij misceat, & naturæ & Dei lex vetat.

285 Aduersus legem diuinam, Gentium aut Ciuium ius statuere nihil potest.

286 Quod dictum est, omnia tempore necessitatis esse communia, quomodo intelligendum. cum num. seqq. & nu. 291. & nu. seqq.

287 Summa necessitas quæ sit.

288 Qui de taberna lanionis vim repulsurus, cultrum arripuit, aut equum de alieno stabulo, vt inimici manus effugiat, fur non est, & quomodo id intelligendum.

290 Quod quis tempore necessitatis sustulit, id post necessitatis tempus, aut quod tanti sit, restituere domino debet.

292 Quod inopi superest, sine quo viuere non potest, id tempore necessitatis commune non fit. cum nu. 294. & 305.

293 Fontem in fundo habentem, agris suis sitientib⁹, ad vicinos aquā deriuare cogi, inhumanum est.

295 Qui alere alium tenetur, cùm tantum ei reliquū est, vt pluribus sufficere non possit, obligatione liberatur.

296 Pauperibus in diuites, vt se alant, nulla prodita est actio, solo iudicis officio præstando.

297 Præsentis famis causa, non futuræ, rem alienam auferre licet.

298 Præsens necessitas quæ dicatur.

299 Exercitus Cambysiani in Æthiopes mouentis fames, quò militem adegerit.

300 In bello iusto, causa necessitatis rem alienam auferre licet, in iniusto non licet.

301 Quod inter duos socios commune est, & ambobus ad vitam tolerandam non sufficit, alter id totum sibi vindicare non potest, & quid in naufragio, tabulam ne alium alij extorquere liceat. cum nu. 303.

302 Præstat duos fame sine iniuria extingui, quàm p iniuriam vnum superstitem esse.

304 Quod nostrum est, sine facto nostro alterius fieri non potest.

306 Esurienti non licet vestem surripere, vt eius pretio cibum comparet, nec nudo cibum, vt eo vendito, vestem emat.

307 Vtrum pecus surripientem tam nuditatis, quàm famis necessitas excuset?

308 Pecoris appellatio tam gregem, quàm pecudem vnam significat.

309 Et si ambiguum est apud Theodorum pecoris appellatio gregem, an vnam magis animantem eo verbo significari, item decem oues gregem constituunt.

310 Non in omni pecude surrepta nuditatis & famis causa excusatur contra Ioannem Anagninum.

311 In quarundam pecudum furto neq; famis neq; nuditatis excusatio prætendi potest, præterquam in Scytæ persona, cui nationi omne fermè quadrupedum genus in cibo est.

312 Et quomodo id intelligendum.

313 Pecuniā surripiens an excusari tam famis, quàm nuditatis prætextu possit.

314 Qui pecuniam habet, is omnia, quæ habere vult, habet.

315 Pecunia, tanquam omnia regens, regina appellata est Horatio.

316 Baldus pecuniam vitam hominis appellat.

317 Hesiodus in Ergis pecuniam miserorum hominū animam esse scribit.

318 Metus amittendarum omnium fortunarum metui mortis exequatur.

319 Non minus futuræ, quàm præsentis famis, causa, idq; intra modum, excusat, cùm, nisi futuræ fami consulatur, pereundum homini sit.

320 Quæ sint ius dicētis partes in furtis, famis aut nuditatis causa factis, iudicandis. cum nu. seqq.

321 Non minus criminis est habenti tollere, quàm, cū abundamus, indigentibus non impartiri.

322 Eorum, quæ supra victus nostri necessitatem habemus, iniusti possessores sumus.

323 Qui alienam inopiam, cùm possint, non subleuant, magis peccant, quàm qui necessitate victi aliena surripiunt.

324 Reprehenditur latrunculatorum sæuitia.

325 In rerum sacrarum emptione conatus etiam punitur.

327 Cogniti item & celati, & hoc in quibus personis procedat, & quando variantibus Bartolo & Baldo, & eorum assēclis. cum 4. nu. seq. & nu. 336. & seq.

332 *Principes liberi Cæsari exæquantur, & idcirco in Cæsare dicta in illis habent locum, & nu.335.*
333 *Reges Hispaniarum Cæsari suos fasces non submittunt.*
334 *Nec Poloniæ reges Cæsarem agnoscunt.*
338 *Vt patri & patriæ nasci dicimur, ita & amitti.*
339 *Parentibus ne magis, an patriæ parendum, cum multis nu.seqq.*
340 *Argumentum ab ordine verborum valet.*
341 *Magnitudo supplicij magnitudinem delicti arguit.*
342 *Qua pœna diuini numinis violatores plectabantur, eam in parricidas olim constituit antiqtas.*
343 *Cullei pœna ex Cicerone.*
344 *Cullei pœna ex Iurisconsultis.*
345 *Parricida ostento ac monstro similis.*
346 *Exules, quorum deterior conditio est, hostium habentur numero.*
347 *Pœna in hostes patriæ iudicatos olim usurpata,*
348 *Pœna verberum aut virgarum usq; ab necem, non est in usu.*
349 *Quæ pœna hostium & transfugarum.*
350 *Ob atrocitatem delicti in cadauera sensu carentia vindicatur. & nu.352.*
351 *Regulariter pœna morte extinguitur.*
353 *In violatoribus parentum puniendis leges transgredi licet, quod non nisi ex magna causa permittitur.*
354 *In clericũ parricidã quomodo animaduertatur.*
355 *Patrocinari parentibus contrà patriam licet.*
356 *Natura persona filij, & patris persona eadem estimatur, & quæ inde fluunt. num. seqq. usq; ad num.374.*
357 *Vox, voluntas & terror filij, vox patris voluntas & terror est.*
358 *Parentes in persona filiorum, quàm in se, magis terrentur.*
359 *Quæstores rerum capitalium prius de filio, quàm de patre quæstionem habere solent.*
360 *Cautio Caroli secundi ad veritatem eruendam.*
361 *Exemplum memorabile rustici Lituani.*
362 *Filius ieiunans patrem ieiunio soluit.*
363 *Factum filij patris factum videtur. & nu.seq.*
365 *Patris & filij nuptiæ pro vnis habentur.*
366 *Testamentum patris & filij pro vno testamento est.*
367 *Pater non videtur liber à custodia dimissus, si filium obsidem reliquit.*
368 *Habitatio patris prodest filio. & contrà.*
369 *Opes patris opes filij putantur. cum nu.seqq. usq; ad nu.378.*
373 *Filij post mortem patris non hæreditatem accipere videntur, sed liberam bonorum administrationem.*
374 *Possessio feudi mortuo patre in filium continuatur.*
375 *Pater in filij potentioris personam actiones suas transferens ius crediti non admittit.*
376 *Alienare prohibitus, in filium alienare potest.*
377 *Quod pater possidet & habet, filius possidere & habere intelligitur.*
378 *Filius de domo paterna in ius vocari non potest.*
379 *Parentum causa, quàm patriæ, antiquior est.*
380 *Patriæ, quàm parentibus, magis esse parendum, inter omnes conuenit.*
381 *Quando ex æquo patriæ & parentibus, quando item his magis, quàm illi, seruiendum est. & contrà.*
382 *Satius est, patris & patriæ desertoret not esse, quàm iniuriæ patronos.*
383 *Publica præferri priuatis, æquum est.*
384 *Argumentum ab ordine verborum non semper valet.*
385 *Parentes, qui ad patriam delendam venerunt, nõ sunt lugendi.*
386 *Liberi parentes patriæ arma inferentes iustè interficiunt, & præmium consequuntur.*
387 *Non solum nobis nati sumus, sed ortus nostri partem sibi patria vendicat, partem parentes, partem amici.*
388 *Non semper grauitatem delicti arguit grauitas pœnæ.*
389 *Ex causa pœna maior, quàm delicti qualitas postulat, irrogatur.*
390 *Durius punitur, qui vxorem occidit, quàm qui matrem, & quare.*
391 *Nimium multis grassantibus, exemplo opus est.*
392 *Delicta, quæ frequentius admittuntur, durius puniri debent.*
393 *In Polonia & Lituania furta leuiora cur laqueo vindicentur, & nu.395.*
394 *Occasio delinquendi maior auget pœnam.*
396 *Vnius pœna est multorum metus.*
397 *Natura criminis, non pœna, spectatur.*
398 *Mentiri, quàm fornicari, maius est crimen. & quare.*
399 *Magnitudo delicti ex Dei offensa maiore aut minore iudicatur.*
400 *Incesti crimen, licet adulterio grauius sit, leuius tamen plectitur.*
401 *Dolo carens ordinaria pœna non punitur.*
402 *Qui hominem absq; dolo occidit, capite non plectitur.*
403 *Qui dolo malo caret, quandoq; ob exemplum punitur. & nu.seq.*
405 *Cullei pœna antiquata, quæ eius loco constituta sit.*
406 *Consuetudo authoritate legi par est.*
407 *Magistratus in iure dicundo non minus consuetudines, quàm leges seruare debent.*
408 *Nemo imperare sibi, aut se prohibere potest.*
409 *Eundem sibi imperare aut parere, deridiculum est, & naturæ repugnans.*
410 *Filius familiàs prætor patrem suspectam hæreditatem adire cogit.*
411 *Filius familiàs præturam iniens vinculo patriæ potestatis soluitur.*
412 *Filius familiàs, quod ad ius publicum spectat, non sequitur ius patriæ potestatis.*
413 *Pater & filius quo iure eadem persona intelligantur.*
414 *Non semper, quod antiquius est, dignius est.*
415 *Dei religio charitate parentũ in liberos antigor.*
416 *Patrem patriæ, aut contrà, præferens, cùm non debet, qua pœna plectatur.*
417 *Gratificari licet, etiam cum omnia paria nõ sunt.*
418 *Quod alieno iure nobis competit, quàm quod proprio, infirmius est.*
419 *Filius patrem exulem, lege municipali exulum cædem permittente, iurène occidat.*
420 *Cuius famæ, multò magis vitæ, parcendum est.*
421 *Bartolus refellitur. & nu.seq.*
423 *Liberto & filio semper honesta & sancta persona patris & patroni videri debet. & nu.seq.*
425 *Parentes iure diuino honorandi sunt.*
426 *Qui patrem verberat, filius esse desinit credi.*

427 *Receptantis*

427 *Receptantis latrones grauissimũ flagitium est, nisi cognatum quis aut ad finem receptet.*
428 *Idem in eo responsum, qui cognatum consilia aduersus Rempub. agitantem non prodidit.*
429 *Militi suorum gratia extra castra vagato parcitur.*
430 *Romani castrorum disciplinam omnium necessitudinum charitate antiquiorem duxerunt.*
431 *Filius patrem exulem alere tenetur.*
432 *Denegare alimenta, necare est.*
433 *Fratrem exulem occidere non licet.*
434 *Pater nuptias contrahens, vt filium metu liberet, inuitus contrahere censetur.*
435 *Declaratur l. minimè. ff. de religiosis. & nu. 438. & 441. & 442. & nu. 445.*
436 *Fugientem cædere ius non est, & hoc quomodo intelligatur. cum duob. nu. seqq.*
439 *Impune occiditur adgressor, qa legum interpretatione à se interfectus intelligitur. & nu. seq.*
441 *Qui ob admissum suum plectitur, non executoris, sed legis manu plecti videtur.*
442 *Filio patrem aut patri filium patriæ arma inferentem occidenti parcitur & præmium datur.*
443 *Filio delinquenti à patre iudici oblato ignoscitur. & contrà, & quare. nu. seq.*
445 *Quicquid aduersus diuinum ius fit, humanæ etiam legis permissu, delictum est, & multis nu. seqq. vsq; ad nu. 467.*
448 *Neq; pater filiam in adulterio deprehensam neq; maritus vxorem, aut vilem adulterum occidere iure potest.*
449 *Furem occidere rerum seruandarum causa, aut debitorem fugientem non licet. cum nu. seq.*
451 *Exulem occidens peccat.*
452 *Refellitur communis opinio.*
453 *Omnis cædes, quæ legis municipalis permissu à priuato fit, damnatur.*
454 *Licet exulis cædes toleretur, laude tamen caret, imò ignominiam irrogat, cum duob. nu. seqq.*
457 *Baldi distinctio refertur, & confutatur. & nu. seq. & 478.*
459 *Iudæi libello repudij sine delicto vti nõ potuerũt.*
460 *Qui sine Iudicis authoritate se vindicat, peccat. & an interfit, ex odio id faciat, nec ne. nu. seq.*
462 *Nõ quicquid permittitur, approbatur, nec quicquid improbatur, punitur, cum 3. nu. seqq.*
466 *Multa fieri non debent, quæ tamen facta tenent.*
467 *Cædes quocunq; iure permissa, nisi diuino iure sit comprobata, peccato non vacat.*
468 *De iure diuino dictum, in naturali & pontificio est accipiendum, & quare.*
469 *Patris exulis cædes duplex continet flagitium.*
470 *Iure diuino quis, dũ suã salutẽ tuetur, hominẽ iure occidit, contra Accursium, vsq; ad nu. 477.*
471 *Cædes, quæ ad defensionem fit, iure pontificio nullam notam irrogat.*
472 *Quod fit ex charitate, iuri diuino congruit.*
473 *Qui vim illatam non propulsat, & ita occiditur, ac si suis manibus esset occisus, haberi debet.*
474 *Sacrificans, si adgressorem suum occidat, repetere sacrum potest.*
475 *Adgressorem occidentis factum iustius est, quàm Magistratus hominem ex lege vita priuantis, & quare.*
476 *Quibus casibus lege pontificia quis notetur.*
477 *Concluditur contra Accursium & Baldum. cum nu. seq.*
479 *Qui legis permissu exulem occidit, non excusatur, quasi legis minister.*
480 *Hostes Vlpiano & Pomponio qui.*
481 *Bartoli & Baldi argumentum confutatur.*
482 *Item Baldi. & nu. seq.*
484 *Hostem interficere, qui miles non est, non potest, nec cum eo pugnare.*
485 *Sacramentum militare, iurisconsultorum tempore vsurpatum, hodie non est in vsu.*
486 *Exulem occidere, humana lege licet, diuina non licet.*
487 *Filius, qui in necem parẽtis venenum cõparauit, licet nec dedit, nec dare potuit, lege Pompeia coërcetur.*
488 *Qui Iudicem pecunia corrumpere tentauit, licet nec corruperit, corrupti Iudicis tenetur, siue in bona, siue in mala causa id fiat.*
489 *Seruo suadens, vt domino furtum faciat, licet non persuasit, corrupti serui tenetur.*
490 *Quod in filij familiâs personæ comprobatum est, & quare. cum nu. seq.*
492 *Aduersus nouum ius obtinentem, licet nõ usum, idem ius vsurpare aduersarius potest.*
493 *Ius nouum obtinens, renunciando efficere nõ potest, vt aduersarius eo aduersus se non vtatur.*
494 *Pax minis rescinditur.*
495 *Nudæ minæ impunitæ sunt.*
496 *Qui manus aduersus aliquem quasi percussurus, leuauit, licet nõ percusserit, iniuriarũ tenetur.*
497 *Si armatus manu aduersus aliquem leuans occidatur, capitale non est.*
498 *Gloriatio Hippol. Marsilij, ob cõstitutionẽ alijs ignoratam, à se repertam, coarguitur. cũ nu. seq.*
499 *Pœnam ibi esse, sancitum est, vbi & noxa sit.*
500 *Percussorem percutiendi consilium non facit, vt nec calumniandi, calumniatorem, nec prævaricandi, prævaricatorẽ, nec fugiendi fugitiuum, nec cæteras similes appellationes sine facto intelligi. cum nu. 353. & nu. 354. & nu. 358. cum nu. 512. & seq.*
501 *Calumniatoris, prævaricatoris, at fugitiui nomina, cæteraq;, quæ crimẽ demonstrant, vno actu quæruntur.*
502 *Excipiuntur Abigei, Plagiarij & Errones, quid item ij sint. cum nu. seq.*
505 *Itẽ aleator est, qui sæpius alea lusit, nõ qui semel.*
506 *Quædã delicta, nõ tam facto, quàm numero tẽporis definiuntur, vt emansoris & desertoris, & quid ij sint.*
507 *Vt in seruis fugitiuis, quàm Erro: ita in militibꝰ, desertor, quàm emansor, duriꝰ punitur. cum nu. seq.*
508 *Erro & fugitiuus quid Labeoni, quid item Vlpiano alijsq;. cum nu. seq.*
511 *Transfuga quid, quæq; in eum pœna legib. constituta sit.*
512 *Nominũ, quæ delicta demonstrant, licet omnia cum facto intelligantur varia definitio est.*
513 *Percussor quis antè, quàm percutiat, & dos ante cõtractas nuptias, & posthumꝰ, viuo patre natus, per prolepsim dici possint, & similia. cum nu. seq.*
516 *Percussoris appellatione per anticipationem esse vsos bonos authores.*
517 *Percussor quibusdã is est, nõ qui quandoq; percussit, sed qui percutere cõsueuit. Clericꝰ percutere adsuetus exautorari, ordineq; moueri debet.*
518 *Percussor quibusdã nõ est, q percutere cõsueuit, nisi hoc amplius leui causa irritatus id faciat.*
519 *Noua interpretatio Gordianæ cõstitutionis. cum nu. seq*

 520 *Si ho-*

520 *Si hominis fama, multò magis vita, parcendum est.*

521 *In expẽdendis minis multũ interest, à cuius persona procedant.*

522 *Adgressor, adsuetus percutere, cum telo ad quẽ veniens, inter vim cum moderamine inculpatæ tutelæ repellendam iure occiditur.*

523 *Qui modum excedens in se defendendo hominem occidit, mitius punitur.*

524 *Author quid consultus Nicolao Radiuilo duci, responderit, in illa specie, cùm quidam adgressorem fugientem interemissent.*

525 *Difficillimum est iustum dolorem temperare.*

526 *Hippolytus Marsilius diligens, sed parùm acutus author.*

527 *In sollicitantibus alienas nuptias atq; interpellãtibus conatus extraordinem punitur.*

528 *Interpellantis mulierem aut puellam, aliúdve impudicitiæ causa facientis, pœna tam perfecto, quàm imperfecto flagitio.*

529 *Conatus pecuniam, ut negotium cui faciat, accipientis non est impunitus.*

530 *Qui operas suas, vt cum bestijs depugnet, locauit siue depugnauerit, siue non, notatur.*

531 *Item in Schenobaticam facientibus dicendum.*

532 *Schenobates, vt cum bestijs depugnãs, loco mercedis aliquid absq; pactione accipiens, similiter notatur.*

533 *Qui nullas pactus vsuras, ex postfacto vltrò quid oblatum à debitore recepit, Baldo authore, fœnoris crimen contrahit.*

534 *Accipiens item ex post facto pro re sacra pecuniã vltrò oblatam, Paul. Castr. authore, crimen simoniæ contrahit.* 535 *Royzij vtrunq; refellit.*

536 *Royzij in simili specie Ludouico Decio consulenti responsum.*

537 *Simoniæ crimen humano, fœnoris verò diuino iure descendit.*

538 *Quæ pro re sacra vltrò offeruntur, Gregorij constitutione, accipi sine delicto possunt.*

539 *Operarum locatio cum bestijs depugnatori, mercedis item receptio quare infamet.*

540 *Qui operas suas locat in ferarum venationẽ beluaũe, quæ regioni nocet, expugnationẽ, aliúdue publicè priuatim ve vtile, non notatur.*

541 *Delictum in vno territorio inchoatum, in alio perfectum, in vtroq; ne, an in altero tantùm loco puniatur. cum nu. seq.*

542 *Homine in vna regione vincto, in alia despoliato, Baldo authore, delictum primo loco pfectũ est.*

543 *Nihil multum à specie seruientium differunt, quibus non datur facultas recedendi.*

544 *Puella vno loco rapta, alio constuprata, Baldo authore, cognitio ad vtriusq; territorij iudicem pertinet, & quomodo. cum nu. 391.*

545 *Item in cæde, telo ex alio territorio in aliud misso, facta, delictum enim vtrobiq; vindicatur.*

546 *Discutiũtur superiora, & Baldi opinio refellitur*

547 *Qua latent & ignorãtur, eorũ possessio nulla est.*

548 *Quæstio, de puella uno loco capta, alio loco stuprũ passa, discutitur contra Baldum. cum nu. seqq.*

549 *Qui frumentũ, aut aliud vsus sui gratia euexit, quod alieni non licuit, si mutato consilio vendidit, pœnam non patitur.*

Ad cuiusq; magistratꝰ coërcitionẽ id tantùm pertinet, quod intra eius territoriũ ppetratum est.

550 *Qui extra cœmeteriũ est, eum q intra est, ueste apprehensa per vim trahens, aduersus locum sacrum facere videtur.*

551 *Item qui ex loco sacro, iacto telo, hominem in profano loco sauciauit, sacri loci immunitatem non habet.*

Vbi homo percussus est, delictum perpetrari, iacto vndecunq; telo dubium non est.

552 *Fur nocturnus scrimium surripiens, pecuniæ lucri faciendæ causa, repertis ibi pro pecunia literis in necem principis scriptis, furtiue tenetur. cum nu. seq.*

553 *De Gnei Flauij facto, qui librum actionum Appio Claudio surreptum populo Romano tradidit.*

554 *In furtis non animus furis, sed rei qualitas spectatur. cum nu. seq. & nu. 415.*

555 *Furtum non fit, nisi sit cui fiat.*

556 *Ancharani & Felini opinio carpitur. cũ nu. seq. Nemo de sua perfidia aut improbitate actionem consequi debet.*

557 *Qui in leges commisit, legum inuocans auxiliũ non auditur.*

558 *Illicitè quæsita in nostris bonis non sunt.*

559 *Fur, re furtiua furto amissa, in posteriorem furẽ actionem non habet, & quare. cum nu. seqq.*

560 *Furtum nisi cum rei magnæ est, non est graue delictum, ideoq; conatum in eo puniri non debere.*

561 *In proxima specie, an furtum scrinij factum sit, tractatur. cum nu. seq.*

562 *Qui saccum pecuniam habentem sustulit, & saccifur est.*

563 *Sola rei alienæ contrectatio, sine interuertendæ eius proposito furem non facit.*

564 *Vbi principale nullum est, ibi accessorium esse, per rerum naturam intelligi non potest.*

565 *Cùm rei principalis furtũ nõ fit, ut in Gnei Flauij facto accidit, nec eius, quod accederet, furtum fieri.*

566 *Infames ab honoribus arceri debent.*

567 *In suprà scripta specie scrinij surrepti, præmium si quod imita aduersus Rempub. consilia prodentibus propositum est, non debetur.*

568 *Præmium exulem capienti ex publico debitũ, latrunculator furto obnoxium cõprehendens, nesciens eum exulare, accipere non debet.*

569 *Propositum cuiusq; ac consilium præmium meretur, non fortuna & inopinatus euentus.*

570 *In grauibus atrocibusq; delictis conatꝰ punitur, in ijs, quæ huiusmodi nõ sunt, impunitus est. cũ num. 573.*

571 *In magistratum, aut qualibet potestate præditũ, vim nuptijs adferre molitum sacris constitutionibus grauissimè animaduersum est.*

572 *Vis matrimonio vitium adfert, & inuitæ nuptiæ nullæ sunt.*

573 *Distinctio inter atrox & nec atrox delictũ in ppetratis quoq; flagitijs ualuit, ut ei, cuius qs potestati subiectꝰ est, in atrociorib⁹ sine metu pœnæ nõ pareatur, in leuioribus pareatur. cũ nu. seq.*

575 *Quatuor sunt genera delictorum, quædam leuia, quædam grauia, alia grauiora, alia grauissima. & singulorum definitiones. cum nu. seq.*

577 *Ex modo pœnæ, magnitudo delicti deprehendi solet.*

578 *Crimen obreptionis publicum est, & cui comparetur, quæq; eius pœna sit.*

579 *In falsi testimonij dictione conatus sine effectu punitur.*

580 *Obreptionis crimẽ multorũ continet offensionẽ.*

581 *Illud*

581 *Illud est maius delictum, quo admisso maior Dei offensio contrahitur.*

582 *Seuerius plectitur, quod sæpe remissius, quod rarò peccatur.*

583 *Vulgus Lituanorum pronum est ad obreptionis & falsi consilia.*

584 *Conatus variè punitur.*

585 *In conatu interest, verbo quis ad delictum adgressus proponatur, an facto facto: item remotiore, an propinquiore. cum nu. seq.*

586 *Puellæ inuitæ osculum ferens stuprine pœna teneatur.*

587 *Quid item eam humi prostrans, vim eius pudicitiæ illaturus.*

588 *Cùm certa pœna in quid conatos legibus constituta est, eam sequi Iudex debet, cùm nulla est, arbitrari quam irroget, debet.*

589 *Iudex in arbitrando, licet ad vtramuis partem inclinare possit, ad mitiorem tamen pœnam procliuior esse debet.*

590 *Iudex, qui in arbitrarijs modum prætergressus, reum grauiter lædit, impune ferre non solet.*

591 *Ius dicenti licet ex causa pœnam legibus præscriptam in condemnando non sequi, quandoq; grauiore, sæpe mitiore imflicta.*

592 *Cùm furtum rei etiam modicæ lege Municipali suspendio punitur, potest Magistratus mitiore pœna electa, capiti furis parcere.*

593 *Qui principis sigillum adulterauit, eius facies stigmate aliquo, aut charactere notari debet.*

594 *Legum pœnæ interpretatione molliendæ sunt, non exasperandæ.*

595 *Hominis facies, quæ est ad cœlestis pulchritudinis imaginem figurata, notis deformari non debet.*

596 *Nullum tam graue flagitium perpetrari potest, ob quod naso auriculis ve amputatis, aut effossis oculis, alio ve quoquomodo facies hominis fœdari debeat.*

597 *Aduersus quod negat Angelus lege Municipali statui quicquam posse.*

598 *Cùm in eodem articulo aliud constitutionibus Pontificum, aliud Imperatorum cautum est, proprium in suo quodq; foro ius seruari debet.*

599 *Publicè interest, malis hominibus purgari Prouinciam.*

TRACTABATVR, AN perinde † puniri debeat, qui id egit, vt falsum instrumentum ab ignaro fraudis Tabellione scriberetur, ac si scriptum fuisset? quæue pœna hunc conatum sequi debeat? & † initio, ne diuersas delinquendi species confundamus, admonendi sumus, hoc admissum ad obreptionis, non ad falsi causam pertinere. Nam, nisi falsum instrumentum scribat Tabellio, falsi instrumenti scribendi author ei esse, qui id suasit, intelligi non potest Arg. l. si is qui. §. si tu Titium. ff. de furt. Falsum † autem instrumentum eum non scribere, qui dolo vacat, palàm est l. nec exemplum. & ibi Docto. C. de falso. Et † ita Bartolum, cùm ex facto incidisset, respondisse l. si quis obrepserit. num. 2. ff. de falsi. & Cons. 169. Tudertinus. Ang. de malef. super verb. falsario. §. quærit. Bartol. Alexan. con. 73. libro 1. Ioan. de Ana. c. licet. vers. in glos. ibi. col. 1. in fi. de crimi. falso. reperi in eo, qui falsam schedam Tabellioni perscriptam dedit, quam ille per imprudentiam in acta retulit. Scripsit enim, quia falsum à Tabellione nullum erat commissum, vt qui dolo nō esset versatus, nec eum qui schedam porrexisset, falsum vti committeretur, conatum † posse videri. d. §. si tu Titium. Extat † quoq; Petri Ancharani c. quanto. de his quæ fi. à præla. sine consen. capi. Ioan de Ana. d. c. licet. col. 2. cir. med. vers. in eadem glossa. c. quanto. nō absimilis sententia in illa specie, cùm quidam eius, quo cum societatem coierat, fraudandi causa, ignotum hominem ad acta produxisset, qui absentis socij nomen mentitus, societati renunciauit. Ait enim: vt instrumentum renunciationis ob bonam fidem Tabellionis falsum dici non d. l. nec exemplum. potest, ita nec falsum scribi, curatum ab eo intelligi, qui ignotum hominem produxisset. Quod Ioannes Anagninus libro 5. Epistolarum Decretalium d. c. licet. col. 2. vers. in eadem glo. de crim. fals. probat. Tantundem † in proposito erit respondendum, vt intendi falsi crimen ei non possit, qui id egit, vt instrumentum contra fidem veritatis, à credulo atq; imprudente Tabellione scriberetur. Quia, si ea de re facta fuisset scriptura, ob bonam fidem Tabellionis, falsa dici non potuisset. Fraudandi itaq; propositum ad falsi causam non pertinebit: At † verò, quia circumuenire eo commento voluit, obrepere Tabellioni conatus, dispiciendum est, vtrum, quia cōsilium effectu caruit, neminiq; nocitum est, venia dignus sit, an pœnam magis accipere debeat, quia fallere est adgressus? & exempla proponere licet quàm plurima, quibus ne puniatur, defendi possit, vt qui consilium nocendi cœpit nec nocuit, & ratio facit, vt idem in vtroq; casu respondeamus. Nam † quotiens medium quiddam inter duo extrema est, id eo iure censendum esse Baldus de pace constantię. c. in causis. §. vasalli. 2. est author, quo extremum, ad quod magis accederet, censetur. Cùm conatus autem huiusmodi sit, qui obrepere Tabellioni est adgressus, aut quoquomodo nocere voluit, pœnam pati non debet, quam, ob consilium tale quid faciendi, non sustinuisset. Nam † quo ait lex, l. si quis obrepserit. ff.

rit. ff. de falso. SI QVIS OBREPSERIT, cum effectu, non verbo tenus accipiendum est, sicuti edictum Prætoris, l. 1. §. fi. ff. quod quisq; iur. quod Magistratũ, qui quid noui iuris in alium statuerit, eodem iure vti iubet, ita demum locum habet, si Magistratus decretum effectum habuisse
10 proponatur. d. §. fi. Quapropter † si cùm noui quid vellet statuere, qui iurisdictioni prę est, prohibitus est, aut alioquin eius sententia non tenuit, effectúmve habuit, edicti
11 pœnam non accipiet. d. §. fi. Quia † verbum STATVERIT perfectam rem atq; consumatam, non cœptam significat. d. §. fi. Similiter ergò in proposito dicemus,
21 quia † verbum OBREPSERIT, eandem habet significationem, nec ad rem
13 cœptam referri potest, eum † qui obrepere adgressus est, & fraude intellecta non obrepsit, prauo eius consilio impedito, pœ-
14 na obreptionis non teneri. Deniq; † conatum irritum, & quo nulli nocitum est, ad pœnam vocari non oportet. Quia generaliter lex efficientem non facientem punit.
15 d. §. fi. Sicut † ex contrario aliquid conato, pro quo præmium propositum est, nisi id consumasset, nihil deberi placuit. Quod in ea specie veteres respondisse, Iason libro
16 2. Digest. d. §. fi. refert, † cùm lex Municipalis præmium pollicetur exulem capienti. Nam nisi comprehensum quis ad illum, cuius de exulum pœna notio est, hominem perducat, præmium non deberi. Quod conse-
17 quens † est Gordiani Augusti Epistolæ l. si Berfatoram. C. de fideiuss. ad Auxium, qui in persona Lysaniæ Decurionis Barsatoram latronem inuenturum se spondentis scripsit, exhiberi ab eo hominem oportere, aut transmitti ad eũ, cuius de illo notio esset.
18 Tantundem † probatum est in accusatore, cui lex aliquo casu præmiũ dat, nam & hũc præmio carituram, nisi rerum peregerit. Glossa. in verb. ostensum. c. 1. de his quæ fi. à maio. par. cap. & probat. c. post electionem & c. cùm super. de concess. præben. & not. glos. c. non est in verb. allegat. de consuetu. li. p6. & glo. in l. si cuius appellatio. ff. de appell.. recip. & gl. fi. in l. 2. ff. quod met. caus. Alex. cõsens. 71. diuini numinis. 2. col. vol. 5. Ad præmium itaq; consequendũ, accusatio
19 nem instituisse, non satis fore. Igitur † cùm legibus ob benefacta præmium, ob malefacta pœnæ proponantur, quibus duabus rebus Reipublicæ salus, vitæq; humanæ mo-
20 deratio continetur. c. fi. dist. 3. Si † ad consequenda præmia consumatio facti exigitur, idem in promerenda pœna non respondere, inconstans est, immò idem dice-
21 re magis conuenit. Quia † qui iurisdictioni præsunt, vt ait Arrianus, propensiores esse ad absoluendum, quàm ad condemnandum l. Arrianus. ff. de actione &
22 obli. debent. Quippe † quibus ea semper capienda est coniectura, quæ hominem pœnæ eximit. l. meritò. ff. pro soc. Ang. tracta.
23 malè. §. falsario. in fi. princ. Nam † vt maximè Reipublicæ interfit, pœnis delicta coërceri, & de sontibus supplicium sumi,
24 l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. satius † tamen esse, vt ait lex, l. absentem. ff. de pœn. atq; consultius, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damna-
25 re. Ratio † deniq;, quæ pro reis facit, potissima semper habita Ar. d. l. meritò. Ang. d. §. falsario. Felin. c. cum dilecti. d. accus. & c. cum tu. num. 16. de testibus. est. Delinquere itaq; adgressis parcendum esse, consequens est, idq; generaliter est acceptum.
26 Vnde † fit, vt si aliquo fortè casu, aut tempore lex Municipalis Curiam à proceribus introiri vetet, non satis sit probare, eos, cùm intrarent, visos, nisi intrasse dicantur. Bald. l. arboribus. §. Iuli. ff. de vsufru. Hipp.
27 l. is qui cum telo. nu. 33. C. de fals. Nec † pœna euecti frumenti alteriúsve rei prohibitæ teneri eos, qui intra fines reperti sunt, cùm nondum, quod vetitum erat, euexissent. Bald. l. si fugitiui. col. 2. C. de ser. fugit. & in l. cùm proponas. & ibi. Saly. C. de naut. fœno. Ioan. de Ana. c. significauit. de Iudæis. Hippol. d. l. is qui cum telo. nu. 34. & nu. 38.
28 In † illa quoq; specie, indulgendum est rem prohibitam affectanti, cùm quis cum ea, quã vxorem iure naturali habere non potuit, sponsalia constituit. Nam in hunc incestus pœna Glos. in Clemen. 1. verb. contrahere, de consang. & affini. Philip. Dec. cõs. 256. in causa inquisitionis. Hipp. d. l. is qui cũ telo.
29 nu. 39. non est. Sic † quoq; vidua, quæ nouas sequuta nuptias, tutela liberorũ expellitur, si sponsalia contrahat, nihilomagis tutelam amittit, nec conatus is quicquam de eius authoritate minuit, Spec. in tit. de tuto. §. nunc dicendũ. verf. qd. si tutela. Ludo. Rom. sing. 212. Tu habes Hipp. d. l. is qui cũ telo. nu. 41.
30 Similiter † quibus casibus, qui appellat, censura ecclesiastica coërcetur id, conatos nulla pœna sequitur. Card. c. præterea. adfi. de appel. Archid. §. si ergò. 22. q. 4. Bart. l. filius fa. §. d. vi. de legibus. 1. Hippo. d. l. is qui. num. 28.
31 Idem † in prohibita aliquo casu executionis petitione placuit. Nã nisi ad finẽ ea res perducatur: impunè Bar. post Dyn. l. ãplius. nõ pet. ff. rẽ. rat. hab. Idẽ Bar. l. si libertus. & l. eũ ff. de

ff. de iure patr. & l. in criminali, ff. de iurisd. om. iud. & in l. si quis maior. C. de transact. Bald. l. is qui in suo. C. de inoffi. testa. Anto. de Butri. c. si diligenti. de foro competen.

32 est. Vt † & illi parcitur, qui iurisdictionem Prætoris necessariam recusauit. Nam quanquàm, qui id admisit, permissu legis Municipalis impunè iniuria adficitur, ante, quàm tamen de recusatione pronunciatum sit, iniuria huic facta impunita Bart. d. l. eum. ff. de iure patro. & Bald. d. l. is qui in suo. non erit, & meritò, quia eius factum nondum

33 exitum habuit. Hac † ratione licet, qui aduersus Priuilegium quid fecisset, illud amittat: si tamen, quod factum esset, effectu caruit, Priuilegium retinetur. Anto. de Butr. c. pastoralis. in col. 8. vers. sed est dubium. de caus. posses. & proprie. Hipp. d. l. is qui.

34 numer. 30. Sed † & illius factum, qui Clericum percussurus, aduersus eum manus leuauit, si non percusserit, etiam prohibitus, ad Constitutionem, qua percussores Clericorum coërcentur, non pertinet. Glos. 3. c. in audientia. de senten. excommu. glos. 1. c. si verò. 2. eod. tit. Card. Clemen. 1. §. si quis. in 2. q. de reb. eccles. non alien. per eum text. in

35 vers. fecerit. Nec † aduersus legem vestiariam facere mulierem, quæ vestem maioris pretij, quàm lege licuit, sibi parasset: nisi ea vtatur. Dominicus c. auaritiæ. & ibi glos. de elect. lib. 6. & Dec. in l. si fugitiui, nu. 56. C.

36 de ser. fugi. Vtinam, † libet à proposito parumper digredi, vtinam, inquam, ijs, quibus Vilnæ, vbi hæc scribo, huius rei potestas est, in mentem aliquando veniat, hoc beneficio miseros maritos adficere, ne in vestem mundumq; vxoriũ, opes suas profundere cogantur, nullum sexu muliebri in ornando corpore modum reperturo, nisi

37 quem lex præscripserit, qualem † Zaleucus Locris tulisse memoratur, interdicto mulieribus omni aureo ornamento, indumentisq; contextis ac vestitu arte laborato. Eius rei facta potestate, impudicis fœminis, & corpore suo quæstum quærentibus, solisq; illis ad sollicitandos amatorum suorum animos licentiore cultu permisso, & honestioribus adempto, consequutus est, vt non modò matronæ, quibus pudicitiæ studium fuit, intra mediocrem corporis cultum se continerent, sed & quæ pudori suo non parcebant, vitaq; erant atq; instituto meretricio, sumptuosiorem vestitum abijcerent, nullam quippe tam profligatis moribus repertam, quæ suo ipsa indicio turpitudinem suam prodere vellet, author est Diodorus Siculus lib. Bibliothecæ 12.

38 Pythagoras † quoq; Samius, vt Iustinus historiæ suæ lib. 20. scribit, apud Crotoniatas non legis latione, vt Zaleucus, sed disputatione peruicit, vt matronæ auratas vestes, reliquumq; ingentis pretij ornatũ corporibus suis, tanquam luxuriæ irritamenta, detraherent, eaq; omnia in Iunonis fanum

39 delata, ipsi Deæ consecrarent. Fuit † & Romanis Oppia lex, quæ veste varij coloris vti fœminas auriq; amplius semuncia habere vetabat, quod ius post annos 20. quàm fuit receptum, secundo bello punico finito, antiquatum est. Tantum valuit Romanarum mulierum colendi ad omnem luxum corporis pertinax studium, quæ non sunt veritæ Brutorum domum, qui earum desiderio ac libidini obstabant, & legis Oppiæ, quam fœminæ sublatam volebant, abrogationi intercedere erant parati, obsidere:

tanto illis corporis sui quam patrij moris colendi potior causa fuit, vt est ille sexus

40 vanitatis huius nimio plus studiosus. Ob † mentis imbecillitatem hoc mulieribus vitium esse, Valerius Maximus libro nono, exemplor. cap. primo, vbi horum meminit, opinatus est: maiorum inquiens operum affectatione negata, omne suum studium fœminas ad corporis cultum conuertere.

41 Quare † Hieronymus de educatione Pacatulæ ad Gaudentium mulierum genus φιλόκοσμον, quod est nobis cultus amans, bellissimè appellat. De immenso muliebris sexus in se colendo atq; ornando affectu, memorabilia extant in veterum historijs exem-

42 pla. Notum † est illud ac perquam celebre de Tarpeia virgine nobili, quæ collem Tarpeium, cuius pater Tarpeius custos erat, Tatio Sabinorum Regi tradere pacta est, aureas armillas, quas magni ponderis leuo brachio insertas gerebant hostes, in merce-

43 dem proditionis acceptura. Sic † Brenno Gallorum Regi Asiam diripienti Ephesum patuisse, Clitophon primo rerum Gallicarum libro refert, plebea virgine non sui modò corporis per dedecus, sed & Ephesi patriæ per proditionem copiam pollicita, vt mundum modò muliebrem & manuum ornamenta, pessimi facinoris sui pretium,

44 tolleret. Antiquitas † quoq; prodidit, Eriphylem Amphiaraum virum Adrasto Regi, monili aureo ab illo corruptam, prodidisse, quod postea facinus Alcmeon filius ferro vltus est, matre interfecta. De quo illud lib. 6. Aeneidos Vergilius:

mæstamq; Eriphylem.
Crudelia nati monstrantem vulnera cernit.

Et Ouidius lib. 1. Amorum Elegia 10.

Ex quibus exierat, traiecit corpora ferro
Filius, & pœnæ causa monile fuit.

45 Hæc † colendi corporis & ornandi studia ac curæ, fœminas non ipsa in morte relinquunt. Nam & vita defunctæ, neq; sine ornamentis spectari, neq; humari volunt, refert Scæuola lib. 34. Digest. l. fi. §. fi. de auro. & argen. leg. mulierem quandam decedentem testamento cauisse, inferri sibi, cùm funeraretur, velle lineas duas ex Margaritis, & viriolas ex Smaragdis, stultissimo scili-
46 cet consilio. At † verò, vt defunctas mittam, ex nimio earum quæ inter nos degunt, cultu sæpe impudicitiæ coniecturam sumptam
47 didicimus. Claudiam † quippe virginem vestalem non aliam ob rem impudicam creditam, quàm quòd ornatus studiosior esset, ita vt, ad refellendam hominum opinionẽ, miraculo matris Ideæ ei fuerit opus, quæ Claudiæ cingulum sequuta, virginitatem creditæ vulgò mulieris comprobauit. Ea-
48 dem † ex causa Postuma, & ipsa virgo Vestalis, in suspicionem amissi pudoris vocata, causam de incestu dixit: & absoluta, iussa à Pontif. Maximo est, sanctè magis, quàm
49 scitè Deam colere. Nec † semper ea coniectura homines fefellit: Nam Minutia, vestalis quoq; virgo, ob elegantiorem plus æquo
50 cultũ, incestus accusata & damnata est. Ext contrario modicus cultus ad pudicitiæ lau-
51 dem pertinet. Sic † Aspasia duorum maximorum opulentissimorumq; Regum, Cyri primùm, Artaxerxis postea vxor, à muliebri curiositate & speciosiore vestitu abhorrens, ab Aeliano lib. 12. de varia historia
52 laudata est. Sic † & Traiani vxori modicum corporis cultũ laudi ducit Plinius in Pane-
53 gyrico, & rectè quidem. Ornamentum † enim, vt ait Crates, est quod ornat: ornat autem quod mulierem reddit honestiorem: talem verò reddere non aurum, non Smaragdus, non coccineus color, sed pudor, sed mores, sed virtus, & præter hæc, vt inquit
54 Aristoteles, silentium solet. Lysander † missas filiabus suis à Tyranno Siculo eximij pretij vestes, mundumq; muliebrem, repudiasse fertur. Hoc ornamentum, inquiens, dehonestabit meas magis filias, quàm ornabit. Quod ante Lysandrum Sophocli est attributum, qui mittenti id munus respondisset: non est hic ornatus ô infelix, dedecus
55 potius est, tuæq; mentis insania. Sed † externis scriptoribus missis factis, quæ nostrates hac de re præcipiant, videamus. Et quidem diui Petrus & Paulus, Ecclesiæ proceres, de muliebri ornatu ita scribunt, hic ad Timotheum priore epistola, torquere crines auro, Margaritis, & preciosa veste mulierem vti vetat: Ille 1. Petri 3. extrinsecus capillaturã damnat, auri circumdationem, omnem
56 denicq; in externo amictu cultum. Quo † loco Interpres illud adijcit, serico inquiens & purpura indutæ fœminæ, Christum induere non possunt, auro, margaritis, & monilibus ornatæ, ornamenta corporis & pecto-
57 ris perdiderunt. His † tamen omnibus contemptis nõ nobiles modò matronæ, sed viles mulierculæ ac plebeiæ, quarum viri illiberalibus sordidisq; artibus victum quærunt, auro & gemmis in publico t. anslucent: quibus dum carere stolidæ non possunt, ad rapinam malisq; rationibus comparandam pecuniam infelices maritos cogunt, non quieturæ, nisi mos eis geratur, desiderantibus amplius quàm ipsarum fert conditio, quàm virorum facultas, quàm honestas, quàm ordinum denicq; ratio. Nam & eius hodie vxor in aurea torque spectatur, quem, si merx iniuria cœli, aut quoq; casu corrupta fefellerit, esurire oporteat: infelix tamen vir hunc sumptum facere habet necesse, vsurus alioqui matrimonio, neq; concordi, neq; quieto. Cui malo, lata lege occurrere commodissimum est, atq; pernecessarium. Sed longius digressus, ad institutũ argumentum de conatu recurro, mihiq; peto, rem publicè vtilem persuadere obiter conato, fraudi id ne sit. In eo mea versabatur oratio, referebam exempla casusq;, qui-
58 bus conatus extra legum pœnas est. Quæ † sententia, id est vt impunitus conatus sit, non in factis modò ciuilibus, Glos. in l. si constiterit. in verb. tentauit. & ibi Bald. C. fini. re. Feli. trac. de conat. col. 3. vers. 7. fallit. quod proculdubio est, sed & in criminibus,
59 & quidem atrocioribus est recepta. Nam † Iulius Paulus libro duodequinquagesimo Digesto. l. qui falsam. & ibi Doct. de fals. Paris. cons. 169. nu. 24. & si considerata. vol. 4. falsæ monetæ percussæ, eum, qui non formasset, suffragio iustæ pœnitentiæ pœnalegis
60 gis Corneliæ coërceri negat. Idemq; in veneno quidam responderunt, Angel. l. 1. §. fit iniuria. ff. de varijs & extraord. crimi. Augus. in additi. ad Ang. in tract. malef. verb. ex interuallo. Barba. cons. 33. vol. 2. Cepo. consi. vlt. per totum. Butr. c. 1. de rescript. Franci. Cre. sing. 49. Deci. l. non vult. & ibi in add. ff. de diuers. reg. iu. Thõ. grã. voto 3. & vo. 30. Carerius. prac. cri. §. homicidij. nu. 97. Nam dati mali veneni, nisi inde is, cui datum est, extinctus sit, nullam pœnam esse placuit.

placuit. Et hanc sententiam magis receptam esse, Barbatia lib. 2. respon. d. cons. 33. author est, quod maximè opinandum est, cùm lege cuiusq; Ciuitatis, vt pleruncq; sit, pœnæ irrogantur. Nam quotiens iure Municipali
61 pœna descendit, consumatum esse delictum
62 oportet. Cœpti † enim nulla animaduersio Bart. l. 1. ff. de iica. Inol. c. 1. de præsum. Feli. d. Tract. de cona. col. vers. fallit octauo. est, quod ius moribus omnium Gentium receptum creditur. Spec. tit. de accusat. §. 1. quid si, in fi. Doc. l. 1. ff. quod quisq. iur. Fe. d. vers. fallit octauo. In hanc verò sententiam idcir-
63 cò itum est, quia † cœptum delictum pro consumato haberi fictionis Fel. d. vers. fallit
64 octauo. est, verba † autem legis Municipalis, verè non fictè accipi oportere, inter omnes constat. l. 1. §. hæc verba. & ibi Bart. ff. de
65 neg. gest. Fel. d. vers. fallit octauo. Hanc † causam esse putat Bartolus, l. 1. §. diuus. ff. de iica. quamobrem in Italia delicta, quæ consumata non sunt, impunita maneant. Municipiorum quippe, ac proprio cuiusq; ciuitatis iure pœnæ constituuntur. Denicq; non modò affectum in delictis atq; adeò conatum non puniri, sed neq; factum ipsum, nisi
66 perseueret. Nam † vulgò dicere solemus, factum non videri, quòd factum non duret. l. item. §. quod si actor. ff. quod cu. vniuers. l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem ver. l. alia. C. quib. vt indig. cum simil. Vide. Tiraq. l. si vnquam. verb. susceperit liberos. num. 175. C. de reuocand. donat. post Marsil.
67 l. fi. nu. 152. cum seq. Sic † compeditum, qui inito fugæ consilio extra custodiam euasit, si postea redeat, non puniri ait Baldus. l. 1. col. 3. C. de ædili. actio. l. 1. col. 5. C. de ser. fugit. Stepha. Bertran. cons. 61. non puto. in fi. lib. 2. Marsil. l. is qui cum telo. nu. 54. C. de iica. Tiraq. d. verb. susceperit liberos. nu. 179. quasi qui reuersus est, fugisse non videatur.
68 Vt † est in eo quoq; responsum, qui à Magistratu iussus domo emigrare, rebus inde suis ablatis, vbi emigrasset, eodē mox regressus est. Nam pœnam, quæ in cōtemnentem Iudicis præceptum statuta esset, ab eo rectè exigi placuit, Bart. l. sicut. §. superuacuum. col. 3. vers. redeo ad ordinem. ff. quib. mod. pig. vel. hip. sol. Tiraq. d. verb. susceperit liberos. nu. 179. & meritò. Nec enim rei iudicatæ ab hoc paritum esse, qui rursus sit in-
69 gressus, non † magis quàm ab ijs, qui mœnia ciuitatis suę decreto Principis diruere iussi, ea cùm diruissent, alia postea extruxerunt. Mœnibus enim eam Ciuitatem carere perpetuò oportere, decreto Principali consequens esse, Dynus, Cynus, Bartolus, Baldus, Salycetus & plericq; omnes scribunt. l. seruus. per ill. tex. C. de pœn. Tiraq. d. verb.
70 susceperit liberos. nu. 181. Vt † in illa specie, cùm præses prouinciæ sub vinculorū pœna reddi domino seruum præcepisset, perpetuò vinctum seruum esse debere, Imperator Alexander lib. 9. Principalium Constitutionum Catullo rescripsit: d. l. seruus. eo videlicet perpenso, quod Præsidis sententia nullam temporis præfinitionem contineret.
71 Sic † item euenire, certo pecuniæ modo in domus emptionē ecclesiæ legato, non enim satis fieri legantis voluntati, si empta domus. postea distrahatur, vt si nec empta esset. Bald. l. si quis ita. C. de pact. inter. empt. & vend. Socin. cons. 76. visa. col. 2. vol. 1. & cons. 133. profecto. col. 2. Perpetuam enim causam & hoc defuncti consilium habere,
72 nec finiri tempore palam est. Illud † quoq; receptum est, vt, qui alicunde exulant, illac iter facere non prohibeantur, neq; in illa Ciuitate, vnde essent exacti, cibum capere vetentur. Nellus. Tract. banni. 1. par. 2. tem-
73 poris. q. 58. Amplius † in eo responsum est, qui in paciscenda pace in eam Ciuitatem, in qua is, cum quo gessisset inimicitias, degeret, non venire, certa constituta pœna promisisset, in seq; recepisset: nam quo minus trium quatuórve dierum in ea Ciuitate hospicio saluis pactionibus vti, ei aliò proficiscenti liceat, nulla dubitatio Petrus Ancha. Cons. 74. Viso diligenter. ad finem. & Arg. l. quicquid calore. ff. de diuers. reg. iur. est, & meritò, nam breuis in loco mora non
74 consideratur. Perinde † quippe haberi qui quoquam venit, confestim inde recessurus, ac si illo ne venisset quidem, idq; Petrum Ancharanum Cons. 75. Viso diligenter. col. vlt. per c. 1. extra de ludi. Tiraq. d. l. si vnq;. sup. ver. susceperit liberos. nu. 176. C. de reuoc. dona. scripsisse lego, quæ sententia Baldi fuit. Cons. 299. proponitur. in prin. lib. 2. per l. Cæsar. ff. de publi. Tiraq. sup. d. verb.
75 susceperit liberos. d. nu. 176. Nec † minus ex aduerso dici solet: non videri abesse eum, qui confestim rediturus sit, quod & Petrus Ancharanus Cons. 90. Considero etiam. in fi. per l. ex facto. ff. de hæred. instit. Adde. l. seruis vrbanis. de leg. 3. & l. cum antiquitas. ibi. ex breui temporis interuallo. C. de test. ait, & Angelus Perusinus adnotauit. d. l. cū antiquitas. per ill. tex. & per l. si longius. §. si filius. ff. de iudic. & l. penul. in fi. ff. de vaca. mune. Tiraq. d. ver. susceperit liberos. & d.
76 nu. 176. Huc † spectat quod Innocentius iiij. Pontif. Max. lib. 1. epistol. Decretal. c. prudentiam. de offi. deleg. in illa specie scripsit.

Cùm

Cùm est pluribus mandata causæ alicuius cognitio, vulgari illa potestate facta, qua licet quibusdam absentibus, alijs, qui adsunt, mandata iurisdictione fungi, & ita ius reddere. Ait enim hac facultate præsentes non vsuros, si, qui absunt, breui reuersuri proponantur, tanquam ilico reuersuri, sicuti
77 dictum est, nec abesse videantur. Quod† mihi & Stanislao Narcusio faciendum nuper fuit, quibus cùm simul atq; Ioanni Domanouio Mednicensium Antistiti, Rex noster causam quandam cognoscendam mandasset, Ioanne Domanouio Antistite absente, Vorniam in sedem suam profecto, nec diutius abfuturo, ei rei sedere, nostriq; copiam litigantibus facere noluimus. quod etiam atq; etiam obseruandum est mandatam iurisdictionem exercentibus, rectè atq; ordine facturis, si se haud faciles exhibeant, morémve litigatoribus gerant tractari causam desiderantibus, collega absente, & post paucos dies redituro, cuius fortè personam parum sibi propitiam siue actor siue reus
78 existimauit. Conuenienter† superioribus Salycetus l. 2. colum. antepenult. C. de pedā. iudi. per d. l. si longius, scripsit Magistratum, cui ex necessitate abfuturo iurisdictionem suam alij mandare legibus l. 1. ff. de offici. eius. concessum est, ita demum eo iure vsurum, si diutius abfuturus sit, quasi mox reuersurus, instar præsentis sit: Ang. d. l. cùm antiquitas. per ill. text. facit quod notat. Bartol. l. 1. versi. quæro quid si ille. ff. de offic. consu. Deci. d. l. 1. numer. 68. ff. de offic. eius. Quam sententiam Philippus Decius d. l. 1. & numer. 68. de offic. eius. & alij Tiraq. d. verb. suscepérit liberos. num. 177. veram
79 putant. Hoc† amplius sciendum est, illud tempus absentiæ attribui, cùm adhuc quidem in Ciuitate Magistratus est, sed iter adornat, sarcinulasq; componit, quod Ioanni Andreæ in addi. Spe. tit. de iurisd. om. iu. in addi. incip. ex necessitate. per l. ab hostib. §. sed quod simpliciter. ff. quib. ex caus. maio. placuisse Alexand. Tartagninus libr. 1. Digest. d. l. 1. col. 17. ibi in gl. in verb. pro-
80 ficiscatur. refert. Et† contrà, cùm reuersus rebus suis componendis distinetur, & se de via quodam modo colligit. Nihilo enim magis mandatam iurisdictionem ea re ces-
81 sare, quasi & id tempus absentiæ sit. Paruit† quippe referre, absit Magistratus, an præsens quidem sit: foro tamen dare operam nō possit, & partibus suis fungi. Quam sententiam Cyni d. l. 1. in 7. 8. & 9. q. de offic. eius. esse Alexander Tartagninus lib. 1. Digest. d. l. 1. col. 16. ver. in glos. in verb. proficiscatur. de offic. eius. apud Papinianum refert.
82 Et† sanè hæc exigua temporum momenta, adeò negligi despiciq; legibus solent, vt ne deiectus possessione is videatur, qui mox eam recuperauit, Bald. l. licet. C. de except. Tiraq. d. verb. suscepérit liberos. nu. 180. nec contrà, possessionē is nactus, qui eam post
83 modo amisit. Quare† arbitri sententiæ obtemperasse ille meritò nō creditur, qui possessionem restituere iussus, eandem, cùm restituisset, occupauit. Idem Bald. post Iacob. Are. & Oldrad. l. Titio centum. per ill. text. ff. de condi. & demonst. Tiraq. d. verb. suscepérit liberos. nu. 182. Illudere quippe hunc arbitri sententiæ, non parere videri.
84 Nihil† enim consequutus debet existimari, qui possessionem adeptus, mox ea excidit: vt nec æger pristinam valetudinem recuperasse intelligitur, qua non diu vsus propo-
85 nitur. Quare† Medicum, qui ob hominem sanandum certum pecuniæ modum sibi dari pactus est, homine ita sanato, vt modico interiecto tempore in morbum reciderit, à mercede excludi vulgò placuit. In qua sententia post Dynum, Cynum, Raynerium, & alios quosdam vetustos scriptores, Bartolus, Baldus, Albericus, Salycet. Paulusq; Castrensis fuere: l. Marcius. ff. locati. quæ & crebrius recepta est. Spec. tit. de salar. §. vlti. post princ. Ioan. Andr. c. contractus. 2. q. de reg. iur. in mercu. Imol. Francis. Aret. Barb. l. si stipulatus essem abs te. ff. de ver. oblig. Petr. Anch. Abb. Barb. & Feli. c. præsbyterum. ext. de homic. Marsi. cōs. 7. Summi cœli. col. 2. vers. cùm ergò in casu. libr. 1. Tiraq.
86 d. verb. suscepérit liberos. nu. 180. Nostræ† quoq; disputationi deseruit, quod de natis & mox diem functis, de mortuis item & postea in vitam reuocatis vulgò receptum est. Nam & illos, vt nunquam in lucem editos, c. nam & ego. & ibi Ioan. Andr. & Abb. de verb. signifi. Tiraq. d. l. si vnquam. verb. suscepérit liberos. num. 167. C. de reuoc. donat. & hos, quasi in rebus humanis nunquā esse desijssent; Glos. l. ex ijs. ff. de legib. per l. 3. ff. de diuorti. & l. qui ex liberis. §. plane. ff. de bono. poss. sec. tab. Bart. Alberi. Bald. & alij. d. l. ex ijs Angel. l. debitor. C. de senten. pas. Idem. Angel. Imol. & Alex. l. si marito. ff. sol. matri. Glos. seruus effectus. ff. de obligat. & actio. Barth. Brix. q. dominica. 54. esto quod aliquis sit resuscitatus. Ioan. And. c. fraternitatis. col. 2. verb. miraculum. & ibi late, Card. Alexandrinus. de frigid. & malefic. Alberi. late. l. inter stipulantē. §. sacram. colum. 2. Ver. s. expeditis oppositionibus. ff. de verb. obliga. & l. quod dicitur. post

Dyn.

Dyn. ibi. col. vlt. verſ. vltimo colligit. ff. de impenſ. in reb. dot. fact. Bald. Paul. Caſtr. l. interdicit. ff. de condit. & demonſt. idem Bald. l. 1. col. vlt. verſ. item incidit. C. de ſacroſan. eccleſ. Tiraq. d. verb. ſuſceperit liberos. nu. 170. haberi placuit, d. gloſ. & Docto.
87 locis proximè allegat. Secundum † quæ in ſpecie Lazari poſt quatriduum, quàm diem ſuum functus eſt, Chriſti Dei miraculo vitæ reſtituti ius matrimonij ſaluum ei fuiſſe, bonaq; hæredibus adempta ei reddi oportuiſſe, conſequens eſſe, conuenit inter om-
88 nes. Ibidem. Quod † quidam Guil. Laud. in extra ſuſcepto. verb. vacantium. Bald. conſ. 243. quidã nobilis. col. 1. lib. 1. Alberi. l. adeò. ff. de adqui. re. dom. Abb. d. c. fraternitatis. Romanus. ff. ſol. matr. Iacob. Zochus. rub. ext. de ſponſa. Tiraq. d. verb. ſuſceperit liberos. & d. num. 170. ad Eccleſiarum iura producunt, & non magno ſanè opæræ pretio ſcribunt, defunctos, qui reuixiſſent, ad ſacerdotia, quæ morte amiſiſſent, exclu-ſis nouis poſſeſſoribus, recipi. Hæc enim, vt quæ naturæ modũ excedunt, & in oſtentis ſunt, ocioſi hominis eſt argutando dilatare: Ex aduerſo autem in lucem editus, qui ſtatim interijt, pro non nato ne ſit, magnum eſt, id non neſcire, ac pulchrum certè operæ pretium. l. quod certatum. C. de. poſt. hæred. inſti. cum l. præcedenti. cottidianum hoc
89 quippe eſſe. Et † quidem in iure ſucceſſionis conſtitutum ſcio, eum, qui natus ſit, & mox extinctus, in ea cauſa eſſe, in qua erat
90 futurus, ſi diu ſuperſtes fuiſſet. In † illa ſpecie à Sigiſmundo primo Poloniæ Rege Cracouiæ, cùm ius profiterer, me conſultum repeto. Infans in manibus obſtetricis ſtatim, quàm natus eſt, deceſsit, ne vagitu quidem edito, quærebatur, patris antè defuncti hereditatem ad matrem ne transmitteret iure Ciuitatis ſuæ? & quia cum ſpiritu natus dicebatur, transmiſiſſe reſpondi. Sacræ enim Conſtitutiones d. l. quod certatum. cum d. l. præcedenti. poſt veterem iuris prudentiam l. quod dicitur. ff. de liber. & poſt. in ita extinctis idem, quod in ijs; quibus diuturnior vita contigit, ſtatuunt.
91 Sed † qui contraria ſententia vtuntur, Salomonis d. c. nam & ego. verbis, quod aiunt, tuentur, ſe matri vnigenitum dicentis: cui tamen alium filium fuiſſe proditum eſt. Sed quia non diu ſuperſtes fuerat, quaſi eo in lucem non edito, ſe matri vnigenitum Salomon dixit, tam breuia fraternæ vitæ ſpa-
92 tia pro nullis ducens. Conuenienter † his, defenſum à Ludouico Pontano Conſil. 263. viſo puncto cæteriſq; contentis. Tiraq. d. verb. ſuſceperit liberos. nũm. 77. lego quendam, qui in teſtimonij dictione ſe ſemper Lucæ in Hetruria fuiſſe dixiſſet: Nam licet Peſtilentis cœli noxam fugitans aliquot menſibus, vti conſtitit, Luca abfuiſſet: non eo magis periurio obſtringi, peruicit.
93 Tametſi † aliam hoc habere rationem videatur, vt non vbi quis caſu fortè ſit, ſed vbi perpetuò eſſe ſoleat, diſpicere debeamus. l. ſeruus qui. ff. de leg. 3. & l. ex facti. §. rer. ff.
94 de hæred. inſtit. Quod † extra perſonas, eſt in rebus conſtitutum. Nam ſi paterfamiliãs domum, quæq; in ea, cùm moreretur, forent, legaſſet, exactam à debitoribus pecuniam, quæ mox alijs nominibus collocaretur, Proculus libro trigeſimoſecundo Digeſtor. l. ſi ita legatum. de leg. 3. cap. 86.
95 negauit contineri. Qui, † ſecundum Labeonis diſtinctionem, ſpectari generaliter ait oportere, non vbi quid caſu ſit, ſed vnde abſit. d. l. ſi ita legatum.
96 Hac † ſententia me vſum repeto, cùm ex patria mea Alcagnitio ab Olito, quo præceptore poſt Sobrariæ exceſſum latinis literis ſum inſtitutus, conſultus Ilerdæ, vbi in artis boni & æqui ſtudijs primus eſt mihi labor exantlatus, & poſitum rudimentum, in illa ſpecie reſpondi, cùm quidam villam, quæq; ibi, cùm moreretur, eſſent, legaſſet. Nam dixi, mulas aratorias, quæ fortè tempore mortis Alcagnitij erant, legatario deberi. Eſſe quippe villici non Oppidani inſtrumenti, ſi quidem per eas villæ fundus coleretur. Itaq; non vbi eſſent, ſed vbi eſſe deberent, conſiderandum, idq; legibus eſſe conſequens. l. ſi chorus. §. 1. & d. l. ſeruus qui. & l. cui quæ Romæ. ff. de leg. 3. vt & poſtea iudicatum didici, nõ ſine magno famæ pudore eorum, qui legatarij cauſam oppugnabant, ſe à Tyrone, & tunc primum ad legum cognitionem adgreſſo ſuperatos æ-
97 grè moleſteq; ferentium. Conuenienter † meæ ſententiæ, cùm ſimilis caſus in Hetruria Florentiæ incidiſſet, diſtinguens, Paulus Caſtrenſis lib. 30. Digeſtor. reſpondit. l. huiuſmodi. §. legatum per ill. tex. de leg. 1.
98 Proxima † huic illa quæſtio eſt, de qua multùm ſanè inter veteres legum Magiſtros varieq; tractatum lego: ea ne cuiuſq; natalium cenſeatur origo, vbi caſu & fortuitu quis editus eſt, an quo loco parentum deſtinatione naſci debuit? id eſt vbi domicilium
99 illis eſſet? Bartolus † lib. 10. Principalium Conſtitutionum l. filios. de municip. & origi. fortuitam natalium originem non eſſe ſpectandam diſſerit: ſed parentum domicilium, eorumq; ciuem eſſe ait, qui naſce-

retur,

retur, eũ ijsq; munera facturũ, apud quos eius parentes domicilium constituissent, non vbi nasci ei contigit, idq; ait Impp. Seueri & Antonini AA. Constitutioni l. 1. de capti. consequens esse, qui in persona Sarmatinæ puellæ, quæ apud hostes concepta editaq;, cum matre, patre illic diem suum functo, reuersa est, rescripserunt, eam matris duntaxat conditionem sequi. Ita Bartolus. d. l. filios.

100 At † ego planè non video illam Constitutionẽ præsenti quęstioni seruire. Nam, vt matris quidem conditionem sequatur, d. l. 1. & in hoc Ciuitatem, l. assumptio. ff. ad municip. quæ ita suscepta est, suam & ipsa quoq; originem nihilominus habere debet: l. 1. in princ. ff. ad municip. de qua nihil quicquam loquuta est constitutio. Parum itaq; argutè Bartolum disputare, neq; quod de parentum domicilio dixit, quod quidem ad originem attinet, iure postliminij restitutam, principali constitutione adiuuatur: quæ cùm Sarmatinam materne censeri conditionis ait, & conuenienter originis, ad eam se refert Ciuitatem, vnde origo matri esset, non vbi domicilium, quod in proposito non spectari, constat: sicut nec patris spectaretur, si ab hostibus reuertisset. Fi-

101 lius † quippe, vt Domitius Vlpianus libr. L. Digestor. d. l. assumptio. §. filius. eleganter scribit: Ciuitatem, ex qua pater eius naturalem originem ducit, non domicilium

102 sequitur. Adde † quòd, Iulio Paulo authore, l. filij. §. 1. ff. ad Municip. vidua mulier amissi mariti domicilium retinet. Nihil itaq; interfuisse, Sarmatina, hac quidem parte, vtrius magis parentis conditionem sequeretur, eandem originem, si domicilium spectaretur, habitura. Quapropter Bartoli argumentationem ab re multum atq; à veritate distantem non sequor, cui nec ipse, parum videlicet subtilibus huiusmodi argutijs fidens, suam accommodauit authoritatem: vt extremis disputationis verbis ingenuè professus est.

Confutata paucis Bartoli argumentatione, an vera ipsa sententia sit, confirmarique quaqua ratione possit, non erit absq; operæ pretio dispicere. Permagna quippe

103 ea quæstio est, nec infrequens, cùm † pleræq; Ciuitates eo passim iure vtantur, quod admodum in Italia scio receptum, vt vnde cuiq; origo ducitur, ibi in collegia cooptari, honores gerere solitus sit, ascitis ciuibus, & quibus aliunde traheretur origo, ab hoc

104 beneficio longè lateq; submotis, idq; † contra Quiritium morem, qui, vt nascentem Rempubl. nomenq; Romanum atque Vrbem orbi imperaturã, magis magisq; proferrent, externam virtutem sunt reueriti, nec erubuerunt, peregrinis hominibus ciuibus suis posthabitis, publicam rem gerendam mandare.

105 In † quibus M. Perpennæ, magno omnium consensu summum Consulatus Imperium delatum constat, qui Rege Aristonico capto, tributi sibi honoris abundè populo Romano gratiam retulit. Crassianæ idem

106 stragis punitor. Sed † & ante hunc Tarquinius priscus, vt mittam natalium sordes & paternum probrum, nam & mercatore patre & exule genitus fertur, peregrinus & ipse, Corintho quippe ortus, dignus est habitus, quem Roma sibi Regem asciscceret, haud quaquam pœnitentiam actura, Repubi. ab eo, dilatatis Imperij finibus, diuorumq; cultu, nouis sacerdotijs adaucto, amplificato senatu, equestri ordine vberiore relicto, per summam virtutem atq; pieta-

107 tem gesta. Nec † hæc de Municipum sublectione insolens lex, intra profanos honores se continuit, ad aras quippe diuorum producta, Dei immortalis templis morem imponit, &, ne cui in aliena Ciuitate sacerdotio præesse liceat, cauet. Omnia Ciuibus, vnde cuiq; origo sit, externa industria atq; pietate submota, occupaturis.

108 Quam † consuetudinem iamdudum Innocentius iij. ejus nominis Pontifex Max. Constantinopolitano Patriarcha, qui certam quandam nationem ad suam Ecclesiam tantùm admitteret, grauiter reprehenso, non immeritò antiquauit, indignum ratus à Dei sanctuario, acceptos Deo homines arceri, ea vna re exclusos, non sine naturæ suggilatione, quod non hoc potius aut illo loco nati essent, minus plerunq; idoneis, obtentu originis eo, vnde hi submouerentur, ascisendis. Innocentij ea de re lib. 3. epistol. Decret. c. ad decor. de instit. extat Constitutio. Sed enim, quia ea complures Gentes per Pontificum indulgentiam solutæ, prerogatiuam originis vsurpant, suprà scripta quæstio æquè propemodum in sacris atq; profanis honoribus adipiscendis videri potest necessaria. In qua quidem, vt eo

109 redeat, vnde digressa est oratio, qui † fortuitum nascendi locum spectari negant oportere, Salùij Iuliani sententia vtuntur, qui libro trigesimo Digestor. d. l. huiusmodi. §. legatum. in illa specie, cùm testator fundum & mancipia, quæ suæ mortis tempore ibi forent, legasset, ancillam, quæ in illo fundo esse consueuerat, in fuga, cùm testator mo-

reretur,

reretur, enixam, legato cedere respondit. perinde enim habendum ait, ac si moriente patrefamiliâs in eo fundo, vnde aberat, fuisset, & conuenienter, quia partus ventrem sequitur, d. §. legatum. pro eo haberi, ac si, qui in fuga editus est, eo loci, vnde mater abfuisset, natus proponeretur, idq; propter patrisfamiliâs destinationem atq; voluntatem, quæ, vt Domitius Vlpianus libro duodetrigesimo Digestor. l. ex facto. §. rerum. de hæred. institut. eleganter scribit, in huiusmodi quæstionibus totum facit. Sic quoq; in liberis, inquiunt, parentibus spectari ipsorum animi destinationem consequens esse, id est quò se fortunasq; suas domicilij constituendi gratia recepissent: non autem fortuitum editi partus locum, vt nec in ancilla, fugæ. Ad hunc modum Petrus, Cynus, Nicolaus Neapolitanus, Baldus, Angelus, & plerique apud Iulianum libro trigesimo Digestor. d. §. legatum. disputant. 110 At† putet aliquis, præter patrisfamiliâs destinationem, locum, vbi esse ancilla consueuisset, legem considerasse: Inspici quippe Iuris interpretatione, vbi quidq; esse soleret, non vbi fortuitò esset. Quod est in multis quæstionibus responsum. l. si ita. cum ll. alleg. ibi in gloss. de leg. 3. Et ita quidem prima specie videatur, penitus tamen perspicientibus aliud foret dicendum. Propterea enim morari ancillam in eo fundo solitam existimare debemus, quòd dominus ita constituisset, totum itaq; id à patrisfamiliâs destinatione pendere atq; con- 111 silio. Igitur † constat inter supra scriptos Doctores eius quenq; municipem esse, vbi larem atq; domicilium illius parentes haberent, non quò vi forte maiori, quam Græci βιαιοδιαστῶν appellant, l. si merces. §. vis maior. ff. locat. compulsa mater aut voluntate ducta, quacunq; ex causa, sese recepisset, quóve commeans puerperij tempore deuenisset, secundum quæ de liberis ciuium quorundam Patauinorum in aliena Ciuitate, cùm ibi forte iuris profitendi causa parentes agerent, susceptis pronunciatum esse, Paulus Castrensis refert. d. §. legatum. Quippe quos municipes Patauinos fore: placuit. tantundem in sua persona obseruatum, Fe- 112 linus † libro primo epistolarum Decretalium c. Rodolphus. numero decimoquarto de reseri. scribit. qui Ferrariensium, apud quos ipsius parentes domicilium habebant constitutum, municeps est iudicatus, & propterea, quod inde ortis lege municipali solis licet, in Iuris consultorum ibidem est cooptatus Collegium, quãuis Felina, Oppidum in agro Rhegino, fortuitu, vt ait, natalis ei locus fuisset: quod & in alijs pleriſq; claris eruditione viris obtinuisse, idem d. c. Rodolphus. author est. Quæ exempla, vt mihi quidem videtur, haud sanè magnum momentum adferunt præsenti disputationi. Nam quos quisq; natos apud se ob præclaram literarum alteriúsve magnæ rei singularem scientiam exoptassent, ijs facilè assensuros ius suæ Ciuitatis atq; originem vindicantibus.

113 Nota† est inter septem Græciæ Ciuitates de Homeri patria vetus contentio, duobus illis celebrata exametris.

Septem vrbes certant de stirpe insignis Homeri:
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamm, Ios, Argos, Athenæ.

Alijs fortè parentum sedes atq; domicilium intuentibus, alijs apud se natum allegantibus. 114 Quam† ego rationem sequutus nuper, Romæ cùm essem, Michaeli Rabastenio Alcagnitij, municipij mei, originem sibi asserenti, quod ibi fortuitu, matre ob pestilens cœlum domo profecta, editus esset, haud grauatè adnui, hominis elegantia literisq; & singulari probitate delectatus. quam causam fuisse Duúmviris Viuelijs putauerim, vt eum pro municipe nostro ducerent, &, quæ illorum potestas est, suffragio suo subiectum in Collegium, ab Andrea Viue Bononiæ conditum, venire fa- 115 cilè paterentur. Quanquam † suos & ea sententia habet authores, Alex. & alij quos ipse refert. d. §. legatum. qui nascendi locum etiam fortuitum, nulla habita paterni domicilij ratione, putant inspici oportere. Quorum opinionem, contraria exposita, 116 commodum est ordine explicare. Et † eam quidem, qui primus asseruisse dicitur, Ioannes Imolensis manifestis constitutionis l. ciues de incolis. libro decimo, Cod. verbis, vt videtur, comprobat. d. §. legatum. & ibi Paul. Castrens. in lect. Patauina. & ibi Rapha. Comẽ. Alexand. ibid. sequitur. & idem Raph. Comen. l. cætera. §. fin. de leg. vnic. quæ breuiter Ciues quidem, inquit, origo, incolas domicilium facit. Igitur vbi quisq; nasceretur, inde ei originem fore, nihilq; ad rem pertinere, quo magis huius illiúsve Ciuitatis Ciuis quis sit, parentes eius apud hos illósve potius habeant domicilium, nisi ibidem natus proponatur. Ita Ioannes Imolensis, quicq; eum sequuti sunt pleriq; 117 disputant. d. §. legatum. Argumentum † ve-

rò de ancilla in fuga enixa, quod pro contraria ſententia proferebatur, ita diſſoluunt. Fundum, vnde ancilla profugiſſet, idcirco ſpectari dicunt, ne defuncti mens, ancillam in fundo, vnde fugerat, enixam credentis, eamq́, & conuenienter, quod ex ea natum eſſet, ad legatarium pertinere volentis: quo
118 quo modo fraudetur, néve, † quod iniquum eſſe & ipſe Baldus, d. §. legatum. contrariæ ſententiæ aſſertor, ait: ancillæ fuga legatario noxia ſit, quorum nihil accidit, ſi qua quiſq́ in Ciuitate naſceretur, eius ciuis eſſe dica-
119 tur. Nam neq́ iniquum id eſſe, nec † legis voluntati repugnare, quæ natiuitate originem cuiq́ quæri ait, d. l. Ciues. de incolis.
120 & l. 1. & l. adſumptio. ff. ad municip. Nec † firmius verò argumentum ex patriſfamiliàs deſtinatione ſumi, ijdem ſcribunt.

Negant nanq́ in ijs, quæ legis definitione conſtant, quale eſt in propoſito, cuius quis originis cenſeatur deſtinationem: in eo deſtinationem cuiuſq́ ſpectari oportere, aliter atq́ in ijs, quæ à voluntate noſtra proficiſcuntur. Vt, cùm quæritur, hæ illæue res ad hunc an ad illum fundum, ad hoc an ad illud patrimonium magis pertineant, ne conſequens ſit, aliquò proficiſcentibus, fortè Lutetiam Pariſiorum, larem illò ac domicilium translaturis, qui liberi in itinere ſuſciperentur: eos propter parentum deſtinationem, ciues eſſe Pariſienſ. quod abſurdum eſſe Raphael Comenſis ſcribere refertur. d. l. cætera. §. fin. Franciſ. Ripenſ. tracta.
121 de peſt. part. 2. numer. 185. Quem † ego mirari ſatis nequeo, hominem alioqui non inargutũ, nec inſubtilem diſputatorem. Sed quandoq́ bonus, vt ait ille, dormitat Homerus. Quid enim? vt nuda parentum deſtinatio aliquò domicilium transferre volentium, ad filiorum originem conſtituendam quicquam valeat, neq́ Bartolus, neq́ alius quiſpiam ſupra ſcriptam ſententiam ſequutus dixit, nec vſquam relatum eſt: ſed illud, quod quidem à Bartolo dictum conſtat, l. filios. de municip. & origi. libro decimo Cod. eius Ciuitatis, vbi parentes habeant domicilium, liberos, qui illis naſcerentur, Ciues eſſe, etſi alio fortè loco eos edi contingat. In qua ſententia Petrum, veterem ſcriptorem, Cynum, Nicolaum Neapolitanum, Baldum & Angelum fratres fuiſſe, Alexander Tartagninus refert. d. §. le-
122 gatum. Quomodo † verò domicilium conſtituatur, non eſt difficile definire. Sanè in primis animi deſtinatio eſt neceſſaria, fixumq́ patriſfamiliàs conſilium, quo loci domicilium habere malit, rem hoc amplius & factum accedere lex exigit, quæ niſi intercedant, negat l. domicilium. & l. eius. §. celſus. ff. ad municip. conſtitui domicilium. Quod quidem non de qualiquali re factòve exaudiendum eſt. Nam Impp. Diocleti. & Maximian. AA. ſuo reſcripto, larem rerumq́ ac fortunarum cuiuſq́ ſummam conſtitui deſiderant. l. Ciues de incolis. l. 10. Cod. Vnde rurſus non ſit, ſi nihil auocauerit, receſſurus. Nudæ itaq́ patriſfamiliàs deſtinationi id totum tribuere, quod Raphael Comenſis Bartolum alioſq́ ſcribere falſò refert, d. l. cætera. §. fin. retert Franciſcus Ripenſ. loco & numer. prox. allega. 185. perquàm abſurdum eſt. Nec contrà eſt, quod Marcellus libr. L. Digeſtor. l. nihil. ad municip. nihil vetare ait, quo minus, vbi quis velit, domicilium habeat. Illud enim abſq́ facto domicilium habere volentis, accipi non debet. Glo. d. l. ciues. in ver. larem. Oportere itaq́ eum, qui cuiuſquam ciuita-
123 tis incola eſſe vult, illò venire. Animo † quippe & corpore opus eſſe domicilium conſtituere cupientis, vt poſſeſsionem adepturi, cui, vt Accurſius apud Iuſtum Paulum Gloſ. 1. d. l. domicilium. rectè putat, haud diſsimilis eſt. Igitur alterutro nihil agi, neq́ per ſe animo, neq́ per ſe corpore,
124 conſequens erit. Quod † Pomponius lib. L. Digeſtor. l. pupillus. §. incola. de verborum ſignificatione ſcribens, cap. 238. declarat. Incola eſt inquiens, qui aliqua regione domicilium ſuum contulit, quem Græci παρόικον appellant, nec tantùm hi, qui in Oppido morantur, incolæ ſunt, ſed etiam qui alicuius Oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum ſe, quaſi in aliquam ſedem recipi-
125 ant. Quæ † definitio generaliter ſequenda eſt, ſiue rebus ſuis, id eſt maiore parte fortunarum inſtructus quis tranſeat, ſiue animo deſtinato ſit, eò loci, quò ſe recepiſſet, perpetuò viuendi; quibus duobus modis domicilium quæri iamdudum conſtitit. d. l. ciues. & ibi gloſ. in verb. larem. & in verb. ſummam. & Paul. Caſtrenſ. l. 2. C. vbi Senat.
126 vel clariſ. hoc † ſignificat conſtitutio, d. l. ciues. cùm larem conſtitui exigit. d. gloſ. in verb. larem. illud cùm rerum fortunarumq́
127 ſummam, d. gloſ. in verb. ſummam. modò † ſciamus, quod de rerum ſummaatq́ fortunarum dictum eſt, quo magis, qui ſeſe aliquò rebus ſuis inſtructus contulit, ibi domicilium habere dicatur, hoc amplius Baldo l. vnic. numero ſeptimo, C. vbi de criminibus agi opor. & Angelo Conſ. 27. quidam victor.

dam victor. authoribus, desiderari, vt assiduè eo loci versetur. Nam hoc principalis constitutionis d.l.2. C.vbi Senat.vel clariss. verbis,vtrunq; desiderantis, cõsequens est. Quam sententiam Nicolaus Abb. c. fi. nu. 8. de paro. Marianus Socinus c. fi. de foro comp. Felinusq; c. dilectus. 2. numero vndecimo,de rescript.probant,& ego sequor. Celsiq; definitioni apud Domitium Vlpianum libr.L.Digestor.d.§.Celsus. eam con-
128 gruere puto in eo,qui † duobus locis æqualiter instructus esset, factum notantis, vno non minus, quàm altero loco commorandi, quo magis vtrobiq; domicilium constituisse dicatur, quasi quo loco infrequens quis sit, domicilij ibi constituendi absit consilium,vt eo loci maximè instructus esse proponatur. Alciati itaq; præceptoris sententiam non probo, apud Pomponium lib. L.Digestor.l.pupillus. §.incola. de verbor. signific. idoneam esse coniecturam existimantis, quo magis quis quodam loco domicilium elegisse videatur, quod cum re-
129 bus suis & familia eò demigrasset. Id † enim dicentibus consequens fore, qualibet calamitate pulsos domo,quo se conferant,quærentes, quocunq; pedẽ intulissent, ibi continuò, contra animi sui propositum, domicilium habere, quod electione cuiusq; contingit, d. §. Celsus. & d. l. ciues. non fato ac
130 fortuna quadam,illò aut illò venientis. d. §. Celsus. Neq; † enim dixerimus, Aeneam in Macedonia,quò primum Ilio eiectus,aut in Sicilia, quò postea delatus est, domicilium tulisse, alióve quouis loco vbi, priusquam in Italiam peruenisset, fortè soluit. Quan-
131 doquidem,† sicuti dictum est, absq; proposito ac mente perpetuò alicubi manendi domicilium nemini quæri constitutum d.l.
132 ciues. est. Quod † in eo,qui studiorum causa,confecto eorum curriculo ad suos reuersurus, aliquò venisset, Dynus arg. l. quæsitum. §.1.de leg.3. l.nihil. ff. de capti. Bart. l. lex Cornelia.d.§.si tamen. ff.de iniurijs. putauit. Negat quippe eum vlla temporis diuturnitate domicilium eò loci habiturum, vnde quandoq; abeundi propositum sit, idq; Angelus libro quinto Digestor. l. hæres absens. §. 1. de iudic. verum putat.
133 Enimuerò † quibus decennio, qui ea mente venisset, domicilium constituisse creditur, illorum sententia in eo casu à Bartolo d. §. si tamen. accepta est, cùm in obscuro est, animum ad suos redeundi deposuerit,an ad-
134 huc retineat. Vt contrà, † qui statim veniens, facta animi sui contestatione, sedes fixit,etsi maximè studiorum causa,tanquam quandoq; rediturus ad suos, domo profectus dicatur, domicilium ilico constituisse intelligendus est. Quod est generaliter receptum in omnibus qui aliquò se contulissent. Facta enim animi sui contestatione, se eò loci perpetuò viuere velle, ex continenti domicilium ab eis constitui. Quod & Alciatus d. §. incola. apud Pomponium libr.L.Digestor.probat,& rectè. Temporis enim diuturnitas ad voluntatis coniecturam, non ad domicilij constituendi ne-
135 cessitatem pertinet. Idcircò † Dyni sententiæ conuenienter fieri, vt vnde quis quandoq; migrandi consilium habet, ibi nullo temporis cursu domiciliũ contrahat. Cùm,
136 cuius † animus in obscuro est, hærere quodam loco velit, an aliò se postea conferre, ei,exacto decennio,sicuti modò scripsi, do-
137 micilium quæratur. Enimuerò, † cuius qualis qualis voluntas domicilij constituendi illo aut illo facto apparet, tempus de-
138 cennio angustius exigi placuit, quod † in eo qui maiore parte fortunarum suarum instructus aliquò venisset, Angelus ex facto consultus respondit,d. consil. 27. & Felinus probat. d. c. dilectus. Secundum quod, quæ proximè diximus, accepta sunt, eo scilicet semper desiderato vt, qui rebus suis instructus aliquò venit, diutius ibi com-
139 moretur, cùm in † lare constituendo, id est, cùm quis nullis rebus instructus aliquò venit,nuda cuiusq; contestatio, in quamlibet regionem,mente ac consilio nunquam inde recedendi, sese recipientis sufficiat. Paul.Castrens. d. l. 2. & d. gloss. in verb. la-
140 rem. Ita † exaudiendum est, quod Marcellus de habendo, quo quisq; loco velit, domicilio scripsit, d. l. nihil. quod & casus, quem excepit, declarat. Ita enim, vbi quis velit,domicilium habere licere,ait,nisi quo interdictum ei sit,ex qua exceptione intelligitur, animi destinatione, vt sæpe dictum est, nisi quis pedem etiam loco inferat, domicilium non constitui. d. glos. in verb. larem. Nemini quippe interdici, ne quem locum incolere velit, sed ne incolat. Coar-
141 guitur †, itaq; non obscurè Raphaelis Comensis error,dum Bartolum aliosq; in suprà scripto originis articulo carpit, existimantis, quasi eorum id sententiæ consequens sit, nuda absentis voluntate domicilium quæri, solaq; mente ac proposito alicunde emigrantis in ea Ciuitate,quò nondum se appulisset, domicilium constitui.
142 Cùm † duo illa exigi, vt est suprà dictum, constet, destinato esse animo, loco vno aliquo certo, nisi quid inde necessariò auocet,

perpetuò morandi, item eò pedem inferre. Nam si domicilium, vt ait constitutio, d. l. Ciues. incolam facit, quomodo eius quis regionis incola erit? quam non modò non incolit, sed ne vestigium quidem in ea fixit?

143 Enimuerò, † quod de rerum ac fortunarum summa ait Constitutio, d. l. Ciues. id ad coniecturam mentis capiendam pertinere, suprà apparuit, si mora longior in eo loco, quò se quis recepisset, intercedat. d. l. 2. vbi Sena. vel clarís. Bald. d. l. 1. d. num. septimo.

144 Cuius † rei, Nicol. Abb. authore, d. c. fin. de paro. eius, qui iurisdictioni præest, erit inspectio, pro qualitate personarum nunc angustius, nunc laxius tempus desideraturi, quandoq; mox pro incola habituri. Abb.

145 d. c. fin. de paro. Quod † in illa specie Nicolaus Abbas post Henricum Cardinalem Hostiens. libro tertio epistolarum Decretalium d. c. fin. respondit, cùm quis domum, aut villam, eò loci, quò se contulit, emisset, alióve rerum soli, nam quin tali facto sedem ibi ac domicilium collocasse videatur, nullam esse putat dubitationem.

Quàm sententiam ancipitem apud me reddit, quod lib. L. Digestor. l. libertus. §. sola. 2. ad Municip. Papinianus scribit: qui sola, inquit, domus possessio, quæ in aliena ciuitate comparatur, domicilium non facit.

146 Quin † autem ipsa per se omnium fortunarum maiorisve partis, vt suprà disserui, inuectio illatioq; domicilij constituendi propositum non demonstret, ambigendum d. l. 2. vbi Senat. vel clarís. Bald. d. l. 1. vbi de crimi. agi oport. Angel. d. consil. 27. Felin. d. c. dilectus. non est.

147 Licet † ex aduerso, vnde rerum suarum omnium, ac fortunarum summam quis euexisset, continuò ibi domicilium habere desinere, magnis authoribus placeat. Innoc. c. extransmissa. de renuncia. Bartol. l. adsumptio. §. viris. ff. ad municip. & d. l. domicilium. Abb. d. c. fi. hactenus ad id, quod de patrisfamiliâs destinatione erat dictum, responsum est. Quòd verò defraudari defuncti mens dicebatur, ancillam in fundo, vnde profugerat, parituram credentis, si in fuga enixa existimaretur, id nonnullum mihi quidem negotium facit, sed quo tamẽ defungi absq; magna opera licet: quanquam, vt à priore sententia Paulus Castrensis discederet, quam, cùm ius Bononiæ profiteretur, probauerat, ea vna ratio Patauij postea docentem peruicit, haud sanè idem

148 apud me valitura. Nam † etsi defunctus parituram extra fundum ancillam credidisset, Imò etsi in Vrbem venire eam moriturus iussisset, ibiq;, cùm de vita laboraret, enixam scisset: non eo minus legato cum partu cessurã. Neq; enim spectari, vbi quid ad tempus sit, sed vbi destinatione patrisfa-

149 miliâs esse consueuit. Nam, † vt Iulius Paulus libr. 32. Digestor. l. quæsitum. §. fi. de leg. 3. ait: rebus quæ in fundo sunt, legatis accedunt etiam ea, quæ tunc non sunt, si esse solent, nec quæ casu ibi fuerunt, legata existi-

150 mantur. Libet † ijs adijcere longam hac de re Domitij Vlpiani definitionem, qui libro duodetrigesimo Digestorum, l. ex facto. §. rerum. de hæred. instit. his verbis: Rerum, inquit, Italicarum vel Prouincialium significatione, quæ res accipiendæ sint, videndum est, & facit quidem totum voluntas defuncti. Nam quid senserit, spectandum est. Veruntamen hoc intelligendum erit, rerum Italicarum significatione eas contineri, quas perpetuò quis ibi habuerit, atq; ita disposuit, vt perpetuò haberet. Cæteroquin si tempore in quo transtulit in alium locum, non vt ibi haberet, sed denuò ad pristinum locum reuocaret, neq; augebit quò transtulit, neq; minuet vnde transtulit. Vt puta de Italico patrimonio quosdam seruos miserat in Prouinciam, fortè Galliam, ad exigendum debitum, vel ad merces comparandas, recursuros, si comparassent, dubium non est, quin debeat dici ad Italicum Patrimonium eos pertinere debere. Vt est apud Mucium relatum, cùm fundus erat legatus vel cum instrumento, vel cum ijs quæ ibi sunt. Agasonem enim missum in villam à patrefamiliâs, non pertinere ad fundi legatum Mucius ait, quia non id circò illò erat immissus, vt ibi esset. Proinde si seruus fuerit missus in villam, interim illic futurus, quia dominum offenderat, quasi ad tempus relegatus, respõsum est eum ad villæ legatum non pertinere. Quare ne serui quidẽ, qui operari in agro consuerunt, qui in alios agros reuerte vantur, & quasi ab alio cõmodati, in ea sunt conditione, vt ad legatum pertineant. Quia non ita in agro fuerãt, vt ei agro viderentur destinati. Quæ res in propolito quoq; suggerit, vt Italicarum rerum esse credantur hæ res, quas in Italia esse testator voluit. Proinde etsi pecuniam miserit in prouinciam ad merces comparandas, & nec dum comparatæ sint: dico pecuniam, quæ idcirco missa est, vt per eam merces in Italiam adueherentur, in Italico patrimonio inriungendam. Nam etsi dedisset in prouincia de pecunijs quas in Italia exercebat, ituras & redituras, dicendum est hanc quoq; Italici patrimonij esse rationem.

Igitur

Igitur efficere dici, vt merces quoq; istæ, quæ comparatæ sunt, vt Romam veherentur, siue prouectæ sunt eo viuo, siue nondũ, & siue scit, siue ignorauit, ad eum hæredem pertinere, cui Italicæ res sunt adscriptæ. La-
151 beo quoq;, † cuius opinionem lib. 34. Digestor. l. si vxori. §. fi. de aur. & argent. leg. Lauolenus refert, in ea specie cùm ita quidam legasset: ARGENTVM, QVOD DOMO MEAE ERIT, CVM MORIAR, & quæreretur, vtrum argentum, quod à testatore depositum esset, legato cederet? distinxit inter præsentis custodiæ causa depositum, & perpetuæ, & hoc non cedere, illud cedere respondit. Et enim ea verba, QVOD DOMO MEAE ERIT, sic, inquit, accipi debent, esse solebat. Quam sententiam & Lauole-
152 nus probat. d. §. fin. Superioribus † itaq; consequens est, in eo quidq; loco legum interpretatione esse intelligi, non vbi quandoq; sit, sed vbi perpetuò esse placuit, siue voluntate eius, ad quem illud pertinet, loco suo absit, siue eo etiam inscio, vt in casu de ancilla suprà allegato vsu venit, cuius fuga, accepto legum sensu, effici non potuit, quo minus legatario cum partu deberetur. Quia qui fundum, quæq; in eo sunt, legauit, ea complexus videtur, quæ in fundo esse consueuissent. Quapropter, vt quæ ibi casu adessent, haud amplius reddunt legatum,
153 ita nec, quæ abessent, angustius. Non † rectè itaq; & illud dictum, idcirco acceptam esse interpretationem, ancillam in fuga non videri enixam, ne consequens esset, illius facto, legatario noceri. Cùm tota eius rei definitio ex patrisfamiliâs pendeat destinatione, certo aliquo loco ancillam esse volentis, vbi, & cùm inde abest, esse debet intelligi. Falsum igitur fore, locum, vnde ancilla aberat, ideò spectatum, ne defuncti quoquo modo mens fraudaretur, néve ancillæ factum legatario damnum adferret, quæ longè aliter se habere, demonstratum est. His itaq;, quæ de defraudanda defuncti mente dicebantur, confutatis, ad id, quod proximè sequebatur, de patrisfamiliâs de-
154 stinatione, transeamus. Et † quidem, qui contrà disputant, multùm interesse aiunt, destinatio cuiusq; de ijs rebus sit, quæ nostra continentur voluntate, an de ijs, quæ legum definitione constant: illa enim arbitratu nostro mutari: hæc fixa manere atq; immota. Quare posterioris generis cùm sit originis inspectio, lex ad Muni. ff. & de incolis. libro decimo, Cod. tot. titu. quippe definit, quæ cuiq; origo sit, consequens est,
in ea constituenda patrisfamiliâs destinationem hîc magis, aut illic domicilium habere volentis spectari non debere. Fortius hoc quidem superioribus argumentum est, sed quod me, ne superiorem sententiam se-
155 quar, haud quaquam permouet. Nam, † vt verum esse fatear in ijs, quæ legis definitione continentur, legis non nostram spectari
156 destinationem. Illud † etiam nemo inficiabitur, legem in ijsdem nostræ se accommodare voluntati ac proposito.

157 Vnde † fit, vt licet quo quisq; loco contrahit, ibi iudicium suscipere cogatur. l. hæres absens. §. proinde. ff. de iud. tamen † in
158 eo, qui aliquò, inde confestim discessurus, venit, & ibi contraxit, aliud lex d. §. proinde. constituit. quæ hunc foro contractus eximit, inciuile rata, locum breuis moræ spectari, & aliò properantem iurisdictione distineri. Sic quoq; & in nostra quæstione fortuitæ moræ locum non spectari, sed do-
159 micilium consequens est. Nec † mihi quis dicat, si cogeretur se, quocunq; peruenerit, defendere viator, aut alius, qui præternauigat, durissimam eius conditionem fore. d. §. proinde. contrà quàm in originis disputatione euenit. quę si ex loco natali censeatur, nihilo magis nascentem onerat, quàm si inde ortus existimetur, vbi parentes domici-
160 lium habent. Nam † & ex diuerso esse quoq; durissimum, eum, qui cum viatore aut cum eo, qui præteruehitur, contraxisset, circumueniri, aut eius quærere domicilium cogi. Verius ergò est, & in ijs nostræ destinationi legem seruire, loco breuis moræ ac fortuitæ non inspecto, quod in multis quoq; iuris articulis responsum lego.

161 Nam † lege municipali, qua merces exoticas, salem, vinũ, frumentum aliúdve quiddam in Ciuitatem inuehere non licet, eum non teneri, qui commeans horum quiddam inuexisset, mox aliò translaturus, pleríque omnes scribunt. l. si quis post hanc. C. de ædifi. priua. & ibi gloss. Iacob. de Arena. & Cyn. item Bar. Ange. & Paul. Cast. l. cætera. §. sed & si quis. ff. de leg. 1. Alex. Imolen.
162 Cons. 433. vol. 4. visa inquisitione. Qua † ratione proscriptis hominibus, quorũ alioqui Municipiorũ legibus impunita est cædes, in Oppida, qua illis iter est, hospicij causa sine metu Magistratus ingredi licet. Nellus. tract. Bannitorum, in 1. part. 2. temporis. quæst. 58. pacto vel statuto. & Petr. de Anch. consil. 74. viso an diligenter. Marsi. l.
167 fin. numer. 153. ff. de iuris. omni iudi. Pro † eo enim habenda est breuis in loco mora, ac si, qui quoquam venisset, inde mox

receſſurus, illò veniſſe non c. certum. 11. q. 3. & c. ſi quis autem. 18. diſtinct. & 8. q. 1. c. 1. & Marſ. d. l. fin. num. eod. videatur. Tan-
164 tundem † in ſure reſponſum ſcio, cui rem furtiuam aliquò ferenti, ſicubi forte de via feſſus quietis cauſa aut capiendi cibi ſubſiſtat, parci placuit, omnemq; in eum iuriſdictionem ceſſare, Bald. poſt Bart. l. qui furere. ff. de ſta. homi. Marſil. d. l. fi. num. eod.
165 licet † ob continuam rei alienæ contrectationem furti pœna Bartolo l. ſi abducta. C. de furt. l. ſed nec. ff. de condi. furt. & l. ſi dominium. ff. de furt. Angel. tract. maleſic. in gloſſ. & veſtem cœleſtem. ibi. quæro quid ſi fur. authore quocunq; euntem teneat. In-
166 terſit † denicq; Reipub. nocentium facinora impunita non relinqui. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Quibus exemplis non illud tantùm diſcimus, breuis moræ nullam eſſe inſpectionem. d. c. certum. cum concor. Verùm †
167 etiam delinquentibus hoc tribui, vt non vbi ſubſiſtant, ſed quò tendant, lex ſpectet. Quod ſi in viro atq; vxore recipimus, fore vt, quocunq; eant, domo profecti, ſemper in locum domicilij contendere videantur.
168 Nam † inde cùm abſumus, peregrinari nos ait conſtitutio. l. Ciues. de incolis. libr. 10. Cod. &, eò cùm peruenimus, peregrinari deſinere. Toto itaq; tempore, quo à domicilio abſumus, pro iter facientibus ſumus habendi, quo numero, qui peregrinantur,
169 eſſe ſolent. Huc † pertinet, quod Trebatium & Labeonẽ in illa ſpecie reſpondiſſe, Pomponius lib. 35. Digeſtor. l. ſi quis ita. de condit. & demon. Ad quem tex. adde Bald. l. ſi pater. 8. q. C. de inſti. & ſubſt. Ia. l. non tantùm, circa finem. C. de lega. Marſil. l. fi. ff. de iuriſdict. refert, cùm quidam ita legaſſet: DVM VXOR MEA CVM FILIO ERIT: HAERES MEVS EI TANTVM DATO. Nam non eò magis, quòd patronum latitans, filio relicto, de medio diſceſſit, à legato matrem excludi putauerunt. Quippe quæ animum à ſe filium dimittendi ac propoſitum non habuiſſet, quod præſtare eam oportuit. cæterùm, vt omni momento cum liberis ſit, non exigi, quibus conſequens eſſe Bartholomæus Socinus ſcribit: d. l. ſi quis ita. Vnde quis reuertendi animo diſceſsiſſet, ibi eum præſentem ſemper fuiſſe exiſtimari. Quod accipere debemus, etiamſi diu abfuiſſe proponatur. Nam in breui reuerſis, animum redeundi Paulus Caſtrenſis, & Raphael Comenſis non deſiderant, d. l. ſi quis ita. eò tandem noſtra diſputatio redit, vt in libero-
rum origine non naſcendi locus, ſed parentum domicilium, vt eſt ſæpe dictũ, ſpecte-
170 tur. Nec † Franciſci, cui à Ripa cognomentum eſt, ſequor ſententiam diſtinguentis: Tract. de peſte. part. 2. num. 183. conceptus ſit in loco domicilij partus, nec ne, vt poſteriore caſu, naſcendi locus, priore, domicili-
171 um ſpectetur, quòd † qui in vtero eſt, vt Iulius Paulus libro primo Digeſtor. l. qui in vtero eſt. de ſta. homin. ſcribit, perinde cuſtodiri ſolet, ac ſi in rebus humanis eſſet. Id enim, cùm de commodis partus quæritur, eſt acceptum, d. l. qui in vtero eſt. & plerunq; nihil intereſt, eam ciuitatem quis patriam habeat, vbi natus eſt, an, vbi magis parentes haberent domicilium. Aut certè id totum ex futuro pendet, incertumq; eſt,
172 vtrius loci ciuem eſſe, ſatius ſit. Adde, † in originis cauſa diem puerperij, non conceptionis inſpici, quod Neratius lib. L. Digeſtor. l. eius 1. ad Municip. eleganter ait. Proinde tali diſtinctione vtendum non puto. Hæc quidem, ad aliorum diſputationem, quod attinet, cæterùm dicere nos poſſumus, ſuperiori ſententiæ, ſi rẽ penitus per-
173 ſpicimus, illud † occurrere, quòd originis cauſa natura non lege conſtare videatur.
174 Quod † Domitius Vlpianus l. aſſumptio. ff. ad Municip. declarat, cùm aſſumptio originis, inquit, quæ non eſt, veritatem naturæ
175 non perimit. Et † rurſus, d. l. aſſumptio. §. 1. filius ciuitatem, ex qua pater eius naturalem originem ducit, non domicilium ſequitur.
176 Nemo † autem neſcit, rerum naturam immutari vlla legum authoritate non poſſe. l. 2. §. 1. ff. de vſufruct. ea. rer. quæ vſu conſum.
177 Sed † hoc mouere neminem debet, neq; enim tam arctè naturæ demonſtratio accipienda eſt, vt ad cuiuſq; loci anguſtias, vbi quis natus diceretur, originis definitionem
178 contrahamus. Alioquin † ex vico ortis, Rem publ. cui vicus ille reſpondet, patriam non fore, quod nemo dixerit. l. qui ex vico. ff. ad
179 Municip. Sanè † Vergilio non Mantua, ſed Andes, Oppidum in agro Mantuano, nata-
180 lis locus fuit. Non † item Catullo Verona, quippe quem in Peninſula lacus Benaci natum conſtat, de vtroq; illud Martialis Doctorum quorundam virorum patrias commemorantis:

Verona docti ſyllabas amat vatis:
Marone felix Mantua eſt.

Naſo quoq; lib. Elegiarum 3. ſuam & eorum patriam celebrans ita ſcripſit:

Mantua Vergilio gaudet: Verona Catullo.
Peligna Gentis gloria dicar ego.

Retinen-

181 Retinenda † itaq; prior sententia est, quam magis receptam esse ac crebram, appellatione originis laxius accepta, quidam August. Ariminensis. l. huiusmodi. §. legatum. de legat. 1. Lancel. Decius. l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudic. Fran. Rip. vbi suprà d. nu. 182 183. authores sunt. Et † Baldus, d. §. legatum. ne hoc præteream, eandem quæstionem in grege tractat: si metu hostium aut latronum opilio vim fugiens, caulis relictis, pecus in alienum agrum cõpulisset. Nam quicquid ibi natum est, quasi in loco, vnde grex abest, natum esset, eius decumam vectigálve exsolui debere, consequens esse ait, antistite, aut domino agri, quò per fugam grex esset compulsus, eo nomine nihil laturo, quod & Ioannes Imolensis adnotauit. d. §. legatũ. idq; Dynum Iuliani sententiæ d. §. legatum. consequens esse ante alios scribere, Paulus Castrensis d. §. legatum. refert. Tantundem 183 † idem Paulus Castrensis apud Marcianum lib. 39. Digest. l. interdum. §. si propter. ff. de publi. in eo respondit, qui quid merciumaliarúmve rerum, metu prædonum aliquò inuexisset. Negat enim horum nomine vec184 tigal deberi. Quod † Bartolus l. 1. de naufrag. libro 11. Codicil. in ea specie probauit, cùm hostes quis, piratáve fugiens, cum rebus suis aliquò se recepisset. Nam huic, nullo exsoluto vectigali, inde recedere, resq; 185 suas auferre licere, scribit. Et † magna quidem ratione, inhumanum quippe esse, in aliena calamitate de rebus tam luctuosis e186 molumentum sectari. Idq; † Imperator Constantinus in naui vi tempestatis contra naui gantium consilium aliquò appulsa libro 11. Principalium Constitutionum respondit: fiscum suum à lucro vllo inde capiendo edita constitutione d. l. 1. repellens. Quod 187 † ad illum casum Bartolus producit, d. l. 1. cũ arescentibus per æstatem vicinorum fluminibus, ex proximis Oppidis ad nostras molettinas venitur. Sanè enim qui in ea causa essent, eos, tanquam necessitate famis ad nos venire compulsos, immunes abituros 188 Bartolus d. l. 1. scribit, & rectè. Nam † si famis necessitas sacris Constitutionibus idonea causa visa est, quamobrem patres filios suos filiasq; distrahant, C. de pa. qui filios suos dist. in ru. & nig. mirum esse non debet, si eadem vectigalis tribuat immunitatem, idq; Bartolus d. l. 1. significauit.

189 Nec † magnum est, hoc in vectigalis causa admittere, quæ iure ciuili continetur. l. ve190 ctigalia. ff. de publ. Et † plerunq;, id est quotiens, à Principe vectigal non constituitur, fraus in eo commissa omni probro tam naturali quàm ciuili caret. Bart. d. l. vectigalia.

191 Est † enim tantundem & in furto receptum, quod naturali atq; adeò diuino iure prohiberi, nemo nescit. l. probrum. ff. de verb. sig. & l. 1. in fi. ff. de furt. ob famem quippe furtũ permitti, placuit. c. si quis ,ppter. de furt. & ibi gl. & Doct. vt omnium sentẽtia impune sit fame perituro rem alienã, qua vitam toleret, auferre. d. c. si quis ,ppter. & ibi glos. &

192 Doct. Est † & illud inter hæc discrimẽ, quod in vectigalis causa lucrum quæritur, in furto autem damnum vitatur. Quæ latè constat differre, Feli. c. quoniam. nu. 8. de Simon. vt plus esse appareat, famis causa, furtum permitti, quàm vectigalis remissionem dari.

193 Etsi, † vt hoc obiter notem, parùm acutè dici videatur, furtum ob famem permitti, licet

194 ita loqui, in more sit. Famis † enim necessitas rem dominio cuiusq; eximit, facitq; esse cõmunem, Doct. d. c. si quis ,ppter. idq; tam diuino quàm humano iuri consequens esse: Bartolus lib. 14. Digest. l. 2. §. cum in eadem

195 ad l. Rodi. de iact. author est. Igitur, † vt socius re communi sine delicto vtitur, l. meritò. ff. pro socio. ita quoq; & ille, cui, si manum ab eo, quod alterius fuisset, abstinuerit, pereundum est. id in alimoniam necessariam, tanquam commune factum, impune auferet. Quæ sententia Nicolai Abbatis, c. quoniam. num. 5. de Simo. Ioannis Anagnini d. c. quoniam. & Cagnoli d. l. quæ ,p-

196 pter. ff. de diuer. reg. iur. fuit. Enimverò † si res, cuius propria fuisset, permaneret, nam pretextu necessitatis ab inuito auferre, nul-

197 lo iure liceret. Lex enim, quæ, vt ex Demosthene Marcianus lib. 1. Digest. l. 2. de legib. scribit, delictorum correctio est, delictum permittere quomodo possit? l. meminerit,

198 C. vnde vi. Quare † neq; Cyno, l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. neq; Baldo, c. 1. §. iniuria. col. fi. vers. sed pone. de pac. iuram. fir. alijsq; plerisq;, eosq; sequuto Decio l. vt vim. nu. 9. ff. de iust. & iure. & l. is damnum eius. de diuer. reg. iure. Adde Cagn. l. quæ ,ppter. de diuer. reg. iur. & Marsil. l. 1. nu. 92. ff. de sica. adsentior illum excusantib. qui potentioris iussu, mortẽ sibi cõminantis, nisi obtemperaret, hominem occidisset. Nec

199 † contrà esse, quòd vim vi defendere Iulio Paulo authore d. §. qui cùm aliter. & l. 3. §. ꝗd ait. ff. de incend. rui. & naufr. oẽs leges omniaq; iura permittant. Id enim extra personã vim inferentis, nõ intelligi, quod idẽ Iulius Paulus respondit. d. §. qui cùm aliter. ibi. illũ

200 enim solum. & † quidẽ cũ vis iniusta facta ,ponitur, etiam à Magistratu modũ muneris

sui prætergresso. Bart. Tract. qui sint rebelles. ver. si. rebellando. in princ. Paul. Castr. d.l. vt vim. & ibi. Deci. num. 24. Abbas. c. si quando de offi. de leg. Marsi. d.l. 1. nu. 82. de sica. vim enim iustam propulsare, à quocunq; adhibeatur, neq; ciuile, neq; naturale est. d.
201 l. vt vim. & ibi glos. & Doct. Vnde † proscriptis, in quos iure plerunq; Municipali cuiq; ciui necis potestas est, aduersus vim, si qua eorum vitæ adferretur, salutem suam tueri non licere, quidam Bart. Ang. Paul. Castra.
202 d.l. vt vim. prodiderunt, quod † summa ratione placuit. Nam si, vt idem Bart. Ang. Paul. Castra. d.l. vt vim. dixerunt, iusta vis est, quæ infertur, iniustam eius esse propul-
203 sationem, necessum est. Ideoq; pro modo admissi vindicari, quod in persona militis, castigari se à Centurione non permittentis, Macer. libro vndequinquagesimo Digest. l. milites agrum. §. inreuerens. de re milit. bellissimè distinxit. Nam, qui quoquomodo restitisset, eum à veteribus notatum ait. Qui verò tenuisset vitem, qua mos erat Romani Latiniq; nominis militem, honestiore quasi pœna electa, non virgis cedere, hunc militiam mutare. Dedita opera consultoq; vitem frangenti capitale esse. Quam pœnam eodem Macro authore d. §. inreuerens. suffert, qui manum Centurioni se castiganti intulisset, contumacia resistendi semper fraudi futura. Aliud existimantibus non constitueram rei militaris disciplinam,
204 vt † nec domesticæ, si seruus filiúsve famil. domino patrive se suo iure castigare volenti resistat, l. vnica. C. de emend. seru. & l. 3. C. de patr. potest. Dec. d.l. vt vim. nu. 21. & seq. Fel. c. licet heli. in princ. de Simon. viro vxor, l. consens. C. de repud. & auth. sed nouo iure. eod. tit. Felin. c. cum contingat. in fi. de for. compe. Deci. d.l. vt vim. nu. 22. aut Præceptori discipulus parùm benefaciens. l. sed & si quemcunq; §. si magister. ff. ad l. Aquil. & ibi Bart. & c. Præsbyter. de homicid. Deci. d.l. vt vi. & nu. 22. Quilibet deniq; cuius infirmior ætas seniorum prudentia regiatq; informari, ad vitæq; decora exemplis maiorum suorum excitari debet: natu grandioribus propinquis. Quibus in eos animaduertendi ius esse, sacris Constitutionibus l. 1. C. de em. pro. cautum est: modum & his & superioribus seruaturis. Bartol. cons. 104. visis & Alex. cons. 73. viso Themate. Anan. c. 1. de cleri. percus. Dec. c. ad nostram de appel. & d.l. vt vim. nu. 22. Nam eum excedentibus rectè resisti, consequens est. Incipere
205 † enim iniustam vim castigationi inesse: iniustam autem vim iure suo quisq; propulsat, d.l. vt vim. & ibi glos. & Docto. quod ab eo non fit, qui imperatam à Tyranno cædem exsequitur. Ab hoc enim adiuuari vim iniustam Tyranni, dum ei mos geritur, non
206 propulsari, palàm est, quod nili dixerimus, consequens fore eum, qui Tyranni iussu ita violaretur, aduersus talem vim tueri salutem suam non posse, quod nemo sanus probauerit. Iniustam enim eiv im adferri, certum est, quam repellere, vt Iulius Paulus libro 9. Digest. d.l. scientiam. §. qui cum aliter. ad l. Aquil. scribit, omnes leges omniaq; iura permittunt, vt dubium non sit, Tyranni iussu innoxium hominem quocunq; metu occidentis factum delicto non vacare. Scio qui-
207 dem † esse quæ, qui contraria sententia vtuntur, pro se adferunt, illud in primis, quod Domitius Vlpianus lib. 9. Digest. l. si quis fumo. §. 1. ad l. Aquil. ex Celso refert circa eum, qui exorto in vicinia incendio proximas ædes, ne longius procedens ignis, ad se peruenirent, intercidisset: circa eum item, qui nauis suæ explicãdæ causa funes anchorarum alterius nauis, in quos vi ventorum se impegerat, præcidisset. l. quemadmodum. §. item Labeo. ad l. Aquil. Nam nec hunc ob præcisos funes, nec illum deiectę domus nomine teneri, responsum est. d. §. 1. & d. §. i-
208 tem Labeo. Adiicitur † & illud de eo, qui suarum mercium seruandarum causa alienas in mare proiecisset, cui impune esse ait lex. qui seruandarum. ff. de præscrip. verb. Sed in hunc magistro nauis proditam esse actionem, constat. Glos. Paul. Castre. d.l. qui seruandarum. Ei † verò, qui vicinas ædes dis-
209 sipasset, facti sui rationem constitisse, putãdum est, tanq; vim imminentem auertere volenti. Neq; enim solum vim præsentem submouere ius est, d.l. vt vim. & d. §. qui cũ aliter. sed & futuræ occurrere, vt in vi, quæ manu adhibetur, propulsanda responsum est. Glos. Bart. & Bald. l. 1. C. vnde vi. per l. 3. §. qui cum armati. ff. de vi & vi arma. Licere quippe ictum occupare, placuit. Glos. Bart. & Bald. ibid. meritò itaq; fraudi non esse, vicinas ædes, vnde concepto incendio malum expectabatur, suarum seruandarum gratia deijcienti. Quid enim peccauit, qui tempestiuè damno se subtraxit? multò minus verò eum delinquere, qui præcisis funibus præsens tempestatis periculum effugit, nihil autem eiusmodi in cædis causa proponi. Nullam enim vim ab eo, quem potentioris
210 iussu violare quis adgreditur, ipsi aut adferri, aut imminere: aduersus verò vim expediendæ suæ cuiq; salutis ergò ferrum nobis à legibus d.l. vt vim. & d. §. qui cum aliter.

porrigi,

porrigi, non quoq; quiescentem, nihilq; in nos mali molientem, dum alieno furori mos geritur, lædere, permitti. d. §. qui cùm aliter.
211 ibi illum enim solum. Haud † parui denicq; referre, rebus cuiusq; manus adferantur ab eo, qui vim aliquam declinaret, an vitæ. Damnum siquidem rerum sarciri, vitam verò semel amissam reuocari nequaquam posse. Inde meritò rerum iacturam leuiorem semper, quàm salutis hominibus esse. Rectissimè itaq; aliud in rerum interitu, aliud in cæde hominis statui. Quæ sententia lib. 5. Epistolarum Decretalium c. significasti.
212 in fi. de homicid. Felini fuit. Adde, † vt eleganter ac piè eodem lib. d. c. quoniam. num. 5. de Simon. Nicolaus Abbas scribit, eumq; sequutus Ioannes Anagninus, d. c. quoniam. quæ ita mala sunt, vt mala sint semper, quo numero esse cædes aiunt, periuria atq; adulteria, ea priusq; admittamus, omne nos adire discrimen oportere. c. sacris. de ijs quæ
213 vi met. ve cauf. fi. Satius † igitur fore, hominem Christianũ alieno scelere perire, quàm alij obtemperantem homini innoxio vitam eripere. d. c. sacris. Glos. c. de his clericis. 50. dist. per tex. c. ita ne. 32. q. 5. Augustin. Bero. c.
214 super eo. nu. 8. de vsur. Huc † pertinet notissima illa Christi Dei vox: metuendos eos non esse inquientis, Matth. 10. c. qui corpus occidere possunt, animam non possunt. sed eum, qui & animam perdere, & in gehennam mittere potest, formidandum nobis es-
215 se. Adeò † autem impune ei esse non debet, qui potentioris iussu innoxium hominem interemit, vt is extra legum pœnas esse non existimetur, qui plagam vitans apprehensum hominem percussori pro clypeo obiecit. Placuit Angel. Areti. disput. Atholus. Gaius adgressus. Fel. d. c. significasti. Dec. l. vt vim. ff. de ius. & iur. nu. 9. enim illo occiso eum, qui obiecisset, cædis nomine teneri.
216 Sed † an distinguimus, imperata cædes à potentiore sit hominis perituri. Nam in eo qui percussori obiectus est, & ita occisus, talis distinctio adhibetur. Placuit Ang. Areti. disput. Atholus Gaium adgressus. Feli. d. c. significasti. enim, si damnatus, cùm ad supplicium fortè duceretur, obiectus sit, eius
217 cædem impune obijcienti fore, vt † impune est, ita enim, quorum hæc sententia est, disserunt. Angel. & Felin. ibidem. ędes vicinas suarum seruandarum causa dissipanti, d. l. si quis fumo. §. 1. quasi perituras. Sed hanc rationem sequentibus fore, vt idem in non damnato respondeamus. Nam & tunc parci ædes diruenti, ait lex: d. l. si qs fumo. §. 1. cũ ad eas ignis nõ peruenit, nõ quo omnino damnũ dirutarũ ædiũ non sarciat, l. si ali⁹. §. est & alia. & ibi Bar. ff. q̃d vi aut clam. sed ne pœnam præterea eo nomine sustineat. Igi-
218 tur, † quia siue perituras ædes quis, siue non perituras, iusto terrore perculsus, demoliatur, in eadem causa est, ne Glos. d. §. est. & alia. vers. non idem erit in fi. glos. pœnam sufferat, cõuenienter nihil interierit, damnatus percussori obiectus sit, & ita occisus, an non damnatus, quo minus magisve in eum vindicetur. De pœna siquidem capitis, non de
219 rerum damno agi. Sed † & altius rem penitusq; perspicientib. dissimilis ratio videatur, hominis damnati atq; ædium perituraru m. Ab ædibus enim periculum impendere, metuendumq; esse, vt suprà dissere-bam, ne, peruagato longius incendio, inde ad diruentis ædes ignis transeat: à damnato
220 autem nihil periculi impendere, falsum † itẽ esse, referre damnatus quis sit, nec ne sit, quo magis minúsve à priuato impune occidatur. Vtroq; enim ad publicam tute-
221 lam pertinere. Vnde † & parricidij obstringi eos placuit, qui necessarios suos damnatos, dedecoris euitandi causa, ne publicam pœnam acciperent, veneno in carce-
222 re necassent, Bald. post Cyn. & Iacob. de Arena. l. libertas. ff. de stat. homi. Ana. & Felic. cum iuramento. de homi. Marsl. l. 1. nu. 3. ff. de sica. & homicidij reos esse, qui damnatum dum ad supplicium duceretur, occidissent. Bald. l. additos. C. de episc. audi. itẽ. l. fideicõmissa. §. si qs. de legat. 3. l. fi. C. de malefi. Bar. l. cuiuscunq; ff. ad l. Iul. Maiest. Alex. l. 3. §. transfugas. ff. de sica. Marsl. d. l. 1. nu. 13. ita, vt ne militi quidem venia sit, qui eripi sibi priuata vi damnatum metuens, eum sua manu
223 interemisset. dd. Docto. ibidem. Et † generaliter, postquam quis in publicam custodiam venit, nihil in ipsum cuiquam priuato licere, cautum est. Bald. post Cyn. &
224 Iacob. de Arẽ. d. l. libertas. Secundum † quod proscriptorum necem, quæ sine scelere alioquin iure Municipali admittitur, si capti occidantur, vindicari constat. Barto. l. in laqueum. ff. de adq. rer. domi. l. 3. §. fi. ff. de sica. & l. legis. Iuliæ. ff. ad Iul. de vi. & Bald. d. l. libertas cum multis alijs allegatis per Marsl. d. l. 1. num. 3. Quod Andreas Alciatus libro L. Digesto. l. Pupillus. §. 1. de verb. significati. apud Pomponium adnotauit.
225 Tantæ † denicq; curæ legibus esse, ne quid contra publicam iudiciorum disciplinam, occupato supplicio, fiat, vt ferro, venenóve, aut alio, quo cædes perpetrari possit, in carcerem illato, in præfectum id pas-

sum

sum animaduertatur. l. carceri. ff. de cu-
226 stod. reor. Nec † modò custodijs mortem
sibi consciscentibus, impune custodi non
sit. l. fi. ff. de custod. reor. sed & casu defun-
ctis. Testationibus enim eius rei fi-
dem fieri oportere, ne quid custodi adscri-
batur lib. duodequinquagesimo Digest. d. l.
fi. Herennius Modestinus scribit. Apparet
227 † itaq; ex his inter damnatum & nec dam-
natum nihil interesse, quo magis minusve
in suprà scripta specie, qui quem percussori
228 obiecisset, excusetur. Illa † postremò ra-
tio pertenuis est, atq; etiam absurda, cùm,
quod in ædium dirutarum casu est respon-
sum, d. l. si quis fumo. §. 1. ad cædem homi-
nis producitur, quod eleganter rectissimeq;
Felinus d. c. significasti. refellit, cuius sen-
229 tentia suprà à nobis relata est. Constat † de-
niq;, consequens q; disputationi nostræ est,
quod suprà ex Cyni d. § qui cùm aliter. Bal-
di d. §. iniuria. aliorũq; & Decij d. l. vt vim.
sententia dicebatur, cædem à potentiore im-
peratam metu admittentis, nullam esse pœ-
nam existimantium, falsum esse, idq; Baldo,
mutata postea in melius opinione, placuisse
apud Imppp. Valentinia. Theodo. & Ale-
xandrum AAA. lib. 9. Principalium Con-
stitutionum l. seruos. ad l. Iuli. de vi per ill.
text. lego. Is enim exemplo seruorum, qui
dominorum metu vim admisissent, vindi-
cari in eũ, qui potẽtioris iussu cædem feci-
sset, scribit, id est remissa capitis pœna, quã,
homine sua voluntate occiso, sustinuisset, l.
1. ff. de sica. mitius eum esse puniẽdum, quod
& alij probant Floria. l. liber. homo. cir. pri.
& l. q̃d dicitur. ff. ad l. Aqui. las. §. si min⁹. nu.
17. institutio. de actio. Mars. d. l. 1. num. 92. de
231 sicar. Hæc † disputatio, ne hoc prætere-
am, Imperatorum placitis consequens est,
illoq; iure consistere potest. Enimuerò
Pontificum Constitutionibus legeq; diuina
hominem insontem suæ salutis expediendæ
gratia occidere, fas non esse, Antonium
Corsetum scribere lego, Sing. verb. metus.
ppe fi. qui & cædem ita factam prorsus ex-
cusantium sententiam præduram esse ait, so-
loq; eo sequendam arbitratur, quòd crebri-
or sit, magisq; recepta. Superiora in eo,
qui Tyranno obsequutus, id est ei, cuius
imperium iustum non est, cædem perpetra-
uit, accepta sunt. Bald. d. l. seruus. In Prin-
cipe autem iusto aliud erit forsitan respon-
232 dendum, tum † quia eum omnia ex bo-
no & æquo agere præsumtum est. Cyni. l.
fi. C. si contra ius vel vtil. publi. & l. rescri-
pta. in 2. & 4. q. C. de preci. Imp. offer. Felin.
c. quæ in Ecclesiarum, num. 60, de constitu-

233 tum † etiam quia non ex fide actorum, vt
cæteros facere oportet, l. illicitas. §. veritas.
& ibi Docto. ff. de offic. Præsid. Felin. post
Abbas. c. pastoralis. §. quia verò. num. 23. de
offic. deleg. sed ex veritate rerum & iudicat,
Bart. post Cyn. l. vnica. ad fi. C. vt quæ de-
sunt ad vocat. part. Bald. d. l. rescripta. las. §.
si minus. nu. 15. in fi. institu. de actio. Felin.
d. §. quia verò. num. 23. & nisi iudicet, pec-
cat. Veritatem itaq; sequutum eum, cre-
234 dere par est. Vnde, † vt eleganter Baldus
Rubri. de offic. deleg. & c. 1. li de feud. fue.
inter do. & vasal. & l. 1. C. quomodo & quan
do Iudex. & Felin. d. §. quia verò. & num 23.
ait, alios ius reddi iubere posse, summum
verò Principem, ita aut ita reddi. Paren-
235 dum † itaq; ei esse, cuius tanta authoritas sit,
causaq; indiscussa, siue hoc, siue aliud exse-
qui iubenti auscultandum, consequens est.
236 Quod † in illa specie Cynum vbi supra. re-
spondisse, Felinus lib. 1. Epistolarum Decre-
talium refert. d. c. quæ in ecclesiarum nu. 60.
Quæ sententia Nicolai quoq; Abb. c. quan-
to. col. 5. vers. si tamẽ Papa de iureiuran. c. in
causis 2. nota. de re iud. & cõs. 84. in illud sum-
ma, ad fi. latè Fel. d. c. quę in ecclesiarũ. & nu.
60. fuit, cùm Princeps causa nõ cognita ho-
minem suspendi iussit. Ait enim Cynus,
eum qui id facere iussus est, sine peccato ob-
237 temperaturum. Quod † magna ratione
Felino authore videtur dictum. d. c. quæ in
ecclesiarũ. & nu. 60. Quid enim tam ridicu-
lum est, quàm à Magistratu inferiore factũ
nihil temerè, aut cum cuiusq; iniuria præsu-
mere? d. c. in præsentia. de renũcti. & c. sicut.
de re iud. Non idem autẽ in Principe existi-
238 mare, qui † summus est omnium Magistra-
tus, & lex quædam in terris viuens? Aut de
consul. ad fi. & Aut. quib. mod. nat. effi. leg.
239 Hæc † quidem rectè dici posse, quis puta-
rit, cùm ei, qui tale quiddam exsequi iussus
est, non constat, sons an insons is sit, de quo
sumere supplicium eum oportet. At cùm
explorata cui est hominis innocentia, qui-
dam anteponendum veritati obsequium
scripserunt: Bar. l. diuo pio. §. sententiã. col.
2. ff. de re iud. Butr. & Imola. c. 1. de offi. ordi-
na. Fel. d. c. cõsanguinei. nu. 8. quidã Theo-
logos consulendos malunt, in quibus Iason
d. §. si min⁹. nu. 17. fuit, alij Fel. d. §. quia verò.
in fi. cõsultis Theologis veritati seruiẽdum
atq; innocentiæ, dixerũt, satius esse rati Ma-
gistratu abire: quàm de insonte supplicii su-
mere, quod magis probandum est. Sem-
240 per † enim, vt Ceruidius Scæuola libro 22.
Digesto, l. penult, de probat, scribit, veritati

locum

241 locum ſuperfore. Quod † in cæde dixi, in adulterio æquè putauerim recipiendum, quod & plerique rectiſsimè exiſtimauerunt, Gloſ. Ioan. Andre. Bald. Abb. & Anan. d. c. ſi quis propter. Dec. & Cagnol. d. l. quæ ꝓpter. vt quis vitæ retinendæ cauſa adulterio
242 admittere non debeat. Chuchalonis † itaque ſententiam non probo. L. lib. Digeſt. apud Decium d. l. quæ ꝓpter. in addit. mulieri ob famem copiam corporis ſui facere permittentis, infirmamque eius parumque idoneam argumentationem eſſe, generali illa allega-
243 tione vtentis, quæ † dicere ſolemus, neceſsitatem legem non habere, l. 1. & ibi. gloſ. &
244 Doc. ff. de offic. conſu, quodque † legibus licitum non eſt, id fieri neceſsitate licitum. c. remiſsionem. 1. q. 1. c. ſicut. de conſecrat. diſt. 5. l. qui potuerunt. ff. de manumiſ. teſt. Neque enim ita laxandum hoc eſſe, vt nullis finibus coërceatur, ne conſequens ſit, ob neceſsitatem nihil non licere, quod nequaquam exiſtimandum eſt. Nam & in ijs, quæ propè nullã diſtinctionem admittunt, reperiri excepti-
245 oni locum ſcimus. Sanè † enim, vt ſacroſanctæ rei exemplo vtar, baptiſmatis myſterium à ſolis ſacerdotib. eſſe tractandum con-
246 ſtat; c. conſtat. de conſecrat. diſt. 4. ij † tamen ſi deſiderentur, eius rei non modò cuilibet Chriſtiano ſine ſexus differentia poteſtatem eſſe, c. mulier. cùm ſeq. d. diſt. 4. etiam c. ad limina. 30. q. 1. parentibus, ſed & ludæum, & improbatæ alterius cuiuſuis religionis hominem eo munere rectè functurum. c. Ro-
247 manus. & c. à quodam. d. diſt. 4. Hæc † cùm tam longè lateque permittantur, nemo tamen à ſe ipſo rectè baptiſabitur, quod & eſt conſtitutum. c. debitum. de baptis. licet, qui hoc affectaſſet, nullo, à quo baptiſaretur, reperto, ſaluus futurus credatur. Abb. d. c. de-
248 bitũ. Sed † in hoc ipſo famis articulo conſtitutio, l. 2. C. de patr. qui fil. ſuos diſt. quæ de diſtractione liberorum ſcripta eſt, ita arctè accipitur, vt matri, quæ ſemper certa l. quia ff. de in ius vocan. eſt, non minus extra matrimonium, quàm in matrimonio, vnde æ-
249 qua ei reuerentia vſque quaque à liberis debetur, l. parentes. ff. de in ius vocand. talis facultas denegetur. Gloſ. & Docto. d. l. 2. Nec † patri permittatur in ijs filijs, quos in po-
250 teſtate non habet, Imol. l. 1. col. 3. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. Auo † autem nihil quicquã ꝓſit, nepotes in poteſtate habere, quo magis
251 hociure vtatur, Bald. d. l. 2. licet † patris appellatione auus, l. iuſta. ff. de verb. ſignifi. & filiorum nomine iuſta interpretatione nepotes comprehendantur, l. filij. & l. liberorum, & d. l. iuſta. ff. de ver. ſignifi. & Marſ. &
Doc. latè allega. per eũ. l. infans. nu. 21. ff. de Sica. vt conſtitutionis verba conuenire auo ſanè videantur, quod animaduertiſſe Cynus videtur. Nam in hac quæſtione hæſitaſſe eũ
252 Baldus refert. d. l. 2. Status † quoque ratio ius huiuſmodi minuit, ſiquidem in filio ſacris initiato, diuinisque miniſterijs addicto hanc ſibi facultatem vſurpare pater non poteſt. Hoſtiẽ. c. ludæorum. de ætat. & qualit. Gerard. ſingul. 100. Marſ. ſingul. 219. pater. Sed
253 † an pro Chuchalone faciat ex aduerſo grauitas rei? nullam enim eſſe neceſsitatem, quę fami exæquetur. Bald. conſ. 458. lata fuit ſen-
254 tentia. col. 2. lib. 3. Vnde † poſt Azonem, in ſumma. C. de patr. qui fil. ſuos diſtr. Accurſium, Cynum, Dynum. C. in argumentum de reg. iur. lib. 6. & veteres quoſdam alios, Baldus & Angelꝰ fratres, Salycetus & Paulus Caſtrenſis apud Imp. Conſtanti. A. lib. 4. Principalium Cõſtitutionum, d. l. 2. quod in cauſa famis eſt reſponſum, ad aliam quam cunque neceſsitatem negãt eſſe ꝓdueendum,
255 adeò, † vt filium pater, quo ſe à Præſide, quóve ſe ab hoſtibus redimat, vendere non poſ-
256 ſit. Bald. d. l. 2. Ioannis † quoque fabri. §. 1. inſtit. quib. alie. licet. ſententia fuit, ob famem marito dotem alienare licere, idem ſibi ex nulla alia cauſa adſumpturo, quod & Angelus
257 Aretinus probauit. d. §. 1. Porro † magnam famis atrocitatem eſſe, neceſsitatemque aliam nullam ei cõparari, vt meritò videri poſsit, ob famem nihil non eſſe indulgendum, vetera nos exempla abundè docere poſſunt, quæ non ſine horrore quiſque cõmemoraue-
258 rit. Nam † vt præteream Caſilinates, quib. ab Annibale obſeſsis, lora, quæ in vinculorũ vſum habebant, detractæque ſcutis pelles aqua feruente maceratæ, conſumpto cætero
259 omni victu, cibus fuit. Spendiani † milites ab Hamilcare obſeſsi, alijs defecti alimentis, & poſt cõſumpta captiuorum ſeruorũque corpora, quibus per ſummam famem victitaſſent, ſuis ipſi corporibus non peperce-
260 runt, vt † minus miremur Romanos quoſdam, qui, vt author eſt Liuius lib. 4. ab vrbe condita, ingenti fame compreſsi, ne diutius id paterentur, in Tyberim ſe, obuolutis ca-
261 pitibus, præcipitauerunt. Fœdius † Caligu ritanorum exemplum, tetriusque refertur, qui cæſas cum liberis vxores in ſuam alimoniam vertere non dubitauerunt. Proditum
262 † quoque eſt Poëtarum carminibus, Eriſichthona tanta fame exagitatum, vt ſuis ſe ipſe membris paſceret, de quo Naſo libro transformationum 8:

Ipſe ſuos artus, inquit, lacero diuellere morſu
Cœpit: & infelix minuendo corpus alebat.

Homerus

263 Homerus † deniq; Poëtarum parens libro Odyseæ 12. nullam esse mortem, quàm fame enectorum, acerbiorem author est.

πάντες, μὲν συγερόι, θανατόι δειλοῖσι, βροτοῖσι,
λιμῷ ἐκτίσον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

Quibus hæc fermè nostra respondent.

Triste genus leti miseris mortalibus omne est.
Tristius esurie extingui: atq; occumbere fato.

264 Sed † enim, vt famis necessitas cætera mala vincat omnia, arctissimè tamen interpretari, quæ ex ea causa permitterentur, ex ijs, quæ scripta sunt suprà, palàm est. Quapropter, quæ eò pertinerent, disputationibus adiuuare non oportere, aut conclusiunculis argutis istiusmodi producere, ne id anxiè facientibus res ad peccandi licentiam pertrahatur. Non rectè itaq; loquutum Chuchalonem constat, qui ita disserit, quasi famis necessitas omni lege soluta sit. Et, quicquid alioquin illicitum est, etiam natura, iureq; diuino, suo interuentu faciat licitum. Quod
265 † si in proposito recipimus, satius profectò fuerit, matri ius distrahendorum filiorum tribuere, quàm contra matrimonij legem, vt corporis sui copiam faciant, generaliter mulieribus permittere: Tantomagis, quia extra matrimonium corpus suum alij miscere, peccato vacare non potest, aliter atq; in liberi hominis alienatione vsu venit, quæ quibusdam casibus non est legibus prohi-
266 bita, l. serui. instit. de iure perso. &, ne † mater filios causa famis vendere possit, ab eo magis interpretatione prudentium, quàm verbis constitutionis excluditur, d. l. 2. quę quidem ita scripta est. Si quis propter nimiam paupertatem egestatemq; victus causa filium filiámve sanguinolentus vendiderit, venditionē in hoc tantummodò casu valente, emptor obtinendi eius seruitij habeat fa-
267 cultatem. Constat † autem verbo Si QVIS & masculos & fœminas contineri. l. 1. ff. de
268 verb. Sed † exclusæ ab hoc beneficio matris, illa redditur ratio, quòd non, quantam pater in filios, habeat potestatem, idq; Bal-
269 dus d. l. 2. adnotauit. Aequum † deniq; visum est, constitutionem d. l. 2. naturali rationi repugnātem arctissimè accipere, vt ius ipsum naturæ, quod, vt Iulius Paulus l. penult. ff. de iust. & iure, ait, semper bonum ac æquum est, quàm minimè læderetur, ita Baldum d. l. 2. scribere lego. Quam rationem sequutus multos ille ab eius constitutionis beneficio
270 excludit, d. l. 2. Sed † quia Chuchalon d. l. quę propter in addit. ad Dec. de diuer. reg. iur. disputationi suæ aliud adijciebat argumentum, ne illud dissimulasse videamur, quasi refellere non possimus, nō erit à nobis prætermittendum. Aiebat, extrema parte disputationis suæ, excusandam mulierem, quę ex famis causa alij corpus suū miscuisset, vt & eum, qui cædem à Tyranno imperatam metu mortis perpetrasset, Dec. l. is damnū. §. eius. ff. de diuer. reg iur. Quo argumento, abundè quidem à nobis suprà confutato, Chuchalon d. l. quę propter. suam imperitiam detegit, cùm nihil interesse inter illa duo præcepta existimat, quorum altero mœchari, altero occidere, diuino præcepto vetamur, eoq; magis arguendus est: quo horum
271 inter se notior est differentia, de † qua Baldus lib. 1. Principalium Constitutionum l. fi. C. si contra ius vel vtil. publ. disserens, esse quædam, inquit, diuini Iuris capita, quæ intemerata, omniq; ex parte illæsa permanent: esse alia, à quibus, contrario iure quandoq; introducto, quibusdam casibus recessum est, primi generis esse ait, non mœchari, se-
272 quentis non occidere, non furari. Nam † & hostis, inquit, & capite damnatus sine scelere occiditur, sed & grassator & latro, omnes deniq;, quorum insidijs appetiti sumus: quorumq; vim, nisi facta cæde, effugere nō possumus, d. l. vt vim. & d. §. qui cùm aliter. a-
273 deò, † vt Præsbytero, dum sacra facit, adgressuram passo, adgressorem occidere fraudi non sit, nec eo minus sacra, quæ cœpisset, ei perficere fas fore, quod pleriq; prodiderūt. Ioan. de Lignano. Tract. de bello. c. 84. vers. tertiò quæro. Abb. c. clerici. de vita & honest. cler. Deci. d. l. vt vim. nu. 8. Maria soc. repe. c. ad audientiam. col. 31. de homicid.
274 vers. 27. Mars. l. 1. nu. 29. ff. de sica. Nec † priuatus modò, sed & qui in magistratu est, si quid non iure faciat, iure occiditur, quod ad regem quidam Luc. de pen. l. 1. C. vt armor. vsus. lib. 11. Iser. c. 1. quę sint. rega. par. de put. tracta. sindi. in prin. de excessu regum. vers. an licet occidere Tyrannū. Carerius pract. §. circa. nu. 84. producunt, cuius cædem iustam esse scribunt, si more Tyranni quid ad-
275 gressus interficeretur. Nec † in magistratus persona id modò admissum est, sed & in militum, quorum ministerio magistratus in re minus iusta vteretur. Placuit enim custodias, quæ per iniuriam in carcere impactæ dicerentur, cæsis custodibus cùm euadere aliter non possunt, rectè ac iure in suam se libertatem recipere. Lucas de penna. l. prohibitum. C. de iur. fis. libro 10. Mars. l. 1. num. 108. ff. de sica. & pract. §. diligenter. num. 56.

post

post paridem de puteo, vtrobiq; allega. Ad de Thon. Grā. voto. 36. Nec effracti carceris vllam eas pœnam subsequi, Carer. post alios. quos alleg. d. §. circa. nu. 81. cùm † alioquin
876 hoc adgressis Raphaële Comensi authore, Cōs. 160. Casus talis est. Propter carceris sanctitatem, capitale sit, & vtrunq; meritò. Car-
877 cerem † enim ad facinorosos homines cōtinendos, nō ad innoxiorum iniuriam reper-
878 tum. Hanc † æquè cædis authoritatem sibi & Municipia vulgò sumunt, cùm in proscriptos Ciuib. suis ius necis permittunt. Itemq;
879 † in furto æquè euenit, quod non admittitur, cùm res hostium quis interuertit, Bald. d. l. fi. aut hominis etiam proscripti. Nam & ille inquit Baldus, d. l. fi. hostis est publicus, cuius cùm cædes impunita sit, & furtū ei factum, impunitum quoq; erit. Bald. d. l. fi. Hæc quidem in furto atq; cæde esse rece-
880 pta, scribit Baldus. d. l. fi. Vt † verò cui quacunq; ex causa mœchari liceat, hoc humana vlla authoritate negat introduci posse, eiq;
881 † sententiæ consequens esse scribit, mulieri proscriptæ, cuius cædes lege Municipali permitteretur, adulterium impune non inferri. Bald. d. l. fi. & Deci. c. quæ in Ecclesia-
882 rum num. 15. de constit. Idq; † non modò minorum gentium, vt ita dixerim, introduci legibus id est Municipū non posse, certū est: sed nec à summo Ecclesiæ Antistite maxima ex causa etiam vsurpari. eodem Bald. c. lator. vers. sed quid si Regina. de re iud. Bal-
883 do authore, fas fore. Quippe † qui Regi, steriles nuptias sortito, ius ad iungendæ sibi concubinæ, liberorum tollendorum gratia, facere nō possit, quod Felinus & Deci⁹ probāt. d. c. quę in ecclesiarū. Fel. nu. 23. Dec. nu. 16. Non ergò, quadam ex causa cæde permissa, adulterium ex eadem permitti quoq; consequens est, sed nec ex vlla. Quia cædes sicuti dictum est, legum indulgentia quandoq; admittitur, voluntate etiam, vt in capitis reo, quiq; hominē occidisset, multis casibus nullam pœnam suffert, adulterium autē
884 nulla lege licere potest. Nam, † vt quis corpus suum extra matrimonium alij misceat, &
885 naturę Dei lex vetat, l. probrū. ff. de verb. significati. aduersus † quàm Gentium & Ciuium ius statuere neq; solet, neq; potest: Bald. d. l. fi. vt modò est planum factum. Hactenus Chuchalonis opinio, parùm & honesta &
886 casta, confutata sit. De † illo nunc videamus, quod dictum suprà est res tempore necessitatis nostro eximi dominio, fieriq; communes, d. §. cùm in eadem. & ibi Bart. glo. Abb. & Anan. d. c. si quis propter. generalitérne accipere oporteat, an quædam excipiamus:
quod magis putandum est, idq; pro genere necessitatis. d. c. si quis propter. & ibi Doct. Neq; enim ferendum esse, qui cùm esuriret, vestem subripuit, Doct. d. c. si quis propter. nec rursus nudum, qui ab inuito cibum extorsit, Doct. ibid. Huic quippe veste, illi cibo opus fuisse. quibus ob summam necessitatem fortè subtractis, nullum admitti furti crimen humano diuinoq; iuri consequens Bart. d. §. cùm in eadem est. Non idem itaq; fame compressos nudosq; excusabit. d. c. si
887 quis propter. & ibi Doct. Summam † autem necessitatem eam accipere debemus, quæ periculum vitæ continet. Docto. d. c. si quis propter. Cagno. l. quæ propter. nu. 4. & 5. ff. de diuer. reg. iur. Igitur cùm quis in eo vitæ articulo est, vt, nisi vestem alienam cibumve alienum subripuisset, frigore si aut fame periturus, admittens extra legum pœnas erit. Doct. d. c. si qs ,ppter. & Cagno. d. l. quæ ,ppter. nō quoq; si gladium aut equum, aliúdve quiddam, quo nec tegi nudus, nec pasci esuriens potest, abstulisset, nisi alia fortè necessitas, quàm famis nuditatisve proponatur. Arg. l. quemadmodum. §. itē. Labeo. & l. si qs fumo. §. 1. ff. ad l. Aquil. & l. qui seruā-
888 darū. de præscri. verb. Idcircoq; † qui de taberna Lanionis, vim repulsurus, cultrū arripuit, aut de alieno stabulo equum: quo cōsecēso inimici manu effugeret, nihil deliquisse existimandus est. Arg. d. §. itē. Labeo. cū cōco. Furti enim consilium abfuisse, l. verū. ff. de furt. necessitate denique excusari. d. c. si quis ,ppter. & l. qui potuerunt. ff. de manu-
889 mis. testa. Quod † ita forsitan est exaudiendum, si declinare quis vim, salutemq; suam aliter tueri non potuit. Arg. d. §. itē. Labeo. & l. 1. §. de eo. ibi. §d si aliter. ff. de aqua plu.
890 arcē. Reddere † autem hunc domino, periculo depulso, cultrum equumq; oportere, plus quàm manifestum est. Nam & eum qui ob famis nuditatisve necessitatem cibum alienum aut vestem abstulisset, illis cōsumptis, cùm soluendo fuerit, restituere domino, quod tantidem sit, oportere, responsum est. Abb. & Anan. d. c. si quis propter. & Cagnol. d. l. quæ propter. in fi. Quod
891 † ergò dicitur, res nostras tempore necessitatis fieri communes, ad genus necessitatis referendum est. d. c. si quis propter. & ibi Docto. & Cagnol. d. l. quæ propter. Vt vestis tempore frigoris, famis tempore, cibus fiat communis, quodq; aliud atq; aliud, quibusdam periculis depellendis, est necessarium: vt in cultro & equo est modò dictum. Arg. d. §. item. Labeo. cum concor. Quod
892 † & ipsum distinctionem recipit. Quid

enim si ita tenuis quis sit atq; inops, vt eo, quod habet, amisso perituru⁹ & ipse fame sit aut frigore: an hoc exiguū, cum alio sit huic cōmune, ita vt sine iniuria ei auferri possit à similiter perituro? sed hoc opinandum non est. Durum quippe fore, crudelitatiq; proximum, in summa necessitate posito, quod
293 reliquum ei inopia fecit, auferre licere: vt in eo est constitutū, qui fontem, quem in fundo haberet, agris suis sitientibus, vt ad vicinos deriuaret, vrgeretur. Inhumanum enim esse ad id quenq; compelli. Imp. Claudi⁹ A. lib. 3. Principalium Constitutionum l. præses. de serui. & aq. Prisco rescripsit. Conue-
294 nienter † itaq; dicemus res eas tempore necessitatis fieri cōmunes, quibus amissis saluus esse dominus potest, cæteris ei integris
295 mansuris. Arg. d. l. præses. Secundum † quæ Baldus, apud eundem Imp. Claudium, d. l. præses. Argu. illi. text. eum, qui alere quempiam tenetur, seu pater, seu mater filios, siue alium alius quiuis, cùm modicum fortè reliquum habet: quod pluribus non sufficit, obligatione liberari scribit. Quod si in eo, qui iure actionis adigi potest, est responsum, quid in illo dicemus, aduersus quem
296 nulla actio competit? Placuit † enim in diuites pauperibus nullam esse proditam actionem: officiū tamen Iudicis non valdè admodum, vt quidam scribunt, vsitatum implorare eis licere, Glos. c. sicut. 47. dist. Abb. & Ana. d. c. si quis ꝓpter. alimenta hoc iudicio
297 consequuturis, & † quidem in præsens, quod in ijs, qui famis causa quid abstulissent, quidam exigunt, c. 1. 6. q. 3. c. discipulos. de consecr. dist. 5. gl. c. omnes. verb. fas. 1. dist. Anā, d. c. si quis propter. Cagnol. d. l. quæ ꝓpter. quasi qui vltra præsentem necessitatē quicquam aufert, furti obstringatur. d. c. 1. cū cō-
298 cor. Præsentem † necessitatem nō amarè accipere debemus, vt plerique putauerūt, Anā. d. c. si quis ꝓpter. & Fel. d. c. omnes. col. vlt. Cagnol. d. l. quæ propter. vnius diei, sed sæpe plurium. Quid enim si per solitudinem necessario iter facturus, largiorem cibum subripuisset, perituru⁹ fame, si minus abstulisset? Propter eandem rationē, id est ne pereat fame, puto & huic parcendū esse, Arg.
299 d. c. discipulos. cum concor. quod † in Cambysis milite exemplum commodè cadet, qui aduersus Aethiopes profectus, in medijs solitudinibus, fabulo nullum fructum præbente, ad eas miserias redactus est, authore Herodoto in Euterpe, vt decimum
300 quenq; ex se sortiti commederent, nisi † distinguimus, iusto bello quis operam det, an iniusto. quod quidam non malè censent, Angel. d. §. cum in eadem. & Anan. d. c. si quis propter. & Felin. c. quoniam. num. 12. de Simon. Iusta itaq; militia rem alienam necessarij victus causa subripiēdi ius faciet, iniusta non faciet. Cambysem autem in Aethiopes nulla iniuria lacessitum bellum mouisse, idem Herodotus author est. Quamobrem eius militi, tanq; qui eam sibi necessitatem imposuisset, indulgendū non fuisse, consequens est. l. si fideiussor. §. si necessaria. qui satisd. coga. Angel. d. §. cùm in eadem. & Anan. d. c. si quis ꝓpter. & Cagnol. d. l. quæ
301 propter. Illud † à nostra disputatione nō erit alienum. Finge duos socios peregrè profectos, cōmune viaticum secū abstulisse esculenti poculentiq;, & eo perdiu vsos, ad eam penuriam venisse, vt, quod superesset, ambobus non sufficeret, an in media solitudine vbi aliud nihil nancisci licet, rectè sibi totum alter socius vindicet? Stoici haud dissimilem quæstionem in naufragium passis tractant, cùm naue fracta duo vni Tabulæ incubuissent, quæ vtrunq; sustinere non posset, censentq; superiorem eum fore, qui certando Tabulam extorsisset. Experiri eos itaq; viribus oportere, nisi alterum incolumem esse, aut sua, inquiunt, aut Reipub. causa magis interest. Sed † nobis iura
302 Quiritium profitentibus aliud fortasse in viatici specie respondendum erit. Præstare enim videri, duos fame sine iniuria extingui, quàm per iniuriam vnum superstitem esse. Nam mori insontem, quàm sontem viuere, satius est, c. sacris. de ijs quæ vi met. ve. cau. fi. & Christianæ pietati maximè conue-
303 niens. Tantundē † in naufragis respondendum existimauerim, nec distinxero, magis huius, quàm illius, sua aut Reipub. gratia viuere interest. Ea quippe re, quod plurib.
304 commune sit, vnius non fieri cùm † factum nostrum exigat lex. quodcunq;. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. & l. id quod nostrum de diuer. reg. iur. vt quod nostrū est, alterius esse
305 incipiat. Defendimus † autē suprà, quę cuiq; ita necessaria non sunt, vt ijs carere non possit, sola ea tempore necessitatis cōmunia fieri, non autem sine quibus incolumis esse do-
306 minus non potest. Illud † pertractemus, dicebamus suprà, pro genere necessitatis, nunc hæc, nunc illa fieri cōmunia. Ea quidē quibus tegi corpus potest, atq; amiciri, cū frigemus, hyemisq; iniuriā depellere oportet, quibus verò vesci, ea, cùm esurimus, & cætera, pro cuiusq; temporis necessitate, fieri communia, non etiam alia. Vnde esurienti, qui vestem subripuit, & nudo, qui esculenti aliquid, quasi aliud, quàm quo egerent,

rent, auferentibus non parci placuit, d.c.si quis propter. Quid autem si ea mente atq; proposito hic panem, ille vestem subripuit, vt ijs distractis pretium in rem sibi necessariam conuertant: aut certè permutatione inter se transigant, alterq; ab altero illud, quod eget, accipiat: & non desinere tali consilio nocentes esse, dicendum est: Nam cum eo qui esuriens erat, vestis non fuit communis, nec cũ nudo panis. Rem itaq; alienã vtrunque abstulisse, palàm est. d.c.si quis propter. & ibi Doctor. aliter atq; si nudus vestem esuriens panem sustulisset, rem suæ vterq; congruentem necessitati: ideoq; alienam esse desitam. Abb. & Anan. c. quoniam. de Simon. Cagnol. d.l. quæ propter. Quare, siue quod subreptum est, vendatur, siue permutetur, rem alienam vendi permutariue dubium non est, nec pretium, quod inde redigeretur, naturã aut cibi aut vestis pro cuiusq; necessitate induere, quia eo panis aut amiculus consequendus est. Nam si pecunia eius, cuius pretium est, naturam nõ retinet, rei quippe furtiuæ pretium furtiuum nõ est, l. qui vas. §. fi. ff. de furt. Angel. tract. malefi. gl. & vestem cœlestem. §. quæro. quid si fur. vers. & tamen benè aduertas. nec numini, eius, quod ijs emendum est, naturam induere intelligi possunt, multò minus res, cuius pretio, quod præsenti necessitati congruit, comparandum est. Et ita fit vt esurienti, qui cibum alienum auferre potest, vestis alienæ auferendæ, cuius pretio cibum nanciscatur, ius non sit, nec nudo cibi auferrendi, vt eius
307 pretio vestem quærat. Quid † autem in eo dicemus, qui pecus sustulit? Nam hæc species à Theodoro lib. 5. Epistolarum Decretalium d.c.si quis propter. relata est, vtrum ne exigimus, esurire eum: & simul nudum esse? tanq; carne in alimoniam, pelle aduersus frigoris iniuriam vsurus sit? an alterutra necessitate defendi possit? & Ioannis Anagnini sententiæ apud d.c.si quis propter. de furt. Theodorum consequens est, alterutrã necessitatem suffecturam, quod admitti posse quisq; putauerit, licet non facilè quis pecus, pellis causa, qua se amiciat, furetur. Nec ex Theodori verbis intelligi satis potest, pecoris furtum ad vtranq; magis, an ad alterutram causam pertineat, nisi intelligamus, subreptum pecus, id est gregem tondendi eius gratia, vt ex lana vestem sibi, qui subripuisset, conficeret, restituturus postea gre-
308 gem detonsum. Quia † pecoris appellatio latinè scientibus gregem demonstrat. Sed quia & pecudem vnam significat, vt est apud Callistratum lib. 47. Digesto. l. fi. §. 1. de
309 abige. Theodori † sententia in ambiguo est, quidq; nos sequi oporteat, non satis admodũ liquet, quamuis, ne pecus pro grege positum putem: Mouet, quòd præsens necessitas, furãdi præstat impunitatem perituro, nisi rem alienam tollat. Doct. d.c.si quis ꝓpter, Tonderi autem gregem, & inde vestẽ parari, haud sine longa mora fore. Adde, nõ in infinitum permitti, ob nuditatem furari, sed quantum satis cui sit, ad frigus depellendum, Cagno. d.l. quæ ꝓpter. vt & ob famẽ, quantum fami comprimendæ satis est, d.c. discipulos. vt suprà constitit. Ex grege autem detonso plures vestiri non vnum posse, nisi decem oues subreptæ proponantur, vt ex earum lana vestis conficeretur. Nam eum numerum gregem esse, quosdam putasse Callistratus d.l. fi. ff. de abige. refert.
Malim tamen pecus pro vna animante apud Theodorum d.c.si quis propter. exaudiri, quo sensu & Callistratus eo nomine vsus videtur, cùm lib. 47. Digest. d.l. fi. qui sæpius, inquit, abegerunt, licet semper vnum vel alterum pecus subripuerint, tamen abigei
310 sunt. Sed † etsi ita acceperimus, non erit per omnia verum, quod Anagninus scripsit, d.c.si quis propter. cùm pecoris furtum ad famis simul & nuditatis causam putauit pertinere. Quid enim, si quis suem subripuit? Nam & sus pecus l. 2. ff. ad l. Aquil. est, cuius tamen seta nemo vestitur? Igitur nudus suem subripiens non erit excusatus, sed esuriens. Idem boue subrepto dicendum erit. Boum quippe neq; pilus, neq; pellis in
311 vestis vsu est. Quid † autem si equus, mulus, aut asinus, subreptus dicatur? Elephas deniq; aut Camelus? Nam & has quadrupedes lex Aquilia cap. 1. pecudum appellatione comprehendit. l. d. 2. sed quia nec eorum pilo pellibúsve amicimur, nec carne vesci consueuimus, nemini talem quadrupedem subripienti, nuditatis aut famis prætextus patrocinari debebit, nisi in persona Scytæ ea species fortè proponatur, quæ natio omne fermè quadrupedũ genus in cibo habet, carneq; equorum etiam morbo cõsumpto-
312 rum vesci solet. Planè, † quòd non patrocinari nuditatis famísve prætextum modò dixi, id quidem intelligendum est, cùm statim, qui quid horum animalium, quorum nec carne vesci, nec pelle aut pilo amicíri solemus, subripuisset, deprehensus est, frustra enim allegaturum nuditatem aut famẽ, id circoq; quasi parum verisimilem causam adferentem meritò repulsum iri. Præ se fert enim falsi speciem, vt Baldus l. 1. num. 9. C. de seru. fugiti. Marsi. pract. §. expedita. num.

25.arg.l. mílites.§.oportet.C.de quæſ. Adde c.quia veriſimile.& ibi Doct.de præſum. ait, quod longius à veriſimili abeſt. Enimuerò ſi, vt eſt duriſſimum telum neceſsitas, nihilq; faſtidit,quadrupede, quam ſubripuiſſet, occiſa, inſueta pelle ſe quis texit, aut carne famem compreſsit,nihil peccaſſe,exiſtimandus eſt,cõmiſerationeq; magis quàm
313 pœna dignus debet videri. Illud † dubitationem adferre quiſquam dixerit deſiderantibus, vt pro genere neceſsitatis quæq; res fiat nobis communis cum egentibus, id eſt veſtis cum nudo, ſicuti ſuprà dictum eſt, cibus cum eſuriente. Quid in pecunia dici oporteat? Nam neq; ea veſci nos, neq; tegi? & proculdubio eſt,eum, qui alienam pecuniam ſubripuiſſet, ſiue id nuditatis, ſiue famis cauſa, aut alia quauis admiſiſſet, excuſatum eſſe, non minus, quàm ſi eſuriens cibum, nudus veſtem ſubripuiſſet, conſequensq; eſſe Imp. Conſtant.A. Conſtitutioni,l.2.C.de patr.qui fil. ſuos diſt.de qua latè ſuprà multumq; dictum eſt, patri victus cauſa filios vendere permittentis, vt pretio inde redacto viuat, quaſi, qui pecuniam cõſequutus eſt, is omnia habere vitæ ſubſidia videatur,quæ eſui,quæ potui,quæ amictui, quæq; cæteris rebus, quibus humana vita ſuſtinetur, ſunt neceſſaria. Arg l.1.ff.de cõ-
314 trah.empt.& vend. Huc † pertinet,quod Baldus libro 4. Principalium Conſtitutionũ l.receptitia.num. 4. de conſt. pec. & l. in tuis. C.de operib.lib.ſcribit: qui pecuniam habet,inquiens,is omnia,quæ habere vult,
315 habet. Inde † tanquam ea regantur omnia, regina pecunia dicta eſt Horatio. Amplius
316 † Baldus eodem loco d.l.receptitia. pecu-
317 niam vitam hominis appellat. Non † diſſimile eſt illud Heſiodi, qui in Ergis pecuniam animam eſſe miſerorum hominũ ait,
318 Quibus † conuenienter Bartolus libro 12. Digeſt.l.penul.col.penult.de cõdi.ob turp. cauſ.Marſ.l.1.§. præterea.nu.20.ff.de quæſt. apud Iulium Paulum ſcribit, metum amittendarum omnium fortunarum metui mor-
319 tis exæquari. Si † illud ſemper meminerimus, pro modo neceſsitatis, & quidem præſentis, furtum excuſari,d.c. ſi quis propter.& ibi Docto.Cagnol.d.l.quæ propter. aut pœnam mereri. Neq; enim, vt vulgaria furta recenſeam,ferendum eum eſſe,qui alienam vineam ingreſſus, gulæ ſeruiens,vuis ſe ſaturaſſet,atq; ingurgitaſſet, minus verò tolerandum eſſe,qui ex alieno agro,quid in futuræ famis remedium abſtuliſſet, Abb. & Anan.d.c.quoniam.Fel.c.omnes in fi.1. diſtin.Cagno.d.l.quæ propter.niſi eò,iter neceſſarium habere proponatur,vbi nihil cibi ſe reperturum ſciret, perituru,s ſi præſenti contentus diſceſsiſſet. Cùm enim eadem & in hoc ratio ſit, quæ in re præſenti vtentib. conſequens eſt : idem & in hoc caſu ſtatui
320 debere, l.illud.ff,ad l.Aquil. vt & ſuprà attigi,diſcutere hæc eum,qui iuriſdictioni præeſt, oportere, fori diſciplina poſtularet, & quietis publicæ atq; humanitatis ratio. Nec facilè obtentu paupertatis hominibus ocio deditis maleq; frugi in fortunas alienas inuadentibus indulgere. Nec rurſus patresfa. parcos atq; immiſericordes audire, qui nulla humanitate tacti,leuiſsima rerum ſuarum detrimenta pro hominum incolumitate ſuſtinere non poſſunt, quos anteuertere potius oportebat, & egenis largiri, quæ,mox periturí, auferre coguntur, haud ignaros,
321 † vt eleganter Ambroſius ait,c.ſicut.47.diſ. non minus criminis eſſe habenti tollere, quàm,cùm affluímus,abundanteſq; ſumus, indigentibus nõ impartiri : idem d.c.ſicut.
322 † in ijs,quæ ſuprà victus noſtri neceſsitatẽ habemus,pro iniuſtis atq; violentis poſſeſſoribus nos ait eſſe habendos . Apparet
323 † itaq;, vt finem huic articulo imponam, peccare magis eos,qui cùm poſsint,alienam inopiam non ſubleuant, quàm, qui neceſſitate victi, manus ab alieno non abſtinent.
324 Vnde † mirari ſæpius in his Regionibus ſoleo, atq; etiam reprehendere latruncula-torum ſæuitiam, qui nulla neq; nuditatis, neq; famis paſsim graſſantis habita ratione, miſerrimis atq; egentiſsimis hominibus, è flamma victum petituris, ob leuiſsima furta ſpiritum,quem ægrè per inediam retinẽt, ſuſpendio crudeliſsimè eripiunt , hoc ſolo reis, quod rebus hominum gratia à natura omnium parente, comparatis viuere,quàm fame mori maluerunt. Sed ad diſputationem de conatu,vnde longius digreſsi, iam fermè excideramus , noſtro ſe referat oratio. Multis ſuprà argumentis edoctum eſt, non modò conatum non puniri, ſed necſactum,quod non duret, coërceri. Secundum quæ, obrepere Tabellioni annixũ, vt quod contra fidem veritatis eſt, ſcribat, extra pœnam legum fore , conſequens erit. Pro
325 † contraria tamen ſententia proferri pleraq; poſſunt. Et illud in primis exploratí iuris eſt, nõ modò rerũ ſacrarum, quæ nullo pretio æſtimari poſſunt, emptores, legum pœnis diſtringi, extra , de ſimonia per totum. ſed & eos,qui id conati dicerentur, Gloſ.c.
326 nullus Epiſcop.1.q.1.nec † facto tantùm cõſumato crimen læſæ maieſtatis contrahi,Ad l.Iuli,Maieſta. ff, & C. per totum. ſed etiam

cogitato.

cogitato. Nam si à quibusdam initum consilium proponatur: quo quid aduersus Principem rémve publicam ab ijs fiat, licet nihil facto adgressi probentur, læsæ maiestatis teneri desijt dubitari. Abb. c. tua nuper per tex. & glos. ibi de his, quæ fi. à præla. sine cõsen. cap. Alex. l. vtrum. ff. de parricid. Bald. cõs. 112. Cæcus confecit venenum. vol. 5 Ludo. Rõ. cõs. 183. saluatoris. col. 2. in fi. Ludo. Care. pract. §. homicidij. nu. 128. d. l. 2. de parricid. Adde Ludo. Care. pract. §. homicidij.

327 nu. 129. Nec † initi modò consilij pœnam esse placuit, sed cogniti & celati vt Bartol. apud Domitium Vlpianum adnotauit. l. 1. §. occisorum. de senat. Sila. & l. vtrum. de parri.

328 Quod † in ijs personis generaliter ait obseruandum, quæ eius essent potestati suppositæ, in cuius necem initum esse consilium

329 proponeretur. Igitur † & quæ filiusfamiliâs aut seruus in patris dominive perniciem machinari quosdam sciret, monachúsve in suum præpositum, aut beneficiarius in eum, à quo beneficium haberet, reticuisset, silentij sui pœnas daturum. Quam sententiam Salycetus l. quisq. §. ad quod. C. ad l. Iuliam maiest. & Nicolaus Abbas c. 1. col. penult. de rest. spol. & c. 1. de offici. deleg. probant, eamq. crebrius receptam esse, Angelus Aretinus refert. Tract. malefic. verſ. che hai tradito lapatriá tua. & Augustinus Ariminensis, cùm id crimẽ præpotenti cuidam intenderetur, se ludice, Bartoli videlicet sequuto opinionem, summum de eo supplicium sumptum scribit. In addit. ad Angelum. d. verſ. §. che hai. Baldus Cons. suo. cuius init. quanquam allegata sint. mul-

330 ta, tamen, † cùm in simili specie esset, Florentiæ consultus, contra Bartolum respondit, & verius putauit, scientiam in his nemini fraudi esse debere, nisi, hoc amplius, probare, quod sciat, possit. Quæcunq; itaq; consilia aduersus Principem, rémve publicam quis sciat, nisi fidem eorum facere possit, Baldo authore, reticentiæ pœnas nullas fore, quibus confirmatis, Bartoli hac in re opinionem refellere Baldus parùm habens, illius animam, tanquam tot cædibus contaminatam, quot rei, eius authoritam iudicibus sequutis, ob reticentiæ crimen capite pœnas luissent, apud inferos cruciari scribit. Baldi sententiam magno consensu Ioannes Anagninus, Rubr. de ijs, qui fil. occi. Felinus, c. 1. de offi. de leg. & c. de cętero. col. fi. de re iud. & c. quante. de sen. excom. & c. 2. de hæredita. Alexander Tartagninus. d. l. vtrum. Philippus Decius, d. c. 1. de offic. deleg. & l. culpa caret, de reg. iur. & cons. 11. in recens additis. Hippolytus Marsilius, d. l. vtrum. l. frater. ff. de parrici. & singul. 164. nemo debet. Franciscus Ripensis, Tracta. de peste. in fi. nu. 127. Hieronymus Cagnolus d. l. culpa caret. nu. 21. & Augustinus Berous d. c. 1. de offic. deleg. nu. 62. vsq; ad nu. 69. cæteriq; Card. Alexandrin. c. si quis Papa. 79. distinct. Aquen. l. vt vim. de iust. & iure. & l. qui accusare. in prin. C. de eden. Ludo. Carer. pract. §. homicidij. nu. 130. pagi. 62. probant, & in his Felinus, d. c. 2. Angelo Aretino contrarius Bartoli sententiam non seruari ait, cùm ille contrà, seruari

331 scripsisset. Hunc † articulum tractans Decius, d. c. 1. num. 7. verſ. sed quia replicari. de offic. deleg. cùm ius Pisis ipse profiteretur, Renatum quendam Patium Florentiæ ob simile reticentiæ crimen capite punitum scribit, multosq; Ciues, quia consilia aduersus suam Ciuitatem, celassent, morte multatos Angelus Perusinus d. l. frater. refert, quod nullo tamen iure factum esse ait. Capitis enim pœnam sustinere ob reticentiam illo authore eos solos debere, qui quid contra Ecclesiæ Imperijúe maiestatem compertum haberent, nec summum Pontificem aut Cæsarem indicio instruxissent: Quæ verò aduersus alium esse proponerentur, cuius quis potestati subiectus esset, in ijs mitiores esse pœnas sequendas, vsq; ad relegationem, quam pœnam sufferre filius, qui cognitum fratris consilium, malo veneno communi patri insidiantis, non

332 detexisset. d. l. frater. Ego, † vt hoc Angelo addam, quod in Papa & Cæsare ille scribit, in cæteris liberis Principibus respondendum meritò putauerim, quos Cæsari exæquari post Bartoli, l. 1. §. de qua. ff. de postul. & l. infamem. ff. de publ. iud. cũ simil. Decij l. 1. nu. 14. ff. de offi. eius. & c. nouit. nu. 8. de iud. & plerumq; Ioã. de Pla. §. publica. verſ. quid autẽ. Inst. de publ. iud. Angel. tracta. malefi. verbo. che hai tradito lapatria tua. q. 1. ibi, sed ego credo. sententiam desijt dubi-

333 tari. Igitur † qui quid, quo Regia Hispaniarum maiestas, læderetur, eorum, qui ei Imperio subiecti sunt, cognosceret, nec detegeret, non minus, quàm qui, quod in necem Cæsaris esset, reticuisset, pœnas capite luiturum. Neminem enim ambigere, Hispanias suos fasces Cæsari non submittere. c. Hadrianus. 2. 62. distin. & Iason. l. cunctos populos. num. 12. C. de sum. Trinita. In

334 † qua quoq; causa Poloniæ Reges esse, nemo, qui huius gentis annales legit, ignorat.

335 Qua † sententia, cũm Principi meo in Catharinæ Reginæ causa ex facto consultus respondens,

ſpondens, vterer, non defuiſſe miror ſummæ ſcientiæ atq; dignationis viros Viennenſis Gymnaſij moderatores, qui rem à me proponi, nec relatam vſquam, nec vnquam receptam dicerent, cùm ego Philippi Decij d.l.1.num.24. de offic. eius. ſermonem attuliſſem, vno æquiparandi verbo me abſtinens, quod inter veteres vſurpare id ſolos Poëtas animaduertiſſem, electo exæquandi verbo, quod frequens in L. Digeſt. libris lego, ſed ſuus eſt huic quæſtioni commentarius deſtinatus: His † itaq; nunc miſsis, ad reticentiæ crimen redeo, quod niſi probari, quæ ſcirentur, poſsint, non contrahi, reiecta Bartoli ſententia, humanius eſt dicere. Sed † an Angelo d.l. frater. aſſentimur in iis, quæ ad inferiorum rerum publicarum ſtatum pertinerent, reticentiæ crimen capite puniri debere neganti? quod putauerit aliquis, ſatisq; idoneum argumentum, quo ille vtitur, proponi in filijfamiliàs ſpecie, inſidias patri factas celantis, d.l. frater. ob quod crimen, cùm pœnam relegationis tantùm ſuſtineret, conuenienter dici, ciues, qui impendens Reipubl. ſuæ periculum indicio non auertiſſent, relegationis pœna, nõ capitis eſſe plectendos. Pari enim charitate parentibus atq; Reipub. obſtrictos nos eſſe videri. Si † quidem, Domitio Vlpiano l.1.§. & generaliter. ff. de ven. in. poſſmit. authore, non tantùm patri quis, cuius eſſe diceretur, naſcitur, verùm etiam Reipub. vt contrà, quod in ſpecie transfugæ Iulius Paulus l. poſt liminium. §. filius. ff. de capt. ſcribit, ſic patri quem, vt patriæ, amitti: Immò † nos parentibus magis, quàm patriæ natos, quiſquam dixerit, quod Pomponius libro 1. Digeſto, l. veluti de iuſti. & iure. ſignificare videtur, qui, cùm, quæ iure Gentium deſcendunt, recenſet, primoq; loco erga Deum religionem poſuiſſet, ſequẽti deſcendere eodem iure ſubijcit, vt parentibus & patriæ pareamus, ordine verborum, ordinem pietatis quaſi oſtendens, vt, ſicuti ante omnia diuino numini religio, ſic deinde parentibus, tandem patriæ pietas debeatur, idq; plerique omnes apud eundem Pomponium notant. Docto. d.l. veluti. Quod † ſi cui obſcurior coniectura videatur, quæ ex verborum ordine ſumitur, quanquam ea negligi à Iuris prudentibus non ſolet. Docto. d.l. veluti. ff. de iuſtit. & iure. gloſ. c. quorundam. verb. Prædicatorum. & ibi Dominicus & Philippus Francus. de elect. libro 6. panor. c. Nicolao. in prin. de appell. & c. ſedes. de reſcri. & c. auctoritiæ. de præben. & c. nimis. praua. de exceſſi. prælat. item gloſ. c. fi. verbo. prædica. de pact. lib. 6. Item gloſ. c. bene. quidem. verb. Mediolanen. 96. diſtinct. & gloſ. l. ſi fundum. ſub conditione. §. his verbis. ff. de legat. 1. Alberic. 1. parte ſtat. Cynus. & poſt eum Paul. Caſtrenſis. l. 3. C. de ſum. trinit. Bald. Paul. Caſtren. & alij. l. vnica. C. de Iuſtinia. cod. confir. Angel. Ioan. Fab. & alij. in proœmio Inſtitutio. Bald. & Salyce. conſti. habita. C. ne filius pro patre. c. ſolitæ. & ibi Docto. de maior. & obedien. ex parricidarum pœna certius erit argumentum. Nam † ex acerbitate ſupplicij magnitudinem delicti argui, ſcimus, Gloſſa. notab. c. meliore propoſito. 27. q. 1. in gloſ. 2. notab. Bartol. conſ. 217. & l. leuia. in prin. ff. de accuſa. & l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniuri. Bald. l. nemo. in fi. C. de ſum. trinit. & auth. Clericus. col. 2. C. de Epiſcop. & Cleri. & l. ſi fugitiui. col. 1. C. de ſeruis fugit. & l. 1. colu. 2. Verſ. quartò pono. C. de accuſa. Caldeinus. conſ. 1. tit. de accuſa. Felinus. c. cùm quidam. de iureiuran. & c. 2. de Simo. Decius. c. at ſi Clerici. num. 6. & poſt eum. Auguſt. Bero. ibidem. num. 95. & Gomeſius. §. ex maleficijs. num. 4. Inſtitut. de actione. pœnis, quæ, vt Iulius Paulus l. ſi pœna. ff. de pœnis. ait, emendandorum hominum cauſa ſunt inductæ, facinorum grauitati reſpondentibus. l. non eſt facilè. ff. de iuſto. & exhibi. reor. l. reſpiciendum: in prin. & l. aut facta. §. qualitate. ff. de pœnis. & l. ſancimus. C. eodem. Marſ. l. ſi in rixa. n 11. 48. ff. de ſicar. d. c. at ſi Clerici. & ibi poſt Abbas. Decius. 7. notab. ad idem c. quæſiuit. de his quæ fiunt à maior. par. cap. &. c. non afferamus ſtateras. in fi. 24. q. 1. & c. felicis. §. illud de pœnis. libro 6. & §. quia verò. in auth. vt fratrum filij. Gomeſius. §. ex maleficijs. num. 4. Inſtitut. de actio. & Auguſt. Bero. d. c. at ſi Clerici. num. 95. Et, † vt ſuperiorum ſeculorum morem repetam, non alia olim pœna in parricidas eſt vindicatum, quàm in diuini numinis violatores. Iudicauit enim antiquitas, qui mortem parentibus obtuliſſent, eos æquè peccare atq; illos, qui D E I immortalis minuiſſent maieſtatem. Nam cullei pœnam, quæ in religionum violatores primum erat conſtituta, parricidis irrogari placuiſſe, Valerius Maximus, libro Exemplorum 1. cap. 1. de Tarquinio Rege ſcribens, eſt author. De † quo ſupplicij genere Marci Tullij verba

verba noſtris cõmentarijs adſcribere, non erit abſq; operæ pretio. Belliſsimè enim ille in oratione pro Sexto Roſcio Amerino, cùm Solonis nobilis illius atq; inclyti Athenienſium legislatoris mentionem intuliſſet, qui, cùm in omne delictorum genus certas ac definitas pœnas edidiſſet, cur non idem in parricidij facinus, omnium atrociſsimum, feciſſet, interrogatus, ſe neminem id facturum putaſſe, reſpondit. Quod cùm ſapienter factum, vt videri poterat, dicerétur: hoc eſt, vt Marcus Tullius ait, de eo nihil ſanxiſſe, quod antea commiſſum nunquàm fuiſſet, ne, non tam prohibere, quàm admonere videretur. At quanto, inquit, maiores noſtri ſapientius, qui cùm intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitauerunt, vt quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ij magnitudine pœnæ maleficio ſubmouerentur, inſui voluerunt in culleum viuos atq; ita in flumen deijci. Quod cùm conſtituerent, ſingularem maiorum ſuorum ſapientiam cum admiratione collaudans, nónne videntur, inquit, hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe, cui repentè cœlum, ſolem, aquam, terramq; ademerunt: vt qui eum necaſſet, vnde ipſe natus eſſet, careret ijs rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur. Noluerunt feris corpus objcere, ne beſtijs quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus vteremur. Non ſic nudos in flumen deijcere, ne, cùm delati eſſent in mare, ipſum poluerent: quo cætera, quæ violata ſunt, expiari putantur, deniq; nihil tam vile, neq; tam vulgare eſt, cuius partem vllam reliquerint. Etenim quid tam eſt commune, quàm ſpiritus viuis? terra mortuis? mare fluctuantibus? littus eiectis? ita viuunt, dum poſſunt, vt ducere animam de cœlo non queant, ita moriuntur, vt eorum oſſa terra non tangat, ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur, ita poſtremò eijciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquiescant. hactenus Marcus Tullius. Quæ † inſecuta eſt ætas, non modò veteris ſupplicij acerbitatem approbauit, ſed auxit etiam. Neq; enim contenta fuit parricidam in culleum inſui, virgis quippe ſanguineis verberari prius eum iuſsit, feras item quaſdam cum eo includi, canem, gallum gallinaceũ, & viperam, & ſimiam, atq; inter illas ferales anguſtias cõprehenſum in mare flumenúe proximum iactari, vt, ſicuti ait Conſtantinus, C. l. vnica, de ijs, qui paren. vel libe. occid. omnium elementorum vſu viuus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti, mortuo terra auferatur. Hoc ita, niſi mare flumenúe proximum nullum eſſe proponatur: quo caſu beſtijs eum objci debere, diuus Hadrianus conſtituit. l. penult. ff. de parrici. non ferro, vt ait Conſtantinus, d. l. vnica. non igni, non alio ſolenni ſupplicio conſumi, ad quas pœnas in hominum delictis, cùm grauiſsimè peccatum eſt, decurri ſolet. Enimverò, † vt Marcus Tullius in illa, pro Sexto Roſcio Amerino oratione ſcribit, portentum atq; monſtrum certiſsimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantùm immanitate beſtias vicerit, vt propter quos hanc ſuauiſsimam lucem aſpexerit, eos indigniſsimè luce priuarit. Cum † hac tam graui tamq; aſpera pœna, ſi, quæ in eos, qui hoſtes ſunt iudicati, quo numero exules, quorum deterior conditio eſt, haberi ſolent, Bart. l. amiſsione. §. deficiunt. ff. de capit. minu. comparatur, apparebit criminis differentia, tantoq; leuius eſſe hoſtis numero haberi, quàm damnari parricidij, quanto illud, quàm hoc leuius plectitur. Scio † quidem olim eorum, qui hoſtes eſſent iudicati, vt Suetonius Tranquillus in Nerone eſt author, nudi hominis ceruicem furcæ inſeri ſolitam, corpusq; ad necem virgis cædi. Sed † & illud ſupplicij genus deſitum l. aut damnum. §. hoſtes. ff. de pœnis. eſt. Neminem enim damnari, vt verberibus necetur, vel virgis interimatur, ait lex. d. §. hoſtes. nec, ſi eius ſupplicij vſus eſſet, huic, quod in parricidas eſt conſtitutum, vlla parte exæquari poteſt. Vt † nec, quo hodie in hoſtes transfugásve, quorum numero exules habentur, l. proditores. ff. de re milit. vti ſolemus, quos viuos exuri capitéve puniri, d. l. proditores. iubet lex. d. §. hoſtes. Quod ſupplicium, quàm parricidij leuius eſſe, conſtat, d. l. vnica, ſignificaſſeq; Conſtantinus d. l. vnica. Imp. videtur, qui poſthabitis gladij, ignis cæterisq; ſolennibus capitis pœnis, culleum elegit. Quam Conſtitutionem Iuſtinianus ſuis poſtea inſtitutionibus §. alia. de publi. iudic. inſeruit, vt maius omninò haberi flagitium inde videatur, quod in parentes, quàm quod in patriam admitteretur, & conuenienter intelligi parentibus, quàm patriæ magis nos obſtrictos eſſe. Porrò † quod dictum eſt ex grauitate pœnæ, delicti magnitudinem cognoſci ex illo intelligere in primis licet, cũ in defunctorum cadauera animaduerti legibus ſolet, q̃d accidit, quotiens ob atrocitatem flagitij nõ ſatis eſſe, creditũ eſt, de viuo

& sentiente supplicium sumere: nisi in cadauera sensu omni carentia etiam vindicetur. Ita acceptum ab Accursio Glos. l. 2. ff. arbo. fur. cæs. est, quod Callistratus l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. Rom. l. 2. nu. 5. C. qui testa. fac. pos. de famosis latronibus plectendis scripsit, quos primùm furca figi, quibus in locis grassati essent, ait debere: deinde exanimatos bestijs obijci. Li-
351 cet † regulariter cum morte pœna extinguatur, l. defuncto. ff. de publi. iudi. idq; non modò, cùm delinquens legibus pœnam ac-
352 cepit, vsurpatum est: sed † & cum sua manu supplicium præoccupauit, aut suorum necessariorum facto, veneno eum tollentium, dum dedecus familiæ, si publicè pœna reddatur, infamiamq; metuunt, necatus est. Nam huius, præoccupato supplicio, ita extincti cadauer, tanquam pœnæ seruum post damnationem factum, l. si in metallum. in fin. ff. de iure fisci. furca figi quibusdam placuit, in quibus Baldus d. l. 2. C. qui testam. fac. pos. fuit, qui id totum tamen Iudicis permittit arbitrio: quanquam hoc inhumanum post Iacobum Arenã & Petrum, Cyno l. 2 visum est, non immeritò. Angelo d. l. defuncto. ff. de publ. iudi. item, qui ob iniuriam cadaueri factam, hæredibus actionem in Magistratum datum iri, ait. per l. 1. §. quotiens. ff. de iniu. Quare eum abstinere à tali facto iubet: etsi Petrus Philippus Corneus eo casu vllam esse hereditatem aut hæredem, cui actio iniuriarum competat, neget. d. l. 2. num. 19. Abundè ex his appareret, non incertam esse coniecturam ex pœnæ grauitate delicti magnitudinem arguentium, & conuenienter. Quia, qui parentes violauerunt, quàm, qui patriam, acerbius puniuntur, delictum in parentes quàm in patriam atrocius esse, & postremò parentibus nos quàm patriæ magis esse obnoxi-
353 os. In tantum † autem, qui parentes violauerunt, inuisi legum latoribus sunt, vt, cùm in eos vindicatur, Magistratum sua placita transgredi, quod non nisi ex magna causa solet licere, Innocent. c. 1. glos. vlt. de consti. Bald. c. Obertus. qualit. olim feud. alie. pos. Feli. post Innocen. d. c. 1. fallen. 7. num. 48.
354 facilè patiantur. Etenim, † cùm in Clericum cædis reum peractũ animaduertendum est, is ordo per sacras Constitutiones c. cùm nõ ab homine. de iudi. seruatur. Initiò perpetua altaris functione abstinere iubetur, deinde, nisi emendatiore vitæ instituto esse cœperit, arcetur templorum aditu, item Anathemate plectitur, quæstori denique rerum capitalium, fori Ecclesiastici beneficio exclusus, traditur puniendus. His tamen neglectis, nulla vitæ emendatione expecta, Clericus parricida exauctoratus, ordineq; sacro motus, pœnam flagitij sui mox excepturus, Magistratui vltimum supplicium sumpturo offertur. Petrus de Ancha. cons. 257. Abb. & Ioan. de Anania. c. 1. de homi-
355 cid. Feli. d. c. 1. de const. num. 49. Ex † his & suprà scriptis non est obscurum, quanto parentibus, quàm patriæ magis obstringimur, id quod Iulius Paulus lib. 3. Digestor. l. penult. de postul. longè ostendit apertius, qui cùm aduersus patriam suam Decurionibus patrocinio alij adesse neget licere, parentum causas excepit, quos aduersus patriam sine vllo scelere agere Decurionibus
356 potestatem esse, ait. Potest † & inde perspici quanto parentum, quàm patriæ potior est causa, quòd natura persona filij, patris persona existimatur, l. fin. & ibi Docto. C. de impu. & ali. substi. & Marsi. l. 1. §. inauditum. ff. de sica. Gomes. §. actiones. num. 8. Instit. Tiraq. d. l. si vnquam. In præfat. nu. 15.
357 vnde permulta fluxerunt. Vox † in primis filij, patris vox dicitur, & contrà. §. ei verò. Insti. de inutil. stipu. quod, est & in voluntate dictum. Nam, vt Baldus apud Imperatorem Iustinianum lib. 6. Principal. Constitutio. notat. l. fin. C. de impub. & ali. subst. quod vni placuisset: idem alteri placere videtur. Adde filij terrorem, patris terrorem
358 existimari. Imò † verò in persona patris, metum filio adhibitum, augeri. Plus enim liberis, quàm sibi ipsi parentes naturaliter metuere solent. Hoc est, quod libr. 4. Digest. l. isti quidem. in fin. quod metus causa. Iulius Paulus, parentes, inquit, in persona filiorum, quàm in se magis terrentur. Vn-
359 de † rerum capitalium quæstoribus, in eadem causa de patre & filio quæstionem habituris, illam cautionem sequendam quidam Guido de Zuzaia. tract. de tormen. col. 5. §. quo ordine sunt habenda tormenta. Albertus de Gandano. tract. malefi. Rubri. de quæst. §. nunc videndum est quo ordine. Bonifac. Vitel. tract. malefi. tit. qualiter sit facien. tort. Angel. Areti. tract. malefi. verb. fama publica. col. 34. vers. nunc videamus. Alberi. rub. C. de quæsti. col. 2. vers. quid si torquendus. Marsi. l. 1. in prin. col. penul. ff. de quæsti. l. 1. in prin. nu 38. & l. 1. §. inauditum. nu. 6. ff. de sica. non inscitè monent, vt prius, & quidem in patris conspectu, filio tormenta adhibeant, hac ratione consequuturi, vt delicti confessionem à patre facilè eruant, nihil celaturo, quo maturius filium
360 quæstionibus liberet. Hunc † parentum in liberos

liberos affectum non ignorauit Carolus secundus Imperator, qui, cùm pater & filius cædis accusarentur, constaretq; ab alterutro cædem factam, ab vtro autem facta esset, reperiri non posset, post graues habitas quæstiones, vtrumq; ad furcam damnauit, quibus ad locum supplicij perductis, pater de se protinus confessus est, de quo, filio incolume, sumptum est supplicium. Andreas Isernas. de pace tene. §. publici latrones. & Barbac. c. Raynaldus. colum. 43. & seq. de testa. & c. in præsentia. colum. 37. de probat. & c. 1. colum. 2. de commo. & repet. l. cùm acutissimi. colum. 23. C. de fideicommiss. Paris. de Puteo. tract. de syndic. char. penult. Iaf. repet. l. si is, qui pro emptore. colu. 42. ff. de vsurpation. & Matthe. Afflic. consti. Siciliæ, incipi. pacterenorum. colum. penult. versicul. secunda ratio. Marc. l. 1. colum. penult. ff. de quæst. & l. inauditum. colum. 2.

361 versicul. item adeò. ff. de sicar. Quod hîc paternus amor, in rustico atq; agresti hòmine Lituano, præter terræ culturam, omnis humanitatis experte, ipsa naturalis iustitia extorsit. Proximo enim tempore in agro Ponario non procul Vilna, cùm de homine cædis per iniuriam damnato supplicium sumendum esset, iamq; allìgatus à carnifice ad sumendam de eo pœnam distineretur, accurrit is, à quo cædes facta erat, & delictum in se confessus, liberato eo, qui damnatus erat cædis à se factæ pœnas vltrò luit, vt mirari iam desinat antiquitas, Damonas suos, & Pythias Pythagoricos.

362 Sed † ad patris & filij personam redeamus, quæ legum fictione ita vna eademq; habita est, Abb. c. consuluit. de iu. pa. Gomesius. §. actiones. numero nono, Instit. de action. vt filius ieiunandi necessitate suo ieiunio soluat patrem, Glos. c. pœnitentia. de pœniten. 3. distincti. Tiraquel. in præfat. l. si vnquam. numero decimoquinto, C. de reuo. donati. quasi quibus abstinet filius, ijsdem abstine-

363 re pater videatur, vt † contrà, quæ faciat filius, ea facere pater intelligatur. Vnde placuisse didici, vindicta cuiuspiam iniuriæ, patri permissa, filium eam mandatu patris rectè exequi, l. Gracchus. C. de adult. & ibi Salycet. & Bald. & Bartol. l. non solùm. §. si mandato. colum. 2. versu. circa primum. ff. de iniur. & Roma. l. 1. ff. in ius vocat. vt ea. & consil. 484. hoc quod vicinus. vers. quarto idem probatur. Alexand. & Iaf. l. 1. §. vsufructuarius. ff. de ope. no. nun. ci. Angel. tract. malefi. verbo. che me hai. adulterato. numer. 64. an maritus possit. & Felin. c. quæ in Ecclesiarum. colum. 4. vers. hoc intellige. de constit. & c. si verò. 1. colum. 1. vers. limita nisi pater de sententia excom. Marc. l. 1. num. 4. C. de rapt. virg. & l. mandatum post prin. ff. de sicar. & singul. 448. habens potestatem. Tiraquel. l. si vnquam. in præfat. numero decimosexto, C. de reuoc. donat. cùm alioquin, cui vindictæ facultas legibus concederetur, suis ipse manibus eam exequi debeat, nec alieno ministerio ea in re vti. l. seruus, si hæredi. ibi personæ duntaxat eius. ff. de sta. liber. glos. l. cum fundi. ff. de vi & vi arma. Bald. l. ad officium. in fin. C. commu. diuid. Tiraquel. tractat. retractuum. titul. 1. quæstio. 26. in glos. 1. num. 62. sed caue. & d. l. si vnquam. d. numero decimosexto. Il-

364 lud † æquè scio receptum, quibus in rebus industria personæ electa est, quamuis alium pro se substituere non liceat, cap. vltim. de offic. delegat. non malè tamen à patre in suum locum filium suffici, Roma. d. l. 1. ff. in ius vocat. vt ea. per l. sciendum. §. legati. ff. de legatio. Feli. c. 1. col. 1. in fi. de mag. Marc. d. l. 1. nu. 6. C. de rapt. virg. & sing. 160. pater & filius. & Tiraq. d. l. si vnquam. in præfat. d. nu. 26. quod Marcianus lib. L. Digest. d. §. legati. in legatis respondit, quos negat, alios, quàm filios suos dare vicarios posse, idq; in ea specie Baldus Rubr. extra. de procur. colum. vlti. versicul. numquid. existimauit, cùm per valetudinem legatus munus suum obire nequit. Ait enim, eum filij opera vicaria rectè vsurum, nullius autem alterius.

365 d. numero decimosexto. Adeò † autem patris & filij vna eademq; persona censetur, vt, cùm per legem sumptuariam ad vnas nuptias certum conuiuarum numerum duodecim fortè excedere ius non est, patri & filio vxores ducentibus, eum, id est duodecim conuiuarum numerum egredi Bartolo l. inficiendo. §. infans. in fi. ff. de furt. authore non liceat, quasi vnæ nuptiæ celebrentur. Quòd Franciscus Aretinus, l. patris & filij. ff. de vulga. & pupil. Iason, d. l. patris & filij. Andreas Barbatia, Rubr. de causa possess. & propr. char. 27. & Ioannes Anagninus c. fin. colum. 10. vers. ex prædictis infert ad quæstionem de colum. detegen. Tiraquel. d. l. si vnquam. in præfatio. numero vigesimosecundo, verum putant.

366 Ita † quoq;, cùm patris & filij testamentum ordinatur, quod etiam in Iure Prætorio, vt Domitius Vlpianus libro vigesimooctauo Digestor. d. l. patris & filij. scribit, pro vno habetur, si quid Reipubl. testamentorum nomine, præstari oportet, semel ea summa, quasi vno testamento facto, debetur, Angel. Imola & Alexand. d. l. patris & filij.

& Barb.

& Barb. c.1. de mutu. petitio. & c. cùm dilectus. col. 27. de ordi. cog. & Tiraq. d.l. si vnquam. in præfatio. nu. 22. nec Tabellio plus operarũ nomine consequetur, quàm si vnius testamentum conscripsisset. Angel. Imola. & Alexan. d.l. patris & filij. vnius semper personæ loco patre & filio legis censura habitis. l. fi. C. impu. & ali. substi. Quibus † conuenienter Marianus Socinus Consi. 53. magnifice. Marsi. d. §. inauditum. num. 3. & Gomes. d. §. actiones. num. 3. non videri putat, patrem liberum à custodia dimissum, qui filium pro se obsidem dimisisset. Illud † quoq; scio placuisse, cùm ad beneficium aliquod priuilegiumq; consequendum certũ locum inhabitari ab eo, qui illud obtinere vellet, exigit lex, siue pater inhabitet, prodesse filio, siue filius inhabitet, prodesse patri, & ita patris factum filio, & contrà filij factum patri communicari, Ang. d.l. fi. de impub. & ali. subsiit. Secundum quod Angelus Consi. 270. statuto ciuitatis. per l. cùm seruus. cir. fi. C. de agricol. consi. lib. 11. scribit, non videri patrem abesse à ciuitate, qui in ea filios suos reliquisset. Aeque † placuit, cùm Magistratus censu leguntur, qui mos à Romanis fluxit, opes patris atq; facultates filij putari, & illi cuius pater diues atq; opulentus est, quotiens certus fortunarum modus à lege in eo exigitur, qui honorem gerere possit, filio patris fortunas prodesse. Nec, quia in tantis facultatibus positus ipse non sit, excludi ab honore debet, ad quem secundum facultates paternas aspirare liceret. Alberic. d.l. in suis. Bald. & Iaſ. l. sciendum. ff. qui satisda. cog. Tiraq. d.l. si vnquam. in præfat. num. 23. Secundum † quod Albericus d.l. in suis. Bergomi consultus respondit: Filium, cuius pater trecenta in bonis habebat, ab eius Magistratus petitione, ad quem, qui minus trecentis habet. lege Municipali non admitteretur, non esse submouendum, quasi paternarum facultatũ patre superstite dominus esset, idq; Raphael Comensis Consi. 131. duo fratres. & Tiraq. d. nu. 23. probat; & si Pontanus l. 1. §. domini appellatione. nu. 7. ff. de Senat. consil. Sila. hoc amplius patris consensum desiderat. Non † dissimili ratione, cùm filij parentibus defunctis succedunt, vectigalis nomine, quod ex lucro, quod quisq; caperet, præstare iure sui Municipij debet, filios nihil præstaturos, plericq; Angel. Imola. Raphael Comen. & Francis. Areti. d.l. in suis. Idem Ang. l. cùm in adoptiuis. colu. 2. C. de adopti. & Ioan. Plat. l. 1. not. 2. C. de impo. lucra. descrip. & in procœmio, Insti. verbo, Almanicus. & l. Corneus. consi. 268. in hac consultatione. col. 3. lib. 3. Barba. consi. 49. illud afferam. col. 2. lib. 1. Philip. Dec. l. fi. col. 3. vers. & si expresse. statutum. C. de edic. di. Hadr. tol. & consi. 262. in causa magnifici. col. 2. vers. septimo. Alex. & Iason. d.l. in suis. & Tiraq. d.l. si vnquam. in præfat. nu. 19. authores sunt. Similiter † in decuma, ex quolibet lucro soluenda responsum est. Nã eam filij, paternam hæreditatem adepti, non præstant. Glos. c. pastoralis. verb. quasi de lucro. de deci. per d.l. in suis. & d.l. fi. C. de impub. & alio. substi. Ala. Vincen. Hostien. Ioan. Andr. & Panor. d.c. pastoralis. Rapha. Comen. d.l. in suis. Philip. Deci. d.l. fi. colu. 2. versic. vlterius tamen. C. de impub. & ali. substi. & consi. 331. pro resolutione. & Tiraq. d.l. si vnquam. in præfat. nu. 19. & rectè, filij † quippe, vt Iulius Paulus lib. 18. Digest. l. in suis. de libe. & post. scribit, post mortem patris non hæreditatem percipere videntur, sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur. Quapropter † in beneficijs, quæ parum probo vocabulo feuda, latinè iura militiarum rectè dici creduntur, placuit, à filijs, patre defuncto, non tam quæri, quàm quæsita capi atq; retineri, tanquam ea viuo patre possedissent, & idcirco sine vlla in possessionem missione in ipsos continuari. Glos. c. vnico. in fi. super verbo. aut successione. tit. de feudi cognit. & ibi. Iac. Belu. Bald. Mart. Laud. Aluar. & Cardi. Alex. Barb. consi. 10. sapienter scribitur. col. 3. lib. 2. & consi. 73. magnanimus. col. 3. lib. 4. & Rubr. C. qui admitti. colu. 4. vers. secundò mihi videtur. & Bapti. Cacia. repet. c. 1. in 6. prin. parte. differentia vltima. d. titu. de feudi cognit. Adde Bald. c. 1. colum. vltima. tit. an mutus vel alio. imper. Tiraq. d.l. si vnquam. in præfatio. nu. 20. Eadem † ratione, cùm Imppp. Archad. Honor. & Theodo. Constitutione, Bald. l. cum antiquioribus. colum. 6. vers. Decimo sic. C. de iure deliber. Iaſ. l. quotiens. colu. 7. vers. nota etiam perpetuo. C. de rei vendi. & l. si sorori. ad fi. C. de iure delibe. Catel. Cotta. memor. Feudum viuo etiam patre. & Tiraqu. d.l. si vnquam. in præfat. d. nu. 20. qui in potentiorum personas actiones suas transferunt, ius crediti amittunt: l. fi. C. ne lic. potent. Idem tamen non passurum qui in filij potentioris personam actiones suas transtulisset, post Accursium l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. Bartolus, d. §. ea lege. Baldus, l. ea lege. colum. penul. vers. quintò quæritur. C. de condi. ob cau. per d.l. in suis. Iason, d. §. ea lege. Felinus, c. afferte. col. 2. de præ-

367 368 369 370 371 372 373 374 375

de præsump. & alij authores sunt. Marsl. in auditum. col. 2. ff. de lica. & l. 1. num. 8. C. de rapt. virgi. & d. sing. 160. pater & filius. Gomelius. §. quædam. col. 9. vers. quintò limitatur. Insti. de actio. Tiraq. d. l. si vnquam. in
376 præfat. num. 18. Quod † generaliter est acceptum. Bald. l. cum pater. §. cùm inter. per. ill. tex. ff. delega. 2. & cons. 358. quidam Lucanus. col. 2. vers. de eo autem. lib. 1. per not. d. §. ea lege. & l. 1. de impo. lucr. de scrip. lib. 10. & consil. 253. casus talis est. quidam de ciuitate. colu. 2. lib. 3. & consil. 460. punctus talis est. quidam reliquit. colum. 1. lib. quinto. quotiens quis alienare quid prohibetur. Id enim in filium alienare non intelligitur prohibitus, tanquã continuatio quædam dominij ea magis sit, quàm alienatio. d. l. in suis. & Bald. locis proximè allegatis & Tiraquel. d. l. si vnquam. in præfat. nu. 18. quod ad filios non iusto toro quæsitos Baldus d. cons. 460. & cons. seq. rectè producit.
377 Huc † pertinet, quod idem Baldus, l. 2. in fi. C. de leg. hære. per l. fi. C. de vsufru. patris & filij possessionem promiscuam esse, scribit, quasiq; vnum corpus, vt quod vnus possidet, alter possidere intelligatur, quodque vnus habet, alter habere. Bald. l. final.
378 C. de impub. & alio. subsit. Quare, † cùm de domo sua, quam tutissimum cuiq; refugium atq; receptaculum esse Gaius l. plericq. ff. de in ius vocan. ait, in ius vocari nullus possit, d. l. plericq. de domo paterna filium in ius vocare non licebit, Bartholo, Socin. d. l. plericq. 5. quæstio. numer. 36. quasi domus patris domus filij sit, in qua item si pulsatus dicetur, ac si domi suæ pulsatus esset, haberi placuit. Quibus casibus homine domi suæ pulsato, lege Municipali augetur pœna, quæ sententia Baldi fuit. l. 1. §. domini appellatione. ff. de Senat. cons. Sila. Igitur, cùm tot exemplis patrem & filium vnius esse loco constet, vt naturali quodam caritatis ordine sibi quisq; quàm alij propior est. l. Præses. C. de seruitut. & aqua. ita parentibus, quàm patriæ deuinctiores nos esse, consequens est, existimare.
379 Hanc † etiam parentum prærogatiuam, & inde licet colligere, quòd eorum causa, quàm patriæ multò est antiquior. Id quod & Ludouicum Gomessium, hanc quæstionem tractantem, libr. quarto Institutionum Principalium §. rursus. nume. 22. Instit. de actio. adnotasse lego. Statim enim orbe creato, vt primùm homines nati sunt, pietatem parentibus à liberis debitam palàm est. d. l. veluti. ff. de iusti. & iure. cùm longè post, ciuitatibus rebusq; publicis conditis, patriæ nomen inter homines & esse, & coli cœperit. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Hæc ad superiorem Angeli sententiam non leue adferre momentum prima quidem specie videantur. Nam si parentibus, quàm patriæ maiore caritate obstringimur, eius admissum, qui consilium aduersus patriam initum cælasset, non maiore pœna est plectendum, quàm relegationis, quomodo in filium, qui insidias in patris necem paratas non detexisset, vindicatum est. l. 2. ff. de par-
380 ricid. Sed † quia debita Reipub. pietas eam, quę est erga parentes, vincit, vt inter omnes conuenit, Doct. d. l. veluti. crebriusq; receptum esse, Iason d. l. veluti. refert, aliud di-
381 cendum erit. Non † me fallit esse quosdam, Angel. post veteres. d. l. veluti. quam legit, cum §. ius Gentium. l. 1. ff. de iusti. & iure. qui distinguant, quibus casibus seruire patriæ commodis licet, nec eo minus opem patri ferre, exæquo esse à nobis, parentibus ac patriæ consulendum, & ita accipiendum esse, quod suprà allegabatur, filium sic patri, cuius esse diceretur, nasci: quemadmodum & Reipub. l. 1. §. & generaliter. ff. de ven. in possessio. mitt. vt contrà, cùm amitteretur, patri & Reipub. amitti. l. post limi nium. §. filius. ff. de capti. Enimuerò cùm parentum & patriæ causa concurrit inter se decernentium, vt cùm fortè patriam pater oppugnat, patriæ nos adesse oportere Angelus ait d. l. veluti. per d. l. minimè. extra hæc spectandum putat, & ita veteres quosdam scribere refert, d. l. veluti. patriáne magis an pater laboret, vt huic aut illi opem potissimum feramus. Etenim exæquo laborantium patris quàm patriæ potiorem causam esse scribit. Quam distinctionem Raynerio quoq; probari idem Angelus author est. d. l. veluti. & eam ipse tanquam parum plenam supplet, Ait enim, cùm iuxta pater & patria nostro egent auxilio, patrî ita demum opem ferendam, cùm & ipse nos & patria simul implorat. Cæterùm, si patria implorat sola, ei succurri, oportere. Arg. l. pupillus. ff. quæ in fraudem. credi. inspiciendum tandem scribit, iustáne vtriusq; causa proponatur, an non. Priore casu potiorem patris causam fore: posteriore autem iustam causam habenti adesse nos debere, siue is pater, siue patria sit. Cæterùm iniustã causam, siue patriæ ea sit, siue patris, nostro non esse, patrocinio iuuandam, l. si qs in graui. §. 1. ff. de Senat. cõs. Sila. & rectè
382 hoc postremum, in re quidẽ liquida. Satius † quippe fore, patris & patriæ in reb. iniustis desertores nos esse, quàm iniuriæ patronos.

Quod

Quod † ad totam verò distinctionem attinet, excidisse Angelo miror sententiã, qua apud Iulium Paulum lib. 3. Digestor. d. l. penul. de postula. vsum suprà retuli, cùm in re pecuniaria parentum causam patriæ anteferendam scripsit: in his verò, quæ ad vtrius q statum pertinerent, patriam patri præferri. Quæ distinctio & rationem habet, & legibus consequens d. l. penult. est. eam q Fulgosius d. l. penult. probat. Sed † quia hanc, quæ proximè relata est, Angelus refellit, vtram sequamur, dispiciendum erit, & potius est, vt veterum opinione reiecta, ij sq, quæ ad eam supplendam ex Angelo retulimus, inter causas pecuniarias & eas, quæ ad statum pertinent, interesse dicamus.

383 Publica † quippe præferri priuatis æquum est, l. actione. §. Labeo. ff. pro socio. e. bonæ. de post. præla Fortunius. d. l. veluti. nu. 21. & legi minimè. ff. de religio. consequens, quæ à liberis parentes, qui ad patriam delendam venissent, lugeri vetat, præmio etiã num proposito si eos, tantum facinus ausos, interfecissent, extra hæc liberos parentibus, quàm patriæ studere, magis oportere, consequens est. Neq enim distinguit lex, penultima. ff. de postu. quæ Decurionibus causas parentum aduersus patriam agere ius esse vult, iustáne, an iniusta causa sit parentũ. Quam rem vnus propè litis euentus demonstrare solet. l. quod dicitur. ff. de peculi. vt nec contrà, cùm de Reipub. statu ageretur, distinguit, d. l. minimè. iustum quis bellum patriæ moueat, an non iustum, facta semper liberis potestate parentũ, qui patriæ arma inferrent, occidendorum, præmio ad hoc prouocatis, & ita exaudiendam esse sententiam, causam patriæ parentum causæ præferentium. vt non, nisi cùm de statu ageretur, patria parentibus anteferatur, d. l. minimè. in causis pecuniarijs, quæq ad rem familiarem pertinent, prærogatiua parentibus semper seruata. d. l. penultima.

384 Nec † mouere quenquam aduersus proximam distinctionem debent, quæ suprà pro parentum causa proferebantur. In primis enim illud Pomponij responsum, vt parentibus & patriæ pareamus, iure Gentium descendere dicentis, d. l. veluti. illa verborum collocatione non hoc significat, vt parere potius parentibus nos oporteat, quàm patriæ. Nam, vt eleganter Baldus apud eundem Pomponiũ distinguit, d. l. veluti. verborum ordo non vsq quaq spectandus est, sed cùm aliunde intelligi non potest, quod præferamus, in proposito autem articulo causam parentum Reipub. cùm de statu, vt suprà dictum est, decernitur, posthabendam palàm est. d. l. minimè. de religi. Indet

385 constitutum esse idem Pomponius libr. 11. Digestor. d. l. minimè. ait, à liberis lugeri eorum parentum obitum nõ oportere, qui

386 ad delendam patriam venissent. Quin † parentes ita scelestos à liberis sine vllo flagitio interfici, præmium etiam ob id facinus cons

387 sequuturis. d. l. minimè. Porrò † ordinem pietatis, qua secundum Deum patriam ac parentes colere, eorumq imperio audientes esse debemus, Plato Philosophorum Princeps sua quadam ad Architam Tarentinum epistola declarat: Illud te considerare, inquiens, oportet, nullum nostrum sibi soli natum esse, sed ortus nostri, partem sibi patriam vindicare, partem parentes, partem amicos. Quod Mutuatus Marcus Tullius

388 suæ de officijs disputationi inseruit. Quòd † verò ex magnitudine pœnæ delicti grauitas iudicabatur, Glos. notab. c. meliore proposito. 27. q. 1. in glo. 2. not. Barto. cons. 217. & l. leuia. in prin. ff. de accus. & l. non solùm. § si mandato. ff. de iniur. Bald. l. nemo. in fi. C. de sum. trini. & aut. Clericus. colu. 2. C. de Episco. & Cleri. & l. si fugitiui. colu. 1. C. de seruis fugit. & l. 1. colu. 2. vers. quartò pono. C. de accusa. Caldeinus. cons. 1. tit. de accusa. Feli. c. cùm quidam. de iureiurand. & c. 1. de Simo. Dec. c. at si Clerici. nu. 6. & post eum August. Bero. ibid. num. 95. & Gomesius. c. ex maleficijs. num. 4. Insti. de actio. non est perpetuum. Nam, vt sæpe ita fiat, inter-

389 dum † tamen ex causa pœna maior, quàm flagitij qualitas postulat, irrogatur. Quod accidit, cùm ad hoc aut illud admissum procliuiores sumus. Glos. c. admonere. verb. existimes. 33. q. 1. Dec. c. at si Clerici. 7. no-

390 tab. de iudic. Quapropter † Ecclesia durius in eum vindicat, qui vxorem, quàm qui matrem occidisset, d. c. admonere. & c. latorem. ead. caus. & quæst. non ignara in materna cæde, quàm in vxoria plus inesse delicti. Sed quia ab vxoria cæde quàm à materna homines minus abhorrent, asperitate pœnæ eos magis deterrere oportuit, d. glos. d. c. admonere. à quibus vt homines facilius arceantur, grauiores pœnas constituere ne-

391 cesse est. Quotiens † enim nimiùm multæ personæ grassantur, vt Claudius Saturninus scribit, l. aut facta. §. fi. in fi. ff. de pœnis.

391 exemplo opus est. Secundum † quod diuum Hadrianũ consilio Veticæ rescripsisse Domitius Vlpianus lib. 47. Digest. l. 1. in prin. de abig. author est: Abigeos, cùm durissimè quidem puniuntur, ad gladium damnari solere. puniri verò ait durissimè nõ vbiq, sed

sed vbi frequentius est id genus maleficij.
393 Inde † videmus in Polonia atq; Lituania leuibus furtis perpetratis, & quæ contemni possint, ob frequentiam eius admissi homines ad furcam damnari, nulla natalium aut
394 familiæ allegatione adiutos. Augendæ † quoq; pœnæ, illa causa idonea visa est, cùm maior se offert delinquendi occasio, inde euenire, idem Claudius Saturninus est author. d. §. fi. in prin. vt vbi metalla sunt, ibi adulteratores monetæ magis plectantur, & ita idem flagitium in diuersis Prouincijs nõ eadem pœna coërcetur. d. §. fin. in princ.
395 Quæ † causa esse quoq; Polonæ Lituanæq; Reipub. conditoribus potuit, durius in fures vindicandi. Posita enim propè in aperto omni re familiari, ob parũ coherentia ædificia, ligno, & tabulis, stipula, sæpe & luto cõstructa, quæ parietibus & tecto in tuto non erant, ab his, legum pœnis arceri homines alienis fortunis insidiantes oportuit, idq; meritò placuisse, vt, quod non ineleganter quædam ait Constitutio, l. 11. C. ad l. Iul. repe-
396 tund. vnius † pœna metus possit esse multo-
397 rum. Sunt † qui putent, Cardina. clemen. ad nostram. vers. 7. in 2. q. de hæreti. Dec. d. c. & si clerici. 7. nota. naturam criminis non pœnam, quæ extrinsecus accedit, spectandam, & inde grauius leuiúsve crimen existimandum. Quibus † conuenienter mentientis fac-
398 tum maius esse delictũ creditum est, quàm corpus suum extra matrimoniũ alij miscentis, quia illud, quàm hoc naturæ magis re-
399 pugnat. Cardi. & Deci. vbi suprà. Non † omittam, q̃d Bartholomæus Socinus Cons. 157. vol. 1. c. vergentis. de hæreti. c. cùm secundum leges. eod. tit. lib. 6. iuncta l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiest. & c. felicis. de pœnis. lib. 6. Augustin. Bero. d. c. at si clerici. nume. 97. in expendendis criminibus ait sequendum, qui non pœnæ magnitudinem spectari, sed quid cum maiore Dei offensa delinquitur. Nam quacunq; pœna constituta, leui aut graui, quo facto Deus magis offenditur, eo authore, grauius est peccatum, quo verò minus, leuius. Scimus enim eum, qui humanã maiestatem læsisset, grauius puniri, quàm qui diuinam, aut certè, vt Augustinus Beroius præceptor meus scripsit, c. at si clerici. nu. 97. de iudi. non dispare supplicio, cùm procul dubio Cæsare alióve Principe læso offensa minus ad Deum pertineat, quàm qua diuina ipsa maiestas, impietate nouisue religionibus repertis susce-
400 ptisue, offenditur. Denicq; † incesti crimina, quanquam natura grauiora sunt, humanius tamen, quàm adulterij tractari quandoq; so-
lere Papinianus lib. duodequinquagesimo Digestor. l. si adulterium, cum incesto. §. 1.
401 ff. de adult. author est. Non † prætereo, legibus nonnunquam in eos vindicari, qui dolo malo nihil egissent, in qua causa qui sunt, iustam pœnam sufferre non solent. Et
402 enim † capitis pœnas non luit, qui sine dolo malo hominem occidit. Marsi. l. de minore. in princi. nu. 17. ff. de quæst. & l. 1. nu. 66. ff. de sica. per §. diuus Hadrianus. in ea l. & c. non est. & c. nec is. cum seq. 15. q. 1. Roman. l. 1. §. occisorum. nu. 2. vers. sexto & vltimo. ff.
403 de Sena. cons. Sila. Ob exemplum † tamen aliud constitutum didicimus in eo, qui poculum amatorium dedisset, aut partus eijciendi causa medicamentum aliquod exhibuisset. Muliere enim aut homine inde extincto, vltimo supplicio ea res coërcetur. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. Nec sine mortalitatis euentu, id ausõ impunè est. humilioribus in metallum, honestioribus in Insulam parte bonorũ amissa relegandis, d. §. qui abortionis. licet in vtraque specie dolus absit & nocendi cõsilium. Glo. l. 1. §. eod. vers. vel in hoc. ff. de Senat.
404 cons. Sila. Similiter † ob exemplum placuit rei capitalis damnari ancillam, quæ percussorem, vim sibi ab eo metuens, posthabita dominæ salute, nec clamore territ, nec, vt ad auxilium cõcurreretur, vllum edidit ploratum. Nam etsi eo modo, ope non lata, capitis pœnam meruisse non videatur: in hoc tamen, ait lex, d. §. eodem. supplicium eam pati debere, ne cæteri serui credant, in periculo dominorum sibi quenq; consulere debere, & eorum saluti suam anteponere. vt parum rectè existimare videantur, qui ex magnitudine pœnæ delicti grauitatem iu-
405 dicant. Adde, † cullei pœnam, qua vetus iurisprudentia in parricidas vsa est, Baldo & Salyceto authoribus l. 1. C. de ijs. qui paren. vel libe. occide. Carer. pract. crimi. §. homicidij. nu. 147. antiquatam iam esse atq; desitam, nihilq; grauius in parricidas esse moribus constitutum, quàm capitis amputationem, negata sepultura, hoc est parricidæ ca-
406 dauere canibus obiecto. Quanta † verò sit consuetudinis authoritas, nemo nescit. Nõ enim imitatur §. ex non scripto. insti. de iure natu. modò legem ac interpretatur: l. si de interpretatione. cum ll. seq. ff. de legibus. sed emendat etiam atq; adeò abrogat, §. sed naturalia. in fi. institu. de iu. natu. & l. de quibus. ff. de legib. nec minus, quàm legem, seruandam consuetudinem esse, sæpe constitutum d. §. ex non scripto. & d. l. de quib. cũ ll. seq. & quæ latissimè allegat Guido Papa

407 ſingular. 803. eſt. Quare † Baldus Authen. iubemus. vl. no. C. de iudicijs. adde Panor. c. ea. quæ per ill. tex. not. 4. de ſta. monachorũ & textũ. C. de peti. bo. ſub. li. 10. in illis verbis, plectendi conſuetudo. & quod ibi not. Io. Pla. 2. not. vide. Tiraq. tract. de pœnis. in præfatio. nu. 6. & 7. lib. 3. Principal. Conſtit. eum, qui iuriſdictioni præeſt, non minus ſecundum mores & conſuetudines, quàm ſecundum leges iudicare debere, ſcribit, & idcirco, qui aduerſus conſuetudinẽ iudicat, vt dicta cõtra leges ſententia, litem ſuã facere: idem author d. Authen. iubemus. & c. cum omnes. col. 3. verſ. & eodem modo. de conſtitutio. Tiraq. loco proximè allegato. nu. 7. eſt, ſcribit alio loco idẽ Baldus, Rub. de dila. ante fi. per l. an in totum. C. ædifi. priua. Tiraq. d. nu. 7. à ludice, qui conſuetudinem non ſeruaſſet, ęquè prouocandi ius eſſe, atq; ab eo, qui contra ſacras conſtitutiones quid pnunciaſſet, quæ accipere & in capitalibus iudicijs debemus. Conſuetudo enim, vt & lex, necis habet & vitæ poteſtatem. Bal. c. 1. verb. damna. in fi. de pace conſtan. per text. l. ſunt quædam. ff. de extraordi. crim. Ana. c. ſicut. col. penul. de iudi. Tiraq. loco proximè allegato. nu. 6. Quædam quippe crimina eſſe: quæ, nulla lege de ijs lata, more Prouinciarum capitis ſupplicio vindicantur, qua pœna in prouincia Arabia Scopeliſmon facientes plecti more gentis ſolere, Domitius Vlpianus lib. 47. Digeſt. d. l. ſunt quædam. author eſt. admonitis obiter rei capitalis quęſtoribus, ne legum pœnis conſuetudine mitigatis fortè cõtemptis, aſperiore vſi ſupplicio periculum ſibi creent: Noſtram nos diſputationem cõcludamus, quæ de expendenda delictorũ magnitudine eſt, quam ſæpè non ex modo pœnę cognoſci, ſuprà conſtitit, quod & in ijs, quæ ciuiliter peccantur, Cynus lib. 3. Principal. Conſtitutio. l. 1. C. de plus peti. adnotauit in ea ſpecie, cùm in iudicio plus petitũ, quàm deberetur, proponitur. Nam quãtuluſcunq; in ea re exceſſus ſit: iactura totius crediti plus petentẽ affici,
408 eſt conſtitutũ. d. l. 1. de plus peti. Porrò † ad ſuperiorem ſententiam infirmandam, quò magis parentibus, quàm patriæ obtemperandũ eſſe putemus, quod natura, vt ſuprà dicebamus, pater & filius eadem eſſe perſona penè intelligantur. d. l. fi. C. de impub. & ali. ſubſtit. nihil quicquam facit, quin ea re adiuuari eam ſententiam conſequens eſt dicere. Qua enim pater & filius vna perſona exiſtimantur, hactenus nec imperium intelligi, nec obſequium vllum naturaliter poteſt. Neq; enim, vt eleganter Marcianus lib. 4. Digeſt. l. penult. de recep. & qui arbi. recip. ait, imperare ſibi, neq; ſe prohibere quiũ quam poteſt quam eſſe cauſam idem Marcianus d. l. penult. ſcribit, vt de re ſua quis arbiter non rectè detur. Quomodo enim ſe quis facere quid iubeat, aut non facere? d. l. penul. fungatur q;, vna perſona cùm ſit, plurium vice? l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. de Senat. cõſ. Trebel. & l. ſi plures. ff. de pactis. cùm ex aduerſo nihil vetet, patriam imperare, & ſingulos inde ortos parere ei atque obſequi d. l. veluti. de iuſti. & iure. imò maximè conſequens ſit, aliter non conſtituris rebus publicis, nec vlla iuris parte ſuũ exi-
409 tum habitura. Hæc † mea diſputatio non eò pertinet, vt negem filios parentibus parere debere, quod ſuprà iure gentium deſcendere conſtitit, d. l. veluti. ſed eò rem perducit, vt inter patrem & filium eatenus, quà vna perſona exiſtimantur, nullum eſſe imperiũ atq; obſequium poſsit, ne conſequens ſit, eundem ſibi imperare ac parere, atq; adeò plurium officio fungi, quod eſt deridiculũ, & naturæ repugnans. d. l. penult. & d. §.
410 tempeſtiuum. & d. l. ſi plures. Nec † videtur huic ſententię aduerſari, quod filius familiàs Prætor, patris, cuius poteſtati ſuppoſitus eſt, ſuſpectam hæreditatẽ dicentis eam adire atq; reſtituere cogendi ius habet. l. ille à quo
411 §. fi. ff. de Senat. conſ. Trebel. Cùm † enim filius famil. præturam init, filij perſonam exuit, nec, quàm diu Magiſtratũ gerit, vllo pa-
412 trię poteſtatis iure tenetur. Nam † vt elegantèr Hermogenianus l. nam quod. ff. de Senat. conſ. Trebel. ait, filius fami. quod ad ius publicum attinet, non ſequitur ius patriæ
413 poteſtatis. Quod † autem dicebatur, patrem & filium natura eandem penè perſonam intelligi, id iure patriæ poteſtatis deſcendere proditum eſt, Rom. l. ſi verò. §. de viro. nu. 14. ff. ſolut. matr. Petr. Philip. Corne. l. fi. C. de impub. & ali. ſubſtit. ſecundum quod, filios emancipatos in eadem cauſa non eſſe,
414 conſequens eſt dicere. Nec † denię, quod extrema noſtræ diſputationis parte dictum eſt, antiquiorem parentum, quàm patriæ cauſam d. l. veluti. & d. l. ex hoc iure. de iuſti. & iur. eſſe, præſentem quæſtionem onerat. Nam ſi id ſequimur, conſequens eſt, vt naturę ius, quàm Gentium tempore prius eſt, ita quoq;, quæ inde proficiſcerentur, quàm, quæ iure Gentium poſtea fluxerunt, dignitate vincere, quod dicere perquàm abſurdũ eſt. Eorum enim, quæ iure naturali deſcendunt, nihil tanti eſt, quod nõ ſit ob Dei religionem contemnendũ: religionẽ tamẽ erga Deũ deſcendere iure gentiũ, & modò dictũ

eſt, &

est, & Pomponius d.l.veluti.scribit. Caritas verò parentum in liberos, & summus in suam cuiusq; sobolem amor, non hominum modò est, Andr. Tiraq.l.si vnquam.in præfat.num.7. cum seq. sed & ferarum, quas, vt suos catulos tueantur, omne vitæ discrimen
415 adire quotidie videmus. Porrò, † quanto Dei religio caritate liberorum antiquior esse hominibus debeat. Nónne Abraham ille multarum Gentium pater, singulari exemplo nobis commonstrauit, qui suæ in dulcissimum filium pietati Dei religionem antetulit? cui dum obtemperat, vnicam sobolem suam morte multare erat paratus. Il-
416 lud † bellè quæri potest, an ei, qui aduersus suprà scriptam distinctionem patrem prætulisset, patriæ, aut contrà, patriam patri, fraudi esse debeat? & ignoscendum esse animi sui motum sequuto arbitror, nec delictum pœna dignum tali electione contra-
417 hi. Vt † in seruo vxoris est responsum, l. si quis in graui. §. si cum omnes. ff. de Senat. consul. Sila. qui marito dominæ opem ferre, quàm dominæ maluit, aut contrà, cùm vtriq; auxilio esse non posset. Dubium enim non esse, quin dominæ suæ, in cuius mancipio est, quàm dominæ marito magis
418 teneatur. Quod † si quoquo modo per matrimonij conditionem vxoris seruus ad maritum pertinet, l. doce ancillam. C. de rei vendit. non erit tamen par vtriusq; causa.

Quod enim alieno iure nobis competit, quàm quod proprio, infirmius est, vt apud Gaium & Iunium Mauricianum libro 31. Digestor. l. quod Principi. cum l. seq. de legat. libro secundo est adnotatum. His abundè superior articulus discussus esse videtur, constitit q;, parentibúsne magis, an patriæ parere debeamus, & conuenienter, æquéne in ciuem consilia aduersus Principem suum Remúepubl. inita cælantem animaduertendum sit, atq; in filium, de insidijs in patris necem paratis non indicantem: an maiore pœna illud admissum, quàm hoc sit
419 vindicandum. Vnde † nobis illa nascitur disputatio in ea specie, cùm quæritur, liceátne filio patrem exulem, cuius vitæ necisq; potestatem lege Municipali vnusquisq; habet, interficere? & Dynus lib. duodequinquagesimo Digestor. l. si adulterium cum incesto. §. liberto. de adulter. non licere scribit, vtiturq; Papiniani sententia, qui patronum, qui ex eo numero sit, quem si alius deprehendisset, iure interficeret: in vxoris suæ adulterio deprehensum à liberto impunè
420 interfici negat. d. §. liberto. Nam, † cuius, inquit, famæ, multò magis vitæ parcendum d. §. liberto. est, sed Bartolus, d. §. liberto Pomponij sententiæ id esse consequens, non existimat, multùm interesse, inquiens, inter patronum, matrimonium liberti temerantem, & exulem. Illum enim eo admisso patronum esse non desinere, at exulem pro ciue hostem esse incipere, transfugarumq; numero haberi. l. amissione. §. 1. ff. de capi. diminu. in qua causa qui sit, eum, vt Reipubl., ita filio pro amisso habendum, l. postliminium. §. filius. ff. de cap. & postlimi. ita Bartolus, tanq; filius patri exuli nulla verecundia obstringatur, hanc postremò quæstionem à Marcello lib. 11. Digest. d.l. minimè. definiri ait, qui maiores eum lugeri refert vetuisse, qui ad patriam delendam & parentes & liberos interficiendos venisset, facta patri filij, & filio patris occidendi potestate, præmio etiam ei proposito, qui patris filijúe capiti non pepercisset. Sed † hæc, quò magis à
421 Dyni sententia recedam, me non admodum mouent, &, vt ordine, quæ proposita sunt, refellam, quod exul, hostis esse, vt Bartolus d. §. liberto. ait, incipiat, &, refugarum loco haberi, d.l. amissione. §. 1. id quia ius ciuitatis aufert, naturæ autem atq; gentium incolume relinquit, l. quidam. ff. de pe. nostram quæstionem non onerat. Nam si exul ciuitatem amittit, & cum ea ius patriæ potestatis, quod ciuitatis beneficio habebat, l. item in potestate. ff. de his, qui sui vel alien. iuris sunt. perdat, d.l. quidem. deberi tamen ei à filio naturalem pietatem, palàm est, nec eo minus filium patris imperio audientem esse debere, Iure enim Gentium, sicuti modò dictum d.l. veluti. est, descendere, vt parenti-
422 bus pareamus. Apparet † itaq; Bartolum d. §. liberto. malè disputare, cùm idcirco à liberto patrono matrimonium suum polluenti parci scribit oportere, nõ quoq; à filio, qui in ciuitate mansit, patri exuli, quòd Patronus eo admisso patronus esse non desinat: pater autem, exulare iussus, esse ciuis desinat. Nam, vt esse desinat ciuis, pater tamen esse non desinit. Auth. de incest. nupt. in fi. prin. colla. 2. & ibi Angel. & Ana. c. de infantibus. q. vlt. de infan. exposi. per l. agnationis. ff. de pact. & l. iura sanguinis. ff de reg. iur. Gomes. §. rursus. nu. 22. Insti. de actio. quà autem pater est, non quà ciuis, pietas ei à filio debetur, d.l. veluti. quæ ciuitatis iure tanto est antiquior, quanto ius gentium, vnde pietas liberorum in parentes fluit, d.l. veluti. iure ciuili vetustius est.
423 Adde, † æquè filium patri atq; libertum patrono obnoxium esse. Liberto enim & filio, vt Domitius Vlpianus lib. 37. Digesto.

l. liberto. de obſe. à libe. & liber. præſtan. ait, ſemper honeſta & ſancta perſona patris
424 ac patroni videri debet. Igitur † ſi liberto patronum matrimoniũ ſuum contaminantem, eius ſcilicet ordinis hominem, quem alius, idem ab eo paſſus, iure interficeret, occidere non licet. d. §. liberto. in filio, cuius pater exulat, idem conuenienter erit dicendum, vt quamuis eius occidendi extraneo ius ſit, filio non ſit, cui in patrem conſtare ſemper pietatis ratio debet. d. l. liberto. Iu-
425 re † denique diuino honore adficere parentes hoc amplius iubemur, Exodi. c. 20. cuius beneficio, ob æternam diuinæ legis authoritatem, §. ſed naturalia. Inſti. de iure naturali gen. & ciui. nullo humano exilio, exui parentes poſſunt. Quod tantum eſt, vt illud præceptum ſequentibus præmij loco diuturna vita promittatur, Exodi. d. c. 20. qua accidere hominibus nihil dulcius poteſt.

426 Sanè, † tantum facinus eſt in facto filij patrem occidentis, vt qui patrem verberauit, filius eſſe deſinat credi, Alberi. de Roſa. l. eum, qui probabilem. per ill. text. C. de Epi. & Cler. Fel. c. afferte. num. 1. in fin. extra. de præſump. quod cùm ſit receptum, quid in eo, qui patrem interfeciſſet, dicere conſequens eſt? Probandum itaque non eſſe, legem, quæ exulis occidendi facit poteſtatem, filio in patrem exulem, hoc velle licere, quæ ſententia non immeritò recepta eſt. Alberi. ſtatutor. par. 4. q. 6. Nellus. tract. banni. 2. parte. 2. tempo. q. 10. Bartholom. verò. conſ. 5. caſus talis. col. 5. Deci. c. quæ in Eccleſiarũ. nu. 14. verſ. Secundus caſus eſt. de conſtitu. Pietas enim naturalis liberos in parentes tam ſæuum conſilium capere non
427 ſinit. Leges † denique caſum delinquentium cognatorum miſertis indulgere videntur. hinc, quod in extraneo, facinoroſis hominibus conſeruatis, grauiſſimum flagitium eſt: l. 1. ff. de recepta. & l. 1. C. de his, qui latr. ocult. & vtrobique Doct. idem in affine cognatóve veniam propè reperit. l. fi. ff. de recepta. & glo. d. l. 1. & ibi Salyce. & Bald. de his, qui latro. ocult. Marſ. ſing. 210. iura ſanguinis. propter naturalem enim affectationem affini aut cognato latronem recipienti pœna alleuatur, d. l. fi. cùm in eum qui ad ſe non pertinentem recepiſſet, eadem, qua in latronem, pœna legibus vindicetur. d. l. 1. Tantundem † in eo probandum eſt, qui co-
428 gnatum conſilia aduerſus Principem Remvé publicam agitantem nõ prodidiſſet, nam ei ad aliquem modum ignoſci placuit, idq; Baldum conſultum reſpondiſſe Hyppolitus Marſilius refert. Sing. 164. Nemo debet, in fi. cùm in extraneo reticentia capite puniatur. Bart. l. vtrum. ff. de parri. & l. 1. §. occiſorum. ff. de Senat. cõ. Sil. Angel. Aretin. tract. malef. verb. che chai tradita lapatri a tua. in 1. q. ibi quod crimen. & Angel. Peruſi. l. frater. ff. de parri. Marſ. d. ſingul. 164. ne-
429 mo debet. Parentium † item atq; affinium affectioni hoc à legibus tributum eſt, vt miſiti extra caſtra ſuorum gratia diu vagato impunè ſit, l. qui cum vno. §. fi. ff. de re milit. hoc eſt, vt Ludouicus Pontanus eſt interpretatus, l. ſi verò. §. de viro. fal. 7. ff. ſol. matrimò. dum parentum valetudini operam
430 dat, etſi, † vt Iulius Paulus lib. 49. Digeſt. l. poſtliminium. §. filius. de capti. ſcribit, diſciplinam Caſtrorum Romani omnium neceſsitudinum caritate antiquiorẽ duxerint.
431 Illud † fortiſsimum argumentum eſt, filio ius non eſſe patris exulis occidendi, quod eius alendi per ſacras conſtitutiones Auth. inceſtas & in corp. vn. ſumi. & vtrobiq; Docto. Bar. l. ſi quis à liberis. §. 1. ff. de libe. agnoſcen. Bald. auth. inceſtas. C. de inceſtis nupt. Ana. c. de infantibus. col. fi. de infan. expoſi. neceſsitate teneatur. Quomodo enim eum necare liceat? quem non alere nõ
432 licet? denegare † ſi quidem alimoniam, Iulio Paulo authore, necare eſt. l. necare. ff. de lib. agno. Marſ. l. diuus. nu. 16. ff. de parri. Feli. c. cùm non ab homine. nu. 14. de iudic. per c.
433 paſce. 86. diſtin. Denique † ſi fratrem exulem occidere fratri fas non eſt? quod Nellus Tract. bannito. 3. par. 2. temp. q. 53. quæritur. duo ciues. & in 2. par. 2. temp. q. 10. eleganter putauit, & alij Bartholo. Cepo. conſ. 5. caſus talis eſt. col. 5. poſt prin. Marſ. ſing. 210. iura ſanguinis. & conſ. 121. Ioan. de Arnono. Solilo. 66. & Epito. 62. & caut. 5. Carer. prac. crimin. §. circa. rectè probant. quomodo filio patrem occidere fas erit? quo à ſe percuſſo, vt eſt ſuprà relatum, filius eſſe, credi deſinit. Alberic. de Roſa. l. eum, qui probabilem. per ill. text. C. de Epiſcop. & Cleric. Felin. c. afferte. numero primo, in fin. extra. de præſumpt. Verius ergò eſt, vt Dynus d. l. ſi adulterium cum inceſto. §. liberto. ff. de adult. eleganter ſcripſit legem Municipalem, quæ exulis occidendi facit poteſtatem, ad extraneos pertinere, nõ ad filios, qui abſq; parricidio patrũ percuſſores eſſe non poſſunt. ff. ad l. Pompeiam. de parricid. & C. de iis, qui parent. vel liber. occide. tot. titu. Quam ſententiã Franciſ. Tigrinũ apud Papinian. lib. 38. Digeſt. d. §. liberto. ſequutũ Ioannes Anagninus lib. 5. epiſt. Decreta. c. de infantib. q. vlt. de infan. expoſ. refert. & in eã Fortun. l. veluti. nu. 18. ff. de iuſt. & iur.

& Gomeſi-

& Gomesius §. rursus. nu. 22. Instit. de actioni. post multam disputationem non immeritò inclinant. Tantundem est in patribus probandum, nam nec ad eos illa lex pertinet, idq; quidam Gomesius. §. rursus. nu. 22. Instit. de actio. Arg. l. nam & si parentibus. ff. de inoffici. testa. & not. per Barba. l. cum acutissimi. 7. char. C. de fidei commissi. rectissimè existimauerunt: quamuis in patribus, quàm in filijs periculi sit minus, ne illius legis authoritate vtantur, vt liberorũ vita parentibus quàm sua carior est. l. isti quidem. & ibi glos. not. ff. quod met. caus. Alex. cons. 102. nu. 36. circa hanc dubitationem. volu. 4. Andr. Tiraq. in præfa. l. si vnquam. num. 7. cum seq. C. de reuoc. donat. Quapropter, quod in filij metu pater fecisset, perinde habitum est, ac si in sua persona metum passus pater proponeretur. Arg. d.
434 l. si vnquam. Vnde † si pater, vt filium periculo liberet, nuptias contrahat, nihil agi, Innocentius Pontif. lib. 4. epist. c. cùm locum. de spons. Decret. scripsit, nihil magis, quàm si, in sua persona quid veritus, vxorẽ pater duxisset, & hoc iure nos vti, quidam authores sunt. Cardi. Alexandr. d. c. cum. col. vlt. vers. succedit quæstio. Tiraq. d. l. si vnquam.
435 in præfat. nu. 7. His † discussis ad Marcelli responsum, quo Bartol. in sua sententia confirmanda cum primis vtitur, transeamus. Is lib. 11. Digest. l. minimè. de religio. minimè maiores lugendum eum putasse scribit, qui ad patriam delendam & parentes & liberos interficiendos venisset. Quin si filius patrẽ, aut pater filium occidisset, sine scelere etiam præmio adficiendũ, omnes constituisse refert. Sed eo Bartoli sententiam non crediderim adiuuari. Nã, qui infesta arma patriæ suæ inferentem occidere permittunt, non idem in quiescentem, & tale nihil molientẽ volunt licere. Aliud est enim patriã defendere, aliud vlcisci, vt aliud est, se salutemq; tueri, aliud acceptã iniuriã vindicare, quorũ illud licet, hoc autem legibus prohibetur. l. scientiam. §. penult. ibi & hoc si tuendi. ff. ad l. Aquil. Igitur Marcelli responso conuenienter, vim exulis, bellum patriæ mouentis, propulsare licebit, eiusdem quiescentis corpus violare, sine scelere nõ licebit, filio præsertim, quem abstinere à patris cæde naturalis pietas iubet, cuiq; persona patris, vt Iulius Paulus d. l. liberto. ff. de obseq. à libe. & liberi. præst. ait, honesta semper sanctaq; videri debet. Nec Marcellus d. l. minimè. aliud vult, nisi cùm à patria vim, à suisq; ceruicib.
436 filij arcent. Anania. d. c. de infantib. Quòd † adeò verũ puto, vt si arma patriæ inferens, dum vis repellitur, fugiat, eum cædere, ius esse negem. Argumento priuati, cuius vis, etiã si iure propulsetur, d. l. vt vim. si cædat, tamen tergo imminere, fugientemq; ferire ius non est. Docto. d. l. vt vim. & l. 1. C. vnde vi. quanq; id facientis admissum leuius plectitur. Angel. tract. malef. glos. & dictus Titius. col. penul. vers. quæritur. Titius vulnerauit Seium. Dec. d. l. vt vim. not. 2. Abb. c. 1. de iniurijs. Anto. de Butr. & item. Abb. c. olim. 1. de resti. spol. Feli. late. c. dilecti. de excep. Marsi. l. is qui percussorẽ. C. de sica. & pract. crim. §. quoniã. nu. 65. & sing. 100. occidens adgressorem. & cons. 7. & cons. 29. & 132. & Fran. Aretin. cons. 34. visis diligenter testibus. in fi. & cons. 80. sicut decet. Carer. pract. crimin. §. circa. nu. 112. & nu. 110. in fi. Thõ. Gram. cons. 29. & voto. 23. Angel. l. si adulterium cum incesto. §. Imperatores. per
437 ill. text. ff. de adult. Quod † tamen ita accipere debemus, nisi virium recipiendarum auxiliorumq; comparendorum gratia pedem referre ꝓponatur. Hic enim, tanq; qui rursus sit arma illaturus, impunè cæditur. Nam non modò vis præsens, sed & futura, ac propè iam imminens, Bartolo authore, rectè repellitur, l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. Carer. pract. crimin. §. circa. nu. 110. vers. tempera tamen. quod † est in eo responsum, qui adgressura facta, vi abstinẽs stetit. Nam quia nouam adgressuram meditari videtur, nec percutiendi animum deposuisse, iure cædetur. Dec. l. vt vim. nu. 10. ff. de iust. & iure. Carer. d. §. circa. nu. 110. vers. tempera tamen. Consequens † superioribus est, qui
438 cuiusq; patriæ arma inferunt, à ciuibus iure occidi, d. l. minimè. vacare deniq; scelere factum filij patrisue, patrem filiumue interimentis, dũ à patriæ excidio ceruicibusq; suis vis imminentẽ auertit, d. l. minimè. Ana. d. c. de infantib. nullumq; ea re parricidiũ admitti, quin præmium potius deberi, ob operam tam necessariã patriæ nauatam, cons
439 stitutum est. d. l. minimè. Nam † quà se defendens pater filiũ, aut contrà filius patrẽ, aut alius alium, telo se petentem, salutis suæ tuendæ causa occidit, nullũ propositũ præmium legibus cõstat, sola impunitate cædis
440 data. l. vt vim. ff. de iust. & iure. & † hoc ideò, quia, si interficiatur adgressor, suo ferro nõ adgressurã passi legum interpretatione censetur interfectus. Abb. c. Clerici. 1. extra. de vita & honesta. Cleric. Marsi. l. 1. nu. 35. ff. de sica. & l. is qui adgressorem. ff. eod. & cõs. 31. et 81. et 126. Carer. d. §. circa. nu. 17. vers. & pris
441 mò. Et † generaliter, qui ob admissum suum plectitur, non pœnam exequentis, sed quasi

legis manu plexus magis videtur, quod in Remi specie Baldus scripsit, l. fi. ff. de diuisio. rer. Nam eum nõ tam à Romulo fratre, quàm à lege murorum t..gressorem pu-
442 niente occisum ait videri. d.l.fi. Igitur † ita demum patris cædes aut filij impunita est, aut præmium meruit, d.l. minimè. si, dum bellum patriæ impendens auertitur, facta proponatur. Cæterùm, extra eum casum, patrem exulem filius occidere non potest.
443 adeò † vt, si alter alterum apprehensum magistratui offerat, meritò pœna sit ei, Angelo d.§. liberto. & Ioanne Anagnino, c. de infantib. vlt. q. de infan. expolit. Adde. Marsl. l. 1. §. ad quæstionem. nu. 16. & 17. ff. de quæstionib. authoribus remittenda. quod in desertore à patre Principi oblato diuus Pius l. milites agrum. §. fi. ff. de re milit. rescripsit.
444 Iusta † sanè ratione, ne à patre filius ad supplicij oblatus esse videatur, d. §. fi. quo exemplo in cæteris nos vti, humanum est. Arg. d.
445 §. fi. in fi. Quod † dictum est, patris & filij cædem, dum periculũ patriæ impendens auertitur, factam impunitam esse, præmiumq; mereri, d.l. minimè. quod ad ius eius Reipub. quæ periculo liberata est, attinet, accipi debet. Cæterùm lege diuina, quæ ob Deum conditorem, omnem humanam authoritatem vincit, patrem filius, nisi dum periculum à capite suo depellit, l. vt vim. ff. de iusti. & iure. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. & l. 1. §. eum qui. vers. vim vi. ff. de vi & vi ar. occidere vetatur, non illo tantùm generali præcepto, quo omnis cædes est prohibita, Exod c. 20. sed altero illo, quo patrẽ filius honore adficere iubetur. Exod. d. c. 20. Nam cuius honori seruiendum est atq; famæ, eius vitæ parcere, maximè oportet. d. §. liberto. cumq; hinc humana lex d.l. minimè. filium ad patrem, patriæ hostem, interficiendum hortatur, inde, lex diuina abstinere manum, quin seruire etiam eius honori præcipit, Exod. d. c. 20. legi diuinæ, cõtempta humana, est proculdubio obtemperandum, hoc quidem, quantùm ad Marcelli responsum d.l. minimè. attinet. Nam, quod ad Municipales leges spectat, quibus exulũ cædes vulgò permittitur, expeditior est quæstio. Non enim ambigi, quin non modò filius à patris exulis cæde abstinere debeat, & contrà, sed in vniuersum ab omni hominis cæde. Exod. d. c. 20. Nam, præterquàm quòd maior multò est diuina, quàm humana lex, & eam, ob Deum conditorem, vt dictum est, authoritate longè vincit: tamen, quia hæc cædem permittit, illa, ne fiat, præcipit, Exod. d. c. 20. diuinæ legis præceptum est sequendum, cuius transgressio de-
446 licto vacare non potest. Quicquid † enim aduersus ius diuinũ fit, humanæ etiã legis permissu, delictũ est. Bal. c. in omni. ext. de test.
447 Fel. c. 1. nu. 44. ext. de consti. Vnde † placuit, omnẽ cædẽ, quæ lege ciuili permitteretur, delictũ continere, nisi quibus casibus naturalis, diuinæ, pontificiæ denicq; legis authoritate defendi admissum posit. Ita Nic. Abbatem lib. 4. & 5. epist. Decretal. c. veniens, in fi. de sponsa. & c. 2. nu. 2. de homici. scribe-
448 re lego. Igitur † neq; patri, iniuriam domus suæ vlturo, filiam in adulterio deprehensam occidere cum adultero licebit, Gios. c. inter hæc. 33. q. 2. & Abb. d. c. 2. nu. 2. & c. veniens. 2. in fi. de sponsa. neq; marito repertam in rebus veneris vxorẽ interficere, Abb. c. cùm esses. nu. 16. de testa. & Roma. l. si ab hostib. nu. 14. ff. solu. matri. nec vilissimi etiam hominis matrimoniũ suũ temerantis cędę vindicare se fas erit, Abb. d. c. 2. & nu. 2. & hæc plerique omnes probant. d. c. inter hæc, & ibi Archi. & Ioã. Fab. l. Gracchus, ,ppe fi. C. de adul. Abb. post loca proxi. allega. c. si verò. 2. col. penul. de senten. excõm. & Fel. c. 1. col. 1. de præscrip. & c. ad nostram. col. 1. in fi. de probat. Idem Fel. c. 2. de homici. & c. quæ in Ecclesiarum. col. 5. de consti. Roma. auth. similiter. 34. speciali piæ causæ, inter vltimas voluntates. C. ad l. falci. & Iaſ. l. vt vim. col. 5. vers. redeo ad primã partem. ff. de iusti. & iure. & l. si plagij. col. 1. de verb. oblig. Latissimè Fortu. lib. de vltimo fine iuris. char. 10. illatione. 9. Andr. Tiraq. de legib. cõnubi. l.
449 9. nu. 4. Nec † erit denicq; Deo innoxius, qui rerum suarum seruandarum causa furem interemit, Abb. d. c. 2. nu. 2. etiamsi iuris ciuilis authoritas de fortunis suis laborantibus hoc remittat: Bart. l. furem. & ibi late Marc. ff. de fica. lege autẽ Iulia patri omnem adulterum cum filia occidere, & marito vilem, ius esse, desinat dubitari. l. patri. cum quatuor legib. seq. ff. de adult. & l. Gracchus. C.
450 eod. Quod † in fure dictum est, idem in debitore fugiente est comprobatum. Nam eius occidendi, vt Baldus & Salycetus apud Imperatorem Gallienum Augustum libro nono Principalium Constitutionũ notant, l. si, vt allegas. C. de fica. Adde Alex. l. furem. ff. de fica. Marsl. l. 1. limit. 21. num. 106. ff. de fica. & Carer. d. 9. circa. num. 191. si, dum ex fuga retrahitur, eiúe authoritate iuris ciuilis creditum extorquetur, l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. credi. telo se defendat, ius est creditori. Nã nec hoc, inoffenso iure diuino, admittere licet: vt maximè suũ consequi, nisi facta cæde

creditor

creditor non posſit, quod Claudius Seyſellius lib. 1. Digeſt. l. vt vim. nu. 59. de iuſti. & iure, apud Florentinum notat. Tantundem
451 † reſponſum eſt in exulibus, quorum cędes Municipalibus legibus, quib. Italia paſsim vtitur, permiſſa eſt. Nam quin, qui ita exulantem occidunt, extra legis diuinæ pœnas non ſint poſiti, nulla dubitatio eſt: Bald. c. 1. col. 1. de iudic. & c. fi. notab. 2. de præſcrip. & Iaſ. d. l. ſi plagij. Andr. Tiraq. de legib. connub. l. 9. nu. 4. in fi. & Marſ. l. patre vel marito. num. 7. ff. de quæſt. & l. 1. nu. 73. ff. de ſica.
452 Quanꝯ † non deſunt, qui eos, quaſi magiſtratus miniſterio defunctos, nihil peccare arbitrantur, in quibus laſon l. vbi pactum. nu. 16. C. de tranſactio. fuit, & hanc ſententiã crebriorem eſſe Alexander Tartagninus lib. 45. Digeſt. l. ſi flagitij. colu. 1. de verb. obliga. apud Papinianum, & Auguſtinus Beroius libro 1. Epiſtolarum Decretalium, c. quæ in Eccleſiarum. num. 109. de conſtitut.
453 authores ſunt. Sed † ne eam ſequar, me Baldi authoritas non parùm mouet, libro 7. Principalium Conſtitutionum apud Impp. Alexandrum d. l. 1. nu. 9. ſi à non compe. iud. & Marſ. d. l. patre vel marito. num. 7. Auguſtum, omnem cædem, quæ legis Municipalis permiſſu à priuato fieret, damnãtis, quippe, quæ dolo carere non poſsit. Aliud enim eſſe iuſtam cædem, aliud impunitam, velaríꝯ tali lege delictum, eoꝯ ſub velamento dolum latere atꝯ inſidias, eleganter ait. d. l. 1. & nu. 9. & Marſ. d. l. patre vel marito. nu. 7.
454 Mouet † & illud, quod idem Baldus lib. 2. Principalium Conſtitutionum, l. decuriones. C. ex quib. cauſ. infa. irrog. apud Impp. Seuerum & Antoninum AA. ſcribit, qui, licet, inquit, exulis cædes toleretur: laude tamen caret. Quin id admiſſum facti infamiã ſequi exiſtimat. d. l. decuriones. Anania. c. ſi perfodiens. de homicid. colu. 2. Ancha. c. 1. 85. colu. verſ. in hac eadem materia. de conſti. Marſ. l. 1. in prin. 12. limit. nu. 74. ff. de ſica.
455 Carer. pract. crimi. §. circa. nu. 36. Et † idcircò, qua in Ciuitate, qui hominem occidit, in certum aliquem ordinem ſublegi vetatur, ei, qui exulem interfecit, ad eum ordinem aſpirare non licere, conſequens eſſe
456 putauit. Adde † eius teſtimonium, niſi quod adhibitis quæſtionibus dixiſſet, fide carere. Bald. auth. ſi dicatur. in fi. 2. colu. C. de teſtib. Marſ. l. 1. in prin. 12. limi. num. 76. ff. de ſica. & l. patre vel marito. ff. de quæſt. Carer. d. §. circa. d. nu. 36. Quæ ſententia in omnibus generaliter, qui infamia notantur, eſt comprobata. laſo. l. 1. C. de ſum. trinit. Marſ. pract. crimin. §. adgredior, & conſ. 19. idem conſ. 101. Carer. d. §. circa. & d. num. 36. Illud † non prætereo, diſtinguere eo loci
457 Baldum, d. l. decuriones. multùm referre, cædem exulis impunitam eſſe, lex Municipalis iubeat, an licitam, prioreꝯ caſu non ſine ſcelere, admitti, exiſtimare, poſteriore autem, ſine ſcelere. Nam, vt ſuprà ex Nicolai Abbatis d. c. veniens. in fi. de ſponſa. & d. c. 2. num. 2. de homicidij. ſententia retuli, quotiens cædes neꝯ naturali, neꝯ diuina, aut pontificia lege, defenditur: ciuilis legis authoritas, quod ad excuſationem delicti attinet, fruſtra interuenit. Nihil itaqꝯ intereſſe, quibus verbis lex Municipalis vtatur, hoc eſt impunitam eſſe cædem iubeat, an licitam, cùm de eo loquatur, quod non modò naturali, diuina, Pontificiáve lege non defenditur, ſed vetatur magis. Conſtat enim inter diuini Iuris præcepta hominis cædem cum primis prohiberi, Exod. d. c. 20. nec vlla Pontificum lege diuinarum æmula, eſſe licitam: c. inter hæc. 23. q. 2. Docto. c. 1. de homicidij. naturam autem à tali flagitio ita abhorrere, vt cognatione quadam inter nos conſtituta, hominem homini inſidiari nefas eſſe ducat. l. vt vim. ff. de iuſti. &
458 iure. Poſſumus † & hanc Baldi diſtinctionem eius ipſius, authoritate refellere, qui apud Paſchalem libro 2. Epiſtolarum Decretalium c. in omni de teſtib. eleganter ſcribit, eum, qui à lege humana excuſatur, ita demum non peccare, ſi lex diuina contrarium non vult, quam ſententiam Felinus c. 1. num. 44. de conſtitutio. rectè probat.
459 Et † pro ea eſt, quod non vacaſſe peccato Iudæos libello repudij vſos quidam Gloſ. c. cùm in lege. 23. q. 4. & Archid. c. qui peccat. ea cauſa. & q. Hoſtien. c. gaudemus. colu. 3. verb. qui autem. de diuor. Bald. conſ. 428. inquiſitio prædicta. colu. 2. volu. 5. Tiraq. de legibus. connubi. l. 9. num. 5. putauerunt. Nam etſi Moſis placitis illud maximè liceret, Deutero. c. 24. D E I tamen lege aliud cautum erat, cuius obtemperare præcepto ſatius fuit, quàm animi ſui libidini more geſto, ad Moſis indulgentiam, eorum cordis duriciæ inſeruientis, Matthæi. c. 5. & c. 19. Marci. c. 10. & Lucæ 16. decurrere. Quibus
460 † conuenienter placuit, ſi quis ſine iudice ſe vindicaſſet, quod Moſis quoꝯ placitis vſꝯ ad cædem permiſſum conſtat, d. c. cùm in lege. & c. ſi quis per vetus. 22. q. 2. & c. ſi audieris. 23. q. 5. & vtrobiqꝯ gloſ. & Tiraq. d. l. 9. nu. 6. eum lege diuina non eſſe innoxiũ: Archid. d. c. cũ in lege Tiraq. d. l. 9. & nu. 6.
461 quanꝯ † non me fallit, eſſe quoſdam, Glo. d. c. cùm in lege. qui referre ſcribant, odio in-

iuriam ſuam quis vlciſcatur, an non odio, &
462 † generaliter, quod permitteretur, non continuò approbari, conſequens eſt dicere, c. hac ratione. 31. q. 1. & gloſ. c. omnis. 3. diſtin. de ſepul. viola. vt nec contrà, quæ improbarentur, facta puniri. Pleraq; enim, quæ fieri
463 non debent, impune fiunt. Vnde † diuum Marcum reſcripſiſſe Domitius Vlpianus libro 47. Digeſto. l. 3. §. diuus tamen. refert eos pœna non plecti, qui defuncti cadauer in itinere per vicos aut Oppidum tranſuexiſſent, quamuis id Pontificis iniuſſu Principiſve factum non oportuit. d. §. ſi quis tamen. & ibi gloſ. & l. oſſa. in prin. ff. de relig. in text. Quippe quibus hæc permittendi ius
464 d. §. diuus tamen. & d. l. oſſa. eſt. Sed † nec pœnam mereri hæredem, qui teſtatorem ab eo, quem teſtamento elegiſſet, funerari vetaſſet, & hoc diuum quoq; Marcum reſcripſiſſe. idem Domitius Vlpianus lib. 11. Digeſt. author l. & ſi quis. §. idem Labeo. verſ.
465 diuus tamen Marcus. de relig. eſt. Huc † pertinet, quod Bartolus lib. 34. Digeſto. l. 1. de ijs, quibus vt indig. apud Marcianum notat, qui etſi offenſam ſæpius non eſſe impunitam l. in teſtamento. ff. de manumiſſ. teſt. ſcribit, quibuſdam tamen caſibus non coërceri ait.
466 Nec † ab his abhorret, quod vulgo dicere ſolemus, multa fieri non debere, quæ tamē, cùm facta ſunt, non infirmantur, l. ſi pupillorum. §. ſi prætor. verſ. dum modò ſciamus. & ibi gl. verb. magis eſt. ff. de reb. eor. & l. 1. §. biduum. verſ. ſanè quidem. & ibi gl. verb.
467 ſtatim. cum multis concordantijs, in ea poſitis. ff. quando appel. ſit. Statuendum † itaq; eſt, Baldo d. c. in omni. authore, cædem omnem, quæ iure Ciuili aut Municipali quacunq; ex cauſa permitteretur, niſi iure diuino ſit comprobata, peccato non vacare.
468 Quod † de iure diuino eſt dictum, idem, vt ſuprà retulimus, & Nicolaus Abbas author d. c. veniens. in fi. de ſponſal. & d. c. 2. num. 1. de homicid. eſt, de naturali iure atq; Pontificio accipere debemus. Naturale quippe ius à diuino non recedit, quin eundem habet authorem. Gloſ. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iure. Paul. Caſt. l. vt vim. nu. 8. ff. de iuſti. & iure. Pontificium autem eodem, quò diuinum ſpectat. Paul Caſtrē. l. vt vim. nu. 8. ff. de iuſti. & iure. & ei per omnia
469 ſeruit. Proxima † ſententia in patris exulis ſpecie maximè recipienda videtur: Talis enim cædes duplex continet flagitium, alterum, dum committitur in caput illud diuinę legis, quo occidere vetamur: Exod. d. c. 20. Alterum, quo in illud, quo parentes honore afficere iubemur, Exod. d. c. 20. q̃d quidã Fortu. d. l. veluti. nu. 10. & Gomeſ. §. rurſus. num. 22. Inſtit. de actio. eleganter adnotauerunt, ſolam iuſtam cauſam liberis aduerſus parentes habituris, ſi, dum ſe ſalutemq; ſuam tuentur, mortem eis obtuliſſe probabūtur. d. l. vt vim. & l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. ff. l. ad. Aquil. Non quoq; &, dū periculum à patria auertunt, manus patri adferre ius erit, nec ſuperior ſententia inter cauſas ſtatus & rei pecuniariæ diſtinguentium, quam crebrius receptā eſſe diximus, offenditur. Illa enim iure ciuili eſt comprobata, quod nunc verò dicimus, diuino iuri conſequens eſt, quod à patris cæde, omnem ſcilicet cædem prohibens, ita manum abſtinere præcipit, vt eum honore affici à nobis iubeat. Exod. d. c. 20. Cuius verò fame parcendū eſt, eius vitæ, vt ſuprà relatum eſt, erit multò magis ignoſcendum, l. ſi adulterium. cùm inceſto. §. liberto. ff. de adulte. niſi dum vis
470 defenditur. Nam † Accurſij Gloſa. d. l. vt vim. ſententiæ poſt Decium d. l. vt vim. nu. 29. & ſeq. & alios Angel nu. 4. Paul. Caſtren. nu. 7. & Curti. Iuni. nu. 10. d. l. vt vim. aſſentiri non poſſum, iure diuino hominem ſalutis ſuæ tuendæ gratia occidere licere negantis. Quomodo enim, vt Paulus Caſtrenſis diſſerit, iure diuino id nō licere dixerimus, quod Pontificio conſtat licere? Ius quippe Pontificium, vt modò dictum eſt, eodem, quo diuinum, ſpectat, Paul. Caſt. d. l. vt vim. & d. nu. 8. & ibi Deci. nu. 30. nec vlla in rei
471 aduerſatur. Quin † autem iure Pontificio, dum vim defendimus, adgreſſorem, ſine vlla etiam eccleſiaſtica nota, Fortu. d. l. vt vim. nu. 14. & 26. impune occidamus, nulla dubitatio c. vnico. de homic. in Clemen. eſt. Sed
472 † & id ipſum iure diuino permitti, idem Paulus Caſtrenſis d. l. vt vim. d. nu. 8. & 9. & ibi poſt eum Fortu. nu. 15. cùm ſeqq. ait. Nam quod fit, inquit, ex charitate, id iure diuino conſequens eſt. Huiuſmodi autem eſſe defenſionem, qua vim propulſamus, non dubitari, nam, cùm iubeamur alios diligere, vt nos ipſos, noſtri dilectio, hoc præcepto
473 proculdubio continetur. Igitur † vt idem Paulus Caſtrenſis d. l. vt vim. nu. 9. concludit, qui vim à capite ſuo non arcet, & ita occiditur, perinde haberi debet, ac ſi ſuis ſe manibus ipſe vita priuaſſet, idq; Ioannem Lignanum exiſtimaſſe refert, & Marius Salomonius probat. d. l. vt vim. num. 15. Quibus † conſequenter, fraudi non eſſe ſacris
474 operanti adgreſſoris cædem, quo minus ſacra, quæ cœpiſſet, peragat, magnis authoribus placuit, Ioan. de Ligna. tract. de bello. c. 84. verſ. tertiò quæro, Abbas. c. Clerici. 1. de

vita

vita & honesta. Cleri. & c. sicut dignum, de homicid. & Soci. repet. c. ad audientiam. 31. col. vers. 27. de homici. Marsil. 1. in prin. ff. de sica. & l. is. qui adgressorem. C. de sica. Calderi. cons. 11. de treuga. & pa. Deci. d. l. vt vim. num. 8. de iusti. & iure. Carer. d. §. circa num. 17. quod non admitteretur, si in vi defendenda, dum suam quisq; salutem tuetur, flagitium inesset vllum, & qui se vitamq; suam ferro appetentem admissa cæde repulisset, quoquo modo peccasse videatur. Cui
475 † sanè factum sanctius semper habitum est, quam Magistratus, pœnas de sonte ac damnato legũ authoritate sumentis. Hunc enim lege Canonica notari constat, c. 1. & ibi glos. verb. ad sacerdotium. 51. dist. Abb. & alij. c. sententiam. ne Clerici vel monachi. sacrisq; propterea ac sacerdotio defungi, ad eáve aspirare vetari: d. c. 1. & d. c. sententiam. & ibi Ioan. Andr. Abbas & alij. illi autem salua esse omnia atq; incolumia, integrumq; statum manere, & illæsum. Clem. 1. de homici. Abb. d. c. sententiam. nu. 17. & nu. 19. Deci. d. l. vt vim. num. 7. Carer. d. §. circa. & d. num. 17.
476 Deniq; † cùm nulli in sacrum ordinem allecto fas sit, non sententiam modò sanguinis dictare, ab alióve dictatam pronunciare, actáve ad eam rem pertinentia scribere, corámve, cùm quid horum fieret, supplicíumve de quoquam sumeretur, adesse, authoritatemq; suam adiungere, testimonium dicere, aut qualibet re, quo quis vita membróve aliquo priuetur, iuuare. d. c. sententiam. & ibi Abb. & alij. adeò, vt ex sola literarum lectione, quibus rerum capitalium quæstor, vbi latrones forte laterent, fit certior, qui eas recitasset, latronibus deprehensis & supplicio affectis, Pontificum legibus notetur: d. c. sententiam. & ibid. post Ioan. Andr. Hosti. Abb. nu. 14. suam tamen salutem defendenti, si hominem occidisset, impunè esse omnium legum placitis constat, l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad. l. Aquil. & Clem. 1. de homicid. nec vllam personam excipi. Nam & Cæsarem & Pontificem, humanarum diuinarumq; rerum summos moderatores, dum vis & iniuria propulsantur, vt quidam Card. Clem. 1. de pœnis. 7. q. Marsil. cons. 4. Carer. d. §. circa. nu. 17. nominatim prodiderunt, occidere ius est, illo semper adiecto, vt est sæpe dictũ, ne modum, qui id agit prætergrediatur. l. 1. & ibi glos. & Doct. C. vnde vi. Culpa enim, qui se aduersus vim defendunt, carere debent, d. l. 1. C. vnde vi. & ibi glos. & Doct. & intra metas legibus positas animi impetum ratione atq; consilio cohibere, ne beluarum magis, quàm hominum more, iræ seruientes, vlcisci se, non vitam corpusq; tueri videantur. d. l. 1. C. vnde vi. & d. l. vt vim. ff. de iusti. &
477 iure. & vtrobiq; Docto. Apparet † itaq; ex his falsam esse Accursij sententiam, apud Florentinum, d. l. vt vim. dum vis defenditur, hominem occidere licere negantis. Nec
478 † recipiendam item Baldi d. l. decurionis. C. ex quib. caus. infa. irroga. distinctionem interesse existimantis, quibus verbis lex Municipalis exulum cędem permittat, quo magis id admissum scelere carere dicatur. Sed
479 † nec defendi ea re exulem occidentis factũ, quod, vt quorundam laso. d. l. vbi pactum. nu. 18. C. de transact. sententiam esse scripsi, ministerium præstitisse legi videatur, quæ cuilibet in ita ciuitate exactum, tanquam suę Reipub. hostem declaratum, necis facit potestatem. Dicam enim exulem eius Reipub. vnde exactus esset hostem propriè non esse.
480 Hostes † enim Domitius Vlpianus lib. 49. Digest. l. hostes. de capt. eos definit, quibus bellum publicè populus Romanus decreuit vel qui populo Romano. Nec Pomponius aliud vult, qui lib. L. Dige. l. hostes. de verb. significa. hostes inquit, ij sunt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus. Cæteros, isdem Vlpiano & Pomponio authoribus, dd. ll. hostes. latrones esse aut prædones.
481 Sed † respondeat aliquis, quod Bartolum l. amissione. num. 2. prope fi. ff. de capi. min. & Baldum l. omnes populi. num. 10. ff. de iusti. & iure. scribere scio, bellum exulibus tunc indici, cùm in eos necis potestas lege lata permittitur, quod nequaq; admittendum est. Esse enim hoc, gerere bellũ, non indicere, nam in belli indictione more Romano, qui ab æquicolis, gente antiqua, acceptum ad posteros peruenit, verba ad eos, quib. Senatusconsulto bellum erat decretum, fieri solebant, non ad populum Romanum, qui bellum erat gesturus. Facta igitur potestate ciuibus, exulum impunè occidendorum, indictum exulibus bellũ non vi-
482 deri. Nec † contraria sentẽtia, vt malè Baldus putauit, d. l. omnes populi. num. 10. Marcelli responso d. l. minimè. ff. de religio. defenditur, qui patrem bellum patriæ facientem occidere, filijs ius esse refert. Hoc enim, bel-
483 lum propulsare est, nõ indicere. Sed † nec illud Marciani, l. 3. §. transfugas. ff. de sica. contrà, quàm idem Baldus d. l. oẽs populi. nu. 10. existimauit, ad rem pertinet, cùm transfugas licere, vbicunq; inuenti sint, quasi hostes interficere, ait, d. §. transfugas. Dari enim facultatem militi, transfugarum, vbicunq; eos reperisset, occidendorum illa

lege

484 lege intelligi, non cuilibet. Nam † ei, qui miles non sit, hostem, cui, vt Tarruntenus Paternus author l. proditores. ff. de re milita. est, transfuga comparatur, interficere nō licet, nec cum eo manum conserere, quod declarat Marci Catonis, senis Epistola ad Marcum filium, in qua eum in Macedonia bello Persico cum legione militia missum se audisse scripsit, quapropter ipsum abstinere à prælio iubet, licere negans ei, qui miles nō sit, cum hoste pugnare, author est Marcus Tullius libro 1. officiorum, qui & ad ipsum Imperatorem scripsisse eundem Marcum Catonem, senem refert, vt, si Marcum filium in exercitu esse pateretur, secundo eum obligaret militiæ sacramento. Quia priore, vt dicebat, amisso, pugnare cum hostibus non posset, & ita fieri, vt, & si exul, in quem necis potestas data est, propriè, vt Bartolo l. amissione. §. deficiunt. num. 2. in fi. ff. de capi. minu. placet, hostis sit, nisi, qui miles esset, eum interficere nemo possit. Paganis enim hostis interficiendi, cum eóve pugnandi ius non esse constitit, vt frustra legibus Municipalibus exulum cædes permissa cuilibet videatur, cum ea facultate, soli, qui militant,
485 vti possint. Nisi † quis morem nostri sæculi spectandum existimet, quo ritus militis sacramento obligandi, est fermè desitus: Alexā. l. scriniarios. col. fi. C. de testam. mili. quem tamèn eorum ætate, quorum responsis quinquaginta Digestor. lib. constant viguisse palàm est, Glos. l. penul. ff. ex quibus. cau. maio. inde propter delictum sacramento solui solutos milites, Macer 49. Digesto. author l. milites agrum. §. missionum. ff. de re milita. est. Iulius item Paulus eodem lib. l. fi. ff. de re milit. eum, qui metu criminis, in quo reus erat postulatus, se militiæ dedisse, mox sacramento soluendum ait. Domitius denique Vlpianus libro 3. Digest. l. 2. §. miles. de ijs, qui notam. infa. lege Iulia de adulterijs damnatum militem ita infamem fieri ait, vt eum ipsa sententia sacramento ignominiæ
488 causa soluat. Solui autem sacramento, qui obligatus eo non sit, non potest, Arg. l. decē. ff. de verb. oblition. Vera quidem superior disputatio est, & rationi per omnia congruens, quin tamen, qui miles non est, iure exulem interficiat, lege Municipali id permittente, dubitare non oportet. Nec quod qui miles non est, vt suprà referebam, cum hoste pugnare non potest, quenquam mouere debet. Illud enim tunc rectè dici, cùm nulla legis authoritas interuenit, id tale permittentis, aliter atq; in proposito euenit, aliud dicentibus consequens fore, non iure eum à Ciue quouis interfici, qui ad patriam delendam venisset, quod nemo putauerit: Lex minimè. ff. de religio. enim nullum militiæ sacramentum deliderat, nec discernit militem à pagano, omnibus ciuibus ad patriæ tutelam vocatis, præmioq; inuitatis. Rursus non distinguit, hostis sit, nec ne, qui ad patriam delendam venit. d. l. minimè. Igitur & qui more latronis, nullo indicto bello, arma infert patriæ, quamuis hostis non sit, authoritate legis iure interficietur. Se-
486 cundum † quod, cùm exules, in quos necis potestas legibus Municipalibus tribuitur, pro hoste sint, Barto. l. amissione. §. qui deficiunt. num. 2. ff. de capi. minu. à quo magis, authoritate legis, iure interficiantur, parui sanè refert, hoc est eorum cædes a milite ne, an à pagano fiat, pietate liberorum, vt suprà constitit, semper excepta, hæc, quod ad legē ciuitatis exulum cædem permittentis attinet, accipere debemus. Nam quin, qui exulantem, quacunq; de eo lege lata, occidit, Deum sit vindicem habiturus, vt paulò ante disseruimus, nulla dubitatio est. Sed his & alijs non nullis proximè, vt quodq; inciderat, longa digressione pertractatis, res po-
487 stulat, vt susceptam de conatu disputationē repetamus. Exemplis † docere cœperam, conatum pro perfecto delicto vindicari, quod & in illa specie Marcianus lib. 47. Digest. l. 1. §. fi. de parrici. Bald. cons. 112. Cæcus confecit venenum. vol. 2. Lud. Roma. cons. 183. Saluatoris. col. 2. in fi. Lud. Carer. pract. 1. §. homicidij. num. 128. respondit, cùm filius necandi patris animo venenum comparasset. Nam licet nec dedisset, daréve potuisset, parricidij tamen ait eum teneri, nec fratris silentium, qui cùm id cognouisset, patrem celauit, veniam reperit. Relegari enim eum placuit, Medico, qui venenum fortè miscuisset, vltimi supplicij pœna affecto. Cuius sententiæ, Scæuola lib. L. Digesto. l. frater. de parr. Carer. d. §. homicidij. & num. 128. au-
488 thor est. Tantundem † est in eo responsum, qui prætore maliúmve potestate præditum, ad quem ius adisset, redimere, fidemq; eius ac religionem pecunia corrumpere, aliáve qualibet re contaminare tentauit. Nam id molitus pœnam, quæ empti corruptiq; iudicij est, sustinebit, quod Marciani l. Impp. in verb. tentat. ff. de iur. fis. sententiæ consequens esse, Baldus Auth. nouo. iure. C. de pœna iud. qui mal. iud. adnotauit, nec distinguendum puto, in bona ne, an in mala causa id fiat. Nam & eum, qui ius dicenti, vt secundum se in bona causa litem daret, quid largitur, crimen contrahere, est relatum.

tum.l.2.ff.de condi.ob turp.caus. Corrumpere quippe iudicem, contaminareq; videri, qui id facit.d.l.2. Quapropter litis iactura hunc adfici Domitius Vlpianus libro 12. Digest.d.l.2.ait. Et, ita esse constitutum, re-
489 fert. Idem † rescriptum ab Imperatore Iustiniano lib.5. Principalium l. si quis seruo.de furt. Constitutionum lego in improbo suasore, qui pernicioso exemplo seruum alienũ ad rerum dominicarum furtum solicitasse proponitur. Nam eum serui corrupti actione obstringi, Iustinianus constituit, licet ser-
490 uo delictum non persuasisset. Quod †in suasore alieni filijfamiliâs esse quoq; probandum, idem Baldus rectissimè existimauit.d.
491 l.si qs seruo. Permagni † enim nostra interest, liberos nostros, nomen nostrum in æuum gesturos, nostriq; memoriam ad posteritatem perlaturos, nequitia malisq; moribus non inquinari, indolemq; eorum improbis cupiditatibus, à benè instituta vitæ ratione non distrahi, cùm in seruis idẽ pati,
492 tolerabile sit detrimentum. Idem † & in illa specie est obseruandum, cùm nouum quis ius in aliquẽ obtinuit. Nam siue vsus eo sit, siue non sit vsus, eodem iure contra ipsum, aduersario eius quandoq; postulante, decernendum esse, ait lex.l.3. ff. quod quis.iur.
Quare qui de plano ac sine fori strepitu figuráve iudicij, veloq;, vt dici solet, leuato, ius sibi reddi impetrauit, aut, ne prouocare liceat, néve per procuratorem iudicium suscipere, litem ei aduersario intendente, aduersus quem id impetrasset, sine vllis iudicij solennibus ius dicetur, neq; prouocationis beneficio, neq; procuratoris patrocinio vtetur, Francis. Curt. in l.1.§.1.ff. quod quis.iur.
licet, sicuti dictum est, nouo illo iure non
493 sit vsus. Quod † ne renunciatione quidem sua aduersario auferre potest, idq; De-
494 cius eleganter putat.d.l.3. Illud † relatum peræque est, pacem pactam inter aliquos conciliatamq;, turbari minis, irritamq; fieri, neq; ad arma procedere, ad manúsve venire, quo magis inimicitiæ resumptæ videãtur, opus esse. Angel.l.si cùm exceptione, in.§. satis.ff. quod met. caus. Rectè itaq; eum ad pœnã vocari, quæ pacem rescindenti in-
495 fligitur, quamuis † nudę alioqui minæ impunitæ sint, Hippo. Marsi. l. is qui cum telo. nu. 20. C. de sic. hoc ita si verbis res finiatur. Ce-
496 terùm † si quis percussuro similis manus aduersus aliquem leuasset, & quasi vapulaturum territasset, etsi eius corpus minimè attigit, iniuriarum eum teneri constat. l. item
497 apud.§.1.ff. de iniur. Ius † denicq; ei esse, aduersus quem manus sunt ita leuatæ, si ab armato id patiatur, cæde facta iniuriam propulsare, quasi salutis tutelæq; suæ causa hoc fecisse videatur, non vt impune ei omnino sit, sed ne capitale. Nam fines eum ac modum inculpatæ tutelæ transgressum, palàm est. qui ad cædem hominis tam preceps fuit.
498 In † qua sententia plerosq; Bart. l. si ex plagis. §. Tabernarius. ff. ad l. Aquil. Angel. §. iniuria. Instit. ad l. Aquil. Angel. l. quemadmodum. ff. de in offici. test. Cor. se. vers. met. 1. Angel. tract. malefi. verb. & dictus Titius. Bald. l. 1. C. vnde vi. Alexã. cons. 323. in causa prædicto. col. 3. vers. circa secundum. Ang. l. 1. circa fi. C. vnde vi. fuisse Hippol. Marsil. d.l. is qui cum telo. refert, repertamq; à se Imperatoris Gordiani Augusti constitutionem, l. is qui percussorem. C. de sica. ab aliis ignoratam, gloriatur, qua præsens quæstio definitur: verba cõstitutionis hæc sunt. Si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit, non vt homicida tenetur, quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur. Quæ † quidem Constitutio propositæ sententiæ, meo quidem iudicio, non
499 accommodatur, q; in aduersari magis videtur. Ait enim adgressoris sui interfectorem, vtpotè defensorẽ propriæ salutis, nihil peccare, quomodo igitur, qui nihil peccauit, remissa ei cædis pœna, mitius puniatur? aut omnino puniatur? Pœnam enim ibi esse, sancitũ est, vbi & noxa sit, nec vlterius metum legum progredi oportere, quàm reperiatur delictum, quod ab Imp. Arcad. & Hono. AA. est constitutũ. l. sancimus. C. de pœnis. Quocirca, si Gordianæ constitutionis d.l. is qui percussorem. definitionem sequimur, qui cum telo aduersus se veniẽtem, telo repellens, occidit, nulla propterea pœna, ne mitissima quidẽ, plectendus erit, id quod Marsilius d.l. is qui cum telo. gloriatione sua impeditus non animaduertit, qua diu perfrui non erat sinendus, & hoc quidem si, vt ille intellexisse videtur, Gordiani Constitutionem exaudiamus in eo, qui percus-
500 surus, cum telo alium adgreditur. At † verba constitutionis de percussore scripta sunt, percussorem autem eum, qui non dum percussit, Doctor. c.1.d. Clerici. percus. nequaquam dici. Namneq; calumniatorem appellari, qui nullum per fraudem frustrationẽq; appetiuit, l. si calumnietur. & ibi And. Alci. ff. de verbo. significat. neq; præuaricatorem, qui prodita causa, quam tuendam suscepit, diuersam partem, pro qua, re vera, stat, non adiuuit, l. præuaricatores. & ibi And. Alci. ff. de verb. signific. sed nec fugitiuum, qui fugiendi consilium cœpisset,

l. quid

l. quid in fugitiuus, ff. de ædilic. edict. rectè vocari. Hæ enim cæteræq; huiusmodi appellationes non ad animum ac propositum referri tantùm, sed & ad factū, nec quod ille calumniandi, hic præuaricandi consilium fortè agitauit, hac vna re calumniator præuaricatorve erit, vt nec seruus, qui ea mente est, vt à domino discedat, fugitiuus erit, nisi fugæ factū accedat. d.l. quid sit fugitiu⁹. Captū quippe fugiendi consiliū fugitiuum nō facit, quod Iulius Paulus lib. 21. Dige. l. bouem. §. de ædil. edict. eleganter definit, factum itaq; in his omnibus exigi verius est.

501 Sed † an sæpius calumniatum quem esse præuaricatúmve oporteat, vt calumniator aut præuaricator, aut fugisse, vt fugitiuus dicatur? dispiciamus, & Bart. In proe. ff. nu. 1. & l. legatis. in prin. de lega. 3. & l. mariti. §. qui quęstum. per ill. tex. ff. de adulteri. quod & alij probant, Abb. & Deci. in 2. lect. c. 1. de iudic. Ioan. de Ana. c. 1. de Clerici. percus. generaliter in his similibusq; appellationibus, quæ crimen demonstrant, semel factum qd esse, quo nomen cui quæratur, abundè fore

502 scribit. Præterquàm † in Abigeo Plagiario & Errone. Nam legibus eos propriè Abigeos haberi, qui ita ex pascuis armentisve pecora subtrahunt, abducuntq;, vt abigendi studium quasi artem exercere videantur, l. 1. §. ff. de abige. hoc ita si vno vel altero abacto pecore sæpe ad hunc modum deprædentur. Nam qui armentum abegit aut gregem, licet factum id ab eo semel proponatur, abigeus proculdubio erit, nisi quo in armento vnius pecoris abactio abigeum fa-

503 cit, id est equi vnius aut bouis, l. fi. in prin. ff. de abige. cùm de grege pauciores, quàm decem abactæ oues, aut porci quinq;, vel minimùm quatuor ad abigeatus crimen non pertineant, quod idē Bartolus lib. 47. Dige. d.l. fi. in prin. adnotauit. Perpetuum itaq; non esse, vt iterari abactionem ad id crimen

503 contrahendum opus sit, aliter † atq; in Plagio euenit. Nam, vt eum, qui seruos alienos intercepit, furti quidem teneri verum sit, non statim tamen eo admisso Plagiarium esse, existimandum, l. non statim. in prin. ff. de plag. nisi id facere in morem induxisset, Gl.

504 l. si abducta. C. de furt. vt, † nec erro est, qui semel fortè sine causa vagatus tempore in res friuolas nulliusq; pretij consumpto serius ad dominum reuertit, nisi id frequenter & assiduè faciat, l. quid sit fugitiuus. §. erro-

505 nem. ff. de ædil. edict. Excipiunt † quidam Deci. c. 1. col. penult. vers. secundo in nominibus. in 2. lect. de iudi. & aleatorem, quasi quis, nisi sæpe alea luserit, ea appellatione

506 non contineatur. Sunt † etiam quædam delicta, vt hoc Bartolo adijciamus, quæ non tam facto, quàm numero temporis definiuntur. Neq; enim miles, qui paululùm vagatus proponatur, emansoris crimen subit. Diu quippe à castris eum abesse oportet, vt pro emansore l. 3. §. emansor. ff. de re milit. sit prolixius, vt pro desertore habeatur. d.l. 3. §. desertor. Mora itaq; delictum & contrahi & mutari, consequens est, eumq;, qui emansor erat, desertorem tempore fieri, &

507 grauiori se pœnæ subdere, vt † in seruis fugitiuus, quàm erro, durius punitur: ita in emansore & desertore vsu venire ait lex, l. qui cum vno. §. edictum. ff. de re milit. & hunc, quàm illum maiorem pœnam mereri,

508 Cui † congruere Labeonis sententia videtur, qui lib. 21. Digest. d. §. erronē. Erronem definit pusillum fugitiuum: exaduerso autem fugitiuum, magnum erronem, sed speciosius hoc, quàm verius. Nam Erronis factum, Domitio Vlpiano authore, d. §. Erronem. sine fuga est, contrà, quàm fugitiui, qui à fuga & rem & nomen fert, nec lex tam species delictorum comparat, hinc emansoris & desertoris, inde Erronis & fugitiui, quàm modum admissi, vt leuius emansor & Erro, grauius desertor & fugitiuus delinquunt: non tamen, vt de emansore fit desertor temporis cursu, ita de Errone fugitiuus. Nam non vt huic, ita Erroni fugiendi consilium est, nec mora, vt desertorem, & fugitiuum facit, qui simul atq; ex herili domo pedem effert, crimen contrahit, & sæpe etiā

509 cùm intra tectum dominicum est. Nam † in eo qui domi delituit, vt discedendi occasionem nactus, fugam capesceret, hoc responsum à Proculo didici. d.l. quid sit fugitiuus. §. idem. ait. 1. idem multò magis in eo dicemus, qui gradum ad fugam promouit. Nam & hunc fugitiuorum numero esse constat.

510 Quod † in illa specie Cœlius respondit, cùm seruus fugiendi proposito de villa exiuit, & antè, quàm agri dominici fines excessit, comprehensus est: Nam fugitiuum esse comprehensum, scribit, d. §. idem fugitiuus. d.l. quid sit fugitiuus. §. idem Cœlius. Nec

511 † diuersa in transfuga definitio recepta est. Non enim, qui ad hostes transfugit, transfuga est modò, sed & qui transfugere vult, nam & hunc capitis pœnam luere scimus, l. 3. §. is qui. ff. de re milit. quo modo animaduerti in transfugas solet. l. proditores. ff. de

512 re milit. Secundum † quæ apparet nomina, quæ delictum demonstrant, absq; facto non intelligi, quanq; non omnium vna definitio est: alijs iterationem, alijs assiduitatē,

quibusdam

quibusdam diuturnitatem desiderantibus, & ijs quidem numero temporis inter se differẽtibus, vt in emansore & desertore dictũ est, nullis solo animi consilio contentis.

513 Igitur † cuicunq; superiorum generũ nomen percussoris assignemus, factum intercedere oportet. Qui itaq; percutere voluit, nec percussit, non erit nobis percussor dicendus.

514 Nisi † per anticipationem, quę loquendi figura, vt lib. 4. de verb. signifi. Alciatus præceptor author est, Græcis prolepsis appellatur, ea iurisconsultos sæpe vsos animaduertere licet, cùm cuiq; rei qualitatẽ, priusq; insit, præsumptione quadam attribuũt. Veluti cùm pecuniam doti destinatam, nuptijs non dum contractis, dotem appellant, l. si seruo. ff. de iur dot. non ignari dotis nomen ante nuptias nullum esse. l. 3. ff. de iur. doti. Hac ratione & postumum dici, qui viuo patre natus est, idq; similiter præsumptione patris, eum se defuncto nasciturum, rati. l. 3. §. 1. ff. de iniust. rup. Cæterùm postumum legib. eum solùm esse propriè, qui post humatum patrem in lucem editus est, d. §. 1. & ibi glos. vnde postumi tracta est appellatio.

515 Item † misisse in possessionem Prætor eum dicitur, quem mitti iussit, l. 3. in prin. & ibi glo. ff. ne vis fiat ei, q in possess. mis. est. & cõuenienter in possessionem is missus dicitur, cuius mittendi Prætori propositum fuit, d. l. 3. & ibi gl. sed & adquirere dicendus est, adquirere annixus. l. si impressionẽ. in fi. & ibi gl. C. de ijs quæ vi metúsve caus. gest. su. & ę dificasse, qui nõ ædificat, sed hac mente fuit, vt ædificaret. l. 2. §. si quid. ff. ne quid in lo. publi. Simili loquendi figura licebit percussorem eum appellare, qui voluit percutere annixúsve, aut missus dicit, cædis fortè cau-

516 sa, hominem vti percuteret. Quo † sensu, non nescio, hoc verbum à latinis vsurpari. Suetonius in Octauio cap. 10. eum M. Antonio Consuli percussores subornasse, ait. Idem Suetonius in Nerone cap. 34. de ipso loquẽs Nerone L. inquit, Abigerium, vt percussorem sibi subornatum, arripi constringiq; iussit, & rursus cap. 47. de ipso item Nerone verba faciens, qui hostis à Senatu iudicatus mori cupiebat, ac statim, inquit, Spicillum Mirmillonẽ, vel quemlibet alium percussorem, cuius manu periret, requisiuit, & nemine reperto: ergò ego, inquit, nec amicum habeo: nec inimicum: procurritq;, quasi præcipitaturus se in Tyberim. Quo loco apparet, eum percussorem dictum, non qui percutere velle, ponderetur, sed à quo quis percuti optaret. Nec hac tamen, nec proxima, aliáve qualibet significatione eum, qui nondum percussisset, reuera ac propriè percussorem vocari, superioribus consequens est. Percussisse itaq; aliquãdo, secundum superiorem definitionem, qui percussoris appellatione propriè contineatur, necesse est:

517 Etsi † non desunt, qui hoc amplius, percussorem eum definiunt, qui percutere cõsueuit. Doct. c. 1. de Cleri. percus. quo modo omnium sententia acceptum est vetus illud Ecclesiæ placitum, quo Clericus percussor exauctorari, ordineq; moueri iubetur. d. §. 1. qua pœna, qui semel percussisse propõitur, adfici non debet, eaq; res inter omnes fermè

518 constat. Doct. d. c. 1. Quidam † deniq; sunt, qui cum consuetudine facilitatẽ exigunt, vt ij demum Clerici exauctorentur, ordineq; moueãtur, qui qualibet re perculsi irritatiq; pro verbis procedere ad verbera solent, in qua sententia Ioannem Andr. fuisse Ioannes Anagninus lib. 5. Epistolarum Decretaliũ

519 d. c. 1. refert, quam & ipse probat. Quo † intellectu nos Gordiani Constitutionem d. l. is qui percussorem. non malè accipiemus, nam si ad exauctorandum Clericum percutiendi consuetudo facilitasq; desideratur, ne facilè dignitatem quis amittat, multò sanè magis erit idem in Gordiani specie respondendum, ne facilè vita homini eripiatur. Nã

520 † si hominis famæ, multòmagis, vt ait Papinianus, l. si. adulterium. §. Impp. ff. de adulte.

521 vitæ parcendum est. Quæ † opinio consequens esse videtur sententię referre existimantium Glo. & Doct. de ijs, quæ vi metúsve caus. fi. l. metum. & Docto. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. & l. 1. C. vnde vi. Marsl. l. 1. §. præterea. nu. 22. ff. de quæsti. in expendẽdis minis, quas quispiam iactasset, an ille sit, qui nõ frustra minari consueuit, an verò, cui inanibus huiusmodi territionibus vitio magis animi, quàm nocendi consilio vti in moresit, vt has contẽnere, illis occurrere debeamus.

522 Assuetum † itaq; percutere, ad nos cum telo venientem, telo repulsum Gordiani d. l. is qui percussorem. C. de sica. Constitutione impunè occidimus, & quidem cùm tueri aliter salutem nostram non possumus, quæ distinctio passim recepta l. is qui adgressorem. & ibi Doct. & latè Marsl. C. de sicar. est.

523 Enimuerò † tutelæ suæ modum præter gressos extra legum pœnas non fore, Doct. l. vt vim. ff. de iust. & iur. & l. 1. C. vnde vi. non quidem illas legis Corneliæ, quibus cædes hominis coërcetur, passuros: sed mitiores. Ioan. Andre. c. significa. de pœnit & remis. in nouel. & in addi. ad Spec. tit. de homicid. Ancha. clem. 1. de homic. Anto. de Butr. & Ioan. de Ana. c. significasti. 2. de homicid.

Bald.c.1.§.1.ād fi.de pace.iura.firm.& c.1.in prin.c.3.de pace tenen.Alex.cōſ.76.viſa inquiſitione.col.1.& 2.vol.1.Angel.tract.malef.verb.& dictus Titius ſe defendēdo.verſ. aduertas etiam.& ibi in additio.Marſ.d.l.is qui adgreſſorem.num.15.Indulgere enim iis leges ſolere, qui tutelæ ſuæ cauſa quid feciſſent, in eoſq́, non tam quia vim defendere non debuiſſent, quàm quia modum non ſer-
524 uaſſent, animaduerti. Idq́ † non ita pridem NICOLAO RADIVILO Olicenſium DVCI, Viro Principi conſultus reſpondi in illa ſpecie, cùm Vilnæ proximis diebus quidam adgreſſorem ſuum, multis prius ab eo acceptis vulneribus, telo exutum ac fugientem interemiſſent, eos enim ad legis Corneliæ coërcitionem nō pertinere dixi, non quidem, vt omnino impunitas eis concederetur, ſed vt leuiorem pœnā acciperent, quaſi qui lacelſiti ſuæ iræ ſeruientes plus feciſſent, quàm quod ſe vindicarenon debuiſſent. Meritò itaq́ vltimum ſupplicium eis remitti. Ant.de Butri.c.olim.1.colu.fi.verb. inquantum dixi.de reſt.ſpoli. Areti.conſil. 34.viſis diligenter.col.fi.& cōſ.80.ſicut decet.in fi.Ioan.de Ligna.c.118.verſic.ſeptimò quæritur.Deci.d.l.vt vim.Marſ. poſt alios, quos allegat.pract.ſua.§.quoniam.nu.65.& idē.l.1.nu.45.ff.de ſica.idéq́ legibus eſſe conſequens, & diui Pij reſcripto, d.§. Impp.ad mariti admiſſum, qui vxorem in adulterio deprehenſam occidit, mitigata cædis pœna
525 conniuentis, difficillimum † ſanè rati iuſtum
526 dolorem temperare.d.§.Impp.His † breuiter Marſilij gloriatione caſtigata, non indiligentis alioquin authoris, ſed parùm acuti, cætera conatus exempla perſequamur.
527 Et † quidem, Iulius Paulus lib. Digeſt.l.1.de extra.ordi.crimi.47.ſollicitatores alienarum nuptiarum matrimoniorumq́ interpellatores, ſceleratí voti ſui etiam non compotes, ob affectum pernicioſę libidinis extra ordi-
528 naria pœna plectendos ait: in † eum autem, qui mulierem interpellaſſet puellámve, aut quid impudicitiæ cauſa feciſſe proponeretur, donū, vti ſtuprum adulterúmve admitteretur, præbuiſſet: aut prætium, quo id perſuaderetur, numeraſſet, eodem Iulio Paulo authore, pœna deportationis in inſulam, imperfecto flagitio, ſtatuta d.l.1.eſt. Eorum
529 † item conatus, qui pecuniam, vt negotium cui faciant, accepiſſe probantur, impunitus non eſt. Nam & nullo facto negotio, edicto Prætoris, quod aduerſus calumniatores ꝓpoſitum eſt: tenentur, l.& generaliter.§.1.ff. de calum.& contrà, qui negotium fecerunt, accepta pecunia ne facerent, in eadem cauſa ſunt.d.§.1. In vtroſq́ enim intra annum in quadruplum ſummæ, quam acceperūt, poſt annum ſimpli in factum actionem proditam
530 eſſe.l.1.ff.eod. Solet † & ille caſus ſuperioribus adꝺi, cùm quis operas ſuas, vt cùm beſtijs depugnaret, locauit, quem vetus ſenatuſconſultum l.1.§. item ſenatuſconſul.ff.de poſtul.notauit, & apud Iudices etiam pedaneos poſtulare vetuit, ſiue depugnauerit, ſiue nec depugnauerit.d.l.1.§.beſtias. Sed quia ſolam operarum locationem Senatuſconſultum d.§.beſtias. notauit, non etiam pugnam, quæ detracta mercedis pactione virtutis alioquin cauſa fit, d.§.beſtias.cū delictum locatis operis conſumationem accipiat: nulla poteſt in propoſito eſſe affectus inſpectio, contrà quàm Accurſius Gl.verb. ſiue non.d.§.beſtias. ſcripſit, à Bartolo d.§. beſtias. poſtea non immeritò reprehenſus. Nam ſi affectus ſpectatur omnes omnino, qui cum beſtijs depugnaturi in harenam deſcendunt, ſenatuſconſulto notari conſequēs eſt. Neminem enim ſine affectu pugnandi procedere, ſatius itaq́ eſſe, ſenatuſconſultum ad cauſam pactæ mercedis ſe retuliſſe arbitrari: eoq́ auaritiam notari ob vile æs in vitæ diſcrimen ſe conijcientium. Hoc
531 † ſenatuſconſultum Bartolus d.§.beſtias.ad eos, qui ſchœnobaticam faciunt, produxit. Nam & ipſi ſpe lucri periculum capitis adeunt, ſed & in his adhibenda forſitan erit diſtinctio, depectus ſit mercedem ſchœnobates, nec ne ſit, & hoc verius puto: Arg.d.§.
532 beſtias. Modò † ſi poſt æditum artis ſuæ ſpecimen, quid vice mercedis accipiat, in eadem cauſa eum fore, in qua, ſi depectus eſſet, erat futurus. Nam & in eo, qui cum beſtijs depugnauit, idem reſponſum d.§.beſtias.eſt. Quia, cùm eadem ſit cauſa accipiendi vtroq́ caſu, parui refert, ex pactione, quid detur, vel ſine pactione. Secundum
533 † quod Baldus d.§.beſtias.eum, qui initio nullū depectus fœnus, plus, quàm mutauit, à debitore ex poſt facto recepit, in eadē eſſe cauſa, in qua, qui pacto conuento id cō-
534 prehendiſſet, exiſtimauit. Tantundem † Paulus d.§.beſtias. Caſtrenſis in eo putauit, qui pro re ſacra nihil ab initio ſtipulatus pactúſve, pecuniam aliúdve quiddā ex poſt facto accepit, nam ſimoniæ crimen ab eo con-
535 trahi ſcribit. Sed † vtrumq́ falſum eſt. Nam creditori, ſi quid à debitore ſupra ſortem vltro detur, id ſaluis legibus accipere licet. quod Nicolaus Abbas libro 5. Epiſtolarum c.conqueſtus.nu.8.de vſur. Decretaliū apud Alexandrū iij.adnotauit, Pontificumq́ pla-
536 citis docet eſſe conſequens. Et † ego Ludouico

douico Decio, amico, dubitanti, cùm magnum pecuniæ numerum humanitatis causa, non vlla lucri spe illectus, ciui suo mutuumdedisset, quęrentiq; munusculum, quod gratitudinis ergò, creditæ sibi pecuniæ debitor sponte sua adijceret, accipere fas ne esset: consultus, proculdubio fas esse, respondi, idemq; multòmagis fore, cùm pro re sacra sine vlla exactione aut pacto quid vltro
537 offertur. Quia† simoniæ crimen iure humano descendit: Abb.c.fi.in fi.de Simo. fœnus verò, & quicquid supra sortem daretur, diuinũ ius improbauit, Abb.d.c.fi.infi. quo mutuum, insperato lucro, dare præcipimur. Est
538 † denique Gregorij Constitutio, quæ præsentem quæstionẽ definit: ea, his verbis scripta extat.1.q.2.c.sicut. Sicut Episcopum nõ decet, manum, quam imponit vendere: ita minister vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam vel calamum venundare. Is tamen, qui ordinatus fuerit, si non ex pacto, neq; exactus ac petitus post receptas chartas & pallíũ offerre aliquid cuilibet ex Clero gratiæ tantùm modo causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus. Quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione processit. Paulo itaq; Castrensi d.§. bestias. non assentior. Huc pertinet, quod Ancharanus Cons.272. de tit. crimi. col. penult. Idem Ancha. cons.202. præmittendum est. Bald. cons. 409. proponitur. vers. super primo puncto. vol.4. Fel. c. tua nos in fi. de Simo. Marsl. lege Cornelia. in prin. & l.1. nu.6. de fals. & singu.190. Iudices. in Iudice respondit, cui fraudi esse negat, ab eo, secundum quem in bona causa iudicauit, pecuniam accipere, nec ea re, sententiam vitiari scribit, Marsd.l.1.nu. 6. de fals. & d. sing.190. cùm qui ante dictam sententiam pecuniam, vltro etiam oblatam, accepisse probatus erit, vt Bartolus l.1. ff. de fals. & ibi Alexandr. & Marsnum.5. idem. Bartolus.l.diuus. ff. de re iudic. per l.2. ff. de conditi. ob turp. causa. notat, falsi teneatur, eo, quod pronunciatum postea est, hoc amplius irrito facto. l. venales. C. quando prouoca. non est necess. & §. venales. 11.q.6. not. gloss. quatuor modis. 11. q.3. & Marsd. sing. 190. repeti denique pecuniam ab improbo iudice posse, placuit. Glossa. c. non sanè. 14. q. 11. Archidia. c. qui rectè. 2. q.3. Marsil. d. sing. 190. Idem in teste comprobatum didici, cui post dictum in bona causa testimonium, pecuniã accipere, impunè Marsil. d.l.1. num.5. est, cùm antè testimonium dictum ea re falsi crimen contrahatur, Barto. d.l.1. & ibi Marsil. ff. de falsi. & hæc quidem ita, si ante, quàm pronunciaretur, testimoniúmve diceretur, promissio nulla intercessisset. Bald. consil. 490. proponitur quod dictus Prosellus. versicul. super primo puncto. vol.4. Quamuis Marsilius d. sing. 190. ob litigatorum vanitatem nihil interesse putet, promissio intercesserit, nec ne. Solere inquiens litigatores, dum Iudicem captant, montes aureos polliceri, voti compotes factos Iudicem delusuros, quo circa vix repertum iri scribit, qui litigatorum fidem sequutus, vt cuiusquam partibus studeat, à suo sensu dimoueatur. Subsistere itaq; se, & in medio rẽ relinquere ait. Ego distinctionem adhibendam putauerim, à nobili an à plebeio promissio interuenisse proponatur, vt huius sequutum fidem Iudicem nõ existimem, illius existimem. Nam, vt Andreas Isernas eleganter notat, c.1. vers. hoc intelligendum. q succesſo. teneã. sequitur. Tiraq. tract. de nobili. c.20. num.23. pro factis haberi nobilium promissa debent, hominum plebeiorum vanitate damnata, nisi eorum spectata virtus aliud suadeat. Nam qui bonis moribus præditi sunt, inter viles non habentur, Alexan. cons.209. ponderatis. nu.6. vol.6. quod in testimonij dictione receptum aliàs constat, Doct. & ibi Fel. nu.8. c. si qui testium. de testib. modus quoq; promissæ pecuniæ considerandus erit. Modicã enim pecuniam promittentes non facilè fidem fallere, præsumptum Arg. not. per Bald. l.1. col.3. nu.6. vers. quid ergò est in codicib. C. de cõfes. est. præsertim cũ de magna re iudicium anceps agitatur, interesse denique permultùm arbitror, fœmina promiserit, an masculus, ob sexus illius naturale vitium. Esse quippe fœminarum genus auarissimum. Glo. l. Nesennius. verb. ex contrario. ff. de negot. gest. & l. sed si ego. gl. fi. ff. ad senatusconsu. Velleia. & l. quę dotis. gl.1. & ibi Bart. in prim. oppos. ff. solu. matri. itẽ glo. l.2. verb. ætatis. C. de his, q veni. ætat. impetra. & l. si à spõso. C. de donati. ante nupt. Bar. cõs.124. pũctus quęstionis. & cõs.127. quidã fratres. ante fi. & disputa. mulier habẽs amplum patrimoniũ. col.2. vers. quinto probo. & Bal. cõs.366. ad euidẽtiam. col.2. li.2. idẽ cons.263. factũ sic proponitur. col. vlt. lib.3. Ancha. c. indemnitatib. not.4. de electio. lib.6. & cõs.339. pro maiori intelligẽtia. col.3. vers.3. cõs.434. ex narratis. col.2. Rom. l. fi. col.10. vers. nec obstat. C. de pact. & cons.102. super eo. ad fi. Paul. Castr. cons.385. siue dicamus. colu.2. lib.1. & cons. 377. ad primum videtur dicendum. colu. fi. libro 2. & Fulgo. cons.79. quidam nomine Britinius. col. fi. & inter consi. Francis. Cur.

Seni. conſ.34.tenor conſuetudinis. libro 4. Alexā.conſ.42.ſuper præmiſſa.col.1.libro 1. Corne.conſ.139.ad euidentiam.col. penult. lib.4.Benedict.Capra.conſ. 81. punctus domina Bleſia.colu.fi. Soci. conſ. 214. in cauſa. Onofri.col.fi.libro 2. & conſ. 75.difficultatem.colu.3.libro 3. & Tiraq.l.9.connubiali. nu.43.Quare Baldus eſſe miraculi loco ſcribit,d.l.ſi à ſponſo.c ùm mulier donat: Socinus Conſ.82.in cauſa vertente.col.3.verſ.ſecunda præſumptione.lib.4.Adde. Card. Alexan.§.fœmina.tit. per quos fiat inueſtitura.in vſib.feudor. & Tiraq. l.9. connubiali. d.num.43.monſtro ſimile,& idcircò mulierem donantem, deceptam credi, quidam putauerunt, laſ.d.l. quæ dotes.ſolu.matr.& Soci. conſ. 20.colu.fi. lib.3.& Ioan.Neuiza. Sylua.Nupti.lib.2.nu.95.tanquam quæ rem ſuæ naturæ repugnantem facit,Soci.cōſ.10. in facto præſupponitur.colu.4.verſ.confirmatur. lib. 3. & Franciſ. Purpu.l.cùm quid. col.18.verſ.ſecundo limitetis.ff.ſi cert.petat. Tiraq.l.9.connubia. nu.44. quibus conuenienter placuit,cùm ea concurrunt. Vnde, vt Bartol. & alij lib.12. Dige. apud Pomponium notauerunt,l. cùm quid ſi cert.petat. coniectura donationis capi ſolet.in muliere donationē non præſumi.Barb.conſ.16.Clementiſsi.col.vlt.lib.1.& Steph.Bertrā.conſ. 141.Chriſti.& c.viſo caſu,in 1.dubio.libro 1. Frācif.Purpu.d.l.cùm qd.col.18.verſ.ſecundo limitetis.ff.ſi cert.peta. Tiraq. d.l.cōnubi.9.nu.44.Nam,vt quidam authores ſunt, quæ ex naturali ſexus auaritia ſumitur præſumptio,cæteras omnes,quæaliunde deſcēdunt,tollit.Franciſ.Purpu.vbi ſupra Argu. l.diuus.ff.de in integ. reſt.& Tiraq.d.num. 44.Pro qua ſententia eſt,quod mulieres ſuo naturali quodam vitio impudentes ſunt magis,quàm viri atq; mendaces, quod ab Ariſtotele lib.9. de hiſtoriaanimaliū.cap.1.obſeruatur, & Andreas Barbacia Conſ.54.col. 11.verſ.capio nunc. lib.2. reſpondit. Quare quibus caſibus cuiuſcq; ſequi dictum debemus,mulieris dicto ſtari negat oportere.d. cōſ.54.Eodem pertinet illud Poëtæ,quo varium & mutabile ſemper fœmina dicta eſt. Quam ſentētiam Pontifices ſummi in ſuas conſtitutiones transferre non dubitauerūt, c.forus.de verb.ſignifi.vnde leuem in eo ſexu fluxamq; fidem eſſe,creditum eſt,ac propè nullam dictorum conſtantiam. Quamobrem Iuſtinianus Imperator leges quaſdam veteres, quæ quibuſdam caſibus iuſiurandum à mulierib. exigebant, antiquauit, Auth.de nupt.§.quæ verò nunc ſequitur.& Auth.vt ſine prohib.mat. §. quia verò multam.& Tiraq.d.l.1.connubiali.num.55.periurij occaſionē ſe tollere ſic arbitratus. Eodem ſpectaſſe Accurſio authore,Gloſſa.§. teſtes.Inſtit.de teſta.& Tiraq.de leg.nupti. l.9.nu.56.Domitius Vlpianus lib.28. Dige. l.qui teſtamento.§. mulier. qui teſtam.face. poſſ.videtur, cùm in teſtamento mulierem teſtimonium dicere vetat, quod & Pontificum conſtitutionibus eſt receptum,Alexā. cōſ.70.viſo cōſilio.col.5.verſ.venio ad illud. lib.2.& cōſ.84.viſo themate.col.2. eod.lib.2. & alij quos latè allegat. Tiraq.d.l.9.num. 57. idemq; in foro Eccleſiaſtico,cùm de criminibus agitur,reſponſum eſſe. c. forus. & ibi expreſſe gloſ. & Panorm. de verbo. ſignificati.&.glos.c.ex eo.15.q.3.gloſ. & Doct.c. quoniam.de teſti.gl.c.tam literis. verb.fœmina.eod.tit. Hoſtien. ſumma. de teſti.&§. quis teſtis eſſe poſsit.Specu.tit.de ꝓcur.§.1. verſ.ſeptimo in criminali teſtificatione. Alberi.d.l.qui teſtamēto.§.mulier.col.1.ff.qui teſtam.fac.poſ.Flori.l.ex eo.ff.de teſtib.Ioā. Piat.& Angel.Aretinus.§.teſtes. Inſtitu.de teſtam.Alexand.conſ.64.viſo themate.poſt prin. lib.1.& conſ.24.animaduerſis.colu.1. verſ.quarto,quia nō videtur,lib.2.& Tiraq. d.l.9.nu.61. Scio, quibus in cauſis teſtimonium mulieris teſtimonio hominis infamis quidam comparant:gloſ.c.mulierem.33.q.5. tametſi honeſtæ matronæ, & quæ famæ eſt integræ, teſtimonium non repellatur. Matth.Afflict.c.1.colu.fi.num.36.tit.qui teſtes ſint neceſſarij. & Tiraq. d.l. 9. num.63. Derogatur quoq; mulieribus fides, cùm de iure militiarum tractatur, c.1.in fi.& ibi Iacob.Bel.Andreas.Iſer. Bald. Aluaro.Mart. Lauden. & Cardina. Alexand. & Matthæ. Afflict. colu.1.num.1.tit. qui teſtes ſunt neceſſarij.adprobati.inuenta.Roman.l.admonendi.colu.41.verſicul.& ex hoc infero. Iaſ. l.hac conſultiſsima. in prin. colu.2. C.de teſtamē. & l.ſi quis agere. ad fi. C.de Codicil. Benedict. c. Raynutius. verb. duas habens filias.num.30. Deci.l.fœminæ. colu. 6.verſ. 17.ff.de diuerſ.reg.iur. antiq. & d. c. quoniam.colu.fi.verſ.tertio limitatur, de teſtibus Matthæ.Afflict.c.1.colu. 2.verſ.quæ tamen reg.tit.de con.inter dominium & vaſallum. de inueſti. feudi, & Tiraq. d.l.9. num.65.& quibus denicq; caſibus teſtificari mulieres poſſunt, teſtimonium earum virorum teſtimonio ſemper vincitur,l. in quæſtionib.ff. ad l.Iul.Maieſt.Specul.tit.de teſte.§.poſtq;. verſ.porrò.Iacob.Butr.l.in bonę fideí.C.de iureiurando.Bald.& Salyc.l. fi.per ill. text. ff. de fideí. inſtrumen. Alberi. & Fulg. l.1. ff. de Senato.Panor.d.c.forus. per ill. text.

de verb.

de verb. signific. & cons. 52. quidam in egritudine. col. 2. vers. item, quod fœmina. lib. 1. Roman. Rubr. de arbit. col. 8. vers. item præferuntur. Alexand. cons. 236. perspectis. col. 1. libro 6. Barba. consil. 64. illud in medium colu. 10. versic. & si quispiam. libro 3. Francis. Aretin. Felin. & Decius. d. c. quoniam ad fi. de testibus. Felin. c. in nostra. colu. penult. eodem tit. Lanfran. c. quoniam. in materia testium. versicul. & primò quæritur, nunquid mulier. de probatio. Curt. Seni. Tracta. testium. conclu. 18. Dec. d. l. fœminæ. char. 5. 16. casu. versicul. & generaliter. in omnibus. Marsi. consil. 2. Altissimum. colu. 2. versicul. pro quibus. libro 1. & cons. 65. in nomine. colu. 6. num. 45. eodem libro 1. Corse. singul. verbo testis. duo testes. Petrus Gerar. à Petra. singul. 11. his casibus. Marsi. Mant. consil. 69. quoniam in processu. colu. 2. num. 7. Tiraq. d. l. 9. num. 70. nisi viri pro accusatore, mulieres autem pro reo testimonium dixisse proponantur. Marsi. l. vnius facinoris. §. in ea causa. colu. 2. versicul. & facit quod voluit. ff. de quæstion. post Belensi. c. forus. de verbor. significati. Adde. Alexandr. consil. 236. perspecto. vol. 6. per glossa. singul. c. Clerici. 81. distinctio. & Felinus. c. quoniam. in fi. de testibus. & Corse. notab. verbo testis. 6. & 9. notab. Quod fauore innocentiæ constat introductum. Non abhorret ab his, quod quotiens iusiurandum in probationum inopia deferri solet, l. in bonæ fidei. C. de iure iurand. aut in dubijs alioquin causis, d. l. admonendi. ff. eodem. melior est virorum, quàm mulierum conditio, tanquam maior in viris sit, quàm in mulieribus fides. Iacob. Butri. d. l. in bonæ fidei. Curt. Seni. & Caccia. Lup. d. l. admonendi. ille colu. 3. rursus. char. penult. versicul. sexta cóclusio. Caccia. Lup. autem. colu. antepe. versicul. quidam dicunt, Tiraq. d. l. connubi. 9. num. 72. Etsi scio, cùm rei, quæ controuerteretur, veritas, mulieri magis, quàm viro comperta creditur, mulieris testimonium vincere. Glosa. c. vidua. de regul. & Curt. vbi supra. Apparet itaq; ex his leuem in sexu muliebri fidē esse, & idcircò magis viris credi, quàm fœminis oportere. Plurimum quoq; in sexu virili refert, quæ cuiusq; nascendi conditio fuit. Spurijs enim, & ex improbato complexu editis, minus, quàm ex iusto matrimonio natis credi solet. Quare, cùm iudices in re ancipiti ac dubia, & quotiens probationum inopia esset, ad sacramenti religionem confugiant, eiusq;, qui vnius testimonio sibi causam probasset, iureiurando litem definiant: l. admonendi. ff. de iureiurand. & l. in bonæ fidei. C. eod. & vtrobiq; Doctor. hoc remedio tamen vti vetantur, cùm spurij vnius testimonio litigator nititur, Ludo. Roma. d. l. admonendi. nu. 84. & ibi Cazal. 17. Char. versic. 25. fallen. & Marsi. sing. 273. notissimum. quasi eo semiplena fides facta non sit, ob facti infamiam, quæ eam natalitū turpitudinem sequitur, vt lib. 7. Constitutionum author est Azo. In summa. C. exqb. caus. infa. irroga. nu. 3. in fi. & Baldus, & Alexander Tartagninus probant. Bald. c. 1. §. naturales. col. 2. li de feudo. fuerit controuersia Alex. cōs. 2. visis codicil. col. 4. vol. 1. & cons. 25. circa primum dubium. eod. vol. 1. & cons. 97. cōsideratis. col. 7. eod. vol. 1. & cōs. 94. cōsideratis. col. 4. eod. vol. 1. & cōs. 80. examinato, pcessu. col. 1. vol. 2. & Marsi. sing. 273. circa fi. Nam Caroli Ruini sententiæ non accedo, qui lib. 4. responsorum Cons. 35. in hac causa. num. 14. spurios, parùm perpensis Azonis verbis aut memoriæ lapsu, iuris infamia notatos scripsit. Frustra itaq;, qui infirmo spurij testimonio causam suam probauit, deferri sibi à iudice iusiurandum petiturum, cùm id legis beneficium vulgò semiplenè probantibus tribuatur, nec denegari possit. Doct. d. l. admonēdi. & Marsi. d. sing. 273. notissimum. Illud his conuenienter est receptum, vt cùm, qui semiplenè causam suam iudici probauit, dato iureiurando obtinere debeat: si tamē is spurius sit, ab hoc beneficio reuocetur, ob facti infamiam, qua ita nati laborant, quod Baldum Imperatorem Antoninum Augustū lib. 1. Principaliū Constitutionum l. qui accusare. C. de eden. scribere, Ludouicus Pontanus lib. 12. Dige. d. l. admonendi. num. 85. Adde Marsi. d. sing. 273. notissimum. refert, in pariq; causa esse ita natos Iudæis aliisq; improbatæ religionis hominibus idem Baldus & Pontanus putauerunt. d. l. qui accusare. & d. l. admonēdi. &, quod huc quidem attinet, non malè. Nam & eos facti quoq; infamia notari, palàm l. cunctos populos. C. de sum. Trini. & Rom. d. l. admonendi. & nu. 85. est. Quam sententiam Curtius d. l. admonendi. nu. 72. iunior veram existimauit. Tantundem in fœneratore ob eandem rationem, responsum scio. Nam qui in ea causa est, etiam cùm fœnus desijt exercere, facti infamiam Baldo l. improbum fœnus. C. ex quib. caus. infa. irroga. authore non euadit, quod & idem Curtius d. l. admonendi. nu. 73. lib. 12. Dige. quamuis paucis contra disserat, apud Gaium nō improbat, & rectè dici videtur, Bartoliq; sententiæ congruit, eum, qui quandoq; fœ-

noris quæstum sequutus probaretur, in præsens fœneranti pleriſq; in locis comparantus. l. palàm. §. non solum. ff. de ritu nup. l. quid sit fugitiuus. de ædil. edict. & l. prætor. §. itē his. ff. de eden. & Curt. iuni. d. l. admonendi. nu. 73. Adeòautem in illa natalitū impuritate fides desideratur, vt in Tabellionum ordinem allegi spurij vetentur, idq; Alexander Tartagninus & Carolus Ruinus consulti responderunt, Alexā. cons. 80. examinato processu. nu. 2. vol. 2. Rui. cons. 35. in hac causa. nu. 14. vol. 4. idemq; Hippolytus Marsilius putauit, sing. 273. notissimū. vers. vltimo circa. quæ sententia ob dignitatem, quæ Tabellionis muneri ineſt, Alex. de cōs. 80. per l. 2. C. de dignit. l. 2. comprobata est, Nam dignitates adipisci, qui in ea causa sunt legibus prohibentur, nisi cùm deest competitor, ne ordo plenus nō l. generaliter. §. spurij. ff. de decurioni. sit, néve, vt Papinianus l. spurij. ff. de decurio. ait, impediatur dignitas nihil admittentis. Vitio quippe parentum, non suo, spurios laborare, cōstat. c. nasci. 56. distin. & Bald. cons. 456. recolo. nu. 9. vol. 4. Non me fallit, Calderinum Cōs. 2. de fid. instru. spurios ad Tabellionis officium admittere: Paleo. tract. de Noth. & spur. c. 56. nihilo tamen magis ea sentētia ita natorum causam iuuari. Nam, vt spurios munere Tabellionis fungi posse peruincat Calderinus, vile illud esse officium docet atq; abiectum, & idcirco Decuriones ab eo sacris constitutionibus l. vniuersos. C. de decurio. lib. 10. arceri, tanq; à publica seruitute, proditum est, Tabelliones enim publicos seruos legibus dici, Oldra. cōs. 75. & eo nomine à Marcello vocatos, lib. 1. Dig. l. nō aliter. ff. de adeptiō. lego. Inde denique vilitas eius muneris apparet, quod, quibus ad honores aspirare nō licet, Tabelliones esse possunt, in quib. liberti sunt, l. 1. C. ad l. viſce. & l. fi. C. de ser. Reip. man. vt, spurijs ad illud munus admissis, nihil quicq; magnum tributum eis esse videatur, etsi inter pedaneos, sic libet eos vocare, qui vulgo tabulas scribunt, & sedētarios, qui ad mensam scribunt, quidam distinguant, Paleo. tracta. de Noth. & spur. c. 56. tanq; hi dignitatem habeant, illi non habeant. Sed quia, qui in ea sententia sunt, spurios à mensa excludunt, non obscurè eorum natales notant. Card. ppe. Clē. col. 2. Secūdū quæ quibusdam placuit, spurios absq; speciali priuilegio Doctores non posse creari. Quia honoris sit: Bart. Proe. C. §. 1. nu. 10. & Deci. cōs. 161. ad honores verò spurij nō euehantur. l. honor. §. de honorib. ff. de mune. & honor. Scio Bononiæ ita contemptum esse spuriorum nomen, vt in Iurisconsultorum Collegium non recipiantur, qui exiustis nuptijs nati non sunt. Quod veteri constitutione cautum esse, quidam referunt. Paleo. d. c. 56. Quo iure & Mediolanenses vtuntur, apud quos Iason Mainus magnæ dignationis scriptor, cùm in Iurisconsultorum Collegium cooptari vellet, repulsam passus est, nec consequi potuit, vt præclarissimæ scientiæ splendor tenebras obscurorum natalium discuteret, & in tanto Iureconsulto plus parentum probrum valuisse, quàm propriam industriam & comparatam multis exantlatis laboribus Iuris notitiam patriæ legis authoritas effecit. Sanè in Polonia atq; etiam in Lituania, vbihæc scribo, adeò spuriorum genus despectum est, atq; inuisum, vt, ne ad vilissimum quidem opificum collegium, aspirare ita natis ius sit, illorum natalibus semper suspectis, tanquam, qui iustè nati non sunt, nihil quidquam iustè acturi credantur. Sed & inter eos, qui ex iustis nuptijs editi proponūtur, quos quisq; parētes habuerit, quò fides magis minúsve habeatur, non parùm refert. Solere enim, vt sapientes opinari Baldus l. liberti. col. 1. nu. 4. vers. oppono. 3. C. de operis liber. per l. quisqs. §. 1. C. ad l. Iul. Maiest., ait, filios progenitorum suorum imitatores esse, nos item experientia docet, Rubr. de nupti. Tiraq. l. connubia. 7. num. 1. cum seq. vide Tiraq. de Nobilit. c. 20. nu. 21. cum seq. & Ioannes Faber lib. 1. Institutionum Principalium author est, non sanguinis modò labem, sed mores etiam parentum ad liberos transire, raroq; improbi patris probos filios esse, Sanè enim, vt illo perquam decantato versiculo celebratum vulgò est, sæpe solet similis filius esse patri, Glos. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edict. & glosa. d. l. quisquis. §. 1. verb. in quibus. & gl. c. si quis. cum 6. q. 1. Tiraq. d. l. connubi. 7. num. 3. quo fit, vt legum præsumptione, in filijs paterni, hoc est hæreditarij criminis, exempla metuantur, d. l. quisquis. & §. 1. C. ad l. Iuli. Maiest. & d. c. si quis. cum q. 1. Tiraq. d. num. 3. quæ causa esse creditur, quamobrem Presbyterorum filij à sacrorum ministerio arceātur. Glo. c. 1. verb. presbyter. 56. dist. Tiraq. d. nu. 7. Huc pertinet, quod Bartolus Tract. de Guelphis & Gibellinis. col. 3. vers. circa. 4. per d. l. quisquis. & d. §. qui mancipia. eorundem esse studiorum habendū ac voluntatis, filium, cuius pater sit, scribit, quod & Baldus lib. 6. Principalium Constitutionū, d. l. liberi. 1. colu. 1. &. versicul. oppono. 3. C. de operis. liber. per l. si operarum. ff. eodem.

Tiraq.

Tiraq. d. l. connubi. 7. nu. 8. apud Imperatorem Alexandrum Augustum probat. Rectam itaq; Alberti Gandini Tract. de malef. tit. de præsum. & indic. dubita. colu. 4. vers. præsumptio. cõiectionem videri, propè esse existimantis, vt quibus pater est moribus, ijdem filius esse credatur, & idcirco admonendos esse rerũ capitalium quæstores scribit, vt in filij reatu, patris vitam inspiciant, nec, à quibus flagitijs nõ abhorruerit pater, ab ijs se filium abstinuisse putent, quam sequutus coniecturam Angelus lib. 6. Principalium Constitutionũ, l. fugitiui. C. de ser. fugit. eum ad hostes profugisse præsumi ait, cuius eo nomine domus infamaretur, quam sententiam & alij probant. Barba. cons. 34. præclarè optimus. col. 18. vers. modo Sacratissimus. lib. 2. Neuiza. inter cons. Alberti Bruni. cons. 12. patres comederunt. Tiraq. d. l. 7. & num. 8. Idem contrà simili ratione vsu venire solet, vt ex probis parentibus probi nascantur filij. d. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædili. edict. Vnde, nobili loco natos rerũ nobilitate dignarũ studio magis teneri, quàm plebeios. Cynus lib. 2. Principal. Constitutionum l. prouidendum. C. de postulan. author est. Omnis tamen hæc disputatio, vt idem Cynus eleganter scribit, d. l. puidendũ. per d. §. qui mancipia. Vide Tiraq. de nobilit. c. 2. nu. 21. cum seq. præsumptionem magis, quàm veritatem continet. Probari itaq; contrarium potest, vt generaliter in ijs, quæ præsumptione constant, est receptum, Dynus. c. semel. de reg. iur. lib. 6. Bald. l. ex persona. C. de probatio. & Feli. c. scribam. de præsum. & meritò. Nihil enim vetat, dissimiles esse parentibus liberos, ac ex claro patre, vt Euripidæus senex ait in Electra, ignauos nasci filios, & cõtrà, ex ignauo claros, nec hoc modò id est, vt patris, sed, vt sui quis mutatis cum ætate moribus, fiat dissimilis, contigit. Sæpe enim quorum inquinatissima fuit adolescentia, & luxu perdita, eorũ maturior, quæ insequuta est, ætas laudẽ promeruit. Quid enim, aut Q. Fabij Maximi, aut Lucij Syllæ adolescentia infamè magis ac turpè, quid eorundem sequenti ætate ornatius aut speciosius? quid itẽ parricidæ Neronis sanctius quinquẽnio? quid deinde cætero eius principatu immanius atq; truculentius? quàm morũ mutationem repentè etiam factam accepimus. Polemon enim Athenensis, luxuriæ perditissimę iuuenis, vna Xenocratis oratione resipuit, & ex infami Ganeone, vt Valerius Maximus lib. 6. Exemplorũ author est, maximus Philosophus euasit. Igitur non modò ex parentum ingenio nõ sunt semper liberorum expendendi mores, sed nec ex vita antè acta sequens ætas certo argumento æstimari debet. Vtrumq; enim coniecturam tantũmodò cõtinet, veritati itaq;, vt verbis vtar Sceuolę, l. imperatores. §. mulier. in fi. ff. de probatio. semper locum super fore. Nec, quia verisimilè est, ex probis parentibus probos nasci liberos, sicuti dictum est proximè, improbos autem ex improbis, d. l. quisquis. C. ad l. Iul. Maie. & l. si cohortalis, de Cohortalibus. lib. 12. Codi. & l. quod si nolit. §. quod mancipia. ff. de ædil. edi. & Gandi. tract. malef. tit. de præsum. & indi. dubita. col. 4. vers. præsumptio. pro explorato id haberi & certo debet. Sæpe enim degenerasse à patribus filios accepimus, eorumq; dissimillimos fuisse, quod Scipionis Africani filio accidit, qui ex patre, fortissimo viro atque illustri ignauissimus ignobilisq; natus est: contrà verò Mezentius Vergilianus, contemptor diuũm dictus Poëtæ, filium habuit Lausum, de quo idem ita canit.

dignus patrijs qui lætior esset
Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.

Deniq;, etsi durare in homine mores credantur, semelq; bonum, semper bonum, & contrà, semel malum semper fore malum, præsumptum sit: l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & c. semel. & ibi gl. & Dynus. de reg. iur. lib. 6. Bald. l. ex persona. C. de p. bat. & Feli. c. scribã. de præsum. Marsi. sing. 74. tu habes regulã. & sing. 393. regula. quin tamen morum mutatio probari possit, & conuenienter secundum hoc debeat iudicari, nulla dubitatio est. Quare filiamfamil. luxuriosè viuentem, instituto in melius mutato, & alimenta rectè à patre petere, & dotem posse, iamdudum constitit, Docto. post Specu. c. quintauallis. de iureiuran. Alexa. l. 1. col. 16. ff. sol. matr. Curt. Iun. l. admonendi. ff. de iureiurand. peræquè filij ingrati acta pœnitentia ex hæredandi ius patri non esse, placuit, Curt. Iun. d. l. admonẽdi. nu. 73. post Alex. d. l. 1. col. 16. solu. matri. omnem deniq; delinquentem pœnitentia, contrariæq; vitæ institutum probro eximit, perindeq; haberi, qui in ea causa sit, responsum est, ac si nunquam deliquisset. Bart. l. imperialis. §. 1. C. de nupt. quod in Scenicis, quæ spreta artis ludicræ conditione honestiorem vitam elegerunt, ab Imperatore Iustiniano constitutum, d. l. imperialis. §. 1. Bartolus d. l. imperialis. §. 1. Curti. Iuni. d. l. admonendi. nume. septuagesimotertio, generaliter ad omnium delinquentiũ emendationẽ produxit, & nominatim periurum post pœnitentiam

pro non perfuro esse disserit. Quamobrem, qui in ea causa sit, eum iurisiurandi beneficio non malè vsurum consequens est, à quo qui periurio sunt obstricti, submoueri solent. Et idcirco, qui semel fortè peierauit, in damni accepti probatione, is frustra in simili causa ad iurisiurandi religionem cõfugit. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de teste. §. 2. in 4. char. Barb. c. per tuas. per glos. ibi de simo. per text. & glos. c. paruuli. 22. q. 5. & Marsil. d. sing. 74. Quod & in eo est responsum, qui dato iure iurando, ne satis daret, consequutus est: Nam si fefellit, à tali beneficio posteà reuocabitur. Auth. & qui iurat. in princ. & ibi Bald. C. de bonis auct. iudi. possis. Roma. l. 2. in prin. col. 9. vers. quid autem si debens cauere. ff. solumatrim. Marsil. sing. 74. & l. maritus. nu. 36. cum seq. ff. de quæst. Idem & in eo placuit, qui iureiurãdo suo probationẽ vult implere. Nam hoc beneficio, qui peierauit, nõ adiuuabitur, Marsil. d. l. maritus. num. 36. cum duobus seq. ff. de quæst. & generaliter periurus iusiurandi beneficium amittit. c. paruuli. 22. q. 5. glo. l. qui cum vno. §. ignominia. ff. de re milit. gl. Lutius. ff. de his, qui nota. infa. & l. 3. §. lege. ff. de testi. & glo. l. Cassius. ff. de Sena. & glo. c. per tuas verb. adulterij. de simo. Adde tex. c. ex parte. & ibi Doct. de testib. & tex. c. testimoniũ. eod. tit. Rom. l. admonendi. ff. de iuretura. Marsil. d. l. maritus. nu. 36. Damnari quippe semel peierantis fidem, & meritò ei vltrà nõ credi. Conuenienter superioribus, in mulierem, quæ pudori suo antè non pepercisset, quæq; corpus suum alij extra matrimonium miscuisset, raptum non puniri, Paulum Castrensem consultũ respondisse, Cons. 303. viso dicto statuto. Alberi. de Rosa. 2. part. statutor. & alij. Marsil. latè allegat. d. sing. 74. Hippolytus Marsilius refert, d. singul. 74. & l. 1. §. diuus, ff. de sicar. tanquam, quæ vni copiam sui fecisse proponitur, eam non inuitam alium sequutã, consequens sit. Quod pereleganter, mihi quidẽ, nec insubtiliter dictum videtur, si modò distinctionẽ adhibeamus, pretium vulgatæ prius pudicitiæ accesserit, nec ne. Nã mulier, quæ pretio illecta sui copiam fecit, vim passa propemodum videtur, eque, si promissio interuenit, quasi & tunc vis adhibita sit, haberi debeat. Quod cõsequens est Angeli sententiæ Auth. de leno. §. sensimus. Rober. Marã. de ord. iudici. part. 6. num. 167. eum, qui alienæ vxori data promissaue pecunia adulterium persuasisset, illam sufferre pœnã debere existimantis, quæ, qui alienis nuptijs vim adferunt, plecti solent. Porrò, quod suprà dictũ est, semel bonum, præsumi semper bonum, & contrà, semel malum semper malũ, adeò verũ est, vt hæc præsumptio eam, quæ contrarium suadet, sæpe vincat. Nam, licet præsumptum sit, incendia inhabitantium culpa oriri: l. 2. §. 1. & ibi oẽs Doct. de offi. præfect. vigil. & l. si vendita. ff. de peric. & cõmu. rei ven. & l. si modò nulla. ff. de leg. 1. Bal. cons. 37. casus talis est. vol. 1. & cõs. 175. ad euidentiam præmitto. eod. vol. & cons. 420. ad euidentiam. vol. 3. Ang. cons. 197. in quæstione proposita. Ang. tract. malef. verb. incendiario. vers. tertio casu. & Alex. cons. 50. visis & oportunè ponderatis. vol. 1. & Afflict. Decis. Neapo. 57. patris tamẽ familias vigilantia, & in asseruando igni diligens cautio culpæ suspicionem amouent, Bald. cons. 442. quidã nomine Restorius. vol. 3. & cons. 491. vol. 4. & Alex. d. cõs. 50. in fi. vol. 1. Idẽ Alex. l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait. in fi. col. ff. de eden. Marsil. sing. 74. tu habes regulam, in fi. Idem contrà euenit, vt præsumptione quis oneretur. Homine enim in multorum adgressura, vna fortè accepta plaga, occiso, aut paucioribus adgressorum numero, cùm reperiri non potest percussor, ideoq; propter incertitudinẽ extra cædis pœnam sint omnes. Glo. l. item. Mela. §. sed et si seruum. ff. ad l. Aquil. Specul. de homici. vers. pone q̃d quatuor homines. Ioan. de Ana. c. significasti. 2. col. 14. de homic. Iac. de Belui. prac. crimi. tit. de quæstio. col. penul. Alex. cons. 2. col. 1. vol. 7. & cons. 15. viso process. 3. & 6. col. vol. 1. Gandi. tract. malef. tit. de homici. col. 4. vers. pone quęstionem. & tit. de pœn. reor. col. 24. vers. pone etiam. Roma. cons. 401. eo præsuppolito. Raph. Cuma. cõs. 134. visis. col. 2. Bald. suo repertorio. verb. vulneratus vno vulnere. Marsil. latè allegans. nu. 418. rub. de probatio. idem Marsil. l. 1. nu. 90. ff. de sica. & Alex. cons. 15. viso processu. nu. 4. vol. 1. & cons. 50. visis. nu. 7. vol. 1. si quis tamen adgressorum cædere homines solitus probabitur, is proximus erit delicto, &, vt author est Salycetus, l. fi. col. fi. vers. quæro an sufficiat. in fi. ff. de quæstio. Marsil. rub. C. de probat. nu. 418. & sing. 217. ter vel quater. in prin. vbi latè allegat. torqueri meritò poterit. Deniq;, quo magis cui habeatur denegetúrve fides, qua sit natione, permultùm interest. d. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edi. Tiraquel. l. cõnubia 7. num. 14. Quarundam enim nationum parum spectata est fides. Vergilius Ligures vanitatis arguit, quo nomine omnem in vniuersum Grętiam damnauit antiquitas. Cuius gentis mendacia carminibus Poętarũ omnis ætatis infa-

tis infamantur, nec maiorē fidem in Septentrione natio Moschorum meruit, cuius nulla in dictis constantia est. Nam vix quidem vsquam gentiū, quàm apud Moschos, promissorum maior est profusio, quæ postea perfidia dissoluant. Quare nec mendacij argui, erubescunt, nec fidem fefellisse, turpè ducunt. Quod vitium quadā viciniæ quasi contagione, aut quotidianis potius cōmertijs in vulgus Lituanorum irrepsit, fide sequioris nobilitatis quandoq; tentata. Quæ res non tam auditione mihi, quàm experimentis comperta est, atq; cognita, dum omnia credentem plurima fefellerunt. Et sæpe mercede labor & vigiliæ præmio caruerūt, adeò, vt de fraude queri nō tam fas sit, quàm præmium promeritos fallere, more quodā Regionis iustum. Quorum itaq; fidem sequi meritò debeamus, aut non apparuit & conuenienter quibus fidem habitam præsumptum est, aut non habitam, quo magis, quod ageretur, intercidat, aut cōsistat. Quo definito superiorem de operarum in harena
539 locatione quæstionem repetamus. Et † quæ causa sit, quamobrem cum bestijs depugnaturum operarum locatio infamet: mercedis item ob id receptio? dispiciamus. & putem idcirco esse, quia ea res nec priuatim nec
540 publicè vtilis est. Quapropter, † qui ferarum venationi accepta pecunia nauat operam, non est notatus, d. §. bestias. nec qui, vt feram, quæ regioni nocet, expugnet, mercedem paciscitur. d. §. bestias. Quibus Bartolus d. §. bestias. eos comparat, qui proceras arbores carpendorum fructuum gratia, certa mercede conducti, ascendunt, superatáve turrium altitudine captandis auibus operam dant. Quod & Fulgosius d. §. bestias. putat, & ego probo propter vtilitatem, quam horum operæ adferunt, qualis ex bestijs in harena expugnatis nulla proficiscitur. Angelus d. §. bestias. in eadem esse causa fabros scribit, qui ædificiorum fastigia exstruendi reficiendiue gratia conscendunt. Quanquam & hunc & proximos duos casus, Senatusconsulti sententia contineri, idē Angelus d. §. bestias. existimat, tanquam & hic & illic vtilitatis non virtutis causa versetur. Sed verius est, salua fama, vtrobiq; operas locari, siue quia publicè sunt, siue qa priuatim vtiles. Nec exigere debemus, vt gloriæ causa aut virtutis quid fiat, quo magis quis infamia eximatur, ne cōsequens sit, eum qui, vt ferā regioni nocentē depugnet, operas locauit, notam non euadere. contra d. §. bestias. Nā licet absq; virtute depugnari fera non possit, operas tamen in hoc locanti, rem publicè vtilem facere, propositum esse, palam est, nō virtutem ostendere. Eius itaq; consilium spectari oportere, non quod extrinsecus accederet, l. si quis ne causam. & ibi Doct. ff. si cert. peta. & Roma. l. 1. §. occisorū. nu. 2. vers. quarto. ff. de Senatus cons. Silla. cuius nulla in iure inspectio est. Quare eum, qui vt à capite suo periculum depellat, Reipub. hostem rebellemúe occidit. præmium, hostem rebellemúe interficienti publicè propositum, non rectè petere placuit. Bartol. l. nulla. C. de donator. lib. 10. Roma. l. si quis in graui. §. vtrum. nu. 3. ff. de Senatusconsl. Silla. quasi, qui nō hoc egerit, vt Reipub. inseruiret, sed vt salutem suam tueretur. Barto. & Roma. vbi suprà. & Augustī. Bero. C. quæ in Ecclesia. nu. 121. de consti. Tantundem est in eo responsum, Angel. in additio. ad Barto. d. l. nulla facit q̄d notat Bald. l. si quis hæredem. nu. 7. C. de instit. & substitu. qui, quos in ea esse causa nesciebat, quoquo modo occidit, tanquam qui hostilitate rebellionéve ignorata, non dare Reipub. operam, sed animo suo morem gerere, aut à se periculū auertere maluisse videatur: quem tamē leges ita submouent à præmio, vt impunitatem ei concedant, Bart. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. & l. genero. per illi. tex. ff. de ijs qui notan. infa. Alex. cōs. 114. ponde. col. 3. vol. 1. Marsl. l. 1. nu. 69. ff. de sica. nec nocendi consilium eum, quem hostem esse rebellemúe nesciisset occidētis spectandum quisquam dixerit, quo magis in proposita specie pœna constituatur. Istud enim dicentibus consequens fore, ignorantiam puniri, quod vetat lex, d. l. genero. idq; Bartolus d. l. genero. non ineleganter notat: Quamuis ex aduerso hostilitatē scienti aut rebellionē, præmij publicè propositi ignoratio, quo minus illud tali cæde facta consequat, nihil quicq; impedimento sit, Angel. d. l. nulla in additio. ad Bart. & vtrunq; quidem eadē propè ratione. Nā, nisi præmium hic accipiat, inde excluſus, puniri quodam modo videtur. Generaliter deniq; in ijs, quę cuiq; cōmoda sunt, ignorātiæ allegatio permissa legibus est. Bart. d. §. rectè. & d. l. genero. Non abhorret à superiori disputatione, q̄d ad præmiū dominicæ cædis authorē indicāti arguentiúe legibus datū, is seruus nō admittitur, qui cū cædis dominicæ reus ipse forsan ageretur, crimen in aliū detorsit: non ad illū vltro indicandū arguendumúe prosiluit, l. si quis in graui. §. vtrum. ff. de Senatusconsl. Sil. q̄d generaliter accipiendū esse, Bart. d. l. nulla. scribit quotiēs magni cuiusquam sceleris noxium indicanti præmium, vt asso-

vt assolet, publicè constituitur. Nam eum, qui suæ rei causa, non publicæ indicio magistratum instruit, indignum esse præmio rectissime Bartolus putat: ergò licet, qui accepta mercede feram regioni nocentem occidit, re ipsa virtutem suam ostendat, quia tamen aliud ei cõsilium fuit, id est Reipub. prodesse, hoc vnum spectandum est. Falsum itaq; fore, vbi virtutis ostendendę consilium non sit, feram depugnantem notam non euadere. Sed hæc sententia in ea specie magis apparet, cùm quis, vt feras venetur, operas suas locauit, quem constat hac nota non laborare. Sanè enim venari quem feras & dolis posse, nullo vitæ adito periculo, scimus, factis videlicet scrobib., in quos ignaræ incidant feræ, aut esca illectæ eò se præcipitent. esse certè cõstat & alia venandi genera, quæ collocatis in tuto venatoribus expediuntur, vt cùm feræ in plagas latratu canum actæ compelluntur. In Celtiberia, vnde mihi origo est, ita disponi balliſtæ frutetosis locis solent, vt lupi fortè transeuntes attactu setæ pertenuis, quæ è balliſta protenditur, sagittam in necem suam emittant, saucijq; non procul inde, veneni noxa, quo sagittæ spiculum illinitur, enecti procumbunt. Igitur, & quod virtutis causa non fit, infamiam irrogare non debet intelligi, modò publicè esse priuatimue vtile proponatur, quo omnis legis latio spectat, legibus enim præter publicam vtilitatem aut priuatam nihil quæri. l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. Porrò si quis honor aliquid virtutis ostendendæ gratia facienti legibus habetur 542 propterea id fieri existimare debemus, quod esse is vtilis publicè priuatimue potest in præsensue vtilis esse, quoquo modo intelligitur. l. Athletas, ibi & vtile videtur. ff. de iis. qui not. infa. Frustra enim in ciuitate esse, quod inutile est & vsu caret. c. inter corporalia, §. sed neq;. de transla. Episc. Deniq; si hominum causa fructus omnes, vt Gaius l. in pecudum. ff. de vsur. est author, rerum 543 natura comparauit, cur erit fraudi proceras arbores fructuũ decerpendorũ gratia conscendere? aut etiam turres auium captandarum causa? Nam si qui operas locauit, vt feras venetur, Senatusconsulto non est notatus. d. §. bestias. cur qui, vt volucres aucupetur, mercedem pactus est, notabitur? eodem enim iure aucupari, quo venari licet. l. 3. ff. de adquerend. rer. domi. Nec mihi quisquã dicat periculosum esse aucupium, quod superata turrium altitudine fit. Nam & ferarũ venationem, non vacare plerunq; à periculo palàm est. Adde, legem d. §. bestias. non distinguere, periculosam venationem à nec periculosa. Quapropter venationis periculum pudorem operas locantis nõ pertingere, consequens est dicere. Nec etiã video in specie, quam Angel. d. §. bestias. proponit, cùm ius sit suam cuiq; domum vsq; ad cœlũ tollere. l. fi. in fi. prin. ff. de seruitu. & ibi glo. not. & l. fi. §. penult. ff. quod vi aut clam. & l. altius. & ibi Doct. C. de serui. & aq. l. nullus. & ibi Dec. ff. de diuers. reg. iur. Cur faber altius excitare ædificium, aut summum ædiũ tectum vitium faciens corripere sine metu infamiæ non possit, cuius idonea sanè ratio nulla reperietur. Ab Angelo itaq; dissentio, tribusq; superioribus casibus operas, salua existimatione, locari proculdubio puto, nec inuitus Gul. Bartoli. & Fulgosij sequor sen- 541 tentiam. Iis † quæ depuniendo conatu suprà attulimus, congruere videtur, quod de incoatis vno loco delictis, & alio consumatis, scriptum legimus, quorum animaduersio & ad eum spectare Magistratum creditur, in cuius territorio delictũ cœptum est, quod in illa specie Iacobum Butrigariũ respondisse lib. 1. Principalium Constitutionum l. si quis non dicam. num. 6. de Episc. & Cleric. Feli. c. 1. num. 12. notab. 3. de præsum. Baldus refert, cùm per oppidanos iure Municipali, quod intra quorumq; fines iniuria prædonum damnum quis passus probaretur, resarciri oportet, & quispiã apud quosdam vinctus, apud alios spoliatus proponitur. Nam ea passum in vtroq; actionem habiturum scribit, illis conatus, his perfecti 542 flagitij culpam præstituris. Tametsi † Baldus d. l. si quis nõ dicam. nu. 6. apud primos perfectum esse flagitium contendit: quasi quo loco quis vinctus est, suæq; esse potestatis desijt, ibi despoliatus debeat intelligi, idq; cõsequens esse ait Domitij Vlpiani sententiæ lib. 43. Digest. l. 1. §. idem Iulianus. de vi & vi arma. scribentis eum, qui in suo fundo vinctus sit, desinere fundum possidere, vt ei 543 maximè insistat. Nam † vt idem Vlpianus eodẽ lib. est author, l. 2. de homi. libe. exhib. nihil multùm à specie seruientiũ differunt, 544 quibus nõ datur facultas recedendi. Quam † sententiam Baldus d. l. si quis non dicã. nu. 7. Feli. d. c. 1. & not. 3. & c. fi. de foro cõpeten. nu. 13. ad illum casum produxit, cùm puella vno loco rapta, alio stuprum passa proponis tur. Nã eius stupri coërcitionem ad vtriusq; territorij Iudicem pertinere consequens esse scribit, Bald. d. l. si quis non dicam. nu. 7. altero conatũ, altero perfectum flagitiũ pu- 545 nituro. Sicuti, † cùm hominis cædes, telo ex alio territorio in aliud misso, facta, vtrobiq; vindica-

vindicatur, & eius loci iudex, vnde missum est telũ, & eius, quò missum, habet animadversionem: Bald. d. l. si quis non dicam. & nu. 7. Abb. c. fi. nu. 25. de foro compet. & c. 1. nu. 1. de præsum. & Feli. d. c. fi. nu. 14. & d. c. 1. nu. 12. nota. 3. Ana. rub. de sagittarijs. & c. 1. de raptor. meliore eius conditione futura, qui maturasset. Idem Bald. ibid. d. numer. 7. Abb. d. c. fi. & d. c. 1. & vtrobiq; Felin. Etsi, vt idem Baldus scribit, magis placet plenam vtriusq; Magistratus fore cognitionem, repudiatam enim esse consuetudine sententiam, conatum à perfecto flagitio separantium, eodem loco Baldus adnotauit.

546 Quæ † veráne per omnia sint, & legibus consentanea, dispiciamus. Et primò, an vbi vinctus à prædonibus quis est, ibi rebus suis spoliatus videatur: non vbi re vera id passus est? &, vt maximè eo animo prædones sint, vt, quem vinciunt, ad oportuniorem locum pertractum, despolient. Despoliatum, quo loco quis vinctus est, negabo. Incumbere enim rebus exigo, & in suam potestatem redigere, si quis possidere vult. l. 4. in prin. ff. de adquirend. possess. Nam in ea re & corpore opus est. l. peregre. ibi, inuasit. Nec defendi Baldi sententiam Domitij Vlpiani d. §. idem Iulianus. responso, quin refelli magis puto. Tunc enim demum vinctum delectum fundi possessione scribit, cùm, qui vinxit, ei insistit. Igitur vlteriore facto opus erit, nec vinctum esse satis est.

547 Adde, † solere viatores, quæ habent pretiosiora, metu prædonum mira arte occultare, quæ sanè, priusquàm in apertum proferantur, prædæ esse nemo dixerit. Rerum enim, quæ latent & ignorantur, possessio nulla est. l. 3. §. Neratius. ff. de adquir. poss. Quippe quæ sine affectu quærendi non contingit, l. 1. §. adipiscimur. ff. de adquir. possess. quomodo autem affectet quis, quæ ignorat? quibus consequens est dicere, non quo loco quis vinctus est, ibi despoliatum eum intelligi, sed locum, quo id re vera passus
548 est, spectari. Sequens † casus, de puella stuprum passa, distinctionem recipit. Referre quippe arbitror, libidinis causa rapta sit, an alia qualibet. Nam si alia, & postea mutato consilio, pudicitiæ eius vis adferatur, stupri cognitio ad eum Magistratum, cui subiectus est locus, quo rapta est puella, non spectabit. Nihil enim illic libidinis causa peccatum est. Spectari quippe solere, qua mente quis initio facti sit, non qua posteà, cùm
549 quid consumatur. Vnde, † qui frumentum aliudúe vsus sui gratia euexit: quod alieni non licuit, si mutato consilio distraxit, pœnam non suffert, & hoc Bartolus, l. cætera, §. fi. ff. de leg. 1. Albericus, l. 1. §. vnde. ff. de exercit. Baldus d. §. vnde. & Iason l. si quis nec causam. colu. 2. ff. si cert. petat. post veteres probant. Quòd si libidinis causa raptæ alibi puellæ, alibi stuprum illatum proponatur, non admitti consuetudinem, quæ vtriusq; loci Magistratui tribuit stupri cognitionem. Nam ad cuiusq; Magistratus coërcitionem id tantùm pertinet, quod intra eius territorium perpetratum est. Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. ag. oport. Separata autem esse delicta constant: aliud rapientis, aliud pudicitiæ vim adferentis, nec, quo loco puella est rapta, ibi stuprum passa potest dici, ne, quæ virgo intra cuiusdam Magistratus fines fuit, ab eo, vt mulier per vim facta vindicetur. Nec similis est species hominem, ex alio territorio in aliud telo misso, occidentis. Nam teli iactus per se noxius non est: at puellæ raptus, etsi nullæ posteà accedat iniuria, delicto non vacat. Separanda itaq; erit inter vtrumq; Magistratum cognitio, altero de rapta, altero de constuprata puella ius reddituro. Contrà, quàm in cæde hominis consequens est dicere, quasi vtrobiq; facta videatur, & vnde iactum telum est, & quò iactum: & hoc nos iure vti, vtpote receptiore, Nicolaus Abbas lib. 2. epistolarum Decretalium author est. c. fi. nu. 25. de foro compe. Etsi aliud scio alijs placuisse. Nam Baldus l. 1. nu. 2. C. vbi de possess. agi. veterum quorundam sententiam refellens, locum, vbi cæsus est homo, spectandum ait, nõ vnde telum missum est, sed nobis crebriore opinione indicata, pluribus agere non est visum. Plura desideranti legendus est Ioannes Andreæ, c. inspicimus. de reg. iur. lib. 6. cùm differit de minimo in obscuris inspiciendo. Illud † est superioribus consequens, quod Nicolaus Abbas scribit c. fi. nu. 10. de immunit. eccles. in illa specie, cùm, qui extra cœmeterium est, eum, qui intra est, apprehensa veste per vim trahit. Ait enim aduersus locum sacrum
550 551 eum facere. Idq; † Vincentio scriptori vetusto placere, & rursus eum, qui ex loco sacro fudem aliudúe iaculatus, hominem in loco profano sauciauit. Nam loci sacri immunitate eum gauisurum negat, Idem Abb. d. c. fi. nu. 11. quasi & eò loci deliquisset, vnde telũ misit. Nam, quin & ibi delictum sit, vbi homo percussus est, & ibidẽ eius rei cognitio futura sit, nulla est dubitatio. Quod à Nicol. Abbate probatum est. Abb. c. 1. nu. 1. de
552 præsum. per c. fi. de foro cõpe. Potest † authore Felino c. 1. nu. 17. de præsum. superiorib. & ille casus adijci, cùm malo consilio quid adgressum,

adgressum, bonus euentus inopinantē excepit, vt in illa specie, quam Petrus Ancharanus lib. 1. epistolarū Decretalium adfert, c. 1. char. 39. vers. ponit. seneca. de const. cùm fur nocturnus scriniū, pecuniæ fortè, quam ibi recludi putabat, lucrifaciendæ causa sustulit, & pro pecunia literas, quibus proditio Ciuitatis continebatur, aut aliud, quod in Principis necem reiue publicæ erat scriptum, reperit. Nam hunc furti obstringi scribit Ancharanus, spectariq; potius animum nocere volentis debere, l. 1. §. diuus. ff. de sicar. & ibi Docto. & latè Marsi. quàm insperatam publicæ rei fortunam, & inopinatum exitum. Nec † contrà esse ait Felinus d. c. 1. nume. 17. de præsumptio. cuius & hæc sententia fuit, quod de Gneo Flauio Pomponius lib. 1. Digestor. l. 2. §. postea. de orig. iur. scripsit, cui, librum actionum Appio Claudio subripuisse, quem populo Romano postea tradidit, fraudi non fuit. Inter eos quippe casus multùm credidit interesse. Nā Flauium, inquit, prodesse voluisse, palam est, eum, qui scrinium subripuit. Contrà, nihilo tamē magis hunc puto puniendum. Sanè † enim in furtis non animum rem alienam interuertentis spectari: sed rei qualitatem. Vnde, qui æs subripuisse proponitur, aurum ratus, aut contrà, qui aurum sustulit, quod æs esse existimabat, eius, quod re vera contrectauit, interuertitq;, fur est, non eius, quod animo concepit. Quod Pomponium ad Sabinum scribere, Domitius Vlpianus lib. 47. Digest. l. vulgaris. §. si quis æs. refert, idemq; Iuliano placuisse author est. d. §. si quis æs. Quod nisi recipimus, multa absurda cōsequuntur, in primis, quotiēs de delictis coërcendis agimus, persona, cui damnum datum est, considerari solet, eiusq; vtilitatibus cōsuli. Quod Baldus lib. 1. Constitutionum l. si quis non dicam. oppo. 1. de Episcop. & Cler. adnotauit, cum magna autem captione plerunq; fore res suas furto amittentium, si furis opinio, non rei veritas inspiciatur. quid enim, si aurum furatus, æs sustulisse putauit? an æs huic condicetur, non aurum? pœnæ item nomine æris duplum quadruplumue furtum passus consequetur, non auri? quod dicere per quàm absurdum est. Occasionem deniq; furibus esse, dominos rerum subreptarum sua putatione eludere, dicturis, re eximij pretij subrepta, leue aliquid, & quod contemni possit, subripere se opinatos, consequens item suprà scriptæ sententiæ esse, earum rerum furtum fieri, quæ in rerum natura non sint. Et enim, vt à proposita specie ne recedam, finge, scrinium inane repertum, eum verò, qui subripuit, aliquid rerum ibi reclusum existimasse, ignarum pecunia ne, an aliud quiddam illic seruaretur. quid condici, cuiusue duplum quadruplumue præstari dicemus oportere? & hoc quidem, quia nulla certa furis putatio est, reperiri nullo modo potest. Satius † itaq; fore in furtis, rei, quæ subripitur, veritatem inspici, non furis existimationem. Quod & Iulio Paulo scio placuisse, l. fi. ff. de crimi. expila. hæred. qui in ea specie, cùm quidam rem hæreditariam, in ea esse causa ignorans, subripuisset, furtum negat ab eo commissum, nec subripientis animum quicquā mutare, cùm hæreditati furtum non fiat, d. l. fin. reiq; hæreditariæ furtum non sit, non magis, inquit, quàm fur est, qui rem, quæ sine domino sit, sustulisset, d. l. fi. quacunq; id opinione factum dicat, furtum quippe non fit: nisi sit, cui fiat. l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. Sed † etsi, vt Ancharano Felinoq; placuit, scrinium subripientis animus maximè spectetur: non tamen eo magis furti erit iudicium. Ne, † qui literas, Reipublicæ tam perniciosas, aut scripsit, aut, ab alio scriptas, cælauit, de sua perfidia atq; improbitate actionem consequatur, l. itaq; fallo. ff. de furt. neue, † qui in leges commisit, quarum præceptis salus Ciuitatis continetur, legum inuocans auxilium audiatur. l. auxilium. ff. de minori. Adde, † illicitè cuiquam quæsita malisq; rationibus, in eius bonis non esse. Gloss. in summar. 14. quæstion. quinta. Quare nec furtum in ijs quem posse pati videri. Quæ † sententia illo Pomponij responso l. qui re. §. 2. ff. de furt. adiuuatur, quo furi, re, quam alij subripuisset, furto amissa, in posteriorem furem prodita esse actio denegatur, quod summa ratione placuit. Furis quippe, vtpote delinquentis, vt id, quod subreptum est, saluum sit, nihil quicquam interest. d. §. 2. Cui consequens est dicere, nullam eum actionem habiturum, apud quem proditionis literæ repertæ sunt, in quibus seu scribendis, seu, ab alio missis, callandis, vt fur in aliena re contrectanda, deliquit. Illud † quoq; Ancharani Felinique sententiæ occurrit, quòd, cùm furtum non semper graue atroxq; delictum sit, sed quotiens magnæ rei fit, vt est suprà demonstratum, non est consequens dicere, conatum furari ad legum coërcitionem continuò pertinere. Eius itaq; definitio ex rei subreptæ æstimatione pendet, quam cùm nullam admitterent, literæ tam noxiæ: non modò, non graue delictum adgressus, qui scrinium

nium sustulit, dicendus est, sed ne vllũ quidem, quapropter extra legum pœnas eum
561 meritò fore. Sed † an scrinij furtum commiserit, quæstio esse potest, in quo, quia perfectum delictũ est, non conatus, vt in ijs, quæ scrinio recluſa credebantur, expedita esse definitio videtur, vt putet quis, scrinij nomine furtum esse commissum. Quod † in ea
562 specie Pomponius lib. 47. Digest. l. qui saccum. de furt. respondit, cùm saccũ quis pecuniam habentem sustulisset. Nam sacci nomine eum teneri scripsit, licet eius subripiendi consilium non fuit, vt mea tamen fert opinio: etsi maximè aliud prima specie dicendum videatur, scrinij nomine nullum es-
563 se furtum commissum. Quia † sola rei alienæ contrectatio sine interuertendæ eius proposito furem non facit. l. 1. §. furtum. & l. si quid fur. in prin. & §. 1. ff. de furt. Nec occurrit, quòd in sacco subrepto Pomponius respondit, quia saccus subreptæ rei id est pecuniæ accesit, & idcirco animus quodam modo sacci subripiendi fuit, glo. d. l. qui saccum. quod in scrinij specie non euenit. Scrinium quippe nulli rei, in qua furtum commissum sit, accesit. Nam literarum non fu-
564 isse furtum constitit: vbi † ergò principale nullum est, accessorium esse per rerum naturam intelligi non potest. Quod si quis dicat, ꝙd Iason lib. 12. Digest. l. si quis nec causam. si cert. peta. apud Domitium Vlpianũ adnotauit, ideò in illa Pomponij specie sacci furtum fieri. quia, qui saccum sustulit, rei illicitæ operam dedit: quo casu, & quod nõ principaliter ageretur, coërceri legibus solet. Huic ego contrà respondebo, eum: qui scrinium sustulit, haudquaquam illicitæ rei operam dedisse. Nullum quippe delictum sequutum est, nec sequi in eo, quod scrinio incluſum erat, potuit. Nulla itaq; opera rei illicitæ data potest re vera videri, cùm, quod erat scrinio incluſum, furtum non admittat, nec verò subripientis existimatio quicquã mutat, quò magis furtum cõmittatur, cuius rei furtum esse non potest. l. fi. ff. de crimi. expi. hæred. & l. falsus. §. qui alienũ. de furt.
565 eod. Quod † dixi, cùm rei principalis furtũ non fit, nec eius, quæ accederet, fieri furtũ, hoc in Gnei Flauij facto abundè apparet, d. §. postea. qui, quia subrepto actionum libro eius, quod scriptura continebatur, furtum nõ fecit, nec scripturæ, nec membranæ, nec operarum denicq;, quas componendis redigendisq; ad formam actionibus Appius Claudius dedit, furtum cõmisisse est creditus. Nam, si aliud populus Romanus existimasset, non erat hominem furto obnoxiũ, Tribunum plebis, indè Aedilem Curulem,
566 ac Senatorẽ creaturus. Infames † enim, quo numero fures sunt, ab honoribus arceri sæpe rescriptũ est, c. infamibus. de reg. iur. lib. 6. lego Accursium scribere, d. §. postea. à populo Romano Flauiani facti ignaro eos honores tributos, quasi in eum fuisset animaduersurus, si alienum librum scisset. quod minus verisimile mihi videtur. Sanè enim credibile nõ est, App. Claud. tam diu eam rem latuisse, nihilq; de iniuria sua tanto tempore questũ, dum Tribunus, dum Aedilis, dum Senator Flauius legitur. Quare Accursio non assentior, & in ea permaneo sententia, vt accessionis furtum fieri non putem, quotiens rei principalis furtum non fit. Secun-
567 dum † quæ, sicuti suprà disserui, in eum, qui scrinium literas proditionis continens subripuit, furti iudiciũ existimo reddi non debere, ita sanè, vt à præmio tamen eum arceam: si quod inita aduersus Rempub. consilia
568 prodentibus propositum est. Quod † Bartolus ex facto consultus in latrunculatore quodam respondit, l. si is qui. §. quod si seruus. per ill. tex. ff. de adquir. rer. dom. & l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Sila. & l. nulla macula. C. de delato. lib. 10. Iaſ. l. si quis nec causam. col. 3. in prin. ff. si cer. petat. qui furto obnoxium comprehendit, ignarus eum exulare. Nam negat præmium hunc laturũ, quod exulem capienti ex publico tribueretur, & meritò, quia furis capiendi operam
569 dedisset, non exulis. Propositum † autem cuiusq; ac consilium præmium mereri, non fortunam & inopinatum euentum, Arg. d. §. quod si seruus. quæ in contrahendis obligationibus nullum habere momentum solent, l. 2. & ibi Doct. ff. de cõdit. & demonst. licet pœnæ eximant. Docto. d. l. 2. Superi-
570 or † disputatio rei, de qua notio est, definitionem reddit ambiguam, cùm factũ, adgredientium delictũ, sit legibus quandoq; impunitum, quandoq; pœnam accipiat. Quid igitur in tam ancipiti quæstione statuamus, videndum: &, qui apud Domitium Vlpianum lib. 2. Digest. l. 1. §. fi. quod quisq; iur. de conatu disseruit, Glo. & Docto. d. §. fi. interesse arbitrantur, graue atroxq;, aut, quemadmodum illi loquuntur, enorme delictum sit, nec ne, vt posteriore casu pœna nulla constituatur: graue verò delictum, atroxq; adgressis, licet sine exitu, non im-
571 pune laturis. Sic † in Magistratum & quacunq; potestate præditos vim matrimonio territionibus minisue adferre molitos constitutione l. 1. in prin. C. si quacunq;. prædi. pot. seuerè animaduersum est. Nam exoluta

decem librarum auri multa iurisdictionem in eos, quibus metus adhibitus ꝓponitur, amittunt, & eius honoris, quo abusi sunt, semel depositi quandoq; posteà adipiscendi
572 iure priuantur. Nec † quisquam dicat, idcirco conatum sine effectu plecti, quia in eo casu, d.l.1. in prin. cùm vis matrimonio vitium adferat, & inuitæ nuptiæ nullæ sint: c. cùm locum. de sponsa. in potestate metum inferentis situm non sit, id, quod factum voluit, perficere, perfecturi, si potuisset: Sanè enim constitutio d.l.1. & in illis personis loquitur, quarū versatur vtilitas, quarumq; interest, tales nuptias non copulari, de quibus constituendis tractatur. Eum itaq; Magistratum ad pœnam constitutionis pertinere, qui necessarijs matrimonio coeuntium, eorumq; propinquis vim adhibuisse probabitur, licet inter volentes contractum matrimonium constet. Sed quod nam, quęsierit aliquis, admissum Magistratus est, qui necessarijs mulieris tutelæ iam suæ atq; iuris nuptias affectantis vim infert, illius desiderio sui fortè emolumenti intuitu sese opponentibus, & enim Magistratum, qui id agat, non tam vim adferre videri, quàm illatam propulsare, &, vt propinquorum mulieris iniusta vis est, vtpote nuptias impedientium: ita Magistratus factum vim matrimonio adhibitam vi contrariæ arcentis laudandum erit. Arg.l. vt vim. & ibi nota. ff. de iusti. & iur. Sed Constitutionis d.l.1. C. si quacunq; prædi. pot. aliam esse sententiam existimandum est, quæ libertatem nuptiarum ita tueatur, vt non modò ijs personis, quę matrimonio coëunt, vim fieri vetet, sed & ijs, quarum consilio & prudentia rectius ea vitæ societas contrahitur, quales esse cuiusq; propinqui creduntur, qui pro suo affectu curaturi proculdubio sunt, ne fragile mulierum consilium circumueniatur. Eos itaq; terrere & mulieri meliora fortè consulturos à contractu matrimonij arcere, impune non esse Magistratui voluit constitutio, d.l.1. non etiam vim matrimonio adferentibus obuiam ire vetuit. Quippe, cùm talis vis iniusta sit, conuenienter, siquidem matrimonia soluta esse liberaq;, & à metu vacua oportet, d.c. cùm locum, eius erit pro pulsatio iusta, nec pœnam merebitur. Doct.
573 d.l. vt vim. Et † quidem sententia eorum, qui inter grauia atrociaq; delicta, & leuia mitiaq; distinguunt, vt in illis flagitij inchoati pœna sit, in his nō sit, magis recepta est, Glos. in l. præsenti. verb. cogitatione. ff. de ijs, qui ad eccles. confu. & c. nullus episcop. in verb. exigat. 1. q. 1. & quod not. Bart. l. pe-
nul. ff. de parrici. Bald. l. si quis non dicam, in 2. oppo. C. de epis. & cleri. Deci. l. 1. §. fin. nu. 8. ff. quod quisq. iur. Principumq; Constitutionibus l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cler. l. is qui cum telo. C. de sicar. est consentanea, quæ. quid conatos, ob criminis atrocitatē grauitatemq;, pœnis coërcent, data in mitioribus leuioribus q; admis-
574 sis aliquid molito venia, quæ † ratio & in perpetratis delictis valuit. Nam seruis, qui quid iussu dominorum admisissent, impune esse placuit, l. ad ea. ff. de reg. iur. nisi facinoris atrocitas sceleris q; grauitas eos pœnæ subdat. d.l. ad ea. Cædem itaq;, furtum aut piraticam iussu domini facienti seruo parci non oportēre, aut aliud quiduis vi, quæ à maleficio non abesset, auso, quibus casibus domini dicto audiens esse seruus nō debet. l. seruus. ff. de actio. & oblig. Eadem distinctio in libero homine, qui alterius iussu qd admisisset, apud Iauolenum lib. 9. Digest. l. liber homo. 2. ad l. Aquil. comprobata est. Nam qui ei obsequutus, qui imperandi ius habuit, damnum iniuria dedit, lege Aquilia non tenetur, d.l. liber homo. cùm alioquin delicti atrocitas seu grauitas nullo excusetur obsequio. d.l. ad ea. & d.l. seruus. & Glo. d.l. liber homo. Igitur cùm flagitij atrocitas siue grauitas, eodē enim sensu vtrumq; verbum accipi, idonea causa visa legibus sit: quamobrem pœnas pendant, quibus alioquin parceretur, mirum videri non debet, si conatus in ijs, quæ atrocitatē grauitatemq; sceleris habent, puniatur. obreptionis verò
575 crimen huiusmodi ne sit, dispiciamus. Et † quidem Bartolus lib. 47. Digest. l. non solū. §. si mandato, de iniur. apud Domitium Vlpianum delictorum genera, quod ad hanc quidem inspectionem attinet, quatuor facit: leuia esse quædam ait, quædam grauia, alia grauiora, alia grauissima. Leuibus annumerat, quæ sine dolo admittūtur, vt cùm damnum iniuria datum est. l. liber homo. 2. ff. ad l. Aquil. aut etiā quæ dolo perpetrantur: rei tamen modicæ detrimentum continent, vt rei exiguæ, & quę contemni possit, furtum. l. ad ea. & ibi nota. ff. de reg. iur. arg. l. si libertus. ff. de fur. & l. respiciendum. §.
576 furta domestica. ff. de pœnis. Sequens † genus, grauium delictorum est, quo numero sunt delicta priuata, dolo cōmissa, quæ damnum passum grauiter lædunt, d. §. furta domestica. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minori. & nota. in d.l. ad ea. quale est magnæ rei furtum, & omnis iniuria, quæ personæ infertur. d. §. si mandato. Grauiora delicta Bartolus ea definit, quæ publica cùm sint,

pœnam

pœnam capitis non irrogant, Glo. l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de minori. grauissima verò,
577 quæ irrogant. d. glos. in d. §. in delictis. Ex † qualitate itaq; delicti modoq; pœnæ, vnde delicti magnitudo deprehendi solet, c. quæsiuit. de his quæ fi. à maiori par. capi. c. non afferamus. in fi. 14. q. 1. tradit. glo. c. meliore proposito. not. Bart. l. leuia. in princ. ff. de accusa. Bald. l. nemo. in fi. C. de sum. trin. & in Auth. Clericus. col. 2. C. de Episc. & Cler. Calde. cons. 1. tit. de accusa. Deci. c. at si clerici. 7. not. de iudic. & ibi l. post Abb. & Deci. Beroius. nu. 95. cum seq. apparet obreptionis crimen, cui generi delictorũ annume-
578 remus. Nam † publicum est, vt & falsi, l. 1. ff. de publi. iudic. §. item lex Cornelia. 2. insti. eod. ei quippe cõparatur. l. si quis obrepserit. ff. de fals. & eadem pœna coërcetur. d. l. si quis obrepserit. pœnam falsi deportationẽ esse, & omnium bonorum publicationem, Marcianus lib. 48. Digest. l. 1. §. fi. de fals. est author, in libero homine. Nam seruus, qui quid eiusmodi admisisset, vltimo supplicio afficitur. d. §. fi. Igitur, cùm de grauiorum delictorum genere esse obreptio ex suprà scriptis appareat, consequens est secundum superiorem distinctionem, obrepere cona-
579 tum pœnam sufferre debere. Estq; † hoc in falso testimonio dicto responsum. qua in re, conatum sine effectu puniri placuit, Glos. & Docto. c. 1. de crim. fal. Vt non aliud in obreptione dicendum sit, quam falsi crimini exæquari scripsimus: d. l. si quis obrepserit. tantò autẽ atrocius est obreptionis scelus, quantò pluribus obnoxius esse propè-
580 rat, qui tale quid molitus, pponitur, cuius † inprimis factum, vt & falsum facientis, non vacat Dei contemptione atq; despicientia. c. 1. de crim. fal. Prætoris quoq; continet offensionem, apud cuius acta deceptor de creditoris persona mentitus obrepere Tabellioni instituit. d. c. 1. Accedit denicq; creditoris captio, in cuius necem obreptio fiebat, d. c. 1. quæ coniuncta atrocitatem delicti augent, nec separata essent in proposito negligenda, præsertim qua obreptionis consiliũ Dei despicientiã continet atq; contemptionem, quę res ad magnitudinem delicti mul-
581 tùm sanè addit. Nam, † vt Socynus Cõs. 157. vol. 1. eleganter scripsit, & Beroius probat, d. c. at si clerici. num. 97. illud est maius delictum, quo admisso maior Dei offensio contrahitur, quid autem potest esse flagitiosius: q; Deum despicere atq; contemnere, quod, vti diximus, falsic consilio inest, c. 1. de crimi. fals. & similiter obreptionis, ob delictorum
582 comparationem, d. l. si quis obrepserit. ad † pœnas quoq; augendas spectari legibus solet frequens delictorum admissio, Glos. c. admouere. per ill. tex. iunct. c. latorem. 33. q. 2. Bero. d. c. at si clerici. nu. 95. vt grauius plectatur, quod sæpe, leuius autem quod rarò peccatur. Qua de re Claudius Saturninus lib. 48. Digest. l. aut facta. §. fi. de pœnis. his verbis scripsit. Nonnunq; euenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quotiens nimiùm multis personis grassan-
583 tibus exemplo opus est. In Lituania † autem, quod bona cum venia huius gentis à me dictum esse velim, quotidianus vsus nos docet: hominum vulgus, honestiores enim excipio, pronũ esse ad eiusmodi obreptiones & falsi consilia. Consequens ergò est dicere, vindicari in his conatum debere, vt aliorum supplicium alios à peccandi consilio deterreat. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. & c. clericus. cum simili. ibi in glo. alleg. de cohabit. cleri. & mulie. adde l. aut facta. §. fi. ff.
584 de pœnis. Sed † qua pœna plecti debeat Tabellioni apud acta Prætoris obrepere conatus, qua de re aditi sumus, videndum est. & constat conatum variè legibus puniri, sæpe mitius, quandoq; æquè atq; perfectum flagitium, nonnunq; grauius, quod in directariis est constitutum, id est in ijs, qui furandi animo in aliena cœnacula se dirigunt, vnde & nomen sumpsere. Nam deprehensi priusq; quicquã subripuissent, grauius, quàm fures plectuntur. l. saccularij. in princ. ff. de
585 extra. ordi. crimi. Et † quidem in proposito tractantibus par pœna, an mitior statuenda sit, illa placuit distinctio, vtrúmne verbo ad delictum quis adgressus proponatur, an facto, vt qui verbo delictũ inchoauit, mitiorem pœnã subeat, qui facto, eandem, quàm perfecto flagitio sustinuisset. Quæ sententia Bartoli fuit apud Iulium Paulum lib. 47. Digest. l. 1. de extra. ordi. crim. ita distinguẽtis.
586 Cui † consequens est, vt & ipse, cõsutata Accursij opinione, mox subijcit: eũ, qui puellæ inuitæ osculũ tulit, stupri pœna teneri: idq; Baldus l. si quis non dicam oppo. 6. Cod. de epis. & cler. verum esse negat, propinquius ad res veneris factum post Iacobum Butrigarium exigens, cuius hanc esse sententiam scribit. Distinguit itaq; Baldus factũ, quod à perfecto flagitio remotius est, ab eo, quod propinquius ac cohęrens est delicto, eiusq;
587 quasi pars, vt † cùm quis puellã, vim eius pudicitiæ illaturus, humi prostrasset, licet huic vltimi supplicij pœna remittenda videatur, quod Raphaelem Comens. consultum, cùm ex facto talis species incidisset, respondisse Cons. 96. Christophorus. Philippus Decius

refert. l. si fugitiui. num. 46. C. de ser. fugit.
588 Rectè † hæc quidem, sed posterioris esse in-
spectionis videri, prius enim distinguere
debemus, vt Alexander Tartagninus lib. 2.
Digest. l. 1. §. fi. quod. quisq. iur. elegãter scri-
bit: vtrũ certa aliqua pœna legibus consti-
tuta sit, an nulla, vt priore casu, qui iurisdi-
ctioni præest, legum prescriptum sequatur,
nulla neq; seueritatis, neq; clementiæ gloria
affectata, l. respiciendũ. ff. de pœnis. poste-
riore autem, cùm puniri conatum lex vult,
nec pœnam præscribit, quam irroget, pro
animi sui motu ludex arbitrabitur. l. hodie.
ff. de pœn. l. 1. §. 1. ff. de effract. c. de causis, 2.
resp. de offic. deleg. Illud, quod proximè di-
cebatur, æstimaturus: verbóne an facto, pro-
pius, an remotius ad delicti consumationẽ
589 nocere volens accesserit. Illud † denicp ad-
monendus est ludex in arbitrando, licet ad
vtramuis partem inclinare possit, d. l. hodie.
procliuiorem eum esse ad mitiorem pœnã
oportere Bald. l. quicunq. nu. 18. C. de seru.
fugi. re ita temperata, ne nimiæ indulgentiæ
coarguatur, Bald. d. l. quicunq. nu. eod. neu
contrà seueritatis. l. perspiciendũ. ff. de pœ-
590 nis. Etenim, † qui durius in reum quid statu-
it, & pœnæ modum prætergressus grauiter
eum lædit, impune Rubr. C. de pœna iudic.
quima. iud. num. 2. ferre Baldo authore non
solet, ꝓpterea quòd, vt idem Baldus d. Rub.
& d. nu. 2. eleganter ait, qui ita mensurã ex-
591 cedit, dolo carere nõ videtur. Quanq; † non
nescio, quod ad primum caput distinctionis
attinet, licere ius dicenti ex causa pœnam le-
gibus præscriptã in condemnando non se-
qui, sed quandoq; grauiorem, sæpe mitiorẽ
infligere, idq; inter omnes constare. Bald.
post Iacob. Butr. & alios. l. si seuerior. C. ex
quib. caus. infa. irrog. Idem. Bald. Roma. &
alij, l. quod seruus. ff. de condi. ob cau. Marsi.
sing. 182. iudex non debet. id. Marsi. l. 1. §. di-
592 uus. num. 10. cum seq. Vnde, † Ludouicus
Pontanus Cons. 429. Considero in proposi-
to. Marsi. vbi supr. in ea specie, cùm furtum
rei etiam modicæ lege Municipali suspen-
dio punitur, posse nihilominus ludicem mi-
tiore pœna electa supplicium moderari, &
capiti furis parcere, respondit. Secundum
quæ molliendi exasperandiq; legum pœnas
facultatem eum, qui iurisdictioni præest, ex
593 causa habere, consequens est dicere. His †
itaq; definitis, quam pœnã in obrepere co-
natum statuamus, consequens est tractare,
& an rectè facturi simus, si eius faciem stig-
mate aliquo, aut charactere notandam pro-
nunciemus, id quod non defuit, qui existi-
maret, sed quia illa pœna in eum, qui Prin-
cipis sigillum adulterauit, est constituta, c.
ad audientiam. de crimi. falsi. ad inferiorum
594 acta producenda nequaq; videtur, ne † pœ-
nas, quæ molliendæ sunt interpretatione,
contra Hermogeniani l. interpretatione, ff.
595 de pœnis. præceptum asperemus. Adde, †
hominis faciẽ, quæ est ad cœlestis pulchri-
tudinis imaginem figurata, inscribi notisue
quibusdã compunctã deformari non opor-
tere, idq; Impp. placitis l. si quis metallum.
566 C. de pœnis. contineri. Secundũ † quæ Bal-
dus lib. 2. Principalium Constitutionum C.
Rubr. de vindi. liber. nu. 2. nullum tam gra-
ue flagitium admitti posse ait: cuius vindi-
candi causa naso auriculisue amputatis, aut
effossis oculis vel alio quoquo modo facies
597 hominis fœdanda sit. Hoc † amplius Ange-
lus d. l. si quis in metallum. frater, si quid ad-
uersus hæc Municipum lege cautum pro-
ponatur, negat seruandum, cuius sententiã
Felinus refert, c. cùm non liceat. in prin. de
præscrip. nec quenq; mouere debet, aduer-
sus hanc Baldi Angeliq; sententiam, quòd
Pontificum Constitutionibus d. c. ad audi-
598 entiam. admissa ea pœna sit. Nam † quoties
in hoc genere causarum aliud Pontifici, ali-
ud Imperatori placuit, diuersis editis con-
stitutionibus, in suo quodq; foro ius reddi
oportere iamdudum cõsistit, Bartolo l. pri-
uilegia, C. de sacrosan. eccles. & alijs Abb.
post Anto. de Butr. c. clerici, de iudic. idem
Abb. c. 1. nu. 7. de ope. no. nuncia. & c. ec-
clesia sanctæ Mariæ. nu. 14. & ibi Feli. nu.
43. & Deci. num. 18. de constitu. præcipuæ
dignationis legum magistris authoribus.
Cùm igitur tali pœna tentatum obreptio-
nis crimen plectendum non videretur, mi-
tiusq; cum eo agi ratio postularet, qui non
in recenti, sed diutinum carcerẽ perpessus,
sententiam exciperet, l. si diutino. ff. de pœ-
nis. iussus est reus, nobis ita benignè huma-
neq; arbitrantibus, hinc id est Vilna, vbi
mercaturæ faciendæ gratia degebat, & Li-
tuania abstinere, ex torrisq; esse, ac fines to-
tius huius ditionis quàm primũ excedere,
facultate eodẽ remigrandi perpetuò adem-
pta, ne sua improbitate vulgus hominum,
satis per se ad falsi consilia procliue, depra-
uaret, id quod est Principis postea de-
599 creto confirmatum, vtile † rati, è req;
esse publica, malis hominibus sua-
am purgare Prouinciam.
l. 3. ff. de offic.
præsid.

PETRI

PETRI ROIZII MAV-
REI ALCAGNICENSIS, RE-
GII IVRECONSVLTI,

Decisio Lituanica Quarta.

De legitimis excusationibus eorum, qui in ius vocati non veniunt.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum ad vnum tribunal vocatus, si ad aliud vocetur, & eò venire etiam debeat? & nu. 7.*
2 *Captiuitas, infirmitas, peregrinatio & publica expeditio excusant à contumacia.*
3 *Exceptio firmat regulam.*
4 *Permissum vno casu, prohibitum alio videtur.*
5 *Quod non excipitur, sub regula manet.*
6 *Vt fluminis prohibiti, equitue amissione ad iudicium non accurrentes. item mercaturæ aut rei dominicæ causa absentes excusantur, & quare, num. 13.*
7 *Ad vnum tribunal vocatus, si ad aliud maius vocetur, exceptionem non habet.*
8 *Idem si ad minus tribunal, sed de maiori.*
9 *De pari aut etiam eadem re ad duo tribunalia æqualia vocatus, ad vtrum malit, occurrere potest.*
10 *Ad duo tribunalia vocatus, ad neutrum accurrens, vtrumq; contemnere dicitur, & quare, cum num. seq.*
12 *Ad duo tribunalia diuersis horis vocatus, licet eadem die in vtroq; respondere debet.*
13 *Casuum expressis similium idem est, quod de expressis iudicium.*
14 *Iudicium iniquitas multos causæ iactura afficit.*
15 *Captiuitas iure communi & Saxonico excusat à contumacia.*
16 *Contumacia ex contemptione iudicis nascitur.*
17 *Vocatus in ius, nec cõparens, iniuriã facit iudici.*
18 *Quæ captiuitas excuset à contumacia.*
19 *Iniuria. Magistratus impediti procuratorẽ mittere non debent. impediti sua culpa debent.*
20 *Inops procuratorem non mittit.*
21 *Item impeditus sua culpa in causa ardua.*
22 *Magnitudo causæ ex quo æstimetur.*
23 *Matilda 30. passuum milia agri, aliquantulum terræ vocauit.*
24 *Antiochus Asiæ Rex, amplissimos Regni sui fines, modicos dixit.*
25 *Ex qualitate personæ accipientis, magnum alioqui, modicum appellatur.*
26 *Causa perplexa inter graues & arduas numeratur.*
27 *Sententia contra detentos in vinculis lata, quando nulla sit, & quando postea rescindatur.*
28 *Qui à latronibus, prædonibus potentioribúsve distimentur detentis in vinculis similes sunt.*
29 *Alieno flagitio impediti procuratorem non mittunt.*
30 *Sententia contra vi priuata detentos lata quando nulla sit, & quando infirmetur.*
31 *Scire iudex dicitur, quæ scit, quà iudex est, non quà priuatus.*
32 *Qui alicunde exire non potest, pro vincto est.*
33 *Alicunde non discedere datis fideiussoribus aut iureiurando promittens, in eadem causa est.*
34 *Idem in simpliciter promittente aut dicente, qa graue est fidem fallere.*
35 *Inter iusiurandum & simplicem loquelam, nulla est apud Deum differentia.*
36 *Sit sermo vester, est, est, non, non, quod amplius est, à malo est.*
37 *Promissum quid, quid idem dictum.*
38 *Dictum, nisi quod iactandi animo profectum est, præstari debet.*
39 *Fides, numinis loco olim culta, proxima Ioui à Romanis in capitolio collocata est.*
40 *Religio M. Attilij Reguli in fide hosti data.*
41 *Nobilibus, claris & dignitate præditis, quàm plebeis obscuris & priuatis plus creditur.*
42 *Nobiles in suffragando præferuntur plebeis.*
43 *Item in testimonij dictione, nisi pro reo plebei, nobiles pro actore testimonium dicant. & nu. 46. & inter nobiles qui nobilior est, prævalet.*
44 *Fœmina nobilis, in testimonij dictione, præfertur viro plebeio.*
45 *Regulariter in testimonij dictione vir fœminæ præfertur.*
47 *Pauci testes nobiles multis rusticis & Cardinales pauci multis pannosis clericis anteferũtur.*
48 *Et si nulli etiam dignitate prædito mandatum sẽ à Principe habere asserenti creditur, nobilis tamen præcellentis fidem sequi honestum est.*
49 *Prætor, qui nobili totum prætorium pro carcere aut Ciuitatẽ dedit, si aufugiat ille, excusatur.*
50 *Creditum sibi castrũ nobili committens, si illius admisso in hostium potestatem venit, veniam meretur, aliter atq; si plebeio commisisset.*
51 *Qui ob nuditatem apparere publicè sine dedecore non possunt, si in ius vocati non veniant, excusantur.*
52 *Egestate impediti Innocentio & Alexandro authoribus comparantur ægrotis.*
53 *Appellatori appellationem ob egestatem nõ prosequenti tempus non currit, nec ob eam causam victo non appellasse nocet.*
54 *Nobiles pauperes exemplo egregiarum personarum ad iudiciũ testificandi gratia nõ veniunt.*
55 *Pauperes tam qui suo, quàm qui fortunæ vitio egestate laborant, adiuuantur, cum nu. 65.*
56 *Non inspicitur factum, sed causa faciendi, cum duob. nu. seq.*
59 *Mulier, tam quæ ex alieno, quàm quæ ex suo viro concepit, excusatur à contumacia.*
60 *Priuilegia veteri.*
61 *Priuilegia prægnantis & puerperæ.*
62 *Reipub. interest ne quis sua re malè vtatur.*
63 *Omnis extra matrimonium concubitus diuino et humano iure prohibetur.*
64 *Adulterij pœnas legibus statutas nemo effugit.*
65 *Pauper, tam qui suo, quàm qui fortunæ vitio laborat beneficium habet legum.*
66 *Vtrum pauper ab inope differat.*
67 *Paupertatis verbũ Bartol priuationẽ significat.*

68 *Inops quibusdam is est qui nihil habet.*
69 *Bartoli sententia refellitur, & num. 70. pauper est qui minus 50. aureis in bonis habet.*
70 *Pauper est, qui modicum habet.*
71 *Pauper est dictus quasi parum habens.*
72 *Paupertas M. Varrone authore à parua pecunia deducitur.*
73 *Pauper est, qui aliquid in bonis habet. & nu. 83.*
74 *Inops secundum quosdam est, qui nihil habet in bonis.*
75 *Quorum opinio refellitur, & nu. 76. 77. 78. 79. & seq.*
76 *Magnum ad aliud refertur, & contrà, paruum, nu. seq.*
79 *Qui pauper est, idem & inops, cum nu. seq.*
81 *Veteres opiniones de differentia inter paupertatem & inopiam improbantur.*
82 *Inopia à paupertate differt, authore Royzio, quà genus à specie.*
83 *Qui nihil habet, pauper non dicitur, sed inops. cũ duob. nu. seq.*
86 *Pauperi quæ facultates assignentur.*
87 *Modici appellatio latissimè patet.*
88 *Modici verbo quod parum est, & quod paruum significatur.*
89 *Vlpianus vulnusculum modicum pro paruo dixit & alij similiter alia, vsq; ad nu. 95.*
96 *Modicum pro pauco sumitur cum nu. seq.*
98 *Modicum mediocritatem significat, vt immodicum, modum excedens.* 99 *Modus quid.*
100 *Modicum per se non dicitur.*
101 *Mons paruus & milium magnum appellatur, idem aliò atq; aliò relatũ, magnum & paruum dicitur, similiter multũ & paucũ, cum nu. seq.*
104 *Tria, quatuor, & quinq; pauca vocantur & multa. cum nu. 18.*
105 *Vtrum duo multa rectè dicantur.*
106 *Vnum numeri principium est.*
107 *Vnum esse multa, disputat author.*
109 *Centum & amplius pauca dicuntur.*
110 *Item tria & viginti millia.*
111 *Meretrix quibusdam est, quæ plus quàm tribus & triginta hominum millibus se miscuit.*
112 *Meretrix quæ verè dicatur. & nu. 118. & 121.*
113 *Baldo quæ meretrix.*
114 *Meretrix vnde dicta.*
115 *Meretricis nomen vno compressu quæritur. & nu. 120.*
116 *Nicolaus Abbas refellitur.*
117 *Carpitur Alciatus.*
119 *Diuina lex, quæ mœchari vetat, meretrices esse vetat.*
120 *Maritus vxorẽ adulterari semel passus, leno est.*
121 *Mulier, quæ se vni miscet absq; pretio, pro meretrice est.*
122 *Sui copiã vni faciens, testis esse potest, quæ pluribus non potest, & quare nu. seq.*
124 *Consuetudo veneris cum vna quandoq; legibus improbata non fuit.*
125 *Mulier vnius cõmertio contenta cogi non debet distincta ab alijs veste vti sicuti meretrices.*
126 *Carpitur Baldus.* 127 *Item Salycetus.*
128 *Ex aliò relatorum parum habet, ex aduerso nimium, pro medio autem satis.*
129 *Satis est medium inter multum & paucum.*
130 *Exemplum proximorũ rudium gratia ponitur.*
131 *Quid parum in repub. sit, quid satis, quid item nimium cum nu. seq. vsq; ad num. 138.*
134 *Quibus lex præest, Deus præest, quibus homo autem, belua.*
136 *Facile est imperium in bonis.*
138 *Triplex hominum genus apud Hesiodum.*
139 *Furiosus parricidy pœnas non luit, cum nu. 141.*
140 *Furiosus, ne sibi alijsue noceat, in vinculis teneri debet.*
142 *Ebrietas & somnus, infantia item & somnium excusant delictum, cum duob. num. seq.*
145 *Iniuria ex affectu facientis consistit.*
146 *Hippolytus Marsilius carpitur.*
147 *Parricidiũ cætera delicta immanitate superat.*
148 *Romulus in parricidas nullam pœnam statuit, & quare.*
149 *Pœna à posterioribus in parricidas constituta.*
150 *Marsilius refellitur & nu. seq. item nu. 164.*
153 *Omne ius hominum causa constitutum est.*
154 *Hispaniarum Reginæ factum de furioso supplicium sumi iubentis malè à Marsilio defendi.*
155 *Et quemadmodum defendi possit.*
156 *Furiosorum admissa cur non puniantur. Furiosi ignorantibus & absentibus cõparantur.*
157 *Ignorantia excusat delictum.*
158 *Absens criminaliter condemnari non potest.*
159 *Furor liberat pœna delinquentẽ etiam damnatum, & an consulendus princeps.*
160 *Quare in furiosos non animaduertatur.*
161 *Qui furiosum punit, bis peccat.*
162 *Ob delicti immanitatem licet iura transgredi.*
163 *Afflicto non est addenda afflictio.*
165 *In delictis interpretatio mitior est adhibenda.*
166 *Concludit de ijs, quæ aliò referuntur.*
167 *Modicum quid, & nu. 204. vsq; ad nu. 209.*
168 *Momenti verbo punctus significatur vsq; ad nu. 172.*
173 *Idem verbum cum quodam temporis laxamento accipitur, vsq; ad nu. 177.*
178 *Fusior momenti significatio ad plurium dierum demonstrationem.*
179 *Exempla non artant regulam.*
180 *Necessitas feriis caret.*
181 *Quæ opera rustica licitè diebus festis exercẽtur.*
182 *Momentum naturæ quod Venuleio.*
183 *Dies qui.*
184 *Stipulatio noctu rectè contrahitur.*
185 *Leges ad ea, quæ frequentius fiunt, adaptantur.*
186 *Bartholomæus Socinus & Doctius eius præceptor refelluntur.*
187 *Momenti definitio ab Accursio tradita confutatur.*
188 *Momentum Platoni tempus non significat.*
189 *Vaga momenti significatio.*
190 *Confestim fit, quod momento fit.*
191 *Confestim fit, quod, quamprimum fieri potest, fit.*
192 *Confestim verbum plurium dierum spatium quandoq; demonstrat.*
193 *Confestim fit, quod decennio fit.*
194 *Confestim cum temporis laxamento accipitur: & intelligi magis, quàm dici potest. & nu. 196.*
195 *Idem statim, quod confestim significat.*
197 *Verbi confestim & similium significatio. cum nume. seq.*
200 *Statim fit, quod intra viginti annos fit.*
201 *Quod intra centum dies fit, repentè dicitur factum, cum nu. seq.*
203 *Conclusio de vaga verborum significatione temporis punctum demonstrantium.*

210 *Qui pauper sit, arbitrio Iudicis relinquitur, nisi lex modum patrimonij definiat. cum duob. nu. seqq.*

213 *Qui pauper sit, quando q; partim lex partim Iudex definit.*

214 *Minus habens in patrimonio, quàm pupillus, non est idoneus tutor, & quid de teste ad inuentarium adhibito. nu. seq.*

215 *Multùm interest testis locuples sit, an egens.*

216 *Paupertas malum suadet.*

217 *Sola paupertas non arcet à testimonio.*

218 *Cur ad pauperes testimonium dicturos eatur.*

219 *Testis non minus in bonis habere debet, quàm id de quo controuertitur. & quare. cum nu. seq.*

221 *Paupertas quando fidem testimonij minuat, Iudex arbitratur. cum nu. seq.*

223 *Et vnde hoc æstimetur. & nu. 232.*

224 *Suo vitio pauper, non est idoneus testis.*

225 *Qui malis moribus est, pauper est, & contrà, qui bonis moribus, dines. nu. 227.*

226 *Diuitiæ malis artib. quæsitæ possessori nõ prosunt.*

228 *Honesta vita pro diuitijs est.*

229 *Integritas personæ tollit omnem suspitionem.*

230 *Honestatis & opum idem est iudicium. & quare.*

231 *Testi diuiti, quàm pauperi, magis creditur. & quare.*

233 *Nobilis plura habens est pauperior plebeio minus habente.*

234 *In Nobili facultates, quibus tueri dignitatẽ suã non potest paupertati adnumerantur. & quid inde sequatur. nu. seqq. cum nu. 237. & seqq.*

236 *Non cumulus patrimonij, sed personarum conditio secernit paupertatem à diuitijs.*

237 *Quatenus facere quis possit, ex qualitate personæ consideratur.*

238 *Nobili, quã plebeio ampliora alimẽta præstantur.*

239 *Bonis cedens facultates postea nactus, qua facere potest, conuenitur.*

240 *Literarum excellentia nobilitati generis comparatur. cum nu. seqq. vsq; ad nu. 243.*

244 *Sicilia literatos honorat, ideoq; sancta terra existimatur.*

245 *Quarum artium professores alicubi honorantur, ibi & illæ artes esse in pretio creduntur.*

246 *Virtus nos Deo, non genus, acceptos reddit.*

247 *In petitione pontificatus obscuritas natalium frustra objcitur.*

248 *Nobilis ignobili cæteris paribus præfertur. nisi cum ope eget Ecclesia, vt nostro tempore. cum nu. seqq.*

252 *Hispaniarum laus in vindicanda religione. & Cazallæ supplicium.*

253 *Dictum in nobili ad milites & literatos producitur.*

254 *Qualitas, quæ priuilegium dat, inter priuilegiatos inspicitur, vt alius alij præferatur.*

255 *In Doctore quid spectandum.*

256 *Miles parum distans à pagano, & ab indocto Doctor, priuilegio carent.*

257 *Verba debent accipi cum effectu.*

258 *Nihil & inutile exequantur.*

259 *Damnato ad manus amputationem, manus quà valet, non arida amputatur.*

260 *In Episcopis constituta ad Episcopos, qui non habent administrationem, non pertinent.*

261 *Episcopus non habens administrationem improprie dicitur & abusiuè Episcopus.*

262 *Quid in paupertatis definitione spectetur, concluditur.*

263 *Pro modo oneris, quod quis sustinet dines aut pauper iudicatur.*

264 *Qui habet, quo opus est, dines: qui minus, pauper dicitur.*

265 *Qui egentissimus.*

266 *Qui huic proximus.*

267 *Tertius paupertatis gradus.*

268 *Qui dines.*

269 *Non est pauper, cuius pater dines est.*

270 *Mulier patrem habens diuitem à quarta in bonis viri defuncti remouetur, patri enim eius alendæ incumbit onus. nu. seq.*

272 *Vtrum mulier, quæ victum sibi quærere suis operis potest, à quarta in bonis viris submoueatur.*

273 *Indignum est mulierem nobilem suis operis victum quærere, idem in viro dicendum. 275.*

274 *Filium, qui suis operis viuere potest, pater non alit.*

276 *Presbyter pauper, cuius pater dines est, ab Episcopo, qui eum inciauit non alitur, sed à patre, & hoc quomodo intelligatur. nu seq.*

278 *Qui pauper, qui item dines.*

279 *Dines delinquendo fit pauper. cum nu. seqq.*

282 *Concluditur pauperem variè dici.*

283 *Priuilegia paupertatis vsq; ad nu. 307.*

290 *Afflictos affligere non oportet. & nu. 295.*

292 *Iudices nostri temporis & linguam & manus habent venales.*

297 *Iusiurandum peccati vinculum esse non debet.*

298 *Causidici à pauperibus patrocinij causa quicquam capientes peccant.*

301 *Nemo alium beneficio afficere cogi debet.*

305 *Interest Reipublicæ ob inopiam bona ingenia non latere.*

308 *Vtrum vi fluminis prohibitus ad similitudinem captiui excusetur. & nu. 310.*

309 *Quibusdam casibus exceptis, casus eandem rationem habentes excepti videntur.*

310 *Argumentum à similibus valet.*

311 *Captiuitas tam Saxonico, quàm cõmuni iure excusat à contumacia. & quare. nu. 315.*

312 *Ius Municipale continens idem quod ius cõmune, æquè producitur, atq; ius commune, etiam si verbis taxatiuis vtatur, aut sit odiosum. & quare. num. seq.*

314 *Illa ratio pro expressa haberi in lege debet, quæ sola reddi potest.*

316 *Vi fluminis impeditus quando audiatur. & quãdo non.*

317 *Infirmitas tam animi, quàm corporis excusat à contumacia.*

318 *Animi ægritudo quæ.*

319 *Dementia à furore differt, quà genus à specie. & nu. 335.*

320 *Eodem quoq; modo mente captus à furioso differt.*

321 *In furiosos, ne noceant, quid constitutum. & nu. seq.*

323 *Dementis & mente capti eadem est significatio.*

324 *Præpositio de priuat.*

325 *Quid dement, quid idem mente captus. cum duob. nu. seqq.*

328 *Manus arida non est pro manu.*

329 *Dementes, mente capti & furiosi quibus comparentur. & nu. seq.*

331 *De furiosis scripta, in dementibus habent locum. & contrà.*

332 *Fatui furiosis dementibus & mente captis quando comparantur.*
333 *Dicta in furiosis in phreneticis habent locum.*
334 *Duo esse dementiæ genera concluditur.*
336 *Cognatus & adgnatus differunt quà genus à specie, adoptatus item & adrogatus. nu. seq.*
338 *Franciſci Connuani opinio refellitur.*
339 *Tertium & quartum genus furiosorum quod, & quæ eorum conditio. cum nu. seq.*
341 *Fatui qui, & illorum conditio.*
342 *In dementia & furore dictum, an in ebrietate habeat locum.*
343 *Pittaci lex in ebrios.*
344 *Morbus qui Sabino definitur, & qui excusetur. cum nu. 348.*
345 *Morbus Sonticus secundum legem 12. tabularum diem diffungit.*
346 *Budæus refellitur.*
347 *Morbi præsumuntur diuturni.*
349 *Morbus Sonticus qui lanoleno, & qui Iuliano. nu. seq.*
351 *Sonticum quid dicatur.*
352 *Morbus necessariorum excusatur.*
353 *Debilitas æquè atq; infirmitas excusatur.*
354 *Animi languor, vt & corporis, excusationem habet.*
355 *Excusatur, qui periculum imminens depulsurus, è iudicio discedit, aut non venit in iudicium.*
356 *Et an à Iudice, veniam petere, qui in ea causa est, debeat.*
357 *Qui timor excuset.*
358 *Timor alius in virum constantem cadit, alius non.*
259 *Non veniens, quò venire tutum non est, etiam si per pactum eò venire promisisset, siue sibi, siue causæ suæ metuat, excusatur. cum duob. nu. seqq.*
362 *In litigatore dicta habent locum in Iudice.*
363 *De fide publica, & quando eam sequi tutum sit, aut petere oporteat. cum nu. seqq.*
364 *De licentia militari, & Tarnonij & Mieliecij in Castris disciplina.*
367 *Quod de insecuritate loci, quò quis vocatur, dictũ est, de loco, per quem eò est transeundũ, accipi debet, & quomodo intelligendum. nu. seq.*
369 *Ad locum pestilentem vocati & non venientis, iustus est metus etiam si semel venerit, nec alium eò mittere cogendum. cum duobus num. seqq.*
372 *Ad locum inhonestum vocatus venire non habet necesse.*
373 *Non omnibus idem turpe est.*
374 *Discedens alicunde pestis metu excusatur, omniaq; ei iura salua sunt. cum nu. 376. vsq; ad nu. 381.*
375 *De metu mortis, & eius malo.*
378 *Ex causa iusta absens pro præsente est.*
379 *Qui aliquandiu domo ex necessitate abest, pro semper præsente est. cum nu. seq.*
382 *Discedens alicunde metu pestis, an vicarium relinquere debeat?*
383 *Episcoporum negligentia in vindicandis hæresibus carpitur.*
384 *Doctori pestis metu discedenti, an integra merces debeatur? & quid in alijs operarum suarum locatoribus.*
385 *De loco pestilenti dictum, in locis adiacentibus est respondendum.*
386 *Suspitio pestilentiæ pro pestilentia habetur, vt belli suspitio pro bello est cum trib. nu. seqq.*
390 *Peregrinatio & publica expeditio excusant à cõtumacia.*
391 *Qui peregrinari dicatur.*
392 *De peregrinatione necessaria & voluntaria, & vtram lex excuset vsq; ad nu. 397.*
393 *Affectata absentia non tribuit priuilegium.*
395 *Peregrinatio religionis causa suscepta quando excusetur, & quando non.*
398 *Reipublicæ causa absens excusatur, & quomodo id accipiendum. vsq; ad nu. 408.*
409 *Minores magistratus in ius vocari possunt, maiores non nisi deposito officio præterquã quibusdam casibus nu. seq.*
411 *Perpetui magistratus rectè in ius vocantur, & quare.*
412 *Tutor à pupillo, & curator ab adolescente ante tutelam & curatoriam finitam non conueniũtur aliter atq; curator furiosi, & quare.*
413 *Magistratus ad placitum positi, vt perpetui magistratus semper conueniri possunt.*
414 *Pontifex, dum sacra facit, in ius vocari nõ potest.*
415 *Qui ob loci religionem se alicunde mouere non possunt, malè in ius vocantur.*
416 *Defenditur Accursius, à Zasij reprehensione. & nu. seq.*
418 *Professor legum, dum discit & docet, in ius vocari non potest, & quare. & quid in auditoribus. cum trib. nu. seqq.*
422 *Dicta in Doctoribus, habeántne in auditoribus locum.*
423 *In ijs, quæ sunt ad aliquid, in vno dicta in altero procedunt.*
424 *Dicta in Doctoribus & auditoribus, an ad nudũ nomen gerentes porrigantur?*
425 *In matricula non descriptus, etiam si det literis operam non est pro auditore, exemplo militis in numeros non relati. nu. seq.*
426 *Enumerantur varij casus, quib⁹ in ius vocari ea prohibetur, vsq; ad nu. 431. & de eorũ intellectu & ratione, numeris sequentib⁹ vsq; ad nu. 470.*
437 *Pontificem, Dei sacris vacare oportet.*
438 *A legis verbis recedere non licet.*
439 *Summa est ratio, quæ pro religione facit.*
440 *Dictum in Pontifice in omnibus sacra facientibus habet locum.*
442 *In re dubia satius est legis verbis seruire.*
446 *Afflictio non est addenda afflicto.*
460 *Nosocomiorũ Priuilegijs vtuntur Nosocomiorum Præfecti. & quare.*
461 *Militum item Priuilegia tribuuntur eorum medicis & vxoribus castra secutis. & quare. cum nu. 464. & seq.*
462 *Reipub. causa absentium Priuilegia habent eorum Comites, & id quomodo intelligatur. nu. seq.*
466 *Recitatur opinio Accursij, & refellitur.*
467 *Quod quibusdam frustra concedetur, nisi ad quosdam pertineret, ad illos porrigitur. cum tribus nu. seqq.*
471 *In ius venire impeditos an procurationem mittere oporteat.*
472 *Priuilegium habens perpetuum, venire impeditus Procuratorem mittere tenetur, aliter atq; temporarium habens, & quare. nu. tribus seqq.*
476 *Ex iniusta causa absens Procuratorem mittere tenetur.*

477 *Qui ex iusta causa & voluntaria abest, Procuratorem habere debet, aliter atq; ex necessaria absens, nisi actor sit.*
478 *Perpetuo impeditus Procuratorem mittere habet necesse.*
479 *Idem in diuturno impedimento est receptum, quod in perpetuo.*
480 *In causis celeritatem desiderantibus Procurator mittendus est.*
481 *Lite ante impedimentum cœpta aut præparata, defendi per Procuratorem reus debet.*
482 *Actor per Procuratorem agit, si idoneum reperit, aut ardua causa non est, & hoc quomodo intelligatur. nu. seq. cum nu. 487. & nu. 489. & sequenti.*
484 *Causa ardua quæ & duobus nu. seqq.*
488 *Necessitas inevitabilis excusat, non etiam, quæ evitari potest.*
491 *Quomodo impedimentum probetur, & quibus casibus per testes, & quibus per iuramentum, cum duobus nu. seqq.*
494 *Impedimentum iuramento non amplius, quàm semel probatur.*
495 *Iuramentum Iudice non deferente datum non probat.*
496 *Impeditus an & quomodo protestari de impedimento debeat, disputatur, vsq; ad nu. 523.*
497 *Communis opinio carpitur per Paulum Castrensem & defenditur per Alexandrum. nu. seq.*
499 *Fulgosius communem opinionem refellit, & ab Alexandro, & authore defenditur, cum duobus nu. seqq.*
502 *Eadem item communis opinio confutato Fulgosio ab Iexandro & authore sustinetur, vsq; ad nu. 508.*
504 *Priuatim vtile per consequentiam publicè vtile est.*
505 *Quædam priuatim vtilia quibusdam publicè vtilibus præferuntur. cum duob. nu. seqq.*
508 *Ius aliud publicum, aliud priuatum.*
509 *Iniuriam sacris sacerdotibus & Magistratibus factam quilibet vindicare potest, & nu. 519.*
510 *Vera ratio cur militis & litigatoris cessatio plectatur, & num. 518.*
511 *Rem vetitam faciens, rebus etiam prospere gestis plectitur.*
514 *Papirij Dictatoris in seruanda militari disciplina seueritas. Posthumij item Tuberti, & T. Manlij Torquati, & Clearchi eadem de re dictum, cum duobus nu. seqq.*
515 *Quando miles & in ius vocatus, hic ad Iudicium, ille ad commeatum non veniens, Ducem & Prætorem contemnere dicantur. cum num. seq.*
517 *Contumacia quid.*
520 *Cùm quid sub pœna ad præscriptum tempus effectum iri promissum est, statim, quàm certum est ad illud tempus effici non posse, pœna committitur.*
521 *In ius vocatus quando maturè domo profectus dicatur, & quando se arctasse.*
522 *Tempestas intelligitur siue marina, siue terrestris.*
523 *An impeditus de impedimento protestari debeat. cum nu. seq.*
525 *Factum sine voluntate, non habet obsequium, vt fato factum.*
526 *Factum absq; voluntate non inspicitur.*
527 *Factum ex voluntate interpretari debet.*

1 CVIDAM † IN IVS VOCAtus litem esse sibi apud aliud tribunal allegauit, quærebatur idoneáne satis causa videretur, quamobrem sisti eum secundo
2 iudicio non oporteret. Quominus † verò eius allegatio audiretur, mouebat, quòd Theutonum Spec. Sax. libro 2. Arti. 7. ius, de quo in hoc auditorio respondemus, quatuor illa tantùm excusat, captiuitatem, infirmitatem, peregrinationem & publicam expeditionem. Quibus casibus necessitati iudiciorum quisq; eximitur, & Magistratui non obtemperasse, nemini fraudi est. Consequens ergò videri, nullam aliam defensio-
3 nem admittendam. Nam † vt dicere vulgò solemus, & Bartolus libro 9. Digestor. apud Domitium Vlpianum notat, l. quæsitum. §. idem respondit. vers. deniq; de instr. vel instru. lega. cæteriq; probant, Angel. consil. 139. quidam emptores. Roman. consil. 337. Deci. l. 1. ff. de diuers. reg iur. num. 27. exceptio firmat regulam. Et, † cùm
4 quibusdam casibus, aliquid lege permitteretur, in cæteris idem prohibitum, rationis est.
5 Nam † quod exceptum non est, id sub regula est, sic quantum repeto. Bartolus 24. libro Digest. disputat. Rub. solu. matri. in fi. Qua
6 † ratione quidam d. glossa, 2. vers. quærere vnus possit. d. arti. 7. negant, adiuuari exceptione eos, qui vi flumínis prohibiti, aut equo per iniuriam amisso, ad iudicium accurrere non potuissent, quive mercaturæ faciendæ gratia peregre sint, in Italiam fortè aut Moschouiam profecti, aut rei domínicæ operam dent. Interpres tamen Theuton has excusationes admittit, d. glos.
7 2. vers. non obstantib. & † nos admittendam suprà scriptam exceptionem respondimus, l. 2. in fi. & l. 3. in prin. ff. de in ius vocant. in alio auditorio se causam habere allegantis, quia ad maius tribunal vocari non diceretur. Quo casu litem inchoatam impunè deserere licere, Iulius Paulus libro 42. Digesto. scribit. l. cõtra pupillum. in fi. de re iu-
8 dic. Tantundem † probandum est, & cùm ad minus tribunal quis vocatus proponitur, si maioris rei lis intenderetur. Non exigo, vt apud vnum tribunal causa audiri tractarive cœpta sit, vocatum quippe in ius esse, quominus ad aliud tribunal venire qs cogatur:

9 gatur: satis est. Enimuerò † si accidat de pari causa aut etiam eadem ad duo tribunalia, quæ æqualia sint, quem vocari, licebit huic,
10 ad vtrum malit, accurrere. Quod † si ad neutrum venerit, quasi vtrunq; contempserit, contumaciæ pœnas luet. Ad † duo tribunalia simul vocatum, idcircò ad alterutrum eum accurrere satis est, quia per rerum naturam in duobus esse locis eodem tempo-
12 re nemo potest. Ergò, † cui quamuis eadem dies, non eadem tamen hora apud diuersa tribunalia dicta est, vtrobiq; respondere cogendus erit, quia incipit fieri posse, vt se vtrobiq; sistat. Et hæc quidem omnia apud Domitium Vlpianum lib. 2. Digesto. Paulus Castr. tradidit l. 2. §. 2. in fi. si quis cautio. post Bart. l. 2. §. qui exhibendi de custo. & exhibi. reor. cæteriq; probant, Alexã. Iaſ. & alij. d. §. 2. à quibus plenior hac de re tra-
13 ctatio petenda est. Quare † verò extra casus iure Theutonico comprehensos pœna contumaciæ remittatur, Interpres Theuton Spe. Sax. libro. 3. arti. 7. glossa. 2. non satis explicat, eo contentus, quod casus expressis similes sententia contineri videantur.

Eum itaq;, qui vi fluminis impediretur, nè se in iudicio sistat, hostium potito similem esse ait. Nam vt, qui ab hostibus captus est, suæ spontis non est, ita, inquit, & qui vi fluminis, quò magis iter continuet, prohibetur. Equi amissi casum ægritudini dicit similem, negotiatorẽ mercaturæ causa peregre agentem peregrinanti comparat: eum verò, qui rei dominicæ causa abest, ad similitudinem militantis habendum arbitratur, & postremò omnes casus, qui legibus continentur, ad suprà scriptas quatuor causas iure Theutonico expressas redigi posse, scribit. De quibus singulatim dicendum mihi ordine putaui, quia in forum frequentes ea de re quæstiones incidere scio, & sæpe
14 † iudicantium iniquitate multos ob moram venia dignam bona causa cecidisse animaduerti, non sine domestici doloris memoria, quodam, qui in meo famulatu est, superioribus annis damno litis aduersus leges coërcito, qui nihil aliud admiserat, quàm quòd, ipso temporis puncto, cùm eius causa ex albo, vt in auditorio Palatino fit, pronunciaretur, iudicio non adfuisset, is posteà, vt in integrum restitueretur, beneficio videlicet ætatis, causa multùm ac diu scripto à me defensa, ægrè sum consecutus: Sed ad
15 institutum sermonem redeo. Ordiar † verò ab ea causa, quam primam lex d. Arti. 7. facit, ea quidem est captiuitas, quæ ius proprium non continet. Nam legibus l. 2. §. illud. in fi. ff. si quis cautio. Quiritium, qui in seruitute est, hac exceptione adiuuatur, & naturalis ratio facit, vt qui externa vi distinetur, quòd in iudicium non stitit, hoc ei fraudi esse non debeat, neq; enim contemni ab eo Maiestatem Prætoris intelligi, qui obtemperare ei non potuit.

16 Contumaciam † autem ex contemptione ius dicentis nasci, nemo nescit. l. contu-
17 macia. ff. de re iudic. Nec † vacare iniuria eius, cui non pareretur, quidam Cardi. Clem. 1. col. 8. de dolo & contu. putauerunt.
18 Captiuitatem † non eam tantùm accipere debemus, quæ libertatem adimit. Et enim non ijs solis, qui in hostium sunt potestate, hæc exceptio patrocinatur, sed & illos tuetur, qui publica custodia ac vinculis coër-
19 centur. §. illud. 2. respon. modò † sciamus, multum interesse, suo merito, an per iniuriam Magistratus id patiantur. Nam posteriore casu, mittere eos Procuratorem non oportêre, placuit, cùm qui suo merito in eum casum deuenit, hoc beneficio non vta-
20 tur. nisi † ita inops sit, vt, quo patrocinij mercedem Procuratori exsoluat, habere negetur. Nam in hac specie paupertati veniam dandam, benignè responsum est, hominis etiam vincula promeriti, quod Parisium præceptorem meum, post veteres Barto. & alij. l. quæsitum. ff. de re iudic. l. 2. §. si quis iudicio. ff. si quis cautio. l. fi. ff. de in integ. restit. l. 1. ff. de diuers. & tempo. præscri. l. 2. §. fi. ff. de custo. reo. Doctor. c. 2. de procu. ex facto consultum respondisse, Consil. 102. quod sententia. vol. 4. scio, qui sententiam, quæ aduersus eos, qui in vinculis sunt ac publica custodia, nullius esse momenti dixit, seu per iniuriam Magistratus id sustinent, seu suo etiam admisso, cùm per egestatem conducere Procuratorem non pos-
21 sunt. Tantundem † probat, d. consil. 102. cum causa esse ardua proponitur. Nam &, qui in custodia iusta est, ob causæ magnitudinem necessitate dandi Procuratoris libe-
22 ratur. d. Consil. C. Magnitudinem † causæ, quæ de rebus, quæ in patrimonio nostro habentur, fortè sit, non ex modo eius, de quo lis intenderet, æstimare debemus, sed ex opibus eius, qui in ius vocaretur, nam homini in non magnis facultatibus posito potest ea esse grauis causa, quam locuples ac opulentus possit contemnere.

Modus itaq; fortunarum cuiusq;, qualitatẽ causæ mutat, & alij leuem, alij grauẽ facit, vt
23 magis minúsve quis in bonis habet. Sic † Matildam Argu. c. . in fi. prin. de resti. spoli. lib. 6. l. propter litem. ff. de excusat. tuto.

diuitem

diuitem fœminam triginta passuum millia, agri, quem Ecclesiæ donabat, aliquantulum terræ dixisse refertur, Glo. l. sed & si suscepi.
24 §. penul. ff. de iudi. in verb. modica. Sic † & Antiochum, Asiæ Regem à Scipione deuictum, Tauro tenus regnare iussum, modicos sui regni fines dixisse, author est Mar-
25 cus Tullius pro Deiotaro. Eadem † quoq; inspectio in accipientis persona est. Ideoq; argentiaurive pondo clarissimis viris relicta Domitius Vlpianus lib. 5. Digesto. d. §. penul. modica fidei commissa appellauit, de quibus si iudicium fortè susciperetur, talib. legatarijs leuis causa esset. Vt & Matildæ de tanti agri modo, cùm tenuiores homines minorum sæpe rerum grauem sibi atq; intolerandam iacturam meritò ducant. illam
26 † quoq; Innocentius 4. Pontifex Maximus grauem causam atq; arduam dixit, quæ difficilis est atq; perplexa. Quam sententiam lib. 1. Epistolarum Decretalium c. 2. nu. 9. de procura. Nicolaus Abb. est sequutus. Quod
27 † dictum est, sententiam aduersus in vinculis detentos nullius esse momenti, exaudiẽdum est, cùm Iudici pronunciaturo eius impedimenti fides facta proponitur. Alexand. l. 2. ff. de in ius vocand. & l. quæsitum. de re iudic. & Bart. & communiter. Doct. ibid. & paris. latè. d. consil. 102. Nam si aduersus ita impeditos per ignorantiam iudicasset, valere quidem sententiam placuit, rescindi tamẽ impedimento posteà probato oportere. Alexan. & paris. post Bart. & communiter
28 Docto. vbi supr. Planè † quod in ijs, qui in publica custodia sunt, diximus, æquè in illis erit probandum, qui à latronibus prædonibúsve capti, aut à potentioribus vi oppressi in vinculis esse dicuntur, l. succurritur. ff.
29 ex quibus caus. maio. nisi † quòd hic datio Procuratoris non est exigenda: Quia ij alieno flagitio hunc casum patiuntur.
30 Seruabitur † tamen distinctio, quæ data est, sententiáne, quæ aduersus eos ferretur, rescindenda sit: an ipso iure consistat: impedimento Iudici, priusquam pronun-
31 ciaret, non ignorato. Et † quidem, quà Iudex est, non quà priuatus. Eam quippe scientiam nullum sententiæ vitium adferre idq; Baldum scribere, Alexander Tartagninus libro 2. Digesto. l. 2. §. si quis iudicio.
32 si quis cautio. refert. In † vinculis esse & eos accipere debemus, qui etsi eorum corpori nulla vincula adhibita sunt, loco tamen aliquo inclusi, latumijs fortè aut ergastulis, vnde exire non possunt, asseruantur. Nam hos Callistratus lib. Digest. d. l. succurritur. 4. vinctorum numero habendos scribit, quia nihil scilicet interest, quod huc quidem attinet, parietibus quis, an vinculis magis teneatur. Nam æquè vtroq; casu facultas
33 abeundi non est. Eandem† opitulationem eos mereri existimare debemus, qui nullis neq; vinculis, neq; parietibus prohibiti, sed datis fideiussoribus, aut religione iurisiurãdi, ne se certo loco moueãt, adstricti sunt. Quia qui in ea causa esse proponuntur, sine dedecore aut probro, rerúmve suarum detrimento non possunt in publico apparere. Glossa. l. in eadem. ff. ex quibus caus. maior. per ill. text. & l. nec non. §. 1. ff. eodem. Idem
34 † putem & in promisso dictóve, sine vlla diuini numinis testatione, quia vt Domitius Vlpianus lib. 13. Digest. l. 1. in prin. de const.
35 pecu. scribit, graue est fidem fallere. Et, † quod ad Deum quidem attinet, inter iusiurandum & nudam orationem nihil inter-
36 est. Quod † nobis declarat Christi Dei sanctissima illa præceptio, sermonem nostrũ esse iubentis, est, est, non, non, eo, quod amplius sit, improbato, tanq;, quod ab incredulitate ad iusiurandum vrgentis profectum esse videatur. c. & si Christus. de iu-
37 reiurand. Promissum † hoc loco accipio, q̃d nudam promissionem continet l. sciendum. ff. de ædil. edict. dictum verò, q; verbo tenus pronunciatum est, nudoq; sermone finitur, d. l. sciendum. cuius quoq; in iure non leuis
38 est authoritas. Nam † & dictũ præstare oportere, nequaquam incertum d. l. sciendum. est, nisi iactandi animo dictum quid proponatur, sic enim lex distinxit. d. l. sciendum.
39 Quanta † verò fidei ratio hominibus habenda sit, vetustum Quiritium exemplum nos docet, qui fidem, quæ numinis loco illis colebatur, Ioui Opt. Max. proximam in
40 Capitolio esse voluerunt. Hinc † illa promissi constantia M. Attilio Regulo, qui ad supplicium, vt Marcus Tullius scribit, redire maluit, quàm hosti datam fidem fal-
41 lere. Hoc, † quod de obstrictis promisso dictóve adiecimus, in nobilibus clarisq; viris, quiq; dignitate aliqua præditi sunt, maximè obtinet. Quippe quibus ob fidei opinionem iusiurandum quandoq; lex remittat, cũcontrà humilioribus iniuratis nõ credat, quod in illo iuris articulo est receptum, cũ apparitor eũ, quem in ius vocasset, aduersus se, cùm adiret, certis vsum verbis in ius vocato inficiante contendit, nã inficianti, si potestate prẽditus esse ꝓponatur, veluti Episcopus, quãdoq; nec iurato credi Nicolao Abb. post Ioannem Andreę placuit. Abb. c. cũ parati. nu. 12. de appell. in eo, qui dignitate prædítus non sit, aliud responsuro. Nuda

† quoq;

42 † quoq; natalium origo eam meruit præro-
gatiuam, vt in creandis Magistratibus, quo-
tiens inter suffragatores variatum est, nobi-
lium suffragia vincant, Bart. l. 1. de dignita-
ti. libro 12. C. per l. maiorem. in prin. ibi. qui
dignitate, ff. de pact. And. Tiraq. de nobili.
c. 20. num. 37. quasi meliore fide versati vide-
antur, quod & in legendis Ecclesiæ Proce-
ribus obtinuit. Innocent. c. dudum. 1. super
verb. dignitate, & ibid. Hosti. & Ioan. And.
43 & panor. num. 14. de electio. Sed † & dicto
testimonio prævalet semper nobilium testa-
tio, vt inter hos eius, qui nobilitate præcel-
lit. Glosa. l. 3. in verb. plebeio. per ill. text. ff.
de testib. glossa. §. item testium. in verb. quis
decurio. 4. q. 3. Specul. tit. d. c. testi. §. post &.
vers. porrò. Odofr. l. fi. ff. de fide instr. Bart.
d. l. 1. colu. 9. vers. vnde in dubio. C. de digni.
Iaf. d. l. maiorem. ff. de pact. Feli. c. in nostra.
colu. penult. de testib. Calca. cons. 9. in quæ-
stione Iacobelli. colu. 3. vers. sed posito. De-
ci. consil. 342. in causa partus. in 1. dubio. in
fi. Marsi. consil. 65. in nomine matris. colu. 6.
vers. confirmatur præterea. libro 1. Aymo.
Craueta. cons. 6. plura videnda. num. 28. Pe-
trus Gerard. à petra. sing. 11. his casibus. col.
vlt. & arg. §. 1. vers. sancimus. & glosa. ibi in
verb. dignita. & verb. militia. & verb. igno-
bilis. in Aut. de testib. & notata. per Hostiē.
& Imol. d. c. in nostra. de testib. And. Tiraq.
44 d. c. 20. num. 33. Tantùm † autem inter no-
bilium & plebeiorum testimonium inter-
est, vt fœminæ nobili, quàm viro plebeio
maior habeatur fides. d. Petrus. Gerar. à pe-
tra. d. sing. 11. & Andre. Tiraq. d. c. 20. & nu.
45 33. Cùm † alioquin, in dicendo testimo-
nio, viri fœminis præferantur Panor. c. fo-
rus. per ill. text. de verbo. signifi. modò scia-
46 mus, hoc ita esse exaudiendum, nisi † igno-
biles pro reo testimonium dicant: nobiles
autem pro actore, tunc enim ignobilium
testimonium fauore rei potius fore, placuit.
Carolus Ruinus. cons. 158. visis. vol. 3. versi.
præterea quam vis. lib. 6. Adde. not. per. gl.
c. Clerici. 81. distin. & panor. c. 10. literis. pe-
nult. notab. & ibid. Decium. colu. 2. vers. &
ista conclusio & Tiraq. d. c. 20. nu. 34. Quo-
47 modo † accipiendum & illud Baldi quisq;
existimauerit, lib. 4. Principalium Consti-
tutionum Bald. l. testium. nu. 21. ibid. 2. loco.
scribētis, paucos testes nobiles multis rusti-
cis & vilibus anteferendos, & rursus, Cardi-
nales paucos multis pannosis Clericis, vt
intersit, qui pro Reo, qui contrà pro actore
testimoniū ferant, potioribus illis, qui Reo
48 adsunt, futuris. Est † & illud æquè fauore no-
biliū receptum, vt licet nulli, etiā qui in di-
gnitate sit, Tribunus fortè, Notarius aut Cō
mes mandatum se à Principe habere asserēti
credi oporteat, l. 1. C. de manda. prin. & c. cū
in iure peritus. de offi. deleg. eius tamen se-
qui fidem, qui nobilitate præcellit, honestū
est, quod à Nicolao Pontifice scriptum le-
go. c. nobilissimus. 17. distin. Ioan. Andre. c.
ad apostolicę. verb. proponi iura. de re iudi.
lib. 6. Lucas de pen. l. mulieres. colu. 5. versi.
10. generaliter. C. de dignitat. lib. 12. Ioan. de
platea. l. prohibitum. c. de iure fis. lib. 10. Ti-
49 raq. d. c. 20. num. 39. Factum † quoq; viri
nobilis Prætori, cui in custodiam traditus
esset, non imputari responsum est, si laxiore
carcere vsus aufugit. Excusatam enim esse
Prætoris facilitatem viro nobili fidem ha-
bentis placuit, siue totum prætorium, siue
etiam Ciuitatem carceris vice esse iusit.
Angel. l. si à bonæ fide. per ill. text. ff. de rei
vendi. Barb. c. 1. colu. 4. de Commo. & c. ac-
cedens. colu. 2. vt lite non contesta. Iaf. in re-
pe. l. admonendi. nu. 174. & 182. ff. de iure iu-
rand. & Auth. iubemus. col. vlt. C. de iudic.
Felin. c. cùm contingat. colu. 3. versic. prima
50 conclusio. de re script. Alcia. tracta. de præ-
sumpt. reg. 1. præsumpt. 48. num. 2. Tiraq. d.
c. 20. num. 28. Excusata † item eius credulī-
tas est, qui Castrum, quod à Principe suo in
custodiam accepit, nobili custodiendum
dedit, si huius dolo culpáve in hostium po-
testatem Castrum venit. Aliteraq; si igno-
bili custodiendum Castrum commisisset,
quasi huius fidem non sequi, illius sequi, æ-
quum fuerit, Arg. l. fi. in prin. ff. de custo. reo-
or. & l. penul. C. eod. & l. fi. §. hac actione. ff.
nautæ. caup. stabu. Tiraq. d. nu. 28. quæ sen-
tentia Oldradi fuit, Cons. 92. Rex habebat.
eamq; Ioannes Andreæ, eius auditor, sine
præceptoris mētione probat: In additi. spe-
cul. tit. de locato. in fi. cæteriq; sequuntur.
Barb. l. ex stipulatu. col. 8. ff. de verb. obliga.
& c. accedens. 2. col. 2. vt lite contestata. Cur-
ti. Senior. l. admonendi. col. 48. de iure iurā.
Iaf. l. si pecuniam. §. fi. in fi. ff. de conditio. ob
caus. Felin. c. Petrus. col. 1. & antepenult. de
homicid. Tiraq. d. c. 20. num. 27. Vnde intel-
ligere licet, quantò magis excusata esse no-
bilium, quàm ignobilium absentia debeat,
cùm fide obstricti, ne se certo loco moueāt,
in ius vocati non accurrissent. Quanquam
vtriq; exceptionem dari, suprà est demon-
51 stratum. Tantundem † in ijs responsum
est, qui ob nuditatem prodire in publicum
sine dedecore non possunt. Placuit l. in ea-
dem. in fi. & ibi glos. ff. ex quib. caus. maio.
& l. inuiti. iuncta. glos. ff. de testi. enim ino-
piæ eandem excusationem tribuere, quàm
iurisiurandi,

iurisiurandi, datęq; fidei religio ac fideiussorum necessitas meruisset. Etsi † Alexander
52 l.2.§.si qs in iudicio.ff.si quis cautio. Tartagninus egestate ita impeditus ad similitudinem ægrotantium hanc exceptionem concedere magis videatur, quam sententiam Innocentij fuisse Baldus 2.libro Digest. d.§. si quis in iudicio. in fi. scribit, sed quibus magis inopes comparemus, languentibus, & qui per valetudinem adesse iudicio non possunt, an alijs, quibusdam eadē exceptione vtentibus, parui sanè refert, cùm vtrum libet dicamus, idem in proposito conse-
53 quantur. Illud † hoc amplius addo, appellanti, & ob egestatem appellationem non prosequenti tempus non exire. Innocenti. c. ex ratione. & ibi. Abb. & Dec. nu. 4. vbi latè allegat. de appellatione. Guilhel. l.eos. C.de appellation. Bald. d.§.si quis in iudicio.l. si procuratorem.§.si ignorantes. & ibi Barto. & Bald. ff.mandati. Fel.c.si qui testiū. nu.9. & seq.de testib. Marsil.l.1.§.præterea.nu.87. ff. de quæstio. vt nec victo nocet, si ob eandem causam non appellauerit. Bart. & Bald.d.§.si ignorantes. Felin. d.c.si.
54 quis testium.nu.10. in fi. Tribuunt † quidam Ludo. Roman. sing. 170. item quæro. inopiæ & hoc in nobilibus personis, quod in egregijs est constitutum, l. ad personas. ff. de iureiur. ne testimonij dicendi causa ad
55 iudicem adire cogantur. Neq; † distinguo, vt quidam, Baldus c. quæ in ecclesiarum. de constit. & c. sedes. de rescrip. l. bona fides. ff. depos. l. penult. ff. de iure doti. August. Bero. rub. de iure. patro. nu. 73. Marsil. l.1.§. cùm quis latrones. nu. 9. ff. de quæsti. & in pract. §. ordine. nu. 13. aliena quis iniuria & fortunæ vitio facultatibus lapsus sit, an suo magis merito ac culpa in paupertatem decidisset, quo magis minúsve suprà scripta exceptione vtatur. Nam & ei, qui suo admisso egestate laborat, succurri, æquum est, & ita Ioannem Andre. d.c. quæ in ecclesiarum. & Imolensem scribere, d. c. quæ in ecclesiarū. Felinus refert. c. si qui testium. nu. 11. de test. & d.c. quæ in ecclesiarum. colu. 22. num. 66. prope fi. ibi in gl. 2. in fi. Quæ sententia Arg. c. quiescimus. 42. distinct. l. mutus. §. manen-
56 te. ff. de iure doti. vera est. Nam † vt maximè facto suo in eas rei familiaris angustias deductus quis sit, id quidquid fuit admissi, in rebus suis iactandis disperdendisq;, non eo spectasse, in ius vocatus ne adesset, sed obtemperare magis animi sui cupiditati & morem gerere voluisse, quod inspici oportere, consequens est, non quod in præsentia ageretur, Arg. l. verum. & l. qui iniu-
57 riæ. ff. de furt. Pro † qua sententia facit, quod Pomponius libro 24. Digestor. l. etiam. §. licet, solu. matrimon. scribit, qui maritum vltrà, quàm facere potest, etiam cum dolo versatus proponitur, negat, conueniri posse, si non propter vxorem, ne ei solidum redderet, dolum adhibuisset, sed pro-
58 pter alium quemlibet. Conuenienter † eum, qui meretricem alienam ancillam libidinis causa subripuisset, celauisset q;, extra furti noxam esse Domitius Vlpianus lib. 47. Digestor. l. verum. de furt. respondit, non tam factum quæri inquiens, quàm causam faciendi, quod generaliter est accipiendum.
59 Quam † rationem sequuti quidam præcipuę dignationis authores Guilhel. Bar. & Bald. l.2.§.si quis iudicio. si quis cautio. glos. & ibi Dominic. c. statutum. §. cū verò nō vers. audiens ibi relegatus. de rescrip. lib. 6. Fel. d.c. si qui testium. nu. 11. apud Domitium Vlpianum lib. 2. Digest. mulieri, quæ vulgò concepisset, verum ferenti ex puerperio vel languenti intra quadragesimum diem parcendum esse rectissimè putauerunt, si per id tēpus in ius vocata non accurrisset. Nam etsi suo, vt illi disputant, delicto maximè in eam inualetudinem deducta sit, quia tamen libidinis suæ explendæ causa, non quo minus iudicio adesset, cum alieno viro se miscuit, exceptionem ei opitulari debere, consequens Arg. d.l. verum. & d.l. qui iniuriæ. es-
60 se. Sed, † ne occurrat, dispiciamus, quòd nō personæ prægnantis, sed ei, qui vtero gereretur, id totum tributum videatur, dum mulierem prægnantem in ius vocare siue iudicij suscipiendi, siue dicendi testimonij gratia vetat at lex, l.1.§. si non propter. & ibi Doctor. ff. si quis cautio. & Bald. l. Imperatorij. ff. de statu homi. si cum aliqua vteri offensa hoc fiat, qua ex causa pleraq; recepta sunt. Nam nec in exilium mitti Bald. d.l. Imperator. Ana. c. intellexímus. de his. qui fi. occi. Marsil. l.1. nu. 13. ff. de quæstio. deportarive Bald. & Fulgo. d.l. Imperator. finibúsve exigi Bald. d.l. Imperator. prægnans mulier, nec quæstionibus subijci l. prægnantis. ff. de pœnis. Bald. l. Imperat. ff. de statu homi. & Marsil. pract. crimi. §. nunc videndum. num. 47. potest, aduersus quod si fiat, partusq; effundatur, capitale Prætori fore. Bald. d.l. Imperator. nullíusq; momenti confessionem, quæ tali quæstione extorquetur, habendam Baldus d.l. Imperator. argu. l. marítus. ff. de quæstion. ait. Sed † & cædi fustibus mulier, dum vterum fert, prohibetur, aut aliam quamlibet pœnam in corpus suum luere, Bald. d.l. Imperator. multo mi-

nus supplicium de ea sumere licet, d. l. prægnantis. & d. l. Imperator. & vtrobiq; Doctor. ne innoxius partus cum scelerata, matre consumetur, &, qui delinquere nondum potuit, alieni facinoris pœnam sustineat.

Nec † modò prægnanti, dum fœtum edat, ob partus incolumitatem parci receptum d. l. Imperator. & d. l. prægnantis. & vtrobiq; Doctor. est, sed & enixæ, si non reperiatur nutrix, quæ infantem alat. Baldus post Oldra. d. l. Imperator. Bartol. d. l. prægnantis. Eadem ratione à proscriptæ mulieris cæde. Municipiorum legibus alioquin permissa, inhumana quorundam opinione reiecta, abstinere manus iubemur, Bald. & Fulgo. d. l. Imperator. dum vterum gerit, percussoribus proscriptæ mulieris frustra legis auxilium imploraturis. Quæ sic matri irata est, vt velit tamen partum incolumem seruari Reipub. etiam ab illorum ferro, qui ignorasse prægnantem mulierem allegarent, ad eam enim excusationem nequas quam defugituros. Quippe quos, Augustino c. 1. num. 93. de iudic. Beroio authore, cogitare id oportuit, nec distingui placuit, proxima puerperio sit, nec ne mulier. Statim enim atq; concipit, ob spem sobolis in lucem venturæ, hoc beneficium accipit, licet nondum in vtero formatus infans proponatur. Bald. d. l. Imperator. Ana. d. c. intelleximus. & Marsil. d. l. 1. num. 13. & d. §. nunc videndum. num. 47. Lex quippe, vt eleganter Baldus d. l. Imperator. notat, quæ hoc beneficium tribuit, non distinguit, de patre, an filiam prægnantem, cum adultero deprehensam, impunè occidat, quæsitum scio, & quidam non teneri eum cædis aiunt, in quibus Cynum fuisse, Baldus d. l. Imperator. refert, satius tamen est, eum teneri respondere, quod Baldo d. l. Imperator. rectius visum est, in quam sententiam Fulgosius d. l. Imperator. inclinat, modò sciamus, vt idem Baldus d. l. Imperator. ait, & Fulgosius d. l. Imperator. probat, mitius agi hoc casu cum patre oportère ob iustum dolorem, cui non obtemperare, difficillimum l. si adulterium. cum incesto. §. Imperatores. ff. de adulte. est. Quæ cùm ita sint, non est in obscuro, hęc omnia vtero, non prægnantis personæ indulgeri. Idcircoq;, & cùm mulier in reatu, sui exitus gnara, differendi supplicij causa id dedita opera procurauit, vt prægnans fieret, idem responsum Bald. d. l. Imperator. est. Expectari enim & eo casu puerperium placuit, nec distingui, à virone, an ab alio prægnans facta proponatur, quod Bartolus d. l. 1. §. si non propter. ff. si quis cautio. post veteres existimauit. Tantundem probatum est in ea, quæ, ne iudicio accurreret, id egit. Nam & huius partus æquè expectandus d. §. si non propter. est. Ita quidem prima specie videatur, quòd ea Iacobi Rauenatis d. §. si non propter. distinctio pertinet, aliud in rusticanis mulieribus respondentis, quæ non tantùm inoffenso vtero iter facere, sed onera ferre possunt, & situlam, vt Iason d. §. si non propter. ait, capite gestare. Quam sententiam à nemine scriptorum receptam, Raphaël Fulgosius refert. d. §. si non propter. nihil tamen proponi, quamobrem ea distinctio non admittatur. Iason post Fulgosi. d. §. si non propter. Arg. l. si longius. ff. de iudic. Non enim audiendam esse, quæ cùm onusta, sine vilà vteri offensa, facere longum forsan iter potest, expedita ad tribunal non remotum venire recuset, idq; in recenti conceptionis maximè probandum Bald. d. l. Imperator. & Iason. d. §. si non propter. arg. l. quæsitum. ff. de re iudic. Ana. d. c. intelleximus. est. Eandem distinctionem in muliere iam enixa sequendam putauerim. Tametsi enim regulariter quadragesimus dies post partū editum expectatur, ob languorem, qui puerperium subsequi solet: Gloss. & Doctor. d. l. prægnantis. Bald. Iason. & alij. d. §. si non propter. idem. Baldus. & alij. d. l. Imperator. aliud tamen in rustica seruandum erit, & duris alioquin operibus assueta muliere, cuiusmodi fœminas sæpe videmus interoperandum eniti, editoq; infante post exiguam posteà moram ad opus redire, nam nec leui febricula correpto, quominus iudicio adsit, parcitur, d. l. quæsitum. ff. de re iudic. nec vetus quartana, & quæ contemni potest, veniam meretur. d. l. quæsitum. Idcircoq; fieri, vt mulier prægnans, quæ in regionem, pœnæ loco destinatam, ire damnata est, si non procul ea regio distet, vt ferre vię laborem sine vteri periculo possit, rectè vrbe exigatur. Bald. d. l. Imperator. Ferendam itaq; non esse mulierem, quæ, cùm superesse suis omnibus negotijs possit, se in ius venire posse neget, iudicioq; sisti. Cæterùm, quæ ita delicata est mulier, puerperióve proxima, vt verendum meritò sit, ne partum effundat, ab hoc beneficio arceri non debet. iuxta. not. per Bald. d. l. Imperator. Status enim prægnantis non multùm abest à periculo vitę, si accedat labor. Totam itaq; eam rem in ius dicentis arbitrio sitam fore, Arg. l. 1. ff. de iure. delibe. inspecturi, ne non quęsitus differēdę litis causa color videatur. Hæc disputatio omnis eò pertinet, vt, quod

in ius

in ius venire mulier prægnans non compellatur, vteri videatur esse beneficium, non
61 mulieris. Sed † & ei etiam consultum legem voluisse dubitandum non est. Quare Baldus eum, qui mulierem prægnantem occidit, etiam sontem, geminum facinus admittere scribit, d.l. Imperator. idq; propter vitæ spatium, quod ei lege conceditur. Baldus d.l. Imperator. Inde quoq; est, quòd edito partu intra quadragesimum diem quæstio de puerpera haberi non potest. Bartol. post Dynum. d.l. prægnantis. Prætore, qui aduersus hoc fecisse, haud impunè laturo, si in tormentis exanimata mulier fortè probetur. Bartol. post Dynum d.l. prægnantis. Sed nec confessionem, quæ talibus quæstionibus eruta proponeretur, valere, Bald. d.l. Imperator. argu. l. maritus. ff. de quæstion. Marsil. pract. crimi. §. nunc videndum. nu. 48. palàm est, vt generaliter, de quibus quæstio haberi non debet, si habeatur, extorta confessio nullius est momenti. Marsil. l. 1. num. 14. vbi latè allegat. ff. de quæstion. Nec quenquam mouere debet, quod, quæ fraudem capitalem admisit, edito statim partu punitur, nisi alendo infanti, alia nutrice non reperta, conseruetur, Bartolus d.l. prægnantis. Bald. d.l. Imperator. Dico enim mulieri omnino perituræ, ne crimina maneant impunita, consultum esse non oportère, Bald. d.l. Imperator. Sed eius potius accelerandum exitum. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. contrà; quàm in ea dicere debemus, quæ nihil fraudis capitalis perpetrauit. In minoribus enim admissis, quotiens lex consumi supplicio mulierem non vult, expectari, vt ex puerperij labore confirmetur, consequens est, ne imbecillitas augeat pœnam. Quare non modò de muliere ex puerperio languenti quæstio habenda non l. prægnantis. ff. de pœnis. Bald. l. Imperator. ff. de stat. homi. & Marsil. pract. crimi. §. nunc videndum. numer. 47. est, sed nec cœdi fustibus, nec in exilium mitti, deportarive debet, aut aliud in corpus suum pati. Baldus d.l. Imperator. augeri quippe sicuti dictum est, imbecillitate pœnam, aliudq; alij, vt ait Labeo, l. qua actione. §. in colluctatione. ff. ad Aquil. mortiferum esse. Apparet itaq; non vteri tantùm, sed & mulieris, quæ vulgò concepit, dum grauida est, ex puerperióve languet, illud esse beneficium, ne ob imbecillitatem, sicuti suprà dictum est, in ius venire compellatur, & cõuenienter parci ei, qui se in necessitatem deduxisset, quod multò maiori ratione in eo est dicendum, qui dum substantia sua malè vtitur, voluptati seruiens bonis exutus in
62 voluntariam egestatem decidit. Vt † enim Reip. interfit, ne sua re quis malè vtatur, aduersus tamen id facientem nulla pœna est
63 legibus constituta. Cùm † adulteria, stupra & omnis extra matrimonium concubitus diuino atq; humano iure coërceantur.
64 Nec eo magis pœnas in id admissum legib. statutas, quæ alieno viro corpus suum miscuisset, effugituram Raphaël Fulgosius adnotauit. d.l. si quis iudicio. ff. si quis cau-
65 tio. Igitur † & qui conturbauit, quíve decoxit, suaq; culpa bonis exutus in paupertatem inopiámve decidit, æquè suprà scripto beneficio vtetur, atq; ille, qui fortunæ
66 vitio idem passus proponitur. Sed vtrum inter inopem & pauperẽ distinguimus, an
67 pauper ab inope nihil differt? Quod † Bartolus apud Scœuolam libro 36. Digestor. l. Lucius. §. hæredum. ad Senatusconsul. Trebel. existimare videtur, qui paupertatis verbum meram priuationem significare ait.
68 Quod si admittimus, cũ † inops quibusdam Archidia. 8. distin. c. quo iure. Paul. Castr. id quod pauperibus. C. de Episcop. & Cleri. & Deci. auth. præterea. nu. 17. C. vnde vir & vx. Iurisprudentibus is sit, qui nihil habet, item vtroq; verbo demonstrari, consequens erit.
69 Sed † Bartoli sententia manifestis Hermogeniani verbis refellitur, libro 48. Digesto. l. nonnulli. de accusat. Bartol. l. si constante. nu. 14. ff. solu. matrimo. pauperem eum definientis, qui minus aureis quinquaginta in bonis habet. Constitutiones. §. sed nostra. Instit. de succes. si. liber. glo. auth. de exhibẽ. & introd. reis. §. fi. in verbo pauper. colu. 5. Bartol. d.l. si constante. & num. 12. deniq; vt à nobis infra suo loco dicetur, ampliores
70 facultates paupertati assignant. Non † est itaq; sequẽda Bartoli definitio, à qua & ipse discesserit d. §. hæredum. vulgarem opinionem sequutus, pauperem eum definienti-
71 um, cui modicum in bonis sit. Alij † Archidia. d. c. quo iure. & Panlus Castrensis. d.l. id quod pauperibus. ad verbi figuram alludentes, pauperem dictum sunt arbitra-
72 ti, quasi parùm habentem. Marcus † verò Varro nobilis ac probus latinitatis author, de vita populi Romani libro 1. à parua pecunia paupertatem deduci scripsit. Igi-
73 tur † secundum suprà scriptas definitiones, quamcunq; sequi libet, pauper erit,
74 qui quid in bonis habet. Qui † verò inops sit, quærentibus non ignobiles quidam Archidia. d. c. quo iure. Paulus Castr. d.l. id quod pauperibus. & Deci. d. auth. præterea, & num. 17. Iurisprudentes eum re-

ſpondent, qui habet nihil, quaſi, qui parùm habet in bonis, is inops non probè dicatur.

75 Quod † falſum eſt. Nam &, cui exiguæ ſunt facultates, non malè inops appellabitur, ſ̃d Iulij Pauli verbis conſequens eſt, qui lib. 2. Digeſtor. l. ſi ab arbitro. qui ſatisda. cogan. magnam inopiam dixit, quæ fideiuſſoribus cùm accidit, ex integro cauſa cognita ſatiſdandum ait. d. l. ſi ab arbitro. Intelligi verò magna inopia nõ poteſt, niſi alia quędã inopia reperiatur, quæ magna non ſit, id eſt par-

76 ua inopia. Magnum † quippe, authore Ariſtotele, per ſe non dici, ſed ad aliud, quod in eodem genere ſit quantitate anguſtius, referri, vt quo in genere rerum, magnum quiddam ſit, in eodem paruum aliud eſſe, ſit neceſſum, ne nihil ſit, ad quod ma-

77 gnum illud referatur: vt † ex aduerſo parui appellatio, in quo genere ſit, demonſtrat in eodem magnum quiddam eſſe, cuius comparatione id paruum diceretur. Ita propemodum diſſerit Ariſtoteles eo libro, qui decem naturæ vocabulis ſcriptus eſt, Cathegorias Græci vocant. Secundum quæ intelligi magnam inopiam non poſſe, niſi

78 & parua quoq; inopia reperiatur. Sic̃itaq; qui magnam inopiam dixit aliam eſſe inopiam, quæ magna non ſit, paruam videlicet inopiam ſignificauit, & conuenienter generali inopiæ appellatione nõ excludi omnes

79 facultates. Quam † ſententiam Domitius Vlpianus libro 17. Digeſtor. l. ſi Procuratorem. §. ſi ignorantes. mandati. non obſcurè probat, qui fideiuſſores, ſuprà, quàm debiti ratio exigebat, damnatos, nec prouocantes, cum dolo verſatos diciſſet, ſubiecit, quid tamen ſi paupertas eis, vti prouocarent, non permiſiſſet? excuſata eſt, inquit, eorum inopia, quaſi, qui pauper eſt, idem ſit & inops.

80 Quod † & libro 42. Digeſtor. l. ſi creditores. §. fi. de priuileg. credi. apud eundem Vlpianum licet obſeruare, vbi ſimiliter, quam paupertatem dixit, mox inopiam appellat.

81 Secundum † quæ ſanè videri poteſt inter paupertatẽ & inopiam nihil intereſſe, & ita Alexandrum Tartagninum & Iaſonem d. l. ſi ab arbitro. in fi. lib. 2. l. ſi verò. §. fi. in fi. ff. qui ſatisdar. cog. item eundem Alexandrum Tartagninum lib. 24. Digeſt. l. ſi conſtante. colu. 8. ibid. ſed an inopia. ſolu. matrimo. & Philippum Decium lib. 1. d. c. quę in eccleſiarum. num. 2. & iterum d. c. ex ratione. nu. 4. ij. Epiſtolarum Decretalium exiſtimare lego, quorum opinionem non probo, vt nec

82 ſuperiorem. Arbitror † enim, inopiæ verbum, quàm paupertatis latius patere, hoc eſt inopiam à paupertate differre, qua genus à ſpecie, & ita pauperem eſſe, qui inops ſit, vt cognatum, qui agnatus, non contrà, l. Iuriſconſultus. §. ff. 1. de gradib. qui inops eſt, idẽ erit & pauper: vt nec, qui cognatus eſt, idem eſt & agnatus. d. l. Iuriſconſultus. Quæ ſententia origine verbi repetita comprobatur, quod inops dictus ſit per inficiationem quaſi non ops. Ops autem priſcis fuiſſe opulentum, Feſtus eſt author. Erit ergò inops, qui opulentus non eſt, id eſt, qui opes non habet, in qua cauſa pauperem eſſe conſtat, id eſt eum, qui parùm in bonis habet, ſed & eum, qui nihil. Vtrunq; enim opulentum non eſſe, id eſt opes non habere, illum quippe nihil, hunc parùm poſsidere. Quod conſequens eſt Vlpiani d. §. ſi ignorantes. verbis, quam paupertatem primum diciſſet, inopiam poſteà appellantis non etiam contrà, quod docere eos oportuit, qui inopiæ & paupertatis appellationibus idem exiſtimant contineri, ſed hoc nuſquam relatum eſt, & illo Martialis eleganti ſanè Epigrammate refellitur, quod in Neſtorem libro 11. ita ſcriptum extat. Epigrammate. 33.

83 *Nec † toga, nec focus eſt, nec tritus cimice lectus.*
Nec tibi de bibula ſarta palude teges.
Nec puer, aut ſenior, nulla eſt ancilla, nec infans,
Nec ſera, nec clauis, nec canis, atq; calix.
Tu tamen affectas, Neſtor, dici, atq; videri.
Pauper, & in populo quæris habere locum.
Mentiris, vanoq; tibi blandiris honore.
Non eſt paupertas, Neſtor, habere nihil.

84 Porrò † inopem dici eum, qui nihil habeat, Gaius libro 4. Digeſtor. l. nam is de dolo. ſignificauit, nullam, inquiens, videri actionem habere, cui propter debitoris inopiam inanis actio ſit. Etenim aduerſus eum, qui minus, quàm debet, in bonis habet, non eſſe nobis inanem actionem, rectè partem debiti iudicio perſequuturis. c. Odoardus. extra deſolutio. & l. pretia rerum. §. cuius. ff. ad. l. falci. Eum ergò, qui nihil habet, inopem Gaio eſſe, conſequens eſt. Domitio

85 † item Vlpiano idem multò apertius ſignificari, qui lib. L. Digeſto. l. cura. §. inopes. de minor. & honorib. his verbis, inopes, inquit, onera patrimonij ipſa non habendi ne-

86 ceſsitate non ſuſtinent. Ex † his, qui inter inopem & pauperem interſit, ſatis conſtat, quo declarato explicandũ conſequenter eſt, paupertatem ex qua patrimonij ſummam admittamus. Nã pauperi nõnullas aſsignari facultates, placuit, nec eum eſſe, cui nihil prorſus in bonis ſit, & rectè fortaſſe, nec

sine operæpretio fecerimus, si quo ordine suprà propositæ sunt definitiones, id quod dicitur esse paupertas, explanemus, vnde apparebit, interſitné, vtrum pauperis dicatur, qui modicum habet, vt Bartolo, d.l. Lucius. § hæredum. ff. ad Senatusconsul. Trebel. an qui parùm, vt quibusdam Archidia. 8. distinct. c. quo iure. Paulus Castren. l. id quod pauperibus. C. de Episcop. & Cleri. placuit, cuive parua pecunia est, vnde paupertatē dictam Marco Varroni scripsimus. Quibus explicitis, quemadmodum hæc singula accipere debeamꝰ, quæq; vera paupertatis definitio sit, dispiciemus. Et † modici quidem appellationem latissimè patere, nemo nescit, eaq; voce latinè scientibus vtrūq; illud significari, & quod parùm est, & quod paruum, sed & paucum, denicq; & mediocre, quod suprà id, quod parùm, quod paruum, quodq; paucum est, eo verbo comprehendi, vt in modici explicatione omnis præsens disputatio nostra consumetur. Quanquam de singulis erit nobis nominatim differendum. Multa † prudentium responsa occurrunt, quibus, quod parùm est, aut etiam paruum, modicum appellatur.

At † qui de multis ego pauca proponere contentus ero. Domitius Vlpianus libro 21. Digesto. l. 1. §. sed sciendum. de ædil. edict. vulnusculum modicum dixit pro paruo, & quod nullū habere delictum ait, quomagis animal, quod venisset, propterea redhibeatur, si fortè pronunciatū non sit. Sed † & Domitius Vlpianus lib. 7. Dige. l. vsu fructu. §. quoniam aliàs. l. hacten⁹. de vsu fru. de sartis tectis habendis scribens, in ijs, si quid erogandum est, fructuarium impensa modicæ refectionis onerat, id Celsi sententiæ consequens esse existimans. Quo † nomine Neratius lib. 25. Dige. l. quod dicitur. 2. de impē. reb. dota. fac. viro qui quid modicum in ædificiorum dotalium instaurationem impēdisset, vxorem teneri negat. Hoc † amplius Iulius Paulus eodem lib. Digest. l. omnino. de impen. in reb. dot. fac. in reponendis propagandisq; vineis dotalibus modicam impensam à viro factam reputationem non habere scribit. Tantundem † de impendijs in seruorum valetudinem factis idem Iulius Paulus ibidem d. l. omnino. respondit. Negat enim, si modica sint, habere exactionē. Qua † sententia Titus Gaius lib. 13. Digesto. l. in rebus. §. possunt. Commoda. in illa specie vtitur, cùm commodatarius in valetudinem serui, quem vtendum accepisset, quid impendisse proponeretur, distinguens modica impendia à maioribus, vt hæc consequi meritò possit, illa non possit, non magis quàm cibariorum. Eandem † distinctionem in seruo cōmodato, qui fugisset, requirendo, reducendoq; sequendam scribit, d. §. possunt. idē Titus Gaius vt maiores impensas in eam rem factas commodatarius consequatur, modicarum verò nullam habeat exactionem. Accipit † & pro pauco modicū solet, quo sensu Domitium Vlpianum libro 7. Digest. l. plenum. §. sed si pecoris. de vsu & habi. loquutum constat, cùm eum, cui gregis fortè ouilis vsus legatus esset, modico lacte rectè vsurum scribit. Sed † & pro paucis Plautus modicos dixit, in Angiportu, inquiens, Turba est, domum modici introierunt. Modicum † denicq; hoc amplius, vtpotè à modo descendens, mediocritatem quandam significat, quæ intra parum & nimium est, paruum idem & magnum, idq; ex contrario, quod est immodicum, cognoscere licet. Sanè enim, quæmodum ac mensuram prætergrediuntur, legumq; præscriptum, immodica appellari, quo numero sunt immensæ ac inofficiosæ dotes. l. 1. C. de inofficio. doti. donationes quoq; vulgò factæ, quibus profusa donantium largitione exhauriuntur patrimonia, l. si filius. & l. fi. C. de in officio. dona. nomenq; hæredibus relinquitur inane. l. precibus. C. de inofficio. donat. Domitius item Vlpianus libro 24. Digestor. l. exannuo. de donatione, inter vir. & vxor. donationem à viro vxori factam, quæ dotis vires excederet, immodicam dixit. Eadem appellatione in eo munere, quod Calendis fœmineis id est Martijs, aut die natali vxori à viro mitteretur, vsum Iulium Paulum l. sed si vir. §. si vir. ff. de donat. inter vir. & vxor. lego, quippe qui, quòd dotis fortè vires similiter excederet, immodicum dixit. Modum † sanè constat dici, quod est intra iuris permissionem. Hinc dicimur modum tenere, aut non tenere, cùm quid legum permissu aut impermissu facimus. l. item quæritur. §. item Iulia. ff. locati. De quo illud Poëtæ.

Est modus in rebus, sunt certi denig; fines:
Quos vltra, citraq; nequit consistere rectum.

Apparet ex ijs modici appellationem latissimè patere, & præterquam quod, id significat, quod parùm est, aut paruū. Vnde dictā paupertatem, vt est à nobis suprà relatum, quidam existimauerunt, alias esse eius verbi significationes, quocunq; tamen sensu exaudiatur, difficile est, quid sit, id modicum, quàm paupertatem esse dicimus, demonstrare. Nihil † quippe per se modicum dici, vt nec paruum & magnum, paucúmve & multum,

tum, quæcp̃ cætera eo verbo continentur, sed ad aliud referri, & quidem, vt dictum est,
102 intra suum genus. Sic † montem paruum dici, summus peripateticæ scientiæ Philosophus Aristoteles ait, milium verò magnũ quia hoc, inquit, ijs, quæ generis eiusdem sunt, maius, ille minor existit, id quod nõ accideret, si per se paruum magnumcp̃ dicerẽ-
102 tur. Itacp̃, † cùm paruum atcp̃ magnum alio referantur, fit, vt idem aliò atcp̃ aliò relatum,
103 paruum atcp̃ magnum vocetur. De † multo autem & pauco persimilis est eiusdem Aristotelis definitio, dicere enim nos, ait, in pago multos homines esse, Athenis autẽ paucos, cùm longè Athenis, quàm in pago, plures sint rursus in theatro paucos, in domo multos esse dici, cùm illic similiter, quàm hic, multo sint plures, & consequenter euenit, vt ijdem aliò atcp̃ aliò relati, pauci dicãtur, & multi, vt, qui in pago sunt, cũ ijs, qui in domo sunt atcp̃ in vrbe collati. Vnde inconstans illa pauci & multi in iure demonstratio, cùm, quæ pauca, eadem rursus multa
104 dicantur. Etenim † tria, quatuor & quincp̃, pauca esse & dici, nemo ambigit. l. sciendũ. ff. de verb. significa. & l. 1. quod cuiuscp̃. Herennius tamen Modestinus multa hæc esse significat, cùm liberorum multitudinem excusare à tutela scribit. l. 2. §. 2. ff. de excusat. Certum autem est, tres habentem liberos Romæ, aut in Italia quatuor, aut quincp̃ in Prouincijs Impp. Seueri & Antonini AA. hoc beneficium mereri. l. 1. C. qui nu. lib. sc. excu. Sed hæc, quia comparatione dici solẽt, ad proximos numeros inferiores spectantib. defendi quo quomodo possint. Scimus enim pauca aut multa dicentes aliò semper
105 respicere. Mirari † tamen illud licet, quod vetus nescio quis interpres lib. 1. Inst. §. fi. de iu. person. refert gl. adnotauit, qui duo, multa esse Imperatori Iustiniano scripsit, quo numero, cùm nullus inferior reperiatur.
106 Vnum † quippe numeri esse principium nõ numerum, Philosophis placet, quorum sententia & nostrates Iurisconsulti vtuntur: Gl. l. si quis ante. §. fi. ff. de adqui. pos. Archidia. proe. libro 6. super verbo. numerus. Alberic. l. vbi. num. ff. de testib. hoc tamen ille, quisquis fuit, affirmans incurrit in omnium Gloss. & Doctor. d. §. fi. reprehensionem, tanquam verbis Iustiniani id consequens
107 non sit, Quod † ego ita quidem fateor, vt errasse vtroscp̃ contendam, falsumcp̃ esse. Iustiniano tam duo, quàm, quæ suprà eum numerum sunt, multa dici, sed, quod nemo animaduertit, Vnum eo loci Iustiniano multa esse, quod vt magis appareat, benè est Iustiniani verba subijcere, qui, in seruorum, inquit, d. §. fi. conditione nulla est differentia, in liberis autem multæ, aut enim sunt ingenui, aut libertini. Quibus verbis consequens proculdubio est, vnum multa esse. Nam, cùm multas esse liberorum hominum differentias dixisset, vt id comprobaret, vnam subiecit, aut enim, inquiens, sunt ingenui, aut libertini, nec quis mihi status numerari dicat oportere, quos duos esse palàm est, ingenuorum alterum, libertinorum sequentem, eo enim vnam differentiam constitui, non plures, pluscquam manifestum est, ne, si singuli status singulas efficiant differentias, falsum sit, in seruorum conditione, nullam esse differentiam, cùm in eavnũ esse statum, negare non possimus, minus mouere nos debet, quòd ex genere manumissionis plures, quàm duos esse liberorum status quidam Gl. d. §. fi. disputant, alijs maiorem, alijs minorem, tertijs infimã ex lege Aelia Sentia consequentibus. §. libertinorũ. Insti. de liberti. Nam hanc manumissionis varietatem & inter libertos differentiam sacris constitutionibus d. §. libertinorum. antiquatam esse constat, nec, si eius esse in Republica vsus, Iustiniani verbis eò magis plures, quàm duos liberorum hominũ status significari, consequens est, ingenuorum alterum, alterum libertinorum, Huic autem posteriori, qui quocũcp̃ manumissionis genere ad libertatem peruenissent, cõnumerari. Liceret itacp̃ libertinorũ nomẽ ad eum modum in tres tancp̃ articulos secare, quorum alij maiorem, alij mediam, minimã alij libertatẽ nanciscantur, enimuerò in liberorũ nomine, diuidenti duas tantùm occurrere species, ingenuorum, inquã, & libertinorum.
108 Sed, † si cui nimis subtiliter hæc à me tractari videantur, & à vero abesse, quæ proximè tamen dixi, negare nemo potest, vera esse, cũ tria & quatuor, & quincp̃ multis adnumerari, scripsi. Sed nec inficiabitur quiscp̃, quod in ijs, quæ aliò referuntur, euenire solet, quæ hunc numerum superant, aliocp̃ relata, multa sunt, aliò spectantibus pauca non ma-
109 lè appellari. Etenim † centum, & quæ supra eum numerum sunt, pauca vocare, non incrctè possumus: Vt, cum vocem Præconis paucis innotescere, ait cõstitutio. Auth. qui semel. C. quo modo. & quan. iud. nihil enim vetat, ad quam plurimorũ aures vocem prę-
110 conis peruenire. Est † denicp̃ paucorũ appellatio ad ingentẽ numerũ porrecta. Nam cœsis Mosis iussu trib. fermè ac viginti hominũ millibus, vt cætera Iudęorũ gens esset incolumis, Exo. 32. f. paucorũ vita ferro extincta scribitur.

111 ſcribitur. c. diſciplina. 45. diſtin. Hinc † occaſio iudicri illius quibuſdam Glo. c. vidua. 34. diſtin. fuiſſe videtur, qui, cùm meretrix ea definiretur, quæ multorum libidini patet, d. c. vidua. eam ipſi ſecundum hoc meretricem eſſe conuenienter appellandã dixerunt, quæ plus, q̃ tribus & viginti hominũ millibus ſuum corpus miſcuiſſet, tanquam conſequens ſit, ſi tria & viginti millia pauca dicantur, quæ eum numerum excederent, multa eſſe. Quod quidẽ vt conſequens ſit, tamẽ, & quæ longè infra eum numerum eſſent, multa rectiſsimè dici, vt in tribus, quatuor, & quinq; ſuprà demonſtraui. Sed liceat per nos viris grauibus pręclariſsimorum ſtudiorum argumenta tractantibus in re ſe-

112 ria iocari. Cùm † nemo neſciat, meretricem eſſe, quæ corpore ſuo quæſtum facit, ſiue pluribus, ſiue paucis, ſiue vni etiam extra

113 matrimonij caſtitatem ſe miſceat. Et † hoc ſignificaſſe Baldus lib. 12. Digeſt. l. idem. §. quotiens. de condict. ob turp. cauſ. apud Domitium Vlpianum videtur, qui eam meretricem eſſe probari, ſcribit, quæ pretium concubitus accepiſſe docetur. Nam nec, vt cùm pluribus id factum ſit, aut cum vno ſæpius, Baldus exigit, ſolo eo deſiderato, vt non ſine quæſtu mulier id flagitium admiſerit. Proprium enim eſſe meretricum, ait, vulgato pudore ſuo quæſtum quærere, &

114 rectè. Dictam † enim meretricem à merendo, Valla eſt author, noſtriq; probant. Archid. c. vidua. 34. diſtin. Ripa. c. 1. nu. 96. de

115 iudic. Nomen † verò, ne quis multorũ concubitum, aut cum vno ſæpius repetitũ exigat, vno compreſſu quæri, certum eſt. Nam expilator & effractor, vt alio loco fuſius diſſerui, quæq; cætera nomina crimen demonſtrant, vno actu oriuntur, idq; Bartol. proc. dig. nu. 1. & l. legatis in prin. de l. 3. & l. ma. §. qui quæſtum. per ill. tex. ff. de adult. & plerique omnes tradunt. Abb. & Deci. in 2. lect. c. 1. de iudic. Ioan. de Ana. c. 1. de cleri.

116 percuſ. Nicolao † itaq; Abbati non aſſentior, qui lib. 4. Epiſtolarum Decretalium, c. inter opera. nu. 5. de ſpon. & Io. Lup. rub. de do. inter vir. & vxo. char. 19. verſ. videamus nunc. Bal. tract. ſtat. verb. Gabella. adde. Afflictum conſtitu. quę paſsim. & Socin. conſ. 54. viſis teſtibus. col. 3. Io. Neui. Sylua. nup. lib. 1. nu. 145. vt duos admittat mulier, exigere videtur, quaſi quæ vni copiam ſui fecit, meretrix non rectè appelletur. Errat & in eo idem Nicolaus Abbas, d. c. inter opera. quòd eam, quæ duos admittit, palàm corpore ſuo quæſtum facere, ſcribit. Hoc enim manifeſtis Vlpiani verbis refellitur, lib. 23. Digeſt. l. palàm. de ritu nupt. eam, quæ cum vno & altero pecunia accepta commiſcuiſſet, palàm quæſtum facere negantis. Por-

117 rò † Alciato Doctori meo minus aſſentiendum eſt lib. L. Digeſto. l. maſſurius. de verbor. ſignificatio. apud Iulium Paulum eam nõ eſſe meretricem ſcribenti, quæ cum vno atq; altero pecunia accepta ſe miſcuiſſet, niſi palàm & pluribus ſe proſtituiſſet. Nam, vt fatear quidem, quæ vni atq; alteri pretio accepto ſe commiſit, eam palàm quæſtum nõ facere, quia non paſsim quæſtum facit, id eſt ſine delectu, quod eſt palàm, vt Domitius Vlpianus lib. 23. Digeſtor. l. palàm. de ritu nupt. interpretatur. Quæſtum tamen eam facere, certum eſt, hoc eſt corpore mereri,

118 quod eſt meretricem eſſe. Statuo † itaq; omnem mulierem, quæ extra matrimonij caſtitatem pudori ſuo non parcens cum viro ſe miſcuit, meretricem eſſe. Hoc ita, ſi proſtitutæ pudicitiæ ſuæ pretium accepit, ſanè ob vocabuli originẽ, à merendo enim dictam meretricem, ſuprà retuli : quin tamen, & quæ gratis ſui corporis copiam fecerit, eodem numero ſit habenda, nulla dubitatio eſt. Quod conſequens eſt Octaueni ſententiæ lib. 23. Digeſtor. d. l. palàm. eam, quæ ſine quæſtu palàm ſe proſtituiſſet, ijs, quæ accepta pecunia idem feciſſent, connumerandam exiſtimantis, quaſi, quod ad muliebrem pudorem attinet, quæ ſe alienæ libidini permittit, cum quæſtu id faciat, an

119 ſine quæſtu, nihil multùm interſit. Et † profectò, vt quidam eleganter c. meretrices. 32. q. 4. iuncta ibi gloſ. ſuper verb. prohibet. notant, diuina lex, quæ mechari vetat, quod huc quidem attinet, meretrices eſſe vetat, hoc eſt extra matrimonium ſe viro miſcere: ergò mulieri vno compreſſu meretricis nomen queri, conſequens eſt dicere. Sanè enim, quo nomine mulierem appellemus, quæ ſe alienæ libidini ſemel permiſit, non reperiri. Quanquam ſcio quoſdam Cepo. conſ. 58. Franciſ. de Villarꝛs. & Ripi. c. 1. numero nonageſimoſeptimo. de iudi. in hac, meretricis vocabulo abſtinere, & inhoneſtæ vitæ mulierem eam vocare, quorũ ſententia non habet rationem: & ſuperio-

120 ribus refellitur. Denicq; † ſi, qui quid ſemel accepit, vt vxorem adulterari pateretur, leno eſt, eo quippe nomine plectitur. l. mariti. §. qui quæſtum. de adulter. cur non mulier vno compreſſu meretrix dicetur? non ergò tantùm, vt aliorum c. meretrices. 32. q. 4. & d. c. vidua. eſt ſententia, quarũ turpitudo publicè venalis eſt, quæq; multorum libidini patent, meretrices eſſe, ſed & eas, quę

cum vno se miscent, vel semel copia sui fa-
121 cta. Nec † exigo, vt prostitutæ pudicitiæ pretium interuenerit. Nam, vt modò constitit, & quæ gratis cum stupratoribus aut adulteris rem habuit, pro meretrice est. d.l.
122 palàm. de ritu. nup. Et † si non putem eam, quæ cum vno corpus suum miscet, eiusdem fore sortis, cuius, quę omnibus se peruulgauit, & idcirco à testimonij dictione non repulsum iri, q̃d generaliter meretrices tanc̃p infames pati constat. Guido Papa. Sing. 819. per l. Imperialis. C. de nup. Ioan. Fab. C. de
123 summa tri. in prin. col. fi. Plus † enim peccare, quæ meretricio est instituto, corpore omnibus passim peruulgato, quàm, quæ vni se cõmisit, vt maius delictum est, quod sæpius admitteretur. Arg. l. nemo cum consor. ibi in glos. alle. C. de episco. audien. adde glos. authen. sed nouo iure. verb. Castigabitur. C. de seruis fugi. & Part. cons. 68. du-
124 bium exoritur. nu. 245. vol. 4. Adde † veneris commertium cum vno sine reprehensione quandoc̃p fuisse, quod &, vt Marcianus lib. 25. Digestor. l. in concubitu. de concub.
125 scripsit, per leges nomẽ assumpsit. Sed † nec mulierem vnius consuetudine contentam distincta à cæteris veste vti, cogendam existimauerim, cuius rei corpore suo palàm quæstum facientibus necessitatem imponi posse, Baldus apud Imppp. Theod. Arcad. & Honor. AAA. lib. 1. Principalium Constitutionum l. mimæ. C. de episco. audi. scri-
126 psit. Quanquam † verbis Constitutionis Baldus suam sententiam nõ satis rectè confirmat, cùm ludibrio corporis sui quæstum facere, meretricio esse instituto interpreta-
127 tur. In quo † quoc̃p errore Salycetus d. l. mimæ. fuit. Nam illo sermone icenicas mulieres, quæ corporis sui spectaculũ præbent, l. 1. & l. 2. §. fi. ff. de ijs. qui notan. infa. intelligit constitutio. d. l. mimæ. quod mimarum mentio initio constitutionis facta declarat. Mimas enim scenicum esse genus constat. Sed ad pauci & multi tractationem reuertor, quorum incertam esse demonstrationẽ suprà constitit, vt eorum esse solet, quæ aliò
128 referuntur. Aeque † parum aliò referri, atc̃p suprà scripta, palàm est: ex aduerso c̃p esse nimium, vt paruo videlicet magnum, pauco multum, medium autem esse iatis. quo demonstramus, quod nec parum est: nec nimi-
129 um. Quod † esse quoc̃p, inter paucum & multum, medium potest. nam, vt paucum, minus, ita multum, pluiquàm satis est. Itac̃p euenire, vt satis, inter paucum & multum sit: inter paruum autem & magnũ, id, quod mediocre est, constituemus, & generaliter modicum suprà scriptorum medium statuemus, quà modus, vnde modici appellatio
130 descendit, demonstratur. Sed hæc † exemplo aliquo, quo sanè ob non nullam obscuritatem egere videntur, illustremus, ne rudioribus consultum non sit, qui Dialecticorum literas non attigerunt, post Grammaticorum rudimenta, vt assolet, ad inclytas Iurisconsultorum scholas nimiùm properantibus. Nam, Dialecticorum traditionibus, vel paululùm imbutos hæc non desi-
131 deraturos, scio. Pomponius † lib. 1. Digest. l. 2. §. post originem. de orig. iur. parum est, inquit, ius in Ciuitate esse, nisi sint, qui iura reddere possint, parum itac̃p est, ius esse, ni-
132 si sint, qui reddant. Si † sint qui reddant, id est Magistratus, satis est. Nihil enim à Pomponio exigi præterea, sed nec opus esse.
133 Iam † autem si obtentu iuris tyrannidem Magistratus exerceat, nimiùm fore. Quod † factum decem virorũ tempore idem Pomponius d. l. 2. §. & cùm placuisset. refert, quos, prorogato sibi, quo iure quac̃p iniuria, imperio, nimio atc̃p aspero dominatu Rempub. eò perduxisse scribit, vt exercitus ab ea secederet. Igitur quotiens auaritia Magistratus atc̃p libido, fas omne atc̃p nefas miscentis, suoc̃p non populi commodo seruientis, in Ciuitate grassatur, nimium est. Contrà, cùm fas atc̃p ius in foro regnant, Magistratibus, populi non suas vtilitates quærentibus, quæc̃p legum voluntas est, non, quæ cuiusc̃p, pro iure reddentibus, sa-
134 tis est. Bellissimè † enim Aristoteles lib. 3. politicorũ, qui legem, inquit, præesse vult, is velle videtur Deum ac leges imperare, qui autem vult hominem, is etiam beluam
135 adiungit. Porrò, † cùm legi deesse Magistratus, & qui iuridicundo præsit, parum est. d. §. post originem. Nam, vt satis quidem sit, quod ad bonos ciues attinet ius in Ciuitate esse, sponte sua nulloc̃p illectos præmio le-
136 gum nutum sequuturos. Quippe, † vt Plautus in Milite perbellè scribit, facile est imperium in bonis, ob improbos tamen facinorososc̃p homines, solo pœnæ metu in officio mansuros, Magistratus munus esse in Ciuitate necessarium. Et ita euenit, vt, quod parum esse dixit Pomponius, d. §. post originem. ius in Ciuitate esse, ad eam Ciuitatem spectans quæ & bonos & malos ciues habet, ad aliam spectanti, si qua est, in qua boni sint ciues omnes: satis esse dicere liceat. Inter bonos enim ciues, vtpote cognitã legum voluntatem sine vllo externo imperio sequuturos, Magistratus authoritas ne-
137 quaquam necessaria est. Sed † & apud quosdam ne

dam ne lex quidem, qualis Poëtarum carminibus celebrata est aurea illa ætas, quæ, vt Naso lib. 1. transformationum scribit.

vindice nullo.
Sponte sua sine lege fidem rectumq́ colebat.
Pœna metusq́ aberant: nec verba minantia fixo
Ære legabantur. nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui: sed erant sine iudice tuti.

Quibus similes fuisse gentes Paulus Apostolus ad Romanos c. 2. B. scribens refert, quas ipsas sibi, fuisse legem, ait, vt iam apud tales populos ius in Ciuitate esse, non parũ, non satis, sed nimium etiam sit. Commo-
138 dissimum † admodum est apud Hesiodum in Ergis exemplum, cùm tria illa hominum genera enumerat, quorum alij singulari natura prædíti, rerum omnium absq; doctore noticiam tenent. Sequens genus est, nihil per se quidẽ magnum præstantium, sed qui vltro optimis quibusq; sapientũ præceptis sese accommodant, dictoq; audientes sunt. Tertium genus est ignauissimorũ atq; adeò improbissimorum, qui neq; suopte ingenio quicquam valent, nec meliorum dicto esse audientes volunt. Hesiodi carmen de Græco ita verti.

Optimus ille vir est: qui scit se cuncta magistro:
Præceptis olim non inferiora sequutus.
Nec malus ille vir est: audit qui recta monentem.
Qui non ipsa sapit, claudit q́ docentibus aures,
Ille vir inutilis viuit: nec idoneus orbi est.

Primis legem dari, quia ipsi sibi sunt lex, nimis est: alteris verò, quia aliena prudentia egent, satis est: tertijs parum, vtpote Magistratus seueritate indigentibus, & nisi pœnæ metu, leges non obseruaturis. Sed quia in Codice Tusco, qui Florentiæ est, alia est lectio, vt postea, cùm hæc scripsissem, reperi ea est. Quantum est enim, ius in Ciuitate esse, nisi sint, qui iura regere possint? non
139 autem, parum est. Potest † à nobis commodè in furioso exemplum proponi, cui parricidium fraudi non l. diuus. & l. congruit. ff. de offi. præsid. & l. penul. ff. de parri. Tiraq. late. tract. de pœnis, cau. 2. & 3. est. quia, satis eum furore ipso puniri, ait lex. d. l. diuus. & d. l. penul. De furiosis ergò ob parricidium supplicium sumere, quia contrà legis d. l. diuus. & d. l. congruit. & d. l. pe-
140 nul. est præceptum, nimium est. Parum † autẽ fore, nisi in vincula compedesq; conijciantur, ne sibi alijsue adferant perniciem.
141 d. l. diuus. Satis † igitur erit, quod medium est, si facta ab eis cædes impunita relinquatur. d. l. diuus. quia, qui consilio delinquendi vacant, extra legum pœnas sunt positi. l. infans. ff. de sicar. & cle. 1. de homi. & vtro-
142 biq; docto. Vt † est in ebrijs & dormientibus responsum, quorum admissum constat legibus non coërceri. De ebrio est textus. c. sanè. & duob. sequentib. 15. q. 1. Bart. l. perspiciendum. §. delinquunt. & l. aut facta. in princ. ff. de pœnis. Bald. l. data opera. versic. nunc de tertio. C. qui accusare non possunt. & l. 1. colu. penult. C. vnde vi. Saly. l. 1. C. de sicar. Alex. post. Bart. d. §. delinquunt. & l. dolum. in fi. C. de dolo. Angel. tract. malef. verbo. scienter. vers. sed quid si quis propter ebrietatem. Abb. c. sicut nobis. de testib. Roma. l. 1. ff. de verb. obliga. & l. 1. §. adipiscimur. ff. de adquiren. possef. Gemi. c. venter. 35. distin. Scepol. l. 1. §. idem Iulianus. ff. de ædili. edic. Angel. l. 1. C. si quis Impera. male dix. Anchar. Imol. & Carer. d. clem. 1. de hom. Mat. Afflict. Constit. terminum vi. fal. 9. notab. 12. Marsil. l. 1. in princ. numer. 63. ff. de sicar. Carer. practi. criminal. §. circa. 2. numero vigesimosecundo. Tiraq. tract. de pœn. caus. 6. de dormiente verò. nota l. si seruus seruum. §. si fornacarius. ff. ad legem Aquiliam. Bartol. l. penult. ff. de parricid. Roma. Alex. Aretin. & Iason. d. §. adipiscimur. Florian. d. §. si fornacarius. & l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem Aquiliam. Anchar. & Cardi. d. clement. 1. Angel. d. verbo. scienter. Bartol. Iason. & Deci. l. vt vim. ff. de iustit. & iur. Marsil. l. in princ. numero quadragesimonono. ff. de sicar. & Carer. d. §. circa. numero vigesimoquinto. Tiraquel. d. tractat. de pœnis causa 5.
143 In † eadem esse causa infantes placuit, æquè enim illos atq; hos innocentia consilij tuetur, d. l. infans. & d. clement. 1. & vtrobiq; Doctor. & latissimè Tiraquel. tractat. de pœnis causa 7. & meritò. Nam illa ætas legum l. fin. ff. de iur. & fact. ignor. & l. fin. rem pupillar. fal. fore. & l. in eo quod plus. §. pupillus. ff. de diuers. regul. iur. antiq. præsumptione eorum, quæ videt, creditur ignara. l. 1. §. impuberes. C. de falsa mone. cum concor. in gloss. ibi alleg. & c. ex par.
144 de corpo. vitiat. Idem † beneficium quidam Gui. de Suza. tractat. de quæstionib. seu tormentis. & Carer. d. §. circa. num. 17. vide Tiraq. diffusè allegantem. de tract. de pœn. cau. 8. ad senes ætatis vitio desipientes ac repuerascentes nõ ineleganter pducunt, quasi & hi nocendi consiliũ non habere videantur. Neminem autem iniuriam facere intelligi, qui iniuriæ faciendæ mentem ac
145 propositum non habeat. Iniuria † siquidem, vt Domitius Vlpianus eleganter ait,

l. illud.

l.illud.§.1.cum concor.in glo. ibi alleg.ff.de
146 iniur. ex affectu facientis consistit. Neq; † distinguo, delictum atrox sit, nec ne, quod factum ab Hippolyto Marsilio lego, l.1.nu. 58.vers.sed prædicta, ff.de sica. & paulò quidem minus considerate. Vbi enim nullum delictum esse proponitur, non potest reperiri atrocioris & non atrocioris distinctio,
147 quod Marsilius non animaduertit. Adde, † parricidium, vt suprà dictum est, in furioso non vindicari.d.l.diuus. quod facinus atrocissimum esse, & cætera delicta immanitate
148 superare,nemo negauerit. Quod † Romulus Romani nominis conditor, declarauit, qui, cùm leges nascenti Romæ ferret, nullam in parricidas pœnam sanxit, nullũ hominum tantum flagitium admissurum arbi-
149 tratus. Quod † & sequens ætas non obscurè significauit,quæ grauissimum in parricidas excogitauit supplicium, quò, miseris, vsu omnium prius elementorum adempto, inter ferales angustias positis extremus vitæ spiritus eriperetur.l. penult. ff.d.l, pompe.
150 de parrici. Nec † ad rem pertinet exemplũ, quod adfert Marsilius, de Bruto, quod pœnæ subditur, etiam si nihil deliquerit, muliere ad concubitum admissa. In illa enim specie reperitur,c.mulier. 15. q. 1. d. l. 1. in prin. nu. 60. idem Marsi.pract. crim. verb. diligenter. nu. 167. Carer. item pract. crimi. §. circa. num. 110. qui deliquit, id est mulier, quæ se Bruto cõmiscuit: in parricidio autem à furioso facto non ita accidit. Nullum enim reperiri delinquentem, ob sensus vacuitatem
151 cædem admittentis. Multùm † deniq; interesse inter hos casus, ob id enim de Bruto supplicium sumi,ne illo flagitio contaminatum indignam facti memoriam refricet: d. c.mulier. in specie verò furiosi,quia nullum est delictum,d.l.diuus.cum concor.& c.aliquos.15.q.1. eo pœna liberato, indigna facti
152 memoria nulla potest refricari. Peccat † & in eo Marsilius, quòd à Brutis ad hominem cuius causa illa & cætera à rerum natura facta sunt, argumentum ducit, hominis videlicet dignitate ad Brutorum vilitatem insolenter depressa. l. iustissimè. in prin. ff. de
153 ædilitio edicto. Adde † hominum causa vt ait Hermogenianus, l. 2. ff. de stat. homi. omne ius constitutum esse, non brutorum. Hominibus ergò consultum esse legibus
154 oportère, non brutis. Nec † rectè à Marsilio defendi Hispaniarum Reginam, quæ de furioso, qui Regem coniugem grauiter vul-
155 nerauerat, supplicium sumi iussit. Nisi † fortè simulasse furorem fuisset probatus, hunc enim tantummodò excipit lex.d.l.diuus.de
156 offic. præsid. Illa † autem esse ratio videtur, quæ furiosos pœnis eximit: Nam siue ipsos ignorantibus, siue absentibus, quorum similes habentur, l. 2. §. furiosus. ff. de procu. & l.Iulianus. ff. de diuor. & l.2. §. furiosus. ff. de iure codi. & l. 1. §. adipiscimur. ff. de adquiren. possess. & l. sed si vnus. §. filius fa. ff. de iniu. & l. vbi non. voce. §. furiosus. ff. de diuer. re. iu. anti. comparemus, non esse pu-
157 niendos, consequens erit. Ignorantes † enim innocentia consilij excusat: l. infans. ff. de
158 sica. Absentes † autem in criminalibus damnari vetat Constitutio. l. absentem. ff. de pœnis. Ita Iasonem apud Iulium Paulum lib. duodetrigesimo Digest. l. ex facto. nu.
159 30. de vulg. & pup. disputare lego. Adeò † verò furiosis aliquid admittentibus parci solet, vt ne ij quidem, qui, cùm saperent, suæq; mentis essent, deliquissent, furiosi postea facti pœnas sufferant, Bald. post Alnarotum. c.1. in fi. prin. tit. an ille, qui interfecit, fra. domini sui. idem Bald. l. humanitatis. C. de impub. & alio. substit. Alex. Areti. & Iaf. post alios. d.l. ex facto. nu. 33. idem l. furiosum. C. qui testa. fac. poss. Angel. d. verb. scienter. Marsi. d.l.1. in prin. nu. 58. Carer. d. §. circa. nu. 14. etiamsi ante furorem damnati proponantur, Bald. d.l. humanitatis. & Bar. d. l. ex facto. Marsi. d.l.1. in prin. nu. 58. de sicar. & Carer. d. §. circa. nu. 15. etsi scio quosdam Principem consulendum esse, putare. Imol. c. Raynutius. de testa. per d.l.diuus. §. si verò. refert Carer. d. §. circa.
160 nu. 15. Proximæ † sententiæ Bald. d.l. humanitatis. col. 4. refert. Marsilius d. l. in prin. nu. 57. & Carer. d. §. circa. nu. 15. illa ratio redditur, quòd furiosi mortuis comparentur: Cynus. Bald. & Iaf. l. 2. C. qui testa. fac. poss. Carer. d. §. circa. nu. 15. in mortuos autem
161 vindicari non potest. Bis † sanè peccat, qui furiosi admissum vindicat. Primùm, quia vbi noxia non est, pœna constituitur, quod vetat constitutio. l. sancimus. C. de pœni. deinde, quia nihil sentiens plectitur. frustra autem est, in eum, qui sensu caret, animad-
162 uertere. Nec † mihi quis dicat, nam & hoc argumento Marsilius vtitur, d. l. 1. in prin. nu. 59. licere Iudicibus ob facinoris immanitatem legum præscriptum transgredi, seueriusq; quod admissum esset, persequi. Ino. c. 1. & ibi omnes eum sequuntur. de constitu. Bald. l. quid ergò. §. pœna grauior. col. 4. ff. de his. qui notan. infam. & l. obseruare. & l. proficisci, col. 6. vers. Vndecimò quæro de offic. proconsul. idem Bald. l. & si seuerior. col. 2. C. ex quib. cau. infa. irroge. & l. 1. in prin. de precib. imper. offeren. & l. 1. in prin.

prin. 5. colu. C. qui accusa. non pos. & Auth. sed nouo iure. col. 1. C. de ser. fugit. idem c. 1. colum. 6. qui feud. dare pos. & Angel. l. quod si nolit. §. qui assidua. de ædilit. edict. Roma. rub. C. qui admit. colu. 2. & l. si quis in graui. §. vtrum. colum. fin. ad sila. & cons. 429. Considero. colu. 1. idem l. si verò. §. de uiro. chart. 18. solu. matri. Feli. c. qualiter & quando. §. ad corrigendos. vers. circa quartum. ibi. sed pulchrè, de accusatio. Mars. l. vnius. §. cogniturum. num. 70. quem omnino vide. ff. de quæstio. & pract. crimi. §. diligenter. num. 159. Carer. d. §. circa. num. 110. Nam hoc quæstionem non attingit, cùm in furioso, vt est proximè dictum, nullum reperiatur facinus. Quippe quem non infelicitas modò fati, sed & ipsum non sentiendi infortunium, à quo nocendi consiliũ abest, excusat, d. l. infans. ff. de sicar. vbi autem nullum est facinus, nulla ibi potest intelligi
163 facinoris immanitas. Sed † finge, aliquod esse facinus in cæde à furioso perpetrata an non satis eum ipso furore puniri ait lex, d. l. diuus. inciuile ergò est atq; inhumanum, eum nos ad nouam pœnam vocare, & calamitoso aliam adsciscere calamitatem. l. iure. succursum. ff. de iure doti. l. nauis. §. cùm autem. ff. ad l. Rhodi. de iactu. & c. ex parte. cum concord. ibi. in glos. alleg. de cleric.
164 ægrotan. Meritò † itaq; reprehensus obiter à nobis est Marsilius, qui in furiosos, cùm atrocius aliquid admittunt, vindicandum esse scripsit, nõ perpensa legis clementia, quæ non obscurè ea valetudine laborantibus, fati infelicitate, furoq; satis furore punitis pepercit. d. l. diuus. & d. l. infans. Nec,
165 si † de legis voluntate ambigeretur, ad tam duram atq; asperam interpretationem erat Iasone d. l. ex facto. num. 31. authore decurrendum. Nam, vt Hermogenianus lib. 48. Digest. l. penult. de pœnis. est author, interpretatione, legum pœnæ molliendæ sunt potius, quàm asperandæ. Adde, ad eas species, quibus ipsa lege specialiter addita est pœna, pœnas alijs legibus etiam nouissimis irrogatas nequaquam pertinere, quod Papinianus l. fantio legum. de pœnis. eodem libro respondit. Igitur cùm lex omne furiosi delictum, non puniri modò, sed ipso furore satis puniri dicat, etiam atrocissimum, cuiusmodi est parricidium. d. l. diuus. alia pœna vindicari non debet, quod in proposito rectissimè dicitur. Nam si furore puniri, satis est: capite puniri, nimium erit. Sed his missis ad nostram disputationem redeamus.
166 Apparet † ex superioribus parum, sicuti & satis & nimium, vt aliò atq; aliò referuntur, variè accipi, idemq; modò parum, modò satis, modò nimium vocari, quod & ipsum de paruo & magno, pauco item & multo, rectissimè dici, suprà ex Aristotele demonstraui, nisi quòd inter illa medium adijciendum censui inter paucum quidem & multũ, idem quod inter parum & nimium, id est satis. Inter paruum verò & magnum, mediocre, aut certè inter omnia hæc modicum, quà à modo ea nox descendit. Nam, quod nec parum, nec nimium est, nec paruũ, nec magnum, nec paucum deniq;, nec multum. Sed inter hæc est situm, rectè modicum dicemus, eo quidẽ sensu, quo modum id verbum significat. d. §. fi. l. pretia rerum. De va-
167 ria † modici significatione abundè proximo loco dictum est, quo expedito consequens est videre, quæ sit eius definitio, quod modicum dicimus quo verbo, Bartholo authore, paupertatem demonstrari, suprà retuli, & quia, vt ex suprà scriptis constat, modicũ per se non dicitur, vaga eius atq; incerta demonstratio non facilè potest, certis quibusdam metis comprehendi, idq;, cùm de tempore est sermo, maximè apparet, in quo genere iuris prudentes initio, quid modicum sit, non satis expediunt, re in angustũ contracta, ijdem postremò ita se effundunt, vt vix vllis metis orationem suam circumscri-
168 bant. Et † quidem, vt ab eo, quod est in tempore minimum, id est à momento exordiar, eo verbo, vt Azoni per veteri legum Magistro placere lego, Glos. l. sicut. §. idem Papinianus. ff. quib. mod. vsusfruct. amitti. tempus, quod secari in partes non potest, le-
169 ges demonstrant, id est punctum. Hoc † quod Domitius Vlpianus libr. vndetrigesimo Digestor. l. placet. de adquir. hæredi. non obscurè declarat, cùm quotiens, inquit, hæreditas quidùe aliud nobis per alium quæritur, per filium fortè aut seruum, nostræ potestati suppositum, continuò nobis quæritur, neq; momento vllo in filij ser-
170 uiue persona consistit. Et † Marcellus apud eundem Vlpianum lib. 24. Digestor. l. sed interim. §. idem Marcellus. de donatio. inter vir. & vxor. cùm euanescere eius rei donationem scribit, quam per interpositam personam ad vxorem maritus voluit peruenire, nisi aliquo momento interiecto ea
171 res interpositæ personæ fuisset. Quibus † locis tam Domitium Vlpianũ, quàm Marcellum momenti vocabulo tempus, quod secari non potest, demonstrare palàm est.
172 Et † Iulium fortasse Paulum, cùm lib. sexto, Digestor. l. cùm sponsus. §. fin. in fi. de publicia in rem actio. publicana eum actione

vsurum

vsurum scribit, qui rem à domino emptam,
173 vel momento possedisset. Laxius † eodem
verbo Triphoninus lib. 1. Digest. l. Arescusa. de sta. homi. vsus videtur, cùm data sub ea
conditione ancillæ libertate, si decem millia
hæredi dederit, eam conditionem, quo mo-
174 mento parit, impleri posse ait. Constat † autem vno temporis puncto partum non ædi.
Eius enim facti tractum quendam esse, naturaliter intelligi, primùm enim mulierem
parturire, inde niti, eniti denique: fœtumq;
in lucem edere. Fieri itaq; non posse, vt ancilla pariente, conditio decem millium dandorum impleatur, & simul libera peperisse
existimetur, vt Triphoninus ait, d. l. Arescusa. nisi momenti verbum, cum quodam
175 temporis laxamento exaudiatur. Tractum †
quoque temporis significasse & Marcelcus
lib. 6. & 40. Digestor. l. innumerationibus.
de solutio. videri possit, cùm duas obligationes eadē numeratione tolli vno momento
ait, quo reo soluente vsu venit. Simul enim
& ei & fideiussori liberationem contingere.
Instit. quib. mod. tol. obliga. in princ. & l.
cùm quis. §. de peculio. ff. de solutio. idem
quoq; apud Pomponium libr. 8. Digestor.
Accursius glos. l. si cum duas. commu. prædi. Paulum Castrens. d. §. idem Papinianus.
adnotauit, cùm duas Insulas duobus eodem
176 momento traditas ait Pomponius. Haud †
minus perspicuè Imperator Iustinianus lib.
sexto Principalium Constitutionum l. fin.
§. fi. in fi. C. de bon. quæ libe. tractum in
momento inesse significauit. Negat quippe
in seruis, qui filijsfamil. ita donarentur, vt
statim ad libertatem perducantur, vsumfructum parentibus quæri, absurdum ratus,
vti subijcit, cùm in ipso momento possidere seruum & libertate donare filius famil.
habeat necesse: talem patri quæri vsumfructum. Possidere autem & libertate donare
vno temporis puncto non fieri, palàm est.
177 Tractum † ergò eo loco apud Iustinianum
in momento inesse constat, hoc est tempus,
quod, Accursio Glos. d. §. fin. in fi. verb.
momento. per l. ratum. ff. de solutio. authore, non tam oratione explicari, quàm
intellectu percipi possit, non dissimiliter
vsum verbo momenti Domitium Vlpianum animaduerto, qui libro septimo Digestor. l. sicut. §. idem Papinianus. quib.
mod. vsufruct. amit. fructuarium, cui vsus
fructus relegatus esset, eodem momento
vsumfructum amittere, et resumere scripsit.
Nam, quòd Azo separanda legis verba, repetendāq; momenti mentionem existimauit, perridiculum est, ratioq; latini sermonis
178 haud patitur. Fusius † momenti appellationem Iulius Paulus intellexit, cùm libr. 35.
Digestor. l. pretia rerum. §. fin. ad l. falcid.
pretia rerum ex temporum momentis constituenda esse negat. Quibus verbis Bartolus d. §. fi. l. pretia rerum. significare eum
scribit, nō inspici, quanti vna fortè die quid
veneat, sed quanti plurimis. Ad pretium
itaq; rei cuiusq; probandū docere ait oportere, quanti quid certo die & multò antè,
multoq; pòst venisset, quanquam mirandum est, tanti nominis scriptorem nullo
prudentiū responso id, quod affirmat, comprobare. quod enim temporum momentis
dies singulos Iulius Paulus d. §. fi. l. pretia
rerum. significare voluerit, non potius horam, aut angustius aliud tempus, nihil constat. Nec Bartolus momenti verbo tam pli-
xum tempus comprehendi docet. Quapropter, quod in tanto authore desideratur, id
nos, minuti scriptores, nec vlla parte cum
illo comparandi, supplebimus. Et quidem
apud Imperatorem Constantinum Augustum lib. Principal. Constit. 3. l. omnes. 1. de
ferijs. momenti vocabulo diei vnius vt Azoni lib. 7. Digest. Glos. d. §. idem Papinianus. apud Domitium Vlpianū placet, aut,
vt mihi quidem, plurium etiam significari,
prohibitis enim Vrbanis operis, à quibus
die diuinæ quieti sacro abstinere omnes iubet, agricolationi operam dare, cùm res ita
exigat, fas esse, scribit, cùm vitem, inquiens,
serere, frumentumue, oportunū est. Cuius
illa redditur ratio, ne, vt idem Imperator ait,
d. l. omnes 1. commoditas diuino beneficio
tributa, occasione momenti intercidat momentum intelligens diei vnius pluriumue
spatium. Quid enim si diebus dominicis aliquot solis operi rustico exercendo idonea
tempestas sit: quo loco, vt hoc obiter dicā,
constitutio, d. l. omnes 1. licet de frumentorum vitiumq; cultura loquatur, ad cæteram
agricolationē nihilominus produci deber.
Nam & ratio generalis est. l. regula. §. fi. &
ibi Bart. & Bal. not. ff. de iur. & fac. igno. &
l. 2. §. si mater. vers. quid si curatores. & vers.
quid si decesserint. ff. ad tert. & l. nomen de-
179 bitoris. §. fi. de legat. 3. & exemplis † vt vulgò dicere solemus, l. damni infecti. 2. ff. de
dam. infect. quod in vniuersum caueretur,
180 non constringitur. Huc † pertinet quod
Palladius de re rustic. lib. 1. cap. 6. eleganter,
181 necessitas, inquit, ferijs caret. Deniq; † si
serere frumentum die diuinæ quieti sacro
fas est, cur non metere? cur non item in horreum fruges conuehere, impendentibus
forsitan imbribus? rursus, si vitem ponere,
vineamq;

vineamq; instituere, cur non quoq; colere? vindemiamq; tollere? omnem enim fationem & frumentorum & vitium cęterarumque rerum, quæ terra aluntur, fructuũ causa esse, qui nisi percipiantur, exantlatus in ijs labor inanis est. Sanè qui agricolationis leges præscripserunt, quædam opera rustica feriis permitti, authores sunt, esse quippe, sicuti Vergilius cecinit, quæ festis exercere diebus,

Fas, & iura sinunt, riuos deducere, nulla
Religio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri, incendere vepres,
Ballantumq; gregem fluuio mersare salubri.

Qui cùm extremo carmine, fluuio mersare salubri, dixit: non ex omni causa gregem lauare licere per ferias significare videtur. Non enim lanarum gratia, quod Pontificũ placitis Columella vetitum ait, sed Medicinæ. Esse enim vitia, vt idem Columella scribit, quæ abluto pecore corriguntur, qui & alia opera enumerat, feriarum tempore ritu maiorum concessa. in quibus far pinsere, faces incidere, candelas febare, & alia non pauca, quæ, qui scire auet, ab illo petat, lib. 2. de re rustica. cap. vltimo. Quorum quæ dã Marcus Cato suo de re rustica libro singulari cap. 2. attigit, & hos sequutus Macrobius Satur. lib. 1. cap. 16. quæ nobis aliò properantibus lectori indicasse, satis sit.

182 Sed, † vt ad momenti verbum redeam, lego Venuleium lib. 5. & 40. Digest. l. cõtinuus. in prin. de verb. oblig. momentum naturæ appellasse id tempus, quod, si inter stipulantis & promittentis verba interuenit, stipulationi vitiũ non adfert, quod constat vnius esse diei spacium atque amplius. Nam & eum, qui non eadem die stipulanti respondisset, obligari: Venulei verbis consequens est. d. l. continuus. in fin. princ. & quidam Francis. de Ripa. l. 1. §. qui præsens. ff. de verb. obligat. Bartoli sententia confutata,

183 eleganter putant. Diem † hoc loco, vt id obiter attingam, lucémne accipiamus, hoc est tempus, quod est à Solis exortu ad occasum, an quod est à media nocte ad mediã noctem insequentem, quæsitum scio, qua in quęstione Bartholomęus Socinus Thomam Doctium Præceptorem suum putasse lib. 45. Digest. d. §. qui præsens. nu. 5. refert, ab ortu ad occasum diem esse exaudiẽdum: Suæ verò sententiæ illam reddit rationem, quod, quæ noctu rectè fiant, ea, si die facta dicantur, lucis tempore facta debeant intelligi. Iuxta notata per glo. & Docto. l. more

184 Romano. ff. de feri. Certum † autem esse sit, stipulationem nocte probè fieri. Ad-

185 dit † huic Præceptoris disputationi Socinus, quòd vulgò dicere solemus, leges ad ea, quę frequentius fierent, esse adaptandas: l. nam ad ea. ff. de legi. die autem, quàm no-

186 cte, stipulationes magis contrahi. Sed † nec hoc Socini, nec illud Doctij argumentum consistere. Refelli enim apertissimis Venulei verbis, valere stipulationem, inquientis, l. si ex duobus. ff. de duob. reis. cùm ad stipulantis verba, nullo extraneo interiecto actu, responsum posterà die proponitur: posteram autem diem, inita more Romano ratione, ab insequenti media nocte initium sumere, palàm d. l. more Romano, est. Non ergò in contrahendis stipulationibus exortu solis & occasu diem finiri, sed duabus dimidiatis noctibus luce interiecta, contrà, quàm Doctius existimauit, & hoc esse, quod Venuleius momentum naturę dixit. d. l. continuus. Momento itaq;, quod Bartoli d. §. fi. l. pretia rerum. sententiæ deest, multos dies significari constat, quo verbo tempus, quod secari non potest, demon-

187 strari suprà docuimus. Non † me fallit, Accursium apud Celsum lib. L. Digest. l. cùm bisextus. de verb. signi. de momento aliter disserere. Sed, quia nullo authore nititur, meritò à nobis posthabita eius opinio est, quadragesimã videlicet horæ partem, momentũ definientis, & puncti decimam, puncti vocabulo latius accepto, quo Mathematicis significari, quod secari in partes non potest, lib. 2. cap. 2. in Somno Scipionis Macrobius author est. Qua quoque in re Accursium nõ mediocriter errasse liquet, haud veritum ab Azonis, Præceptoris sententia discedere, qui tam momenti, quàm puncti appellatione indiuiduũ tempus demonstrari apud Domitium Vlpianũ lib. 7. Digest. l. sicut. §. idẽ Papinianus. qui-

188 bus. mo. vsufruct. amit. adnotauit. Hæc † de momenti significatione, vt proximè exposui, iurisconsultorum sententia est. Nam, qui accuratius hæc exactiusq; tractant, momento tempus negant demonstrari, quod tempore minus est, eo verbo significari arbitrati, & quidem Plato in Parmenide lib. 9. quiddam indiuiduum esse definit momẽtum, inter motũ quietemq; medium, quod

189 tempore non fit. Quam † sententiam si admittimus, fit, vt appellatione momenti id, quod Platone authore, tẽpore omni est angustius, primùm, mox tẽpus indiuiduũ, laxius deinde id est, quod secari possit, multorum deniq; dierum spacium significetur.

190 Quod † & in alijs verbis, quæ similiter pun-

ctum temporis demonstrant, vsu venit. Nam confestim fieri rectè dicimus, quod momento fit, vt quotiens per aliquem filiũ fortè aut seruum hęreditas aliúdue patri domínoue adquiritur. Confestim enim patri domínoue adquiri, id est, eodem momento, quo rẽ filius aut seruus adipiscitur, nullo enim momento in illorum persona, quod adquireretur, subsistere, ait lex. placet. ff. de
191 adquiren. hære. Cùm† ergò confestim fieri dicatur, quod momento, nullaq; mora interposita fieret. d. l. placet. fusius tamen accepta est eius verbi demonstratio, vt id à quoquam confestim fieri dicatur, quod ab eo, vbi primùm possit, fiat. l. 2. §. confestim.
192 ff. ad Senatusconsul. Tertulia. Quæ† res magnum habere tractũ potest, multorumq; dierum moram, vt in illa specie, cùm mater prioribus fortè tutoribus excusatis aut reiectis alios liberis suis confestim petere iubetur. d. l. 2. §. si mater. Quid enim si, nulla ipsa quidem infirmitate priuatáue causa alia impedita, sæpe multumq; conata, impetrare non possit, vt ei rei primo quoque tempore adsideat Prætor? d. §. confestim, longamq; ab eo dilationem patiatur: aliud atque aliud, quo minus sui copiam faciat, semper causanti, multisq; diebus inter moras consumptis, ægrè tandem adiri se sinat? fit itaq;, vt certus temporis numerus definiri non possit, intra quem confestim petisse
193 dicatur. Manifestior† in vi deiecto huius rei euidentiorq; demonstratio est, vt maior sæpe mora in eo, qui deiectionem fecisset, depellendo Vrbe fortè aut Castro aliquo occupato, quàm in tutoribus à Prætore petendis transigitur. Id enim non multis admodum diebus à segni etiam, parumq; benigno Prætore consequi licere. vt Vrbe autem, vnde deiecti essemus, Castróue armatum & omnibus rebus instructum exigamus, longioris esse operæ, & quantumcunque moræ intercedat, modò, qui deiectus est, in id vnum incumbat, vt vi contraria, quod amisisset, recipiat, confestim atque ex continenti vim repulisse prudentium interpretatione existimatur, l. 3. §. eum. igitur. & ibi glo. & Docto. de vi & vi arma. etiam si totum decennium in comparanda manu, qua iniusto possessore deiecto suum rursus adipisceretur, consumptũ dicatur, quæ sententia Hugonis scriptoris vetusti fuisse c. ius naturale. 1. distinct. perhibetur, eamq; posteriores Ioan. de Imol. Barthol. Soci. & alij. l. 1. §. qui præsens. ff. de verb. oblig. Anto. de But. Abb. Ioan. de Ana. & latè Feli. c. significasti. 2. nu. 12. de homicid. sequutos lego, crebriusq; receptã esse, Felinus lib. 5. epistolar. Decretaliũ author est. d. c. significasti. Neq;† verò id, cùm alienũ factum in-
194 terueniat, vt in proximis casibus accidit, verum esse, sed & cùm tota res in nobis solis sita est, vt cùm non à vero procuratore nomine nostro factũ, ratum à nobis habẽdum esse, quam primùm certiores facti sumus, ait lex. l. ratum. ff. de solut. Quando enim, quam primùm certior factus, quis dicatur, si quæras: cum quodã temporis laxamento accipiendum esse, eadẽ lex d. l. ratum. ait: laxamentũ verò hoc, neq; quod maximũ est, inquit, d. l. ratum. tempus, neq;, quod minimum, exaudire debemus, sed quod animo magis comprehendere atque mente, quàm effari verbis linguáue nũcupare pos-
195 sumus. Simili† quoq; modo acceptum est, quod statim fieret, sine aliquo scilicet interuallo. Offerri enim ab hærede legatarijs statim, atq; sine aliquo interuallo dici, quod nonnullo tamen temporis spacio interiecto offerretur, quod intelligere magis, quàm eloqui & exprimere verbis licet. Ita quodam apud Domitium Vlpianum lib. 31. Digest. Glo. in. l. cùm quidam. 2. verb. inter-
196 uallo. de leg. 2. scribere lego. Nec† dissimilis est Iuliani l. tutor, qui repertorium. §. 1. ff. de administrati. tuto. definitio res pupillares, quæ tempore pereunt, quæq;, vt ait constitutio, l. lex quæ. §. penul. C. de administra. tuto. seruando seruari nõ possunt, à tutore confestim distrahi exigentis, periculum suum, si quid inter moras deperiret, facturo, confestim autem verbum id tempus demonstrare ait, quod inter præcipitem festinationem atq; moratoriam cunctationem est medium. Neq; enim onerandum esse, vt re sua familiari prorsus neglecta, in rerum pupillarium distractionem nullis alterius rei interpositis operis, incumbat. Nec rursus ferendum moras nectentem, & friuola quædam causantem, nihilo enim magis partibus suis fungi, periculóue eximi, esse existimandum, si contutores à se expectari forsan alleget, qualibet de causa differentes, aut illata excusatione onus tutelæ detrectantes. Nam, qui ad res huiusmodi pupillares distrahendas confestim manum porrigere legibus iubetur, quo minus munere suo protinus fungatur, huic nihil horũ adferre moram debet, d. l. tutor. qui reper-
197 torium. §. 1. Idq;† vulgò in similibus verbis est receptum, paulatimq; ab arctissimo tempore atq; angustissimo, quod secari non potest, in longissimum latissimumq; per quosdam quasi gradus demõstratio diffunditur.

Nam

198 Nam, † cùm initiò id ſtatim fieri dicatur, quod momento & abſq; vllo interuallo ſit.
199 d. l. cùm quidam. Id † quoq;, quod paulò pòſt fieret, rectè nihilominus ſtatim factum dici, l. petens. C. de pract. c. cùm ſingula. de præbend. lib. 6. & ibi Archidia. vide Alberi. l. fi. C. de errore aduoc. quodq; quàm ocyſſimè fieri potuit, factum eſſet. c. olim. 1. & ibi glo. in verb. ſtatim. de reſtit. ſpolia. & ibi
200 omnes. & latius per Hoſtien. Exaudiri † nonnunquam ſtatim factum, quod intra viginti annos factum proponeretur. Nam, vt apud Calliſtratum lib. 49. Digeſt. l. 1. §. fi. de iur. fiſ. ſuper verb. ſtatim. author eſt Accurſius, cauſa ſtatim mota rectè dicitur, quæ in-
201 tra viginti annos mota ſit. Mira † hæc quidem ſunt, ex tam anguſtis initijs, in tam fuſam ſignificationem verba trahi, ſed eſt mihi propemodum non minus mirum, id quoq; à noſtris vſurpari in illis verbis, quæ præterq; quòd arctiſsimum tempus demonſtrãt, nullamq; ſua natura moram ferre poſſe videntur, præcipitem quandam celeritatem ſignificant, omneq; temporis à ſe laxamentum repudiant. Nam Bartolus lib. 30. Digeſt. l. qui duos. nu. 6. de reb. dubi. apud Tryphoninum, quod intra centum dierum ſpatium factum eſſet, repentè factum, rectè
202 dici author eſt. Excuſari † itaq; tutores pupilli, cui delata eſſet hæreditas, conſanguineosúe ait, nec fraudi illis eſſe, ſi intra centeſimum diem hæreditatem non adiſſent, & interim pupillus deceſsiſſet, meritoq; eis in integrum reſtitutionẽ datum iri, neq; cunctationem vllam eis imputari, quaſi pupillo
203 rebus humanis repentè exempto. Satis † ex ijs apparet incertam vagamq; eſſe verborũ, quæ natura ſua temporis punctum demonſtrant, inſtabilemq; eorum eſſe ſignificationem, vt quæ latiſsimis nulliſq; propè finibus concluſa diffundatur. Nec † certior eſt
204 aut conſtantior ipſa modici appellatio, qua de nobis diſputatio eſt inſtituta, dum modicum tempus decem dierum ſpatium nunc lex vocat. Sic Iulius Paulus lib. 14. Digeſt. l. promiſſor. 1. §. de pecu. conſti. ei, qui ſine die conſtituiſſet, modicum tempus, intra quod ſolueret, indulgendum ait, id eſt non
205 minus decem diebus. Nunc † laxius, id eſt triginta dierum, Domitius quippe Vlpianus lib. 43. Digeſt. l. 1. §. 1. de itine. actuq; priua. eũ, qui modico tempore itinere actuúe priuato aut via ab alio, nec vi, nec clam, nec precariò vſus proponeretur, ad Prætoris tuitionem pertinere ſcribit. Modicum autem tempus interpretatur, quod non mi-
206 nus triginta diebus ſit. Idem † Domitius Vlpianus lib. 5. Digeſt. l. ſi debitori, de iudic. debitori, ne ſibi actio ederetur, ſoluere parato tempus modicum, intra quod ſolutio celebraretur, ſtatuendum exiſtimat, id eſt, quod damnatis reis præſtari ſolet. Id autem Imperator Iuſtinianus Auguſtus lib. 7. Conſtitutionum l. 2. de vſur. rei iudi. Menæ præfecto Prætorio reſcribens quadri-
207 meſtre eſſe ait. Sed † nec intra has Menſium anguſtias ſe modici temporis appellatio continuit. Nam & Gloſ. clemen. 1. de reb. eccleſi. non alie. ſuper verb. ad tempus modicum. per textu. in l. cùm domini. ff. locati. & inſtit. de litera. oblig. in fi. biennium, & quinquennium, Gloſ. inſtit. de liter. oblig. ſuper verb. multum. & ibi Docto. & d. gloſ. ſuper verb. ad tempus modicum. ſed & ſeptenniũ, d. glo. ſuper verb. ad tempus modicum. per tex. in c. fi. ne prela. vi ſuas. & decennium d. glo. ſup. verb. ad tempus modicum. d. c. fi. colu. 2. cir. fi. verſ. alij dicunt. ne præla. vi ſuas. pro ſubiecto argumento modicum tempus accipi, quidam authores d. glo. ſuper verb. ad tempus modicum. ſunt.
208 Poſtremò, † vt eſt incerta eius verbi demonſtratio, ne res ſine exitu ſit, ius dicentis arbitrio modici temporis definitionem conſtitui, placuit, Arg. l. 1. in fi. ff. de iure delib. & l. 1. §. 1. ff. de effractor. & quæ allegat. latè glo. ſæpe. citata. ſup. verb. ad tempus modicum. eamq; ſententiam crebrius receptam eſſe, quoſdam ſcribere, Ioannes Anagninus lib. 5. Epiſtolar. Decretal. d. c. fi. col. 2. cir. fi.
209 verſ. nam multi dicunt. refert. Igitur † cùm certa eſt legis ſententia, quid pro ſubiecto argumento, modicum habendum ſit, definientis, id nos ſequemur, cùm erit autem hoc in obſcuro & legibus prætermiſſum, ius dicentis motũ expectabimus, quid modicum intelligere debeamus, arbitraturi, vt generaliter in ijs, quæ lege ſunt omiſſa, iuris authoritate facere ſolemus. l. 1. ff. de iu. de-
210 lib. cum ſimilib. Quibus † conuenienter, cùm is, vt ſuprà retuli, Bartolo authore, l. Lucius. §. hæredum. ff. ad Senatus con. Trebel. pauper dicatur, qui modicum habet, quem modum pecuniæ quibuſdam caſibus paupertatẽ lex definit, initiò ſpectabimus, eo deſtituti ius dicentis ſequemur arbitriũ, æſtimaturi, quæ facultates pro cauſæ qualitate, & conditione perſonarum, paupertati aſsignari debeant. Ita Bartolus lib. 24. Digeſt. l. ſi conſtante. nu. 14. ſolut. matri. & ibi ferè omnes. apud Domitium Vlpianũ notat, cæteriq; probant. Glo. & Docto. auth. præterea. & ibi. poſt alios latè. Deci. nu. 15. C. vnde vir & vxo. Angel. l. ſi verò pro con-

dem. §. quí pro rei. nu. 5. ff. qui ſatisda. cog. Ioan. de pla. l. ad ſubeunda. de decur. lib. 10. Cod. Bald. c. ſi qui teſtium. col. 2. de teſtib. Abb. c. 1. de accuſa. Lucas de penna. l. 1. de men. val. lib. 9. Cod. Rapha. Comen. conſ. 131. duo fratres. in princ. Areti. conſ. 13. col. 7. verſ. ad ſecundum. & Alci. l. quos nos. §. 211 1. ff. de verb. ſig. Cùm † itaq; quæſtionis erit, repellenduſne ſit ab accuſatione, qui minus quinquaginta aureis in bonis habet, quia lex eum tali in ſpecie pauperē definit, l. nonnulli. ff. de accuſatio. legis definitionē ſequemur, & tam tenue patrimoniū habentem ab accuſatione ſubmouebimus. Aureos hoc loco accipere debemus, qui ſinguli ſeptuageſimam libræ auri partem conſtituunt. l. quotiens. C. de ſuſcep. & arca. lib. 10. notat. glo. l. fi. in prin. C. commu. de lega. Alex. conſ. 15. volu. 3. Carolus Ruinus conſil. 150. Gratiſsimum. num. 15. volu. 5. Am- 212 plior † ſubſtanſtia, à liberti pauperis teſtamento patronum excludet. Nam niſi qui centum aureos habet, in hæreditate, arcere prætextu paupertatis à ſucceſsione patronū non poteſt, quia conſtitutioni, 4. ſi inſti. de ſucceſſi. liber. Bart. d. l. ſi. conſtante. & nu. 14. minus centum aureis habens libertus, 213 pauperum numero eſt. Quandoque † lex l. paupertas. & l. poſt ſuſceptam. §. paupertas. ff. de excuſa. & §. ſed & propter. inſti. eo. patrimonij modum paupertati non prorſus præſcribit, vt cùm tutelam quis obtentu paupertatis recuſat. Exigit enim, vt oneri iniuncto ſit impar, nec aliter vult detrectantem audiri. d. l. paupertas. cum concor. quis verò oneri iniuncto impar eſſe dicatur, hoc lex non expreſsit, ſed eum quidam, Glo. & Bart. d. l. paupertas. quod legi deeſt, ſupplentes, iniuncto oneri imparem arbitrantur, cui anguſtius eſt, quàm pupillo patrimonium, & ita forè, vt, qui ſit alioquin euidentiſsimè locuples, quia tamen minores, quàm pupillus, habet facultates, in tutelæ recuſatione pauper exiſtimetur, propter opum pupillarium comparationem, vt fideiuſſor, iudicio ſiſtendi cauſa datus, in quantiſcunq; ſit facultatibus poſitus, non cenſetur diues, niſi pro magnitudine rei, quæ petitur, locuples eſſe proponatur, glo. & Docto. l. fideiuſſor. ff. qui ſatisdat. cog. Marſ. l. 1. §. ad quæſtionem. num. 9. ff. de 214 quæſt. His † conſequenter, cùm teſtes, qui ad inuentarij conſcriptionem adhibentur, locupletes eſſe exigat Conſtitutio. §. ſi verò abſunt. verb. ſubſtantiam. de hæred. & falci. non minus eum, qui ad id adhiberetur, quidā glo. d. §. ſi verò abſunt. & verb. ſubſtantiam. habere in bonis volunt, quàm id ſit, de quo quæſtio eſſe poteſt, quod non ſine ratione dici videtur. Obſeruatur enim, quod ſuprà ſcripſimus, cauſæ qualitas, id eſt, quanti ſit, de quo moueri quęſtio poſsit, nec perſonæ inſpectio prætermittitur, cùm locupletem eſſe, qui ad teſtimonium adhiberetur, iubet conſtitutio. §. ſi verò abſunt. & verb. ſubſtantiā. Nam, vt in primis teſtis fides ſpectanda ſit, l. teſtium. in prin. ff. de teſtib. negligi tamen opes non debent, ſępe hominibus ob inopiam ad falſi conſilia in- 215 clinantibus. Eleganter † itaq; Calliſtratus lib. 22. Dig. inter cætera, quæ in teſtium perſona explorare putat oportere, illud notat, locuples, an egens ſit, vt lucri, inquit, cauſa 216 aliquid facilè admittat. Nam † vt Euripidis Oreſtes ait in Electra, hoc habet vitiū paupertas, quòd docet homines ſua indigentia 217 malum. Sed † hîc occurrit Iaſon, qui lib. 2. Dig. l. fideiuſſor, qui ſatisda. cogan. & ante. cum Alex. conſ. 61. habita. in fi. volu. 1. & cōſil. 237. perſpectis nu. 2. 3. 4. & 5. vol. 6. Carol. Rui. conſ. 158. viſis. nu. 27. volu. 5. & Marſ. l. 1. §. ad quæſtionem. & §. fi. nu. 13. ff. de quæſt. & 6. Principal. Conſtitutionum Authen. prętera. C. vnde vir & vxor. ob ſolam paupertatem repelli, quem à teſtimonio negat, quod iuris pontificij interpretū quorundā glo. fi. c. ſi qui teſtiū. de teſti. Spec. tit. de teſti. §. 1. verſ. itē quid eſt pauper. Franciſ. Areti. poſt alios. d. c. ſi qui teſtiū. & conſ. 13. viſo diligenter themate. col. 10. authoritate confirmat, paupertatē teſtimonio vitiū non adferre exiſtimātium, ego amplius Pontificū placitis id dicere, cōſequens eſſe puto. Nam Eugenij tertij cōſtitutione d. c. ſi qui teſtiū. lib. 2. epiſtolarū Decretalium cautum eſt. ad valetudinarios, ſenes, debilitate confectos, & depreſſos paupertate domū mitti oportere ad iuſiurandum. Vnde intelligere licet, nō magis paupertatē teſtimonio fidem abrogare, quàm aduerſam corporis valetudinem, aut ſeniū, æquè enim ad omnes hos teſtimonij cauſa adire iubet conſtitutio: d. c. ſi qui teſtiū. aduerſam autē corporis valetudinem aut ſeniū quicquam de teſtiū fide de- 218 trahere, nuſquam relatum eſt. Sed † hæc ſuperiori ſententiæ non aduerſantur, quà enim ad pauperes adire teſtimonij cauſa cōſtitutio præcipit, ad perſonas pauperum reſpexit, non admodum pecuniæ, quæ in lite eſt. Poſſe enim fieri, vt cuius teſtimonium deſideratur, habeat non minus in facultatibus, quàm de quo lis eſt, in qua eū teſtimonium dicere conuenit, inſpectis tamen natalibus & dignitate familiæ, ſit pauper, eru-

beſcatq;

beſcatq; propterea in ius venire: quod apud eundem Eugenium eſt adnotatum. d. gloſ. fi. d. c. ſi qui teſtium. Nam, vt alioquin ob tenuitatem patrimonij, qui egens eſt, in ius venire non poſsit, dicendum non videtur, ſumptus enim itineris, litigatoris impenſa fieri debere, conſtat. c. ſtatutum. §. penult. de
219 reſcrip. libr. 6. Ratio † autem, cur habere in bonis non minus teſtem oporteat, quàm de quolis eſt, illa reddi poteſt, quòd falſo teſtimonio dicto ſatisfacere læſo pro modo damni dati teſtis debet: c. 1. & ibi gloſ. Abb. & alij de crimi. fal. hoc autem, niſi pares habeat facultates rei, quæ controuerteretur, qui teſtimonio læſus eſt, conſequi non po-
220 teſt. Statuendum † itaq; erit, teſtem cauſæ, quæ agitaretur, pares facultates habere debere, vt idoneus ſit, ne læſi falſo teſtimonio litigatoris, damnum factum perſequentis,
221 inanis ſit actio. Cæterùm † extra comparationem quantitatis, de qua lis eſſet, tenuitas in perſona teſtis illa notatur, quæ eum ad deierandum facile inuitet. l. teſtium. in prin. ff. de teſti. Finge enim, litem de quingentis eſſe, eumq;, cuius teſtimonium deſideratur, mille in bonis habere, ſed pro natalium dignitate pauperem eſſe, certè, et ſi plus in patrimonio habet, quàm in lite eſt, ſi ſuſpectus ſit iudici, vt qui lucri cauſa credatur aliquid facilè admiſſurus, non immeritò repelletur.
222 d. l. teſtium. in princ. Id † enim totum, id eſt quę paupertas ſuſpectum reddat teſtem, in iudicis ſitum eſt arbitrio, vt Albericum d. l. teſtium. in princ. ff. de teſti. ſcribere, Felinus d. c. ſi qui teſtium. num. octauo, refert.
223 Quanta † deniq; teſti pauperi fides habeatur, ex perſonarum qualitate & quantitate cauſæ, iudicem æſtimare debere, Nicolaus d. c. ſi qui teſtium. & num. 8. Abbas ſcribit, nec natalium dignitas hunc tuebitur, quo magis ad teſtimoniũ admittatur, ſi ampliſſimis maiorum ſuorum opibus per luxum diſsipatis, ad eam egeſtatem deueniſſet.
224 Nam † placuit eum qui non fortunæ vitio, ſed ſuo probro facultatibus lapſus proponitur, vt qui non rerum modò ſuarum, ſed & famæ prodigus ſit: idoneum teſtem non eſſe: quod Baldus lib. 2. epiſtolarum Decretalium adnotauit. Bald. c. ſi qui teſtium. col. 2. de teſtib. Tiraq. l. ſi vnquam. verb. bona. nu. 5. in fi. C. de reuocan. donati. & Alexander Tartagninus conſultus reſpondit. Cõſ. 237. perſpectis. nu. 2. vol. 6. Quomodo enim alienæ ſubſtantiæ dicto teſtimonio parcet, qui ſuæ non pepercit? notata, l. fin. §. minores. C. de ſenten. paſſ. Alex. d. conſil. 237. & Tiraq. d. verb. bona. & num. quinto, in fin.
225 Adde, † non eum modò pauperem dici, qui parum habet in bonis, ſed & qui parum probatis moribus eſt, quod idem Baldus, libr. quinto Principalium Conſtitutionum l. humilem. C. de inceſtis nupt. Franciſ. Ripen. l. ſi conſtante. numer. 34. ff. ſolu. matri. belliſsimè ſcripſit, cuius ſententiam Marianus Socinus Conſ. 17. colum. fin. & Philippus Decius d. auth. præterea. num. 15. non
226 immeritò probant. Et † ſanè, vt ijs nocet paupertas, quorum facultates ipſorum probro attritæ ꝓponuntur, abrogata videlicet eorum teſtimonio fide, ita per contrarium eos, qui rapinis maliſq; artibus magnas ſibi diuitias comparaſſent, nullam inde ſentire opitulationẽ debere, conſequens eſt, quod Iacobum Rauennatem & Petrum, veteres legum magiſtros, exiſtimaſſe Cynus libr. 4. Principalium Conſtitutionum l. in bonæ fidei. 7. q. C. de reb. credi. refert, qui diuitias quo iure quaq; iniuria quæſitas poſſeſſori prodeſſe negãt oportẽre, quo magis in probationum inopia deferre ei iuſiurandum iudex debeat, cùm iuſtè opes adepti hoc beneficium mereantur, Cynus. d. l. in bonæ fidei. & d. quæſtio. 7. Non enim eos facilè peieraturos, vt qui laborant inopiâ, præſumptum d. l. teſtium. in prin. vbi poſt gloſ. Salyc. Adde. Alex. d. conſ. 237. num. quinto,
227 eſt. Illud † tractemus, ſi, vt ex Baldi ſententia modò dixi, pauper & is eſt, qui parum probatis eſt moribus, an non ſit conſequens, eum diuitem eſſe, qui optimis moribus eſt prædituſ? & ita proculdubio dicendũ erit, idq; Franciſ. Ripenſis notat. d. l. ſi conſtan-
228 te. & nu. 34. Secundum † quod, & qui honeſtæ vitæ ſunt, atq; inculpatæ, quamuis tenues eorum eſſe facultates proponantur, ad teſtimoniũ ferendũ rectè admittentur, quod plerique Glo. fi. d. c. ſi qui teſtiũ. & ibi Docto. & glo. §. item teſtium. verb. locuples. 4. q. 3. Specu. tit. de teſte. §. 1. verſ. itẽ quod eſt pauper. & gloſ. d. l. teſtiũ. verb. admittant. & ibi Flor. Cynus. l. 3. q. 7. C. de reb. cred. non malè probant, quibus aſſentior. Nam in ijs, quę ad teſtimonij fidem pertinent, non minus ſynceritas animi, quàm opes externæ, vale-
229 re debet, integritas † deniq; perſonæ ac ſanctimonia, vt eleganter ait Felinus, c. in literis. numer. quinto, vbi latè alleg. de teſtib.
230 tollit omnem ſuſpicionem, & † idcirco Caliſtratus d. l. teſtium. in perſona teſtium exploranda honeſtæ vitæ quis ſit, & inculpatæ, æquè ſpectare iubet, ac locuples ne ſit, & in facultatibus poſitus, & carere ſuſpicione vtriuſq; teſtimonium peræquè putauit, huius propter cauſam, quaſi, qui locuples ſit

atq; opulentus, lucri causa, nihil facilè admissurus existimetur, illius propter personam, à qua testimonium ferretur, quod honesta sit, & propterea à fraudis consilio alie-
231 na, si † modò illud sciamus, testi diuiti, quàm pauperi magis credi. quod Bartolus lib. 1. Digest. l. illicitas. §. fi. de offi. præsid. apud Domitium Vlpianum notat, cuius illa redditur ratio, quòd, qui eget, quàm qui diues est, facilius testimonij sui fidem adulterari pecunia atq; corrumpi patiatur. Abb. d. c. si qui testium. nu. 8. Salyc. l. 3. ff. de testi. Alex.
232 d. cons. 237. perspectis. nu. 5. vol. 6. Quod † suprà dictum est in paupertatis definitione, cùm pauper ne quis sit, arbitrari iudex debet, spectari personarū conditionem oportère, ita accipi solet, vt pro dignitate natalium
233 modus patrimonij præscribatur. Ideoq; † fieri, Bartolo d. l. si constante. nu. 14. authore, vt nobilis mille habens in bonis, sit pauper: rusticus verò, & humilioris loci homo, tantundem possidens, locuples habeatur. Arg. l. nepos proculo. ff. de verber. significa. & l. sed & si susceperit. §. 1. ff. de iudic. & notata, l. in condemnatione. ff. de diuers. reg. iuris. & Socinus consilio trigesimo, & in causa dominæ colum. secunda, libro quarto Angel. si verò. §. si pro rei qualitate. ff. qui satisdare. cogan. Deci. consilio 163. in causa matrimoniali. col. 4. vers. 2. principaliter Tira. de nobili. c. 20. nu. 156. Secun-
234 dum † quòd Baldus lib. 1. Principal. Constitutionū apud Imperatorem Iustinianum, l. si quis ad declinandum. num. 5. de episco. & Cleri. Benedict. Capra. cons. 54. punctus quidam. Cepo. de Imper. mili. delig. 21. priuili. nobilitatis. Philip. Deci. cons. 120. presbyter. colum. 1. Iason si constante. colum. 23. num. 151. vers. item si aliquis nobilis. ff. solu. matri. Ioan. Luc. repeti. rub. de donatio. inter virum & vxorem. §. 11. col. 4. vers. & inde est. & repe. c. per vestras. §. 12. colum. 2. vers. ad cuius confirmationem rursus. §. 23. colum. 2. vers. benefacit. & Alciat. l. quos nos hostes. §. locuples. ff. de verb. sig. Tira. de nobili. c. 20. num. 154. nobiles, quibus sit vnde viuant, pauperibus connumerat, nisi hoc amplius, quemadmodum dignitatem suam tueri possint, habere
235 dicantur. Et † idcirco eis, quod pauperibus in alimoniam legatum est, deberi scribit, & nubiles filias, habentibus, quas pro generis sui dignitate collocare non possint, quod in dotes egentium relictum est, similiter rectè præstari, ait, à quo beneficio plebeij qui habent, vnde viuant ipsi, & filias suas conuenienter elocent, arcendi sunt. Bal. d. l. si quis ad declinandam. & nu. 5. à contrario sensu. Nam, non vt nobilibus necessitas tuendæ
236 dignitatis suæ, & his incumbit. Et † ita fit, vt nō cumulus patrimonij secernat paupertatem à diuitijs, sed personarum cōditio, plus minúsue, vt honestiore quisque loco natus est, ad statum suum retinendū exigentium.
237 Quapropter, † cùm condemnato, qui egenus, quà facere potest, soluere cogitur, l. maritum. ff. solu. matrim. & l. miles de re iudic. non totum, quod habet, extorquetur, sed eius habetur ratio, nec egeat, vt Iulius Paulus lib. L. Digest. c. 173. l. in condemnatione. de diuersis regulis iuris antiqui author est, interesse quidam, Paul. de Citadi. tract. de iure patro. 7. q. 6. partis. Matth. de Afflic. consti. Siciliæ. cuius initium, qualitas personæ. col. 2. & consti. quisquis. col. 3. Anto. Corset. c. grandi char. penult. de supplen. negligen. præla. Tiraq. tract. de nobilit. c. 20. nu. 142. nō ineleganter putauerunt, nobilis eo beneficio vtatur, an plebeius. Nam reliqui nobili tantum oportet, quantum eius conditio postulat, & natalium dignitas, & ne pauperū cibis vesci, néue solus viuere cogatur, c. non cogantur. 41. distinc. Bald. l. 2. in prin. C. quod cum eo. per text. l. sed & si quid inædificauerit. §. sufficienter. ff. de vsufructu. & l. cùm vnus. §. alimentis. de alimen. & cibar. lega. idem Bald. rub. C. qui bonis cedere poss. Angel. & Imola. l. Nesennius. §. fi. ff. de re iud. Imola, Raphael & Alex. l. si maritus in id. ff. solu. matr. Nepos proculo. & ibi. glo. verbo, dignitate. ff. de verb. sig. & l. tutor. secundum dignitatē. ff. de administratione tuto. Dynus, Angel. & Ias. §. sunt præterea. vers. item si de dote. instit. de actio. Francis. Areti. cons. 17. consideratis. colu. penult. Panor. c. cum adeo. de rescri. Tiraq. d. c. 20 & nu. 142. cùm ignobili, vnde tenuiter viuat, reliqui satis sit. Docto. vbi suprà. sane enim quod plebeio satis est, idem nobili satis fore, non est consequens
238 dicere. Et † generaliter quotiens alimenta debentur, lautius cum nobilibus agi solet, quàm cùm plebeijs, l. 1. §. mulier, cum concordantijs ibi in glo. ad lega. ff. de ventre in possess. mitten. Adde glo. c. episcopus. verbo, victu. 10. q. 2. & glo. c. nobis. verb. modestè. & ibi. Anto. de Butr. col. 3. vers. quæro, tenetur, de iure patr. Tira. d. c. 20. nu. 143. ꝙd in vsus legato est quoq; receptum. Vberius enim nobili, quàm plebeio deberi placuit, l. plenum. §. præter habitationem. vers. & exijs. ibi, largius cum vsurario agendū est ꝙ dignitate eius, cui relictus est fundus. ff. de vsu & hab. Andre. Barul. const, Siciliæ, cuius

cuius initium minoribus. & ibi post eum. Matth. de Afflic. 4. q. Tir. d. c. 20. nu. 153. quę
sentẽtia in legatis vsq; quaq; obtinuit. Nam
nemo nescit, ex legatariorũ dignitate legata
augeri, l. sed & si susceperit. §. sed & si pro-
ponas. & ibi glos. nota. ff. de iudic. & l. si ser-
uus plurium. §. fi. ff. de lega. 1. & facit lex. si
longius in fi. ff. de iudic. & q̃d scribit Bald. l.
filius fami. per ill. tex. ff. de dona. & Tiraq. d.
c. 20. & nu. 158. quare modico patrimonio in-
ter pauperes distribui iusso, nihil inde latu-
ros nobiles pauperes bellissimè Angelus d.
§. sed & si proponas. respondit, quasi de illis,
tamexiguam substantiam relinquens, sensis-
se nõ videatur, quod in illa quoq; specie scio
receptũ, cùm ei, qui bonis cesserit, turris mille
aureos valens, est relicta, nam vrgentib. ad
eius venditionem creditoribus, & homini
pauperi, & modò fortunis omnibus exuto,
tam amplam habitationem non conuenire,
allegantibus, distinguendum ait Baldus, l. fi.
colu. 2. vers. quæro, quidam cessit. C. qui bo.
cede. poss. & Tiraq. d. c. 20. nu. 160. etsi humi-
liore loco natus debitor proponatur, audiẽ-
dos creditores scribit. Cæterùm nobilem ad
turris venditionem non esse cogendũ, quasi
239 ea carere cõmodè non possis. Constat † enim
eos, qui bonis cesserũt, si quid postea bono-
rum sunt adepti, quà facere possunt, esse cõ-
ueniẽdos. l. is q bonis. 2. & l. qui bonis. ff. de
240 cessio bono. Quæ † in nobilibus dicta sunt,
ad viros literarum scientia claros nõ imme-
241 ritò porrigemus. Nam literarum excellentiã
nobilitati generis Angelus apud Domitiũ
Vlpianum lib. 5. Dige. eleganter comparat,
d. l. sed & si susceperit. & §. sed & si propo-
242 nas. ff. de iudi. Et † Zenzelinus apud Ioannẽ
xxij. eius nominis Pontificem Romanum
extrauagan. execrabilis. verb. qui mendicãt.
de præben. eos, qui inter alios scientia emi-
nent, genere illustribus exæquat, & nisi, vn-
de pro dignitate sua viuere possint, habeãt,
mendicis atq; egentibus connumerat. Ac-
243 cursius † verò apud Domitium Vlpianum
lib. 17. Digest. l. societas contrahitur. pro so-
cio. generaliter in adipiscendis sacerdotijs
viros literatos nobilibus exæquari scribit,
& eum sequuti Baldus, d. l. societas cõtrahi-
tur. & cons. 199. in causa ista. colu. fi. libro 3.
Salycetus, d. l. societas contrahitur. Fulgo-
sius, d. l. societas contrahitur. & pleriq; alij
idem notant. Benedict. Plumb. l. generali-
ter. §. si quis alienum. versic. quis ergò. ff. de
fideicommiss. libert. Ioan. Plat. l. fi. C. de cõd.
in pub. hor. libro 10. & Barb. c. postu. astí.
col. 2. de rescrip. & c. accedens. fi. col. 2. vt li-
te non contestata. Tiraq. de nobilis. c. 20. nu.
244 10. Quo † loco Fulgosius apud Siculos viris
literatis magnum haberi honorẽ se accepisse
refert, & inde sanctã eam insulam esse nõin-
245 certa coniectura colligit. Sanè † enim iustitiã
ibi coli necesse est, vbi eius professores hono-
rantur, vt contra ibi leges contemni, & licẽ-
tiam valere, vbi, qui artẽ boni & æqui tenẽt,
246 non sunt in pretio. Sed † ad susceptũ argumẽ-
tum redeo, & quidem ei, quod dicebatur, de
præferẽdis nobilib. videndũ est, ne non oc-
currat, quod, vt Gregorius 9. eius nominis
Pontifex Max. lib. 3. Epistolarũ Decretaliũ
author c. penul. de præben. est, Deo nos non
natalium claritudo, sed virtus reddit gratos
atq; acceptos, & idcircò factum ait, vt Chris-
tus Deus paucos nobiles & potentes ad ec-
clesiæ suę gubernacula vocauerit, hoc est, vt
quidam Glo. & Doct. d. c. penult. scribunt,
Paulũ & Bartholomæũ: cæteros enim igno-
biles & inopes fuisse, proditum d. gl. d. c. pe-
247 nul. & ibi Doct. est. Quare † quidã, cùm ei in
Pontificatu cõpetitor obscuritatem natalium
obijceret, respõdisse fertur, Petro Piscatori,
filio fabri, successorem quęri, non Augusto.
Glos. c. quoniã. vetus. verb. inuidia. 24. q. 1.
Fel. c. cùm adeò. nu. 7. de rescrip. Tiraq. d. c.
20. nu. 16. Et prima quidem specie superiori
sententiæ aduersari hæc quisquam putauer-
it, sed hoc nequaq; opinandum est. Nam
248 † ita demum nobilitatem ignobilitati ante-
ferri, si cætera paria esse proponantur. Cęte-
249 rum † ignobiles probos, bonæ frugi & lite-
ratos studijsq; & Doctrinis deditos nobi-
libus improbis parùm benè moratis, lite-
rarum ignaris atq; contemptoribus præferi
oportère, pleriq; omnes existimant. Glo.
c. constitutis. 2. verbo. impotentiam. & ibi
Hostien. Philip. Fran. Ioan. Andre. Abb. &
alij. de appellat. Hostien. & Hẽri. c. penul. de
250 præben. Tametsi † illud nõ me fallit, esse, qui
scribant, nobiles & potentiores mediocri-
ter moratos atq; eruditos ignobilibus, &
qui potentia non valent, licet moribus & li-
terarum scientia præstent, cùm ita Eccle-
siæ vtilitas postulat, esse anteferendos, Hosti-
en. Philippus. Francis. Ioan. Andr. Abb. &
alij. d. c. constitutis. Argu. c. officij. de elect.
& Fel. d. c. cùm adeò. col. 4. aduersus quod si
factũ sit, hoc est nobili, cuius opibus ac po-
tentia indigebat ecclesia, posthabito, electio
de plebeio alioquin idoneiore facta, vt Hẽ-
ricus Cardinalis Hostiensis d. c. constitutis.
& alij Abb. & Philip. Dec. col. 2. in fi. d. c. cõ-
stitutis. Tiraq. d. c. 20. nu. 17. quidam sunt au-
251 thores, meritò infirmetur. Quę † sententia, si
quando vnq; sequenda fuit, nostra certè ęta-
te maximè prævalere debet. Nam laboran-

te ob

te ob nouas religiones Ecclesia, ac propè oppressa, & iurisdictione parum, disputatione & literis non admodum opitulantibus, ad ius Ecclesiæ retinendum potentia opus est cum primis, atq; opibus, & hoc iure vti, in his regionibus conuenit, in quibus hæreses grassantur, & vires indies accipiunt, vt in Polonia atq; Lituania, etsi quæ sunt aliæ Prouinciæ, in quibus, contempto Ecclesiæ iudicio, suæ quisq; prudentiæ innititur, & posito Dei metu, ac sine vlla magistratus reuerentia, arbitratu quisq; suo sacra constituit atq; colit. Nam in Italia, Gallia atq; Hispania, vbi vetus religio illæsa prorsus atq; imminuta permanet, & sacratissimarum legum authoritate omnis cohibetur audacia, summaq; ac iugi magistratus seueritate nullus licentiæ locus relinquitur, hac natalium prærogatiua non multùm admodum opus est, virtute & literis suum semper pondus
252 atq; honorem habituris. Sanè ne commemorem in Iudæis & Saracenis exigendis vltas magna pietate diuinam iniuriam superioribus sæculis esse Hispanias, proximis diebus, vt ad me Gonsaluus Paternoius, Aragonius, necessarius meus, Roma modò scripsit, exemplum præclarissimum hæresum vindicandarum ediderunt, sumpto de Cazalla supplicio, qui veteris religionis oblitus, in vlteriorem Hispaniam, vnde illi origo fuit, inuehere peregrinos quosdam errores erat adgressus, quibus, ipso Cazalla duce atq; Doctore cum multis eum sequutis damnato, igniq; consumpto, maturè obuiam itum est, & ita deceptis cum deceptore de medio sublatis, ne malum altius serperet, quod multorum animos iam occupauerat, vt est seuera in religionis causa gentis nostræ disciplina, eo iudicio effectum est. Ioanna posteà Regina, quæ Philippo fratre absente ad gubernacula Reipub. sedet, & Carolo Hispaniarum Principe cum optimatibus & cætero populo, iusiurandum verbis conceptis dare iussis, Iesu Christi religionem Ecclesiamq; Catholicam, Romanam, se vsq; quaq; defensuros, in eiusq; cultu atq; obsequio victuros ac morituros, polliceri deniq; persanctè, aduersus nascentes hæreses, pro sua quenq; virili, omnem operã atq; opitulationem Christianæ fidei vindicibus, Cazallam magno loco natum accepi, & singulari dicendi facultate præditum, sacrarũq; literarum scientia apprimè eruditum, quibus dum incautius vtitur, æternam nomini suo notam inusit, & se, nisi tempestiuè esset occursum, & suam simul patriam pessundedisset. Sed ad propositum argumentum re-

253 deo. Porro, † quod suprà dictum est, eius, qui quà facere potest, condemnatur, habendam rationem, nobilis, an plebeius sit, vt nobili, quàm plebeio, plus relinquatur, Iason libro 4. Principalium Institutionum §. sunt præterea. vers. item. si de dote. num. 7. instit. de actio. ad milites & literatos producendum existimat. Quippe quibus æquè atq; nobilibus relinqui non minus oportere scribit, quàm eorum exigit conditio atq;
254 dignitas. Et † consequenter inter ipsos, vt mea fert opinio, inspiciendum erit, alius alij quid præstet. In milite quidem ordinis habetur & stipendiorum ratio, & gradus militiæ. Nam si hæc in pœnis constituendis spectantur, vt Arrius Menander lib. 49. Digesto. l. non omnes. de re mili. author est, eadem in beneficijs negligi debere, inciuile est atq; inhumanum dicere. odia. de regu.
255 iur. lib. 6. In † Doctore autem ingenium, naturam, doctrinam, atq; institutionem cõsiderabimus, his enim rebus alios alijs præstantiores esse, & Ciuitati vtiliores. l. inter
256 artifices. ff. de soluti. Enimuerò † & inter milites, qui parùm à paganis distant, & inter Doctores, qui non multùm absunt à vulgo, doctrinæq;, quam profitentur, nudum nomen gerunt, vtriq; Reipub. haud admodùm vtiles arceri ab hoc priuilegio debent, quod in beneficijs, quæ Pontificum indulgentia continentur, seruatum Romæ Eugenio iiij. Pontifice Andreas Barbacia refert. Proëmi. Clemen. colu. 14. quæ ad eos Doctores iudicatum est non pertinere, qui eius scientiæ, cuius titulos gerunt, ignari sunt atq; imperiti, quibus consequens esse idem Barbacia scribit, d. Proëmi. Clemẽ. eum, qui sacerdotium obtinuisset, se Doctorem professus, carere eo debere, si Doctoris titulum sine doctrina & literis vsurpare proponatur, quæ non sine ratione dici videntur, licet Felinus Rubr. de maio. & obe. num. 4. Franciscum Aretinum, c. Cleri. col. 2. de iudic. Præceptorem suum contrà disputare
257 scribat. Prot Barbaciæ sententia facit, quod, quæ dicuntur, cum effectu, non verbo tenus, accipi solent. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisq; iuris. & c. relatum. cum concor. ibi. in glo. positis. de Cleri. non residen. Gome. reg. de anna. possess. q. 47. num. 4. & ante cum latissimè Marsil. 1. 6. & 7. colu. C. de Si-
258 ca. Et † sanè, vt nihil intereſt, qui præficitur, inutilis sit Ecclesiæ, an nullus præficiatur, vt Alexander iij. Pontifex Maximus Antiocheno Patriarchæ lib. 1. Epistolarum Decretalium c. inter corporalia. §. sed neq;. de transla. Episcopo. rescripsit, ita qui nulla

præditus

præditus est literatura, ac si ne sit quidem, Doctoribus connumerari non debet. Nam qui in ea causa sit, hūc inutilem esse Ciuitati constat, nec pro Doctore habendus est, qui expers est literarum, & doctrinæ, cuius titulos ambitiosè, occupauit ignarus non magis, quàm manus arida, quæ nullis suis fun-
259 ctionibus idonea est, pro manu est. Et † idcircò, si cui ob delictum amputanda manus est, non quæ aruit, sed quæ incolumis est, & valet, amputanda erit. Baldus post Cynum. & ibi Recentiores. Auth. sed nouo iure. C. de ser. fugiti. Gome. de regu. de anna. posse. q. 47. & nu. 4. quod magna sanè ratione dicitur, nam quod inutile est, perinde ac si non sit, habetur. notat. glo. c. fraternitatis. verb. deerat. de frigid. & malè. Gomes. d. reg. de
260 anna. possess. & d. nu. 4. Non † abhorret ab his, quod Baldus notat, Auth. licentiam. nu. 3. versicul. sed ponamus. C. de Episc. & Cleri. cùm nouissimam Iustiniani constitutionem, d. Auth. licentiam. quæ est de Episcoporum testamentis, ad eos Episcopos negat pertinere, qui dignitatem habent, sine administratione, quo numero sunt, quibus Episcopatus apud Saracenos assignantur. Quam sententiam Andreas Barbacia Tract. de præstant. Cardi. q. 3. 1. patris. colu. 3. & Gomessius d. q. 47. & d. num. 4. versic. accedit. non immeritò probant, & ego non in-
261 uitus sequor. Nam, † vt Iasonem libro 30. Digestor. apud Pomponium l. id quod. num. 25. scribere Gomessius refert, d. q. 47. & d. num. 4. & diuers. accedit. qui in ea causa sunt, impropriè atq; abusiuè Episcopi di-
262 cuntur. Constitit † ex superiori nostra disputatione in paupertatis definitione non patrimonij modum, sed personarum spectari cōditionem oportēre, modò, nobilisne, an plebeius miles modò, an paganus, doctus denique, an literarum expers, nudos titulos prætendentibus, à legum beneficio submotis.
263 Solet † & extra personarum conditionem, onus, quod sustineretur, spectari, & pro eius modo, dives quis sit, an pauper, existimari, quo inspecto, sæpe, qui minus habet in bonis, eo, qui plus habet, ditior est, quod euenit, cùm ille, quàm hic, vt bonorum, oneris habet quoq; minus. Finge enim, vt Baldus d. l. si quis. ad declinandam. & num. 5. ait, esse duo nosocomia, vnum habens duos ægros, & in bonis centum, alterum ægros quinquaginta, & in bonis duo millia, certum est hoc posterius, plus habens, propter oneris inæqualitatem, pauperius esse priore minus habenti, ideoq; in legato pauperibus relicto consequendo superius fore. d. l. si quis ad declinandam. & ibi Bald. num. 5.
264 Sane, † vt in ijs, quæ proximè dicta sunt, in cæteris similiter omnibus, in quam rem pecuniæ erogatio est necessaria, considerandum est, eritq; nobis is pauper, qui minus habet in bonis, quàm in eam rem opus
265 est, dives verò, qui non minus, quàm eius rei necessitas postulat. Initiò † itaq; ille erit egentissimus, q nec habet, vnde viuat, nec labore suo quærere, aut mendicare per valetudinem potest, cuiusmodi sunt, qui in nosocomijs decumbunt. d. l. si quis ad decli-
266 nandam. His † proximi sunt, qui vulgò stipem mendicant. Alex. Ripa. & recentio. l. si constāte. in materiā. pauper. ff. sol. matri. Nā qui viuere de suo possunt, eos sacræ cōstitutiones mendicare vetant, l. 1. de mendi. val. libro 11. Cod. &, vt Alexander Tartagninus scribit, d. l. si constāte. in materia. paupertatis. ciuitate exigunt, nisi mendicitate abstī-
267 neāt. Sed † & qui habet quidē, quærereve sua industria potest, minus tamen, quàm victus necessarius postulat, hic adhuc pauper est.
268 Diues † autem esse incipit, cui non minus est, quàm quo vsus necessarius eget, vnde commodè cum suis viuat. Neq; enim satis esse, si, quod sibi sufficit, habeat paterfamil.
269 nisi & liberos sustentare possit. Vnde † placuit, vt Raphaël Comensis libro 28. Digestor. apud Iulium Paulum notat, l. in suis. de liber. & post. & consultus respondit, Cons. 132. duo fratres. eum pauperem nonesse, cu-
270 ius pater dives sit. Et † cōuenienter, mulierē inopia laborantē, cui pater dives sit, à quarta in bonis viri defuncti per sacras constitutiones Auth. præterea. C. vnde vir & vxo. ei debita excludi, proditū Doct. d. Auth. præterea. est, quasi patris opes, opes esse filiæ cēseantur, d. l. in suis. & ibi Docto. & hoc iure vtimur. Doct. d. Auth. præterea. A quarta
271 † itaq; in mariti bonis, submotam alet pater.
272 Doctor. d. Auth. præterea. Sed † an, si manu quærere, & industria sua victū potest, quartam petens audienda sit? an operari cogenda? & Philip. Decius d. Auth. præterea. nu. 21. ad eas operas eam cogi negat oportēre, quæ sunt aduersus præteriti matrimonij dignitatem, ob cuius honorem quartam in viri defuncti bonis mulieri deberi scribit. d.
273 Auth. præterea. & num. 21. Quod † in nobilē multò maximè dicendum ait, quàm operis suis victum sibi quærere, indignum est. Nec
274 † cōtrà est, quod filium, qui viuere suis operis potest, pater non alit, l. si quis à liberis. §. sed si filius. & ibi Glossa. & Bartolus notat. ff. de liber. agnoscen. quasi pauper non sit, cui opificium suppeditare

pedítare neceſſarios ſumptus poteſt. Id enim in eo filio eſt acceptum, cui manu victum
275 quærere, honeſtum eſt. Cæterùm, † filium nobilem ad victum operis ſuis parandum compelli, non ſine dedecore fore, quod Bartolus, lib. 11. Principalium Conſtitutionum l. vnica. C. de mendican. valid. reſpondit, & rectè. Nam quam artem nobilis cum probro tractat, eam plebeius honeſtè exercebit, quod in decernendis alimentis ſpectari
276 oportet. Quod ſi in muliere patrem diuitem habente modò diximus, idem in ſacris initiato Ioannes Imolenſis c. Epiſcopus. colu. 2. verſic. vlt. potes. notare. extra. de præben. ſcripſit. Nam etſi egens ipſe quidem ſit, habeat tamen patrem locupletem, ab Epiſcopo, à quo initiatus eſt, non aletur, quod alios quin onus per ſacras conſtitutiones d. c. Epiſcopus. Epiſcopus ſuſtinere cogitur. Hoc
277 † ita, vt Decius ſcribit, d. c. Epiſcopus. num. 4. ſi pater filio, quem ob natalium dignitatem manu victum quærere non decebat, ante, quàm ſacris initiaretur, alimenta præſtabat. Nam ſi propter ſacri ordinis adeptionem, manu victum quærere, probro ei eſſe incipiat, eius alendi onus Epiſcopo incumbere, ait, idem Deci. d. c. Epiſcopus. num. 4. Quippe cuius factum nocere patri non debet, l. non debet. ff. diuerſ. reg. iur. antiq. quò magis filium artis ſcientem, & operis ſuis victum ſibi quærere ſolitum, alere compellatur. Idem Deci. d. c. Epiſcopus. nu. 4. Pau-
278 perem † itaq; ſecundum ſuprà ſcripta, eum definiemus, cui in bonis minus eſt, quàm vſus vitæ neceſſarius exigit. In omnibus hoc quidem, quocunq; loco conati proponantur, reſpondebimus, ſed in eo, qui arte & induſtria ſua quærere ſibi victum honeſtè poteſt, aliud dicendum eſt. Nam hunc pauperem non eſſe, ſiue ſolis operis viuere poſſit, ſiue iuncto patrimonij reditu, Arg. d. §. ſed ſi filius. & ibi gloſ. & Bart. & iuxta. nota. per Docto. l. ſi conſtante, in materia pauper. Corne. auth. præterea. num. 26. c. vnde vir. & vxor. ſi quidem diuitem omnem eum dicimus, qui ad vitæ neceſſitatem opibus alie-
279 nis non eget. Arg. d. §. ſed ſi filius. Illud † tamen admonendi ſumus, qui diuites ſunt, eos fieri ex accidenti pauperes, vt in eo euenit, qui iniuriarum damnatur. Nam etſi quod ad vitæ neceſſitatem attinet, facultates huic idoneæ ſint, quia tamen æſtimationem ab iniuriam paſſo factam, ſecundum ius dicentis moderationem, ſufferre cogitur, §. iniuria. & ibi gloſ. & Doct. inſti. de iniurijs. ſi minus ea ſumma in bonis habet, pauper eſſe incipit, & ideò in eum corpus torqu̇ebitur. l. ſi. & l. ſi quis iniuriam. & ibi gloſ. ff. de iniur. & Nico. de Neapo. §. pœna.
280 inſtit. de iniur. Vt † & in liberto euenit, qui temerè, id eſt, venia edicti non impetrata, patronum in ius vocauit, ex quærela enim patroni, ſi ita inops ſit, vt quinquaginta aureos pœnæ nomine dare non poſsit, tanq; inofficioſus, Herennio Modeſtino authore l. ſi. ff. de in ius vocan. caſtigatur. Similiter
281 † qui album Prætoris corrupit, ſi pœnam quingentorum aureorum per inopiam non dependat, quod ære non poteſt, corpore ſuo luit, l. ſi quis id. quod. ff. de iuriſdict. quod generaliter in ijs, qui pœnam pecuniariam egeſtate eludunt, conſtitutum l. 1. §. ſi. ff. de iniu. eſt. Coërcitionem enim extra ordinem iudici placuit, & eorum corpus caſtigari. d.
282 §. ſi. In † ijs, cæteriſq; ſimilibus ſpeciebus, quia certus pecuniæ modus legibus eſt præſcriptus, eum modò pauperem dicemus, q quingenta, modò, qui centum, quandoq; qui quinquaginta in bonis non habet, nonnunquam plus, nonnunquam minus non habentem, vltrà vitæ neceſsitatem, pro cuiuſq; dignitate pauperibus connumerabimus, extra hæc, ludicis arbitrium vt eſt ſæpe dictum, vbiq; ſequendum erit, æſtimaturi inſpecta perſonarum conditione, & cauſarum qualitate, quis pauper ſit habendus.

283 Quo † conſtituto, illa conſequentur beneficia, qui in ea cauſa eſſe probabuntur, nam Tributorum rectè eis exactio remittetur, quod priuilegium ſola paupertas meruit. l. omnes. 1. & ibi Bart. de anno. & tri. lib. 10. C. Rom. l. ſi verò. §. de viro. fal. 25. ff. ſolu. matrimo. Anto. de Butr. & Abb. c. ſcientes. de decimis. Feli. c. ſignificantibus. num. 5. de offic. delega. Deci. c. 1. num. 46. verſ. reſtringitur. de probatio. Idem † in multa Domitius Vlpianus lib. 1. Digeſtor. l. illicitas. §. fi. de offic. præſid. reſpondit, eius enim ſoluendæ neceſsitate inopia liberat. d. §. fi. & Rom. d. fal. 25. verſ. quarto. probantur. Decuma
285 † item. Nam eius præſtandæ onus egenti remittitur. Abb. c. homines. verſi. quæro. de vtili quæſtione. de deci. & Dec. d. c. 1. verſic.
286 reſtringitur. Adde, † eorum, qui in hac cauſa ſunt, periurium excuſari. Bald. c. quærelam. de iure iuran. & Deci. d. c. 1. & verſ. reſtringi-
287 tur. Illud † quoq; egentibus tributum per ſacras conſtitutiones ſcio, vt, cùm hominis ad ſe non pertinentis alendi nulli onus incumbat: pauperes tamen, qui in vinculis ſunt, alere magiſtratus habet neceſſe. l. ludices. C. de Epiſco. audi. Rom. d. fal. 25. verſ. quinto probatur. Item † fideiuſſor, qui ſoluendo non eſt,
288 rem debitoris iure ſuo diſtrahere poteſt,

re poteſt, & inde creditori ſatisfacere, quod Baldum c. ſi qui teſtium. de teſtib. exiſtimare Felinus d. c. ſi qui teſtium. num. 9. refert.

289 Adde † propter paupertatem onus cautionis remitti, quod Angelo placuiſſe idē Felinus d. c. ſignificantib. Deci. d. c. 1. & verſic. reſtringitur. Marſ. l. 1. §. præterea. num. 83. ff. de quæſtionibus, ſcribit, & pleraq; alia. quæ congruunt iis, quæ hanc de paupertate quęſtionem adgreſsi referre ceperamus. Non

290 † enim modò propter inopiam non appellanti, vt dicebamus, aut ex eadem cauſa appellationem non proſequenti, fraudi non eſſe. Innocent. c. ex ratione. & ibi Anton. de Butr. Panor. & alij de appel. Bart. l. ſi procuratorē. §. ignorantes. ff. mand. & Angel. poſt Bart. in addi. ad ipſum. l. illud. de anno. & tribu. lib. 11. C. & Alex. in addi. ad eundē. l. omnes. eod. tit. & ante hos. Guli. de. Cu. l. eos. C. de appell. idem tenuit. Bald. d. c. ſi qui teſtium. de teſtib. & in l. 2. §. ſi qs in iudicio. ff. ſi quis cautio. idem l. nummis. ff. de in litem. iuran. & l. acceptam. C. de vſur. idem. l. fi. C. de conditi. infert. & Matthæ. de Matth. in nota. ſuo vlti. & Fran. in. Cremen. notab. ſuo 121. ſtatuto cauetur. Deci. d. c. 1. & num. 46. & verſicu. reſtringitur. de probat. Marſ. l. vnica. num. 152. C. de rap. virgi. idem l. 1. nu. 48.

291 ff. de quæſtione. Sed †, & cùm lex municipalis ius reddi vetat iis, qui onera quædam Reipub. debita non ſoluiſſent, paupereshoc non diſtringit, quod Baldus libro 4. Principalium Conſtitutionum l. acceptam. vlt. q. C. de vſur. ſequitur. Feli. d. c. ſignificantibus. num. 5. notat, & meritò, inhumanum quippe eſſe, rerum inopia oppreſsis, denegata iuriſdictione, nouam adiungere calamitatē. Contra. l. iure. ſuccurſum. ff. de iure doti. & l. nauis. §. cū autē. ad l. Rhodi. de iactu. & c. ex parte. cū concor. ibi in glo. verb. afflictio. alleg. de Cleri. ægrot. Quin † illud meruit priuilegiū paupertas, in ipſo litis ingreſſu, vt cùm, pluribus cauſis ſimul in forū incidentib. in poteſtate ius dicētis ſit, quam primū audiat, ſi tamen pauper & diues eodē tempore adludicem adiiſſe, ponantur, lites ſuas expoſituri, diuite expectare iuſſo, pauper ſit confeſtim audiendus, quæ ſententia Ludouici Pōtani d. §. de viro. & fal. 25. in pri. poſt veteres glo. ſing. c. in primis. 2. q. 1. fuit.

292 Sed † eam non facilè quis ætatis noſtræ iudicibus perſuaſerit, quibus nō lingua modò & manus, ſed aures etiā venales ſunt, ſolis illis apertæ, qui numerare poſſunt, & illorū ex-

293 plere auaritiā. Illud † quoq; pauperibus ſcio tributum, vt ſportulas ludicibus præſtare non cogantur, Auth. de manda. princi. §. ſi tibi quoq; verb. gratis. Bald. Auth. generali. colu. 1. C. de Epiſcop. & Clerici. Gloſſ. c. cum inſtantia. verbo. peregrinari. de cenſib. Henricus. c. cum ab omni. colu. 1. in prin. de vita & honeſt. Cleri. Tiraq. de nobili. c. 29. nu. 40. Adde. Ripam. l. ſi conſtante. nu. 35. ff. ſolu. matrimo. nec expenſas etiam, cùm peregrè proficiſcūtur. c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcript. lib. 6. Tiraq. d. c. 29. & 40. Quod ita quidem verum putant, vt ne vltrò quidem Archidi. Ioan. Andreas. & Dominic. d. §. inſuper. per l. 1. C. de Salg. hoſp. non præben. libro 12. Adde. text. l. fi. §. vt autem. ibi. vel ſpontanea voluntate offerentibus. lib. 12. & Roman. §. penult. ibi. qualitercūq; offeratur. & rurſus. c. exigit. ibi etiam. à volente recipere. & ibi Gloſſa. de cenſib. libro 6. & Gloſſa. Bartolus. Philippus. Decius. l. inuitus. §. fi. ff. de diuerſ. reg. iur. idem tenuit. Baldus auth. ſed hodie. C. de Epiſcop. & Cleri. Petrus Ancha. Conſil. 271. de titu. col. 4. verſicul. ſupereſt videri. de tertio. Lapus. allegat. 37. ſtante conſtitutione. 2. dubio. Felinus c. cùm M. Ferrarienſis. colu. 12. verſic. & in propoſito. de conſtitutio. & c. tua nos. de homicid. & c. 1. in fi. de Simon. Marſilius. l. conſtitutum. colu. 1. ff. de ſicar. & l. vnius. §. ſeruus. ff. de quæſtione. Tiraquell. d. c. 29. & num. 40. oblatas accipere ius eſſe iudicibus ſcribant.

294 Sed † nec Tabellionibus inſtrumentorum nomine mercedem, Romana. d. §. de viro. fal. 25. verſicul. 6. per text. l. tam dementis. ad ſi. iunct. ibi Gloſſ. C. de Epiſco. audi. Iaſon. §. & tripli. colu. penult. inſtit. de actione. Alexan. l. argentarius. in prin. ad fi. ff. de eden. Decius. c. 1. colu. 26. verſicul. reſtringitur. hæc prima limitatio. de probatione. Neuiza. Syll. nup. libro 6. num. 31. Ripa. d. l. ſi conſtante. & num. 33. Tiraq. d. c. 29. num. 41. nec Aduocatis patrocinij honorarium Alberic. proæ. C. col. 4. nu. 18. Bald. l. furioſi. Argu. illius textus. verbo. gratis. C. de nup. idem. l. ſi ad excludendam. poſt mediū. C. de iureiurand. Tiraq. d. c. 29. nu. 39. pauperes ſoluunt, & meritò, tum quia vt eleganter Bald. d. l. ſi furioſi. d. verb. gratis. C. de nup. Alberic. l. 1. C. de ſuffrag. Iaſo. d. §. tripli. nu. 54. Deci. d. c. 1. & verſi. reſtringitur. Anto. de Butr. & Abb. poſt Hoſti. c. 1. de offi. iud. ait. vnde ſoluant, non habent.

295 Tum † etiam quia, cùm paupertas afflictio quædam ſit, afflictis addi afflictio nō debet. d. l. iure ſuccurſum. cum concordant. ſuprà

296 alleg. Proximam † ſententiam quidam Bald. d. l. ſi ad excludendam. num. 3. verſ. tertio quando. C. de iureiuran. Tiraq. de nobili. d. c. 29. nu. 39. & tunc veram eſſe ſcribunt,

cùm

cùm ad vocati iurasse proponuntur, nulli se gratis patrocinaturos. Negant enim hoc iusiurandum in pauperum causis seruandũ esse, & meritò, excludi enim per id pietatis opus. Bald. d. l. si ad excludendam, d. versic.
297 tertio quando. Adde, † iusiurandum peccat vinculum esse non debere, peccare verò eos proditum est, qui à pauperibus capere patrocinij causa quicquam probantur. Alber. ic. l. ne quicquam. §. vlt. ff. de offic. pro cõs. & las. ea. l. §. vbi decretum. colu. 2. idem las. §. tripli. colu. penult. Instit. de actio. Hostiẽ. Abb. & Feli. c. 1. de offic. iudic. idẽ Feli. c. si pro debilitate. colu. fi. de offic. delega. Corse. Decisi. Capellæ. Tolos. q. 481. item fuit quæsitum, & ibidem post eum. Aufre. Ti-
298 raq. de nobili. d. c. 29. & num. 39. Porrò † detrectantes per auaritiam patrocinio pauperibus adesse, operamq; suam gratis eis dare, iudicis officio esse compellendos, quidam authores Feli. c. 1. de offic. iudic. &. Tiraq. d. c. 29. & num. 46. sunt. Nam si eleemosynam à diuitibus egentes hoc iure consequi possunt, c. domino. verb. necesse. 50. distinct. & c. exigunt. 1. q. 7. Specul. de instru. editio. §. nunc aliqua. colu. 17. versi. sed an pauperes, Anto. Imol. Abb. Anto. Burg. c. 1. de empti. & vendi. Abb. & Anani. c. si quis per necessitatem. de furt. idem Abb. c. penult. de Cleri. ægrot. & c. nobis. de iure. patro. & c. at si Cleri. §. de adult. colum. 14. de iudic. & c. 1. & ibi Feli. distinct. 1. Roma. l. 2. in prin. colu. 6. versicu. quinquagesimoquinto. ff. solu. matrimoni. Iac. Zoch. c. inter opera. de sponsa. Feli. c. si qui. colu. fi. de testib. Tiraq. d. c. 29. num. 46. nihil vetat, quin ijsdem authoribus has gratuitas operas cõsequantur. Vna enim horum ratio est, quare diuersum statui ius, nõ oportet, Arg. l. illud. ff. ad l. Aquili. quod si operas suas egentibus dare pernegent, aduocatis foro, Medicis autem medendi exercitio ius dicentis authoritate interdicendũ Ripa. tract. de pest. penult. remedio curati-
299 uo. versi. subdit. Pa. num. 100. est. Quod † de patrocinio pauperibus sine mercede præstando diximus, ita acceptum est, si summã ea res contineat necessitatem, hoc est si causa amissa pereundum fame pauperi sit, vt author est Felinus. c. 1. num. 11. versi. limita. de
300 offic. iudic. Sed † nec egenti, cui aliunde subueniri potest, Medicus gratis operam suam dare eodem Felino d. c. 1. versi. limita. autho-
301 re compellendus erit. Vtrunq; † autem eò venit, quod nemo alium afficere beneficio cogi debet. Feli. d. c. 1. & versi. limita. Pla-
302 cuit † tamen extra summæ necessitatis casum, ære publico aduocatis honoraria, Medicisq; soteria solui debere. Deci. d. c. 1. num. 46. versi. videtur tamen. Quam sententiam ad operas tabellionum eadem ratione quidã Deci. d. c. 1. nu. 46. & versi. videtur tamen.
303 non malè producunt. Illud † quoq; pauertas in foro præcipuum habet, vt cum datus est iudex inter illum & illum, & quosdã alios, ea quorundam aliorum adiectio pauperes non apprehendat. Bald. c. sedes. de rescrip. Felin. d. c. significantibus. nu. 5. & De-
304 ci. d. c. 1. & versi. restringitur. Superior † sententia de opera pauperibus gratis danda, ad scholas producta est, placuitq; à pauperibus præceptores accipere didactra non debere, c. 1. & ibi Docto. de magist. glo. c. de quibus dam. 37. distinct. Tiraq. de nobili. d. c. 29. nu.
305 42. & meritò. Interest † enim Reipub. ob inopiam bona ingenia non latere. Quam
306 † causam fuisse Damiano Sophistæ Philostratus in vitis Sophistarum refert, vt egentes sine mercede in disciplinam reciperet, quod Syllæ temporibus à Taberio quoq; Hiera, Grammaticꝺ, Bruti, Cassijq; præceptore, in proscriptorum liberis factitatum Suetonius libro de Illustribus Grammati-
307 cis author est. Huc † pertinet, quod Episcopus, quive eius nomine diœcesim Ecclesiarum inuisendarum, ministrorumq; earũ gratia, statis temporibus de more obijt, à paupere Clerico procurationem exigere, vetatur. Glos. c. cum instantia. verbo. prægrauari. & ibi Abb. de censib. per c. placuit. 1. q. 2. & gloss. venerabili. & ibi Abb. eodem tit. Hostien. & Ioã. Andr. c. procurationes. eodem tit. & Doctor. c. cùm Apostolus. eodem tit. Mari. Soci. tract. de visitatione. lib.
308 11. q. 8. Tiraq. d. c. 29. nu. 43. Hoc † capite pertractato, quod fuit de captiuitate adiecto de paupertate articulo, quæ ad captiuitatis similitudinem, eorúmve, qui in vinculis sunt, excusationem meruit, l. in eadem. in fi. & ibi gloss. ff. ex qui. cau. ma. 25. anno. prius, quàm ad sequens caput, quod de infirmitate est, trãseamus, quid de vi fluminis prohibitis dicendum putemus consequens est videre. Et quidem eum, cui hoc accidit, captiuo similem esse, Interpres Theuton Spec. Sax. lib. 2. Arti. 7. glos. 2. versi. Quærere vnus possit. ait, & ideò exemplo eius, quin hostium potestate est, iudicio impunè non adfore. Cui sententiæ suprà occurrere dicebam, quod Theutonum lex excusatset quædam, in quibus cùm ita impediti mentio nulla esset, hunc casum extra legis esse bene-
309 ficium videri, sed non est ita. Nam † quotiens quidã casus excipiuntur, illi legis sententia contineri videntur, qui eandem habent

301 bent rationem. Vnde † Domitius Vlpianus prædiũ dicere refert, l. nam vt ait. ff. de legi. quotiens lege aliquid vnum vel alterũ introductum sit, bonam occasionem esse, & cætera, quę ad eandem tenderent vtilitatem vel interpretatione, vel certè iurisdictione suppleri: Similem verò habere rationem casum eius, qui vi fluminis, ne in iudicium veniat, impeditur, ei, qui in hostium potestate sit, palàm est, imò verò eandem. Vtrumq; enim in ius venire æquè non posse, nam, vt seruus humana vi, ita hîc naturali casu, ne iudicio adsit, prohibetur, quod cùm euenit, idem ius statui lex vult. illud. ff. ad l. Aquili. & Nicolaus Abbas c. cùm inter vniuersas. nu. 8. de electio. nominatim in casibus exceptis admisit, qui cũ casum electionis & paucos alios excepisset, quibus absentes vocari oportêre scripsit, non excludi alios dixit, q; cunq; eandem rationem haberent. Quod & est constitutum: c. cum dilecta. de confir. vtili vel. inuti. & Accursius apud Imperatorẽ Antoninum Augustum lib. 4. Principalium Constitutionum l. 1. C. de cõdict. indebi. adnotauit, quod in proposito est maximè dicẽ-

311 dum. Nam † captiuitas, quam Saxonum lex Spec. Sax. libro 2. Arti. 7. excusat, excusatur quoq; iure cõmuni, quod ijs, qui in hostium potestate sunt, hac parte subuenit. l. sed & si

312 qs. §. illud. ff. si qs cautio. Quotiens † autem exceptio, quæ iure Municipali datur, cõprehensa est iure cõmuni, æquè produci interpretatiõe debet, atq; ius ipsum cõmune, q̃d Parisius, præceptor meus, lib. 4. responsorũ Cons. 141. absolutionem. nu. 23. per text. c. ex parte. de Cleri. non residen. & not. c. 1. eod. tit. lib. 6. tradidit, adijciens illud verum esse, & cùm lex Municipalis strictim scripta proponitur, certos quosdam casus excipiens, illis vsu verbis, tantummodò, duntaxat, autalio eiusmodi sermone, quasi nunquam, quæ eandem habent rationem, excluisse videatur, quod Bartolus ante eum ac Baldus alijq; probauerunt, Bart. l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Bal. l. ita pudor. C. de adult. gl. l. illud. C. de sacrosan. eccles. Anto. c. ex parte. 2. de offi. deleg. etiamsi odium in eo versetur, quod Alexandrum Tartagninum Cons. 203. 2. vol. respondisse idem Pari-

313 sius refert. d. cons. 141. Quod † verò excepta iure Municipali similiter atq;, quæ iure communi continentur, interpretanda sint, illa redditur ratio, quod Princeps, cùm ius singulare condit, ius commune, quo ad eius fieri potest, seruatum vult. Argu. l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pupil. c. causam, quæ de rescript. Paris. d. consil. 141. num. 22. Si

314 † quis autem occurrat, & nullam à lege Saxonica adijci rationem dicat, quamobrem captiuitas excusetur, respondeo non hoc exigi. Sufficere quippe, si reddi vna aliqua ac sola quidem possit, quod cùm accidit, pro eo est, ac si expressa ea ratio esset, & inde ius produci posse, quod Nicolaus Abbas Cyno l. non dubium. C. de legib. & Baldo l. maximum vitium. C. de libe. præter. ait placuisse, d. c. cùm inter vniuersas. nu. 8. prope. fi. & ante eos Accursius l. quãuis. in gl. mag.

315 C. de fideicommis. tradidit. In † proposito autem, cùm illa ratione captiuitas excusetur, quod, qui in eum casum deuenisset, quo minus dicto Magistratus audiens sit, & se iudicio sistat, maiore vi impeditur. Igitur quasi id expressum sit, habendum erit, & ad prohibitum vi fluminis producendum, vt eadem ille exceptione vtatur. Modò

316 † sciamus, eum non audiri, qui flumen circumire, aliaq; via peruenire, & se, qua die oportebat, iudicio sistere potuit, l. 2. §. si quis tamen. ff. si quis cautio. aut flumen nauigio, si quod stetisset, superare, d. §. si quis tamen, nisi id facere, inundante aqua & ripas supergressa, soluente se fortè hyeme, parùm tutum videretur. Quid enim deliquit, qui incolumitatem suam ac salutem periculo ante tulit? & consistere, quàm incertam nauigationem tentare maluit? d. l. 2. §. si quis iudicio. & §. quid diximus. qua allegatione eum tantùm adiutum iri, sciendum est, qui non probetur, ita serò iter ingressus, vt qualibet moræ necessitate interposita, peruenire, quo vocabatur, non posset. Hunc enim tanquam, qui, ne in vim fluminis incidisset, haud cauit, ferendum non esse, idq; causa cognita statuendum, ait lex, d. §. si quis tamen. quia obijci ei scilicet non potest, cur multò ante profectus non fuisset, nec ex contrario audiendus est, si quid sit, quod ei imputari meritò possit. d. §. si quis tamen.

317 Sequens † excusatio infirmitatis est, non animi tantùm, d. l. 2. §. si non propter. versic. idem est. & l. quidq;. ff. de in ius vocan. sed &

318 corporis. d. l. 2. §. si quis iudicio. Animi † ægritudinem dementiam atq; furorem voca-

319 mus. Dementia † autem, cuius latissima appellatio est, omnes eos continens, qui sanæ mentis non sunt, à furore, vt mihi quidẽ videtur, differt, quà genus à specie. Nã, qui furiosus est, id est qui insania quadam agitatur, sic enim furiosum nostri definiunt, Deci. & alij. d. l. furiosorum. C. qui testa. fac. poss. Fulgo. cõs. 79. quidam nu. 2. & Corne. cons. 216. in causa vertente. num. 1. volu. 3. demens est, id est, sine mente. nõ etiam, qui de-

mens, continuò & furiosus, vt qui hoc tantum morbi patitur, vt iudicium animi nullū habeat, sed idē, neq; sibi, neq; ijs, quibus cū viueret, pernicioſus ſit, quod eſt furioſorū proprium, l. congruit. §. furioſi. & l. diuus. ff.
320 de offi. præſi. Similis † in mente capto, cuius quoq; latiſsima appellatio eſt, à Baldo tradit diſtinctio, qui lib. 6. Principalium Conſtitutionum, l. humanitatis. C. de impub. Sequitur. Fulgo. conſ. 79. quidam. nu. 2. & Corneo. cōſ. 216. in cauſa vertēte. nu. 1. vol. 3. captorū mente alios eſſe ait, quorū ſæua demētia eſt, quædamq; veluti rabies: alios verò, q quieta ſunt dementia, id eſt ſe dato animo atq; trāquillo, neq; ſibi, neq; aliīs pernicioſi, quod
321 ijs, qui in furore ſunt, accidere ſolet. Cui † malo per ſacras cōſtitutiones obuiam eo remedio itum eſt, vt neceſſarijs ita affectorum hominum cuſtodiendorum cura incumbat, fruſtra pœnam de precaturis, ſi qua eorū negligentia forſitan arguatur, ꝺd diuus Marc⁹ & Cōmodus reſcripſerunt. l. diuus. ff. de of-
322 fic. præſi. Hoc † amplius diuus Pius, cùm cōtineri per ſuos neceſſarios nō poſſunt, in publica vincula eos conijci debere conſtituit.
323 l. congruit. ff. de offi. præſi. Porrò † dementis & mente capti eadem ſignificatio l. tam demētis. C. de Epiſ. audi. Fulgo. conſ. 79. quidā. eſt, vtroq; enim verbo eos generaliter de-
324 mōſtramus, qui mente carent. Præpoſitio † enim de in dementis vocabulo priuat. Idēq;
325 † eſt demens, quod amens, id eſt mente priuatus, mēte verò captus nihil aliud eſt, q̄, cuius mēs capta eſt: & morbo obnoxia, nec
326 ſuæ ſpontis. Sanè † dementes mentē omninò nō habere, dici non poſſunt, ſed, quod perinde eſt, eam habere, quæ per morbum aduerſamq; valetudinem officio defungi ſuo nō poteſt, cùm nihil itaq; interſit, eam quis mentem habeat, qua non cernit, nec, quæ agantur, intelligit, an nullam habeat, vt oculos habere, & illis nō videre, aut carere prorſus oculis, factum eſt, vt, qui mentis vſu carent, tanquam qui mentem non habeant, dementes, &, quod idem eſt, amentes, id eſt ſine mente dicantur. Nam ſi dementes re vera mentem non haberent, vnde, cùm reſipiſcunt, mentem reſumerent? l. furioſum. & q teſt. fac. poſſ. aut quemadmodum furore ſedato, & vi morbi ſe remittente, in conſpectu inumbrataq; quietis poſſent conſtitui? l. quod meo. §. ſi furioſo. ff. de adquir. poſſ. denicq;
327 quemadmodū viuere? Cōuenienter † mente capti mentē quidem habent, ſed ita morbo impeditā atq; oppreſſam, vt ea nihil diſcernant, dicunturq; ad ſimilitudinem luminib. captorum? qui quidem luminib., id eſt oculorū figura non carent, ſed quia illis per mōbum non vident, pro ijs habent, qui prorſus ſunt luminib. priuati. l. luminib. C. qui dare tutor. vel curat. poſſ. & l. vnica. qui morbo ſe
328 excuſ. Vt † cui membrū aruit, vt puta manus, cuius nulla in corpore functio eſt, in pari cauſa haberi ei ſolet, qui manum non habet, quod Bald. lib. 6. Principaliū Conſtitutionū Auth. ſed nouo iure. nu. 12. C. de ſer. fugi. ad-
329 notauit. Igitur † qui in ea cauſa ſunt, ſiue dementes, ſiue mente capti, ſiue furioſi, qui horum ſpecie, ſicuti ſuprà dictum eſt, continētur, abſentium loco, aut etiam dormiētium, & qui eorum, quæ in ipſorum cōſpectu fierent, nihil intelligunt, interpretatione legū habentur, l. 2. §. furioſus. ff. de iure codicil. & l. vbi nō voce. §. furioſus. & l. in negotijs. ff. de diuerſ. reg. iur. & l. 1. §. adipiſcimur. ff. de adquir. poſſ. & §. furioſus. Inſt. de inutili ſtipula. & §. præterea. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. Adde, Marſ. l. 1. in prin. latè allegantem. nu. 53. cum multis. nu. ſeq. ff. de ſica. nullaq; eorundem voluntas eſſe dicitur, l. furioſi. ff. de diuerſ. reg. iur. Paul. Caſtr. l. mutum. nu. 9. ff. de adquir. hære. animumq; in eis deeſſe, proditū l. 2. §. furioſus. ff. de procur. eſt, quodq; ab illis admitteretur, tanq; caſu aliquo ſine facto perſonæ accidiſſet, exiſtimari debere, Domitius Vlpianus lib. 9. l. ſed & ſi quemcunq; §. & ideò. ad l. Aquili. & Pomponius lib. 26. Digeſt. l. fi. in fi. de adminiſtr. tuto. reſponderunt, quod & Philippus Decius apud Iulium Paulum lib. L. Digeſt. d. l.
330 in negotijs. nu. 4. adnotauit. Non deſunt, † qui eoſdem mortuis comparent, in quibus Baldus l. humanitatis. col. 4. C. de impub. & alio ſubſti. Marſi. d. l. 1. in prin. num. 57. fuit. Quamobrē Marſilius furioſos d. l. 1. in prin. num. 58. neq; eorum, quæ in furore, neq; eorum, quæ ante furorem admiſerunt, vllas pœnas ſufferre, ſcribit: Sed ego non aliam eſſe eius rei rationem arbitror, quàm, quæ à diuo Marco & Commodo reddita l. diuus. ff. de offic. præſid. eſt, ſatis quippe eos furore ſuo puniri. Nec, quod hæc quæ modò retuli, de furioſis ſcripta ſunt, eò minus in dementibus ac mente captis vera erunt.
331 Nam † vt quidam authores Baldus l. 2. C. de cura. furicum. ſimili. tracta. per Alexan. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. in fi. ff. ſolu. matrimo. Fulgo. conſil. 79. quidam Corne. conſil. 22. viſis. volu. 4. Deci. d. l. furioſum. num. 7. C. qui teſta. fac. poſſ. Pariſſ. conſ. 88. viſo proceſſu. num. 6. & 7. volu. 3. facit. c. fi. de ſucceſſ. ab inteſt. ſunt, in alteris ſcripta, in vtriſq; dicta debent intelligi. Quibus † connumerabimus fatuos, Deci. d. l. furioſum. num. 11. non

vtiq;

vtiq; omnes, sed eos, qui à vulgari prudentia plurimum absunt, & propterea curatorem legibus accipiunt, ad similitudinem furiosorum, l.2. cum l.seq. ff. de postula. Nam ijs, qui plusculum habent iudicij, & ideò curatore non indigent, tam & si hebetiore sunt ingenio, testamentum, cæteraq; sapientes possunt, facere licet. Deci. d.l. furiosum. post alios. quos alle. d. num. 11. idem cons. 448. vis tota. nu. 21. aliter atq; superioribus, qui maiore animi morbo distinentur. Deci. d.l. fu-
333 riosum. & d. nu. 11. Quod † in furiosis scripsimus, idem in ijs, qui morbum, quæ Græcis φρενῖτις dicta est, patiuntur, respondendum erit. Nam & eos per morbum impotes mentis esse, creditum est, quare, si quod in ea valetudine testamentū fecerint, non valere, est constitutum. c. fi. de succes. ab intest. Ap-
334 paruit † itaq;, ex superiore Baldi distinctione, vt eò redeam, duo esse dementiæ genera. Vnum eorum, qui mentis quidem compotes non sunt, at sedato tamen semper atq; tranquillo animo, qui verbo generali demẽtes dicuntur: sequens eorum, quorum aut semper aut sæpe mens furore quodam concitatur, non sine ipsorum aliorúmve, quibus cum viuunt, perniciæ, hos suo nomine
335 furiosos appellamus. Verendum † tamen est, ne superiori definitioni occurrat, quod eodem sensu furor & dementia accipiantur, quasi inter furorem, & dementiam nihil interfit, id quod diuus Marcus & Commodus lib.1. Digesto. l. diuus. de offic. præsid. significasse videntur, qui rescripto suo eam affectionem, quam dementiam dixerant, furorem postea vocant, & Domitius Vlpianus lib.24. Dige.l. Iulianus. de diuor. & repud. furiosam, propter dementiam, repudiare sponsum non posse, scripsit, sed hoc non est contrà. Furorem enim, dementiæ ineſſe, vt speciem generi, nihilq; posse per furorem fieri, quod non idem per dementiã factum rectè dicatur, vt omnis furor de-
336 mentia est, non contrà, omnis dementia furor. Vt † in adgnatione & cognatione dicimus, qui adgnatus sit, eundẽ cognatum esse, non etiam, qui cognatus sit, eundem esse adgnatum. l. Iurisconsul. §. 1. ff. de gradi.
337 affi. Similiter l.1. ff. de adoptio. † in adrogatione & adoptione receptum constat, vt, q adrogatus sit, is rectè adoptatus appelletur, nõ contrà, qui adoptatus est, idem erit & adrogatus. l.2. in prin. ff. de adoptio. Quod si quibusdam locis, vt sæpe obseruatum est, furiosi & dementis fit mentio, aut etiam furiosi vel dementis, disiungendi figura, l. diem. §. coram, ff. de recept, & l. tam demen-
tis. C. de Episcop. audi. & l. 2. ff. de inoffic. testa. ea res nihil mutat, nam adgnatum & cognatum rectè dicimus, adgnatum idem vel cognatum, & in cæteris, quæ se ad eundem modum habent, ea loquendi formula
338 non improbatur. Illa † verò Francisci Connani sententia, hominis alioqui perelegantis, mihi probari non potest, qui libro 11. cap. 4. Commentariorum iuris ciuilis, furiosos à dementibus eò differre putat, quasi furiosi furoris habeãt intermissionem, nullusq; eorum sit, qui aliquando non resipiscat, cùm ex aduerso dementes suæ, vt ille ait, prudentiæ nunquam restituantur, refelli enim diui Marci & Commodi rescripto, d.l. diuus. quod in hæc verba extat, si tibi liquidò compertum est, Aelium priscum in eo furore esse, vt, continua mentis alienatione, omni intellectu careat, potes de modo pœnæ eius dissimulare. Idem quoq; declarat Imperator Iustinianus libro quinto Principalium Constitutionum, l. cùm furiosus. C. de curat. furios. cùm negat, furiosum, quem morbus detinet perpetuus, si in patris sit sacris constitutus, curatorem habere posse, paterna verecundia vice curatoris suffectura. Est & constitutio eiusdem Iustiniani eodem libro quinto, l. cùm alijs. C. eodem. qua esse homines quosdam scribit, qui perpetuo furore vexantur, quosdam, qui morbi veluti inducias habent, nec ijsdem quidem spatijs, alijs enim angustiores, alijs laxiores contingere. Esse itaq; furiosos, qui perpetuo animi morbo vexantur, & suæ menti nunquam restituuntur, contrà, quàm Connanus existimauit. Est
339 † & tertium genus eorum, qui semper quidem dementes sunt, non semper tamen insaniunt, id est furore agitantur, sed numbratæ cuiusdam quietis, sicuti Celsius libro 41. Dige.l. quod meo. §. si furios. de adquir. posse. scribit, quandoq; apparẽt, vt prudentium numero ab ignaris haberi possint, c. dilectus. & ibi Gloss. verb. furore. de sponsa. dum quædam more prudentium & loquuntur & faciunt, non enim eò magis suæ mentis esse, Corneo & Parisio authoribus, Corne. consil. 69. visis nonnullis. num. 27. volu. 1. & consil. 73. visis & diligenter inspectis. num. 8. eodem volu. Paris. consil. 87. ad veritatem. nu. 44. volu. 3. existimari debent. Sæpe enim & impuberes, inquit Corneus, d. consil. 73. & num. 8. multa sapienter loquuntur, quamuis ea ætas, vt ait constitutio, l. 1. §. impuberes. C. de falsa. mone. quicquid videt, ignoret, quod & in ijs vsu venire, idem Corneus d. consil. 73. & num. 8. scri-

bit, qui per morbum extra suam sunt mentem. Sanè, qui huius tertij generis est, & cũ quiescit, furiosus est dictus Celso, d.§.si furioso. quia furere soleat, vt Iustiniano, qui ea quandoq; mentis valetudine est, & cùm sapit, furiosus dicit, d. l. furiosum. prioris videlicet status tẽpus spectanti, quod Philippũ Decium d.l. furiosum. nu.3. tefellit, cũ id aduersus omnium esse sententiam scripsit, eum furiosum definientium, qui eam animi affectionem extrinsecus ostẽdit, appellari enim furiosum, rei melius intelligẽdę gratia, & cũ quis quiescit, nihil vetat. Nam & Proculus lib. 41. Digest. l. insula. in fi. de adquir. rer. domi. agrum, qui insula fuisset, cum flumine circumdari desijsset, vt res facilius in-
340 telligeretur, insulam dixit. Quartum† genus est eorum, qui furere quandoq; desinunt, aut mente esse capti, dilucidisq; quibusdam temporum interuallis plenè sapiunt, quos inter hæc morbi laxamenta, iure prudentiũ vti placuit. l. furiosum. & ibi Doctor. C. qui testam. fac. poss. & §. præterea. Instit. quib. non est permis. fac. testam. testamentum cõdere, cæteraq; facere, quæ, qui integra sunt semper mente, facere possunt. d. l. furiosum.
341 & ibi Doctor. Postremum† genus est fatuorum, qui neq; insaniunt, noxijueq; cuiq; sunt, sicut furiosi, aut toto animi iudicio carent, vt generaliter dementes: quasdámve furoris dementiævé habent inducias, sed prudentiæ non satis sunt ac consilij compotes, quibus cum rectè contrahimus, & matrimonium est, testarique, qui ea sunt mentis imbecillitate, possunt. Deci. d. l. furiosum. num. 11. post alios. quos ibi allegat. Licebit hos mente quoq; ad aliquem modum captos dicere, non superioris generis, quo illi continentur, qui mente penitus capti sunt, ac omni intellectu carent, sed huius, quod eos demonstrat, qui medij inter prudentes atq; dementes sunt, id est, qui nec tota mente præditi, nec tota rursus sunt priuati, & adaliquem modum prudentiam capiunt. Quamuis enim quibusdam partibus capti, vt puta luminibus, id est oculis, dicantur, qui earum nullam habent functionem, l. vnica. C. qui morbo. se excusa. & l. luminis. C. qui dare tuto. vel. curat. poss. nihil tamen vetat, & de ijs ita loqui, qui earundem partium nonnullũ retinent vsum. Sic Marcus Tullius pro Rabirio Posthumo Quintum Scæuolam mancum & membris omnibus captum dixit, quod homini viuenti, si stricta verbi significatione vtamur, accidere non potest æquè surdus dictus est, & qui prorsus non exaudit, & qui tardius, §. item surdus. instit. quib. non est permis. fac. testa. similiter mutus intelligitur, qui eloqui non potest, & qui grauiter ac tardius loquitur. d.§. item surdus. & §. mutum. Instit. de inutili. stipu. Secundum hæc itaq; mente capti media vox est, qua illi demonstrantur, quibus non est integra mens ac plena, & quibus item nulla, cùm his nihil rectè geri aut iudicium suscipi, palàm est, vt cum furiosis, d.l. 2. §. furiosus. cum cõcordantijs proximè allegatis. ff. de iure. codicil. quibus comparantur, Soci. cons. 47. facti narratione. colu. 2. volu. 3. Alexan. consi. 54. ad quæsitum. volu. 1. Corne. cons. 22. visis nonnullis. ac testationibus. colu. 3. volu. 4. Fulgo. cons. 79. quidam nu. 1. & Paris. cons. 88. viso processu. nu. 7. volu. 3. quia similiter, quid agatur, non intelligunt, & legum interpretatione absentium loco haberi debent, l. 2. §. furiosus. ff. de iure. codicil. cum concordantijs suprà alleg. cum cæteris, contrà, Deci. & Doct. d. l. furiosum. sed curatorem habeant, nec ne habeant, nunquid distinguimus? aut quod tantundem valet, ita hebetes sint, vt habere legibus curatorem debeant? Nam hos Philippus Decius, d. l. furiosum. nu. 10. & 11. C. qui testã. fac. poss. quasi suæ mentis non sint, testamentum facere posse, negat, illis eo iure permisso, qui plusculum habent intellectus, ac propterea curatore non indigent, & arbitror, eũ beneficio legis vsurum, qui ita mente captus est, vt curatore indiguerit. Lex l. 2. ff. de postul. enim, quę curatorem huic dari vult, arguit eum non tanti esse iudicij ac intellectus, vt negotijs suis superesse queat, frustra alioquin auxilium curatoris desideratura. Igitur huic, nisi curator interueniat, non rectè litem intendi, vt nec furioso, l. 2. §. si non propter. versi. idem est. ff. si quis cautio. cui, sicuti dictum est, comparatur. Nec quod aduersus eum, pro eóve iudicatum erit, valebit, nullas deniq; contumaciæ pœnas, qui in ea causa est, patietur. Nam hoc in furioso responsum l. furioso. & ibi Imola. &
342 alij. ff. de re iudic. est. Sed† an, quod in dementia & furore suprà est à nobis dictum, sit in ebrietate quoq; respondendum, tractemus. Quæ quæstio in Lituania, cui operam his nostris Commentarijs damus: in Polonia item ac cætero Septemtrione, ob gentis vitium vino & compotationibus plus æquo indulgentis, non erit neq; superuacua, neq; inutilis. Et sanè ebrium dementi, ac furioso comparari posse, quisquam dixerit. Ebrietatem enim, vt dementiam & furorem, quandam esse mentis exterminationem constat, c. à crapula. & ibi Doct. de vita & honesta.

& honesta. Cleri. Roman. l.1.in prin. num. 9.ff.de verb.obliga.& propterea tam ebrios quàm dementes & furiosos, hos quidem per morbum, illos per vinum, quid agatur, non intelligere, tanquam à mente quodammodo, & à se exulantes.d.c.à crapula. Sunt qui ignorantibus ebrios comparent,c.sanè, cum c.inebriauerunt. 15.q.1.quod à Platone sumpsisse videntur, qui libro 3. de repub. ebrietate grauatos. vbi terrarum sint, nescire, scribit, alij infantibus Roma. d.l. 1.in prin. & num. 9. id est minoribus septennio, l.si infanti.C.de iure.delibe. quod idem valet. Ea enim ætas, & quæ ei succedit, vsq; ad pubertatem, quicquid videt, legum præsumptiõe creditur ignorare,l.1.§. impuberes.C. de falsa.mone.vnde placuit, ebrios neq; stipulari neq; spondere rectè posse, Roma.d.l. 1.in prin.nu.8. per glo. c.vnusquisq;.22.q.4. neq; iurisiurandi religione obstringi,si promissum, quod, dato iureiurando, se facturos recipissent, nõ fecerint.d.c.vnusquisq;. Denicq; nec delinquere,cædisve,si quam admisissent,teneri.c.sanè, cum c.inebriauerunt. 15.q.1.Roma.d.l.1.in prin.& nu.9. post Guli.l.diuus.ff.de offi.præsi.Rom.Alex.Aret. & Iaſ.l.1.§.adipiscimur.ff. adquir.poss. Floria.l. si seruus seruum. §. Fornacarius. & l. qui occidit.§.in hac.ff.ad l. Aquil.Ancha.& Cardina. clemen. vnica.de homicid.Bartol. Iason & Deci. l. vt vim. ff.de iusti.& iure.& l.1.C.vnde vi.Mar.l.1.in prin.nu.63.ff.de sica. Carer. pract.crimi.§. circa. num.25.licet Bartolus in hac quæstione parùm sibi constare videatur. Nam quod apud Marcianum libro 48.Digest.l.perspiciendum.§.delinquitur.de pœnis.ait, apud Claudium Saturninum eodem lib. l. aut facta, in prin. de pœnis.negat, & illic factum per temulentiã coërcendum scribit, hic pœna liberat,quod Angelus rerum capitaliũ diligens scriptor, adnotauit. Tract.malefi.glos.verb.scienter. & dolesc.q.penult.ex quibus in ea esse causa ebrius videtur, vt vocari in ius non rectè possis, non magis, quàm demens aut furiosus, qui absentium,ignorantium,dormientiumq; loco habẽtur.l.2.§.furiosus.ff. de iure.cod.§.sui.instit.de hæred.quæ ab intesta. defer.& l.si à furioso.ff.si cert.peta.& de obliga.& actio.l.si à furioso.Sed satius erit fortasis distinguere, grauiter quis potus esse proponat, an leuius, id est vtrúmne per vinum quis extra suam sit mentem, an sui sit compos,& illi ignosci,si se iudicio nõ sistat, hunc cõtumaciæ pœna plecti. Nam qui per vinum extra se sunt, cùm, ad similitudinem furiosorum,l.2.§.si propter.vers.idem est,ff. si quis cautio.quid agatur, non intelligant, nihil delinquunt, cùm iudicio,ad quod se vocatos nesciunt,d.c.à crapula. non occurrũt, aliter atq; ij, qui leuius esse poti dicunt, nec per hoc,quid agatur,desinunt intelligere,aut eius etiam postea meminisse. Sed an nõ contrà sit, quod Baldus,lib.9. Principalium Constitutionum,l.data operà.nu.6.C. de ijs.qui accus.nõ pos.vtroſq; puniri debere scribit,facta tantùm inter magnã & paruã ebrietatem differentia, vt,qui per magnam ebrietatem deliquerunt, mitius puniantur, nulla leui9 potis venia relicta,id enim nõ eò spectare,vt præsens delinquentis volũtas in valdè ebrio castigetur. Valdè enim ebrij,vt & furiosi,nullam esse voluntatem, l.furiosi. ff.de diuer.reg.iur.& d.c.à crapula. sed quia culpa non caruit, qui largius merum hausit, & ebrietatem non cauit, tanq; qui ignorare nõ debuit, per ebrietatem aliquid ab se admissum iri.Nam, qui ebrium dormienti cõparant,hoc notant,Angel.d. verb. scienter. & dolosè.d.q.penul.nec eos,qui per somnũ delinquunt, tam puniendos putant, quod delinquant, quàm quod non ignari se, cùm dormiunt, desæuire in eos, qui iuxtà se cubant,non soli cubant. Culpa itaq; illorum, nõ dolus plectitur,ideoq; extra ordinem coërcentur,Bart.Iaso.& alij.l.1.§.1 ff.de adquir. poss.Cardi. clẽ.vnica.de homic.Marsi.l.1.in prin.nu.49.ff.de sicar. Deci.l.vt vim.nu.29. ff.de iusti.& iur.Carer. pract. crimi.§. circa. nu.25.quia,ne cui dormientes non nocerẽt, non præcauerunt.Eis enim, qui ignari, noceant, nec ne, iuxta se cubantibus, quicqd per somnum deliquerint, ignosci placuit, Quæ sententia Bartoli fuit lib.48. Digest.l. penùl.ad l. Pompeum.de parrici. apud Herennĩ Modestinũ ita distinguentis, eamq; plerique Rom.Alex.Aret. Iaſ. & alij.d.l.1.§.1. de adquir.poss.Anch.clẽ.vnica. de homici. Cagno.l.negotijs.nu.5.ff.de diuers.reg.iur. Carer.latè.d.§.circa.& num.25. omnes probant,solicitam hæc quidem habent quęstionem,in iudicijs tamen culpa,quæ anteceſsit, spectari non solet, aliter atq; in delictis inde fieri,vt mulierem,si in ius vocata non accurrat,grauiditas excuset,siue ex viro,siue vulgò etiam cõceperit. Licet enim venia digna non sit,quæ pudori suo non pepercit, quia tamen,cùm corpus suum alieno viro miscuit, non hoc egit, ne se iudicio sisteret, sed vt suæ seruiret libidini,nullas contumaciq; pœnas eam pati,placuit.Barto.l.2.§.si non propter.ff. si quis cautio.Idem ergò in ebrio dicemus, vt ei, se iudicio non stitisse, fraudi nõ sit, nam æquè eum, cùm largius potaret,

non hoc egisse, vt per ebrietatem præceptū Magistratus non exaudiret. Hoc autem de eo ebrio dictum accipi debet, qui per vinolentiam non satis id, ꝙd ageretur, intelligit, eiúsve meminisse potest, quem infanti, ignoranti, dormienti, dementi deniq; ac furioso suprà comparauimus: Marsi.l. 1.in prin.nu. 53.cum seq.ff.de sica.cæteris, qui leuius poti proponuntur, hac exceptione non vsuris, quos, quia parùm distant à sobrijs, sobriorū numero habendos esse, consequens est dicere. And.Tiraq.l.si vnq̃.glo.super verb.donatione largitus.nu.124. C.de reuocan.dona.Marsi.sing.276. parùm & nihil. Nam eis, si quid deliquerint, nihil de pœna remitti, constitit, quasi nullam admissi sui allegare ignorantiam possint, quæ iure nostro ebrios excusat, non vt nullas verùm vt mitiores pœnas accipiant. Baldus l.data opera.num. 343 6.C.de ijs qui accusa.non poss. Sed † nescio, an non satius Pittacus, priscus legum lator, cuius propriam esse legem Aristoteles libro 2. cap. 10. de rebus publicis refert, qua, de delictis per vinolentiam admissis, grauiores sumi pœnas sanxit, sobriorum peccatis leuius plecti iussis. Quæ certè lex in septemtrione viuentibus, vbi sæpius per ebrietatem, cædes & pessima quæq; flagitia perpetrantur, perquàm esset necessaria, & magna ratione reciperetur, & enim, quibus in regionibus certo aliquo vitiorum genere frequentius delinquitur, exacerbari supplicia debent, & augeri pœnæ, quo minuantur delicta, & nimiùm multis personis grassantibus, vt Claudius ait Saturninus, l. aut facta.§.fi.ff.de pœnis. exemplo coërceatur licentia, & peccandi consuetudo tollatur. Hæc de animi infirmitate dicta sunt, nunc ad corporis ægritudinem venio.

344 Et † initiò sciendum est, morbum apud Sabinum, vt Domitius Vlpianus lib.21.Dige. l.1.§.sed sciendum.de ædili.edict.refert, generaliter definiri, habitum cuiusq; corporis contra naturam, qui vsum eius ad id facit deteriorem, cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit: non tamen omnem morbum excusationem mereri. Nam pleriq; homines ita ægrotant, vt superesse tamen rebus suis non incommodè possint, quibus, quia morbus, quominus se iudicio sistant, impedimento non est, subueniri non 345 debet.l. quæsitum.ff.de re iudic. Sanè enim lex 12. Tabularum, vnde, qui iura Theutonibus dedit, hanc exceptionem sumpsit, Spe.Sax.lib.2.arti.7. non omnem morbum excusauit, sed sonticum, quo quotiens alteruter ex litigatoribus impediebatur, diem, vt Domitius Vlpianus refert, l.2.§.si quis iudicio.ff. si quis cautio. iubebat esse diffusum, id est, vt ego quidem interpretor, dilatum, quo ad per valetudinem iudicio adesse liceret. Si enim morbus, vt & Iulianus lib.42.Digesto.d.l.quæsitum.de re iud. scribit, diem differt, dilatus dies esse debet, 346 donec morbus durat. Non † rectè itaq; Budæus, d.§.si quis iudicio. vir alioquin eruditus, diem diffusum, aut, vt ille legi mauult, aduersus Tusci codicis fidem, diffusum, rem in posterum diem reiectam, interpretatus est, quasi de diurno morbo lex 12. Tabularum loqueretur, non etiam de eo, qui plurium dierum haberet moram, de quo æquè legem sensisse, existimare debemus. Quia, cur aliud in diuturniore morbo statuatur, reddi ratio non potest. l. à Titio.ff.de verb. obliga.lex deniq; non distinxit.l.3.& ibi gl. 347 ff.de offic.præsid. Adde, † morbus sæpe diuturnos esse, & iuris præsumptione in dubio existimari, Cardi.c.cùm inter. de electione.per c.cōmuniter. 33. distin. Alex.d.l. furiosum.in 2.col. Deci.c. prudentiam.col. 4.de offic.deleg.Gome. reg. de infirmis.resig.q.9.nu.4. Adde.l.si lōgius. in prin.ff.de iudi.quo legem spectasse verisimile Argu.l. 348 nam ad ea.ff.de legib.est. Non † exigo, morbum omnino cessare, sed ita remitti, vt quo minus ad iudicium venire quis possit, ei non noceat, quoniam, qui ita languet, morbe sontico impeditus dici non potest.l.quæsitum.ff.de re iudic. lex autem 12. Tabularū morbum sonticum, non alium excusauit.d. 349 §. si quis iudicio. Et † morbus quidem sonticus Iauoleno libro L.Digestor.l.morbus, de verb.signi. ex Cassio is est, qui cuiq; rei nocet, quod generaliter accipiendum 350 est. Cæterùm, † quod ad præsentem disputationem attinet, Iulianus libro 42. Dige.d.l.quæsitum. ita arctat, vt morbum sonticum eum esse definiat, qui cuiq; rei agēdæ impedimento est, ei exceptione negata, qui sanus aliàs ac robustus iurisdicundi fortè tēpore leuissima febre correptus proponeretur, d.l.quæsitum. eo similiter excluso, *cui* vetus esset quartana, ac propè iam *desita*, quæq; sperni possit, l. 1. §. sed si *sciendum*. vers. proinde. ff. de ædili. edic. vt *suis* superesse negotijs omnib. per morbi languorem nihilo magis impediretur, d. l. quæsitum. quasi, qui ita affecti sunt, morbum sonticum habere non videantur. d.l. quæ- 351 situm. Sontici † verò appellationem tanquam nocentis esse scribit, Venuleus l. fi. ff. de ædil. edi. Nam sontes, inquit, nocentes dici. Sic Vergilius lib. 6. Aeneidos

dos continuò, ait, fontes vltrix accincta fla-
352 gello Tisiphone quatit insultans. Morbo † autem impediri litigantem, accipere debemus, non quo ipse laborat tantùm, sed & quo eius necessarij, c. communis, & ibi glo. 23. dist. Alex. l. 2. §. si quis iudicio. ff. si quis cautio. Deci. l. 1. nu. 74. ff. de offi. eius Paris. cons. 102. quod sententia, in fi. vol. 4. Docto. c. querelam, de procura. Gomes. in regu. Cancel. reg. de infir. resig. q. 9. priuig. infirmitatis 13. idq; ob mœrorem, quem in suorum ægritudine quisq; capit. d. c. communis, & Paris. d. cons. 102. esse item inhumanum, in aduersis casibus suos deserere. Generaliter denique ad ægros adire, humana conditione sola nobis cõiunctos, iubemur, quod officium sine nonnullo delicto prætermitti nõ potest. c. vnum orarium. §. aliàs ea demum. 25. dist. Gomes. d. q. 9. priui. infir. 67. Vnde, quanta cuiq; prope necessitas incumbat, ne suis non adsit, cùm ægrotant, aduersaq; sunt valetudine, intelligere licet.

353 Quod † in infirmis diximus, est in debilibus æquè respondendum. licet enim aliud sit, ægrum esse, aliud, debilem: vt notat rub. de Cler. ægro. vel debili. Deci. d. l. 1. num. 73. eodem tamen iure vtroq; censeri, placuit. c. si qui testium, cum simili. de testib. Deci. c. si pro debilitate, in prin. de offic. deleg. &
354 d. l. 1. & num. 73. Rei † quoq; capitalis damnatos, si in ius vocati non accurrerint, exceptione adiuuari, constat. l. sed & si quis, in prin. ff. si quis cautio. quod meritò esse constitutum, Parisius, Præceptor meus, lib. 4. responsorum Cons. 102. quod sententia. nu. 13. scripsit. Nam si corporis, inquit, languor hanc tribuit exceptionem, l. 2. §. si quis iudicio. ff. si quis cautio. & l. quæsitum. ff. de re iudic. quantò magis animi ægritudo idē mereri debet? Arg. c. communis. 23. dist. qua laborare capite damnatos, præsumptum est, in qua causa esse, non qui morte modò, sed & qui exilio coërciti sunt, & solum vertere iussi, sciendum d. l. sed & si
355 quis. est. Tantundem † in ijs respondendum putauerim, qui in rerum suarum discrimen vocati, iudicio non accurrerunt. Nam in eo, qui in ius venit, indeq;, accepto graui nuncio, vt impendens rebus suis periculum maturè depellat, discesset, Ioannes c. si postquam. verb. licentiam. de elect. libro sexto Andreas idem scripsisse lego. Hunc enim nullas contumaciæ pœnas luere, placuit, quod Ioannes Imolensis libro quadragesimosecundo Digest. l. quæsitum. numero tertio de re iud. apud Iulianum rectissimè probat. Quapropter, ijsdem Ioannes Andreas, & Ioannes Imolensis. d. c. si postquam. & d. l. quæsitum. authoribus, si quis rei iudicandæ tempore, vt imminens ædibus suis incendium arceat, aliámue maiorem vim instantem propulset, discesset, nulla contumaciæ pœna Ioannes Andreas & Ioannes Imolensis
356 vbi suprà. plectetur. Sed † an exigimus, vt discedendi potestas à Iudice litigatori fiat? & sanè, si periculum moram Iudicis orandi non admittit, impune discedenti esse, satius est dicere, Ioannes Andreas & Ioannes Imolensis vbi suprà. æquè si Iudicis copia non sit, imò magis venia dari Ioannes Andreas & Ioannes Imolensis, vbi suprà. debet. Quid enim deliquit, qui ad Iudicem, vt eum exoraret, adire non potuit: eum verò, qui contempta ius dicentis authoritate discesset, pœnam non effugiet. Ioannes Andr. & Ioannes Imolensis vbi
357 suprà. Modò † sciamus, non quemlibet timorem excusare, sed maioris mali. Ita enim Ioannes Andreas & Ioannes Imolensis differere d. c. si postquam. & d. l. quæsitum. lego, & Labeonis responso consequens est, metum libro quarto Digest. l. metum. 2. quod met. cau. ad hunc modum
358 definientis. Fortasis † & in proposito personæ qualitatis inspicienda nobis erit. Nam alioquin, vt Titus Gaius l. metum. 2. ff. quod met. cau. est author, metus, qui hominem constantissimum permouere potest, non qui in vanum, & ad omnia trepidantem incidere, priuilegium mereri so-
359 let. Tantæ † autem curæ legibus salus cuiusque est, vt non modò valetudine impeditis, si in iudicium non stent, venia sit. l. 2. §. si quis iudicio. ff. si quis cauti. sed cautum & illis placuit, qui eò vocarentur, quò turò venire non possunt, excusari enim sacris constitutionibus, c. accedens. 2. & ibi Felin. num. tertio. vers. prim. conclusio. vt lite non contes. & clemen. pastoralis. §. notorium. de re iudic. & c. cum dilecta. de confir. vtili vel inuti. & c. venerabilibus. §. secus. de sen. excom. libro sexto, & c. cum personæ. de priuileg. libro sexto, & c. accepimus. de fide instrumen. & l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus causis, in possess. ea Glos. c. hortamur. 3. quæst. 9. Glos. penult. in fin. cle. appellanti. de appella. Roma. latè. l. si verò. §. de viro. fallen. 11. ff. solut. matri. Butr. repe. c. vestra. colum. trigesimaoctaua, de coha. cle. & mulier. qui in ea causa sint, nemo est, qui nesciat, & meritò. Quid enim deliquit, qui Tyranni crudelitatē metuens, hostésve

formidans, aut aliam maiorem vim, in iudicium nō venit? d. §. quid sit latitare. & Fel.
360 d. c. accedens. nu. 3. Quod † quidā Anto. de Butrio. c. 1. de iudici. Angel. & Alex. l. cùm res. in prin. de legat. 1. Fel. d. c. accedens. & d. nu. 3. Rip. trac. de pes. parte. 3. par. 2. princip. in prin. & tunc verum arbitrantur, cùm pacto conuento id comprehensum est, vt quocunq; loco quis suscipere iudicium cogatur, quasi loci non tuti exceptio ineſſe conuentioni semper existimetur, nec, quòd cogitare poterat, fore, vt in loeum non tutum vocaretur, eò magis onerari debet, cōtrà, quàm quidam loan. de Imo. d. l. cùm res arg. l. si quis domum. §. 1. ff. loca. putauit, nam eius loci, quo accedere verisimiliter se non obstrinxisset, Alex. d. l. cùm res. ex dictis. Butr. c. 1. de iudicijs. & Fel. d. c. accedens. & num. 3. conclu. 1. inter pascisendum non venisse in mētem debitori credendum
361 est. Superiora † accipere debemus, siue capiti suo quis, siue causæ metuens, in ius nō. loā. Andr. in spe. 3. par. de accu §. fi. vers. quid si bannitus. & Angel. in dispu. Bono. in. 4. dubio. & phi. c. ex parte 1. in fi. de appel. Ange. l. 2. §. quod diximus. post mediū. ff. si quis caut. Fel. d. c. accedens. nu. 4. conclu. 2. venit, nam & ei, cui Iudicis iniquitas meritò suspecta est, leges opitulantur.
362 Quod † in litigatore dictum est, in Iudice quoque responsum didici. c. statuimus. & ibi Pau. de offi. deleg. lib. 6. Fel. d. c. accedēs. num. 3. conclu. 1. Iudici enim iusso in loco parum sibi tuto ius dicere, eligere licere locum, vbi ius tutò dicere possit, qui à designato non multum absit, palàm loan. And. d. c. statuimus. facit cle. 1. de for. comp. Mari. Soci. c. qualiter. 2. q. 10. art. 10. de accusationib. Fel. d. c. accedens. num. 3. est, quod in Ecclesiæ proceribus controuersiam religionis tractantibus Pontanus cons. 352. colu. 7. per c. vsuras. C. de solu. Fel. d. c. accedens. num. 3. in fi. respondit, illò concilium transferre ius eis esse existimans, vbi in tu-
363 to sint. Sed † an eum, qui sibi metuit, non oneret, quòd accepta fide publica in ius venire tutò potuit, & Iudicem iustis allegationibus recusare? videamus. Et dixerit quispiam, non esse venia dignum publicæ fidei beneficio vti nolentem, tanquam qui impedimentum remouere Bald. & Imol. l. quib. dieb. in prin. ff. de condi. & demon. Fel. d. c. accedens. nu. 4. faciunt. quæ scribit. idem Fel. post Iuno. c. cùm non liceat. de præscriptionib. potuerit, nec remouerit, sed melius est distinguere, frangi fides publica soleat, nec ne, solere enim sæpe aduersus eam fieri nihil autem interest, nullam accipere fidem publicam, aut eam sequi, quam violari meritò vereamur, ab hostibus fortè Fel. d. c. accedens. num. 9. post Sali. l. reos. col. 5. vers. ex prædictis contrarijs. C. de accusationib. datam, aut eo Iudice, cum quo capitales inimicitiæ nobis intercedunt, Fel. d. c. accedens. num. 2. post Bar. in l. is qui reus. ff. de pub. iudi. & Imo. ibidem. col. fi. vbi latè. distinguit. num. 30. quiue vim, quæ timetur, authoritate sua prohibere non potest. Fel. d. c. accedens. num. 4. vers. 11. aduerte. post Bar. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præsi. idem Fel. rub. de treng. & pac. Nam quin fidem publicā dare Iudex possit, nulla dubitatio Fel. d. c. accedens. num. 2. post Bar. d. l. his qui reus. est. A Principe itaque fidem publicam datam sequi oportet, cuius authoritate in tuto esse litigator potest. Fel.
364 d. c. accedens. nu. 2. Idem † in Duce belli est respōsum hoc ita, si seruari data ab eo fides consueuit, nec infringi militari licentia. Rota de dolo & contumacia Decis. 12. aliàs 315. in nouis. Silere enim leges inter arma, sæpeq; lasciuientis militis temeritas, quàm Ducis authoritas plus valuit, neque enim Romanorum omnes Manlios fuisse, aut Polonorum Tarnouios esse vel Mielecios, quibus Imperatoribus nullus licentię locus in Castris nostra ætate relictus est, legumq; vox non minus, quàm armorum strepitus
365 exauditur. Sed † finge, & dari & seruari fidem à Duce belli datam solere, sed ad eam petendam non tutò nuncium mitti, an fraudi sit illi, qui ea neglecta iudicio non occurrisset? & Franciſus Francis. Aret. cons. 16. præsuppositio. in facto. colu. 2. Aretinus & Felinus d. c. accedens. num. 4. vers. 2. aduer. eum secutus, impunè hunc in ius non veni-
366 re, responderunt. Nisi † opera litem intendentis, quod per se consequi non potest, reus impetret, tunc enim frustra moras eum nectere, & periculum excusare. Fel. vbi
367 proximè. Quod † de loco, quo quis vocatus est, diximus, de regione, quà illò iter est, erit respondendum. Oldr. cons. 43. Fel. d. c. accedens. 2. num. 10. per illum textum, vt *lite* non conteſ. Nihil enim interest loco, *quò* vocamur, consistere, aut illo accidere, non possumus, vtrunq; enim casum *periculum*
368 vitæ continere. Hoc † ita, nisi *alia* regione, quò quis vocatus est, venire tutò posse proponatur, tunc enim, nisi veniat, contumaciæ pœnas meritò luet. Probare itaque eum oportere omnē accessum eò, quò vocatur, esse periculosum, Maria. Soci. Rub. de dilationib. char. 43. Fel. d. c. accedens. num. 10.

quod

quod rectissimè mihi dictum videtur. Nam & qui nauigio committere salutem suam noluit, maris tempestatem fortè metuens, aut Piratarum manus, terra, quà tutò poterat, in iudicium non venit, non auditur, & qui vim fluminis causatur, quod circumire potuit, pontéve soluto, transmittere nauigio. nam his non subueniri, Domitius Vlpianus libro secundo Digest. l. 2. §. si non propter. si quis cautionibus. scribit. Superiora, † cùm vis humana metuitur, accepta
369 sunt: eadem tamen habent peræquè locum, cùm cœli grauitas quædamq; quasi diuina vis præsentiam venienti periculosam facit. Bar. l. recusare. §. si quis alio. ff. ad trebel. per c. ad supplicationem. de renun. glos. c. communis filius. 23. distin. textus. c. quorundam. 74. distin. & l. 2. §. penultimo. ibi vel aliqua fortuita calamitas. ff. si quis cau. Fel. latè d. c. accedens. num. 11. conclu. 6. vt lite non contes. Ripa. trac. de pes. par. 3. partis. 2. principalis in prin. Quapropter eò, vbi lues pestilens grassatur, vocatis, si non accurrerint, parcitur, quo beneficio Gregorium, vigesimum secundum eius nomine Pontificem maximum, vsum accepimus, qui cœli noxam excusans, pisas, vbi concilium coactum erat, non Mari. Soci. c. veniens. de accusationib. & d. Rub. de dilationib. Fel. d. c. accedens. nu. 11. venit.
370 Adeò † autem verum est, ad locum pestilentem vocatos impune iudicio non occurrere, vt alium vltro patrocinium causæ nostræ suscipientem mittere non cogamur, c. ex parte. ibi tu vel tui. & ibi Glo. Imol. Panor. & peru. not. de appellationib. & Glo. c. bene vers. securè de elec. Rip. trac. de teste. parti. 3. par. 2. num. 4. quæ sententia habet rationem. Nam, vt eleganter Franciscus Ripensis d. par. 3. & num. 4. vers. sed contrarium. disserit, inciuile est exceptionem habenti ob loci insalubritatem aliquò non veniendi, suamq; causam per se tueri volenti procuratoris mittendi necessitatem imponere, ea inprimis re suspecti, quòd operam ipse suam spōte offerat, l. quæ omnia. vers. nec verendus. ff. de procu. multiq; huius sententiæ authores esse referuntur. Glos. Imolen. Panor. & Peru. d. c. ex
371 parte. Sed † finge, eum, qui ita vocatus est, contempto periculo semel ad locum pestilentem venisse, an rursus vocatus, iure venire recusetꝰ quod quisquam negauerit. Nam, cùm loci non tuti exceptio sit dilatoria, ante litis ingressum illa vti oportet, ita demum. C. de procura. & c. inter. monasterium. de re iudic. frustrà itaque ad illam iudicio suscepto reum confugere. Sed verius est, hanc exceptionem semper vtilem fore. Quotiens enim exceptio talis nascitur, totiens ea se tueri, qui conueniretur, potest: nasci verò, quotiens ad locum pestilentem quis vocatur, palàm est: totiens enim eum onerari constat. Igitur totiens eo iure vti licebit, nec interest, contestata lis sit, an non c. insinuante. de offic. delegati. ita idem Franciscus Ripensis d. par. 3. numero octauo. post veteres Archidia. Ioannes Andr. Gem. & Peru. c. statuimus. de offic. delegati. libro sexto. Fel. d. c. accidens. numero decimoquinto,
372 vt lite non contes. disputat. Quod † de loco pestilenti dictum est, ad locum inhonestum meritò producetur. Non enim minor honestatis bono viro, quàm salutis haberi ratio debet, & idcirco eò vocatus, quò venire quis honestè non potest, si non veniat, nihil delinquit, quod est in arbitri præcepto responsum, l. quid tamen aliàs. si cùm dies. §. sed si in aliquem. ff. de recep. qui arbit. in locum inhonestum sibi litigatores adesse iubentis, vt puta in po-
373 pinam aut lupanarium. Inspici † itaque personarum qualitatem oportere, nam quo integræ famæ homo sine dedecore accedere non potest, illo ignominiosus honestè ac sine probro venire poterit, aliud enim alij turpe d. §. sed si in aliquem. es-
374 se. Diximus † de accessu ad locum pestilentem, de recessu nunc videamus, an eadem sit, inde recedentium causa? quod consequens est dicere. Aequè quippe iustus est metus pestem fugientis, atque ad pestilentem locum non venientis, nec minus legibus comprobatus. c. negotiatorem 88. distin. Rip. tract. de pes. par. 2. nu. 71. Igitur & ei, qui loco pestilenti excessit, ne contumaciæ pœnas vllas luat, erit meritò subueniendum. Naturali-
375 ter † enim mortem formidamus atque perhorrescimus, c. nolite timere. 11. quæst. 3. cum Glos. Ripa. trac. de pes. parte secunda. de princ. contra. numero centesimo sexagesimo quinto. quasi naturæ dissolutionem, quam malum esse Sapho. vt Aristoteles libro Rhetoricorum ad Theodocten secundo refert, ratiocinabatur: Dij namq;, inquiens, nisi ita iudicassent, morerentur: ipse verò Aristoteles, libro Ethicorum tertio, cap. sexto, mortem maximè omnium esse terribilem ait, & eius præceptor Plato, in Phedone, vnum ex maximis malis mortem existimari scribit. Igitur qui loco pestilenti excedit, rem naturæ cōueniencem

tem facit, quæ docet nos mortem timere, & omne vitæ cauere periculum atque declinare. qui metus vt libro primo Epistolarum Decretalium c. 1. col. 3. de summa Trinitate, quem refert Ripa. tract. de pes. 1. par. 2. par. de prin. contrac. num. 165. circa medium. Nicolaus Abbas scribit, ita altè in hominum animis hæret, vt auelli nulla ratione possit hoc amplius, idem Nicolaus Abbas apud Innocentium tertium c. cùm dilecti. num. 16. de dolo. & contuma. Ripa. d. trac. de pes. in prin. nu. 8. & Parisi. cons. 3. & si prima facie num. 12. volu. 2. eleganter notat, non vacare diuini numinis offensa factum noxam cœli nõ euitantis, tanquam qui imminens mortis periculum non de-
376 clinat, Deum tentare videatur. Vnde† multa fluxerunt, in primis ei, qui loco aliquo morari debet, si cœlum pestilens fugitans, alio migret, impune Ripa. trac. de pes.
377 par. 2. num. 143. est. Quod † in Ecclesiæ ministris scio responsum, quibus hoc amplius Henrico Cardinale Summa de cleri. non resi. §. fi. facit. d. c. ad supplicationem. de renunciatione. & c. pastoralis. 7. q. 1. & c. bonæ memoriæ. de elec. est textus clarus. ele. ne in agro. §. fi. iunctæ glos. vers. rationa. il. de sta. mo. Fel. d. c. accedens. 2. vers. 6. conclu. vt lite non contes. Ias. l. 2. §. penul. ad fi. ff. si quis cau. Ripa trac. de pes. par. 2. nu. 136. & sequenti. Hostiensi authore reditus sacerdotiorum saluos esse constat, diaria quoque, quæ distribui inter præsentes quotidie solent. c. 1. & ibi Ioan. Andr. Gemi. Peru. & commu. Docto. de cle. resi. Ripa. d. trac. de pes. par. 2. num. 144. Quæ sententia Federici Cons. 246. exoriente adde Rip. d. par. num. 144. & sequenti. Senensis esse re-
378 fertur, cui non inuitus assentior. Nam † generaliter, qui iusta ex causa absunt, pro præsentibus l. quæsitum, ff. d. legat. 1. l. seiæ. §. pamphilæ. ff. de instruct. vel instru. legat. & l. si quis Titio. ff. ex quib. cau. maio. facit. l. testamento ff. de alimen. & ciba. legat. & l. cùm hæres. §. stichus si hęredi. ff. de stat. lib. Roma. d. cons. 263. Ripa. d. tract. de pes.
379 par. 2. num. 10. sunt. Secundum † quod Pontanus Cons. 263. viso puncto. per l. si quis ita. ff. de cõ. & demon. & alios textus. latè pen. ibi. allegas. illius iusiurandum defendit, qui in sua ciuitate, vnde octo menses pestilentiæ metu abfuisset, semper fuisse iu-
380 rasset. Proximam † sententiam quidam Roma. d. con. 263. & Rip. d. trac. de pes. par. 2. num. 10. & multi sequen. non malè ad omnes alias causas, ex quibus quis fuste abesse
381 proponitur, porrigunt. Quod † de diarijs supra dictum est, ita quidam Rip. d. par. 2. num. 145. putant accipiendum, si more Ecclesię ex iusta causa absentibus præstari diaria solent, alioqui solis ijs, qui sacris interfunt, ea deberi, nemo nescit. c. licet. de præben. & c. de cætero. de cle. nõ resi. idem.
382 Rip. d. par. 2. & num. 145. Sed † an relinqui vicarios ab Ecclesiarũ ministris exigimus? & quidem in ijs, quibus populi cura commissa est, probandum erit, ne nullo relicto vicario discedant. Nam qui in ea causa sunt, vitæ discrimen adire, & populi sibi crediti salutem suæ anteponere debent, c. tres personas. 23. q. 4. & Ioan. 10. a. & Rip. d. par. 2. num. 147. nam si eum, qui exercitui præest, vigilare pro salute suorum oportet, idem multò sanè magis eum, qui Dei Ecclesiæ præest, facere oportet, quanto corporibus animæ præstant. Hunc enim animarum, illum corporum curam gerere. Rip. d. par. 2. num. 150. post Ioan. de Imo. c. fi. col. 2. de cle. non resi. Denique si turpe est, militiam deserere, quòd admissum lege Castrensi Capitale l. non omnes. §. 1. ff. de re mili. est, quanto erit turpius Ecclesiæ præpositis commissum sibi populum in vitæ periculo derelin-
383 quere? Quod † tamen hodie cordi non esse, quibus esse deberet, videmus. Quis enim Pontificum in his regionibus inualescentes atque adeò nostræ insultantes religioni hæreses amolitur? quis pœnis persequitur? vindicat, vleiscitur? ne quid ipse damni faciat Pontifex Ecclesiæ res detrimenta plurima pati, despoliari suorum templa sustinet, modò reditus suos seruet ipse, retineatq; incolumes, sed surdorum aures
384 frustrà nostræ pulsant querelæ. Eò † itaq; vnde dilapsi sumus, redeamus, & quid in literarum Doctoribus respondendum sit, tractemus, vtrũmne loco pestilenti excedere, docereq; desinere salua mercede possint? an pro numero magis temporis præmium ferant? & hoc consequens esse, quisquam dixerit, nam si labor & pecunia, vt Papinianus libro trigesimotertio Digest. l. scio. in prin. de annuis legat. Rip. d. trac. de pos. par. 1. par. 2. num. 112. scribit, diuisionem recipiunt, nihil proponitur, cur nõ & merces pro docendi operis constituta diuidatur. Ripa loco proximè citato. quod exemplo militis cõprobatur, cui postliminio reuerso stipendia & donatiua temporis, quo apud hostes fuit, Imperator Antoninus Augustus libro duodecimo Principaliũ Constitutionũ cap. primo, de re militari, negat deberi, quod Bartolus ibi notat, l. 1. de re militari. lib. 12. C. Rip. loco proximè not.

num. 113.

num.113. & meritò, quia, cùm in captiuitate esset, non militauit, stipendium verò deberi militiæ constat, non ocio. Apparet hoc amplius in nauta, cui vehendi munere nō functo, naue forsan amissa, vectura non debetur, l. exconduct. §. item cùm quidam. ff. locati. Rip. d. par. 2. num. 114. quid quærimus? Baldus Bal. l. 1. nu. 2. C. delegat. post Dinum & Iaco. de Are. Adde Deci. cons. 70. per tenui facultate, libro 6. Principalium Constitutionū apud Anto. Pium notat, eum, qui annuas docendi operas locauisset, nec amplius sex mensibus, docuisset, sex tantùm mensium mercedem ferre debere, idem alio loco nihil ei deberi scribit. Deci. d. cons. 70. quod & in medico respondit. l. ædem. col. 3. C. locati. Adde. Deci. d. cons. 70. & Rip. d. par. 2. num. 113. Hæc quidem sollicitam habent quæstionem: verius tamen est, Doctoribus & eius temporis mercedes deberi, quo pestilentia electi non docuerunt, per eos enim, quo minus docerent, non stetisse. Nam ita generaliter in ijs, qui operas suas locant, Iulius Paulus libro trigesimo Digest. l. qui operas locati. & l. 1. §. diuus. ff. de va. & extra cogni. facit l. penult. & fi. C. de condi. ob caus. Rip. d. par. 2. nu. 114. respondit, qui & ab aduocatis, per quos, quò minus causam agerent, nō stetisset, honoraria iure repeti negat, d. l. qui operas. §. 2. 114. nec supersiti modò Doctori eius temporis, quò vacauit, merces debetur, sed eo defuncto hæredibus. Glo. d. §. diuus. Bal. l. 1. C. de suffragijs. Ias. post alios l. diem defuncto. colum. 9. ff. de offic. adsesso. Rip. d. par. 2. num. 115. Cur aliud verò constitutum in milite sit, cui pro numero temporis, quo militauit, stipendium soluitur, d. l. 1. de re mili. illa redditur ratio, quòd in eo pecunia, quæ numeratur, remuneratio sit laboris, æquè in nauta: d. §. item. cùm quidam. in Doctoribus autem ipsorum magis animi iudicium, artisq; quam docent, spectari dignitatem. Quamobrem mercedes eorum diuidi nō oportêre, sed integras præstari debere, Bartolus apud Domitium Vlpianum lib. L. Digest. l. 1. §. Diuus, de varijs & extraordinarijs cognitionib. bellissimè disputat, Nec cōtrà est, q̃d ex Baldo retulimus, qui Doctorib. p̃ numero tēporis q̃ docuissent, deberi mercedes ait, d. l. 1. C. de lega. nu. 2. & d. l. ædem. aut certè nihil, quasi qui totius tēporis operas nō præstiterint, nihil egisse videātur. Illud enim ita exaudiendum est, si per eos steterit: in p̃posito autē nō stare per Doctores cōstat, qui pestilens cœlū fugientes discesserunt, & ita Bal. d. l. ædem. nu. 8. per l. si ita fuerit. ff. de manumis. test. ipse significauit, quam distinctionē Franciscus Ripensis d. par. 2. nu. 316. cū seq.

385 p̃bat. Sed † an, quæ de loco pestilenti dicta sunt, eadē de adiacenti loco respōdebimus? & cōsequens est, hoc putare, quasi in eadem causa & ij sint. Argumento esse, quòd, quæ ex adiacentibus prædijs, vbi incendium fieret, rapta essent, p̃ ex incendio raptis haberi placuit, l. 1. §. incendio. ff. de incen. iu. & nau. & idcirco ex adiacentib. locis incendio recepta ad edictū Prætoris ex incēdio quid rapere, phibentis, pertinere, respōsum d. §. ex incendio. est, eadēq; est interpretatio adhibita in ex ruina ablatis. Nā & quæ ex ruinæ adiacentibus quis sustulisset, ea, tanq̃ ex ruina ablata debent haberi. d. l. 1. §. itē ruinę. Apparet itaq; ex his, non modò ad locū pestilentē non accedentiū, indéve recedētium p̃babilem esse causam, sed & eorū, qui ad loca adiacentia non venissent, indéve recessis-

386 sent, æquè enim & his parci. Illud † habet quæstionē, suspicionis tempus pestilētiq̃nè, an salubritati potius tribuamus? & benignè pestilentiæ adscribemus, id enim esse cōsultius ait Ripensis, d. par. 2. nu. 132. exemploq;

387 defendi. Nam † & belli suspicio pro Arg. l. pedius. in prin. & l. 1. §. si suspicio. ff. de incē. ruin. & nau. Rip. d. par. 2. num. 134. bello est, &, quod in belli tempore est constitutū, id in belli suspicione obseruari consueuit. Vn-

388 de † receptum est, vt publicanis, modicis ob belli suspicionē perceptis vectigalibus, deductio fiat, æquè ac belli tempore idē passis fieri solet, quod Ancharanū cōs. 88. præmissa facti serie. consultū respondisse, Franciscus Ripen. d. par. 2. nu. 134. refert. Huc †

389 pertinet, quòd, vt est ab Alfeno l. habitatores. §. fi. ff. loca. Rip. d. par. 2. nu. 26. respōsum, Inquilino propter iustū periculi timorem emigranti pensio remittitur, etiāsi nihil periculi re vera fuisse p̃betur. Sed †

390 captiuitatis & infirmitatis causis explicitis, ad reliquas posteriores duas, quas q̃què Saxonum lex Spec. Sax. lib. 2. Art. 7. excusat, transeamus quarū altera est, peregrinatio, sequens

391 publica expeditio. Et † licet aliàs peregrinari eos dicat cōstitutio, l. Ciues. de incolis. lib. 10. Codi. qui inde, vbi larem habent, ac domicilijū, quocunq; profecti p̃ponuntur. etiamsi adhuc intra prouinciæ fines sint, & hoc tantisper, dum eodē reuertunt: Hoc loco tamen eum peregrinari acceptū est, qui patriæ suæ finibus excessisset, d. art. 7. ibi extra fines terræ. & hoc siue suæ siue alterius rei priuatę gratia, peregrè esset. Nā q Reip. causa absunt, eos sequēs caput apprehendit,

Sed

392 Sed † vtrúmne ex necessaria tantùm causa peregrinantem lex excuset? an ex voluntaria? Et non arbitror voluntate sua peregrinanti subueniri, nam in alijs speciebus, necessariam peregrinationem allegantem leges excusant, l. aut si valetudinem, & l. aut longa. ff. de procu. non quoque voluntariam. Sed nec, nisi qui ex necessitate Reipub. causa absunt, adiuuantur. l. sed & si per prætorem, §. fi. in fin. ff. ex quib. cau. maio.
393 & qui data. Constat † quippe eos, qui Reipub. causa abesse affectassent, à priuilegio Reipub. causa absentium reuocari. l. pera.
394 ff. ex quib. cau. maio. Planè † sua causa peregrinari eum accipere debemus, qui cognitionis gratia, aut appellationis aliquò profectus d. l. sed & si per prætorem. §. fin. est: alterius verò causa eum, qui legatione pro ciuitate fungitur, d. §. fin. vel testimonij dicendi gratia est aliquò euocatus. d. §. fin.
395 Sed † an inter necessariam causam habentes eum connumeremus, qui religionis ergò peregrinatur? & si nũcupato voto id faciat, tanquam qui necessitate eius soluendi diuino numini obstringatur, c. licet de voto, & voti redemp. proculdubio facti sui ratio ei constabit, & idcirco à legis auxilio non erit arcendus, sin verò nuda voluntate peregrinari instituat, non puto ei semper succurri, Scio quosdam apud Titum Gaium lib. 4. Dig. Glo. d. l. aut si valetudinem. in eo, qui sua volũtate diui Iacobi fanum adisset, aliud respondisse, Herennij Modestini l. & religionis. ff. de procur. sententiæ consequens esse ratos, ob religionis beneficium excusationẽ tribuentis, sed extra necessitatis causam id ego nõ putauerim vsq; quaq; admittendum, vt in arbitro Iulium Paulum l. nõ distinguemus. §. sacerdotio. ff. de recep. qui arbi. recepe. respondisse repeto, quem sacerdotio obueniente sententiam dicere, negat
396 cogi debere, eo nõ honori personæ, sed Dei maiestati indulto, cuius sacris vt eleganter ait. d. §. sacerdotio. & piè, vacare sacerdotes oportet, & hoc nisi probabilẽ absentiæ causam habere proponatur. Probabilis † enim absentia pro necessaria propemodum est, quod in magistratu abfuturo responsum scio, quẽ non modò ex necessaria causa iurisdictionẽ mandare posse, sed & ex probabili, placuit, Deci. post. Cyn. l. 1. nu. 66. ff. de offi. eius. & eum, qui studiorum gratia abfuit. Non minus, quàm ex necessitate absentem, ne videlicet per iustissimam absentiæ causam decipiatur, leges tuentur. l. nec non. ff.
397 ex quib. caus. maio. Multùm † igitur interest, voti necessitate adactus peregrinari qs

instituat, an sua voluntate. posteriore enim casu disquirere, q iuridicũdo præest, debet, priuilegio dignus videatur, qui probabili de causa abest, an non. d. l. nec non. cùm necessariam causam habenti semper subueniatur. ff. ex quib. cau. maio. ferè per totũ. His †
398 breuiter de peregrinatione dictis, ad sequẽtem causam de publica expeditione descendamus, quod caput eos tuetur, qui Reipub. causa absunt, siue bello operam dent, C. de restit. milit. per totũ. siue in pace Reip. suæ seruiant, ff. ex quib. cau. maio. per totũ. cau-
399 sam † autem accipere debemus necessariam: d. l. & si per prætorem. §. fi. nam affectata absentia prodesse non solet, l. & qui data oper. ff. ex quib. cau. ma. & quę ex cuiusq; volun-
400 tate descenderet. d. §. fi. Quod † in eo Callistratus lib. 4. Digest. l. item hi. ex quib. cau. maio. respondit, qui grandis commodi sui captandi gratia id egit, vt Reipub. causa
401 abesset. Et † Alfenus non verè dici Reip. causa abesse eũ scribit, l. nõ verè. ff. ex quib. cau. maio. qui sui priuati negotij causa in le-
402 gatione est. Et † Domitius Vlpianus Reip. causa abesse eos solos ait l. Reip. ff. ex quib. cau. maio. intelligi, qui non sui commodi causa, sed coacti absunt, eadem est illorũ cõditio, qui id magis egisse proponantur, vt Reip. quàm suis commodis seruirent. l. 1. §. caupo. ff. nau. caup. & l. cùm probatio. de proba. & l. cùm aurũ. §. peruentamus. de au-
403 ro & argen. leg. glo. d. l. non verè. Sed † & qui nullius lucri spe illectus, vt Reip. causa abesset, operam dedit, ab isto priuilegio re-
404 uocatur. d. l. & qui data opera. Nec † ille adiuuabitur, qui maturius, quàm erat iussus, profectus proponitur, d. l. & qui data oper. vt & contrà, qui tardius reuertit, d. l. itẽ hi. neq; enim hunc sine dolo malo abesse intelligi, quare non esse adiuuandum, placuit. d.
405 l. item hi. Sed † necille opitulationẽ meretur, qui, vt litem declinaret, abesse Reipub.
406 causa curauit. d. l. item hi. His † annumerabimus legatos etiam municipiorũ, quibus ex Principum Marci & Cõmodi constitutione succurritur. l. legatis. ff. ex quib. cau.
407 maio. Milites † planè inde, vbi militant Reipub. causa abesse, intelligi debent, l. milites planè. ff. ex quib. cau. mai. & ideò ab hoc
408 beneficio nõ erunt submouẽdi. Aliter † atq; magistratus, nam, vt maximè Reip. operam dẽt d. l. & qui data opera. publica causa abesse nõ existimãtur. q. l. vt sunt. ff. ex quib. cau.
409 maio. Nec † frustrà magistratuum hoc loco mentio à nobis fit, ppter minores magistratus, qui sine imperio & potestate sunt, nam, qui in ea causa sunt, in ius vocari rectè possunt,

sunt, l. nec magistratibus. & ibi Doct. ff. de iniurijs. vt qui cum imperio sunt, depositò
420 magistratu. d.l. nec magistratibus. Sed † & in ipso magistratu non malè conueniuntur, si quid contra muneris sui religionem fecerint, quia fortè sententiam venalem habuerint, vel pœnam per auaritiã irrogauerint, per preciúmve remiserint, aut qualibet alia re improbitas eorum probata fuerit, l. iubemus. C. ad l. Iuli. repetundar. his enim casibus nullum honorem haberi magistratui
411 placuit. d.l. iubemus. Eiusdem † sortis perpetui magistratus sunt, Bart. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. num. 10. ff. de ope. no. nuncia. vt putà, Papa, Imperator, Rex, & Princeps quilibet. C. vbi caus. fis. per totum. & C. si aduersus fis. per totũ. & l. proximè. ff. de his, quæ in test. delen. cum similib. Ang. l. 2. nu. 4. ff. de in ius vocan. post Bart. d. §. si quis ipsi prætori. nu. 10. per l. 1. ff. de offi. procu. Cæsar. Nam & eos in ius vocari, nihil vetat. d. l. 1. de offic. procur. Cæsar. & Bart. d. §. si quis ipsi prætori. & nu. 10. cum alijs proximè alleg. quod nisi admiserimus, fore, vt, quod ipsi deliquissent, nunquam vindicaretur, & aduersarij ius deperiret, Bart. d. §. si quis ipsi prætori. & nu.
412 10. quod opinandum non est. Simile † euenire, ait Bartolus, d. §. si quis ipsi prætori. num. 11. in tutore, & curatore, quia nec hic ab adolescente, nec ille à pupillo, dum negotia gerunt, conueniri possunt, Glo. l. nisi finita. §. cùm furto fin. ff. de tutel. & ratio. distra. & l. 3. & l. rationes. C. de admini. tuto. vel curato. & arg. c. 2. de noui ope. nuncia. aliter atque curator furiosi, & vtrumq; iusta ratione. Nam nisi cum curatore furiosi, d.l. nisi finita. §. cùm furiosi. & tunc agi possit, cùm negotia gerit, non reperietur, quando agi possit, ob nullum finem eius muneri legibus præscriptum: in tutore autem pupilli, & curatore adolescentis, quia illorum officium temporarium est, aliud meritò est constitutum. Bart. d. §. si quis ipsi prætori. & num. 11. post Glos. d. §. cùm fu-
413 riosi. Quod † in perpetuis magistratibus scripsimus, idem in ijs responsum l. iurisperitos. in prin. ff. de excusatio. facit lex sufficit. ff. de condict. indeb. Bart. d. §. si quis ipsi prætori. num. 12. est, qui, quo ad Princeps magistratu eos abire iusserit, in magistratu futuri sunt, idq; propter incertum. Sciri enim non potest, semper ne sint in magistratu futuri, an quandoq; magistra-
414 tum iussu Principis deposituri. Quod † in magistratibus, qui imperiũ habent, dictum est, vt, quàm diu in magistratu sunt, in ius vocari non possint, d.l. nec magistratibus, & l. 2. in prin. ff. de in ius vocan. in alijs quibusdam personis est quoq; cõstitutum. Vetat enim lex, d.l. 2. & Pontificem, dum sacra
415 facit, in ius vocari. in † eadem esse causa placuit eos, quibus alicunde, propter loci religionem, discedere non licet. d.l. 2. quo numero habentur, Accursio authore, institutum Monasticum professi, Glo. d.l. 2. verb. non possunt. quiq; relicta hominum societate, in solitudinem secesserunt, d. glo. verb. non possunt. Anachoritas Græci vocant.
416 Nec † rectè Zasius, d.l. 2. ff. de in ius vocan. qui reprehenso Accursio, cuius crebra opinio est, Docto. d.l. 2. virginibus vestalibus, quas à templo Vestæ per religionem exire fas non erat, hoc priuilegium tributum putat, tempora Vlpiani respiciens, cuius id responsum est, quibus Monasticæ vitæ institutum incognitum scribit. Quam sententiam si recipimus, bona pars Digest. otiosa nobis erit, nostræq; ætati nõ accommodabitur, &, ne longè petatur exemplum, quod modò de Pontifice dictum est, qui, dum sacra facit, in ius vocari vetatur, d.l. 2. frustra erit. Nam nec eo loco sacra nostra intelligit Vlpianus, quæ non nouit, nec nostros item Pontifices, vt, cùm idem Vlpianus lib. 11. Digest. l. fi. ff. de mortuo inferen. consultus, an monumentum imperfectum, vbi reliquiæ hominis conditę sunt, loco facto religioso perfici possit, Pontifices explorare debere respondit, quatenus salua religione consumare opus volentibus mos gerendus sit. Nam nec eo loci de nostris Pontificibus sentit æquè, cùm Papinianus lib. 5. Digest. l. hæreditas. de hæredi. petici. ad monumentum testatori faciendum, compelli hæredem Pontificali authoritate ait, ne nostris Põtificibus nequaquam sensit. alijs similiter Digest. l. 1. §. huius studij. verb. publicum. de iusti. & iure. & l. ossa. de religio. locis, sacra & Pontifices conuenienter suæ religioni veteres iurisconsultos accepisse constat, vt & sacerdotes & sacerdotia, d. verb. publicum. & l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de recep. & qui ar. recip. Sed quia vt Tertullianus lib. 1. Digest. l. ideò. de legib. eleganter scribit, semper quasi hoc legibus inesse credi oporter, vt ad eas quoq; personas pertinerent, quæ quandoq; similes erunt, & Imperator Iustinianus, quicquid ex veterum iurisconsultorum responsis in 50. Digestorum suorũ libros transtulit, quasi sua volũtate scriptum, suoq; ore prolatum, vult haberi, l. 2. §. tanta. & l. 1. §. sed neq;. C. de vet. iu. enu. quotiens

sacrorūm ac Pontificum in L. libris Digestorum fit mentio, tanquam de nostris sacris, nostrisq; Pontificibus scriptum, accipere debemus, l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. l. ossa. de religio. nisi cùm res gesta, &, quæ ad legis præceptum non pertinet, narratur, vt cùm Pomponius lib. 1. Digest. l. 1. §. deinde. ex his legib. de origin. iur. legum interpretandarum scientiam & actiones, priscis illis Quiritium sæculis, apud Collegium Pōtificum fuisse refert, id enim nostris temporibus, mutata Reipub. forma, accommodari non potest, & historiam continet, non iuris præceptum aliter atq; cùm Vlpianus eos, qui propter loci religionem alicunde se mouere non possunt, in ius vocari vetat. d. l. 2. ff. de in ius vocan. Eo itaque sermone ijs datum priuilegium dicemus, q Monastico sunt instituto, quiq; contemplandi diuini numinis amore Vrbium celebritatem exosi, in solitudinem se receperunt, sanctimonialibus item, quę hodie professione cælibatus electa, in Cœnobia ab hominum conuentu secreta, se abdiderunt. Nam hæ personæ in eadem causa sunt, in qua Vlpiani tempore fuerunt, quos se certo loco mouere vetabat religio. His igitur personis Vlpiani verbis datum priuilegium dicemus, Arg. l. ideò. ff. de legib. quia per similes sunt his, de quibus Vlpianus sentit, d. l. 2. ff. de in ius vocan. & de his Imperatorem Iustinianū intellexisse, ꝓculdubio est, cuius voluntate, quicquid in L. Digest. libris scriptum est, profectum esse, accipere debemus. d. §. tanta. Accedit his, quod idē Imperator Iustinianus in suis Pandectarum libris, nihil vsq; esse voluit ociosum. d. l. 1. §. sed in hoc studiū. quod Domitius Vlpianus lib. 4. Dig. l. 1. quot met. cau. ad edictū Prętoris esse generaliter seruandū notat: essent autem ociosa Vlpiani verba, de quorum intellectu differimus, si ad solas vestales virgines referri ea dicamus, quarum nomen nobis reliquum fecit antiquitas, religione cùm falsæ Deæ numine extincta, æquè erunt ociosa, si illis, eodē Zasio authore, significari veteres templorum custodes putemus, quos se loco mouere fas non erat, & non potius ad eos, qui in eadē causa sunt, & illis persimiles, interpretemur pertinere, Arg. d. l. ideò. quod Zasium, virum alioqui non intelligentē, miror non aduertisse. Sed dum ille antiquitatis sciens voluit videri, se
417 suæ ætatis ignarum, ostendit. Est † & eodem loco idem Zasius in Accursium d. l. 2. ff. de in ius vocan. iniquus, quem irridet, quòd priuilegium ei, qui equo publico in publica causa transueheretur, datum, d. l. 2. ad præconem. putauerit pertinere. Quo sensu acceptis Vlpiani verbis Bartolus d. l. 2. liberatum à se præconem quendam refert, qui dum publicæ rei, munere suo fungens, daret operam, ductus esset in carcerem, ait enim Zasius d. l. 2. ea verba, Budæo d. l. 2. interprete, ad equitum transuectionem pertinere, quæ ex Fabij Maximi instituto censendi causa fieri per Vrbem Romam Idibus Quintilibus solebat, quem morem multis intermissum annis, & iam antiquatum Octauius Augustus, vt author est Suetonius Tranquillus in eius vita, reuocauit, & quidem, vt fateamur eo consilio scriptum illud ab Vlpiano esse: ad præcones tamen produci, nihil vetat. Arg. d. l. ideò. ff. de legib. Nam eorum quoque causa, vt equitum, qui equo publico transuecti censebantur, publica est, nisi priuatæ rei seruiant. Quo casu id priuilegium eos non habere, placuit. Doctor. d. l. 2. ff. de in ius vocan. Sed si verborum apices sequi libet, cur Zasius eadem verba ad eos porrexit, qui ad artem boni & æqui docendam authorandi, vt insulam, & cætera Doctorum insignia accipiant, in ædem sacram ducuntur, quos interea in ius vocari posse negat, d. l. 2. quo dicto, quasi re noua, & quæ nulli veterum in mentem venerit, gloriatur, & malè se iactat. Licet enim eam dignitatem consequuti publici esse iuris incipiant, l. 1. in prin. & ibi Bald. & Fulgo. ff. de iusti. & iur. adeò, vt iniuria eis facta, Baldo & Fulgosio authoribus, d. l. 2. in prin. proximè alle. de iusti. & iur. publica accusatione vindicetur: priuati tamen iuris interim sunt, nondum authorati eaq; dignitate potiti aliter atque in specie præconis euenit, cuius personam iam esse publicam constat, quanquam quod in eo, qui Doctoris dignitatem assequutus est, dicitur in eo, qui ad eandem dignitatem euehi proximè debet, meritò producitur.
418 Arg. l. pe. ff. de mili. testa. Sed † quia, vt scribere Pedium Vlpianus refert, l. nam vt ait. ff. de legib. quotiens lege aliquid vnum vel alterum introductum est, bona occasio est, cætera, quæ tenduntad eandem vtilitatem, vel interpretatione vel certè iurisdictione suppleri, videamus, vtrum iurisconsulti, dum artē boni & æqui tradunt, ad similitudinem Pontificum, dum sacra faciunt, in ius vocari non possint: & non malè forsitan eis comparabuntur, nam & sacerdotes esse iustitiæ, l. 1. ff. de iusti. & iure. & leges inter sacra connumerari, inde sacratissimas leges dicimus, quarum interpretandarum

tandarum authoritatem quasi sacrorũ partis, penes Collegium Pontificum olim fuisse, Pomponius scribit, l. 2. §. deinde ex his. vers. omnium. ff. de origi. iur. & publica vtilitas in legum disciplina maximè versatur, vnde inter multa introductum est, vt procul à Iurisconsultorum auditorio fabros arcere liceat, qui artis suæ strepitu scientiam iuris tradentibus impedimento sunt. Bart. l. 1. in fin. & ibi alij. ff. solu. matri. Tenta-
419 riq; † potest, idem priuilegium, ne in ius vocentur, & illos mereri, dum domi discunt, quæ postea auditoribus suis tradant & summa quidem ratione, frustrà enim eos docendi gratia in auditorium venturos, nisi domi prius, quæ tradant, perdidiscerint. Qua ratione fabros, qui impedire discentes possunt, ab eorum domibus atque adeò vicinia arcendi ius Bart. d. l. 1. in fin. & ibi
420 Docto. est. Sed † an, cùm domo egressi in auditorium docendi gratia veniunt, idem priuilegium mereantur? quæri potest, & non arbitror eis esse denegandũ, argumento eorum, qui equo publico in causa publica transuehuntur. d. l. 2. de in ius vocan.
421 Spectari † item non tam vbi sint, quàm quò tendant, oportère. Hinc videmus, absentiũ Reipub. causa loco haberi, qui domo profecti, nõdum prouinciæ fines excesserunt, l. abesse. ff. ex quib. cau. maio. nec ij modò, sed & qui nondum se loco mouerunt, sunt adiuuandi. Nam generaliter Reip. causa abfuturis subueniri placuit. l. filius famil. §. fi. ff. de procur. aliud existimantibus frustrà
422 priuilegium docenti dari, nisi & ad docendum eunti idẽ seruetur, l. 2. & ibi Bart. Bal. & alij. ff. de iurisdic. sed & docenti concessum, concedi ad docendũ eunti consequens est dicere, Arg. l. 2. §. 1. ff. si vsus fruct. peta. & l. 3. §. qui habet. & ibi Paul. Castren. ff. de seruituti. rusti. prædio. & l. refectionis. & & ibi glo. si. not. ff. commu. prædio. illud enim sine hoc nequaquam explicari posse. Receptum deniq; est, vt quę proximè antecedunt, inesse credantur, & idcirco, quæ paulò ante bellum facta sunt, perinde haberi solent, ac si belli tempore facta ,pponantur, quod Baldus lib. 24. Dig. l. fructus. §. 1. aliàs. l. diuortio. col. 2. vers. & sic dicetur. factum & ibi Alex. solu. matri. notat, & Philippus Decius apud Papinianum probat. l.
422 1. nu. 66. ff. de offic. eius. Sed † an, quod in Doctoribus diximus, in auditoribus verũ arbitremur? dispiciamus, & fortasis non aliud erit respondendum, ne, quos studiorũ communio coniungit, eos nos legum priuilegijs disiungamus. Adde, versari in auditoribus publicã quoq; vtilitatem, vt in doctorũ persona. Rip. l. 1. nu. 129. ff. solu. matr. per §. fi. in proẽ. insti. & auth. habita. C. ne fil. pro pat. & c. super specula. ne Cleri. vel monach. Quapropter quod in arcendis è vicinia fabris priuilegium doctoribus tributũ est, idem omnium fermè sententia auditores meruerunt. Bart. & alij. d. l. 1. solu. matr. Arg. l. legatis seruis. §. ornatricibus.
423 ff. de leg. 3. Deniq; † in ijs, quæ peripatetici corum schola ad aliquid appellat, quod in vno est constitutio, æquè in alio recipitur, etiamsi nulla eius mentio fiat, Dominic. c. cupiẽtes. §. deniq;. de elect. lib. 6. Feli. proẽ. de erect. nu. 6. siue priuilegiũ vni tributum ,pponatur, siue etiã pœna edicta, siue aliud placuit. Nam emendi potestate facta, nullo soluto vectigali, immunitas quoq; vendẽti data intelligitur. Dominic. post Imol. c. eos. col. 1. de tempo. ordinan. lib. 6. Feli. d. proẽ. & nu. 6. item pœna in eum constituta, qui rem prohibitam emeret, teneri venditorem, est responsum. Abb. c. quia Clerici. de iure patro. D D. l. fi. ff. de accep. Feli. d. ,pẽ. nu. 6. Similiter, Bart. l. 2. de cupressis. lib. 12. C. & si conuenerit. ff. de pact. & l. si ab eo. C. de legit. hære. & Feli. d. proẽ. & num. 5. quod certi magistratus impermissu emi nõ potest, idem eius impermissu vendere non licebit. Bart. l. fi. C. de acceptila. perd. l. 2. C. de cupres. & ibi etiam Bart. & Feli. d. proẽ. nu. 5. Conuenienter itaq; fieri, vt, quod indulgeretur Doctoribus, idem auditoribus
424 tribuatur. Sed † quærat hîc aliquis, vtrùm ne ad doctores omnes auditoresq; hoc priuilegium pertineat? & quidam Bart. l. 1. de Collegia. & char. top. lib. 11. Cod. Alberi. l. nec non. ff. ex quib. caus. maio. Andr. Sicul. proẽ. clemẽ. col. 14. refert. Feli. Rub. de maiori, & obedi. nu. 4. Ripa, l. 1. nu. 138. ff. solu. matri. & c. 1. nu. 94. & quæ latè ibi allegat. de iudic. studiorum desertores, imperitos, & nudum nomẽ gerentes gaudere priuilegio negant oportère, alij Francis. Areti. cleri. 2. col. de iudic. refert. idem Feli. d. rub. & nu. 4. de maio. & obedien. Adde Bart. l. 1. C. de Tiro. lib. 12. contrà. Prior sententia iustior est, & Reip. vtilitatibus magis seruit, nam si stultos prudentibus, rudes doctis pares fecerimus, paucos repertum iri, qui magnopere ,pmouere studia sua curent, sed & noua Friderichi constitutio Authen. habita. C. ne fi. pro. pa. eis priuilegiũ dat, quorum literis mundus illustratur, & qui domo profecti, necessarijs suis relictis, & dulcissima patria, amore scientiæ quodam modo exulant. Ita Franciscus Ripensis disserit. d. c. 1.

nu. 94. de iudic. quanquam ipse mediam quandam sententiam sequutus, doctores prius illiteratos, & auditores, qui relicto literarū studio ventri & libidini, rebusq; alijs friuolis diditi vagantur, à priuilegio reuocat: d.c. & nu. 94. quorum verò nonnulla peritia est, studiorumq; cura, eos, etsi nihil magnum aut possint aut moliantur, salua habere priuilegia debere scribit, quod non malè
425 defendi potest. Quod † extra eos tamē non intelligemus, qui in auditorum album, quàm matriculam Imperator Zeno lib. 12. Principalium Constitutionum appellat, l. 3. de agentib. in reb. relati dicuntur, nam, qui in ea causa non sunt, vt maximè in literarum studia incumbant, priuilegium non merebuntur. l. ex eo. & ibi Docto. ff. de milita. testā. Alex. l. scriniarios. col. 2. vers. vel intellige. in fin. ibi liceret. aliàs C. de testa.
426 mili. & meritò. Nam † & miles, vt Domitius Vlpianus libro vndetrigesimo Digest. l. ex eo. de mili. testa. scribit: licet lectus Tyro sit, & publicis expensis iter faciat, prius, quàm in numeros referatur, militaribus
427 priuilegijs non gaudet. Sed † ijs explicitis, cæteros casus referamus, quibus, ne in ius vocari quis possit, constitutum est, & sanè idem honor, qui sacris, habitus est matrimonio. Nam nec, qui vxorē ducit, nec quæ nubit, rectè in ius vocatur. d.l.2. ff. de in ius
428 vocan. Et, † quibus casibus magistratus in ius vocari potest, dum de re cognoscit, vo-
429 cari vetatur. d.l.2. Quod † æquè receptum est in eo, qui equo publico in causa publica
430 transueheretur. d.l.2. Idem † priuilegium meruerunt, funus ducens familiare, & iusta
431 mortuo faciens. d.l.2. Similiter, † vt Callistratus l. 3. ff. de in ius vocan. ex diuorum fratrum rescripto comprobat, & qui cadauer prosequitur, in ius vocari prohibetur, & alij, quorum initio disputationis nostræ mentio fuit, & in ijs infantes. l. quicq; litigandi. ff. de in ius vocan. Sed † hæc, an ita
432 accipimus, vt venire quidem in ius Pontifex, dum sacris operatur, compelli non possit: vocari tamen possit? ita sanè, vt sacris peractis se iudicio sistat? Sic iudicem quoque de re cognoscentem, & deinceps cæteros, qui vocari quædam agentes vetantur? & Bartolus d. l. 2. omnes hos in ius vocari, vt postea se iudicio sistāt, rectè posse scribit. Non enim spectari putat oportēre, q̄ tempore in ius vocentur, sed quando venire in ius debent. Arg. l. in tempus. ff. de hæredi. instit. Quam sententiam in Pontifice Angelus & Fulgosius nō admittūt, d.l.2. sacra enim turbari ista in ius vocatione aut alia qualibet re, vetat constitutio, c. decet. de immuni. eccle. lib. 6. Angel. & Fulgo. d.l.2. quæ omnē item iudiciorum secularium strepitum templis abesse iubet, & hoc verius puto, nec contrà est, quòd refuga, qui in sacram ædem se recepisset, in ius vocari potest. l. præsenti. C. de his, qui ad eccles. cōfugi. eius enim illa potest esse ratio, quod incertum sit, nisi ex æde sacra quò cōfugit, vocari rectè possit, quando eius postea cōueniendi futura potestas sit, contrà, quàm in Pontifice euenit, quem mox sacris peractis in ius vocare promptum est. Quæ † ra-
433 tio facit, vt magistratus, qui perpetuum habent imperium, vt proximè distinximus, conueniri semper possint, C. vbi cau. fis. per totū. & C. si aduers. fis. per totū. & l. proximè. ff. de his, quæ in testa. delen. cum similib. Ang. l. 2. nu. 4. ff. de in ius vocan. post Bart. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. nu. 10. ff. de ope. no. nū. per. l. 1. ff. de offic. procur. Cæsar. quorum verò temporaria potestas est, hi non nisi deposito magistratu, l. nec magistratibus. ff. de iniur. Bart. & alij d. §. si quis ipsi prætori. horum enim conueniendorum futura est quandoq; potestas illorum, nisi in magistratu conuenirentur, nunquā. Nota. per glo. l. nisi finita. §. cùm
434 furioſi. ff. de tutel. & ratio. distra. Idemq; † responsum in eo constitit, qui ad Principis arbitratum magistratu fungitur, ob incertum, quam diu imperiū habiturus sit. Arg. l. iurisperitos. ff. de excusat. & l. sufficit. ff. de condict. indebi. Bart. d. §. si quis ipsi prætori. num. 12. post Glos. d. §. cùm furioſi.
435 Hæc † quidem ad Angeli sententiam dicta possunt, quæ meritò Raphaeli Fulgosio probabilis visa est. d. l. 2. de in ius vocan.
436 Nec † occurrit, quòd, vt Socinus, d.l.2. Bartolum sequutus ait, ex æde sacra vocari quis in ius potest. l. præsenti, & ibi. Bart. C. de his, qui ad eccles. confu. idem Bart. l. pleriq; ff. de in ius vocan. Animaduerto enim, ædi sacræ non habitum hunc honorem, sed Dei Maiestati, cuius sacris vacare Pontificem oportet. l. non distinguimus. §. sacerdotio. ff. de recep. & qui arbit. recep. Nam in lege, ædis sacræ nulla mentio est, & extra eam publica authoritate sacra fieri quotidie videmus. Noluit itaque lex importuno litigatori magistratus authoritate licere, intempestiua in ius vocatione animū sacrificantis Pontificis à numinis contemplatione auertere. Quod enim religionis priuilegiū fuerit? si ita rem arctemus, vt hoc tributū diuinæ maiestati dicamus, nō vt vocari in ius Pōtifex sacrificans possit, sed ne,

inter-

intermisso sacro, in ius venire compellatur? hoc quippe, more recepto, necessitatis est, sacrum semel cœptũ non deserere, vt ea legis indulgentia nullũ religionis beneficium
437 contínere videatur. Interpretabimur † ergò, Pontificem sacris operantem, non modò in ius non venire, intermisso sacro, legem d.l. 2. ff. de in ius vocan. velle, sed ne, id quidem agentem, in ius vocari, nam vocari vetat eum lex: d. l. 2. non autem venire
438 compelli. Atqui † à legis verbis recedere non licet. l. 1. §. si is, qui nauem. ff. de exacti.
439 Summam † denicp rationem haberi solitam, ait Papinianus, l. sunt personæ. ff. de religio.
440 quæ pro religione facit. Quod † est in Pontifice dictum, idem in alijs personis sacra facientibus exaudiendum ait Accursius, Glo. vers. Pontificem. d.l. 2. tanquam honore nõ personæ sacra facientis, sed Dei Maiestati habito, quæ sentẽtia meritò recepta Docto.
441 d.l. 2. est. Sed † an in cæteris personis, quas lex d.l. 2. enumerat, idem quod in Pontifice respondendum putemus, vt non modò venire non cogi, sed nec vocari in ius possint, dispiciendũ est. Et licet ab Angelo, & eum sequuto Fulgosio, d.l. 2. Pontificis sacrificãtis causa excepta tantùm sit: ego nõ aliud in cæterorum persona respondendum existimauerim, eo fermè solo, quòd lex d.l. 2. vocari, quos enumerat, vetat: non autẽ ve-
442 nire nõ cogi. In † re verò dubia, siqd modò hic est dubij, satius est, vt eleganter ait Vlpianus, l. §. si is qui nauem. legis verbis ser-
443 uire. Sanè, † quòd ad ius dicentem attinet, qui, dum de re cognoscit, vocari in ius prohibetur, d.l. 2. non magnum erit, si tribunali suo relicto, & causas tractantibus, in ius venire non adigeretur, nisi & tunc vocari non possit. Voluisse itaq; legem, existimandum est, non modò, ne deserto auditorio in ius ire iudex cogatur, sed ne, in media causarũ cognitione, ab animi intentione, quam ea functio maximè desiderat, auocaretur, in qua sentẽtia quosdam fuisse Bartholomæus
444 Socinus d.l. 2. author est. Qui † verò vxorem duceret, & quæ nuberet, idcirco in ius vocari prohibiti videntur, d.l. 2. ne nuptiarum celebritas & gaudium cogitatione litis
445 perturbarentur. Funus † autem ducentis familiare, iustáve mortuo facientis mœrori
446 mœrorem addi, lex d.l. 2. noluit. Eadem † in prosequenti cadauer: l. vel qui cadauer. inciuile enim est, atq; adeò inhumanũ lugentes, quibus solatium deberetur, affligere ac contristare. l. iure succursum. ff. de iure doti. & l. nauis. §. cùm autem. ad l. Rhodi. de tact. & c. ex parte. cum similib. de Cleri.
447 ægro. Cadauer, † Odofredo & Fulgosio authoribus, d.l. 2. accipere debemus etiam non familiare. Nam etsi maior ratio in eo sit, qui familiare caudauer prosequitur, ob domesticum dolorem, quàm qui homini ad se non pertinenti hunc supremũ honorem exhibet: quia tamen lex nõ distinguit, idem indulgere quodcunq; cadauer prosequenti
448 videtur. Arg. l. 3. ff. de offic. præsid. Odofredo † itaq; & Fulgosio assentior hanc sententiam indistincte sequutus. d. l. 2. licet aliud Accursio & Bartholo. & plerisq;, alijs sciam placuisse, d.l. 2. ff. de in ius vocan. nulla necessitate verba legis interpretando ar-
449 ctantibus. Idemq; † puto dicendum in eo, qui iusta mortuo facit. nam similiter lex d. l. 2. nõ distinguit, familiarine, an extraneo iusta fiant. Non adferre denicp, magnam liti morã exiguum temporis spacium, quòd in cohonestando cadauere iustisve faciendis exigeretur, & propterea non esse verba
450 legis angustè amarecp accipienda. Illud † rectius Accursius & cæteri, quòd omnes, qs in ius vocari, lex d.l. 2. vetat, in ea causa esse scribunt, vt in vincula duci nõ possint. d. l.
451 2. Et, † quod in Pontifice, dum sacra facit, dicitur, ad omnes, qui sacris operantur, cuiuscunq; ordinis sint, pertinere putant. Glo. &
452 Doct. d.l. 2. Hoc † amplius Paulus Castrensis, d.l. 2. nu. 3. Pontificẽ, cæterosq;, qui sacri ordinis sunt, in ea causa esse scribit, vt, quocũcp tempore in ius vocati, proponantur se tunc iudicio sistere, non habeant necesse, cùm sacris operari ex instituto religionis eos oportet, & rectè. Nihil enim interesse, quo tempore quis in ius vocetur, si tunc, cùm sistere se iudicio debet, legum beneficio sui copiam, eum facere non oportet. Arg. l. quod sponsæ. & ibi Bald. & alij. C. de
453 donati. an. nupti. Quod † in alijs personis, quæ eadem lege d.l. 2. cum seq. in ius vocari prohibentur, pari ratione defendi potest.
454 Igitur † & iudex quolibet tẽpore, cùm operam litigatoribus non dat, in ius vocatus, quibus horis ius reddere solet, se iudicio sistere, malè iubebitur, & præceptum huiusmodi contemnẽs, contumaciæ pœnas nullas luet. Arg. d.l. quod spõsæ iunctæ. d.l. 2. &
455 seq. Similiter, † qui vxorem ducturus est, qúæve nuptura, si dies iudicij in tẽpus nuptiarũ inciderit, in ius non venisse, ei fraudi non erit. Arg. d.l. quod sponsæ iunctæ. d. l.
456 2. Tantundem † in eo respondendum existimo, qui in tempus, quo funus familiare ducturus erat, accurrere iudicio iussus proponitur, eadem enim, quæ in superioribus casibus, Arg. l. illud. ff. ad l. Aquili. ratio est.

457 Nec † diuersũ in eo probandũ erit, qui iusta facturus mortuo familiari est, familiaréve
458 cadauer prosequuturus. Sed † an, qui eum honorem extraneo exhibere voluit, hoc priuilegio vtatur? ambigi potest, & humanitatis ratio postulare videtur, vt & hic a legis beneficio non reuocetur, quæ inter familiaris & extranei causam non distinxit, d. l. 2. & hoc ita, nisi, qui extraneo hunc honorem habuit, litis declinandę, eludendive iudicij gratia affectasse id proponatur. Arg. l. & qui data opera. ff. ex quib. caus. maio. Il-
459 lud † superiori disputationi reliquum est, vt adijciamus, ne quid hac parte cõmentarijs nostris deesse videatur, q̃d in persona Pontificis sacra facientis, quem in ius vocari vetat lex. d. l. 2. ff. de in ius vocan. suprà dictũ est, hoc ad eos, quorũ ministerio Pontifex, dum sacris operatur, necessario vtitur, esse porrigendum. Frustrà enim Pontifici beneficium tribui, nisi his quoq; personis detur, sine quarum opera defungi sacrificio Pontifex non potest, Arg. l. 2. & not. ibi per Docto. ff. de iurisdict. qua sententia & in cæteris vtemur, qui, vt est, suprà relatum, idem beneficium, ne in ius vocentur, meruerunt, nam quorundam causa alijs patrocinabimur, quibus subrotis, frustrà prius lege beneficiũ datur. Arg. d. l. 2. & not. ibi. ff. de iurisdic. Quo enim funus ducenti priuilegium, ne in ius vocetur, d. l. 2. ff. de in ius voca. nisi designatori idem tribuatur? qn libitinario atq; pollinctori, absq; quorũ
460 opera expediri funus ritè non potest. Qua † ratione Oldradus Cons. 11. Thema tale est. beneficiũ Nosocomijs datum, ne ex eorum annuo reditu decuma soluatur, ad Nosocomiorum præfecturam gerentes esse producendum, respondit. Nam nec hi decumam ex suo reditu præstare cogentur, & meritò, perituros enim ægros, & qui illis locis per aduersam valetudinem decumbunt, nisi sint, qui eorum curam gerant, & idcirco, Oldrado d. cons. 11. authore, rectè priuilegia
461 communicari. Idemq; † est, in plerisq; casibus ab eodem Oldrado d. cons. 11. adnotatũ. Nam, quod beneficium milites legibus accipiunt, vt læsi in integrum restitutionẽ implorent, ff. ex quib. caus. maio. per totum. hoc eorum medicis similiter tribuitur. l. in-
462 ter eos. §. fi. ff. ex quib. caus. maio. Item † illorum comites, qui Reipub. causa absunt, eodem priuilegio, quo Reipub. causa absentes, vti solent, æquè enim atque illi tutela excusantur. l. administrantes. §. eorum. ff.
463 de excusatio. Quod † de comitibus, qui statutum numerum non egrediuntur, accipiendum esse, author est Hermogenianus lib.
464 27. Digest. d. §. eorum. Conuenienter † mulieres, quæ domesticis delitijs duritiæ castrorum & matrimonij obsequio posthabitis viros militantes sunt sequutæ, Reipub. causa absentium beneficio, per sacras constitutiones, fruuntur, l. 1. C. de vxorib. mili. eademq; iura sibi vendicant, quæ mariti quo exemplo Oldradus d. cons. 11. quoque
465 vtitur. In † hanc sententiam, ne hoc transeam, ꝓpterea, vt mea fert opinio, itum est, quod ꝫsdẽ fermè belli casibus vxores, quibus viri, subijciuntur. Vnde videmus, paganos, qui in hosticolo sunt, quamuis eorũ conditio à militum personis distet: quia tamen eadem pericula experirentur, suprema sua iudicia, sicuti milites, quoquo modo velint ac possint, rectè ordinare, illisq; ibi diẽ suum functis, quæ post mortem suam fieri voluissent: rata fore. l. vnica. ff. de bono pos-
466 sess. ex testa. mili. Non † me fallit, fauore militum id eorũ vxoribus tributum esse, Accursium Glo. d. l. 1 C. de vxorib. mil. putare, vt quæ se in castra sequerentur, eodem, quo illi, beneficio perfruantur, sed liceat nobis summam Accursij authoritatem reueritis, nostram sententiam in medium proferre, quodq; prudentium responsis magis esse consequens arbitramur, literis consignare.
467 Profert † Oldradus d. cons. 11. & alia prudentium responsa, vnde superior sententia cõfirmatur, cùm, quæ quibusdam tribuuntur, ne frustrà in ijs procedant, ad alios legum authoritate porriguntur. Illud † in pri-
468 mis ex Domitio Vlpiano, qui lib. 7. Digest. l. Cęterùm. §. mulier. de vsu & habit. Quintum Mutium existimasse refert: legato domus vsu mulieri, cum viro eã habitare posse, ne, cùm vti domo mulier vult, carendum
469 ei matrimonio sit. Eadem † ratione Pomponius lib. 45. Digest. de verborum obligationibus tractans cap. iii. l. si stipulatus fuero. si stipuletur vir per quendã non fieri, quò minus ipsi illa aut illa domo vti liceat, vxore stipulatoris prohibita, æquè ac si stipulator prohibitus esset, stipulationẽ committi, respondit, idemq; fore, vxore stipulata, & viro prohibito. d. l. si stipulatus fuero. Quibus † conuenienter Venuleius Sa-
470 turninus lib. 43. Dig. l. penult. de precario. precario rogantẽ, vt sibi in illo aut illo fundo morari liceat, superuacuum esse ait, adijcere, sibi suisq; tanq; per ipsum quoq; permissum esse videatur, vt dubitandũ non sit, quæ quibusdã concederentur, ad eos quoq; pertinere, quibus carere, qui beneficiũ specialiter accipiunt, nõ possunt, & cõsequenter non

ter non solùm eos exceptionem habituros, si in ius vocati non venerint, quibus id lege specialiter competit, l.2. cum. seq. d. ff. in ius vocan. sed & illos hoc sibi vindicaturos, quibus ab eo iure submotis, eiusmodi beneficium frustra legibus introduceretur. Qui
471 † in ius vocati, eò, saluis legibus, & sine fraude, non veniant, satis suprà constitit, quo capite pertractato, consequens est videre, mittere ne procuratorē, qui in ea causa sunt, debeant? quæ sanè quæstio dissidentibus sententijs perquàm impedita est, nec facilè
472 habet definitionem. In † ea Bartolus apud Domitium Vlpianum libro 2. Digestor. l. 2. §. si quis iudicio. si quis cautio. distinguens interesse scribit, perpetuum quis priuilegium habeat, ne in ius vocetur, an temporarium posteriore casu, nullam mittendi procuratoris incumbere necessitatem, priore cō-
473 trà. Quæ † distinctio ratione, vt mihi quidem videtur, non caret, nam si, qui perpetuò nititur priuilegio, ne in ius veniat, procuratorem mittere impeditus nō habeat necesse, futurum est, vt actionem habentis ius depereat, l. penult. C. de procur. & l. fi. C. de iudi. & 5. q. 3. quia Episcop. Rom. d. §. si quis
474 iudicio. quò enim in eum nobis actio, quem in ius vocare non possumus. Planè † temporarium priuilegium competenti propterea procuratoris mittendi nulla est imposita necessitas, quia modici temporis indulgentia ius suum persequi volenti non magnum, vt Pontanus d. §. si quis iudicio. ait, adferre detrimentum potest, quid enim decedit Pontificem in ius vocaturo, si, dum sacris operatur, cùm vocare non possit? l. 2. ff. de in
475 ius vocan. æquè si in eo, qui vxorem ducit, eáve, quæ nubit, idem seruetur, d. l. 2. aut in eo, qui iurisdictioni præest, dum litigatoribus dat operam, & ius dicit? d. l. 2. in similibúsve casibus, quos Domitius Vlpianus & Callistratus libro 2. Digestor. l. 2. & 3. ff. de in ius vocan. enumerant, à nobis suprà fusius dicussis. Frustra † denique fore his
476 personis, ne in ius ipsæ veniant, priuilegium dare, si procuratorem mittere cogantur, quod Iason d. §. si quis iudicio. eleganter adnotauit. Hæc † in habentibus priuilegium accepta sunt, nam, cùm priuilegium nullum competere proponitur, alia comprobata est distinctio, spectandum quippe Bartolus d. §. si quis iudicio. ait: ex iusta quis, an ex iniusta causa absit. Nam ex iniusta causa absentibus per procuratorem adeundus est Prætor, & ideò exuli reuerso tempus in integrum restitutionis statutum non prorogari, placuit, l. Papinianus. ff. de mino. suæ negligentiæ acceptum relaturo, quod procuratorem non reliquerit, secundum quæ regione aliqua abstinere iussus, si eò vocetur, defendi per procuratorem debet, quod in proscripto Bartolum l. fin. ff. de integ. resti. respondisse, Iason d. §. si quis iudicio. refert, quam sententiam plerique Angel. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio. Bald. de pace cōstan. verb. sententiæ quoque gl. & Archidiaco. c. si quis ægrotans. 5. q. 3. Ioā. Andr. & Dominic. c. statutum. 1. §. 1. de rescrip. lib. 6. Ang. disputa. incip. Bononiensis à sua ciuitate bannitus. Imol. l. de ætate. ff. ad Trebel. probant. Nihil enim vetat, vnde quis proscriptus est, eò illum in ius vocari, Glo. l. eius. 2. §. Celsus. ff. ad munici. Bal. l. adulter. in prin. ff. de adul. Canonistæ. c. ex parte. 1. de appell. Iaf. d. §. si quis iudicio. hoc ita, nisi per factiones fortè proscriptus esse proponatur, nam, vt Angelus, d. §. quod diximus. idem quæstione Bononiens. quidam. 4. q. Ioannes Imolensis l. recusare. §. fin. ff. ad Trebel. & Alexan. d. §. fi. Tartagninus authores sunt, verendū est, ne ita proscripti causæ parùm cōsultum esse videatur. Enimuerò † in eo, qui ex iusta causa abesse dicitur,
477 interesse Bartol. d. §. si qs iudicio. scribit, inter voluntatem & necessitatē eo, qui voluntate sua abest, procuratorē habere iusso, & idcircò appellatorem peregrinantem in alijs suis causis defendi in Prouincia debere, cōstitutum l. 1. ff. eum. qui appell. in proc. defen. est. Nā, qui ex necessitate abfuturus est, nisi actor sit, l. 1. ff. de diuers. & tēp. præscrip. procuratorem relinquere non compellitur.
478 d. §. si quis iudicio. Quanq; † cùm perpetuū impedimentū esse ponitur, veteribus placuisse scribit Bartol. d. §. si quis iudicio. mittendi procuratoris necessitatem imponi.
479 Tantundem † in diuturno impedimento veteres respondisse, idem Bartolus ibidem refert, quam sententiam Iacobum Butrigarium ait probasse, legibusq; esse consequen-
480 tem docet ibidem. Illud † veteribus addens, in causis, quæ celeritatem desiderant, cuiusmodi sunt, quæ feriarum tempore tractari possunt, 1. §. sed excipiuntur. cum l. seq. ff. de feria. mittendi procuratoris incumbere necessitatem, Argu. c. cùm dilectus. de dolo & contu. quam sententiam Innocentij Pontificis c. 2. de procur. fuisse refert, igitur, & cùm minus diuturnum impedimentum futurum est: defendi, qui in ius est vocatus: Quid enim si dilatio est actionem peremptura? d. §. sed excipiuntur, eò sanè casu inciuile est dicere, procuratorem mitti non oportēre, Bart. d. §. si quis iudicio.

481 Defendi † & eo casu reus per procuratorem debet, cùm antè, quàm impeditus esset, lis cœpta proponeretur, l. eundem. §. 1. ff. de lega. glos. & Bart. l. fi. ff. de in integru. resti. Ias. d. §. si quis iudicio. col. penul. vers. limita. 3. aut certè præparata, nec id reus ignoraret. Bald. l. ab eo. c. quomo. & quando iudex. Ias.

482 d. vers. limita. 3. Illud †quoq; in actore iusta & necessaria causa impedito Bartoli distinctioni addendum esse, Iason d. §. si quis iudicio. versic. tertiò principaliter. scribit, vt ita demum per procuratorem litem prosequi cogatur, si causa ardua non est, aut idoneum procuratorem reperire non potest. Quod

483 † de causa ardua dictum est, non in præsenti tantùm articulo, sed quotiens absens procuratorem mittere debet, est acceptum, & hoc inter omnes constare, c. quærelam. & ibi glos. & Doctor. de procuratoribus. But. c. cùm dilecti. de dolo. & contu. & c. bonæ. 1. per glos. verbo. securè. de electione. & c. si pro debilitate. per glo. ibi de offi. deleg. Baldus d. l. ab eo. col. 2. & l. 1. ad fi. prin. ff. de pecu. Paulus Castrensis. Roman. Ias. & alij. d. §. si quis iudicio. Imo. l. quæsitum. ff. de re iudic. & l. recu. §. fi. & ibidem Alexand. 2. & 3. col. ff. ad Trebel. Areti. Consil. 106. præsupponitur in facto. Colu. 13. idem Iason refert. d. §. si quis iudicio. colu. pe. vers. vltimò ad

484 de. Arduam † causam quidam Bald. c. edoceri. de rescriptis. & ex c. ratione. colu. 2. de appellationib. Iason d. §. si quis iudicio. vers. vltimò adde. eam definiunt, quæ de statu

485 cuiusq; est, de magnisve rebus. Arduis † causis ea, quæ famosa est, non immeritò adnumeratur. Baldus d. c. ex ratione. & vno. d. l. quæsitum. & qui allegantur. ab Iasone. d.

486 vers. vltimò adde. Ardua † denicq;, an non ardua causa sit, ius dicentis arbitrio continesi, placuit. Bald. d. c. edoceri. & Ias. d. vers. vl-

487 timò adde. Ita † verò acceptum est, quod diximus, in arduis causis mitti procuratorem non oportère, vt ne ad vnum quidem causę articulum mittere procuratorem quis cogatur, quod Baldum c. 2. de testib. adnotare, Iason d. §. si quis iudicio. col. penul. versi.

488 sed aduerte. refert. Hoc † loco admonendi sumus, necessitate in causis arduis eos, ne procuratorem mittant, defendi, qui iudicio adesse nullo modo possunt, id est quorum necessitas ineuitabilis est, cæterùm, qui ita distinerentur, vt accurrere nihilominus iudicio possint, hos procuratorem mittere oportère, consequens est dicere. Ita Innocentium c. 2. de testib. distinguere, & Baldum putare, d. c. 2. de testib. Iason d. §. si quis iudicio. prope finem. author est. Illud † superioribus adijciendum est, in electionibus nullam causæ arduitatem excusari. c. cupientes. §. quod si per viginti. verbo. procuratorem. de elect. lib. 6. Iason. d. §. si quis iudicio. in fine. Idem † placuit, & cùm à Romano Pon-

490 tifice vocatus quis proponitur. c. cùm dilecti. de dolo & contumacia. Ias. d. §. si quis iudicio. in fine. Vtroq; enim casu mittendi procuratoris necessitas est, & meritò, hoc quidem propter summam vocantis authoritatem, quam reuereri omnes secundum Deum oportet, illo autem, ne, qui Ecclesiæ præsit, diu desideretur, & diuinæ maiestatis cultus negligatur. Bart. & Doctores. & ibi Iaso. d. §. si quis iudicio. in fi. per d. c. cùm

491 dilecti. Hoc † extrema parte disceptationis nostræ tractandum est, quemadmodum, qui se impeditum allegat, quod ait, probare & quidam Iacob. de Areti. l. scire. §. sufficit. verb. naturali iustitia. per ill. text. ff. de excusatu. & Archi. c. 1. de dolo & contu. libro 6. iureiurando dato impedimenti fidem fieri, satis esse putauerunt, in quibus Oldradus Consi. 60. est tempus. num. 41. fuit, alij testibus id solenniter probari debere responderunt, & in his Iacobum per. l. 3. §. si ad diem. & l. qui commeatus. ff. de re mil. Ad idem lex. si quis exargen. §. an hoc. ff. de eden. & l. si creditor. C. de pigno. actio. facit. l. in exceptionibus. ff. de proba. Roma. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio. Arenam fuisse, Bartolus Bar. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio. refert, qui post Gulielmum veterem iuris Magistrum, personę qualitatem spectandam putat per l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mil. & l. Quoties. de naufrag. libro 11. eod. & aut. hodie. C. de minor. Adde. Rom. d. §. quod diximus. nu. 5. & modò iurisiurandi religionem sequi, modò testes desiderari, scribit, d. §. si quis iudicio. quam distinctionem Fulgosius d. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio. probat, & est Angelus d. §. quod diximus. secutus, illud ei addens, ad iusiurandum decurrendum non esse, nisi cũ eius quod allegaretur, difficilis esse probatio ponatur, vt cùm quid in solitudine loco deserto, & ab hominum oculis longè remoto factum dicitur, quod & Paulus Castrensis d. §. quod diximus. verum putat. Non

492 † discrepat ab his Baldi d. §. quod diximus. sentẽtia, qui, cùm verisimiliter probari testibus impedimentum potest, nõ esse satis iusiurandum scribit, aliter atq; cũ verisimiliter probari testibus, quod allegatur, non potest. Tunc enim iudicem arbitraturum ait, persona, quæ impedimentum allegat, ea sit, cui credi posse meritò videatur, & ita delaturum

turum iusiurandum, aut non delaturum
493 Quod † cùm difficilis probatio est, diximus, vt iureiurando res finiatur, &, cũ de non magno præiudicio tractatur, admittẽdum esse, Paulus d.§.quod diximus. Castrẽ. bellissmè putauit, quasi credibile non sit, ob rei modicæ compendium quenq; peieraturum. Illud † admonendi sumus, impedimentũ iureiurando amplius, quàm semel, nõ ꝓbari, Bal. not. l. fi. ad finem. ff. de bo. autho. iudi. possi. idẽ Bald. & Ange. l. veluti. §. hæc vox. ff. de edendo. Rom. rub. de arbitris. Iaſ. post Ange. & alios. d.§.quod diximus. & ab hoc beneficio, qui quandoq; peieraſſet, repelli. c. paruuli. 22. q. 3. not. Rom. l. admonẽdi. col. 7. & rursus. 28. ff. de iureiurã. Alex. & Iaſ. d.§.quod diximus. Sed † an deferri à iudice iusiurandum exigimus? & placuit, deferri à iudice debere, cæterũ, qui iudice non deferente iuraſſet, tanq; qui sibi iurauit, non audiri, nec eò magis cõtumaciæ pœnas euadere. Rõ. d.§.ꝙ diximus. post Bar. Conſ. ex facto ꝓponitur. per l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iuran. Alex. & Iaſ. d.§.quod diximus. Nam iusiurandum nemine deferente datum legib. non defenditur. l. 3. ff. iure-
496 iur. De † illo percõmodè Bartolus d. §. quod diximus. quæsijt, an cũ, cui mari fortè ad iudicium veniendum fuit, probare satis sit, per id tempus, quo venire debuit, desæuisse tẽpestatibus mare, periculosamq; fuisse nauigationem? & putat hoc amplius eum fidem facere oportere, ita maturè se ad mare venisse, vt, nisi tempestas nauigationem impediſſet, ad iudicium accurrere potuisset, q̃d consequens esse Iulij l. q cõmeatus. ff. de re mil. Pauli sentẽtiq; scribit, in milit. qui intra commeatus diem non veniſſet, desiderantis, vt non seriùs se loco profectum doceat, quàm vt accurrere intra commeatum posset. Quæ
497 † sententia rationem habet, & crebro Doct. post Baldum. d.§.ꝙ diximus. Anto. de Butri. c. cum non liceat. de præscriptionib. Abbas. C. extramiſſa. eodem tit. per ea. quę not. ibi Inno. facit lex. sed per prætorem. §. sed cùm seriæ. verb. voluit. ff. ex qui. cau. ma. & l. ante. cùm ibi notatis. eodẽ tit. recepta est.

Quanq; non desunt, qui eam vellicent, & carpant, & in his Paulus d. §. quod diximus. verſ. si quis tamen. Castrensis, qui nocere negat id factum non esse, quod si factum fuisset, nihil erat profuturum, l. fin. §. penultimo. ff. quis ordo. in bonor. possi. vt, cùm filius sa. patre ita absente, vt certior fieri ab eo non posset, bonorum possessionem sibi delatam non petijsset. Negat enim Marcellus d.§. pen. vllum non petitæ bonorum possessionis damnum filiumfam. sensurum, quæ, nisi pater comprobasset, adquiri non
498 potuisset. Sed † hoc Bartoli sententiam non offendit, nam in specie filijfamil. bonorum possessionem non petentis, initiò, vt Alexander d.§.quod diximus. Tartagninus ait, constitisse, frustra eum bonorum possessionem petiturum, quæ à patre per absentiam comprobari non potuisset, & idcircò de ea petenda solicitum eum esse atq; anxium non oportuisse. Cæterùm eũ, qui in ius erat vocatus, cùm domo proficiſci debuit, scire nõ potuisse, vtrum aduersa maris tempestas venienti futura impedimento esset, nec ne: in Milite, qui intra commeatus diem venturus, seriùs iter ingressus d. l. qui commeatus. est. Ita Alexander Tartagninus Bartoli sententiam defendit, confutata Pauli Castren-
499 sis opinione. Bartolo † quoq; Raphaël d.§.quod diximus. num. 2. arg. natatorum. l. si decesserit. ff. qui ab. da. cogan. Fulgosius non pepercit, casum, qui postea esset insecutus, quod admissum esset, excusare scribens, vt in Nauta est responsum, qui merces contra domini voluntatem in deteriorem nauem transtuliſſet, submersa enim vtraq; naue, non teneri Nautam ait lex, l. fin. §. si ea cõditione. ff. ad l. Rhodiam. de iactu. qui naue, in quam merces esset trãslatæ, submersa, proculdubio teneretur. d.§. si ea conditione. Ait denique idem Fulgosius d. §. q̃d diximus. inter militem & eum, qui in ius vocatus sit, multùm interesse. Nam in hoc priuatam vtilitatem versari, scribit, in illo publicam: quæ maiore fauore digna l. vnica. §. fi. ibi quod communiter. cum concordantijs ibidem in glos. verb. censemus. C. de
500 cadu. tollen. est. His † Fulgosius, d.§. quod diximus. vt ingenij acumine & scientiæ fiducia fretus multa innouare solitus, Bartoli sententiã refellere cõatus est, cuius disputationem Alexãder Tartagninus d. §. quod diximus. parùm cohærere, infirmamq; esse docet, multùm interesse inter Nautæ factũ, inquiens, merces in deteriorem nauẽ transferentis, & in ius vocati, qui seriùs domo ꝓfectus esset. Nam qui, merces inquit, in deteriorẽ nauem transfert, nõ id agit omninò, vt merces perdat, posse enim fieri, vt salua ea nauis, quò merces vehuntur, perueniat, eum tamen, qui parùm maturè domo proficiscitur, illud agere, ne ad diem sibi prę stitus
501 tam se iudicio sistat, neu iudici pareat. Ita † Alex. d.§.quod dixim⁹. Tartagninus disputat, & rectè quidẽ Fulgosij sententiã refellit, quæ & ab alijs meritò reiecta est, esse enim ei consequens, vt is contumax non sit, non modò,

modò, quí oportunè domo profectus non
est, sed & quí ne pedem quidem domo ex-
502 tulit, quod deridiculum est dicere. Sed † an
Bartoli sententiæ occurrat, quod Iulius d.l.
qui commeatus. Paulus in milite loquatur,
in cuius facto publica versatur vtilitas, quæ
priuatæ meritò præfertur. l. vnica. §. pen. C.
de cadu. tollendis. in eo verò, qui in ius vo-
caretur, de commodo tractetur priuato. Ita
503 † enim Fulgosius d. §. quod diximus. & nu.
2. Bartoli sententiam infirmat, sed parùm at-
tente hoc ab eo dici, Alexandro d. §. quod
diximus. Tartagnino videtur. Nam, vt ad
locũ, inquit, vbi ob impedimentum consi-
stere eum oportuit, venerit, nulla versatur
vtilitas publica, ea igitur re, quod in viam
se maturè non dedit, aduersus publicam vti-
litatem quicquam factum esse, intelligi non
504 potest. Adde, † priuatam vtilitatem pub-
licæ inesse, nihilq; priuatim vtile esse, vt
Bartolus & Baldus authores l. 1. §. huius stu-
dij. ff. de iusti. & iu. sunt, quod non publicè
per quandam consequentiam vtile quoq;
505 sit. Esse † dicam item quædam publicè vti-
lia, quæ priuatorum commodorum obten-
506 tu deserere licet. Et † ne ab argumento pro-
posito discedam, nonnè emansori, cui miles
intra commeatus diem non rediens compa-
ratur, l. 3. §. emansor. vers. si ad diem. ff. de re
milit. seruum fugientem persecuto ignosci-
tur? l. qui cum vno. §. fi. ff. de re milit. &, ne
emansoris pœnas sufferat, venia datur? Nec
507 † huic modò indultum est, sed & illi, qui,
dum parentibus aut adfinibus fortè labora-
tibus dat operam, seriùs ad Castra reuertit,
succurritur. d. §. fi. l. qui cum vno. Nam &,
qui in ea causa sunt, vt Arrius Menander
author d. §. fi. est, emansorum numero non
habentur, aut certè emansionis pœnas nul-
508 las sustinent. Sed † & si, in Milite, qui in-
tra commeatus spatium ad Castra non re-
uertit, vtilitatem publicam versari dicamus,
non continuò, in eo dictum ad in ius voca-
tum non producemus. Quid enim si ius
publicum redditur? ius quippe nostrum es-
se duplex, vnum publicum, alterum priua-
tum, nemo nescit, hoc ad singulorum, illud
ad Reipublicæ vtilitatem spectans. d. §. hu-
509 ius studij. Vt † in ijs, qui sacra, sacerdotes
Magistratusve violasse, aut iniuria adfecisse
probantur, quorum admissum coërcere ius
publicum solet, criminis persecutione cui-
libet permissa, Doct. d. §. huius studij. & hic
ergò publicè interierit, eum, qui in ius voca-
tus est, iudicio sisti, & venièdi moras nullas
510 nectere. Sed † quia cessatio militis & litiga-
toris, huius ad iudicij, illius ad commeatus
diem non venientis plectitur, non quà vti-
litas aut priuata aut publica negligitur, sed
quà alter prætorem, alter ducem suum, tar-
dius loco profecti, contemnunt, nullam v-
tilitatis in proposito rationem habendam,
511 consequens est. Nam † nemo nescit, in bel-
lo militaris disciplinæ, quam vtilitatis cau-
sam Romanis antiquiorem semper fuisse, &
idcircò, qui, quæ dux prohibuit, fecit, quive
mandata eius non seruauit, rebus etiam pro-
spere gestis, plectitur. l. desertorem. §. in bel-
512 lo. ff. de re milita. Quod † secutus Papirius
dictator. Q. Fabium Rutilianum Equitum
Magistrum aduersus eius imperium exerci-
tum in aciem educere ausum, etsi Samniti-
bus fusis in Castra redierit, virgis cædi ius-
sit, ac Po. Ro. & trib. extremum supplicium
deprecantibus, vix capiti pepercit. Durius
513 † illud posthumij Tiburti & T. Manlij tor-
quati exemplum memoratur, qui filium v-
terq; suum, ille, quia ipsius in iussu hostem
adgressus esset, hic, quia cum Geminio Me-
tio Tusculanorum Duce prouocatus igno-
rante se dimicauit, victores securi feriri ius-
514 sit. Celebre † est denique illud Clearchi Lace-
dæmoniorum Ducis & scitè dictum, à mili-
te inquientis Imperatorem potius, quàm
hostem timeri debere. Plecti itaq; militis
contumaciam, tanquam Ducem suum con-
515 temnentis, consequens est. Contemni † au-
tem à Milite Ducem suum iam tum constat,
cùm maturè iter non ingreditur, quia iam
tunc certum esse incipit, eum ad commea-
tus diem in Castra peruenire non posse. Sic
516 † quoq; in eo accidere, qui Prætoris fortè
literis euocatus non maturè domo proficis-
citur, nam & ab hoc seriùs profecto Præto-
517 rem contemni, palàm est. Contumacia † e-
nim nihil aliud est, quàm ius dicentis con-
temptio. l. contumacia. ff. de re iudic. Igitur
† & Militem, quia Ducem suum, & in ius
vocatum, quia Prætorem contemnit, plecti
518 dicendum est. Non † est autem dubium in
offensa Magistratus vindicanda ius publi-
cum versari. Vnde placuit, factam Magi-
stratui iniuriam, tanq; Reip. factam quem-
libet posse suscepto iudicio persequi, atq; vl
ciſci, vt Paulus d. §. huius studij. num. 11. Ca-
strensis adnotauit, æquè atq; sacris aut sacer-
dotibus violatis. Doct. d. §. huius studij. Sa-
519 nè † quod diximus, à Milite & in ius voca-
to Ducem & Prætorem contemni iam tunc
cùm tam serò se in viam dant, vt nec hic ad
iudicij, nec ille ad commeatus diem accurre-
re possit, simile est ei, qui pœnam promisit,
nisi opus ante kalendas Iunias effecisset, in
qua specie, cùm certum esse cœpit, ante ka-
lendas

lendas Iunias opus effeci non posse, cõmitti tunc pœnam cap. 113. de verborum obligati-
520 onibus Proculus scripsit. Illud † tractemus, quod Bartolus d.§. quod diximus. exigit, vt qui in ius vocatus est, non tardiùs domo profectus esse dicatur, quàm vt ad iudicij diem accurrere possit, alioquin impedimenti allegatione frustra vsurus, quomodo accipimus. Et Angelus d.§. quod diximus. in hac esse causa eum scribit, qui tam serò domo profectus est, vt, nisi duplomate vsus, id est itinere diebus ac noctibus cõtinuato, l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. obliga. ad iudicij diem accurrere non potest, & ita Ioannẽ Andreæ glo. c. cupientes. §. cæterùm. ver. octo dies. de elec. lib. 6. scribere refert, eamq; sententiam Alex. d.§. quod diximus. Tartagni-
522 nus probat. Equidem, † vt fatear, ita se artantem indignum esse, cui exceptio patrocinetur, si quis casus accelerantem fortè detinuit, non eo magis indulgendum ei existimauerim, cui, cùm domo proficiscitur, tot tantummodò dies supersunt, quot absq; vllo impedimento itineri faciendo satis esse possint. Nam ob multa, quæ accidere solent, semper laxius tempus summendum est, ne, quacunq; mora itineri iniecta, ad iudicium venire non liceat. Et hoc est, vt mihi quidẽ videtur, q̃d Domitius Vlpianus lib. 2. Dige. l. 2. §. si quis tamen. si quis caut. non obscurè significauit, cùm ei, qui se artauit, id est qui antè profectus, potuit in tempestatem aut fluminis vim non incidere, exceptionẽ dandam negat: quod tamen causa cognita statuendum esse scribit, nec impedimentum alleganti dicendum, cur non multò ante iudicij diem profectus esset, non autem, cur nõ antè. vt casus itaq;, qui moram iter facientibus adferre plerunq; solent, ante vertamus, proficiscinos domo maturiùs oportet, nec satis fore putare, si, qui à iudicij loco millia passuum centum abest, quinto ante iudicium die domo proficiscatur. Nam etsi vicena passuum millia in dies singulos dinumerari iubet Prætor, l. 1. ff. si quis cau. prouidendum erit in ius vocato, ne, qualibet mora eunti iniecta, ad iudicium accurrere non possit, & hãc sententiam Paulus d.§. si quis tamen. Castr. probat, & ego non inuitus sequor. Nam & rationem habet, & Domitij Vlpiani respõso d.§. si quis tamen. congruens est tempestatem accipere debemus tam marinã, quàm terrestrem, quę iter quoquo modo remora-
523 tur. d.§. quod diximus. Sed † an casu aliquo detentum, ne ad iudicium veniat, eius rei testationem interponere oporteat? hanc quæstionem Bartolus d.§. quod diximus. in impedito tempestate marina indicat magis, quàm proponit. Quanq; Francisco Aretino, Consil. 162. verum est, vt Iason refert, significasse Bartolus videtur; quibus in locis interponi talis testatio solet, interponẽdam esse, extra ea eius interponendæ nullam esse necessitatem. Sed eam ego sententiam non video Bartolo in mentem venisse, qui tantùm dixerit, eam interponi testationem quibusdam in locis marinis solere, sed vtrum necessariò interponatur, nec ne, id Bartolus neq; dixit, neq; significauit, vt & Alexander d.§. quod diximus. Tartagninus animaduertit, qui hac in quæstione illud sequendũ eleganter putat, vt si apparere aliunde non possit, in ius vocatum illo, vnde progredi tempestate prohiberetur, vt ad iudicium accurreret, venisse, testationem esse necessariam, sin minus, nullum operæ pretium esse, de re non obscura testationem interponere.
524 Quæ † sententia probabilis mihi videtur, vt huic videlicet soli, qui ius dicenti obtemperaturus, domo profectus est, impedimentum prosit, non etiam illi, qui sui itineris aliã fortè causam habuit, si impedimẽtum, quod aliud agenti obiectum est, callide ad contu-
525 maciæ pœnas eludendas allieget. Prætori † enim obtemperasse non videri, qui non animo ad iudicium veniendi aliquo se contulit, non magis quàm legatarius, qui fato Capitolium ascendit, paruisset testatori dicetur, qui ea conditione, si Capitolium ascenderit, legatum dedisset. l. 2. ff. de conditionibus. & demonstra. Fati † enim, nisi voluntas
526 accedat, nulla inspectio d. l. 2. & Bald. l. fœdissimam. C. de adul. est. Quicquid denique fit, vel in delictis, qua facientis voluntas est & propositũ, interpretatione legum l. qui iniuriæ. & l. verum. ff. de furt. accipi solet.

PETRI

PETRI ROYZII MAVRII ALCAGNICENSIS, RECII IVRECONSVLTI,

Decisio Lituanica Quinta.

TITVLVS.

De fœnore siue vsuris.

SVMMARIVM.

1 Tutor pecuniam pupillarem otiosam iacere passus, sine vsuris plectendus.
2 Vsuræ tam humanis, quàm diuinis legibus sunt prohibitæ.
3 Lituani Ciues, cùm deficiuntur iure Theutonico, Pontificum & Cæsarum legibus vtuntur.
4 Ius diuinum humanis constitutionibus præstat, & orbi terrarum dat legem, & in omni foro vincit.
5 Proposita initio quæstio altius repetitur.
6 Causidicorum insciti augent laborem iudicetis.
7 Quæ desunt aduocatis partium, iudex supplet.
8 Fœnerator Cloatio Verrio vnde dictus. vnde item Varroni. nu. seq.
9 Cloatius Verrius ab Aulo Gellio irritus.
10 Fœnus Marco Varroni à fœtu dictum, quasi pecuniæ fœtura.
11 Idem Nonio & Festo placuit.
12 Vsura Marco Varroni vnde dicta. & nu. 46.
13 Vnde item Azoni Henrico Cardinali Hostiensi, & Nicolao Abbati. & nu. 46.
14 Testamentum vnde Seruio Sulpitio atq; Iustiniano dictum.
15 In testamentis qua quisq; mente sit spectandũ est.
16 Valla à Gellio & Alciato meritò reprehensus.
17 In vocabulorum allusione variare scriptoribus licet.
18 Furti vocabulum iurisconsulti variè deriuant.
19 Idem faciunt in militis appellatione.
20 Carpitur Azo.
21 Rei appellatio quàm latè pateat.
22 Henrici Cardinalis Hostiensis lapsus.
23 Aeris appellatione quid contineatur. cum nu. seq. & nu. 40. & seq.
24 In ijs, quæ pondere & mensura cõstant, æquè, vt in ijs, quæ numero, vsura cõmittitur. & nu. 42.
25 Azo & Henricus Cardinalis Hostiensis defenduntur. & nu. 38. Item ius & miles vnde dicantur. nu. eod. & seq.
Origines vocabulorum quandoq; vocabulis pares sunt, quandoq; fusiores, quandoq; angustiores. nu. eod. & seq. & nu. 32. & nu. 35.
26 Dictum Aelij carpitur. & nu. 29. & 31.
27 Priscianus Grammaticus refellitur, qui bellum, quasi minimè bellum dictum scripsit. & nu. 29. & nu. 31.
28 Quæ belli beneficio hominis consequantur.
30 Franciſci Connani diligens coniectura.
34 Iurisconsultorum, laus & in Repub. vsus item aduocatorum.
36 Furtum à furuo id est nigro dictum, & quare.
37 Fur nocturnus cum clamoris testificatione iure occiditur, diurnus, non nisi se telo defendat.
38 Vsura propriè in pecunia numerata consistit.
41 Romani, vrbe nondum adulta, æs eudebant.
43 Sententia Nicolai Abbatis, nullum esse pecuniæ vsum in rerum natura dicentis, refellitur.
44 Qui pretio fruitur, rem habere videtur non minus, quàm, qui refruitur, & contrà.
45 Quæ temporis punctο durant, propter vtilitatẽ, iure consistunt.
47 Vsura quid vulgò, & quid Azoni.
48 Vsura in omnibus, in quibus mutuum consistit, habet locum vocabulatus accepto propriè verò in pecunia numerata.
49 Quicquid ex parte debitoris accedit sorti, vsura est.
50 Extra mutuũ vsura regulariter nõ contrahitur.
52 Pœnæ loco appositum, si cessat fraus, extra vsuræ catisam est.
53 Inter pœnam & vsuram quid intersit. & nu. seq.
55 Quod à debitore creditori nihil speranti datur vltra sortem, sine vsuræ vitio accipi potest, cũ autem speranti, contrà. & quomodo intelligatur, cum duob. nu seqq.
58 Qui sperauit ex mutuo aliquid capere, etiam si nihil accepit, Deo est obnoxius, qui accepit hoc amplius homini. cum nu. seq.
60 Qui sperauit quid vltra sortem accipere, alioquin tamen mutuaturus, vltro à debitore datum retinè accipit.
61 Liberetnè fœneratorem delicto debitor gratiam ei fœnoris faciens.
62 Humana prudentia celare Deum nihil potest.
63 Eo, quod ablatum est, non restituto, peccatum non remittitur.
64 Non quidquid sorti accedit, vsura est, nisi pecunia possit æstimari. cum nu. seqq.
65 Doctor dans alicui pecuniam mutuam, vt sibi profitenti det operam, an vsuram committat? cum nu. seqq. ad nu. 411.
66 Spectari, quod principaliter agitur, solet.
67 Quidam contemptis honorib. pecuniæ amore capiuntur, alij contrà, contempta pecunia honoribus student.
68 Cùm res in dubio est, quod est animæ magis salutare, in Dei foro spectamus, aliter atq; in foro hominum. cum nu. seq.
70 Accessorium in grauioribus delictis non minus, quàm principaliter actum plectitur.
71 Quæstuaria habens mancipia, siue principaliter hoc negotium gerat, siue alterius negotiationis accessione leno est.
72 Sine quæstus consilio vsura non est.
73 Qui pecuniam mutuò auditorib. data frequentius habere auditorium studet, siue conciliandæ famæ, siue veteris retinendæ gratia id faciat, peccat, fœnerator tamen non est.

74 *Honoris conseruandi gratia occidere hominem licet.*
75 *Fugere probrum est.*
76 *Defensio omni iure permittitur.*
77 *Turpe est pecunia celebritatẽ nominis quærere.*
78 *Reipub. interest iuuentutem rectè formari.*
79 *Ingenio, natura, doctrina & institutione alij alijs præstant.*
80 *Auditorijs, vbi artes traduntur, multa tributa sunt priuilegia.*
81 *Nummi vsus non est fœneratio cum nu.125.*
82 *Mutuũ nõ dantis, sed accipiẽtis causa interuenit.*
83 *Subuenire egentibus mutuo dato oportet.*
84 *Peccat, qui opem egenti non fert.*
85 *In Doctorib. dictum ad alios cuiuslibet artis homines producitur.*
86 *Doctor & alij lucrum, hominibus ad se mutuo dato illectis, factum restituere pauperib. debẽt.*
87 *Vtrum morib. vsuræ permitti posint? & de Poloniæ consuetudine, secundum quam creditor pignoris fructus sorte salua facit suos, latissima disputatio, cum plurib. nu. seqq.*
88 *Qui facit, quod publicè putat licere, nõ delinquit.*
89 *Contractum iniens, qui vulgò non creditur vsurarius, vsuræ crimen non contrahit.*
90 *Non intelligitur culpa, quam cõsuetudo admittit.*
91 *Quod publica consuetudine admissum est, delicto caret.*
92 *Consuetudo à dolo & culpa excusat.*
93 *Quod illicitum est consuetudine fit licitum.*
94 *Iudex contra legem iudicans seruata consuetudine non facit litem suam.*
95 *Consuetudo generalis bonam fidem inducit.*
96 *Consuetudo à falsi & cædis pœna excusat.*
97 *Quod legibus introduci potest, idem & consuetudine. Par enim est nõ scripti potestas, cũ nu.112.*
98 *Antiqua iurisprudentia vsuras permisit.*
99 *Pecunia pupillaris periculo tutorum vacat.*
100 *Communis error facit ius.*
101 *Argumenta superiora refelluntur. cum nu. seqq.*
102 *Serui fuga minus habet delicti, quàm fœneratio.*
103 *Consuetudo Polonica defenditur à Beroio, quo authore creditor pignoris fructus lucrans solũ Deum vltorem habiturus est.*
104 *Carpitur Beroij sententia, & nu.106.*
105 *Auaritia idolorum cultui proxima est.*
107 *De vsurarum quæstionib. & similibus Pontifex cognoscit.*
108 *Legem de vsuris ferentes dictantes aut scribentes sunt excommunicati.*
109 *Lex de vsuris lata deleri debet, & quare. nu. seq.*
111 *Lex humana diuinæ repugnans, ne tunc quidem cùm fertur, valet.*
113 *Consuetudo approbans vsuras iure Canonico dãnatur.*
114 *Totius orbis consensu vsuræ permitti nõ possunt.*
115 *Nefaria est omnis de vsurarum permissione legislatio.*
116 *Distinctio Beroi præceptoris quomodo procedat.*
117 *Decipiũtur, qui consuetudinis legi diuinæ repugnantis obtentu elusuros se magistratũ putant.*
118 *Bartoli argumentum discutitur.*
119 *Carpitur Beroius.*
120 *Asyla Græcis templa sunt.*
121 *Fœnerare tam diuina, quàm humana lege prohibemur.*
122 *Asylum olim quare institutum.*
123 *Romulus Græcos imitatus inter vrbis initia Asylum aperuit, & quare.*
124 *Qui violat Asylum maiestatis reus est.*
125 *Fœneratores pecuniæ, quæ ex se nihil produtere potest, fructum quærunt.*
126 *Seruus in Asylum fugiens rem iuri naturali & Gentium conuenientem facit.*
127 *Fuga libertatis cuiusdam species est.*
128 *Fœnerator leges diuinas atq; humanas violat.*
129 *Admissum seruorum in Asylum confugientium leuissimum est.*
130 *Principum statuæ & Ecclesiæ æquè sanctæ sunt atq; Asylũ, nam nec inde extrahere quenq; licet.*
131 *Apprehendens sacerdotem eucharistiam deferentem auelli ab eo non potest.*
132 *Qui ad Principum statuas sacrámve ædem confugientes gaudeant immunitate, & qui non.*
133 *Domini seruos inclementius à se tractatos venundare coguntur. cum nu.141.*
134 *Expedit Reipub. illibatam esse dominorum in seruos potestatem.*
135 *Exemplum memorabilis sæuitiæ domini in seruũ.*
136 *Perfugium ad Principum statuas ædem sacram aut Asylum quandoq; delicto caret, quandoq; publicè vtile est, quandoq; delinquentibus tribuit veniam, cum nu. seq.*
138 *Seruus in Asylum fugiẽs quare fugitiuus nõ sit.*
139 *Tam seruis, quàm liberis confugere in Asylum licet, & quando. cum nu. seq.*
142 *Concluditur contra Bartolum, cum nu seqq.*
144 *Maior est delictũ fœneratoris, quã serui fugitiui.*
145 *Pœnæ pro modo delicti imponuntur.*
146 *Quæ pœna seruorum fugitiuorum.*
147 *Fuga in seruis res est naturalis.*
148 *Fœneratores tam diuinæ, quàm humanæ leges plectunt.*
149 *Legis diuinæ in fœneratores pœnas æternas constituunt.*
150 *Fur dupli apud Romanos olim, fœnerator quadrupli condemnatur.*
151 *Marco Catoni fœnerari & occidere idem.*
152 *Pauper trucidari fœnore dicitur.*
153 *Vsuræ malum.*
154 *Pecunia est vita hominis, & secundus sanguis.*
155 *Alimoniam detrahere, necare est.*
156 *Plutarchus fœneratores harpyis comparat.*
157 *Pœnæ iure Canonico in fœneratores, eorumq; fautores constitutæ. cum nu. seq.*
158 *Leges de vsuris ferre, sancire, dictare, scribere, non licet, scriptasq; delere oportet.*
159 *Leges diuino iuri contrariæ nec, cùm feruntur, valent,*
160 *Locare domum fœneratori non licet.*
161 *Princeps expellere ex sua ditione fœneratores debet.*
162 *Affirmans fœnerare licere, hæreticus est.*
163 *Platonis in fœneratores lex.*
164 *Cato fœneratores Sicilia eiecit.*
165 *Agis Athenensium dux tabulas fœnerator, combussit.*
166 *Concluditur contra Bartolum.*
167 *Quod morib. contra legem diuinam introductum est, non consuetudo, sed vsurpatio atq; corruptela dici debet. cum nu. 169.*
168 *Quod iure gentium licet, consuetudine prohiberi non potest, multò magis quod iure naturæ & Dei est constitutum.*
170 *Diuturnitas peccatum auget.*
171 *Peccatum iteratione acerbius redditur.*
172 *Iudæi solis olim Chananæis fœnerare potuerunt, & quare.*

173 *Quod nostrum est, recuperare quibuscunq; artibus ab iniusto possessore possumus. cum 4. num. seqq.*
178 *Damnum emergens sine vsuræ vitio peti potest, & nu. 180 & seqq. & 183.*
179 *Cum alterius iactura nemo locupletari debet.*
182 *Salicetus carpitur.*
184 *Non modò damnum emergens, sed lucrum etiam cessans iure petitur. cum 3. nu. seqq.*
185 *Petro Arciecouio causarum sublechiticarum apud Regiam auditori consulenti respondit author.*
188 *Concluditur Iudæos rectè & iure Chananæis fœnerare potuisse.*
189 *Quod fœnus iure diuino fuerit prohibitũ, & quod non.*
190 *Cùm fœnus nouo iure diuino indistinctè prohibeatur, illud permittere Constitutiones humanæ nullo casu possunt.*
191 *Legislatoris officium est peccata corrigere, non indulgere.*
192 *Cædes iure diuino non semper punitur.*
193 *Consuetudo puerorum Bononiensium lapidibus certantium improbatur.*
194 *Qui legem ferre non potest, nec consuetudinem inducere vel iuuare.*
195 *Lex est consilium prudentium.*
196 *Consuetudo ius diuinum tollere non potest, sed humanum. & nu. seq.*
198 *Marsilius carpitur.*
199 *Multitudo excusat delictum.*
200 *Incertitudo excusat delictum, & quare. cum 2. nu. seqq.*
202 *De suspitionibus nemo damnari debet.*
203 *Satius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare.*
204 *Concluditur contra Marsilium.*
205 *Falsi crimine nullũ magis infamat, grauiusq; est.*
206 *Cardinalium priuilegium in damnatis liberandis, damnatos ob falsum non liberat.*
207 *Falsi crimen iure diuino descendit.*
208 *Excusat à falso, quod bona mẽte, & proposito fit.*
209 *Ream linguam aut manum non facit, nisi rea mẽs.*
210 *Legis & consuetudinis par est authoritas.*
211 *Quod ius diuinum vetat, humana constitutione permitti non potest.*
212 *Tolerantiam in his, quæ peccato vacant, non habet consensum.*
213 *Meretrici stupri mercedem persequenti actio non datur, & in qua meretrice intelligatur, & quare. cum 3. nu. seqq.*
217 *Instituti meretricij & fœneraticij comparatio.*
208 *Quod meretrici datum est, nõ repetitur, sed quod fœneratori.*
219 *Fœnerator ex quæstu suo decimam soluere, & eleemosynam dare non potest. meretrix autem ex suo quæstu potest.*
220 *An vsuræ permitti humanis cõstitutionibus possint, latissimè disputatur. cum plurib. nu. seqq.*
221 *Vsuræ à veterib. viris prudentib., Imperatorib., Regib., & alijs Principib. olim permissæ.*
222 *Principes sine iusta causa, nihil facere creduntur.*
223 *Princeps ius diuinum alias limitatum potest ex causa limitare.*
224 *Pontifex summus vetita iure diuino quandoq; permittit.*
225 *Naturæ congruit, benefacientibus benefacere.*
226 *Non est, contra charitatis officium, beneficium ab eo accipere, cui dederis.*
227 *Volenti non fit iniuria.*
228 *Qui foris sunt, nihil ad nos. & nu. 230.*
229 *Pontifex in ijs, in quib. secundum ius humanum mortaliter peccatur, dispensare potest, nõ quoq; in ijs, in quibus secundum ius diuinum mortaliter peccatur.*
231 *Alexandri & aliorum disputatio perstringitur.*
232 *Vsurarum causa, non ad Principum secularium, sed ad solius Papæ cognitionem pertinet.*
233 *Vsuras neq; Princeps secularis, neq; ecclesiasticus etiam Iudæis permittere potest.*
234 *Seruus legem domini tollere non potest.*
235 *Imperator, Reges & Principes, Dei sunt serui.*
236 *Papa est seruus seruorum Dei.*
237 *Quicquid contra legem Dei fit, peccatum est.*
238 *Leges, quibus vsuræ permittuntur, nec, cùm ferrentur, valuerunt.*
239 *Diuina lex, vt eius author Deus, immutabilis est, & in omni foro vincit.*
240 *Vsuræ nulla lege ciuili aut conuentione publica vel priuata fieri licitæ possunt.*
241 *Ad vsuras nemo naturaliter aut ciuiliter obligatur, nec earum persequendarum gratia actio dari potest, etiam Iudæis.*
242 *Vsuræ Iudæis Paulo Castrensi authore publicæ conuentionis seruandæ gratia, solui debent.*
243 *Royzius à Paulo Castren. dissentit.*
244 *Clemens Quintus Pontifex Maximus de vsuris leges ferre vetuit.*
245 *Leges vsuras permittentes deleri debent, & eis vti non licet.*
246 *Lege diuina vsuras prohibente Papa soluere nemem potest, etiam pietatis causa.*
247 *Hominis ab hostibus redimendi gratia fœnerare non licet.*
248 *Maius est fœnerantis, quàm mentientis delictũ.*
249 *Mentiri authoritate Pontificis non licet, vt nec animam occidere.*
250 *Mendacium maius peccatum, quàm fornicatio.*
251 *Fornicatio permitti Pontificis authoritate non potest.*
252 *Cur hominis seruandi, quàm redimendi causa mẽtiri, quàm fœnerare minus est delictum.*
253 *Confutantur argumenta pro vsurarum permissione adducta cum plurib. nu. seqq.*
254 *Veteres ignoratione Dei veri vsuras permiserunt.*
255 *Imperatores vsuras maioris mali fuga induxerũt, fines suæ iurisdictionis ea re transgressi.*
256 *Reges & alij Principes fœnerare Iudæis permitentes reprehensi.*
257 *Qua lege Princeps solutus non est, alios ea soluere non potest.*
258 *Consulitur Principibus vt leges de vsuris latas & priuilegia aboleant.*
259 *Episcopus Concordienſis ob permissas Iudæis vsuras temeritatis suæ pœnas Deo pependit.*
260 *Disputatio de vsurarum permissione nefaria est.*
261 *Carpuntur mali consiliarij Principum.*
262 *Redit author ad disputationem de vsuris.*
263 *Præsumi pro Principe, quomodo intelligitur.*
264 *Argumentum dicentium legem causam perpetuam non habentem à Principe posse distingui, bis refellitur, & nu. seqq.*
266 *Noua lex diuina indistinctè prohibet vsuras.*
267 *Lex Christi tam Iudæos, quàm Christianos tenet.*

268 *Argumentorum pro vsuris disputantium vitium, & nu. seqq.*
269 *Falla licui decimarum gratia ius diuinum non læditur.*
270 *Meretrix & Histrio ex suo quæstu decimã soluere possunt, sed eam ecclesia nõ recipit, & quare.*
271 *Piscari, & foro operam dare, natura vtrunq; licitum est & honestum: fœnerare verò illicitũ est natura atq; inhonestum.*
272 *Die festo qui piscatur, foróve dat operam, in tempus tantùm peccat, qui fœnerat verò, in tempus & naturam.*
273 *Dies Deo dicati quandoq; impunè non coluntur.*
274 *Ius diuinum aliàs limitatũ limitare Papa potest.*
275 *Agrorum culturæ dare operã diebus festis licet.*
276 *Quod ex necessitate fit, peccato caret, & quare, cum nu. seq.*
278 *Obligatio ad antidora in pactionem deduci non potest, cum nu. seqq. & nu. 282.*
279 *Quæ vsu consumuntur, locari non possunt, nisi pecunia fortè ad ostentationem.*
280 *Nihil magis contrarium est fœnerantium consilio, quàm beneficium dare.*
281 *Mutuum spe lucri datum beneficium esse desinit.*
284 *Creditor mutuum dans obligare sibi debitorẽ, vt aliquando ipsi vicissim det mutuũ, non potest.*
285 *Qui mutuum dedit, accipere à debitore supra sortem, quod offertur vltro potest.*
286 *Vltra sortem quid accipere, quam, sperare, cur minus liceat.*
287 *Vitium argumenti pro vsurarum permissione facti detegitur.*
288 *Fœnerator vsuras extorquere vi dicitur, etiã cũ à volentibus soluuntur, & quare. nu. seq.*
289 *Pecunia est res violentia.*
290 *Qui data pecunia mulierem adulteraui t, vi commisisse dicitur adulterium.*
291 *Auarissimum est mulierum genus.*
292 *Auaris omnia persuadet pecunia.*
293 *Pecuniæ mutatio non æquè atq; datio vim adfert.*
294 *Fœnus consensu partium fieri licitum nõ potest.*
295 *Tẽpore feriarũ humana legi inductarũ litigatorib. volentibus rectè ius dicitur, aliter atq; cùm lege diuina feriæ sunt inductæ.*
296 *Aduersus id, quod est cuiusquam fauore prohibitum, nihil vel eo volente fieri potest, vsq; ad nu. 304.*
305 *Quotiens propter publicum bonum dari prohibetur, id ab vltro offerentibus accipere non licet.*
306 *Fœnus à sponte dantibus accipere non licet, & quare.*
307 *Vtrum Iudæis fœnerãdi potestas ex causa publicè fieri possit.*
308 *Nullus Princeps secularis permittere Iudæis fœnus exercere potest.*
309 *An Papa id possit, variæ de hoc opiniones.*
310 *Intempestiua reuerentia est, illud cui tribuere, quod ipse sibi competere negat.*
311 *Rationes præcipuæ, quib. Papa Iudæis fœnerandi potestatem facere posse videtur, recitantur & refelluntur, cum nu. seqq.*
312 *Iudæorum salus negligi à Papa non debet, cum nu. seqq.*
313 *Detestabilior est error hæreticorum, quàm Iudæorum, & quare.*
314 *Ignoscendum Iudæis & quare.*
315 *Quod dicitur de ijs, qui foris sunt, nihil ad nos, quomodo intelligatur. & nu. seqq.*
318 *Iudæos, vt nos ipsi, diligere debemus.*
319 *Iudæo egenti eleemosyna à Christiano danda.*
320 *Infantib. Iudæorum nutrices Christianæ in necessitatibus non sunt denegandæ, & quomodo.*
321 *Iudæis Christiani seruire non debent.*
322 *Christiani cum Iudæis neq; cibum capere, neq; lauari, neq; habitare, neq; eis vti Medicis debent.*
323 *Concluditur Papam Iudæis fœnerandi potestatem facere non posse.*
324 *Non debet quis inde impunitatem habere, vnde pœna erat expectanda.*
325 *Falsò putant Iudæi Christianos ipsis esse alienos.*
326 *Inspici veritas debet, non opinio.*
327 *Iudæi solis Chananæis fœnerare potuerunt, & suum fœnerando auferre, non alienum.*
328 *Lex Christi fœnerare indistinctè vetat.*
329 *Iudæi lege Christi tenentur.*
330 *Iudæi ad suscipiendam Christi religionem, compelli non possunt, Christiani ad retinendam possunt.*
331 *Iudæum esse delictum, & quando in Iudæos vindicandum, cum nu. seq.*
335 *Differentia inter opinione & facto delinquentes.*
336 *Argumentum Alexandri Tartagninis refellitur.*
337 *Clementina de vsuris contra Paulum Castrẽ. & eum secutos declaratur ab authore.*
338 *Paulus Castren. capitur, conuentionem de vsuris à Iudæis exercẽdis factam sine scandalo esse atq; honestam dicens, non grauem, sed suauem. & nu. seqq.*
339 *Vsuræ creditoribus suaues, debitoribus autem amare.*
340 *Adquirere, beatum est, amittere verò, miserũ.*
341 *Vsura Hæbreis morsus dicitur & qui eam capit mordere, plecti item vsuris, vt pœna dicitur.*
342 *Vsuræ diuturnitatæ consuetudinis non defenduntur.*
343 *Lex tam consuetudinem sequentem, quàm antecedentem tollit.*
344 *Vsurarum permissio, nec publicè vtilis est, nec necessaria, imò damnosa, & nu. seq.*
346 *Omnis ætas habuit, & bonos & malos.*
347 *Publicè vtilitatis aut necessitatis causa permitti vsuræ non possunt.*
348 *Vsurarum prohibitio sola Dei voluntate continetur. & nu. 352.*
349 *Lex, licet dura, seruanda est.*
350 *Omnium quæ constituta sunt, ratio quæri non debet, in lege præsertim diuina. & quare, cum nu. seq.*
353 *Nullus Princeps, ne ipse quidem Papa, fœnerãdi potestatem facere etiam Iudæis potest.*
354 *Papa vsq; ad animam & sanguinem ius diuinum defendere debet.*
355 *Consuetudo Polonica, qua est receptum, vt creditor salua sorte fructus rei pigneratæ suos faciat, authoritate Regis senatus ac populi confirmari non potest.*
256 *Creditor fructus rei pigneratæ in sortem computare recusans coram Iudice ecclesiastico conueniri potest.*
357 *Quibusdam casibus creditor sine vsuræ vitio fructus rei pigneratæ facit suos.*
358 *Cùm in quærenda pecunia, quæ mutuò data est, laborauit creditor, an fructus rei pigneratæ faciat suos, disputatur.*
359 *Item an, cùm species non est, debitorem pignus luiturum, idem quoq; dicendum sit.*

360 *Omne genus fructuũ ex re pignerata à creditore præceptor, minuit sortem.*
361 *Vsus instrumenti rei pignoratæ minuit sortem.*
362 *Vsus ornamenti rei pignoratæ nõ minuit sortem.*
363 *Operæ seruorũ pignori datorum sorti impudãtur.*
364 *Iumentorum vecturæ exonerant pignus idem in cæteris quæ pecunia æstimari possunt.*
365 *Ille rerum vsus, qui æstimationem non admittit, ad sortis exonerationem non pertinet, cum duobus nu. seqq.*
368 *Fructus rei pignoratæ ante consumptionem sortem non minuunt, & quare. cum nu. 374.*
369 *Fructus pendentes pars fundi habentur.*
370 *Fructus pendentes inter immobilia numerantur.*
371 *Fructus ex re pignerata percepti pignori sunt.*
372 *Suæ rei pignus non consistit.*
373 *Fructus sorte recepta cum pignore restituuntur.*
374 *Species cum quantitate non compensantur.*
375 *Quæ inter se functionem non recipiunt non compensantur, aliter atq; quæ recipiunt, vsq; ad nu. 380.*
379 *Carpitur Beroi dubitatio.*
381 *Fructus intelliguntur deductis impensis etiam à Prædone factis, & de quib. impensis intelligatur, cum duob. nu. seqq.*
384 *Impensæ necessariæ quæ.*
385 *Impensæ vtiles quæ.*
386 *Quædam impensæ modò necessariæ, modò vtiles sunt.*
387 *Inter impensas necessarias & vtiles quod ad deductionem quid interst.*
388 *Impensæ vtiles quando deducantur, & intrà quẽ modum, & quando non, vsq; ad nu. 390.*
391 *Vtiliter impensa, nisi reddat debitor, tollit creditor, & quando.*
392 *Impensæ voluptariæ quæ, & quæ earum conditio.*
393 *In voluptarijs impensis æstimãdis quid spectetur.*
394 *Impensæ voluptariæ in rebus promercalibus loco vtilium sunt, & quare.*
395 *Quæ impensæ voluptarijs adnumerentur, cum nu. seqq.*
396 *In Polonia & Lituania magnus balneorũ vsus.*
399 *Carpitur Accursius.*
400 *Creditor fructus rei pignoratæ tempore perituros Ancharano & Anagnino authoribus vendere tenetur.*
401 *Ancharanus & Anagninus refelluntur, cum nu. seqq.*
402 *Quæ diuersi generis sunt non compensantur.*
403 *Fructus rei pignoratæ quã diu maneat debitoris.*
404 *Creditor fructus rei pignoratæ, qui seruando seruari non possunt, vendere non cogitur, & nu. 406. & nu. 411.*
405 *Idem in pignore, cũ ex pacto illud vendere liceat.*
407 *Fructus rei pignoratæ, si imputari creditori nihil potest, periculo debitoris pereunt, vt & ipsum pignus cum nu. seq.*
409 *Creditor non cogitur fructus rei pignerare consumere, & quare. cum nu. 411.*
410 *Nemo emere cogitur.*
412 *In fructib. tam, qui seruando seruari non possunt, quàm qui possunt, quæ facultas creditoris.*
413 *Quando creditor re pignerata vtens furtum cõmittat, & quando non.*
414 *Quod legis authoritate fit, iustè fit.*
415 *Vtrum percepti fructus, an & qui percipi potuerunt, sortem minuant disputatur, vsq; ad num. 435.*
416 *Fraudi est creditori, cum fundo pigneratio neglecto suum minus fertilem colit.*
417 *Inciuile est Hostiense authore ad colendum agrum pigneratum cogere creditorem.*
418 *Imputatur creditori si locari solitam non locauit.*
419 *Ioannis Calderini improposita quæstione opinio.*
420 *Malefidei possessor tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt.*
421 *Antonij Butrij in eadem quæstione distinctio, ita Abbatis nu. seq.*
423 *Beroius & Royzius Butrij distinctionẽ probant.*
424 *Creditor in re pignerata dolum & culpam præstat.*
425 *Lex culpæ faciens mentionem leuem etiam intelligit.*
426 *Pignus debitoris & creditoris gratia interuenit.*
427 *Hostiensis refellitur, & nu. seq.*
428 *Culturam fundi negligens in qua culpa sit, latine an leui.*
429 *Creditor in re pignori accepta exactam diligentiam adhibere debet, vt diligens paterfamiliâs.*
430 *Diligens paterfamiliâs agri cultura non negligit.*
431 *Cultura ampliat pretium agrorum.*
432 *Neglecta cultura fundus deterior redditur.*
433 *Cur legetarius fundum, in quo habet vsu fructum, colere rectè cogatur.*
434 *Concluditur contra Hostiens. & Anagninum.*
436 *Fructus ex re pignerata percepti, qua melior à creditore facta est, non minuunt sortem: sed creditori cædunt. cum duob. nu. seqq.*
439 *Concluditur disputatio.*
440 *Vtrum tutores pecuniam pupillarem fœnerare cogantur, & nu. 444.*
441 *Olim non impunè tutorib. fuit pecuniam pupillarem non fœnerare.*
442 *Eodem necessitas imposita est ab Imperatore Iustiniano curatorib. cum adolescentibus quorum curam habent facultates non sufficiunt.*
443 *Error veterum & Iustiniani in tutorib. & curatorib. ad fœnus exercẽdũ cogẽdis quo arguitur.*
444 *Lex diuina vsuras prohibens in omni foro vincit.*
445 *Captiuorum redimendorum gratia cùm fœnerare non liceat, nec pupillaris patrimonij augendi causa licere debet.*
446 *Absoluitur tutor, qui pecuniam pupillarem fœnerare noluit.*
447 *Tutor pecuniam pupillarem imprediorum comparationem collocare negligens, quanti pupilli interest est rei condemnandus.*
448 *Vtrum tutores pecuniam pupillarem dare in negotiationem ea lege debeant, vt salua sorte pars lucri pupillis quæratur.*
449 *Pecuniam dotalem ad honesti lucri partem dare in negotiationem constitutione Innocentij licet, idem in pecunia ad puerorum alimoniam relicta traditum est. cum nu. seq.*
451 *Innocentij constitutio quomodo intelligenda. cũ nu. seqq.*
454 *Ioannes Andreæ & Hostiens. refelluntur. cum nu. seq.*
456 *Pecuniam ita dare in negotiationem, vt salua sorte lucrum diuidatur, nec honestum est, nec vsuræ vacat vitio cum nu. seq. & nu. 108. & seq.*

458 *Quicquid*

458 *Quidquid pecuniæ mutuò date accedit, quocunq; nomine appelletur, vsura est, & ideò sortem minuit, cum nu. seq.*
460 *Societas, cùm sit fraternitatis instar, æqualitatẽ exigit, cum trib. nu. seqq.*
461 *Discutitur intellectus l. si non fuerint. §. ita coiri. ff. pro socio. cum duobus num. seqq. & num. 465. & seq.*
464 *Quo tempore inter socios fiat diuisio.*
465 *Lucrum non intelligitur, nisi omni damno deducto neq; damnum nisi omni lucro deducto.*
468 *Pactum contra naturam contractus vitiat contractum.*
471 *Verus constitutionis Innocentij intellectus.*
472 *Dans mutuò pecuniam aliquid vltra recepturus, etiam si pecuniæ periculum suscipiat, vsuræ crimen non effugit.*
473 *Vsurarij infames sunt, & sempiternis supplicijs damnati.*
474 *Humana vita paucis contenta est.*

1 PATER †DECEDENS magnum pecuniæ numerum liberis suis reliquit, quàm cùm tutor vacare, ociosamq; iacere passus esset, factis suæ tutelæ pupillis iudicium cum eo susceptum est, cuius fidei conueniisse, verecundiæq; dicebatur, officio deniq; incubuisse, eam summam sterilem esse non sinere, eaq;, aut prædium comparare, l. ob fœnus. & l. tutor. qui reptorium. §. si post depositionem. ff. de adminis. tuto. aut, quod ex re pupillorum magis esse videbatur, fœnus d. l. ob fœnus, exercere, qui actus & minus haberet periculi, & emolumenti plurimum. Ex aduerso tutor paratum se quidem fuisse pupillari pecunia prædium comparare, sed nullo idoneo per id tempus fortè reperto, maluisse pecuniam vacantem habere, quàm quicquam ea cum rei pupillaris detrimento comparare.

2 Enimuerò, † quod ad fœnerandum pecuniam pupillarem attinebat, ne id faceret, legibus se non humanis extra in antiq. & lib. 6. & clem. de vsur. & 14. q. 3. per totum. & Doctor. l. 1. C. de summa trinit. modò, sed diuinis Exodi. 22. D. & Leui. 25. E. & Deuter. 23. D. & Psalm. 14. B. & Eze. 18. B. & Lucæ 6. E. & c. supereo. de vsur. etiam prohibitum allegabat, quibus in vniuersum omne fœnerandi genus improbatum est Nec se in re pupillari augenda eam inire rationem oportuisse? quàm in sua, diuini numinis metu, repudiasset. c. fin. 46. distinct. Qua

3 † de re aditi cùm essemus, nec quicquam ad presentem quæstionem definiendam in iure Theutonico reperissemus, de quo in auditorio nostro respondere in primis est necesse, ad Imperatorum & summorum Pontificum Constitutiones habere receptum, opus fuit, quibus Theutonicum ius suppleri consueuit, aut qua parte parùm perspicuum esset, declarari. Specul. Saxoni. libro 2. artic. 36. in Gloss. ad fin. & libro 3. artic. 44. in Glo.

4 ante finem. Quod † deniq; iure diuino in proposita specie cautum esset, nobis non fuit prætermittendum, id enim humanis placitis præstare, legemq; orbi terrarum dare oportet, &, vt eleganter & piè Bald. Authen. ad hæc. C. de vsur. & Rubri. eo. in prin. & l. vsuras. etiam in prin. eo. ait, in omni foro vincere. Resq; † altius repetita in-

5 de disceptationi ita initium fecit, vt quereremus primùm, fœnus aut vsura quid esset? deinde, an id genus quæstus exercere, ius fásve cuiquam sit? Quibus duobus articulis explicitis, quid in proposita specie esset

6 respondendum, intelligi posset. Quatin re intanta casidicorum inscitia nostram de-

7 sudare operam fuit necesse. Nam † & cautum constitutionibus C. vt quæ des. aduo. par. in Ru. & nig. est, vt, quæ desunt aduocatis partium, iudex suppleat. Et quidem, quod ad primum caput spectat, vt magis res in aperto sit, priùs, quàm quid fœnus sit, aut vsura, tractemus, vnde eæ appellationes descendant, commodissimũ est videre, & ante

8 hæc, fœnerator vnde dicatur. Ac, † ne hoc omittam, Claudio cuidam Verrio in libris, quos inscripsit verborum à Græcis tractorum, vt apud Aulum Gellium libro 16. noctium Atticarum cap. 12. scriptum lego, fœnerator appellatus est, quasi φαινεσθαι. quod qui eum quæstũ exercerent, humanos sese atq; placidos pecuniam desiderantibus ostendere soleant, cuius sententiæ Hypsicrates quidam Grammaticus author

9 refertur. Ea † sanè deriuatio insulsissima Gellio est visa, id sequuto, quod Marcus Varro, per quàm probus latinitatis author libro 3. de sermone latino scriptum reliquit, qui fœneratorem à fœnore dici, rectius exi-

10 stimat. Fœnus † autem à fœtu dictum, quasiq; à fœtura quadam pecuniæ pariẽtis atq; increscentis, idem Marcus Varro

11 putauit. Quod † & Nonio placuit, nec dissentit Festus. Qui tamen, cum libro 6. Antiquitatum Romanarum, vbi de hoc disserit, fœnus à fœtu appellatum, similiter atq; Marcus Varro libri initio scripsisset, librum deinde claudens naturalem terræ fructum verbo fœnoris significari dixit, ob eamq; causam & nummorum fœtum fœnus esse vocatum subiecit, quod per quandam veluti similitudinem accipiendum est. Sanè

enim, vt agricolæ terra fructum, ita fœneratori pecunia alia aliam producit. Apparet itaq; quæstus pecuniæ pecunia quærendæ, cur fœnus appelletur: vsuræ autem verbum vnde descendat, consequens est videre.

12 Et † Marcus Varro libro quarto de lingua latina, vsuram, quod vsu ad sortem accedat, dictam existimauit. Azo In summa.
13 num. 4. C. de vsur. † autem ab vsu quod ob vsum rei detur, dictam vsuram magis putauit, quam sententiam Henricus In summa. §. & vnde dicatur. extra. de vsura. Cardinalis Hostiensis retulit, nec improbauit: putat tamen ipse vsuram dictam, de suo illud adferens, quasi vsuream, siue vsuæram, id est, vsum æris, hoc est pecuniæ. Nicolao de Rubri. de vsur. num. 2. & c. nauiganti. num. 5. eo. denique Abbati, ad verbi figuram similiter alludenti, dicta est vsura, quasi vsum rapiens, vendi enim pecuniæ vsum ait, qui in rerum natura non est, & ita rapi. Qui omnes, vno Varrone excepto, ad extremam verbi syllabam, alludunt, dum Azo, quasi rei, Henricus Cardinalis quasi æris vsum vsuram dictam scribunt. Nicolaus denique Abbas tanquam vsum rapiētem. Quod
14 † ab Imperatore Insti. de testa. in prin. Iustiniano, & ante eum à Seruio Sulpitio, à quo id est sumptum, cùm testamentum quasi testatio mentis vocatum est, factum videtur, non tanq; testamenti verbo, verbum mentis insit, eaq; vox duplex habeatur. Ne idem in cæteris vocabulis eodem modo desinentibus dicere sit consequens, vt in velamento, authoramento, condimento, & similib. sed quia rem explicari commodè ita fortè cō
15 tigit. Nam † in testamentis, qua quis mente sit, cum primis spectari solet. l. in conditionib. ff. de condi. & demon. & l. ex facto. §. re-
16 rum. ff. de hæred. iusti. Vt † immeritò Iustinianum Valla, & Seruium Sulpitium in hac ipsa testamenti allusione Gellius reprehenderit, quod Andreas Alciatus lib. 4. de verborum significatione Vallæ temeritate ca-
17 stigata eleganter adnotauit. Sed † an illud coarguemus? quod aliud Azoni, Henrico Cardinali aliud, in vsuræ allusione, aliud de-
18 nique Nicolao Abbati videatur, nec † inter se conueniant, & non arbitror. Nam id factitatum ab ipsis legum conditoribus constat. Etenim, cùm in furti deriuatione, aliud Labeoni aliud Sabino placuisset, Iuli. Paulus lib. 47. Digesto. l. 1. de furtis. eorum referens opiniones id non improbauit. Sed
19 † & Domitium Vlpianum libro vndetrigesimo Digestor. l. 1. §. miles. de testa. milit. in militis vocabulo variè constat loquutum, cuius verba subieci. Miles appellatur, vel à militia, id est duritia, quam pro nobis sustinent, aut à multitudine, aut à malo, quod arcere milites solent, aut à numero mille hominum, ducitum à Græco verbo, tractum à tagmate. Nam Græci mille hominum multitudinem ΤΑΓΜΑ appellant, quasi milleſimum quemq; dictum. vnde ipsum ducem ΧΙΛΙΑΡΧΟΝ appellant. Vt reprehendi in vsuræ vocabulo diuersa allusio nō possit. Nisi illud non rectè scriptum esse videatur, quod Azo vsuram vsum rei dixit.
20
21 Verbo † autem rei, non modò omnia, quæ in nostro sunt patrimonio, constat demonstrari, l. 1. §. rei. ff. de reb. credi. sed & quæ extra existunt, nec, vt in nostro patrimonio sint, rerum natura patitur. de diuis. rer. in ff.
22 prin. ff. & l. 1. in prin. eo. Contrà † Henricus Cardinalis, quàm Azo latè, tam ipse angustè vsuræ vocabulum contraxit, ad ea videlicet.
23 Quo † verbo, vt nummos significari non negemus, siue argentei, siue aurei sint, l. etiam. & ibi Alciatus. ff. de verb. signifi. cætera tamen, in quibus vsura contrahitur, certum
24 est eo verbo non demonstrari. Nemo † enim dixerit, quæ pondere & mensura constant, ea æris vocabulo contineri in quibus æquè atq; in ijs, quæ numero constant, vsura committitur. Abbas & alij. Rubri. extra.
25 de vsur. Sed † & hæc, & proxima Azonis sententia defendi potest. Nam origines, vnde vocabula deducuntur, sæpe ex æquo, atq; vocabula ipsa, patent: vt cùm Domiti. Vlpianus lib. 1. Dige. l. 1. in prin. de vs. & iu. ius à iustitia ait appellatum. Libro item vndetrigesimo Digestor. d. §. miles. militem à
26 militia dictum scribit. Nam † à mollitia, quod Festus Aëlium scriptorem vetustum existimasse per antiphrasin refert, eò quod miles nil molle, sed potius quid asperum gerat, explodendum est. In Pandectis enim Tuscis à militia, sicuti dixi, est scriptum, non à mollitia, cui refragatur sequens interpretatio. Nam subiectum est à mollitia, id est, à duritia, quasi quis exponat, molle id est durum, quod est perquàm ridiculum, non minus, quàm si quis dixerit lucem, id est tene-
27 bras. Non † me fallit, esse quosdam Grammaticos, qui nō nulla vocabula per antiphrasin deduci voluerunt, in quibus Priscianus bellum ab eo appellatum, tradidit, quod minimè sit bellum, quo nihil absurdius dici potest, inst. in fine. pri. de excus. tutor. & Leui. 26. B. & Ier. 46. A. & lit. seq. & 48. B. ibi maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine. & Ioel. 3. B. & lit. seq. & Paris. de puteo. tract. de re mil. c. an pugnæ. num. 9. sed

venia

venia dignum sit, hominē Grammaticum, studio illo suo vmbratili occupatum, quæ in luce Reip. fiunt, non vidisse, & in re ma-
28 nifesta tam insigniter errasse. Etenim † si bella res est hostem finibus arcere, focos & aras ab externa vi asserere, ciues suos à seruitute vindicare, bellum, quo omnia ista consequimur, bella proculdubio res erit, vt nō fuerit, quamobrem Priscianus ad tam ridi-
29 culam verbi deriuationem defugerit. Per † quem similiter errorem Aelius militem à mollitia appellatum putauit? cuius inepta opinio sacris Pandectarum libris per audaculum aliquem illata æqui & boni profesſo-
30 res perdiu falsos habuit. Quo † loco mendum inesse Franciscus Connanus, perelegans scriptor, in suis iuris ciuilis Commentarijs lib. 9. cap. 5. non incerta coniectura suspicatus est, quod à nemine scriptorū, ante eum animaduersum miror, quos potuit erroris admonere insolēs deriuatio, duritiam
31 à mollitia deducentis. Adde † non fuisse opus, deriuationem à contrario petere, cùm militiæ verbo duritia significetur, vt idem ipse Domitius Vlpianus est author, d. §. miles. cùm militiam, id est, duritiam interpretatur. Hoc obiter lectorem admonuisse, & ab errore in viam reuocasse, nō fuerit à stu-
32 dio nostro alienum. Eò † itaq; vnde diuerti, redeo. Est item origo vocabulorū non-
33 nunquam, quàm ipsa vocabula, fusior. Vt † cùm rursus miles, ne à militis verbo recedamus, eodem Vlpiano authore d. §. miles. à malo, quod milites arcent, deduci re-
34 fertur. Hoc † enim similiter præstare iurisconsultos, qui boni & æqui notitiam professi, æquum ab iniquo separant, licitum ab illicito discernunt, præmijsq; propositis ac pœnis ad quietem publicam, pacemq; in ciuitate retinendā homines alliciunt, pertrahuntq;. l. 1. in prin. ff. iusti. & iu. Porrò similes hostem fines inuadentem, id est externū malum, manu repellit, Iurisconsultus, qui iuridicundo præest, admissum iam malū intra ciuitatis, viscera, vt ita dixerim, atq; præcordia iurisdictiōe arcet atq; imperio, grassantemq; domi pestem cōprimit, dum improbos facinorososq; homines supplicijs coërcet. Bonos item ciues ab iniuria vindicat, & contumelijs, nō minus vtilis publicè potest videri. & enim nihil multùm interest, ab externo quis hoste damnum accipiat, an à domestico, & suo ciue, domo, agro, excludatur, fortunisq; suis cæteris despolietur, imò grauius hoc ferri solet, maiusq; continet admissum. Quo enim maiore vinculo alius alij coniunctus est, eò ab illo violari maius est nefas. Hinc in eos, qui parentibus ac necessarijs mortem obtulerunt, seuerius est vindicatum, ff. de parrici. quod præstare eos, qui iuridicūdo præsunt diximus, idem causarum patroni quoq; præstant, de quib. Imperator Leo & Anthemius lib. 2. Principal. Constitutionū. Aduocati, C. de aduoca. diuer. iudicior. qui dirimunt ambigua facta causarum, suæq; defensionis viribus sæpe publicis in rebus ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus inquiunt, prouident humano generi, quàm si prælijs atq; vulneribus patriam parentesq; seruarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam aduocatos. Militant namq; causarum patroni, qui gloriosę vocis cōfisi munimine, laborantium spem,
35 vitam, & posteros defendunt. Est, † & vt ad institutum argumentum redeam, tertium genus nominum deriuandorum, cùm origo, quā, quod inde deduceretur, angustior
36 est. Vt † cùm furtū Labeoni l. 1. in prin. ff. de fur. á furuo, hoc est nigro dicitur, q̄d clàm & obscuro furtum fiat, & plerumq; nocte. Furta enim & in luce interdiuq; fieri, palàm
37 est, non minus, quàm noctu. Hinc est † illa legis 12. Tabular. distinctio, furem nocturnum cum clamoris testificatione occidere permittentis: diurnum non nisi telo se defendentem. l. itaq;. §. lex. 12. Tabular. ff. ad
38 legem. Aquil. Ergò, † quod Azo in vsuræ allusione sit fusiore vocabulo vsus. Henricus Cardinalis Hostiens. contractiore, ma-
39 gnis eos authoribus tueri licet. Quanquā, † si in sola numerata pecunia vsuram proprie contrahi arbitramur, quod Azo summa. C. de vsur. num. 3. scripsit, & Henricus Cardinalis Hostiens. summa extra. de vsur. §. pro quib. rebus. probat, qui vsuram vsum æris dixit, contractiore vsus vocabulo non vi-
40 detur. Aeris † enim verbum plenius est, &, vt est dictum, omnis materiæ nummos significat, non æreos modò, sed argenteos etiam, atq; aureos. d. l. etiam. & ibi. Alcia.
41 ff. de verbor. signif. Romani † enim olim pauperes, vt be nondum adulta, æs cudebant, eoq; nummo vtebantur, quam appellationem postea rerū potiti, ac domito terrarū orbe, cùm pro opum maiestate argenteo atq; aureo nummo vterentur, retinere
42 non erubuerunt. Aes † itaq; omnis generis nummos hodie cōtinet, d. l. etiam. sed quia receptum est, & in ijs, quæ pondere mensuraq; constant, vsuram committi, Abb. Rub. extra. de vsur. nu. 2. & ibi. Ana. col. 1. & Bero. nu. 45. ad superiorē defensionē redeū-

dum est, vt contractiore verbo in allusione
43 vsus nihil peccasse videatur. His † expeditis consequens est, vt ad Nicolai Abbatis d. Rub. de vsu. nu. 2. opinionem veniamus, cui vsuram dictam quasi vsum rapientem suprà retulimus. Quomodo autem vsura vsum rapere dicatur, id eodem authore d. Rub. de vsur. & num. 2. ita est acceptum tanquam qui vsuram exercet, is pecuniæ vsum, qui in rerum natura non sit, vendat. Quo loco primùm animaduertere licet, omnium superiorum sententias à Nicolao Abbate tolli, tam enim Marcũ Varronem, quàm Azonem & Henricum Cardinalem Hostiensem ab vsu dictam vsuram scripsisse, quòd apertè refellitur, si pecuniæ, vt Nicolaus Abbas ait, nullus est in rerum natura vsus. Deinde pugnantia à Nicolao Abbate dici, quomodo enim in vsura rapi vsus ab eo intelligatur, qui eum quæstum exerceret, si pecuniæ, quæ vsuræ materia est, nullus in rerum natura vsus est, reperiri nõ potest. Quò magis miror Augustinum Berotium, d. Rub. de vsur. num. 46. Præceptorem meum, hominem iuris pontificij consultissimum hanc Nicolai Abbatis sententiã pluribus explicantem, hoc nõ animaduertisse, nisi pro Nicolao Abbate quis respondeat, id quod ipse non obscurè significare videtur, idcirco pecuniæ nullum in rerum natura vsum esse, dici, quòd eius vsus in consumptione constat, eo quippe puncto, quo pecunia vtimur, nostra esse desinit, alteriusque esse mox incipit: receptum autem esse, quæ non durent, ea perinde haberi, vt alio loco multis exemplis comprobaui, suprà decisione 3. num. 66. cum plurib. num. seq. ac si ne fuissent quidem, l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem. vers. ob eamq; fortè rem Domitius Vlpianus l. hoc senatusconsultũ de vsufru. ear. rer. quæ vsu. con. lib. 7. Dig. pecuniam in abusu esse atq; consistere scripsit, sed quia idem Vlpianus l. 1. de vsufru. ear. rer. quæ vsu. con. pecuniam, vt & cæteras res, quibus cùm vtimur, mox caremus, vsu tolli, eodem libro dixit. Gaius l. si vini. ff. de vsufruc. ear. rer. quæ vsu. con. item vsu contineri scripsit, inscriptus denique lib. 7. Digest. titulus est de vsufructu earũ rerum, quæ vsu consumuntur, in quibus pecuniam esse constat, vt negare non possimus pecuniæ vsum esse. Quomodo hæc inter se non pugnent, dispiciendum est, & arbitror Vlpianum, d. l. hoc senatusconsultum. cùm pecuniam in abusu esse, siue consistere dixit, id tempus respexisse, intra quod pecuniæ legatæ vsusfructus durat. Licet enim pecunia iam absit, in victum fortè aliámve rem necessariam erogata. adesse tamẽ & interim creditur, dum tantundem reddere, non finito vsufructu, haud habemus necesse. Rectè itaq; secundum hæc pecuniam in abusu esse, siue consistere dici, cùm ea vti atq; frui & tunc existimemur, cùm ipsa caremus. Nam quin impendendo vti ea dicamur, negari per rerum naturam non potest. Falsum item fore, pecuniam vsu tolli continerive, cõtrà quàm Vlpianus & Gaius scripserunt, d. l. 1. & d. l. si vini. nisi quis ea nos vti tunc dixerit, cùm in loculis habemus inclusam, quod per quàm ridiculum est. Defendi itaque Nicolai Abbatis sententia non potest, pecuniæ vsum in rerum natura esse negantis, tanquam nec tunc quidem pecuniæ sit vsus, cùm eam impendimus, cuius etiam vsus, reb. quæ inde comparantur, repræsentatur, fitq; diuturnior, vt non tam tunc vti pecunia nostra dicamur, cùm eam numeramus, in rei cuiusquam emptionem, quàm, cùm re empta vtimur, domo fortè aut fun-
44 do. Etenim † si qui precio fruitur, vt Gaius lib. 7. Digest. l. quia de vsufructu. & Ana. Rubri. extra de vsur. colu. 2. vers. intelligit. scribit, nõ minus habere intelligitur, quàm qui principali re vtitur, fruitur. Ex contrario, qui re quapiam vtitur, fruitur, id quodã modo habere debet intelligi, quo ea res
45 comparata esset, id est precium. Nec † quod puncto temporis pecuniæ à nobis abit dominium, mouere quenquam ea res debet. Nam, & q̃d nobis per filios seruósve quæritur, id constat ne momento quidem in illorum personis consistere: l. placet. ff. de adquiren. hæred. propter vtilitatem tamen, quæ hoc sequeretur, ita quæri patribus dominisq; vetus iurisprudentia non immeritò
46 introduxit. d. l. placet. Confutata † itaque Nicolai Abbatis sententia, vsum pecuniæ, qui est permagnus, perq; necessarius, in rerum natura esse negantis, vsuram ab vsu, siue simpliciter, vt Marcus Varro, siue rei, vt Azo, siue eris, vt Henricus Cardinalis Ho-
47 stiens. maluit, deduci dicendum est. Quo † constituto tractandum ordine est, quid vsura sit, siue fœnus, nam vtroque verbo significari constat. Et Azo. d. summa. C. de vsur. num. 1. quidquid sorti accedit, ab omnibus vsuram vulgò dici, scribit: ipsi autem vsura est, ita enim definit, d. summa. de vsur. & d. num. 1. quæ propter vsum rei concessæ datur, concessam intelligens datam aut mu-
48 tuatam. Et † ne quis rei verbum generaliter accipiat, l. 1. §. rei. & ibi post Alex. & alios. Deci. num. 12. negat extra pecuniam numeratam

ratam vsuram propriè contrahi, licet accepto fusius vsuræ verbo in cæteris rebus, in quibus mutuum consistit, vsuræ esse locum fateatur. Quod postremum Henricus Cardinalis Hostiens. d. summa extra de vsur. §. pro quibus reb. probauit, nam definitioni multa addit. d. summa extra de vsuris. §. qd
49 sit vsura. Quicquid † enim solutioni rei datæ accedit, ipsius rei vsus gratia siue id pacto inter contrahendum conuento, siue ex post facto id agatur, alterutróve tempore ea mente creditor esse proponatur, vt quid, quod vltra sortem sit, accipiat, vsuram esse 14. q. 3. per totum. definit. Quod dictum est, QVICQVID, ita exaudiendum ait, vt siue pecunia accedat, siue fructus spes, siue ECLEGMA, hoc est, Electuarium, siue vini cuppula, aut aliud quiduis cupediorum, quantulumcunque enim sit, quod vltra sortem acciperetur, id in vsura esse,
50 scribit. c. plerique. d. 14. q. 3. Quod † verò MVTVO DATAE adijcitur, ita accipi vult, vt intelligatur Gofredo Raynerio cæterisq; fermè omnibus authoribus Abb. & alij. Rub. de vsur. extra mutuum vsuram regulariter non committi, id est, extra eas res, quæ numero, pondere, mensura constant. Abb. d. Rub. de vsur. nu. 2. Ana. ibidem. colu. 1. Bero. col. 16. num. 45. Quæ solæ ad causam mutui pertinent. l. 2.
51 §. 1. ff. si cer. pet. Id † quidem quo ad creditorem spectat, à quo proficisci oportet eorum aliquid, quæ numero constant pondere aut mensura, cæterùm debitore aliud quid vis vltra sortem præstante, siue species, siue factum id sit, nihilomagis esse desinit vsura. 14. q. 3. per totum. Abb. d. Rub. de vsur. num. 4. & ibidem. dictum. & Be-
52 ro. d. num. 45. Adiectum † deinde est, IPSIVS Hostiens. d. summa de vsur. §. quid sit vsura. vers. ipsius rei. REI VSVS GRATIA. Nam si non vsus, inquit, id est consumptionis gratia, locoq; pœnæ sine fraude quid apponeretur, extra vsuræ causam hoc erit existimandum. per c. dilecti.
53 extra de arbit. & 14. q. 2. fraternitas. Inter † pœnam verò & vsuram hoc ait interesse, idem Hostiens. d. §. quid sit vsura. & vers. ipsius rei. quòd vsura pro temporis modo præstari menstrua annuáve soleat: Authen. ad hæc. C. de vsur. & Azo. d. summa. C. de vsur. numero secundo. pœna verò tunc, cùm aduersus pactum quid factum proponeretur, cuius seruandi causa adiecta esset.
54 c. constitutus. de pœnis. & Azo. d. summa de vsur. & nu. 2. Aut † dici ait posse, pœnam præstari, quia non fuerit factum, quod conuenisset, aut quia non soluitur, quod deberetur, d. c. dilecti. cùm ex aduerso vsura ob id pendatur, ne sortem reddere debito-
55 rem oporteat. c. cons. de vsur. PACTI † verò CONVENTI adiectio id valet, vt absq; pacto creditori supra sortem accipere ius fasq; sit, si quid forte vltrò à volente debitore tribueretur, c. sicut. 1. q. 2. & 14. q. 3. vsura est. & 18. dist. c. d. elogijs. Ab. de Rub. de vsur. nu. 1. & ibidem. Ana. colum. 1. vers. quæro. & ibi. Bero. nu. 29. vers. 4. sit conclu. idem. Ab. c. quæstus. nu. 8. de vsur. & Henri. Bochic. in ciuitate eo. nisi ea mente fuisse dicatur, vt aliquid supra sortem acciperet, siue initio, siue ex post facto hanc sibi spem proposuisset, Abb. Rubr. de vsur. nu. 1. & ibid. Ana. col. 2. vers. intelligit. Adde Bero. ibidem. nu. 30. quòd in pacto est quoquerespondendum. Nam & qui ex post facto pepigisset, in ea causa est, vt vsuræ crimen contraxisse videatur, nō minus, quàm si initio id actum proponatur. c. consuluit. ibi. cessante. omni conuentioni. de vsur. &
56 Bero. nu. 20. vers. præterea. eo. Sed † vtrum exigimus, eum, qui pecuniam credidisset, nō aliter id fuisse facturum, quàm si, se quid vltra sortem consequuturum, speraſſet, quo magis vsura commissa esse videatur? an in eadem quoq; causa & ille sit, qui nulla illectus lucri spe, erat egenti pecuniam creditu-rus? & multū sanè referre, arbitrandum est. Nam, qui gratuitò crediturus erat, qd vltra sortem voluntate debitoris datum accepisset, id sine vlla Dei offensa retinere potest: d. c. sicut. & d. c. vsura. est. & d. c. de elogijs. Abb. d. Rub. de vsur. nu. 1. & ibi. Ana. col. 1. vers. quæro. & ibid. Bero. nu. 29. vers. quarta sit conclusio. post Henri. Bochic. d. c. in ciuitate. qui verò nō nisi fœnerato erat egenti opē laturus, is restituere, quod supra sortem accepisset, nisi Deo esse vult obnoxius,
57 habeat necesse. Quanquam † Magistratus imperio atq; iurisdictione, vt id faciat, compelli non potest, d. c. consuluit. & d. c. in ciuitate. & ibi Hēri. Bochic. & Bero. d. Rub. de vsur. nu. 24. nisi hoc amplius eius esse instituti proponatur, vt gratuitò mutuum dare non esset solitus. Nam quod huic ab eius instituti non ignaro supra summam creditam esset numeratum, extorqueri iusdicentis authoritate poterit, quasi tacita conuentione actum videatur, vt supra sortem aliquid penderetur: Bero. d. Rub. de vsur.
58 nu. 20. Tam † inuisum est autem fœnerandi cōsilium, vt satisfacere Deo & eū oporteat, qui quęstus faciendi ꝓposito mutuū dedisset, etiāsi deceptus nihū tulerit, nam quin,

qui

qui ea mente fuit, Deo sit obnoxius, dubitare non licet. Bero. d. Rub. de vsur. nu. 23. & sequen. post Henri. Bochic. d. c. in ciui-
59 tate. Ea † inter hunc & eum, qui quid lucri abstulisset, facta differentia, vt ille animo & re, quibus deliquit, satisfacere cogatur, hic, quem reum Deo cogitatio fecit 22. q. 5. qui periurare. & 24. q. 1. c. odi. & 15. q. 1. c. fin. & 15. q. 5. c. 1. in fin. & 14. q. 5. c. si quid. & c. cum voluntate de sententia excom. & nu. 24. solo animo, 14. q. 3. c. 1. Bero. d. Rub. de vsur. & num. 24. quid enim restituat, qui
60 nihil accepit? Spem † autem omnem supra sortem accipiendi non omnino damnare oportet. Nam, qui lucrum sperauit, si nihilo magis erat se à dando mutuo abstenturus, quicquam postea voluntate debitoris consequutus, ne Deo quidem obnoxius est. d. c. consuluit, ibi qui non aliàs mutuo traditurus. & glos. ibi vers. sperantes. & Rub. de vsur. nu. 29. conclu. 4. & Hostien. d. summa de vsur. §. quid sit vsur. prope fi-
61 nem. De † illo scio quæsitum Glos. & Ioan. And. c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. Hostien. d. de summa. de vsur. §. qua pœna. vers. sed fœnerato. Abb. c. præterea. num. 3. de vsur. & latius. c. cum tu. num. 15. eo. tit. & Anchar. cons. 98. istam quæstionem. circa fin. & cons. 306. efficax. colu. 2. vers. & circa hoc. Alex. 67. cons. 91. visis actis. num. 1. lib. 2. & Fede. Sen. cons. 19. quæstio talis est. & cõs. 22. vtrum vsurarius, & Lapus Decastel. c. in ciuitate. de vsur. & Anto. de But. d. c. cum tu. liberet ne fœneratorem delicto debitor, qui gratiam ei fœnoris fecit? In qua specie rectissimè Dynus c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. scribit, si quidem fœnerator, quod vsurarum nomine abstulisset, debitori refundere paratus sit, consequuturũ eum liberationem, quasi breui manu receptas vsuras fœneratori reddidisse debitor existimetur: Argumentuml. singularia. in fi. ff. si cer. pet. & l. licet. §. quotiens. ff. de iure dot. & l. vir ab eo. ff. eo. & l. 3. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. quidam hoc amplius Ioanne Anagnino authore d. c. cum tu. col. 8. in fin. vers. 3. quæri. de vsur. vsurarum desiderant oblationem: alij etiam restitutionem. Quorũ sequi sententiam & si fœneratoribus consultius esse putem: à Dyno tamen nõ dissentio, modò ne quid insit com-
62 menti. Nam † bona fide rem geri oportet, & simulationem omnem abesse, nihilque quicquã dolo aut humanis artibus agi, cùm est Deo, vt in præsentia, satisfaciendum, quem cælare humana prudentia nihil potest. 32. distinc. c. erubescat, & 2. q. 5. c. consuluisti. & c. in ciuitate. in fin. de vsur. Ne-
63 mo † autem nescit eo, quod ablatum est non restituto, peccatum non remitti. d. c. cum tu. & ibi Bero. num. 8. de vsur. & c. si pes. 14. quæst. 6. & d. c. peccatum. de re. iur. lib. 6.
64 Illud † admonendi sumus, non quicquid sorti accedit, ad vsuræ causam pertinere, sed id tantum, quod pecunia æstimari potest. Bart. l. rogasti. §. si tibi. ibi partes. ff. si cer. pet. Abb. Rub. de vsur. num. 4. & ibidem. Ana. colu. 2. vers. dictum. & ibidem Bero. num. 33. & seq. & num. 45. idem Ana. c. plur. colu. 3. vers. quicquid enim ali. 14. q. 3. quasi per totum. Quare si inter mutuandum paciscar, vt me beneuolentia prosequaris aut honore, pro meáve salute Deum ores, nullum erit vsuræ crimen. Præter enim quàm, quòd ad hæc alium alij Christiana charitas obstringit, beneuolentia, honor habitus, precesq; Deo immortali oblatæ æstimationem pecuniariam non admittunt. Quan-
65 quam † in habito honore quibusdam casibus aliud plericq; respondent, Ioan. Ana. c. pec. lib. 6. in mercu. & ibi. Philip. Francus. Abb. c. 1. num. 2. de depos. & Ioan. Cald. c. nauigam. & ibi. Ab. num. 7. & Ana. colum. 7. vers. 4. princi. quæri. de vsur. Abb. Rub. eo. num. 4. Ias. d. §. si tibi. in fin. Ant. corc. singula verb. Docto. 1. Bero. Rub. de vsur. num. 58. Ioan. Arnol. proble. 19. & Bologni. Authem. habita. num. 256. C. ne fili. pro prem. id est, quotiens emolumenti quid inde speratur. Quod in ea specie euenit, cùm doctor mutuo dato auditores ad se pellicit, auditorio frequentiore id consecuturus, vt auctius salarium accipiat. Tantundem Petrus Philippus Corneus d. §. si tibi. probat, cùm id doctor agit, vt pluribus auditoribus pecuniæ illecebra ad se illectis collegam suũ opprimat, sed hoc defendi non potest, nisi eo spectet, vt collega suo auditorũ frequentia superato, ad salarium auctius perueniat. Ioan. Andr. d. c. peccatũ. cum Doctor. proximè alleg. Sola quippe collegæ oppressio æstimatione pecuniaria caret, sed an superiori sententiæ occurrat, quod Salycetus Authẽ. ad hæc. C. de vsur. Bero. Rub. extra. eo. num. 60. scribit, qui primam pecuniæ credendæ rationem ductam esse ait, vt frequens habeat auditorium, & per hoc famam nominis & doctrinæ opinionem conseruet, nihilq; de veteri existimatione amittat, & cõuenienter ne quam famæ iacturam patiatur, non autem vt nomen suum illustrius reddat, dignúsve maiore salario vi-
66 deatur. Constat † autem, vt vulgo dicere solemus, spectari, quod principaliter age-

retur,

retur, oportere. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. Sed hoc facti habet quæstionē, incertum quippe esse, qui pecunia ad se auditores allicit, quæstus id magis causa faciat,
67 an famæ studio. Quosdam † enim pecuniæ amore ita captos, videmus, vt præ diuitijs honores & nominis celebritatem facilè cōtemnant, cùm alij, quorum generosius est pectus, spretis opibus omni studio hono-
68 res sibi quærendos proponant. Igitur † in hac ingeniorum varietate, cùm scire non possimus, quæstus ne causa, an famæ magis comparet sibi pecunia auditores Doctor id, q̄d animæ magis salutare est, sequendū dicā c. in Ciuitate. & ibi. gl. & Abb. notab. 4. notat. glo. c. vnico. de scruti. facit. c. significasti. & c. ad audientiam. de homici. & Ana. d. c. in ciuitate. colu. 3. vers. no. quod vbi. & colu. 7. vers. 7. & vsuræ crimen interpretabor. Idcircoq̄ eum auditores pecunia quærere respondebo, vt maius salarium consequatur, sed quia hæc interpretatio in Dei, vt vocant, foro est recepta, Soci. d. §. si tibi. d. l. rogasti. ff. si cer. pet. sententiæ Salyce-
69 ti non occurrit. Humanum † si quidem forum spectantibus aliud dicitur, in quo, cùm incertum est, qua mente quid factum dicatur, fœnerandi consilium abesse, existimare debemus. Ita Bartholomæus Socinus lib. 12. Digesto. d. §. si tibi. apud Domitium Vlpianum tradidit, sed nec eò ma-
70 gis Salyceti sententia defenditur. Nam † & si non coniectura, sed re vera constare fingamus, primam à doctore credendæ pecuniæ rationem initam, vt frequens haberet auditorium, & per hoc doctrinæ retineret & literarum opinionem: accedere autem adipiscendi maioris salarij consilium, dubitare non oportet & hunc, pro fœneratore esse. Quotiens enim, quod accedit, graue delictum aliquod continet, eius, quod principaliter ageretur, consideratio, quo minus crimen contrahatur, nihil quicquam facit.
71 Hinc † Domitius Vlpianus lib. 3. Digest. l. Athletas. §. ait prætor. de his, q̄ notant in fa. Lenocinium eum facere ait, qui quæstuaria habet mancipia, siue hoc principaliter negotium gerat, siue alterius negotiationis accessio sit, vt si caupo sit forsan aut stabularius, qui mancipijs huiusmodi vtatur ministris, qui ministerij occasione corpore suo quæstum faciant. Vtroq̄ enim Lenocinij pœna teneri scribit. Idem in balneatore respōdit, qui in officina ad custodienda eorū, qui lauantur, vestimenta mancipia illud turpe vitæ genus obseruantia dicitur habere. Secundum quod, siue principaliter hoc agat Doctor, vt data mutuò auditoribus pecunia, factoq̄ per hoc frequentiore auditorio maius consequatur salarium, seu famam ampliare volenti hoc accedat consilium, quin pro fœneratore sit habendus, nulla dubitatio est. Salyceto itaq̄ nō assentior. Hęc quidem, cùm retinendę literarum & doctrinæ opinioni accesserit maioris salarij
72 quærendi studium. Nam † cùm nullum quæstus consilium proponitur, vsuræ cri-
73 mine vacare factum arbitror. Non † distinguo itaque, vt Beroius præceptor, vtrúmne q̄ spe quæstus abiecta famæ magis studet, conseruare veterem doctrinæ opinionem nitatur, & retinere, quod adeptus est, nomē, an augere magis, quasi sola commodi adeptio his artibus procurata damnetur, non etiam incommodi depulsio. Vtrumq̄ enim, & qui veterē seruare opinionem contentus est, & qui celebriorem reddere studet, extra vsuræ crimē pono. Hunc, quia famæ augmentum & opinionis pecuniariam æstimationē non capit. Quod cùm accidit, vsuræ crimen non contrahi, suprà constitit: illum verò quia, cùm nullā accessionem quærat, non potest videri vsurę crimen contrahere, quod sine accessione non est, 14. q. 3. per totum, tantò magis, quia id conseruare studet, cuius augmentum pecunia æstimari non potest, hoc est, famā & nominis opinionē: ita tamen hos vsuræ crimine libero, vt peccato eosdem vacare negem, atq̄ adeò infamia. l. vnica. & ibi Bar. de stu. libe. vrbis Romæ. lib. 11. Adde Bologni. Authen. habita. nu. 256. C. ne fil. pro patre. Lucubrando enim & vigilando doctrinæ nomen & literarum famam conseruari, non pecuniæ illicio, sed an pro eo, qui veteris opinionis retinendæ causa auditores mutuo dato sibi comparat, quo magis peccato exi-
74 matur. Illud sit, quod honoris † conseruandi gratia occidere hominem licet, Pet. Ger. sing. 33. nobiles. vt est in aggressuram passo
75 responsum. Cui, & si fuga elabi possit, quia † fugere tamen probrum est, Bald. l. 1. in fi. c. vnde vt. Deci. l. vt vim. nu. 35. ff. de iusti. & iur. stare, cæsoq̄ aggressore se tueri, ius esse constitit. Bar. l. 1. colu. 2. C. vnde vi. Deci. d. l. vt vim. num. 35. Ita enim post Salycetum Beroius d. Rubri. de vsur. num. 16. & seq. præceptor disputat, sed quia cædes ita facta in Dei, vt sic loquar, foro impunita Bal. c. fi. col. 2. vers. sed nunquid. de consuetudine. & Ana. c. suscepimus. in fi. de homici. & Deci. l. vt vim. nu. 35. ff. de iusti. & iur. non est, fugæ dedecus percussorē peccato non libe-
76 rat, adde, diuersa hæc esse. Vim † q̄ppe illatā contra-

contraria vi propulsare, omnes leges omniaq; iura permittunt, l. scientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad legem Aquil. nobisq;, vt salutem corpusq; nostrum tueamur, ferrum porrigunt, isq; præcipuus armorum vsus
77 est. Vt autem † aucto mutui datione auditorio doctrinæ opinionem quis retineat, id nullis legibus nulloq; iure vnquam licuit.
78 Quin turpitudine non caret. et † Reipub. interest, ne fiat. Auocari enim hoc facto iu-
79 uentutem ab illorum auditorio, quorum † forsitan ingenio, natura, doctrina, & institutione, quibus alijs alij præstare solent, l. inter artifices. ff. de solut. melior euasisset.
80 Nemo † autem nescit, publicè vtile esse, disciplinarum cursum non impediri. Vnde à sacris constitutionibus auditorijs, vbi artes traduntur, multa tributa priuilegia legimus. Docto, l. 1. ff. solu. mat. post. glos. fin. & ibi Bar. l. vnica. de stu. libe. vrbis Rom. lib. 11. C. & Bal. l. 1. in fi. C. si de momē. possi.
81 Alius † est denique nummi vsus, quàm fœne-
82 ratio. l. 1. ff. de contract. emp. & vendi. Et † mutuum non dantis, sed accipientis causa intercedere debet, quod secus fit, si cum quæstu est, vsuræ vitio non vacat. 14. q. 3.
83 per totum. Et † in egentis persona necessi-
84 tatem continet. Peccat † enim, qui egenti opem non fert. c. consului. de vsur. & Ana. c. nauiganti. colu. 2. eo. tit. Igitur neq; Salyceti sententiam, neque Beroi distinctio-
85 nem sequor. Quod † in doctoribus, qui artem aliquam publicè tradunt, dictum est: idem in pistoribus & molitorib. est acceptū, si pecuniam dent mutuam quibusdam, vt ad pistrinas eos & moletrinas suas alliciant, indeq; quæstum habeāt, Abb. d. c. nauiganti. num. 17. de vsur. & ibi. Ana. colu. 7. vers. 4. princi. quæri. quod nos ad laniones propolasq; rectè producemus, ad omnes denique opifices, qui, vt ad illorū tabernas ventitemus, pecuniam nobis dant mutuā, hoc non sperato non daturi. Nam cùm eadem, quæ, in superioribus, ratio sit, cur non idem statuatur, non reperiri. l. illud. ff. ad legem
86 Aquil. Illud † scio quæsitum, cùm restituere, quod vsuræ nomine ablatum est, oporteat, cui restituere doctor, cui pistor, cui cæteri debeant? illis enim, quos ad se dato mutuo hi allexissent, nihil abesse videri, & pauperibus restitutionem fieri debere, placuit. Quæ sententia Nicolai Abbatis fuit, libro quinto Epistolar. Decretal. d. c. nauiganti. num. 17. de vsur. ita scribentis. Fœ-
87 nerare † hoc est supra sortem, quicquam accipere, de quo nobis erat secundo loco dicendum tam humanis, quàm diuinis legibus non licere, c. super eo. & per totum. extra. de vsur. & eo. lib. 6. & clemen. & 14. q. 3. per totum. & latè Docto. l. cunctos populos. C. de sum. trin. semper constitit, sed an introduci moribus contrà possit, videamus, defendiq; in Polonia illorum factum queat, qui rebus pignori acceptis vtuntur, fruuntur, & non prius debitores ad eas repetēdas admittunt, quam solidū acceperint, nec fructibus sortē minui patiuntur, cōtrà, quàm sacris constitutionibus cautum est. c. 1. & 2. & c. conquęstus. de vsur. & c. ad nostram. 1. de iureiur. & c. cùm contrà. de pig. & l. 1. & 2. C. de pig. actio. & l. 2. C. de par. pig. Hanc quæstionem Augustinus Beroius, doctor meus, libro 5. Epistolar. Decretal. quia in omnib. num. 5. de vsur. in Polonica consuetudine nominatim proponit, & si talem consuetudinem in Polonia esse, nequaquam, vt scribit, credat, & putauerit, inquit, aliquis, sic enim dixerit, id probè fieri. Non enim nouo exemplo istud tentari, sed recepto more & consuetudine inueterata, cuius initium ignoratur, & propterea eos, qui à contractu multis ante annis vsurpato non abstinent, nihil delinquere, quisquam arbitrabitur, tanquam qui, quòd vulgò non improbaretur, fecis-
88 sent. Inde, † vt apud Labeonem & Cœlium quæsitum esse Domitius Vlpianus l. quid sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædili. edic. refert, seruum, qui in Asylum confugisset, fugitiuum nō esse, placuit, id enim fecisse, quòd publicè facere licere, est arbi-
89 tratus. Quod † ad vsurarum casum non ineleganter produxisse, Bartolus d. §. apud Labeonem sequitur. Alex. cons. 39. visis & considerat. post prin. lib. 3. & Cæpola. cōs. 8. dicendum est. colu. fin. & tract. de simul. contrac. in casus posi. colum. 2. & rursus. 5. casu princi. col. penul. & Firmia. trac. de Episcopis. lib. 3. par. 1. q. 14. Tiraq. de pœnis causa. 42. num. 8. Adde aug. Bero. c. quia in omnib. num. 6. de vsur. videtur, eo excusato, qui id fecisset contractus, quod illicitum non esse, vulgò crederetur, & si re vera vsuræ vitio non careret, negat enim hunc vsuræ crimen contrahere. Bart. d. §. apud Labeonem. Hæc Beroius. Huic † sententiæ
90 illud congruit, quòd, vt post Accursium idem Bartolus, Baldus, Salycetus, Paulus Castrensis, & plerique libro 4. Principalium Constitutionum l. pignus. c. de pig. actio. notant, non intelligitur culpa, quam consuetudo admittit. Arg. l. 3. ff. ad Macedo. Petr. Anchar. cons. 348. pro decisione quæ-
91 siti. Idem † Baldus eodem lib. 4. Principalium

palium Constitutionum scribit, l. 1. colu. 3. vers. sed. quid si custos. C. de ædil. acti. per. §. apud Labeonem, quod publica consue-
92 tudine permitteretur, delictū non esse. Ea† deniq; consuetudinis est vis, vt à dolo excuset, glos. l. si pignore. §. fi. ff. de pig. acti. & ibi Doct. imò, Bartolo authore, d. §. fi. per ill. tex. l. pignus. cum sua glo. C. de pig. actio. & Corne. l. iuris ignorantia. nu. 8. c. qui admitti. & à culpa. Nam, vt eleganter ipse scribit, qui id fecisset, quod ab aliis fieri solet, is nec in dolo, nec in culpa est, quam sententiam Ludouicus Pontanus certi cōdic. §. si nummos. per tex. ibi not. ff. si cer. pet. & Iason
93 d. §. si nummos. no. 3. probant. Adde,† quod illicitum est, id consuetudine fieri li-
94 citum. d. §. si nummos. Vnde† placuit, iudicem, qui contra legem iudicauit, si consuetudinem seeutus proponatur, non facere litem suam, Bar. l. 1. in fin. prin. ff. quod
95 quisq; iur. & meritò. Consuetudine† quippe generali bonam fidem induci. Ioannes Zenobius inter consi. Bald. consil. 370. ver-
96 ba rescripti lib. 3. Hæc† ad falsi crimen & cædis factę, quidam audacter producunt, vt nec falsi teneatur tabellio, qui absentē, quasi præsens fuisset, tabulis adscripsit, si consuetudinem regionis est secutus, tāquam consuetudo excuset à falso. Hosti. c. quanto. de ijs, quæ fi. à præla. sine consensu capi. Bal. c. 1. de feudi cognitione. idem Bald. l. 1. colu. 11. C. de confes. & l. 1. C. de ædil. acti. & l. vnica. C. quæ si long. consue. vers. modo. sequitur alia quæstio. & l. de quib. char. pen. viso de causis. ff. de leg. Hostien. Ioan. And. & Anto. de But. c. 2. ad fi. de fiden. instrumē. Innocen. c. sanę de tempo. ordi. Alex. cons. 8. col. 2. vol. 6. Iason l. singularia. char. fi. col. 2. ff. si cer. per. Phil. Deci. cons. 175. in causa falsitatis. col. 9. & latius. cons. 9. diuino. col. 2. Ange. trac. malefi. ver. falsario. vers. quæro quod modis circa prin. Marsi. l. 1. nu. 100. ff. de sica. Oldr. cons. 56. Mat. Afflic. cōstit. Siciliæ aduocatus. vers. an autem consuetu-
102 do. Rochus Curi. c. fi. col. 5. de cōsue. Andr. Tiraq. tract. de pœnis causa. 42. nu. 11. Quod in illa specie Baldus scripsit, d. c. 1. in prin. vers. sed pone. de feu. cogni. cùm tabellio, quasi præsentibus tribus ærarijs quæstoribus, pecuniam illatam scripsit, vnus autem abesset, æquè nec cædis eum teneri, qui hominem in eo certamine occidit, quod erat more ciuitatis permissum, vt cùm inter pueros colluctatione lapidibusve certatur, vt fieri Bononiæ solet. Cædem enim in eo certamine factam pœnan non mereri, Petrus Ancharanus respondit, cons. 272. iure
103 stricto. & consuetudine. & c. cùm venerabilis. de consue. & plerique probant. Ana. c. felicis. in fi. prin. de torne. & Barba. d. c. cùm venerabilis. col. & c. cùm consuetudinis. colu. 4. in prin. de cōsue. & Fran. de cre. notab. 149. mos est puerorum Bononiæ. Marsi. d. l. 1. nu. 101. idem. l. fi. q. 6. extra ordinaria. C. de
97 proba. Nihil† deniq; vetat, moribus illud introduci quod legibus potest, eādem enim esse non scripti, quæ scripti, authoritatem. l.
98 de quib. cum legib. seqq. ff. de legib. Cōstat† autem antiqua iurisprudētia vsuras permissas esse, & flagitio omni caruisse. ff. de vsur.
99 per totum. Et† quod ad quæstionem à nobis supra propositam attinet, pecuniam pupillarem, nisi in prædiorum emptionē versa esset, in fœnúsve collocata, periculo tutorum vacare, erat constitutum, l. si tutor. qui repertorium. §. de admini. tuto. & l. si tutor constitutus. & l. ob fœnus. ff. de eo. imposita quoq; propiore sæculo curatorib. ab Imperatore Iustiniano Authen. vt. 2. qui obliga. se habere perhi. res mino. §. quoniam. ver. quod si mobilis. colla. 6. est necessitas pecuniæ adolescentium fœnerandæ, qui in tam tenui esse re familiari proponuntur, vt inde se, nisi fœnore exercito, tolerare non
100 possint. Sed† & si errare omnes in Polonia fateamur, qui ab eiusmodi contractibus nō abstinent: hoc tamen ipso defenduntur, communis enim error, vt dicere solemus, ius facit. l. Barbarinus, & ibi glo. & Docto.
101 ff. de offic. prætor. Sed† hæc, quo magis suprà scripta consuetudo iusta sit, & retineri debeat, si altius considerentur, non multùm admodum valent. Ea itaq; nos, quo proposita sunt ordine, refellamus, & initio, quod ex Bartolo d. l. quid sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædili. edic. relatum est, qui seruí factum in Asylum se conferentis, fugę delicto vacare dixit, id, vt Beroius Præceptor scribit, d. c. quia in omnib. nu. 6. insti. de vsur. propositæ quæstioni non seruit.
102 Non† enim, eo authore, æquè magnum de-
103 lictum in serui fuga est, atq; in fœnore. Sed† quia Bartoli sententiam receptam esse, atq; crebriorem apud Alexandrum Tartagninum legit, in Apos. ad Barto. d. §. apud Labeonem. pedem refert, & tanquam de sententia deiectus cōsuetudinem Poloniæ defendit, atq; non abstinentes à contractibus iure diuino aut humano prohibitis, qui vulgò liciti crederentur, pœnis, quibus in corpus vindicatur, eximit, non etiam, quibus in animam, hoc est, æternis gehennæ supplicijs, itaq; tutos esse ab humana non à di-
104 uina vindicta concludit. Qua† distinctione

alere fœneratorum improbitatem videtur magis, quàm auaritiæ malo mederi, qua pe-
ste nulla maior in Republica est, aut perni-
105 ciosior, vtpote † idolorum cultui proxima. Ephes. 5. Coloss. 3. &c. auaritiæ, cum concor. ibi. in glos. super verb. idolorum. de
106 præben. Ego † verò pro meo ingentem Polonam studio non dubitabo Beroio, doctori meo, cuius sententia, exemplo Cassij Magistrum suum excusantis, l. qualem. alias dicere. §. vnde. & ibi Bart. ff. de recep. defendenda mihi fuit, obuiam ire, adeò enim inuisa est vsura Pontificibus. Quo-
107 rum † de similibus quæstionibus notio est, Bar. l. Titia, & ibi Alex. & alij. ff. solu. matri. Bar. l. quoties. C. de iudi. Anchar. cons. 243. Fede. Senen. cõs. 245. Cal. cons. 3. Alex. consi. 1. numero septimo. lib. 2. fortun. de vlti. fin. iur. Cano. & ciuil. numero 64. &
108 Bero. c. 1. de consti. numero 16. vt, † non modò ijs, qui de earum actione quicquam constituissent, illis vindicibus impune non sit, sed sit etiam fraudi dictare constitutionem, aut etiam scribere audentibus. Nam hos omnes Clemens Clem. vnica. de vsur. eius nominis Quintus, Pontifex summus,
109 censura coërcet. Qui † hoc amplius, si quid huiusmodi constitutum est, id deleri
110 iubet. Deleri † autem, non corrigi, propterea, vt ego quidẽ interpretator. Quod,
111 † cùm sit iuri diuino contrarium, quod constitutum est, ne initio quidem, Baldo authore, Authen. ad hæc. nu. c. de vsur. Adde cogno. l. curabit. num. 4. C. de emp. & Tiraq. trac. de pœn. vllius fuit momenti, nec quisquam hæc, quasi de iure scripto dicta,
112 refellat. Eandem † enim esse, vt suprà dixi, scripti iuris, quæ non scripti, id est, consuetudinis, authoritatem, l. de quib. ff. de legib. vide Gome. c. 1. num. 123. de constit. libro sexto. nec introduci ab ijs consuetudo potest, qui legis ferendæ nõ habent potestatem, d. l. de quib. & ibi notat. Ad-
113 de, † æquè ab eodem Clemente consuetudines, d. Clem. vnica, quibus vsuræ permit-
114 tuntur, nominatim damnari. Certum ęp † est, non vnius modò populi, c. inter dilectos. de excess. præla. consensu fœnerandi ius introduci non posse, c. inter dilectos. de excess. præla. sed nec plurimorum, nec orbis, glos. & Docto. d. c. quia in omnib. deniq; totius. Glos. & Docto. c. quia in om-
115 nib. Nam † cùm humanæ authoritatis non sit, contrà, quàm Deus sanxit, constituere, Bald. d. Authentica. ad hæc. temeraria est, imò verò nefaria omnis de vsurarum per-
116 missione legislatio. Illa † autem Beroij Præceptoris distinctio, qua Polonica vsos consuetudine, de qua adhuc disputamus, magistratus metu, non Dei liberat, non in consuetudine, quæ iuri diuino repugnat, accipi debet, sed in ea, quæ legibus humanis aduersatur, nec satis proba est, & idcirco eis cedit. Ita Philippus Decius diligens & acutus disputator lib. 1. Epistolar. Decretal. bellissimè scribit. c. nam concupiscentiam lec. 2. nu. 6. vers. in contrarium tamen aliàs. alleg. de constit. sequitur. And. Tiraq. trac. de pœn. tempe. causa. 42. num. 7. Ade Glos. c. sanè. de super verbo antiqua. in
117 fin. de tempo. ordi. Blandiuntur † itaq; sibi, & stultè imponunt, qui obtentu consuetudinis diuinæ legi repugnantis elusuros se magistratus iurisdictionem arbitrantur.
118 Distinctione † Beroi d. c. quia in omnib. nu. 6. in fi. præceptoris confutata, ad quam ne Bartoli sententiæ aduersaretur, d. §. apud Labeonem. vi tanquam adactus descendit, quantum momenti in Bartoli argumento sit, videamus, quod mihi quidem pertenue videtur atq; infirmum, vt mirer, reperisse Bartolum, qui se sequerẽtur. Illud itaq; nos discutiamus, &, vt inde exordiar, Bartolo authore, seruus, qui in Asylum cõfugit, fugitiuus nõ est, d. §. apud Labeonẽ. cur ita? quia id facit, quod publicè facere, inquit, licere arbitratur. igitur qui in Polonia pecuniam mutuã dat, accepto pignore, fructus eius suos facturus, & debitorem à pignoris repetitione, nisi solidũ restituat, submoturus, fœnerator non est, cur ita? totidẽ verbis, quia id facit, quod publicè facere licere arbitratur, more videlicet in Polonia ita re-
119 cepto. Sed † quantum inter hæc intersit, Beroius prœceptor non satis perspexit, factum enim à seruo id proponi, quod alijs humana lege licere suæ defensionis causa constat, l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pœn. & l. vnica. C. de ijs, qui ad statu. confu. iuncto. d. §. apud Labeonem. æquè atque ad tem-
120 pla confugere, nisi vtrumq; idem sit, nam † Asyla Græcis templa sunt, vt author est Titus Liuius. Aequè itẽ atq; ad statuas eò receptum haberi, d. §. ad statuas. & d. l. vnica. & d. §. apud Labeonẽ. vers. ne eum quidem. & idcirco sibi licere per errorem est illudari
121 bitratus. At † fœnerare, id est, quicquam supra sortẽ auferre, imò verò sperare, non modò humana, id est, Pontificum, extra de vsur. lib. 6. & Clem. per totũ. & 14. q. 3. per totum. quorum de huiusmodi quæstionibus notio est, Bart. d. l. Titia. & ibi Alex. & alij. ff. solu. matr. cum concor. sed diuina etiã lege, c. super eo. de vsur. cui seruire omnes

oportet,

oportet, Bal. Authen. ad hæc. C. de vſur.
122 vetamur. Adde, † Aſylum ob hoc eſſe ab
vrbium conditoribus inſtitutum, vt illò cõ-
123 fugientes tutum habeant receptum, quod †
Romulum Romani nominis authorem,
Græcos imitatum, inter vrbis initia aperu-
iſſe accepimus, vt ciuitas repleretur homi-
124 nibus. l. 1. ff. ſolu. matri. Aſylum † qui viol-
lat, humanæ maieſtatis reus eſt habendus,
vt diuinæ, qui ædem ſacram temeraſſet, ho-
minibus, qui eò cõfugiſſent, inde extractis.
l. 2. C. de iis, qui ad eccle. confu. Abb. c. in-
ter alia. nu. 27. de immu. eccle. & c. pen. eo.
& Nicol. Boër. tract. de ſeditioſis. 7. & vlt.
præſuppoſito. num. 45. & ſeq. & Hierony.
Gygas tract. de cri. læ. maieſ. q. 10. nu. 1. in
125 præfa. Inuentæ † autem ac percuſſæ pecu-
niæ, qua difficultatibus permutationũ ſuc-
curſum eſt, l. 1. ff. de contrahen. emp. & ven-
di. aliam longè rationem eſſe, quàm, quæ à
fœneratoribus vſurpatur, qui ſuæ auaritiæ
ſeruientes ex hac ipſa pecunia, quę nihil per
rerum naturam producere poteſt, fructum
126 quærunt. Item † ſerui, qui in Aſylum cõfu-
giunt, rem priſtinæ libertati, id eſt, naturæ
& gentium priorí illi iuri conuenientem fa-
127 ciunt. Fugam † enim, vt ait Cælius, d. l. qd
ſit fugitiuus. §. item rectè ait. libertatis cu-
iuſdam ſpeciem eſſe, hoc eſt, poteſtate do-
128 minica in præſentí liberatum eſſe: cùm † fœ-
nerator leges omnes, diuina humanaq; iura
129 perfringat ac violet. Adde, † leuiſsimũ eſſe
ſeruorum ad Aſylum cõfugientium admiſ-
ſum, non certè maius, quàm ad Principum
ſtatuas, aut ad eccleſias ſe conferentium. d.
§. apud Labeonem. ibi. qui ad ſtatuam Cæ-
ſaris cõfugit. & ibi, qui in Aſylum vel quod
aliud confugit. & §. fi. inſtit. de iis, qui ſui vel
alie. iur. ſunt. & C. de his, qui ad eccle. con-
130 fu. & de his, qui ad ſtatu. confu. Nam † & hæ
ea ſunt religione & iure ſanctæ, vt qui illò
confugiſſent, non temerè extrahantur, d. §.
fi. & dicti ſtitu. de his, qui ad eccle. confu. &
de his, qui ad ſtatu. con. perfugium enim ac
præſidium omnium hæc eſſe, loca conſtat.
131 locis proximè allega. Quod † eſt quoq; re-
ceptum in euchariſtia ob præſentis numi-
nis maieſtatem. Nam damnatus, qui ſacer-
dotem euchariſtiam ægro deferentem ap-
prehenderit, auelli ab eo impune nõ poteſt,
Archidia. c. quæſitum. 18. q. 2. Hoſtien. in
ſumma de immu. eccleſiar. §. in quantum.
nu. 12. verſ. quid ſi quis cùm fugit. & Abb.
c. ſanè. poſt Antoni. de Butr. ibi. de immu.
eccl. Anto. Corſe. ſingulari. verb. Cardina-
lium. & verb. priuilegium immunitatis. A-
lex. Rub. ff. de noui. ope. nu. col. 3. Gomeſ.
§. pœnales. col. penul. inſti. de actio. & quæ
latè. Allegan. in addi. ad ſingular. Romani.
339. dicamus ad ſolatium. & ad ſupplicíũ re-
132 trahi. Quomodo † autẽ in eos, qui ad Prin-
cipum ſtatuas, ædémve ſacram ſe receperũt,
legibus vendicetur, videamus? & ex cauſa
id æſtimari, palàm eſt. Soli quippe, qui ſuo
perfugio inuidiam aliis creare voluerunt,
quíve armati, & non minus ferri fiducia,
quàm loci religione freti, eò confugerunt,
ad pœnã vocantur. l. vnica. C. de iis, qui ad
ſtat. confu. & l. ſi ſeruus. C. de iis, qui ad ec-
cle. confu. Cæterùm, qui nihil admiſerunt,
his, ſiue ad Principũ ſtatuas, ſiue ad ſacram
ædem ſuæ defenſionis gratia profugiſſent,
133 tutiſsimum eſſe receptaculum conſtat. Ita †
vt ſeruos durius habitos, & propterea ad
Principum ſtatuas ædémve ſacram confu-
gientes, venundare bonis conditionibus
domini compellantur, §. fi. inſ. de iis, qui ſui
134 vel alieni iuris ſunt. & meritò. Expedit † e-
nim publicè, vt ſuis quiſq; rebus nõ ex ani-
mi libidine, ſed ex præſcripto legum potius
vtatur. d. §. fi. Illibatam eſſe deniq; domino-
rum in ſeruos poteſtatem oportet. d. §. fin.
135 Quis † enim ferat immanem Vedij Pollio-
nis Equitis Romani ſæuitiam, qui cœnante
apud ipſum Auguſto, ſeruum ob cryſtalli-
num inter miniſtrandum fortè fractum, ex-
tẽplò interfici, & murenis obijci iuſsit, iræ
ſuæ obtemperaturus, niſi Cæſar prouolutũ
ad ſuos pedes ſeruum, non mortẽ, ſed mor-
tis genus deprecantem ſeruauiſſet. Qua de
re Annei Senecæ ex libro, quem de ira ad
Nouatum ſcripſit, ſubijcere verba placuit.
Cùm diuus, inqt, Auguſtus apud Vedium
Pollionẽ cœnaret, fregit vnus è ſeruis Cry-
ſtallinum, ex quo rapi eum ad mortem Ve-
dius iuſsit, nec vulgarem quidem, nam mu-
renis obijci iubebatur, quas ingens piſcina
continebat. Quis non putaret hoc illũ cauſa
luxuriæ facere? ſæuitia erat, ſed euaſit è ma-
nibus puer, & ad Cæſaris pedes confugit,
nihil aliud petiturus, quàm vt aliter periret,
ne eſca piſcium fieret, in quo adeò motus eſt
nouitate crudelitatis Cæſar, vt illũ quidem
dimitti, & Cryſtallina potius omnia per-
fringi iuberet, piſcinamq; compleri. Refert
hæc Petrus Crinitus lib. 6. de honeſta diſci-
136 plina, cap. 10. Apparet † itaq; perfugium ad
Principum ſtatuas, ædémve ſacram, & con-
uenienter ad Aſylũ delicto quandoq; care-
re, d. §. apud Labeonem. & d. §. ſanè. & d. l.
vnica. & d. c. inter alia. quandoq; etiam ex
re eſſe publica. d. §. fi. & Cynus. d. §. ſanè. &
Abb. d. c. inter alia. ſæpè quoq;, & cùm ex
delictũ eſt à ſeruis, Principalium ſtatuarũ,

ædis sacræ aut Asyli sanctitudo veniam tribuit. Cynus d.§. sanè. per ill. tex. & Abb. d.
137 c. inter alia. Nam, † cùm leuior est serui in dominum offensa, vt si fortè vini phialam seruus furtim hausit, aliúdve aliquid poculenti esculentive, q̃d sperni possit, consumpsit, interuertitve, antistes ædis sacræ, quo confugit, seruum domino non reddit, nisi offensam remittendi, & quidem iurato. Cynus. d. §. sanè. per ill. tex. & Abb. d. c. inter alia. At verò, quia seruis ad huiusmodi præsidium confugientibus fugæ consilium abest, d.§. apud Labeonem. vers. idem puto. nisi quid grauius admiserint, l. si seruus. C. de his, qui ad eccle. confu. loci religione à castigatione ac vi dominica defendentur, d. §. sanè. & ibi Cyn. & c. inter alia. & ibi Abb. de immu. eccle. & à crimine, ipso non fugiendi consilio, d.§. apud Labeonem. vers. idem puto. nisi illò se contulissent, vnde recuperari à dominis non possint, aut quoquo modo abduci, hos enim Cælio fugitiuos esse. d.l. quid sit fugitiuus. §. item Cælius. ff. de ædili. edict. ex quibus intelligere licet, quàm nullum, aut certè leue admissum sit seruorum in Asylum, aut quod aliud religione & iure sanctum cõfugientium. Nam, nisi quid antè deliquerint, in iniuriámve alterius aut inuidiam eò se contulerint, eis, vt suprà docuimus, fraudi non est, non tantùm, quia id fecerunt, quod publicè facere sunt arbitrati, quasi sua decepti opinione id fuerint arbitrati, vt malè Bartolus d.§. apud Labeonem. putauit, sed quia non fugiendi animo hoc fecerunt, hanc enim causam Domitius Vlpianus d.§. apud Labeonem. adiungit: quæ, & si sola subsit, fugæ eximit. d.§. apud Labeonem. vers. idem puto.
138 Igitur † seruum, qui in Asylum confugit, eò tantùm defendi à fugæ vitio, quod id publicè facere licere est arbitratus, falsum
139 est. Est enim proculdubio rectè arbitratus. Nam † & seruis, non tantùm liberis, ad huiusmodi præsidium confugere licere, plus quàm manifestum est. d. §. fin. inf. de ijs,
140 qui sui vel alieni iur. sunt. Hoc † quidem ita, vt est in liberis hominibus cõstitutum, d. l. vnica. C. de ijs, qui ad statu. confu. & l. capitalia. §. ad statuas. ff. de pœn. si iustis ex causis, non in alterius necem aut infamiam id faciant. d. l. vnica. & d. §. ad statuas. Quid enim si eis dominus immoderatè vtatur? duriúsve quid in eos statuat, & quod
141 tolerari non possit? Extat † Antonini ad Aelium Martianum rescriptum, §. fin. inf. de ijs, qui sui vel alieni iur. sunt. quo de querelis seruorum, qui ex familia Iulij Sabini ad sacram statuam profugissent, cognosci iubet, & si asperius, quàm æquum est, atq; inclementius habitos, aut atrociore iniuria affectos cõstiterit, venundari præcepit, ita vt in eius domini potestatẽ nunq; reuertantur. Planum † itaq; à nobis factum est, decep-
142 tum fuisse Bartolũ, d.§. itẽ apud Labeonẽ. qui eò solo seruũ fugę vitio eximit, q̃ id fecisset, quod publicè facere licere per errorẽ esset arbitratus, cum ea re, sicuti docui, si iusta ex causa illò confugisset, nihil admodũ
143 errasset. Quo † constituto Bartoli argumentum concidit, quo serui facto in Asylum confugientis, quasi falsò id sibi licere existimantis, eius factũ comparat, qui eum contractum inijt, qui vulgò iustus creditur, re autem vera fœneratitius est, cùm seruum non errasse ostenderim, quippe cui in Asylum confugere licuit. d.§. fin. & d. §. sanè. & d.l. vnica. illum verò, qui talem contractum iniuit, & errasse proponimus, & id perpetrasse constat, quod humanæ diuinæq; leges vetant, c. super eo. & toto reliq. tit. extra. & lib. 6. & clemen. de vsur. & 14. q. 3. per totum. & Docto. l. 1. C. de sum. trini. hoc est, fœneratore. Et hæc est vera quæstionis definitio apud Labeonem d.§. apud Labeonem. & Cælium propositæ in specie serui in Asylum confugientis, quem nõ opinio sola falsò sibi illo confugere licere existimantis à fugæ vitio liberat, contrà quàm Bartolus scripsit, & Bart. d. §. apud Labeonem. sed ipsum cum primis non fugiendi consiliũ. d. §. apud Labeonem. vers. idem puto. At enim fingamus in Asylum ei confugere non licuisse: &, cùm illud esset arbitratus, erasse, à quo delicto error eum defendit, videamus: à fugę certè, id est
144 fugitiuus ne sit. Quid si esset fugitiuus? an † fugitiuo fœneratorẽ comparamus? nequaquam verò: ex pœnis enim, quibus in illo-
145 rum admissa vindicatum est, pro † modo scilicet delicti imponi solitis, Glos. notab. c. meliore proposito. 27. q. 1. in glos. 2. not. cum concor. suprà 3. Decisi. num. 341. alleg. licet
146 cognoscere. De † fugitiuorum delicto apud Callistratum libro vndecimo Digest. l. fugitiui. ff. de fugi. ita scriptum lego: *fugitiui simplices, id est, vt ego quidem interpretor, qui fugę nullum aliud flagitium adiecerunt, dominis reddendi sunt, ijs, qui se pro libero gessissent, grauius coërcitis.* Nulla itaque in fugitiuos animaduersio est,
147 nisi aliud admisissent, nam † seruus fugiens rem naturaliter licitam facit. Oldra. cons. 39. num. 6. & l. quid sit fugitiuus. §. idem
148 rectè. ff. de ædil. edic. At † in improbum fœneratorũ genus, si nihil præterea perpe-

trauerint, omnes humanæ diuinæq; leges insurgunt. c. super eo. & toto reliq. tit. extra. & lib. 6. & clemen. per totum de vsur. & 14. q. 3. per totum. & Doct. l. 1. C. de summa.
149 trini. Sanè † enim eum quęstum sectantibus leges diuinæ, quibus omnis humana cedit authoritas, Bal. Authē. ad hæc C. de vsur. æternas pœnas edicunt, Psal. 14. & c. 1. ibi animas deuorat. & ibi glos. de vsur. lib. 6. mutuo dato nihil sperare iussis. Luc. 6.
150 Humanæ † verò in eius instituti homines ita duræ sunt apud veteres Romanos olim constitutæ, vt duplo sceleratior fœnerator sit creditus, quàm fur. Qua de re Marcus Cato libri singularis, quē de re rustica scripsit, exordio Maiores, inquit, nostri sic habuêre, & ita in legibus posuere, furem dupli cōdemnari, fœneratorē quadrupli. Vnde intelligere licere, idem Marcus Cato ait, quanto peiorem ciuem existimauerint fœ-
151 neratorē, quàm furē. Huc † quoq; pertinet illud eiusdem Catonis, à quo cùm quereretur, quid maximè in re familiari expediret? ordineq; respondisset illa quatuor, bene pascere, satis bene pascere, bene vestire, arare, post hæc interrogatus, quid fœnerari? tunc Cato, quid, inquit, hominē occidere? Quo
152 † alludisse Augustinus ad Macedonium scribens videtur, qui trucidari pauperem fœnore dixit, 14. q. 4. c. quid dicam. & rectè v-
153 trumq; quidem. Nam † vsura, vt ait Constitutio, d. c. 1. de vsur. lib. 5. exhaurit patrimonia, hominesq; adeò omni pecunia exutos ad egestatem deducit, quare quodam-
154 modo vitam eripit. Pecunia † enim quędam est hominis vita, l. aduocati. iuncta glos. in verb. vitam. & ibi Corne. nu. 3. C. de aduoca. diuer. ind. Bal. l. receptitia. nu. 4. C. de consti. pecu. & secundus, vt quidam dicunt, l. necare. ff. de lib. agno. Corne. l. de alimentis. nu. 3. C. de transactionibus. san-
155 guis. Alimoniam † denique auferre, neca-
156 re est. Corne. d. l. aduocati. Quò † Plutarchus in eo libro, quem de vitāda vsura scripsit, spectasse videtur, cùm fœneratores Harpyis similes esse ait, quas à Dijs iratis missas Phineo Regi oculis capto epulas appositas deuorare, fabulata est antiquitas.
157 Porrò † Pontificium ius fœneratores ab altaris communione excludit, c. quia in omnib. §. ideoq; de vsur. admissa sua confiteri volentibus aures claudit sacerdotum, c. fin. §. nullus. de vsur. lib. 6. absolutionem petentibus abnuit, d. §. nullus. ab impuris illorum manibus oblationes accipere seuero edicto vetat, d. c. quia in omnibus. testamentum condere supremumq; ordinare iu-
dicium, quo nihil magis hominibus debetur, l. 1. C. de sacrosan. eccle. fœneratoribus ius non est, d. c. fin. §. fin. de vsur. lib. 6. defunctorum reliquias sacro inferre loco, non
158 licet. d. c. quia in omnibus. Leges, † quibus nequissimę arti fœneratoriæ lit consultum, ferre, dictare, scribere, fraudi est, Clemen. vnica. §. nos igitur. de vsur. latas delere iubet constitutio, d. §. nos igitur. delere, inquam, non antiquare aut corrigere, non
159 tollere aut abrogare dixit. Nam † leges, quæ iuri diuino aduersantur, quales sunt omnes, quæ fœnori fauent, ne tunc, cùm rogarentur promulgarenturq;, vt author est Baldus, Authen. ad hæc. nu. 2. C. de vsur. adde Cagno. l. curabit. num. 4. C. de acti.
160 empt. valuerunt. Locare † domos hominibus, ludaicæ etiam superstitionis, qui fœneratio sunt instituto, ciuibus impune non est. c. 1. §. & quia. de vsur. lib. 6. Alex. con-
161 sil. 75. num. 8. lib. 5. Principes † hoc genus hominum sua exigere ditione iubentur, d. §. & quia. eadem necessitate Reipublicę te-
162 nentur omnes. Tam † magnum autem fœneratorum flagitium est, vt si quis fœnerari ius fasq; esse dicat, pro hæretico sit. d. Clemen. vnica. §. fin. Bero. Rub. de vsur. nu.
163 73. Plato, † quem Marcus Tullius Philosophorum Deum appellat, ita fœneratoribus infensus fuit, vt ei, q; in fœnus accepisset, nec vsuram, nec sortem reddere, ius esse voluerit. Nec † minore odio istud quæstus genus
164 est Cato prosequutus, qui fœneratores tota
165 terra Sicilia exegit. Agis † autem, Athenensium dux omniū fœneratorum tabulas igni cōcremauit, qua flamma nullam sibi clarius
166 fulsisse, dixisse fertur Agesilaus. Multa † consultò prætereo, quæ delicti huius grauitatem atque odium arguunt: apparere tamen ex his affatim potest inter fœneratoris factum & serui fugam, quæ Bartolus, d. l. quid sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædili. edic. esse paria nō rectè putauit, quantum interfit, etiam si seruum, qui in Asylum d. §. apud Labeonem. confugit, fugitiuis annumeremus, vt hinc, quàm fragile sit Bartoli argumentum, d. §. apud Labeonem, abundè constet, quo pluribus, quàm erat fortasis opus, confutato, ad ea refellenda, quæ nos pro Polonica consuetudine tuenda attulimus, veniamus, vt diuinæ leges, quæ fœnus improbant, nulla disputationis nostræ parte offendantur, & non erit operosum fortasis hoc præstare, ea quippe, quæ legi diuinæ aduersantur, infirma sunt per se, & facilè veritati cedunt, quæ nullis humanis artibus aut ingenio vinci

167 potest aut expugnari. Et † quod dicebam, culpam non intelligi, quæ consuetudine admitteretur, & rursus, publica consuetudine permissum delicto vacare, & quæ cætera de consuetudine in eandem sententiam attuli, ea quæstionem nostram haudquaquam onerant. Non enim, quæ eiusmodi sunt consuetudine dicam contineri, sed vsurpatione potius atque corruptela. Hoc ita, quod ad nostram quæstionem attinet, si quid sit, quod iuri naturali atque diuino aduersari proponatur, c. fin. de consue. Angel. l. iniuriarum, 1. §. fin. ff. de iniur. Marsi. l. 1. in prin. numero 103. ff. de sicar. & l. si quis ne quæstio. numero sexagesimooctauo. ff. de quæstio. hoc enim in iure gentium responsum, ad ius naturale & diuinum Angelus libro quadragesimoseptimo Digest. d. 4. fi. apud Domitium Vlpianũ pro-
168 duxit, & summam habet rationem. Nam † si introduci consuetudine non potest, vt piscari quem, aut euehiculum ducere in mari ante prætorium nostrum nostrásve ædes iure prohibeamus, d. §. fin. id est, si ius gentium vlla parte consuetudine violari non potest, quomodo, quæ iure naturæ, aut quod idem valet, Glos. in prin. inf. de iure natu. genti. & ciui. & item inf. de obli. quæ ex delic. nascun. & Alex. l. Iulianus. de conditio. & demonst. & Marsi. d. l. 1. in prin. numero 102. ff. de sicar. Dei continentur, consuetudine tolli posse dicemus? est si quidem tanto, quàm gentium naturæ ius potentius, quanto natura, id est, Deus, d. glos. inf. de iure natu. genti. & ci. in prin. cum concor. homini præstat. Fieri denique non potest, vt naturæ ius diuina quadam prouidentia constitutum, & propterea, vt Deus illius author, nullis mutationibus obnoxium, §. sed naturalia. inf. de iur. natu. gen. & ciui. Aequum item semper ac bonum, l. penulti. in prin. ff. de iusti. & iur. humanis placitis
169 tollatur. Enimuerò † si quid, quod iuri naturali repugnat, introductum moribus est, id, vt modò dicebam, vsurpatio aut corruptela potius appellari, quàm consuetudo debet, d. c. fin. de consuetu. & Angel. d. §. fin. d. l. iniuriarum, ne quisquam sibi temporis longinquitate blandiatur in ijs, quæ iuri naturali atque diuino aduersantur.
170 Nam, † vt eleganter ait Constitutio, c. fin. de consue. & c. cùm in ecclesiæ. de deci. Paris. consil. 68. dubium exoritur. num. 246. volu. 4. tantò grauiora sunt peccata, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam, augeriq; non minui diuturnitate. c. cùm haberet. in fin. de eo, qui dux. in mat.
171 & c. non satis. & c. seq. de simo. Reddit † item iteratione atrociora delicta & augeri, cùm repetuntur, l. cum concor. ibi. in glo. alleg. C. de Episcopali. audi. & Tira. trac. de pœn. cau. 42. nu. 14. palàm est, duriusq; in eos vindicatum legibus est, qui delinquere consueuerunt, quàm qui quandoq; deliquisse proponuntur, d. l. 3. cum concor. C. de Epis. audi. inconstans denicq; est dicere, illud ius, cuius transgressio peccato non vacat, sæpius peccando antiquari: d. c. fin. cum concor. si quis verò nihil vetare dicat, quo minus diuinum ius, quod perpetuam prohibitionem non habet, id est, à quo casus aliquis exceptus reperitur, humana lege angustetur, Bar. l. omnes populi. 3. q. pru. & ibi alij. ff. de iusti. & iur. & Bal. l. fin. nu. 4. C. si cõtra ius vel vti. pub. vt in homicidio, quod, quia ita iure diuino prohibitum est, vt quandoq; cædes fraudi non sit, c. 1. de homici. lege humana quibusdam casibus impune admittatur: C. quando. licè. vnicuiq. sine iudi. se vindi. l. 1. & 2. & l. vt vim. & ibi
172 Docto. ff. de iusti. & iur. ita etiam in fœnore dicamus, quod † inter se agitare ita vetere lege diuina Iudæi erant vetiti, vt tamen non suæ gentis hominibus optimo iure fœnerare potuerint: Hoc enim nominatim cautum esse constat, Deuter. 23. D. sed quia, vt rectissimè quidam interpretantur, refert. Ana. c. 1. colu. fin. vers. alij Theologi. de vsur. idem. c. cõquestus, etiam col. fi. in prin. vbi latius. eo. tit. ea fœnoris permissio cùm non suæ gentis hominibus extra Chananæorum personam non est accepta, nostram quæstionem non onerat. Disputamus enim nos de eo fœnore, quo quid de alieno cui quæritur: Iudæos autem exercito cum Chananæis fœnore nihil sibi de alieno quæsituros fuisse, quicquid enim habuerant Chananæi, id Dei iussu atque edicto factum erat Iudæorum. Anania locis proximè alleg. A Chananæis itaque vt iniustis rerum suarum possessoribus, quod occupant, recuperare tanquam suum Iudæis siue manu, siue qualibet machinatione licuit, idq; sine vllo fœnoris vitio. Anania locis proximè
173 alleg. Neque † enim eos, qui suum ab iniusto possessore recipiunt, delinquere dicendum est, l. quod autem. §. apud Labeonem. ff. quæ in frau. credi. nec quomodo suũ qs ab hoste vindicet, distinguere debemus. Ana. c. 1. col. 5. in fi. vers. nota benè. glo. de vsur. post Ab. ibi. nu. 5. in fi. tex. c. dominus. 23. q. 2. Nã, vt apud Verg. ait ille, dolus,
174 an virtus, qs in hoste requirat? Et † idcirco si, vt rem meã à depositario, commodatario

aut

aut fure recipiam, mutuam pecuniam dem depositario, commodatario aut furi, fœnerator non sum dicendus, Bero. Rubri. de vsur. nu. 70. Argum. c. 1. in fi. de vsur. Meum enim & hîc consequor, ita nec Iudæos suum à Chananæis consequutos pro fœneratori-
175 bus fuisse. Hac †me cautione semel vsum repeto, & bonum nomẽ fecisse, quod erat pessimum, cùm à quodã esse se meo in ære per perfidiã negãte, nouo ære mutuò dato, Chirographum, quo se vtramq; summam debere fateret, extorsi, quod factum delicto vacare constat. Quid enim admisi, meum con-
176 secutus? d. l. quod autem. §. apud Labeonẽ. Adeò †autem suum persequentibus fauent leges, vt, quod quis iudicio suscepto extorquere non potest, quia nec tabulis id suum probare, nec testibus forsitan potest, huic, quod tantidem sit, furtim auferre ius esse placuerit. Innocen. c. cùm olim. 1. de restitu. spolia. Flori. l. itaq;. ff. ad le. Aqu. Fel. c. quoniam. col. fi. de simonia. per glos. c. ius. gentium. verb. sedium. ibi. nisi fortè. 1. distinc. Idẽ Innoc. c. quia plerisq;. de im. eccle. Bal. l. 1. colu. 2. C. de test. Alex. cõs. 131. circa primũ. col. 1. vol. 1. & quæ latè allegat. Marsi. sing. 177. nu.
177 6. Conueniẽter †furtum passo, qui furi, si socios indicasset, impunitatem pacto conuento promisit, si post iudicium fidem non seruet, fraudi non esse, responsum est. Ioã. Andre. in addi. spe. Rub. de fur. & Marsi. d. sing. 177. & nu. 5. malitijs, nec tantùm, cùm nostrũ quod quis forsitan occupasset, cõsequimur,
178 à fœnoris absumus vitio, sed † & cùm, quod nostra interest, persequimur, vt si fundum vendidi, & tradidi, emptor verò pretium non soluit. Nam, quin damnum fructuum, quos ex fundo percepit emptor, & eram ego, nisi fundum tradidissem, percepturus, resarciri mihi, rectè petam, nulla dubitatio
179 est. l. curabit, & ibi Docto, & latè Cagno. C. de actio. empti. Et † hoc æquitas postulat naturalis, ne quis cum alterius detrimento fiat locupletior. l. nam hoc natura. cum concordantijs. ibi in Gloss. alleg. ff. de condic. indebi. c. suam. & ibi Gloss. de pœn. Dy-
180 nus. c. 2. de reg. tur. libro sexto. Idem † euenit nullis fructibus ex fundo vendito perceptis, si, quia emptor pretium non numerauit, sub vsuris tantundem pecuniæ accipere habui necesse, aut in pœnam ob non solutam creditori pecuniam incidi, & certum esse Butrigario authore refert, Anagninus, c. conquestus. col. 2. vers. adde etiam. de vsur. resarciri hoc mihi damnum ab emptore debere, & esse valde notandum ait.
181 Idem † ex contrario scribit Baldus, l. vsuras. nu. 5. C. de vsur. per l. Lucius Titius. secundum vnam lecturam. ff. de actio. empti. & ven. cùm rem non tradidit venditor, etiam ex qua nullus fructus per rerum naturam percipi potest, hoc est lapides aut tigna, emptor autem, vt fidem contractus impleret, pecuniam sub vsuris accepit, Eas enim vsuras à venditore consecuturum emptorem Baldus ait, d. l. vsuras. per l. Lucius Titi. ff. de actionib. empt. & hoc Ancharanus, Cons. 376. Paul. l. 2. C. de vsur. Castren. Pontanus. Cons. 101. propositæ. ver. 3. Ioannes Imolen. l. cùm seruus. §. fructib. ff. de lega. 1. Socinus, Cons. 88. col. 3. lib. 4. Anagninus d. c. cõquestus. col. 2. vers. quærit. & Cagnolus l. curabit. num. 20. C. de actio. empt.
182 verius putant, sententia †Salyceti d. l. vsuras. damnata, qui negabat onerari venditorem earum vsurarum refusione debere, quarum soluendarum mora sua nullam emptori necessitatem imposuisset, ante omnem enim eius moram pecuniam sub vsuris acceptã: iustam esse verò emptoris causam aiebat Salycetus, d. c. cõquestus. si illas vsuras sibi refundi desideraret, quas post venditoris moram cõtraxisset. Sed Anagninus d. l. vsuras. & illas, quæ ante vẽditoris moram, deberẽtur præstari oportêre disputat, nõ enim spectari venditoris morã in ,pposita specie, sed perfidiam, ait, qua factum est, vt mox pretio numeratorẽ emptam nõ acceperit emptor: vsusq; nõ fuerit, q̃d consequutus, vsuris plecti, æquo sustinuisset animo, scribit idẽ Anagninus hanc Baldi sententiã post eos, quos suprà citaui, Laurentiũ quendã in singulari de vsuris Cõmentario secutũ, & ego non inuitus probo, ne venditoris perfidia transeat impunita, & delusus emptor frustra se vsuris
183 onerauerit. Quod †Baldus in emptore dixit, idem in quocunq; pecuniæ debitore est generaliter responsum, vt si, quia sua die non soluit, accipere sub vsuris pecuniã creditorẽ oportuit. Nam hoc damnum resarcire debitorem creditori debere placuit, & ita Innocentium c. 2. de vsur. scribere Ludouicus Pontanus Consili. 101. propositæ. in prin. refert. Et hoc eundem Baldum post Accursium libro 4. Principalium Constitutionum l. cum allegans. nu. 14. de vsur. scribere lego. Quod & Alexan. Cons. 221. super titulo. nu. 2. & seq. lib. 2. Tartagninꝰ, verum esse putat.
184 Sed † non modò damnum, quod quis alieno facto sentit, resarcitur, verùm & lucrum, quod erat verisimiliter facturus, & non fecit, præstari debet, idq; post Petrũ Ancharanum d. c. conquestus. qui consultum ita se respondisse refert, & Nicolaus d. c. con-

queſtus.num.6. Abbas. Idem Anagninus ſcribit d.c.conqueſtus.col.2.verſi. quare. in ea ſpecie, cùm ei pecunia ſuo tempore non ſoluta proponitur, qui negotiari, ſolitus eſt, conſecuturum enim eum à debitore tantum ait, quantum, ſi eam pecuniam habuiſſet, & exercuiſſet, erat veriſimiliter lucraturus, iudice eius rei modum æſtimaturo. Hæc Ancharanus & Anagninus. d. c. conqueſtus. Idem ante eos Iacobus Rauennas, Cynus Authen.ad hæc. C. de vſur. & Baldus l. cunctos populos. C. de ſum. trinit. putauerunt, & poſterior Alex. conſ. 221. ſuper. tit. num. 8.
185 lib. 2. ætas admiſit. Secundum † quæ Petro Arciecouio cauſarum ſub lechiticarū apud Regiam auditori, amico me conſulenti nuper reſpondi in ea ſpecie, cùm ſocius diſtracta ſocietate pecuniam, quam alter ſocius cōtulerat, retinuiſſet, diuq; reſtituere recuſaſſet. Dixi enim, quantum hic, ſi eam pecuniam habuiſſet & exercuiſſet, fuiſſet veriſimiliter lucratus, tantum ei refundere ſociū debere, qui pecuniam auarè poſt diſtractam ſocietatem retinuiſſet, & per hoc eius impediſſet negotiationem, & ita ius dictum eſt.
186 Conuenienter † his in mutui ſpecie Nicolaus Abbas, d.c.conqueſtus.nu.6. qui & ſuperiora probat, reſpondit, qui ſe negotiari ſolito pecunia, quam mutuo dediſſet, quo tempore conuenit, non reſtituatur, quanti eius intereſt, præſtituta die pecuniam habuiſſe, tantum à debitore eum conſecuturum ſcribit, id eſt quantum lucri veriſimiliter ea pecunia facere potuiſſet, quod in ius dicentis arbitrium, vt eſt dictum ſuprà, referendum ait, & ita euenit, vt non modò damni, quod quis fecit, ſed & lucri, quod facere potuit, ineatur ratio. Quod ſummam habet æquitatem, & meritò à pleriſq; omnibus comprobatum Cynus poſt Iacobum. Rauē. d. Authen. ad hæc. Bald. d. l. 1. C. de ſumma
187 trinit. cum concordan. eſt, & † Domitij Vlpiani l. 2. in fin. ff. de eo. quod cer. lo. reſponſo eſt conſequens, qui in ea ſpecie, cùm quidam pecuniam traiectitiam dediſſet, Epheſi recepturum, vbi ſub pœna vel pignoribus pecuniam debebat, & quia ſua die Epheſi pecunia reddita non eſt, pœna commiſſa eſt, vel pignora diſtracta, vel cum fiſco aliquid debitum eſſet, res ſtipulatoris viliſsimo veniſſe, Iulianum Labeonis opinionem ſecutum putaſſe ſcribit, vltra traiectitiam pecuniam ſtipulatorem, quanti eius intereſſet. Epheſi ſua die eam redditam, rectè petiturum. Tantundem idem Vlpianus d.l. 1. in fi. in eo reſpondit, qui merces eſſet ſolitus cōparere, vt non ſolius damni, ſed lucri quoq; ratio habeatur, idq; totum iudicis arbitrio contineri, Titus Gaius l. 2. ff. de eo. quod cer. lo. ait, quem in his æquitatem ante oculos habere conuenit. l. ꝙd ſi Epheſi. in fin. ff. de eo. quod cer. lo. Igitur ſi vltra ſortem, ꝙd intereſt, ſine vllo vſuræ metu rectè petitur, ſi quis, quod eius eſt, conſequatur, multò minus erit vſuræ vitio obnoxius. l. quod autem. §. apud Labeonem. ff. quæ in frau. credi.
188 Dubitandum † itaq; non eſſe, quin Iudæi fœnerare Chananæis, vtpote ſuæ terræ reiq; ſuæ occupatoribus potuerint, Refert. Ana. c. 1. col. fi. verſ. aliꝝ Theologi de vſur. idem c. conqueſtus etiam. colu. fi. in prin. vbi Latius. eo. tit. nullumq; vitium eorum facto infuiſſe, vt nec hodie ineſt, ſi quis, data mutuò pecunia, ad quid aliud, quod ſuum eſſet, ſibi ve deberetur, perueniat. d. §. apud Labeonē, & Bero. Rub. de vſur. num. 70. poſt Ana. c. 1. col. 5. in fin. verſi. nota bene. gloſ. de vſur. &
189 ibi Abb. num. 5. in fi. Solum † quippeid fœnus improbatum eſt, quod ſorti de alieno accedit, quod genus quæſtus ſolum diuina lex vetus exercere vetuit, Exodi. 22. D. & Leui. 25. E. & Deutero. 23. D. & Nec. 5. B. & Pſalm. 24. B. vt proculdubio Iudæorum vulgus, auaritia cæcum, falſò ſibi perſuaſerit, de alieno quicq; olim ſuo adijcere patrimonio per fœnus licuiſſe, quod noſtrorum pleriq; Alex. Conſi. 1. num. 3. verſ. ſecundo principaliter. libro 2. paulò minus conſiderati verum putauerunt. Quorum error ab ijs, qui altius ſunt ac ſantius Philoſophati, deprehēſus & detectus eſt, fœnerandi facultate ſolos Chananæorum populos contracta, planoq; facto ſuum recipere, non alienum que-
190 rere fœneratitia arte fas olim fuiſſe. Nec, † ſi vetus ius diuinum fœnore quæſtum quærere à quibuſdam perſonis fas eſſe, ſignificare videatur, dubium ea res quenquam detinere diutius debuit, Lex Luc. 6. E. enim noua, Chriſti Dei ore prolata, omnem eximit dubitationem, quæ ita fœnus vetat, ſpe queſtus eius etiam damnata, vt nullam excipiat perſonam, à qua fœnus auferre fas ſit, Igitur humana lege conſtitui non poteſt, vt illo aut illo caſu liceat fœnerare, vt nec mœchari, aliúdve facere, quod lege diuina nullo vnquam caſu licuit, Barto. l. omnes populi. 3. q. principaliter. ff. de iuſti. & iu. & Bald. l. fi. nu. 4. C. ſi Con. ius vel vtili. pub. cùm præſertim, ſi quid in hoc genere quæſtus contrà ius diuinum conſtitueretur, peccandi fieret poteſtas, cui obuiam ire legis lator debet,
191 cuius † partes ſunt lata lege peccata corrigere, non indulgere, l. 2. ff. de legib. ſolutum eſt & illud Argumentum de cæde inter pue-

ros Bononienſes lapidibus de more certantes facta, Alex. Cōſ. 240. nu. 8. lib. 6. poſt Ancha. & Ana. & alios. ſupra nu. 69. alle. Sic tenim cædem lege diuina vindicari, vt quandoq; impunita c. 1. de homi. ſit, quo iure fœnerare, id eſt fœnerando quæſtum quærere, nullo caſu licuiſſe, ſupra conſtitit. Tametſi † alere eam puerorum inſaniam in ciuitatibus bene conſtitutis, vt more vſurpato lapidib. certent, haud ſanè decet. Nec † video, etiam ſi magnis authoribus Alex. de conſ. 240. nu. 8. poſt Ancha. & Ana. & alios. ſupra nu. 96. alle. Adde Tiraq. de pœn. cau. 42. nu. 1. cędes ita facta defendatur, quomodo introduci à pueris conſuetudo poſsit, à quibus lex ferri non poteſt. l. de quib. ff. de legibus. Quæ † conſultum prudentium virorum eſt, l. 1. ff. de legib. non puerorum, eiuſq; ætatis, quæ, quicquid videt, ignorat, l. 1. §. impuberes. C. de fal. mone. & c. ex parte. & ibi gloſ. de cor. vitia. aut proximæ. Nec quo magis facta in eo certamine cædes tranſire debeat impunita, Principis tolerantia in ea certandi licentia conuenientis adiuuatur. Nam etſi ea re conſuetudo comprobata maximè videatur, Salyce. l. nullus, per ill. text. C. de ludæ. cum concordant. ſupra. num. 211. alleg. quia tamen cædes iure diuino prohibeē, ad eius defenſionem nullius haberi momenti id totum debet. Abſurdum † enim videri, vt Hypolitus l. 1. num. 102. ff. de ſica. Marſilius ait, conſuetudine ius diuinum antiquari, quod nullius authoritate Principis, vtpote inferioris tolli poteſt, aut immutari, c. cum inferior. de maio. & obe. Gloſſ. l. fin. C. ſi conſ. ius. vel vti. pub. & c. cum ſint quidam. 25. q 1. rectè hæc quidem à Marſilio. Nam † vt in leges humanas, non vilis ſit conſuetudinis authoritas, in ius tamen diuinum nullius eſt momenti. Angel. l. iniuriarum. §. fin. ff. de iniur. & Marſilius. l. ſi quis, ne quęſtio. num. 7. ff. de quæſtio. & d. l. 1. num. 103. Non † tamen illa rectè, quibus conſuetudinem Bononienſem defendit, cùm cædem in illo certamine factam ob certantium multitudinem impunitam eſſe debere ſcripſit, quod miror Doctori in criminum cauſis exercitatiſsimo in mentem venire potuiſſe, quod enim multitudinem excuſat, hoc præſenti quæſtioni non ſeruire, palàm eſt. Multitudinem quippe, qua colluctatione lapidibuſve decernunt, delinquere, non quà ille vel ille occiditur, cuius cædes ad vnum, ſi vnius ictu perīt, aut ſi plurium, ad quoſdam, non ad multitudinem pertinet, cui parcere, vt rectè hac parte Marſilius ait, conſtat oportēre. c. ſanè. & ibi Gloſ. de tempor. ordi. & c. vt conſtitueretur. hoc diſtinct. & c. quoties. 2. 1. q. 7. & c. comeſationes. 44. diſtinct. & nō poteſt. 23. q 4. Igitur † ſi quæratur, venia digni ſint, qui more recepto, qualiq; ſolenni colluctatione lapidibuſve certant, excuſare eos quidem poteſt multitudo, etiam ſi nulla ita certandi eſſe conſuetudo proponatur, ſin verò tractetur, cædes in eo certamine facta eſſe ne debeat impunita, quia id ad vnum duóſve, à quo quibuſve quis interfectus eſt, non ad multitudinem pertinet, alia erit inſpectio, cædeſq; facta proculdubio allegatione multitudinis excluſa vindicari debebit. Hoc ita, ſi ſciri cædis author poteſt: eo enim ignorato, impunitum erit delictū, nec multitudine excuſabitur. Quod † in illa ſpecie reſponſum eſſe didici, cùm è quatuor, qui in domo erant, vnus iacto lapide quem percuſsit, nec ſciri, qui lapidem iecerit, poteſt. Placuit enim nullum è quatuor ob incertitudinem ad pœnam vocari. Alleg. latè Marſilius Rub. de proba. nu. 419. Alex. Cōſ. 50. nu. 7. lib. 1. Idem † quoſdam glo. l. item. Mela. §. ſed & ſi ſeruum. plures. ff. ad. l. Aquil. Ancha. Conſ. 217. in Chriſti nomine. ſpecu. tit. de homi. §. 1. pone. quod quatuor homines. & Anania. c. ſignificaſti. 2. col. 14. Alex. Conſ. 15. viſo proceſſu. lib. 1. & Conſ. 2. col. 1. lib. 7. & quæ latè. alle. Marſi. Rubri. C. de proba. nu. 418. tradere ſcio, cùm in plurium aggreſſura vno accepto vulnere occiſus quis eſſe proponitur, & percuſſor ignoratur, omnes enim & hìc extra pœnam fore placuit. Vtrunq; † illa ratione, ne authore delicti non reperto, de ſuſpicionibus quis damnetur, quod fieri nō debere diuus Traianus Adſiduo Seuero reſcripſit. l. abſentē. ff. de pœn. quod eſt ſapientiſsimè conſtitum, ne eo. qui deliquit, incolumi, qui inſons eſt, fortè plectatur. Satius † enim eſſe, ait lex, impunitum reliqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare. d. l. abſentē. Marſilij † itaq; ſententiam non ſequor, cędem ita factam multitudinis allegatione defendentis. Nunc ad falſi pœnam veniamus, qua non plecti rabelliones eſt dictum ſuprà, qui abſentes quaſi præſentes Tabulis adſcribunt, Alexa. d. Conſ. 240. nu. 8. cum concor. ſuprà. nu. 96. alleg. quod argumentum fortiſsimum eſt. Habetur † enim falſi crimen maximum atq; grauiſsimum, quo, vt Paulus Caſtren. Conſ. 151. videtur. dicendum. poſt prin. Marſ. Rub. ff. de fal. num. 17. eſt author, nullum magis hominis famam ac nerat atq; exiſtimationem. Adeò † vt, cùm damnatus facinorum ſuorum pœnā redditurus Cardinalicij ordinis antiſtiti obuiam

factus supplicio liberetur, Bald. Paulus Castrensis & Saly. C. de appel. & las. §. penales. circa fi. insti. de acti. iterum. Paulus Castrēsis. l. addictos. C. de Episco. audi. & Cæpol. cautela. 2. & Barb. tract. de præstan. Cardi. q. 9. parte. 1. per totam. q. & Corse. sing. verbo. Cardinalis. & Marsil. Rubri. ff. de fal. num. 13. & sing. 273. notissimum est. vers. quib. etiam add. potest. & Tiraq. tract. de pœn. num. 1. & seq. tamen si ob falsi crimen eam sententiam excepit, eximi pœnę non potest, Idem Marsil. d. Rub. de fal. nu. 14. sunt alia pleraq; quæ ob eius delicti magnitudinem sunt recepta. Idem Marsil. d. Rub. ff. de fal. nu. 15. Descen-
207 dit † quoq; falsi crimen iure diuino, quò æquè falsum dicere atq; fœnerare vetamur, Exodi. 20. C. & ad Roman. 13. C. vt si consuetudine, qui falsum admisit, defendatur, defendi meritò debeat, qui consuetudinem fœnerandi receptam secutus, fœnus exercet. Et ita sanè dicendum videretur, & non dubito, quin ad hunc modum sit generaliter
208 respondendum. Hoc † ita, si falsi consilio quid factum proponatur, quod in specie, quam Baldus c. 1. in prin. versi. sed pone. de feu. cogni. adfert, non euenit, cum Tabellio quasi præsentibus tribus ærarij quæstorib. pecuniam illatam scripsit: vnus autem abesset. Illud enim, vt Baldus d. c. 1. in prin. versicul. sed pone. de feu. cogni. ait, ratione non carere, quasi, vbi maior pars sit, ibi omnes esse videātur. l. quod maior. ff. ad muni. Ade, vt idem Bald. d. vers. sed pone. scribit, id, de quo rei summa erat, id est pecuniā ærario illatam verum fuisse, ea præterea re absenti nihil nocitum esse. Denicq; vbi quid bona mente ac proposito fieret, ibi falsum esse nullum posse. Ita Baldus, d. c. 1. de feudi. co-
209 gni. & rectè. Nam † vt dicere solemus, c. homines. 22. q. 2. ream linguam non facit, nisi rea mens, ita nisi rea mens ream non faciet manum scribentis. Constat item, à quo dolus abest, cum nulla falsi pœna teneri, Marsilius. vbi Ange. citat. Rub. de falsis. num. 5. etiamsi non nesciam Henricum Cardinalem Hostiensem contrà putasse, & eam consuetudinem, quod falsi crimen induceret, improbasse, cuius opinionem ipse Baldus d.
210 c. 2. retulit. Illud, † quod sequenti loco pro contraria sententia dicebatur, vt quemadmodum lege, ita & consuetudine, cuius par est authoritas, l. de quibus. & ibi Doctores. ff. de legib. permitti vsuræ possint, expeditum habet responsum. Nam, vt fatear, parem esse consuetudinis & legis authoritatē, & Romanorum legibus vsuras esse permissas, potuisse tamen permitti negabo. Cùm enim inter omnes constet, c. super eo. & ibi Doct. de vsur. & l. 1. vbi omnes. de c. summa trinit. vsurarum prohibitionem iure diuino
211 descendere: Quod † ius diuinum vetat, id nulla humana constitutione permitti potest, non magis, quàm, vt Baldus Authen. ad hæc. C. de vsur. Cagno. l. curabit. nu. 3. C. de actio. empt. eleganter & piè scripsit, domini lex contrario serui placito tolli. Adde, populum Polonum condendæ legis authoritatem non habere, sed simul cum Rege & senatu. Ergò conuenienter nec consuetudinem potuit introducere. d. l. de quibus. & ibi Doctor. Quod si quis Regis & senatus tolerantiam pro consensu esse respondeat, Salycetus. l. nullus. per il. tex. C. de Iudę. no. per glo. & Doctor. c. quia circa. de consan. & affficient. l. 1. §. scientiam. ff. de tribu. actio. & l. 1. §. magistrū. ff. de exerci. acti. & Alex. Cons. 8. num. 11. lib. 6. & Consi. 1. circa finem vlti. col. vers. pro hoc dicit. lib. 2. & quæ latè alle. Marsil. pract. crimi. §. aggredior. nu. 28. & sing. 77. patientia quem omninò vide. hunc
212 falli dicam: Tolerantia † enim in ijs, quæ peccato non vacant, non habet consensum, Abb. c. nisi. de præb. Gome. c. 1. num. 132. de
213 consti. lib. 6. vt in lupanarijs. Ita † enim Ioan. Imolensis & Ludouico Pontano authoribus l. affectionis. ff. de donat. ante & eos. Accur. l. 4. §. sed quod meretrici. ff. de condi. ob turp. caus. conniuere Principes in mulierum flagitijs, quæ corpus suum in lupanario prostituunt, vt tamen vulgati corporis causa promissum persequentibus non opitulētur. Nullam enim, inquiunt, qua illud consequantur, proditam esse actionem. Licet
214 † enim non turpiter accipiat stupri pretiū, quæ illud vitæ genus elegit: d. §. sed quod meretrici. quia tamen turpiter facit illud vitæ genus sequens, turpiter vulgati corporis mercedem petit. d. §. sed quod meretrici.
215 Hoc † quidem in ijs, quæ palàm quæstum faciunt, nam quæ furtim, ac clam suo pudori non parcunt, hæ semper turpiter faciunt, & quà pudori suo non parcunt, & quà pretium petunt, & quà vltro oblatum accipi-
216 unt. Idcircoq; † Cyno, l. cum te. C. de condi. ob tur. caus. Angelo, d. l. cum te. Paulo l. 4. §. sed quod meretrici. ff. de condi. ob tur. cau. Castrens. Fulgosio l. affectionis. ff. de dona. & Iasone d. §. sed quod meretrici. authoribus quicquid corpore suo quærunt, fisco vindicatur, l. Lucius. de iure fisci. & l. ff. in hæred. in prin. l. de calum. glo. l. 3. C. de condi. ob tur. caus. cùm quæ meretricio sunt instituto, sibi, vt ijdem scribunt, locis. proximè allegatis, quærant, & propterea de

quæstu

quæstu testari, eleemosynam dare, decimam soluere possint. Cynus & Bald. d. l. cum te.

217 Tanto † autem Regis & senatus tolerantia magis abest à consensu in vsuræ crimine, quàm in vulgaris meretricij flagitio, quanto fœneratio improbior, quàm meretricium est. Nam, vt turpiter meretrix faciat, quàm meretrix est, eamq; vitæ turpitudinem sectatur, d. §. sed q̃d meretrici. quà tamen prostituti corporis mercedem accipit, vt est dictum suprà, turpiter non facit, d. §. sed quod meretrici. cùm fœnerator, & quà fœnerator est, & quà fœnus accipit, nam nec hoc licet, Ana. c. præterea. not. 1. de vsur. turpiter faci-

218 at. Quapropter † meretrici datũ non repetitur. d. §. sed quod meretrici. cùm eius, quod fœneratori datur, repetitio c. debitores. de iureiu. sit etiam in ludęorum persona. c. post

219 miserabilem. de vsur. Inde † fit, vt nec decima solui, nec eleemosyna dare ex fœnebri pecunia possit, gl. c. ex trãsmiss. & ibi Abb. & alij, de decimis. aliter atq; ex quæstu meretricio, vt est proximè dictum, vt consequens sit, Regis & senatus tolerantiam, quo magis fœnerare liceat, ob graue eum quæstum sequentium admissum, consensum non habere, sed habere cõsensum fingamus, an eo mas-

220 gis fœnerare licebit? Ingens † hîc illa atq; ardua nascitur quæstio, & à multis magnisq; iurisprudentibus disputata, an vsuræ, quæ iure diuino prohibentur, humana authoritate possint permitti? quæ sanè quæstio non abiq; operæ pretio altius erit à nobis repetenda. Et prima specie nihil proponi videri, cur constitutiones permitti nõ possint, quis-

221 quam putauerit. Nam † & vetus iurisprudẽtia, vt ex latissimis Dige. libris apparet, vsuras approbauit, & Imperatores postea insecuti editis Constitutionib. vsuras permiserunt. Idem quoq; à Regibus factitatum accipimus, in quib. quidam Aragonum Rex, Iudæis & Saracenis vsurarum exercendarum potestatem scribitur fecisse. Card. & Inno. Clem. vnica. d. vsur. & Alex. Cõs. 1. nu. 1. vers. & iuxta. hoc. lib. 2. Idẽ sibi Venetorum Respubli. & Mantuanorum Princeps in Iudęorũ persona vsurpasse referũtur. Pau. Cas. Cõs. 397. non videtur expediens. lib. 2. Barb. cõs. 16. clementissimũ. lib. 4. & Alex. d. cõs. 1. nu. 2. Boleslaus denique maioris Poloniæ dux, cuius hac de re inter Polonorum leges extat constitutio, Casimiri Regis principatu postea cõfirmata, non vsuras modò, sed vsurarum etiã vsuras permisit Iudæis. Præsumptũ

222 † est autem Principes, Philosophiæ plenos, qui sacro suo pectore omnem iurisprudentiam concluſam habere creduntur, l. omnium. C. de testa. c. 1. de constit. lib. 6. nihil sine iusta causa facere. gl. l. relega. de pœn. Inno. c. quę in ecclesiarũ. de consti. Barb. Cons. 16. nu. 1. col. 2. cir. fi. vol. 4. Alle. ex Alex. Cõs. 1. nu. 5. vol. 2. vide in addi. ad eundẽ. Cõs. 2. nu.

223 20. vol. 1. contrà. alleg. Quæ † cùm subest, ius diuinum, quod perpetuam non habet prohibitionem, sed quibusdam casibus, quod generaliter prohiberetur, permittit, ex causa humanis cõstitutionibus posse arctari, & moderationem accipere, exploratum Bar. l. omnes popul. 3. q. principali. & ibi omnes. ff. de iust. & iu. & Bal. l. fi. nu. 4. C. si cõtrarius. vel vt il. pub. est. Nam quamuis occidere lege diuina vetemur: 23. q. 5. in pri. & c. de occidendis. & c. miles. & de furtis. c. si qs propter. quia tamen idẽ eadem diuina lege quãdoq; permissum reperitur: c. 1. de homi. Bal. d. l. fi. humana lege idem permitti ex causa posse, receptum Bar. d. l. oẽs populi. 3. q. prima. & ibi omnes. ff. de ius. & iur. Bald. d. l. fi. nu. 4. est. Quod in proposita quæstione euenit, non enim, vt est à nobis suprà dictũ, per omnia iure diuino vetitas esse vsuras, sed quæ inter ciues exercerẽtur. Alex. cõs. 1. nu. 3. arg. 2. vol. 2. & Bar. d. cons. 16. Nã ab hoste atq; alieno vsuras auferre, & illo iure licuisse

224 cõstat. Deut. c. 23. & c. ab illo. 14. q. 4. In † alijs quoq; pleriscq; speciebus hoc sibi Pontificẽ vindicare videmus, vt, quæ iure diuino descendũt, ea arbitratu quãdoq; suo, quandoq; ex causa moderetur. Nam & decimas diuino iure debitas c. tua nobis. de decimis. & 16. q. 1. decimæ. suapte voluntate nonnunquam remittit, c. à nobis. de decimis. & diebus Deimaiestati dicatis, quibus diuina lex tam vetus, q̃ noua abstinere nos ab opere iubet, c. licet. in prin. de ferijs. piscatui dare operã, cùm necessitas hoc deposcit, & iudicio experiri, causasq; agitare per Pontificum constitutiones licet. d. c. licet. §. indulgemus. &

225 c. fi. de ferijs. Adde † vsurarum causam secũdum rationem naturalem esse, quæ suadet, vt, à quo beneficium accepimus, ei contrario beneficio gratiam referamus. Nihil itaq; eum delinquere videri, qui id, ad quod alium sibi naturaliter obligasset, in pactionem deducit, quib. conuenienter vsura: si rei tamen modus adhibeatur, secundum naturam

226 esse dicetur. Et † quidem inoffensis charitatis officijs, c. cùm in officijs. de testament. charitati enim non repugnat, si beneficium accipiat, qui dedit, quodam quasi permutationis genere. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de hęred. peti. hãc quęstionẽ ponit. gl. 14. q. 3. c. 1. verb. pluscq;. & Bald. Rub. C. de vsur. & Ana. Rubri. ex eo. colu. C. vers. sed aduerte.

Nullam †

227 Nullam † denique iniuriam fieri videri vsuras soluere volenti. l. in diem. ff. de aqua. plu. & l. 1. §. vsque adeò. ff. de iniur. & Deci. Consi. 170. Quod tunc saltem admittendum videtur, cùm non Christianis, sed Iudeis publica causa id suadente, fœnerandi fit potestas. Nam & populi commodis ita seruiri, ac necessitati, & nihil in Iudæos delinqui, quorũ salus, vtpote sua perfidia iam damnatorum,
228 à nobis negligi sine scelere potest. Qui † enim foris sunt, vt Paulus 1. Corin. 5. ait, nihil ad nos, c. gaudemus. de diuor. adde, vt quidam Paulus Castren. Consil. 397. non videtur expediens. Alex. Conſ. 1. libro 2. Barb. Conſ. 16. vol. 4. disputant, putare Iudæos, se nobis quasi alienis fœnerare lege diuina nõ prohiberi. His ex causis à Reipub. Venetæ moderatoribus factam Iudæis pacto cõuento fœnerandi apud ciues suos potestatẽ Paulus Castrenſ. Conſ. 397. non videtur expediens. lib. 2. refert, quorum ipse factum edito responso hactenus comprobat, vt magna assueratione audiat dicere, eius cõuentionis vsum non modò carere scandalo, sed honestum etiam esse, nec grauem populo, vt videri poterat, sed suauem. Habuit sentẽtiæ suæ assertores Paulus Castrensis, Alexandrum Consi. 1. libro 2. Tartagninum & Andream Barbatiam, Consi. 16. lib. 4. magni nominis scriptores, qui idem Mantuanorum Principi consulti responderunt. Paulo hac parte, quàm Castrensis, religiosiores, quòd summi Pontificis authoritatem desiderant, Petrum Consi. 243. Christianissime & Illustrissime Princeps. Ancharanum secuti, qui huius & similium quæstionum cognitionem Ecclesiastici esse iudicij scripsit,
229 non Imperatorum aut Regum. Summa † disputationis, qua Alexander d. Consi. 1. lib. 2. Tartagninus vtitur, hæc est, quæ in ius diuinum sine venia peccantur, in ijs Pontificis quidem, inquit, indulgentia nihil potest qui hanc sibi authoritatem illis tantum casibus meritò vindicat, cùm in ius humanum alioquin sine venia delinquitur, quasi sua lege soluere quicquam admittentes, non Dei possit. Et hoc Henrico Cardinali Hostiensi placuisse, & quibusdam Speculatori sub titulo de leg. §. nunc de Episcoporum. versic. sunt etiam qui dicunt. idem tenet, Archi. 14. q. 6. c. fi. & Alex. de Consi. 1. num. 2. refert, at peccetnè sine venia Iudæi fœnerando, frustra, inquit, quærimus. Superuacuæ enim rei operam eos dare Petro d. Con. 243. Christianissime & Illustrissime Princeps. Ancharano authore scribit, qui Iudæos peccando reuocare nituntur, itaq; tanq; sua perfidia damnatos esse suo iure viuere permittẽ-
230 dos. Nam, † vt est antè dictum, qui foris sunt, nihil, inquit, ad nos. Hoc quoq; extremo argumento Barbatiam d. Conſ. 16. colu. 9. in prin. vsum lego, & omnes ferè, qui permitti vsuras à Pontifice posse in persona lu-
231 dæorum scripserunt. Sed † nec Alexandri Tartagnini disputatio satis cohæret, nec hoc argumentum, quo tanquam indubitato plerique omnes vtuntur, vllam habet firmitatem, & pleraq; superiora, quibus illud efficitur, non vt Iudæis aliisvé improbatæ religionis hominib. fœnerandi potestatem Pontifex facere possit, sed vt Christianis, cuius rei Pontificem nullam habere authoritatem ijdem ipsi, qui ita disputant, asseuerant. Alexand. & Barb. locis proximè alleg. Idemq; in Imperatoris persona, Regum, Principum rerumq; publicarum quibusdam argumentis concluditur, hoc est, vt ex causa sine religionis discrimine fœnerandi potestas quibusuis ab eis fieri possit, quod
232 &, qui illis vtuntur argumentis verum esse nec dicunt, nec dicere possunt. Nam † vsurarum causam ad Pontificis spectare cognitionem, nõ ad Imperatoris, Regum, Principum, rerúmve publicarum, post Petri Cõſ. 243. Christianissime & Illustrissime Princeps. Ancharani sententiam desijt dubitari, idq; inter omnes constare Andreas d. Conſ. 16. col. 8. num. 6. Barbatia est author, de quo à nobis inter refellendum, quæ contrà adferebantur, fusius erit dicendum. Nunc, quod
233 verius putamus: confirmemus. Et † dubitare proculdubio non oportet, omnesq; in hoc consentiunt, nullis neq; Imperatoris. neq; Regum, neq; Principum, neq; rerum publicarum, neq; summi deniq; Pontificis Constitutionibus, vt, qui melius sentiunt, Ioan. Barb. de san. Seuerino. l. 1. nu. 45. C. de summa trinit. quem sequitur Petr. Paul. Pariſ. conſ. 68. dubium exoritur. nu. 84. & seqq. prodiderunt, vsuras posse permitti in perſo-
234 na etiam Iudæorum, non † magis certè, vt Baldus Authen. ad hæc. nu. 2. C. de vſur. eleganter & piè scribit, quàm legem domini contrario seruí placito tolli & abrogari. Im-
235 peratorem † enim, Reges, Principes, eosq; qui rebus publicis præsunt, omnes Dei seruos esse. c. tua nos. de decimis. & l. 1. §. 1. C. de
236 offic. præf. præto. Aphricæ. Ipsum † verò summum Pontificem, ne quis eius celsitati detractum dicat, se ex professo seruum seruorum Dei appellare. in proæ. Decretal.

237 Quicquid † deniq; contra ius diuinum sit, peccatum esse, idem Baldus d. Authen.
238 ad hæc, & num. 2. ait, Secundum † quæ, leges

leges omnes, quibus vsuræ sunt permissæ, non esse iure diuino correctas, vt Accursius d. Authen. ad hæc. dicebat, sed nunquam valuisse, scribit idem Baldus, d. Authen. ad
239 hæc. & rectè. Diuina † enim lex, vt eius author Deus, semper firma atq; immutabilis permanet, §. sed naturalia, insti. de iur. natu. &, vt Baldus Rubr. in prin. C. de vsur. & d. Authē. ad hæc. nu. 2. ait, in omni foro vincit. Igitur lege diuina salua humanæ constitutiones contrariæ consistere nō potuerūt, vllámve vnq; iuris authoritatem habere.
240 Quibus † conuenienter Paulus Cons. 397. non videtur expediens. lib. 2. Castr. qui vsurarum causam cum primis defendit, negat, lege ciuili aut vlla publica aut priuata cōuentione fieri licitas vsuras posse, vt quæ tam diuina, quàm humana lege prohibeantur. nota. l. 1. C. de sum. tri. & Authen. ad hæc. C.
241 de vsur. Et † idcircò vsurarum nomine nemi nem naturaliter aut ciuiliter obligari l. si nō sortem. ff. de cōdi. indeb. scribit, sed nec dari earum persequendarum gratia actionem, idem author est, quod ita accipiendum ait, vt non modò cum Christianis fœnerandi potestas facta proponitur, sed & cum ludęis: Nā nec illis vsurarum nomine quenquam obligari posse, nec in quenquam actionem dari ita, vt si vsuras quoquo modo percipiant, id in suarum animarum dispendium percipere
242 dicat. Addit † tamen idem Paulus d. cons. 397. Castrensis, si qua interuenit publica cōuentio cum ludæis, vsuras etiam indebitas Magistratus authoritate solui eis debere, etiamsi obligatio nulla contracta sit, aut actio prodita. Et hoc vt pactorum fides seruetur, l. 1. & ibi nota. ff. de pact. & ne ludæi decepti à mutuò dando abstineant, & ita publica, inquit, necessitas & communis vtilitas fraudentur, l. 2. ff. de iurisdic. de quo
243 postremo postea viderimus. Nam † Paulo Castrensi hac parte nō assentior, & eius sententiam abesse longè à vero infrà demon-
244 strabo. Extat † etiam Clementis Quinti Pontificis Maximi constitutio, Clem. vnica. de vsur. præsenti quæstioni valdè seruiēs, qua leges de vsuris exigendis aut non repetendis latę damnantur, ijs, qui illas tulissent, dictassent, scripsissēntve censura Ecclesia-
245 stica seueriſsimè coërcitis. Iusis † hoc amplius, quicquid ea dere tabulas esset, relatum, id, quoad eius facere quisq; posset inde intra trimestre delêre, qui non deleſſet, cùm potuisset, huic illam comminatur pœnam constitutio, d. Clemen. vnic. quàm, qui tales leges tulissent, dictassent, scripsisséntve, sustinent, in eadem esse causa eos eadem
246 voluit constitutio, qui legibus illis vterentur. Et † ne ita alios de vsuris legem ferre vetare Pontifex videretur, vt id sibi tanquam augustiori maiestati vindicaret, Alexander Tertius Pontifex Maximus libro 4. Epistolarum Decretalium c. super eo. de vsur. non modò legem diuinam, tam vetere, quàm noua sanctione vsuras prohibentem antiquare & tollere se posse negauit, sed & ea quoq; soluere, etiamsi in rei piæ causam, quod fœneratione quęreretur, esset verten-
247 dum. Nam † hominis ab hostibus redimendi gratia fœnerare vetat, qua vix vlla maior reperiri necessitas potest, & fauore dignior. Vertitur enim libertatis causa, hominū barbaricæ feritati subiectorum, & in summa miseria viuentium, quos inde liberari, & suæ ciuitati reddi, publicè interest, l. fin. C. de postlimi. reuer. periculum præterea animę, qua nihil pretiosius est, verendum enim esse, ne, qui in hostium potestate sunt, seruitutis & compedum pertæsi, laxioris vitæ amore, vt fieri assolet, Christum abnegent, & impijs se alligent religionibus. Quantum
248 † autem admissum in fœneratitio quæstu sit, ex criminum comparatione intelligi potest. Nam cur captiuorum redimendorum gratia fœnerare vetet Pontifex, d. c. super eo. illam adfert ratiōnē, nam si, inquiens, seruandi hominis causa mentiendum non est, multò magis captiui ab hostibus redimendi gratia fœnerandum non erit. Quibus verbis maius fœnerantis, quàm mentientis esse delictum significatur, & conuenienter minus licere fœnerare, quàm mentiri. At mentiri nulla Pontificis authoritate licet, ergò minus fœnerare eadem authoritate potest licere. Sanè † mentiri non magis Pontifi-
249 cis authoritate licet, quàm animam occidere: Os enim, quod mentitur, occidit animā, c. si quis ad te 22. q. 2. & conuenienter fœnerare, quàm mentiri, quod leuius est peccatū, c. super eo. de vsur. minus poterit Pontificis authoritate permitti. Nam si non hoc potest, illud minus, Authen. multò magis. C. de sacrosan. eccle. nec hîc subsisto, vt Pontificis authoritatem à permittendis vsuris abesse, quàm longissimè ostendam fœnerationem maius esse delictum mendacio modò
250 cōstitit: Mendacium † rursus, vt magnis authoribus Cardina. Clē. ad nostrā. vers. 7. in 2. q. de hæreti. Dec. d. c. & si clerici. 7. nota. de iudi. placuit, & iam dudum dubitari desijt, fornicatione maius delictum est, Igitur fornicatio fœneratione leuius erit admissum.
251 Sed † fornicatio Pontificis authoritate permitti non potest, Baldus l. fi C. si con-

tra ius. vel vtili. pub. & c. lator. versicul. sed quid si regina. de re iud. Dec. c. quæ in eccle-
siarum. nu. 15. & seq. de constit. ergò minus mendacium, multò rursus minus fœneratio quæ mendacio, quod fornicationem vincit, Cardina. & Deci. locis proximè allegat. gra-
252 uior est, permitti Pontificis authoritate po-
terit. Cur † autem hominis seruandi, quàm ab hostibus redimendi causa mentiri, quàm fœnerare minus sit delictum, vt hoc obiter dicamus illa, vt mihi quidem vide-
tur, esse potest ratio, quòd, qui captiui redi-
mendi gratia fœnerat, priùs, quàm prosit, id est captiuum redimat, nocet, vsuras vide-
licet extorquens, cùm, qui mentiendo ho-
minem seruat, prosit ei, quem seruat, ei verò, cui mentitur, nihil quicquam obsit, imò verò quandoq; prosit. Quid enim si percus-
sori hominem, cuius occidendi causa venit, ibi negem esse, vbi latere eum scio, prosum percussori certè meo mendacio, nam effi-
cio, ne homine occiso lege Cornelia tenea-
tur. His breuiter expositis ad propositam de vsurarum permissione quæstionem re-
253 uertamur. Igitur † cùm nulla humana le-
ge etiam Pontificia vsuras permitti posse docuerimus, reliquum est, vt, quæ contrà
254 adferrebantur, ordine refellamus. Et † ini-
tio, quod de vetere iurisprudentia dicebatur, qua licitas fuisse vsuras constat, id factũ esse ignoratione veri Dei respondeo.

255 Imperatores † verò, quibus vera Dei reli-
gio nota fuit, Bartolus, Baldus, Salycetus, Paulus Castren. & Iason post Iacobum Butrigarium permisisse magis maioris mali fu-
ga, quàm approbasse vsuras, rectissimè pu-
tauerunt, l. cunctos populos. C. de sum. trin. Bero. Rub. de vsur. nu. 81. Errasse tamen eos ijsdem authorib. constat, finesq; authoritatis suæ temerè transgressos. Legem quippe su-
perioris maiestatis imperio latã inferiores, vt, & Accursius Gl. 1. in prin. Authen. de ec-
cle. tit. adnotauit, tollere l. nam magistra. ff. de recep. & c. inferio. de maiori. & obedien. non potuerunt. Adde, vt inter omnes con-
uenit, Bar. l. Titia. & ibi Alex. & alij. ff. solu. matri. Bar. l. quoties. C. de iudi. Anchar. cõs. 243. Fede. Senen. Cons. 245. Calde. Consil. 3. Alex. cõs. 1. nu. 9. lib. 2. & cons. 59. nu. 5. lib. 1. & Marquar. de Susan. tracta. de Iudæ. par. 1. nu. 10. cognitionem rei vsurariæ omniumq;, quæ animæ periculum continent, ad solum
256 summum Pontificem pertinere. In † eadem causa ille Aragonum Rex fuit, qui Iudæis & Saracenis sua authoritate contra ius diuinũ fœnerandi potestatem temerè fecit, ideoq; in omnium scriptorum, qui hoc argumentũ attigerunt, meritò incidit reprehensionem. Car. Flo. Clem. vnic. de vsu. q. 15. per ill. tex. cũ gl. & ibi Ioã. Imol. refert. Ias. d. l. cunctos populos. nu. 68. & seq. eandem subierunt no-
tam Reges alij, Principes, rerumq; public. moderatores, qui contempta lege diuina idẽ
257 sibi sumpserunt. Nemo † itaq; eorum, qui re-
rum potiuntur, sibi blandiatur, & se ea lege alios soluere posse putet, qua solutus ipse non est. Nam, vt ego quidem iudico, non magis permittere Princeps alicui potest, vt inoffensa Dei lege fœneret, quàm si ipse fœ-
neraret, extra eandem Dei legem se ponere, quæ ita humano generi data est, vt violari à quoq; hominum sine graui flagitio non pos-
sit. Quis enim se lege Dei teneri neget? & eã
258 transgressus non peccare putet? Recte † itaq;
fecerint permissarum vsurarum authores, quive eis successerũt, si leges de vsuris latas dataq; priuilegia suo aboleant edicto, In Principis enim Christiani ditione humanas leges diuinis antiquatis dominari, nefas est, eas præsertim, quib. saluis, ciuium fortunæ saluæ esse diu non possunt, auertendamq; à Principibus Dei iram esse, ne cuius imperiũ contempserunt, eius vindictam sera postea
259 pœnitentia deprecentur. Ferunt, † Episco-
pum quendam Concordiensem Pontificia Bononiæ legatione fungentem magno su-
percilio, spreta Dei lege, Iudæis fœnerandi potestatẽ facere ausum, graues breui postea suæ temeritatis pœnas pependisse: Bononia enim, quò magno omnium applausu exce-
ptus erat, cum infami nota grauiq; ignomi-
nia pulsus scribitur. Anto. depra. uete. inter. Cõs. Alex. cõs. 49. lib. 4. paucis vtar. & Iason.
260 l. 1. nu. 70. C. de sum. tri. Nec † audiendi sunt, qui ingenij fiducia in contrariam partem disserunt: Inanis enim certè est eorũ dispu-
tio, atq; etiam nefaria, diuinisq; præceptis repugnans, quæ non argumentando arcta-
ri, sed obsequendo impleri à nobis debent.

261 Illorum † itaq; factum semper improba-
ui, quos vindictæ diuinæ oblitos eò auaritia compulit, vel adegit ambitio, vt pro iustis iniusta Principibus suis, iniqua pro æ-
quis respondeant. Et quæ eis grata esse atq; vtilia intelligunt, ea legibus, quo res postu-
lat, detortis iustissima esse atq; æquissima dicere non erubescant, eo versu, fide suæ as-
seuerationis scilicet impleta, disputationem deceptores concludere ausi, credite, me vo-
262 bis foliũ recitasse Sibyllæ. Sed † nos ad pro-
positam de vsurarum permissione quæstio-
nem redeamus, in qua me eorum sententiã sequi non pœnitet, qui eius rei authoritatẽ Maximo etiam Pontifici nõ tribuunt, quos

rectissime

rectissimè sensisse inter refellendum, quæ contrà sunt dicta, planissimum sum infra fa-
263 cturus. Proximum † itaq; argumentum confutemus, quo præsumi pro Principe dicitur, in ijs, quæ prohibitionem perpetuam non habent, legem eum diuinam moderari posse. Primùm enim fateor pro Principe præsumi, iustãq; eum causam habere credi, sed hoc in ijs, quæ iuris sunt humani: in iure enim diuino aliud receptum est. Ita Andream tracta. de præsum. regula. 3. præsum. 8. Alciatum, Doctorem meum, post veteres Bald. c. quæ in Ecclesiarum. de consti. Fulgo. l. fin. C. si con. ius. vel uti. pub. & Consi. 61. Domina Catharina. col. 2. Rom. cons. 352. quæri. primo in fi. Fel. & recen. d. c. quæ in ecclesia. & Iaso. l. si testamentum. per ill. tex. C. de test. & repe. l. quo minus. col. 2. ff. de fluminib. distinguere lego. Hoc quidem quod ad priorem argumenti partem attinet. Se-
264 quens, † in qua summa ferme argumenti est, eam tribuens Principi authoritatem, vt ius diuinum, quod perpetuam non habet prohibitionem, possit ex causa moderari, bis à nobis refellenda est. Primùm, quia id conficere videtur, vt Principes extra Pontificem Maximum ferre de vsuris legem possint. Nam hoc contra omnium sententiam est, cùm non modò Regibus rebusq; publicis liberis ferendæ de vsuris legis authoritatem detrahant, sed & ipsi Cæsari, cui & qui mundi dominium tribuere non dubitant, hoc audacter denegant, in quibus Baldus C. de nouo Codi. faci. nu. 6. & Athen. habit. nu. 13. C. ne fil. pro parte. idem Bal. Authen. ad hæc. nu. 2. C. de vsur. fuit, & hoc inter omnes constare Andreas cõs. 16. clementissimũ.
265 nu. 6. lib. 4. Barbatia est author. Peccat † & in eo idem argumentum, quo vsuras iure diuino perpetuam non habere prohibitionẽ dicitur. Falsum enim hoc esse, si vsuras propriè accipiamus, hoc est, quibus sorti quid adijcitur, eas enim nullo iure diuino permissas, c. super eo. de vsu. abundè suprà docui-
266 mus. Et, † si qua in vetere lege Deuter. 23. D. diuina, quod ad vsurarum causam spectat, obscuritas suberat, eã noua Christi lex Lucæ 6. E. sustulit, quæ neminem excipit, à quo fœnus auferre fas sit, ea parte fœneratoribus, quàm vetus, grauior. Quod non manum modò à fœnore, sed mentem etiam atq; cogitationem abstinere iusit.
267 Nulla † autem dubitatio est, quin Iudæos ea Christi lex teneat, omnibus enim dicta est: Quippe quam cùm sanciret Christus, non distinxit his magis ouilis sacri ouibus, an illis, quod vetabat, dictum vellet, omnibus proculdubio & his & illis ad Christum pertinentibus, quod illis verbis apertissimè significauit, cùm dixit: Ioãnis 10. & alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.
268 Quod † deinde contrà dicebatur, decimas, quæ iure diuino descendunt, c. tua nobis. de decimis. & 16. q. 1. decimæ. à Põtifice quibusdam casibus remitti, c. à nobis. de decimis. diebusq; diuinæ maiestati dicatis, quib. tam vetus, quàm noua Dei lex abstinere nos ab opere iubet, c. licet. in prin. de ferijs. ex causa dare piscatui operam, atq; foro Pontificia authoritate licere. d. c. licet. §. indulgemus. & c. fi. de ferijs. Hac disputatione illud concluditur, Pontificem Christianis ex causa fœnerandi potestatem facere posse. Nam illis decimæ soluendæ & dierum Deo sacrorũ necessitas ex causa Pontificia authoritate remittitur, sed nunquam relatum est, vt vlla Pontificis authoritate Christiani fœnus exercere possint. Alex. cons. 1. nu. 2. lib. 2. Hoc dictum sit à me, vt ostenderem, eos, qui cõtrà disputant, secum pugnare & ea argumẽtis cõprobare, quæ vera esse, ijdem ipsi ne-
269 gant. Nunc † quàm leue sit in ijs argumẽtis momentum, monstrabo, quibus magnæ dignationis iurisconsultos vsos esse, mirari licet, quasi non intellexerint, vt de decimis primùm respondeam, facta quibusdam à Pontifice decimarum remissione ius diuinum ea re nihil lædi non enim remittendo Pontifex non deberi eas facit, imò verò deberi hoc ipso significat. Quomodo enim, q̃d non deberetur, remittatur, Arg. l. decem. ff. de verbo. obliga. vrgeret quæstionem nostram argumentum, si non deberi decimas à quibusdam Pontifex cõstituisset, sed earum dum quibusdam gratiã facit Pontifex, ea re ius diuinũ non offendit, vt nec debitor, si restituere vsuras parato fœneratori eas remittat, quicq; delinquit, imò fœneratorem delicto liberat. Dinus. c. peccatum. de reg. c. iur.
270 lib. 6. cum latè. alle. suprà. nu. 61. Euenit † etiã vt decimæ debeantur, ecclesia tamen eas nõ accipiat, vt in persona meretricis & histrionis, à quibus deberi decimas constat Gloss. Abb. & alij. c. ex transmissa. de decim. eas tamen ecclesia, ne in histrione futilis, in meretrice flagitiosæ vitę institutum approbare videatur, non recipit. Hostiẽ. in sum. de deci. §. de quib. reb. vers. dicas. quod tenetur. Gloss. Abb. & alij. d. c. ex transmissa. Hoc
271 de decimis sit dictum. Cæterùm † ad dierum Deo sacrorum cultum quod attinet, videntur, qui illo argumento sunt vsi, parùm

perspexisse, quantum inter licita & illicita intersit. Piscari enim & foro operam dare natura vtrunq; licitum est, & semper habitum honestum: fœneratio verò naturæ repugnat, & semper habita turpis est. Igitur, cùm quis die diuinæ maiestati dicato per causam necessitatis piscatur, foróve dat operam, licet non suo tempore, rem tamen
272 iustam atq; honestam facit. Pontifex † itaq; quia in tempus tantùm delinquit: ignoscit facto, contrà autem, quia, qui fœnerat, rem naturæ repugnantem & per se turpem omniq; tempore prohibitam facit, huic Pontifex neq; ignoscit, neq; ignoscere potest, quia in rem & in tempus simul peccatur, cùm in superiore specie in tempus peccetur tantùm, quod, nisi sibi Deus dicasset,
273 omnium erat, vt aër. Dici † & illud aptissimè potest, cultum dierum Deo sacrorum ita præceptũ esse, vt aliquando impunè desereretur, fraudi enim Apostolis non fuisse, cõprimendę famis causa spicas die sabbato vellere, ac discutere, nec patrifamiliâs ouem, quæ in foueam decidisset, asinúmve aut bouem inde die sabbato extrahere. Horum enim factum Christus defendit. Matth. 12. A. Lucæ 14. qui & ipse salua sabbati religione frendentibus Pharisæis multos die sabbato suæ valetudini restituit. Matth. 12. & Luc. 14.
274 Non † est autem dubium, quin ea, quæ perpetuam non habent in iure diuino prohibitionem, à Pontifice arctari ex causa possint, vt est suprà dictum, & Bartolus lib. 1. Digestor. l. omnes populi, de ius. & iur. q. 3. princi. apud Titum Gaium vocat, cæteriq; Doctor. post Bar. d. l. omnes populi. probant.
275 Quod † à Constantino Imperatore Augusto religiosissimo factum lego, qui libro 3. Principal. Constituti. l. omnes. 1. C. de feriis. agrorum culturæ dare operam, cùm necessitas postulat, diebus Deo dicatis ius esse
276 vult. quod † est meritò constitutum. Nam & generaliter dicere solemus, necessitatem legibus esse solutam. c. 2. in fi. de obser. ieiuni. & c. quantò de cõs. & c. sicut. de cõsen. disti. 1. Gerar. sing. 100. quodq; ex necessitate fieret, delicto carere. c. q̃d nõ est licitum. de reg.
277 iur. Cùm † enim, vt Nicola. Abbas d. c. quod non est licitum. ait, peccatũ voluntate fiat, quicquid necessitate, quæ voluntati contraria est, fortè fit, id peccato vacare, palàm est. Aliud existimantib., vt idem Nicol. Abb. d. c. quod non est licitum. concludit, cõsequẽs fore, factum sine culpa puniri, quod dicendũ
278 non est. Item † quod dicebatur, vsuram esse secundum naturalem rationem, quæ suadet, vt pro beneficio beneficium reddamus, nihilq; propterea delinquere, qui id, ad quod alium sibi obligasset, in pactionem deducat, quoddamq; esse permutationis genus, l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de hæred. peti. officijs charitatis inoffensis c. cùm in officijs. de testa. reddi enim pro beneficio beneficium. Ad istud ex Bald. Rub. C. de vsu. in pri. sententia respondere breuiter possumus, nullũ iure naturali remunerationis modum præscribit, percipiue humano intellectu posse, Iustitiæ denique non congruere, aut charitati vt beneficium ita vel ita æstimetur, & quod situm in voluntate est, ad necessitatem trahatur, in hanc sententiam Baldus d. Rub. C. de vsur. in prin. & eum secutus Ioãnes Rub, ex eo. de vsur. colu. 4. versi. sed aduerte. Ade. Bero. ibi nu. 31. Anagninus: ego verò dico, extra donationes, quod dicitur, non procedere. Antidora enim esse, id est contraria dona, vbi nullum donum antecessit, intelligi non posse, donationem intelligo, nõ tantùm, cùm rem donamus, sed & cùm eius cõmodamus vsum, ea enim re beneficij debitorem nobis, adquirimus. l. si pignore. ff. de furtis. Nam & locare rei vsum licuit.
279 Quod † in pecunia, cæteriśq; rebus, quę vsu consummuntur, non euenit. Cùm enim in abusu consistant, l. hoc senatusconsultum. §. 1. ff. de vsufr. ear. rer. quę vsu consum. hoc est earum vsus consumptione percipiatur, inde salua lege diuina Luc. 6. lucrum sperare non licet, nisi pecunia fortè ostentaturo locetur, quo casu placuit à vano ostentatore mercedem rectè accipi. Glossa. Abb. & Doctor. c. conquestus. de vsur. & Abb. Rubr. eo. nu. 3.
280 Adde † nihil magis aduersari fœneratoris cõsilio, quàm donare, id enim agere, q eo sunt instituto, vt de alieno quærant, nõ vt de suo largiantur. Ideoq; fœneratorem alios obligare sibi, ac deuincere beneficio, quorum imminet fortunis, dici non posse. Mutuum
281 † enim spe quæstus proposita beneficium esse desinit, quod Christi Lucæ 6. E. DEI verbis comprobatur dicentis, si mutuum dederitis his, à quibus speratis recipere, quę
282 gratia est vobis? Postremò † dicam, obligationem, quæ naturaliter ex mutuo dato nascitur, in pactionem deducere non licere. Nam si dato mutuo sperare sola animi destinatione quid vetamur, multò magis accipere. Accipit autem iuris interpretatione, qui
283 alium sibi obligat. In † bonis enim nostris esse incipit, quod nobis debetur. l. bonor.
284 appellatio. §. æquè. ff. de verb. signifi. Hæc † sententia adeò vera est, vt obligare eum, cui mutuum damus, ad tantundem nobis posteà mutuo dandum non liceat.

Gloss.

Glos. c. si fœneraueris. verb. expectes. 14. q. 3. Abbas c. consuluit. in fin. de vsur. & Imol. cons. 6. & Roma. Cons. 500. summarius quæstionis. c. l. 2. Barba. c. illo vos. colu. 4. de pignor. Iaſ. l. ex hoc iure. colu. 17. verſi. 15. effectus. ff. de iuſti. & iu. Quod dixi, accipere ob mutuum datum minus licere, quàm ſperare, hoc ita exaudiendum eſt, ſi ſpes præce-
285 dat. Nam, † cùm nulla ſpe propoſita mutuum datur, quod vltro offertur à volente debitore, id accipere ſine ſcelere licere, inter omnes conſtat. Abbas c. conqueſtus. num. 8. verſi. 10. de vſur. per c. dilectus. de Symonia. & c. ſicut. 1. q. 2. & Ana. Rubri. de vſur. colu. 1. verſ. quæro ibi nam ſi gratis. c. vſura.
286 14. q. 3. & c. de elogijs. 18. diſtinct. Cur † autem, quærat aliquis, accipere quid ob mutuum datum, quàm ſperare minus liceat, illa eſt ratio, quia ſpe debitori nihil nocemus, aliter atq; acceptione. Fit enim hac re pauperior, etiamſi vtrunq; aduerſus Dei legem ſit, ideoq; vſuræ vitio non vacet. Lucæ 6.
287 E. Illud † quoq; vitium habet hoc argumentum, quod ſuperiora, concludit enim, quod omnes negant, hoc eſt fœnerare indiſtinctè licere, Quod conſequens eſt dicere, ſi obligatio naturalis in pactionem deduci iure poſsit, & quidem ſine Principis authoritate, quod eſt perquàm abſurdum. Item,
288 † quod dicebatur, nullam iniuriam fieri vſuras, ſoluere volenti, l. 1. §. vſq; adeò. ff. de iniur. & c. ſcienti. de reg. iur. libr. ſexto. quaſi, quod quis ſua voluntate feciſſet, id ad animum reuocare non poſsit, falſum eſt. Nihilo enim minus extorquere vſuras fœneratorem dici, & ab inuito ſolui, idq; propter pecuniæ interuentum, quod poſt Ioannem Baptiſtam l. 1. char. 10. c. de ſumma trinitate. Cacialupum Philippus Decius Conſ. 170.
289 viſo themat. adnotauit. Pecunia † enim vim,
290 inquit, quandam adfert. Et † inde Angelum Authen. de leno. §. fi. cir. fi. Ioan. Neuiſanus. ſyl. nup. char. 14. col. 2. Mar. l. vnica. nu. 15. C. de rap. virgi. & ſingu. 353. datio pecuniæ facis. Cyn. d. l. vnica. verſ. 3. oppono. ſcribere referunt, in eum, qui data pecunia adulterium mulieri perſuaſiſſet, ea lege vindicandum eſſe, quæ eum tenet, qui vi adhibita mulierem adulteraſſet, ſed hoc ob auaritiam
291 muliebrem admitti poteſt, mulierum † enim genus auariſsimum eſſe, conſtat, Gloſſ. l. Neſennius. verb. ex contrario. ff. de nego. geſ. & Gloſſ. fi. l. ſed ſi ego. ff. ad Sena. conſul. Velle & l. quæ dotis. & ibi Bar. in prima oppo. ff. ſolu. mat. & l. 2. verb. ætatis. C. de his. qui veniam. ætat. impe. & l. ſi à ſponſo. C. de dona. ante nup. Tiraq. l. connubiali. 9. num. 43. ideoq; ad alterum ſexum produci,
292 non oportêre. Nam † non, vt auaris omnia perſuadet pecunia, ita quoq; ijs, qui eo vitio
293 non tenentur. Adde, † multùm intereſſe inter pecuniæ dationem & mutuationem, quod, quæ mutuamus, eorum repetitio eſt, non eorum quoq; quæ damus. Igitur non æquè vim adferre pecuniæ mutuationem
294 accipienti, atq; dationem. Quare † ſatius eſt dicere, cùm fœneratio ſit legibus prohibita, eam contrahentium voluntate iuſtam fieri non poſſe. notab. l. 1. C. ne fide iuſ. dot. dent. gloſ. l. à diuo pio. ff. de ritu. nuptia. Et hoc Philippus Decius magis probat, d. cõſ. 170. & ego verius puto, in ijs præſertim, quę
295 iure diuino continentur. Et † idcircò fieri, vt, licet diebus feriatis, qui humana lege deſcendunt, volentibus litigatoribus rectè ius dicatur. l. 1. in prin. ff. de fer. & c. fi. in fin. extra. eo. Non tamen quibus diebus iudicio experiri lex diuina vetat, affectantibus litigatorib. rectè ius dicetur. d. c. fin. in prin.
296 Poſſumus † & illud reſpondere, aduerſus id, quod eſt cuiuſquam prohibitum fauo-
297 re, ne illo quidem volenti fieri poſſe. Vnde † videmus, ſeruum torquere in domini caput vltro eum ad quæſtiones offerentis non licere, hoc enim, cùm dominorum ſit gratia conſtitutum, eorum voluntate remitti non poteſt, vt ſalua ſit ſemper ſeruorum in dominos veneratio. Ita eleganter Hippolytus Marſilius libro XLVIII. Digeſtor. l. vnius facinoris. §. ſeruus. in fin. per ill. text. de quæſtionibus, apud Iulium Paulum ad-
298 notauit. Congruit † his, quod Imperator l. 1. de falga. hoſpitib. non dam. lib. 12. Cod. Conſtantinus Auguſtus lib. 12. Principali. Conſtit. reſcripſit, qui vetat eos, qui militãt ab hoſpitibus ſuis culcitras, lignum, oleum extorquere, qua re quia hoſpitibus conſultũ eſt, eorum quicquam vel à volentibus acci-
299 pere, idem Conſtantinus vetuit. Sic † & Imperator Anaſtaſius Auguſtus eodem libro l. fin. §. vt autem. de re milita. cùm conſtituiſſet, à milite ſportularum nomine non amplius vno ſolido præſtari debere, à volente & vltro offerente plus accipere vetat. d. §. vt
300 autem. Idcircoq;, † quæ pignora executores rerum iudicatarum accipere prohibentur, ea ne à volentibus quidem accipere
301 poſſunt. Marſi. d. §. ſeruus. Nec † Medico, cui ex pub. ſalarium præſtatur, ab ægris etiam vltro offerentibus accipere quicq; ius eſt, Fel. c. tua noſ. col. fi. de homic. poſt Bart. l. Archiarij. C. de pfeſ. & medi. lib. 10. Marſ. d. §. ſeruus. & l. vnica. num. 239. C. de rap.
302 virg. Idemq; † in tabellionibus reſponſum

est, qui ex publicō habent quoq; salarium, nam nec hos operarum suarum nomine à priuatis quicquam accipere posse placuit. Fel. d.c.tua no.5 post Bart. l. munerarū.§.fi. ff.de diuer.reg.iur.antiq. Marsil.d.§.seruus.
303 num.3.& d.l.vnica.nu.238. Quæ † omnia vna eademq; ratione recepta sunt, ne, quæ quorundam sunt introducta fauore, eorun-
304 dem voluntate mutentur. Quod † non sine ratione responsum est, Nam, cùm à plurib. consuetudine quadam inducta vltro datum accipitur, alij dare verecundia coguntur Marsilius d.§.seruus. post Feli. d.c. tua nos.
305 Et † generaliter quotiens propter publicum bonum quid dari prohibetur, id ab vltro offerentibus accipiendum non est. Felinus d.c.tua nos. Bald. Authen. sed hodie. C. de Episcop.& Cle. adde. Marsil. d.§.nec ser-
306 uus.nu.4.& d.l.vnica.nu.241. Quibus † conuenienter dicemus, fœnus etiam à volentibus accipere ius nō esse, fœnerationis enim prohibitio ciuium fauore introducta est, quorum fortunas, vt ait cōstitutio, c.1.de v-
307 sur.lib.6.exhaurit. Illud † sequitur, in quo qui præsentem quæstionem tractarunt, desudauerunt, & sese nimis anxiè torserunt, id est, an Iudæis publicè fœnerandi fieri potestas ex causa possit? hoc est cùm populi v-
308 tilitas ac necessitas id postulant. Et † constat ferè inter omnes, nullum Principem extra Pontificem Maximum posse hoc permittere, quod Petrum Ancharanum, d.cōs. 243.& Andream d.Cons.16.nu.6. Barbatiam hunc Principi Mirandulano, illum Ariminensium regulo consultos respondisse lego idq; omnes existimare, idem Barbatia d.cōs.
309 16.& nu.6.refert. An † verò Pontifex Maximus hoc possit, quidam Anchar. Cons. 243. Alex. Cons.1.lib.2.& Cons.8.lib.6.& Barba. d.Cons.16. num.5. in fin. cum seq. Socinus. iunior. Consil. 108. consideratis omnibus. colu.1.libro 3. Ioan. Baptista Ferretus. Cons. 37.& primo aspectu. vbi latè. libro 1.& Marquar. Susan. tract. de Iudæ. lib.1.nu.14. aiunt, alij, Anto. de Butr. c. super eo. not.1. de vsur. Ioan. And. c. peccatum, de reg. iur. libro 6. in Mercu. Ant. de Prato veteri Cons. 45. lib.4. veteri. Cons. Alex. Ias. l.1. lectu.1. colu.14. C. de summa trin.& Ioan. Baptis. de sancto Seuerino, ibidem. nu.43. cum num. seqq. vide. Marquar. Susan. d. c.11. nu.14. vt in arduis & perplexis quæstionibus accidere solet, negant: aientium tamen crebrior est opinio.
Marquar. Susan. d.c.11.& nu.14. vers. in quo
310 dubio. In † quam sententiam qui inclinauerunt, Romanam maiestatem intempestiuè reueriti mihi videntur, nisi intempestiua reuerentia non est, illud Pontifici Romano tribuere, quod edita constitutione, c. super eo. de vsur. ipse sibi licere negat. Igitur
311 † veniam mihi præfato liceat refellere, quæ, qui contrà disputant, pro Pontifice Romano inuito atq; repugnante allegant, & quidem quo magis Iudæis publica causa suadēte fœnerandi potestatem facere Pontifex possit, illa duo cùm primis mouent, quòd, cùm sua sint perfidia damnati Iudæi, & foris sint, hoc est extra ecclesiam, propterea q; ad nos Paulo 1. Corinthiorum 5. & c. gaudemus. de diuor. A postolo authore nihil quicquam pertineant, eorum salus curæ esse Pōtifici non debeat, & conuenienter nihil in eos delinqui, si fœnerare permittantur, & simul populi commodis seruiri, habituri à quibus fœnerato pecuniam accipiat. Additur & illud, putare Iudæos, se nobis quasi alienis lege diuina fœnerare non Deutero. 23. D. prohiberi his ex causis Venetos Iudæis apud Ciues suos fecisse pacto conuento fœnerandi potestatem Paulus Castrensis retulit quorum ipse factum edito responso
312 defendit. Consi.307.libro 2. Sed † hæc disputatio perquàm infirma est, parumq; cohærens. Nam initio, quod dicitur, Iudæorū salutem tanquam sua perfidia damnatorum, curæ esse Pontifici non debere, falsum est. Illud enim existimantibus consequens fore, hæreticorum salutem, qui nouis repertis susceptisve religionibus, ab ecclesia discesserunt, Pontifici Romano curæ esse nō debere, nam & eos sua esse perfidia damnatos,
313 palàm est. Quod † tantò magis dicendum est, quantò detestabilior est hæreticorum, quàm Iudæorum error. Hos enim, vt Baldum scribere Anagni. c. consuluit. col.2. de Iudæ. ait, initium habere veritatis, illos non habere. Rursus Iudæos legem à domino accepisse constat, non etiam hæreticos quod ipse Anagninus d.c. consuluit. col.2. quos dā Gloss. l.2. verbo. obstinationis. C. de summa
314 trinitate. scribere refert. Ideoq; † ignosci Iudæis, Cynum existimare scribit idem Anagninus, d.c. cōsuluit. col.2. vt olim, q̃d & est à Deo promissum, agnita veritate Christum profiteantur, esse autem hæreticorum salutem à Pontifice negligendam, nequaquam dicendum est, ergò nec Iudæorum.
315 Quod † deinde dicitur, Iudæos, vt qui foris sint, id est extra ecclesiam, nihil ad nos pertinere, c. gaudemus. de Diuor. & per hoc eorum salutem à Pontifice negligi posse: Oldrado, Cons.3.6. factum tale est. num.2. Nicolao d. l. gaudemus. nu.12. Abba. Anagnino, postulati. col.4. de Iudæ. & Alexandro

Cons.

Conſ.13. attentis. num.21.lib.7. Tartagnino authoribus, non ita diffuſo ſermone intelligere debemus, vt nihil per omnia ad nos pertineant, ſed quà pœnæ ſpiritales imponuntur, quibus ſoli Chriſtiani coërceri poſſunt. Nam Iudæi, cùm in Eccleſia non ſint, quædam ibi pœnæ loco ſuſtinere, aut inde eijci per rerum naturam non poſſunt. Superuacuam itaq; fore in Iudæos cenſuram Eccleſiaſticam, qua, qui quid in Eccleſiam eiúſve diſciplinam admiſerunt, plectuntur.

316 Rurſus † eos, q foris ſunt, nihil ad nos pertinere, acceptum eſt, quà eos inuitos & repugnantes ad Chriſti cultum trahere non poſſumus, ſed nec volentes admittere, niſi ꝓbatos, c. Iudæi. & c. ne, q̃ dabſit. de cõſecra. diſt. 4. & c. ſæpe. 28. q. 1. & Pari. cõſ. 2. & ſi eſſe. Iudæũ eſt crimẽ. nu. 20. lib. 4. cùm Chriſtũ profeſſos, ſi inde fortè decepti exciderint, retinere religionem ſemel agnitam compellamus. Extra hæc eos, qui foris ſunt, & in ijs Iudæos, ad nos pertinere, & ad ſummi Pontificis ſolicitudinem ſpectare, nequaquam ambigere licet, c. ſæpe. in fi. & ibi gloſ. 28. q. 1. Oldra. Abb. Anagni. & Alex. locis proximè allega. Quod nõ obſcurè Chriſtus Ioan. 10. ſignificauit, cùm alias oues ſe dixit habere, quæ non eſſent ex hoc ouili, hoc eſt Eccleſia, ſed eſſent quandoq; futurç, nam & illas, inquit, oportet me adducere, & vocem meam audient, & erit vnum ouile & vnus paſtor. Ioan. 10. & c. fin. de Baptiſ. & c. ſolitæ. de maio. & obedien. Secundum quæ vtraſque oues ad Chriſti vicarium, hoc eſt, ad ſummum Pontificem pertinere, authores ſunt Innocen. c. quod ſuper ijs. de voto. Oldradus. conſ. 264. Baldus. conſ. 428. lib. 5. Adde. Pariſ. conſ. 2. lib. 4. nu. 11. & Ioan. Baptiſ. de ſanc. Seue. l. 1. nu. 38. C. de ſum. trini. & Beroius. Rub. de conſti. num. 15. Non enim Pontifex Maximus eas ſuas oues eſſe, & ad ſuam pertinere ſollicitudinem inficiari debet, quas Chriſtus, cuius ipſe vicarius eſt, ſuas eſſe dixit, & à ſe adduci oportere, vt fiat vnum ouile & vnus paſtor. Nam cùm Chriſtus Petro, vt ſuas paſceret oues, iuſſit, non diſtinxit. & hoc ijdem Innocen. d. c. quod ſuper his. Oldra. d. conſ. 264. Bald. d. conſ. 428. & Beroius. d. Rubr. de conſti. nu. 15. rectè notant, nos itaq; diſtinguere non oportere, cõſequens eſt. l. 3. ff. de offi. præſi.

317 Deniq; † ſi, vt Iauolenus l. beneficium. de conſtit. lib. 1. Digeſt. ſcribit, beneficium Imperatoris, quod à diuina ſcilicet eius indulgentia proficiſcitur, quàm pleniſsimè interpretari debemus. Quid dicemus in verbis, quibus Eccleſiæ ſponſæ ſuæ adminiſtratio à Chriſto mandata eſt? paſcendas itaq; & has & illas oues eſſe Petro à Chriſto commiſſas, reſpondeamus oportet, & per hoc Pontifici Petri ſucceſſori, incumbereq; illi onus, eas adducẽdi, quod eſt in ſe Chriſtus profeſſus, vt fiat olim vnum ouile & vnus paſtor: paſcendas tamen varia paſtione, vtraſque quidem oues verbo Dei & Chriſti doctrina. Exemplo, vt Oldradus & Baldus aſunt, cõſ. 164. nu. 5. & humanitate, has, hoc eſt, Chriſtianos pro imperio, illas, quæ ex hoc ouili non ſunt, hoc eſt, Iudæos pro indulgentia. Nam Pontifex Chriſtianos, ſi quid in Chriſti religionem cõmiſerint, coërcere pœnis debet, & ad retinendam, quam ſemel profeſsi ſunt, fidem compellere, aliter atq; alterius illius ouilis oues, hoc eſt, Iudæos, quos nõ minis, territionibus, aut vlla vi ad Chriſti cultum adigere Pontifex debet, ſed hortationibus, atq; delenimentis blandeq; appellando eò, pecunia etiã & qualibet beneficentia inuitare. c. qui ſyncera. 45. diſtin. & c. debet homo. cum concor. in glo. ibi alle. 23. q. 5. Enimuerò, ſi quid ius diuinum, quod vetere inſtrumento legeq; Moſaica continetur, admiſiſſe Iudæi proponantur, in eos vindicare Pontifex poteſt. Et hoc inter omnes conſtat. Abb. poſt Innocen. c. quod ſuperijs. deuoto. Ana. c. poſt miſerabilem. col. 2. in prin. de vſur. Philip. Deci. poſt Ab. ibi c. nouit. nu. 2. de iudi. & ibidem. Alci. nu.

318 3. Adde c. ſæpe. in fi. & ibi glo. 24. q. 1. Adeò † autem negligi Iudæorum ſalus à pobis non debet, vt eos nõ minus, quàm ipſi nos diligere debeamus. c. charit. ver. nõ illi. & verſ. ſequenti. de pœn. diſtin. 2. & Oldra. d. conſ. 264. prope. princi. Quod naturæ congruit, quæ, vt Florentinus ait, l. vt vim. de iuſti. & iu. inter nos cognationem quandam cõſtituit. Quapropter † Iudæos egentes eleemoſyna ſubleuare iubemur, c. quieſcamus. diſtin. 42. & c. ſi cupis. 16. q. 1. & c. non ſatis. 86.

320 diſtin. Oldr. d. conſ. 264. & † eorum infantibus, Iudæa nutricè fortè non reperta, Chriſtiana non denegatur, c. ad hæc. & ibi Docto. de Iudeis. modò ne intra Iudeorũ parietes ea cura mandetur. Aſsiduam enim cum Iudæis moram mulierculæ Chriſtianæ ob ſexus fragilitatem & rerum inſcitiam periculoſam eſſe. c. ad hæc. & ibi Docto. de Iu-

321 dæis. Et † generaliter ſacris conſtitutionibus, d. c. & ſi Iudæos. continetur, ne Chriſtiani in Iudæorum ſint famulatu, non illa modò ratione, quòd æquum non ſit, Chriſtianos Iudæis, qui Chriſti morte ſeruituti ſubiecti ſunt, d. c. & ſi Iudæos. ſeruire, ſed quòd verendum ſit, ne à Chriſti reli-

gione eos alienent, & ad Iudaicam superstí-
322 tionem pertrahant. d. c. ad hæc. Adeò † autem à Iudæorum consuetudine abstinendum est, vt cibum cum eis capere, lauari, habitare, eisq; vti Medicis vetemur. c. nullus. & seq. 28. q. 1. Deci. c. nouit. numero 2. de iudi. Quod est prudenter & sanctè constitutum. Sed hoc neque Lituania seruat, neque Polonia, non sine magna Christianæ religionis indignitate atque ignominia.

323 Igitur † cùm inter commissas Christi oues Iudæi sint, Marquar. de Susan. trac. de Iudæ. lib. 2. cap. 2. num. 3. & propterea pascere eos verbo debeat Pontifex, & adducere ad sacrum ouile, vt vocē eius audiant, quod de se Christus dixit, Ioan. 10. vt sit vnum ouile & vnus pastor, eisdem, vt fœnerent, permittere non potest, non magis, quàm Christianis. Nam vtroq;, vt suprà constitit, pascere verbo debet: facere autem fœnerandi potestatem, perdere verbo est, non
324 verbo pascere. Adde, † inconstans esse, inde Iudæos impunitatem publica authoritate habere, vnde pœnas meritò expectare debuerant, quotiens enim in legem diuinā Iudæi committunt, animaduertendum à Pontifice in eos est: Abb. post Innocen. d. c. quod super ijs, cum concor. nemo verò ambigit, quin, qui fœnerant, in legem diui-
325 nam committant. c. super eo. de vsur. Nec † ad rem pertinet, quòd Iudæi se nobis tanquàm alienis inoffensa lege diuina fœnerare posse putant, nam id falsò putant. Archidia. c. ad mensam. 11. q. 3. Abb. c. nouit. nu. 3. de iudici. & Anchar. c. nulla. num. 10. de concess. præben. Quomodo enim alieni illis simus, qui eiusdem pastoris sumus oues, id est, Christi, licet non eiusdem ouilis. Inde inter proximos nobis Iudæi numerantur. Archidia. Abb. & Anchar. locis proxi-
326 mè citatis. Inspici † autem veritas cùm debeat, non quid ille vel ille per inscitiam opinetur. l. vulgaris. §. si quis æs. ff. de fur. & l. fin. ff. expila. hæredi. Igitur non id, quod Iudæi decepti putent, spectandum est, sed quod eos putare oportuit, ne, si aliquo cauillo res Christianorum diripere, à quo nō multum abest vsura, c. si quis vsuram. 14. q. 4. Abb. & alij. Rub. de vsur. sibi lege diuina licere probent, reperta illis sit latebra, qua se à rapinis & furtis defendant. Respon-
327 deri † & illud potest, quod est à nobis suprà scriptum. Hactenus Iudæos alienis fœnerare diuinæ legis permissu potuisse, quà suum consequerentur, vt in Chananæorum persona, quorum terra fortunæq; omnes, erant Dei edicto Iudæis addicta: non autem quà, quod alienum esset, sibi fœneratione addicerent: ab alijs autem quorum bona neque Iudæis addicta, neque debita essent, vsuras auferre nunquam olim fas fuit. Ana. c. 1. col. fi. vers. alij Theologi. de vsur. idem, c. conquestus, col. fin. in prin. vers. inter alia dicit. eo. Solum itaque fœnerandi genus, quò suum consequerentur, illis lege diuina permissum fuisse, non quò quid de alieno quærerent, secundum quæ Iudæi inoffensa lege diuina fœnerare Christianis nō possunt. Nam nec illis alieni sumus, Archidia. c. ad mensam. 11. q. 3. Abb. c. nouit de iudi. & Anchar. c. nulla. num. 10. decō. præ. & c. quod super ijs. de voto. & Marquar. Susan. tract. de Iudæ. c. 7. num. 4. nec bona nostra addicta illis diuina lege sunt aut debita, & hoc quidem si ad veterem legis diui-
328 næ sanctionem spectemus. Cæterùm, † si ad nouam, nulli fœnerare eos fas est, nō fœnerare modò, sed fœnus sperare. Nam ita mutuum dare Christus iussit, Luc. 6. E. vt nihil inde speraremus, nec vlla personarum distinctio adiecta est, vt est in veteri lege
329 diuina factum. Quin † autem lege Christi Iudæi teneantur, ambigi non debet, esse enim eius oues, vt suprà monstratum est, indeq; fieri, vt sua sint perfidia damnati, quia Christum non agnoscunt, nec eius audiunt
330 vocem. Inter † Christianos autem & Iudæos hoc interest, quod hi ad Christi cultum, quem non agnouerunt, compelli non possunt: c. sicut & ibi Docto. de Iudæ. & c. maiores. vers. item quæritur. & ibi Docto. de Baptismo. & c. quasi syncera. 45. distin. & Paris. cons. 2. & si esse Iudæum. nu. 17. & 19. & 34. lib. 4. illi, hoc est, Christiani possunt, & ita fieri, vt si Christum professus, quid in Christi religione errauerit, nec resipiscat in eum legibus vindicetur, extra. de hære. per
331 totum. non quoque in Iudæum. Qui † etsi, quà Iudæus est, delinquat, Glos. l. sed si res. ff. deleg. 1. & l. non erit. §. diuus. ff. de iu. iur. & l. 1. C. de sum. trini. & Parisi. cons. 2. & si esse Iudæum, libro 4. tolerari debet: d. c. qui syncera. Glos. Roma. & Alex. l. multum interest. ff. de verbor. oblig. Fel. c. multorum. num. 5. de Iudæ. recenti. post. Bar. l. apud Iulian. §. constat. de legat. 1. Paris. d. cons. 2. hoc ita, si in Christi legem committat, hoc est, in nouam legem diuinam. Nam si in veterem diuinam legem peccet, venia dignus nō est, Innocen. Abbas. & alij. c. quod super ijs, de voto. non aliter atq; Christianus, si in Christi legē suo innixus iudicio cōmittat. Nam si Iudæus de quoquam diuinæ legis capite malè sentiat, in eum tanquam hæreticum &

impie-

impietatis assertorem vindicandum est, Inno. d.c. quod super ijs. & ibi alij. vt in Christianum, si in Christi religione idem admi-
332 serit. Scribunt † d.c. quod super ijs. Henricus Cardinalis Hostiens. & Ioan. Andr. Gregorij Noni & Innocen. quarti iussu librum quendam, qui Iudæis dictus est Talmuth, fuisse publicè combustum, quòd non nullas contra diuinam legem veterem contineret hæreses, illis, qui ita docerent, aut
333 crederent, seuerè punitis. Refert † Marquardus Susannius Vtinensis iurisconsultus, scriptor diligens libro, quem de Iudæis scripsit, secundo, cap. 6. apud Venetos multos Iudæorum libros, qui certos diuinæ legis veteris continerent errores, esse publica authoritate combustos, graui de Iudæis, qui illos deprauassent, sumpto supplicio.
334 Igitur † dubitandū non esse, quin in Iudęos, si quid in diuinam legem malè sentiędo, deliquerint, sit vindicandū. Innoc. & alij. d.c.
335 quod super ijs. Nihil † igitur eos iuuat, quo magis fœnerando excusentur, quòd, cùm Christianis fœnerant, inoffensa lege diuina se id facere putant, in eos itaq; vindicādum est, tanquā in hæreticos, Innocen. & alij. d.c. quod super ijs. & quia fœnerant, est tanquā in delinquentes, hoc est, contra legem suam facientes, animaduertendum. Innoc. & alij. d.c. quod super ijs. Electio enim in fide hæreticum facit: c. hęresis. 24. q. 3. factum autē, quo quid in legem cōmittitur, pœnæ subdit, extra. & ff. & C. de pœn. per totum. distincta enim hæc esse. Nam vt aliud est credere, fœnerare licere, aliud fœnerare, ita diuersa contrahūtur crimina. Priore enim admisso hæresis cōtrahitur, posteriore ab eo, quod fit, fœneratio, vt, si quis mœchari non esse delictum credat, ea praua opinione hæresim cōmittit: suum verò corpus extra matrimoniū alij commiscens mœchiam contrahit, & generaliter quicumq;, quod sacris literis cōtinetur, aliter intelligit, quàm sancti Spiritus sensus flagitat, quo scriptū est, hæreticus est, d. c. hæresis. 24. q. 3. cùm aduersus quædā faciens, quæ sacris literis vetantur, ex facti genere nomen contrahat delicti, & mœchando mœchiæ, & fœnerando fœneratiōis reus fiat, cùm hoc & illud licere credens vno nomine hæreticus sit, vt si furari & occidere licere putet, hæreticus erit, d. c. hæresis. cùm vtrunq; faciens fur sit, ff. de fur. perto. & homicida. ff. & C. de furtis. vario nomine ex varijs malefactis cōtracto, cùm ex varijs malè creditis vnū hæresis nomen quæratur, etiamsi in mille sacrarum li-
336 terarum erret articulis. Illa † verò Alexandri argumentatio, cōs. 1. nu. 3. lib. 2. inter ea, quæ iure diuino atq; humano sine venia delinquuntur, distinguentis, negata in illis Pontifici, concessa in his indulgendi authoritate, & vera est, & manifestā habet rationē, mecumq; facit, qui nego, vsuras vtroq; iure diuino prohibitas posse Pontificis authoritate etiam in Iudæorū persona permitti, sed cùm subijcit, frustrà quæri, in legē diuinam peccent sine venia fœnerādo Iudæi, nec ne, falsum est. Cùm enim hoc, vt est à nobis suprà demonstratū, per veterem legē diuinam eis non liceat, vindicare in ipsos & potest, & debet Pontifex Innoc. & alij. d.c. quod super ijs. & ad vsurarum restitutionē cōpellere, c. post miserabilē. de vsur. Quod deinde ex Ancharano adijcit, d. cons. 1. nu. 2. superuacuæ rei operā eos dare, qui Iudæos à peccando reuocare nituntur, id illis dictū intelligi debet, qui Iudæos à superstitione sua reuocare volunt. c. qui syncera. 45. distin. Nam quin superuacuum non sit, illos ab ijs, quæ veteris legis diuinæ continent transgressionem, reuocare nemo dixerit. Innoc. & alij. d.c. quod super ijs. & Deci. c. nouit. nu. 2. de Iudæ. & ibi Alex. nu. 3. contrà existimantibus consequens esse, nec à furtis Iudæos, nec à latrocinijs cæterisqúe flagitijs, quæ vetus sanctio diuina coërcet, esse reuocandos, impuneq;, quicquid admiserint, laturos, quod deridiculum est putare. Superioribus † abundè confutatis operę
337 precium est, nunc de Clementis Quinti cōstitutione loqui, Clem. vnica. de vsur. nam Paulus Castrensis, cons. 397. nō videtur expediens. lib. 2. quia Venetorum conuentionē Iudæis apud suos publicè fœnerare permittentium, Magistratu fœnus persequentibus ius reddere iussō, cuius ipse defensionem suscepit, damnat, omne adhibuit studium, vt interpretatione aliqua subtili eam constitutionem deuitaret. Dixit itaq; Clementem illis obuiam ire voluisse, qui suis placitis iustas fieri vsuras posse putant, non ijs, qui cùm contrà sentiant, suis parcentes eligunt Iudæos, homines sua iam perfidia damnatos, qui sine scelere se nobis fœnerare posse arbitrantur. Enimuerò, si quoquo modo fieri iustas vsuras putarent, eas ipsi inter se, inquit, exercerent, non de eis exercendis cum Iudæis paciscerentur. Hanc Pauli Castrensis interpretationem secuti sunt errore non animaduerso Alexander Tartagninus cons. 1. nu. 8. lib. 2. & Andreas Barbatia, cons. 16. numero 6. lib. 4. quam & alij imprudentes horum authoritatem reueriti probant; at ego longè aliam Clemen-

tis

tis fuisse sententiam nihil ambigo. Eum enim illis obuiam ire voluisse, qui legibus municipalibus vsuras posse licitas fieri, suæ innixi prudentiæ putant, falsum est. Constitutio enim in eos apertè scripta est, qui contra diuina & humana iura vsurarũ prauitatem quodammodo approbantes, earum soluendarum necessitatem imponunt: eum autem populum, qui lata à se lege fieri licitas vsuras putat, & fœnerare lege lata permittit, non quodãmodo, sed reuera ac propriè prauitatem vsurariam approbare dicã. Nota est enim verbi quodammodo significatio, l. 4. §. Cato, & ibi Bartolus in sexta oppo. & Aret. ibidem. ff. de verb. oblig. Bart. Alex. & alĩ, l. quod sine. ff. solu. mat. & l. 1. ff. rer. amo. & Docto. l. prætor. ff. de eden. haud propriè, quod diceretur, demõstrantis. Hoc verò interest inter eos, qui permitti iure Municipali vsuras putant, legeq; lata fœnerare permittunt, & eos, qui contrà sentiunt, & conuentione sua ius dant exigendi, & soluendi imponunt necessitatem. Quòd illi bis peccant, primùm, cùm vsuras permitti posse putant, deinde, cùm eas lege lata permittunt. Hi semel, cùm earum exactionem concedunt, imposita soluendi necessitate. Priores itaque hæresis contrahere crimen, quia malè putant, constat: Clemen. vnica. §. fin. de vsur. vtroq; autem delinquere in Deum atq; homines, quia contra diuina & humana iura vsurarũ exactionem concedunt, & impediunt repetitionẽ. Hoc est, quod Clementis constitutio damnat. d. Clemen. vnica. in prin. & huic malo mederi studet: non eis autem obuiam it, cõtra quam Paulus Castrensis scripsit, qui vsuras humana lege licitas fieri posse opinantes, hoc errore decepti fœnerare sine personarum discrimine tam Christianis, quàm Iudæis permittunt. Quippe quos non quodammodo, vt est superius scriptum, sed reuera ac propriè vsurariam prauitatẽ approbare, dicere debemus. Malè itaque Reipub. Venetæ conuentionem à Paulo Castrensi d. cons. 397. defensam constat. Vide Felinũ. c. quia. in fin. de Iudæ. con. Paul. Castren. te-
338 nen. Qui † & in eo non leuiter errauit, quòd suprà scriptæ conuentionis vsum honestũ esse, non modò scandalo carere scripsit, & populo, non, vt videri poterat, grauem, sed suauem. Quomodo enim scandalo carere, & honestũ hoc amplius esse, illud dicemus, quod cum rerum natura pugnat, quæ pecuniam ex pecunia non producit, Ana. Rubr. de vsur. colum. 3. vers. quarta ratio. & vers. est & alia ratio, quodq; diuinis atque humanis legibus, bonis denique moribus aduersatur. d. Clemen. vnica. in prin. Deci. consi. 170. viso themate post prin. & Ioan. Baptis. Cacialupus. repeti. l. 1. charta. 10. C. de sum. trini. Si honestum est fœnerare, & rapere erit quoque honestum, fœnus enim rapinæ proximum est, 14. q. 4. si quis vsuram. erit & trucidare honestum. Nam qui fœnerat, trucidare hominem dicitur. 14. q. 4. c. quid dican. Quod postremò non grauem, sed suauem eius conuentionis vsum Paulus Castrensis scripsit. d. cons. 397. Non absurdum modò atq; deridiculum est, sed pugnat etiã cum sensu. Quomodo enim suauitatis quicquam habeat ea conuentio, quæ malum illud in ciuitatẽ inuehit, quo deminutis paulatim & accisis ciuium fortunis paupertas adsciscitur. Vix enim fieri posse, Ioanne Anagnino authore, d. Rubri. de vsur. colu. 2. vers. quinta ratio. vt, qui fœneratò accipit breui pauper non fiat. Non patitur denique ratio, vt idem debitori sit, & creditori suaue. 339 Vsuras † autem esse creditoribus suaues Domitius Vlpianus lib. XLV. Digestor. l. ait prætor. §. si quid in fraudem. vers. sanè, quæ in frau. credi. significauit, cùm ad creditores respiciens, dulcitudinem vsurarum dixit, quod & nullo magistro intelligi potest. Quomodo enim dulces vsuræ creditoribus non sint, quæ nullo periculo, nullis operis, solo temporis cursu, tam dormientibus, quàm vigilantibus quæruntur? quomodo rursus non amaræ debitoribus, quibus mutuo accepto singula tẽporis momenta onerosa sunt, & eorum sensim minuunt patrimonium, siue accepta pecunia sint vsi, siue non vsi. Hanc vsurarum dulcedinem perspexit Innocentius, Rubri. de vsur. & ibi Abb. num. 5. & Ana. col. 2. in fi. vers. quæro iuxta prædicta. 2. & Bero. num. 83. qui ideò earum quæstum prohibitũ scripsit, ne, si fœnerare per leges liceret, homines alijs artibus missis factis ad fœnerandi institutum se conferrent, destituereturq; agricultura, cæteræq; artes vitæ humanæ necessariæ, quæ labore & industria cõstant, eundem tamen successum non semper habent. Igitur debitoribus amaras vsuras es-
340 se consequens est. Adde † naturaliter *bona*, eodem Domitio Vlpiano authore, *l. bonorum appellatio. §. naturaliter. ff. de ver. signi.* quod beent, dicta esse, hoc est, quòd beatos faciant eos, quibus illa quæruntur. Ergò ex contrario, illa qui amittunt, quàid patiuntur, erunt proculdubio miseri: in miseria verò nulla esse suauitas aut dulcitudo
341 potest. Malum † vsurarum ex ipso rei vocabulo

cabulo licet deprehendere, vsura enim Hæbreis ipsorum lingua morsus est, & eum qui aufert, mordere, & cui aufertur, morderi dicitur. Idem eloquendi quoque ratio docet, nam vt pœna plecti quis, id est, puniri dicitur. l. mariti. §. plectitur. ff. de adulte. ita etiam vsuris plecti. Nam & hac loquendi forma vsus veteres Iurisconsultos lego. l. tutor. qui repertorium. §. si post depositionem. ff. de adminis. tuto. Nec † defendi suprà scripta conuentio consuetudinis diuturnitate, cuius ignoratur initium, potest. Nam, quod contrà ius diuinum mores introduxerunt, æquè, atque quod leges, nullas habere vires vnquam potuit. Nam cùm eadem sit scripti, quæ nõ scripti iuris authoritas, l. de quibus. cum concor. ff. de legib. vt est sæpe dictum, quod lege non licet, consuetudine licere non debet, legem autẽ Dei propter summam conditoris authoritatẽ nulla humana lege abrogari posse, abundè suprà docuimus. Bal. Authen. ad hæc. C. de vsur. Non † potest esse deniq; tam antiqua consuetudo, à Paulo Castrensi allegata, quæ diuinã legem anteceſſerit, nec si anteceſſiſiet, eò magis valere dicit potest: Lex enim & antecedentẽ & insequentẽ consuetudinẽ tollit. Bart. & Recen. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. cum concor. ibi alle. Cyn. & Bal. l. 2. C. quę sit lõga cõsue. Cano. omnes. c. 2. de cõsue. & c. statutũ. in prin. reprobata ibi gl. de rescrip. lib. 6. Iaſ. l. 1. nu. 38. vers. 2. stringit. C. de sum. tri. Nũc † causas, ex quibus vsuras meritò permitti Paulus Castrensis, consil. 397. & eum secuti Alexander Tartagninus cons. 1. nu. 8. lib. 2. & Andreas Barbatia cons. 16. num. 6. lib. 4. putauerunt, discutiamus. Et duæ illæ proponuntur publica vtilitas, & ciuium neceſsitas, quibus vrgentibus vsuras rectè permitti placuit. Sed falsum est in vsurarum permissu publicam versari vtilitatem, aut ciuium succuri neceſsitati, Nam cùm publicè interſit, ciues esse locupletes atque opulentos, §. penul. instit. de iis, qui sui vel alie. iu. sunt. & §. considerauimus. Authen. vt iudi. sine quoquo suffra. fiant. cola. 2. & l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procu. & Bart. l. 1. num. 25. & ibi alij. ff. solu. matri. vsuris verò, vt ait Constitutio. c. 1. in prin. de vsur. libro sexto. populi exhauriuntur facultates, vsurarum permissus erit conuenienter publicè damnosus, non vtilis. Sed nec succurri ciuium neceſsitati, dicere quis potest, quin augeri potius neceſsitatem. Quantò enim diutius fœneratoris pecunia vtimur, tantò maioribus rei familiaris anguſtijs distringimur, atque neceſsitate, eueniteq;, vt, qui paupertatem sustinere non potuimus, egestatem ac mendicitatem ferre cogamur.

Sed † neceſsitatis causam, quo magis vsuræ permittantur, malè prætexi, quisquam dixerit: viuere enim ciues commodè posse, etiamsi inter eos nemo fœneratio sit instituto, nihil vetat, multas enim gentes sine fœneratoribus degere, & ante inuẽtam pecuniam omnes homines in ea fuisse causa constat, vt olim Troianos, quos nondum ære percusso rerum permutationibus vsos accepimus. l. 1. ff. de contra. emp. & vendi.

Nec † mihi quis charitatem refrixisse alleget, quo magis iniquissimæ fœnerandi arti latebra quæratur. Nam & hodie esse, qui charitate mouentur, & olim fuisse ab omnibus charitatis officijs homines alienissimos, nullaq; fuit ætas, quæ probos non habuerit atque improbos, quosdam item miti atque humano, alios ferino atque immani ingenio præditos. Hæc dicta sunt ad eorum refellendam opinionem, qui ex re esse ciuium habere in ciuitate fœneratores putarorem existimauerunt. Sed † finge in vsurarum permissu publicam versari vtilitatem & neceſsitatem ciuium, an idoneæ causæ erunt, ex quibus vsuræ permittantur? sed hoc nequaquam opinandum est. Nam, vt qui ab hostibus captus est, redimatur, suæq; ciuitati reddatur, publicè expedit, l. fin. C. de post limi. reuer. & l. 1. ff. soluto matri. interest autem Barbaricæ feritati subiecti captiuitatis neceſsitate liberari, d. l. fin. & tamen redimendorum à captiuitate hominum causa, vt est à nobis suprà dictum, fœnerare vetat Constitutio. c. super eo. de vsur. In quo notandum est, præter publicam vtilitatem & neceſsitatem, versari quoque pietatis causam, quæ magnos semper meruit fauores, & neceſsitati comparatur. c. fin. ibi neceſsitas vel pietas. de feriis. Illud non omittam, maiorem esse neceſsitatem Barbarica feritate in seruitutem abductorum omnia, quam sustinere, qui in ciuitate degunt, coguntur. Hos enim, quæcunque patiantur, viuere illos pro nullis, l. quod attinet. ff. de diuer. reg. iur. antiq. & l. cùm hic status. §. si donator. ff. de dona. inter virum & vxor. esse, & mortuis annumerari. seruitus enim, vt Domitius Vlpianus l. seruitutem. ait, mortalitati comparatur. Igitur cùm redimendorum captiuorum gratia & seruili neceſsitati liberandorum fœnerare non licet, hoc priuilegium nulla ciuilis neceſsitas, multo, quàm illa, minor mereri debet. Hæc quidem,

quidem, si certa aliqua ratione prohibitas à Deo vsuras constaret, à nobis dicerentur, hoc est, si quam Deus prohibitionis suæ
348 causam expressisset. Cæterùm † cùm sola Dei voluntate, vt Baldum Authen. ad hæc. nu. 2. vers. item prohibe. C. de vsur. & Angelum l. si nauis. ff. de rei vendi. scribere Anagninus refert, Rub. de vsur. colu. 4. vers. & ideò. res tota contineatur, inquiri prohibitionis causam non oportet. Quod enim sola voluntate constitutum est, tam latè patet, quàm legis verba. Seruandum itaq; esse, quà verba faciunt, etiamsi occurrat ratio, quamobrem illud seruari videatur, non
349 oportere. Nec † si præduram Dei legem esse putemus, idcirco animi nostri motum secuti ei non obtemperabimus, satisq; esse nobis debebit, esse legem ita scriptam. l. prospexit. ff. qui & à quibus. Gomes. c. 1. nu. fin. de rescrip. ne quod in humanis legibus abundè est, in diuinis non sit satis. Sic enim diui Augusti legem omni ratione, vt videri potest, carentem Domitius Vlpianus de-
350 fendit. d. l. prospexit. Vetat † denique Neratius l. & ideò. ff. de legibus. eorum, quæ à maioribus sunt constituta, rationem inquiri: hoc quidem propterea, vt idem scribit, ne multa, quæ certa sunt, subuertantur. Fore enim, vt si quid ratione carere comperiatur, id statim, tanquam nulla ratione constitutum, iuris authoritatem amittat. Nihil autem vetare, ea, quæ sunt ab hominibus constituta, cur ita constituerentur, homines reperire. Non itaque temerè eorum, quæ à maioribus sunt constituta, rationem inquiri: hoc tamen Neratius vetat, ne, quæ certa
351 sunt, subuertantur. At, † quæ à Deo constituta sunt, eorum sine temeritate inquiri ratio, aut reperta affirmari, nisi à Deo sit expressa, non potest. Nam humani captus imbecillitas secretiora Dei iudicia coniectura assequi non potest. Sed assequi posse fingamus, inanis erit certè labor inquirentium, quod reperisse, frustra est. Nam & si parum plena esse diuinæ legis ratio reperiatur, aut nulla, eò propter summam conditoris authoritatem, Dei legem humana cõstitutiõe artare nõ licebit, aut tollere. Nam, vt sæpe dictum est, inferiorum authoritate imminui lex superioris non potest. c. cum inferior. de maio. & obe. cum. concor. &
352 Bal. Authen. ad hæc. C. de vsur. Illud † tamen sequi, vt Baldum d. Authen. ad hæc. nume. 2. vers. item prohibet. C. de vsur. & Angelum d. l. si nauis. ff. de rei vendi. Anagninus d. Rub. de vsur. colu. 4. vers. & ideò. scribere refert, satius est, vsurarum prohibitionem sola Dei voluntate contineri.
353 Cui † sententiæ consequens erit, vsuras humana lege nullo casu posse permitti, semper enim diuinam voluntatem, qua sola vsurarum prohibitio nititur, offensum iri. Concludendum itaque est in proxima quæstione, nõ modò nullum eorum, qui rerum potiuntur, etiam Cæsarem fœnerandi potestatem Iudæis facere posse, quod inter omnes conuenit, d. cons. 16. num. 6. sed ne ipsum quidem Pontificem Maximum, vt est à no-
354 bis proximè planum factum. Quo † enim ore eum, qui diuinum ius vsque ad animam & sanguinem defendere debet, c. sunt quidam. 25. q. 1. vsuras diuina sanctione prohibitas, permittere posse dicemus? confutatis, quæ maximè pro contraria sententia fa-
355 cere videbantur. Superioribus † conuenienter consuetudinem Polonicam, qua creditor rei pigneratæ fructus sorte non imminuta facit suos, tanquam iuri diuino repugnantem, nequaquam valere, cõcludendum est, etiam si publica regis senatus populiq; accedat authoritas, continet enim ille contractus manifestum vsuræ vitium, vt sacris constitutionibus est comprehensum. c. 1. & 2. c. conquestus. de vsur. & c. ad nostram. 1. de iureiuran. & c. cùm contrà. de
356 pig. Quapropter † adiri ea de re iudicem ecclesiasticum debere, Nicolaus Abbas lib. 3. Epistolar. Decretal. scribit, c. significante. num. 2. de pignorib. & nõ obscura quidem ratione probat. Creditor enim, inquit, qui pignoris fructus in sortem non imputat, fœnerator est, ad coërcitionem itaque iudi-
357 cis ecclesiastici pertinebit. Non † me fallit, quibusdam casibus fructus rei pigneratæ lucro esse creditori, quos petere ab authoribus lib. 5. Epistolar. Decretal. apud Alexandrũ tertium licet: Abb. & c. alij. c. conquestus. de vsur. & Socin. tracta. Falle. Fallen. 6. & Ias. §. fuerat. insti. de acti. Docto. l. si insulam. §. vsuras. ff. solu. matri. Romanus. cons. 573. Anchar. cons. 138. Bal. Nouel. tracta. de dote. 7. par. 2. priuilegio. Matth. de affec. Deci. 5. 284. & 291. eos enim persequi alió mihi properanti non est cõsilium, duobus exceptis, & illis quidem maximè nota dignis, quos omitti à me nõ oportuit, quia in ijs ab aliorum Doctorum opinione dissentio. Primus casus est, cùm creditor, vt pecuniam nanciscereturquam egenti mutuò daret, laborasse proponitur, sequens, cùm summa pecuniæ creditæ ita magna est, vt spes non sit, debitorem pignus aliquando luiturum. De primo nunc videndum, de
358 sequenti mox dicemus. Et † Henricus Cardinalis

dinalis Hostiensis, summa de vsur. §. an aliquo. Fallen. 13. qui eius esse sententiæ refertur author, vt creditor, qui in pecunia ita quærenda laborasset rei pigneratæ fructus, quasi operæ suæ & sollicitudinis precium salua sorte suos faciat hoc consequens esse Celestini tertij constitutioni scribit, c. ad nostram. de reb. eccle. alienan. vel non. quæ creditori villam voluntate & precibus Monachorum, quorum erat, sua pecunia liberatam in beneficiumq; acceptam, restituere iusso, vltra creditum suum fructus villæ multis annis perceptos, tãquam laboris mercedẽ saluos relinquit. Quam sententiam Ioannis Andreæ, d, c. conquestus. Nicolaus Abbas, d. c. conquestus. Ludouicus Pontanus, singulari. 542. regula est. & posterior ætas recepit, Socin. d. Fallen. 6. casu. 12. Nico. Boër. Deci. 44. quo ad secundum. nu. 24. Didac. Couar. lib. 1. variar. resolu. c. 3. num. 2. vers. erit igitur expeditum. ne ab ea Augustinus Beroius, c. 1. nu. 28. de vsur. doctor meus, discessit, sed ego, etsi à tantæ dignationis iurisconsultis dissentire nefas esse propemodum videatur, vt suus sit veritati semper locus, quod rectius putem, non reticebo. Et initio, quod huius quæstionis est caput, in tota illa Celestini constitutione, d. c. ad nostram. qua hæc sententia nititur, de labore in pecunia quærenda, quæ mutuò daretur, suscepto vllam esse literam nego. Incertum itaq; relinqui, vllus ea ex causa sumptus à creditore sit labor. Sed sumptum finge, non satis esse dicam. Nam Constitutio d. c. ad nostram. non dicit, cuius laboris merces esse debeant villæ fructus, illiúsne an eius potius, qui in villę culturam esset impensus. Quod si coniecturam in incerto sequi placet, magis est, vt de culturæ labore loqui constitutionem credamus, villa enim sine labore multis præsertim annis, quibus à creditore possessa scribitur, d. c. ad nostram. colinon potuit, atq; exerceri: pecunia verò, si in promptu fortè fuit, credi sine labore potuit, & in villæ liberationem numerari: in promptu autem fuisse, aut non ægrè repertam, Celestinus d. c. ad nostram. significare non obscurè videtur: sine mora enim desiderio Monachorum villam liberare volentium satisfactum esse à creditore ait Constitutio. d. c. ad nostrã. De labore ergò in villam impenso sensisse Celestinum, propius est existimare, & hoc Nicolaus Abbas d. c. ad nostrã. verius putauit, ita, vt si nihil impensum in villam à creditore proponatur, villam & fructus eum restituere debere, consequens esse scribat, quæ sententia non est sine ratione. Falsum ergò est, fructus villæ laboris in pecunia quærenda impensi mercedem esse, istud enim dicentibus consequens esse Celestini constitutione, d. Clemẽtina vnica. de vsur. grauem atq; intolerabilem vsurarum modum induci, quod nemo nõ videt, si creditori ob laborem, quem in pecunia quærenda puncto propè temporis sustinuit, quod in Celestini specie accidit, fructus rei pigneratæ sorte semper incolumi, quærantur, præsertim si ita vberes eos esse proponamus, vt quotannis sortem excedant. Nam hoc secundum suprà scriptam sententiam conuenienter Celestini constitutioni diceretur, quod nequaquam opinandum est. Adde, si debitoris laborem in pecunia adipiscenda mercedem mereri dicamus, fœneratorum auaritiæ latebram quæri, eiusmodi laboris allegatione, qui eo sunt institituto, authoritatem legum atq; magistratus semper elusuris, vix enim fieri, vt sine labore pecunia quæratur: nihil autem multum interesse, tunc creditor in quærenda pecunia laboret, cùm mutuò danda est, atq; egenti subueniendum, an antè, vt eam haberet, laborauerit, vtraq; enim opera æquè consultum esse debitori, & eius necessitati opem latã. Quod si recipimus omnis de vsurarum prohibitione sanctio diuinis atq; humanis legibus descendens hac subtili disputatione penè tolletur, solis ijs eo beneficio non vsuris, quibus pecunia successiõe aut fortuna qualibet sine opera sua obueniisset, quod perquam absurdum est dicere, Nec distinguo notabiles labores sustinuerit creditor, an non quod Pontanus singular. 542. regula est. significare videtur. Nam Constitutio d. c. ad nostram. simpliciter laboris facit mentionem, nec notabilem à non notabili, magnúmve à modico distinguit. & quod magis est, in quam rem labor sit impensus, in pecuniam quærendam, an in villæ culturam, vt suprà disserui, non dicit. Nec deniq;, vt suprà ostendi, an vllo labore pecuniam, quã crederet, quæsiuerit creditor, significauit constitutio, d. c. ad nostram. etsi mercedem labori confitendum sit deberi. c. charitatem. 12. q. 2. modum tamen ei rei adhiberi oportuit, & nõ sine temporis præfinitione fructus rei pigneratæ creditori relinqui, contrà, quàm Henricus Cardinalis Hostiensis, summa de vsur. §. an aliquo. Fallen. 13. & alij eum secuti tradiderunt, Abb. post Ioan. Andreæ. c. cõquestus. de vsur. & Pontanus sing. 542. regula est. in quibus Beroius d. c. 1. num. 28. de vsur. fructus rei pigneratæ non solius laboris in

quærenda pecunia susceptí, sed expensæ etiam ea ex causa factæ præmium esse scribit, qua de re verbum nullum facit constitutio. Beroio itaque non assentior. Hæc superiorem Henrici Cardinalis sententiam respicientibus dicta sint. at quia aliam fuisse Celestini d.c. ad nostram. mentem extrema suæ disputationis parte idem Henricus Cardinalis scribit, summa de vsur. §. an aliquo. Fallen. 13. quod & magis approbare videtur, quid deinde dicat, videamus. & quia non vidit, quomodo saluis in integrum restitutionis legibus l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. reddita villa retineri fructus à creditore potuerint, ait Pontificem voluntate Monachorum fecisse creditori fructuum gratiam, quos restituere eũ cum villa oportuit, d. §. restitutio. illamq; initam à Pontifice rationẽ ait esse, vt eo lucro contentus creditor, iure suo non discusso, possessione villæ decederet: & ita Monachi pristinum ius suum maturius recuperarent. Quam sententiam Ioannes Andreæ non improbat, d.c. ad nostram nec ego inuitus sequor, cùm restitutio Iulio Paulo authore, d.§. restitutio. ita facienda sit, vt vnusquisq; in integrum ius suum recipiat: dici autem non possit eum ius suum in integrum recipere, cui retentis fructibus fundus redderetur. Hoc priore casu explicito
359 ad sequentem transeo. Cùm † ita magnus pecuniæ numerus creditus est, vt spes non sit, debitorem pignus aliquanto luiturum, quod cùm accidit, quasi res pignerata debitoris potestatem ac dominium exierit, & pleno iure ad creditorem cœperit pertinere, placuit creditori fructus quæri, & hoc Iacobum Arenam & Rauennatem Cynum etiam scribere Alexander Tartagninus refert, l. 1. §. per seruum. corporaliter. vers. vnica. tamen. ff. de adquir. possess. quod Accursius l. legata §. fui. ff. de supel. lega. Bartolus d. §. fin. & rem legatam. ff. de ædimen. legat. & Ioan. Imol. d. §. per seruum corporaliter. probant, & hos secutus Bartholomæus Socinus, d. Fallen. 6. casu. 9. Adde Anton. Trigo. sing. 61. in fi. quam sententiã responso Scæuolæ confirmant legato prædiorum, quod cuiusquam esset, prædia pignori accepta contineri scribentis. l. qui habebat. in prin. ff. de lega. 3. Si in patrimoniũ creditoris essent fortè redacta, quod ferè fieri ait Scæuola, cùm cessat debitor, adfertur & Papiniani responsum ad eiusdem sententiæ confirmationem, supellectili legata argentum, quo creditor voluntate debitoris vteretur, contineri existimantis, l. legata. §. fin. ff. de supel. lega. Sed nec hoc Papiniani, nec illud Scæuolæ responsum ad superioris sententiæ confirmationem, vt mihi quidem videtur, quicquam facit. Non enim, cùm cessat debitor redigi in creditoris patrimonium pignus, ait Scæuola, sed ferè redigi, nisi hoc amplius impetrauerit à principe creditor, vt iure dominij pignus possideat: l. eleganter. in prin. ff. de pig. actio. & l. fi. C. de iure. d. inpet. glo. d. l. qui habebat, manente itaq; pignoris vinculo, quicquid inde fructuum perciperetur, sorti, acceptũ ferri debet. c. 1. & 2. c. conquestus. de vsur. & c. ad nostram. 1. de iureiuran. & c. cum cõtra. de pig. & l. 1. & 2. C. de pig. actio. & l. 2. C. de par. pig. Adde, Scæuolam cessationem debitoris desiderare, d. l. qui habebat. quò magis pignoris causa mutetur: superioris autem sententiæ authores, solùm id desiderare, vt ea summa credita sit, quam debitor exsoluere per inopiam fortè non possit, & ita pignus luere. Igitur, etsi non cesset debitor, conuenienter horum sententiæ, quod Scæuolæ responso non est consequens ipso temporis puncto pignoris causa mutabitur, eodemq; momento pignus & obligabitur & soluetur: nam iam tunc cùm traditur, magna scilicet summa in creditum data, verum esse incipere, debitorem pignus nunquam luiturum, sed hoc non est ciuile dicere, nec Scæuolæ sententiæ consequens. d. l. qui habebat. Illud non omittam, vt nulla sit etiam spes, debitorem pignus luiturũ, ea re, quod pignori datum est, in creditoris patrimonium redigi, dici non debere, cùm id pignori datum proponitur, ex quo fructus percipiuntur. Nam si debitor luere cesset, ipsum se pignus suo reditu luet, fructibus, qui inde perciperentur, in sortis exonerationem semper abituris. l. 1. & 2. C. de pig. actio. c. 1. & 2. & c. cõquestus. de vsu. Hæc ad Scæuolæ responsum: nunc ad Papiniani, d. l. legata. §. final. quod, vt mea refert opinio, præsenti quæstioni æquè nihil seruit. Nam quod voluntate Domini argento pignerato creditor vtatur, ea res causam pignoris haud quaquam mutat, quò magis argentum debitoris esse desinat, & creditoris fiat, hoc enim Papinianus d. §. final. non dicit, sed nec gratis vti argento creditori licebit, non magis, quàm serui pignerati operis, domúsve pensionibus, quibus sortem minui constat. l. 1. Cod. de pig. actio. Sed quanti vsus argenti pignerati locari potuit, tantum erit acceptum sorti ferendum, nec, quod voluntate Domini argento creditor vtatur, quemquam

quam moueat. Nam etsi æquè à volente debitore supra sortem creditor quid accipiat, haud quaquam eare fœnerator esse desinit, vt est à nobis abundè suprà demonstratum, nisi oblatum aliquid fortè nihil speranti proponatur. Abb. c. conquestus. num. 8. vers. 10. de vsur. per. c. dilectus. de Symonia. & c. sicut. 1. q. 2. & Ana. Rubr. eo. col. 1. vers. quæro. per c. vsura est. 14. q. 3. & c. de elogijs. 18. distin. Et ita sit à nobis superior sententia confutata, veriusq; erit proximis casibus fructus rei pigneratæ debito imputari, vt est generaliter constitutum. c. 1. & 2. conquestus. de vsur. & l. 1. & 2. C. de pig. a-
360 ctio. cum concor. Ne † verò nesciant creditores, qui rerum pigneratarum fructus minuant sortem, quando, & ad quem modum operæ precium sumus facturi, si hoc nostræ disputationi adijciamus. Et initiò sciendum est, omne fructuum genus, qui cœlo, aqua, terraq; nascuntur, siue humana quærantur opera, l. fructus. ff. de vsur. siue natura magis proueniant, d. l. fructus. siue iure denicp percipiantur, l. si nauis. ff. de rei vendica. l. prædior. ff. de vsur. l. mercedes. ff. de hære. peti. Bero. c. 1. num. 14. de vsur. cum sorte pensari, c. 1. & 2. & c. conquestus. de vsur. & c. ad nostram. l. de iureiuran. & c. cum contrà. de pig. & l. 1. & 2. C. de pig. actio. & l. 2. C. de partu pig. nec aliud dicere, conuenit, constitutiones enim d. c. 1. & 2. & d. c. conquestus. de vsur. cum concor. de hoc loquentes non distinguunt. Igitur si quis reditus in fundo pignerato sit, aucupij forsitan aut venationis, quidquid auiū aut ferarum ceperit creditor, id sorti referre debet acceptum. Aucupium enim & venatio in fructu sunt, l. item. §. aucupiorum. ff. de vsufru. hoc ita, si fructus fundi ex aucupio venationéve constet, venationē. ff. de vsur. & l. seruis vrbanis. §. venatores. ff. de lega. 3. & l. quæsitū. §. si in agro. ff. de instru. fructibus autem pignus exonerari, palàm est, d. c. 1. & 2. de vsur. cum cōcor. Idem erit in piscatione respōdendum, si quod fortè stagnum in fundo pignerato esse proponatur, non minus enim piscatio, quàm aucupiū & venatio, in fructu est, d. §. aucupiorū. Idem dicemus de Pauis, si apū aluearia in fūdo sint, à debitore fortè instituta: aut si qua eò se fortuitu apum examina cōtulissent. Nam quin is reditus in fructu sit, nō ambigitur. d. l. itē. §. & si apes. Si syuam cæduam aut arundinetum ceciderit creditor: aut ex nō cædua pedamenta & ramos in vineam suam sumpserit, & hoc debito imputabitur, esse enim, vt & superiora, in fructu, d. l. itē. §. fin. cū. l. seq. Adeò autē hęc vera sunt, vt arboribus euulsis aut ventorū vi deiectis vti creditor, nisi exonerato pignore, non possit: esse quippe, vt cætera, quæ enumerauí, l. arborib. ff. de vsufru. in fructu, & æstimationem capere, non ambigí autē, quin, quicquid sorti accederet, quod æstimari pecunia possit, etiamsi minimi pretij habeatur, vsura sit, 14. q. 3. per totū. Bar. l. rogasti. §. si tibi. ibi partes. ff. si cer. pet. Ana. c. nauiganti. colu. 7. ibi quarto principaliter quæritur. de vsur. Bero. nu. 33. & seq. Rub. eo. Adde Ab. Rub. de vsur. nu. 4. & Ana. c. 1. col. 2. vers. quicquid enim eo. vt in cęteris, quæ maius præ se ferunt emolumentum, quicquid perciperetur à creditore ad sortis exonerationē pertinere, nō sit dubitandum. d. c. 1. & 2. & d. c. conquestus. de vsur. cum concor. Ergò si auri, argenti, sulphuris, æris, ferri, cæterorúmve fodinæ fuerint in fundo pignerato: aut etiā lapidicinæ, quicqd inde creditor effoderit, excíderit, acceptū sorti referendū est. Nam & hæc omnia in fructu habentur. l. si cuius. §. inde.
361 ff. de vsufruc. Idē † dicemus ædibus pignori datis, non enim modò pensiones, quas pro fructibus accipí ait lex, l. prædiorum. ff. de vsur. id est, quāti locarí ædes nudæ possunt, pignus exonerabunt, l. 1. C. de pig. actio. sed erit etiā instrumenti habenda ratio, hoc est, quanto pluris ædes instructæ non instructis locentur, & quidem pro instrumenti modo & qualitate, æquè cella vinaria fortè pignerata, serijs, cuppis, amphoris, cęteroq; instrumento non impune creditor vtetur, sed similiter quanto pluris cella, quæ instructa est, quàm, quæ instrumento caret,
362 locetur, erit habenda ratio. Quod † in instrumento diximus, non erit idem in ornamento respondendum, & meritò. Quod enim ornat, ad voluptatem refertur, non ad vtilitatem, l. quæsitum. §. si domus. ff. de instruc. vel instru. lega. ideoq; æstimatioem non admittit, quod cùm accidit, nullum esse vsuræ vitium, suprà constitit, 14. q. 3. per totum. cum concor. Impune itaq; creditorem specularibus & velis, his ad æstatis, illis ad Brumæ iniuriam arcendam vsurum, voluptati enim ea deseruire. d. §. si domus. Serui
363 † quoque pignori dati operis sui sortem minuunt. l. fin. C. de par. pig. & l. 1. C. de pig. actio. Vnde intelligimus, infantem pignori datum ægrotū, defectæue ætatis hominem ad pignoris exonerationem, nihil pertinere, eorum quippe nullas operas esse. l. arbo-
364 rib. §. de illo. ff. de vsufru. Quod † in seruis est dictum, æquè in iumentis erit respondendum, nam & eorum vecturas sorti im-

putari, consequens est, l. mercedes. ff. de hæred. petit. quod est in cæteris omnibus, quorum vsus æstimari pecunia potest, generaliter respondendum. 14. q. 3. per totum.

365 Cæterùm, † quarum rerum vsus æstimationem non capit, his abstinere creditor vsurę metu non est iubendus, Bar. d. §. si tibi. cum concor. nec vereri debet, ne quid sorti ea re

366 decedat, vt proximè in specularibus & velis diximus. Secundum † quod si statua aut imago pignori data proponatur, ea creditor, secretiore cubiculo fortè posita ad oculorum voluptatem non erit vti prohibendus, modò sine intertritura vtatur. l. credi-

367 tor. 1. & 2. C. de pig. actio. Idem † putauerim in nomismatis, quæ gemmarum vsum præstant. l. nomismatū. ff. de vsufruc. Nam etsi vt & statuæ & imaginis, ita horum vtilitas nonnulla est, frustrà alioquin vsumfructum in illis legari, contra l. nomismatum. & l. statuæ. ff. de vsufruc. quia tamen æstimationem pecuniariam eorum vsus nō admittit, eo creditor abstinere non est iubendus, nec eo nomine quicquam sorti imputare compelletur, modò, vt est dictum, ijs sine intertritura vtatur. d. l. creditor. 1. & 2.

368 Quod † est superius à nobis dictum, fructus rei pigneratæ à creditore perceptos cum sorte pensari, ita acceptum est, si percepti à creditore consumantur, Glos. l. diuortio. §. ob donationes. verb. compensationes. & ibi Docto. ff. solu. matri. Bald. post Francisc. Accur. & Cyn. l. 1. & fin. C. de pig. actio. Abb. c. 1. num. 3. de vsur. & ibi Ana. & Bero. num. 24. hoc est, siue in suos ipse vsus vertat, siue distrahat, & in nummum redigat, quæ sententia rectè se habet, & manifestam continet rationem. Nam non reperiri quomodo ante cōsumptionem pensari cum

369 sorte fructus possint. Etenim, † cùm penderent, rei pigneratæ, vt puta fundi fuisse partem, constat. l. fructus pendentes. ff. de rei

370 vindi. & † idcirco inter immobilia numerari. Glos. c. 1. §. sciendum. verb. cohærentib. tit. de feu. cogni. & ibi Marti. Abb. & Car. Alex. & Zasi. Epi. feu. parte. 4. col. 1. adde Bart. Bald. Angel. Rapha. Imol. Pau. Castr. l. si similiusfa. §. cùm fundum. ff. de verb. oblig. quæ latissimè allegat. Tiraq. de retrac. §. 1. glo. 7. num. 36. cum multis seqq.

371 Perceptos † autem pignori, vt corpus, vnde essent nati, esse cœpisse, l. quamuis. C. in quib. causis pig. vel Hip. taci. contraha. & l. Paulus. §. 1. ff. de pigno. & l. in prædijs. ff. in quib. cau. pig. vel Hip. taci. contra. & Bero. c. 1. nu. 37. & 45. & 49. de vsur. & ita debito-

372 ris adhuc manere. Ne, † si creditoris factos dicamus, cui & pignori sunt, d. l. quamuis. cum concor. suæ rei pignus consistere, consequens sit, quod est absurdum. l. nec

373 pignus. ff. de diuer. regu. iur. antiq. Adde, † placuisse, fructus cum pignore, sorte recepta, in restitutionem venire. c. ad nostram. 1. de iureiurando. & l. si pignore. in prin. ff. de pig. actio. & l. 1. & 2. & fin. C. eodem. Bero. d. c. 1. nu. 9. Adde c. cum contra. de pi-

374 gnor. Cur † autem consumptio desideretur, quò magis fructus cum sorte pēsentur, &, quod deberetur, minuant, illa redditur ratio, quòd speciei cum quātitate compensatio non sit, l. si conuenerit. in prin. ff. de pig. actio. & c. ad nostram. 1. & ibi Innocen. de iureiur. Glo. Bar. & alij. l. diuortio. §. ob donationes. ff. solu. matri. Abb. c. 1. nu. 3. & ibi Ana. col. 2. & Bero. nu. 43. de vsur. nec recipere functionem inter se possint, quod post Franciscum Accursium Cynus & Baldus exigunt, l. 1. & fin. C. de pig. actio. vt re à creditore percepta pignus soluatur.

375 Secundum † quod percepto ex re pignerata à creditore, tritico, vino, oleóve, si pecunia debeatur, nulla erit compensatio. Quia hæc functionem cum sorte non recipiunt.

376 Aliter † atque si domus aut nauis esse pignori data proponatur, tunc enim fructus inde percepti, id est, pensiones & vecturæ nulla expactata cōsumptione cum eo, quod deberetur, pensari. l. 1. C. de pignor. actio. Deberi enim pecuniam & pro pensionibus

377 & vecturis pecuniam pendi. Idem † fore, si oleum quis debeat, & oliuetum pignori datum sit, aut vinea ab eo, qui vinum debuit. Percepto enim oleo æquè bono, aut vino ad concurrentem sorti modum compensationem fieri, & continuò pignus libe-

378 rari, consequens est. Tantundem † respondendum erit agro pignori dato, vnde triticum perciperetur, percepto enim tritico consumptione non expectata pro modo eius, quod perciperetur, compensationem fieri, æquè dicendum est, verum est enim sortem de fructibus esse perceptam, quod, vt pignus perimatur, desiderant constitutiones. c. 1. & 2. & c. conquestus, de vsuris,

379 cum concor. Vt † non fuerit, quamobrem Beroius præceptor, d. c. 1. numero quadagesimonono. de vsuris, vera hæc esse dubitauerit. Nam si decem tritici, vini, oleive, culleos ex oliueto pignerato, ex vineáve, aut agro creditor, cui tantundem tritici, vini, oleive debebatur, percepe-rit, nihil proponi, cur pignus liberatum non dicamus, eo enim tritici, vini, oleive modo ex soluto, pignus proculdubio

perime-

380 perimeretur. Hoc † autem ita, ob legẽ mutui, l. cùm quid. ſi cer. petat. ſi æquè bonum, quod percepit creditor, atque quod
381 deberetur, eſſe proponatur. Quod † dictum eſt, fructus à creditore perceptos atq; conſumptos cum ſorte penſari, & exonerare pignus: ita exaudiendum eſt, vt impenſarum ratio ante omnia habeatur, quas creditor fructuum, tam quærẽdorum, quàm cogendorum conſeruandorumq; gratia feciſſet, fructus enim, niſi impendijs omnibus deductis, non intelligi. l. ſi à domino. §. fi. ff. de hęr. peti. & l. 1. C. de fructi. & lit. expen. Gloſ. Bart. & Angel. l. in fundo. ff. de rei vendi. Bart. & Alex. l. fructus. per ill. tex. ff. ſolu. matri. Bal. & Sal. l. ſi quis ſciens. C. de rei vendi. Fel. c. ad noſtram. 1. de iure iuran. Paulus Caſtren. Alex. & laſon. & alij. l. diuortio. §. impendia. ff. ſolu. matr. Romanus. ſing. 336. Bero. c. 1. nu. 96. de vſur. Tiraq. latiſsimè de vtroq; retra. gloſ. 1. §. 15. nu. 1. &
382 2. cum ſeqq. quem omnino vide. Quod † beneficium, quia naturalis ratio illud tribui expoſtulat, vetus iuriſprudentia prædoni denegare erubuit, & rectè. Nam, vt eleganter Iulianus ſcribit, l. fundus. qui dotis. ff. famil. hær. adde. concor. in gloſ. ibi verbo. hoc genus allega. nullus caſus interuenire poteſt, qui hoc genus deductionis
383 impediat. Impenſas † autem quas admittimus: & eas ſolas, quæ neceſſariò ſunt factę, deducendas quiſquã putauerit. Sed verius eſt, & vtilium fieri deductionẽ. Et hoc poſt Accurſium l. creditor. 2. verb. neceſſarios. C. de pig. actio. & l. ſi ſeruos. verb. neceſſarijs. ff. de pig. actio. Cyno d. l. creditor. 2. ſcio
384 placuiſſe. Impenſæ † neceſſariæ Domitio Vlpiano authore l. 1. §. 1. ff. de impen. in res dot. fac. hæ dicuntur, quæ habent in ſe neceſsitatem impendendi, hoc eſt, quæ ſi factę non ſint, vt Iulius Paulus per inficiationem definit, l. impenſæ. ff. de verb. ſigni. res aut peritura, aut deterior futura ſit, aut vt, & Domitius Vlpianus ait, l. impenſæ. ff. de impen. in res dota. fac. imminuetur, vt puta ſi ædificium ruens, quod habere debitori vtile fuit, refecerit creditor, oliuetáve reiecta reſtauraverit, vites propagauerit, arbores curauerit, ſeminaria pro agri vtilitate fecerit, aggeres erexerit, flumina auerterit, ædificia vetera fulſerit, refecerit, arbores in locum mortuarum repoſuerit, neceſſariò impendiſſe dicendus erit. l. 1. §. fi. & l. vel ſi vites. & d. l. veluti. & l. omnino. & l. impenſę. ff. de impẽ. in res dota. fac. Neceſſarijs quoque impenſis adnumerari placuit, quod in ſeruorum valetudinem inſumptum eſt. l. 2. ff. de impẽ. in res dota. fac. & l. ſi neceſſarias.
385 ff. de pigno. actio. Vtiles † autem impenſas Domitius Vlpianus eas definit, l. quod dicitur. 1. & fin. ff. de impen. in res dota. fac. quæ vtiliter factæ ſunt, quibus q; res melior eſt reddita. Fulcinius ita rem meliorem vtilibus fieri deſideratur, l. impenſæ. ff. de ver. ſignif. vt non deteriorem eſſe, quod impenſæ neceſſariæ præſtant, non ſinant, id enim vtilium impenſarum nõ eſſe, ne deterior res fiat, non ſinere, ſed vt meliorem reddant, hoc eſt, quibus factis vberior, quàm antè, fructus adquiratur. Quod euenit quotiens vltrà, quàm neceſſum eſt, augendi reditus gratia quid impẽditur, vt in arbuſti paſtinatione, fundive cultura, quæ ſuprà, quàm neceſsitas poſtulat, utiliter adhiberetur. d. l. impenſæ. de verb. ſig. Eodẽ numero ſunt, quæ in puerilis ætatis doctrinam impendũtur, aut etiam adultioris, ſi artes neceſſarias doceantur d. l. impenſæ. iuncta. d. l. ſi ſeruos. & l. veluti. ff. de impen. in res dota. fac. inter impenſas vtiles eſſe Titus Gaius & Iulius Paulus aiunt Nouelletum in fundo facere. l. vtiles. ff. de hær. peti. & d. l. veluti. Iulius Paulus hoc amplius tabernã extruere. d. l. veluti. Addit his Domitius Vlpianus pecora prædijs imponere, id eſt, ſtercorare. d. l. impenſæ. ff. de impen. in res do-
386 ta. fac. Admonendi † ſumus, eſſe quaſdam impenſas, quæ modò neceſſariæ, modò vtiles ſint. Quædam enim pro fundi conditione vtiliter quandoq; fiunt, quæ alioquin impendendi habent neceſsitatem, vt piſtrinum extruere, aut horreum, quibus pauperior villa carere poteſt, non quoque latifundia. Quæ cùm neceſſariò extruuntur, in neceſſarijs impenſis haberi, ait lex l. 1. §. fin. ff. de expen. in res dota. fac. hoc eſt, cùm fundus, niſi id ædificij in eo ponatur, deterior ſit futurus. Cæterùm ſi vtilitatem ea res contineat, vtilibus impenſis adnumerabimus. d. l. impenſæ. de verborum ſignifi.
387 Quanquam † neceſſariò factæ, an vtiliter impenſæ ſint, non parui refert, neceſſariarum enim impenſarum fieri ſemper reputationem conſtat. l. ſi neceſſarias. ff. de pig. actio. Vtilium ita demum ſi debitoris voluntate factæ proponantur. Voluntate debitoris factum accipere debemus, non id modò, quod ipſe nominatim iuſſit, ſed & quod ab ipſo fieri cœptum eſſet, d. l. ſi ſeruos, quódve erat ipſe alioqui facturus. l. in
388 fundo. ff. de rei vendi. Nam † etſi onerandus debitor non eſt ſumptu, qui in ſeruos artificijs inſtruendos fieret, d. l. ſi ſeruos. ſi tamen apud debitorem opificio aliquo ſer-

uos imbuí cœptos excoluerit creditor, ꝗd in id erogatum eſt, contraria pigneratitia actione conſequetur, pignoriue incumbet, quoad eo nomine ſibi ſatisfiat, d. l. ſi ſeruos. æquè atque in impenſis neceſſariò factis, d.
389 l. ſi neceſſarias. Idem † erit reſpondendum, & cùm nulla debitoris voluntate intellecta ſeruos pigneratos artificijs neceſſarijs inſtruxerit creditor, d. l. ſi ſeruos. & hoc ita, ſi ſumptuum ratio modum nõ excedat, durum enim eſſe, debitorem adeò onerare, vt ſi ſumptus refundere creditori velit, carere eum ſeruis oporteat. d. l. ſi ſeruos. Nam, vt rem pigneratam negligere ob dolum & culpam, quam præſtat, d. l. ſi ſeruos. & l. creditor. 2. de pig. actio. & l. contractus. ff. de diuer. reg. iur. non debet creditor, ita nec tam precioſam reddere, vt debitori pignus luere volenti laribus & ſepulchris auitis carendum ſit, d. l. ſi ſeruos. & l. in fundo. ff. de rei vendi. nouúmve æs alienum contrahendũ, rémve, quam receptam vult, aut diſtrahere, aut penuria cogente, apud creditorem derelinquere, habeat neceſſe, d. l. ſi ſeruos, vt cùm multorum iugerum ſaltum, quem per inopiam reiq́ familiaris anguſtias non colere modò debitor non poteſt, ſed ægrè luere. Nam, ſi creditor eum ſaltum magnis impenſis excoluiſſet, deductionem eius, quod impendiſſet, petens audiendus non eſt, niſi modus ei rei adhibeatur, idq́ue totum ius dicentis arbitrio placuit contineri, mediè hæc diſpecturi, nihilq́ue delicato debitori, omne fortè ſumptuum onus deprecanti indulturi, ſed nec oneroſum creditorem, nihil de impenſis remittentem laturi, ita eleganter rem omnem Domitius Vlpianus temperat. d. l. ſi
390 ſeruos. Quo † loco ſcire oportet, non quantum inſumptum à creditore in rem pigneratam eſt, deduci debere, ſed quanto res eſt facta precioſior, d. l. in fundo. niſi cùm ſuprà ſumptus modum rei precium acceſsit: tunc enim id ſolum, quod impenſum eſt, in reputationem venire, conſe-
391 quens eſt. d. l. in fundo. Planè † re pignerata impenſis vtilibus ita precioſa facta, vt graue ſit ſumptum reddere pignus luere volenti debitori, vetari creditor non debet, ea tollere, quibus ſublatis priſtina rei facies manet, nullaq́ parte pignus redditur deterius. d. l. in fundo. Hæc in impenſis vtilibus, ſuperiora in neceſſarijs
392 ſunt accipienda. Nam † in voluptarijs, quod eſt tertium impenſarum genus, l. 1. ff. de impen. in res dota. fac. aliud erit dicendum, quippe quibus neque res, in quam factæ ſunt, priſtino in ſtatu earum interuentu ſeruata eſt neque melior reddita, debitorem ergò non onerabunt, hoc ita ſi ſeparationem admittunt, paratusq́ debitor ſit, creditorem, quæ voluptatis cauſa impendiſſet, re incolumi tollentem pati, l. pro voluptarijs. ff. de impen. in res dota. fac. quod etiam in perſona prædonis obtinuit. Nam & ei poteſtatem fieri tollendorum, quæ ſine rei detrimento tolli poſſunt, conſtitutum eſt, l. vtiles. in fin. ff. le. de hæred. peti. Enimuerò, quæ ſeparari non poſſunt, ſiue ea prædo, ſiue alius poſuit, relin-
393 qui oportet. d. l. pro voluptarijs. In † voluptarijs impenſis ſpectandum non erit, quantum creditor inſumpſit, ſed quanto locupletior futurus eſt eo, quod ornatus gratia adiecit, ſublato: d. l. in fundo. §. conſtituimus. & d. l. pro voluptarijs. cæterùm ea tollere volens creditor, quæ detracta nihil ei commodi ſunt allatura, ſed ob futura debitori ferendus non erit, d. §. conſtituimus. vt ſi fortè tectorium, quod induxiſſet, debitori inuidens detractum, picturáſ-
394 ve corraſas velit, niſi † in rebus promercalibus factæ proponantur, aliúdve, quo ſpecies ornetur, adiectum dicatur, eſſe enim vtilium loco incipere, quæ in talibus rebus impenſa ſunt. Quod Iulius Paulus libro vigeſimoquinto Digeſtor. d. l. quod ſi hæred. non ineleganter reſpondit: illa, ſicuti puto, ratione quòd, quæ ſpeciem ornant, rebus promercalibus precium ad-
395 dunt. Voluptarias † impenſas Iulius Paulus ait eſſe viridia, d. l. impenſæ. de verborum ſignificat. aut, vt Vlpianus appellat, l. ſi cuius. §. fructuarius. ff. de vſufruc. viridiaria, ſic enim apud vtrumque habet Tuſcus codex. aquas ſalientes, in cruſtationes, loricationes, picturas. Domitius Vlpianus d. §. fructuarius. eodem numero habet geſtationes, & deambulationes arboribus infructuoſis opacas atque amœnas. Idem Balinea extruere in voluptuo-
396 ſis impenſis eſſe vult. Quod † Polonia & Lituania non facilè receperit, ob multum apud vtramque gentem domi lauandi vſum, etſi eorum, qui publicè lauari ſine dedecore poſſunt, alia eſt ratio, ſolis ijs, qui ſalua exiſtimatione ſua publicis balneis non vtuntur, ſumptus ita facti calculum fruſtrà deprecaturis. Argum. l. quid tamen. alias. ſi cùm dies. §. ſed ſi in ali-
397 quem. ff. de recep. Idem † Vlpianus Neratium ſcribere refert, l. vſufructu. §. final. ff. de vſufruct. pauimenta in vo-
398 luptarijs impenſis eſſe. Ego, † ſi quod

operis

operis topiarij factum sit, in voluptuosis impensis esse, æquè dicam, id enim totum, præter ornatum nihil pensi habet, vt in seruo eius artis gnaro responsum est, l. cùm quæretur. §. fina. ff. de lega. 3. cuius operæ speciem duntaxat ornare dicuntur: non autem culturæ prædiorum vllam adferre vtilitatem. Errat † enim Accursius, Glos. d. §. fin. aut quisquis alius fuit, qui topiarij seruí operas esse putauit, agrum conserere, spinis purgare, sepibus & fossis cingere, cùm ars topiaria ornet duntaxat, d. §. fin. operæ verò in agro conserendo, purgando, sepe & fossa muniendo insumptæ, hæ ad fures arcendos, illæ ad fructum percipiendum, non mediocrem patrifamiliâs adferant vtilitatem. Sed, † an pignoris fructibus vti possit creditor eósve distrahere sit compellendus, dispiciamus. Et hoc dicere Petro Ancharano præceptore authore Anagninus c. colu. 1. vers. nota. quod creditor. de vsur. consequens esse ait Constitutionibus, c. 1. & 2. & c. conquestus. de vsur. & c. ad nostram. 1. de iureiur. & c. cũ contrà. de pig. & l. 2. C. de par. pigno. quibus creditor, cùm fructus sortem exæquant, pignus debitori restituere iubetur, & hoc non in omnibus quidem fructibus dicendum scribit Anagninus, sed in ijs solis, qui seruando seruari non possunt. Nam, qui seruari possunt, eos nihil vetat à creditore pignoris loco retineri, donec suum recipiat. Argumẽ. l. is cui. §. quæri potest. versicul. quin imò. ff. vt in posses. legat. Hæc † post Ancharanum præceptorem Anagninus: at ego contrà existimo. Nam initio falsum est, cùm fructus percepti exæquant sortem, creditorem pignus debitori restituere oportêre. Nec hoc vlla constitutio c. 1. & 2. de vsur. & d. c. ad nostram. 1. dicit, sed illud, cùm sors ex fructibus percepta est: pignus esse tunc necessariò restituendum, d. c. 1. & 2. de vsur. & d. c. ad nostram. 1. percipi autem ex fructibus sortem, nemo dixerit, cùm id fructuum perceptum est, quod æstimatione sortem exæquat. Nam nisi fructibus cum sorte pensatis liberari pignus non potest. Pensari † verò, quæ diuersi generis sunt, hoc est speciem cum pecunia negat lex. l. si conuenerit. 2. & ibi Bartol. ff. de pig. actio. Manere † itaq; fructus debitoris, licet in pignoris nexu, l. 3. C. in quibus. cau. pig. ta. contra. idq;, quoad creditor eos consumat, hoc est in suos vsus vertat, vel distrahat, aut mistura alióve quoquo modo suos faciat. Baldus. l. fin. C. de pignor. actio. Nec † verum est, quo deinde adijcit Anagninus, cùm ait, fructum, qui seruando seruari non possunt, distrahendorum imponi creditori necessitatem, ea ratione, quod illos, nisi suo recepto, restituere debitori non cogitur. Nam † nec pignus quod ex conuentione creditori vendere licuit, vendere, creditor debitore etiam affectante, habet necesse, inhumanum enim hoc esse ait lex. d. l. quamuis. ff. de pig. actio. Quæ satis creditorem facturum existimauit, si, emptore à debitore reperto, idoneaq; cautela pro indemnitate accepta, pignus venire patiatur, vt inde sibi satisfiat. d. l. quamuis. Quod † si in fructibus rei pigneratæ fieri sustineat creditor, satis fore putauerim, ne eos vendere inuitus cogatur, quod esse inhumanum ait lex. d. l. quamuis. Admonito † itaq; debitore, vt emptorẽ quærat, nisi eum fructus tollere ac vendere, accepta cautela, malit creditor, non erit, cur fructuum interitum formidet, quos, cùm creditori imputari nihil potest, l. si seruos. ff. de pignore. actio. & l. contractus. ff. de diuers. reg. iur. debitoris periculo, in cuius & bonis sunt, l. pignus. C. de pig. actio. peri-
re, satius est dicere. Nam † hoc in pignore, vnde nati sunt, fructus, cuiusq; causam sequuntur, l. 3. C. in quib. caus. pig. vel hypta. con. esset respondendum. d. l. pignus. Sed † nec erit consumere eos cogendos, ne emere quis inuitus compellatur. Cõsumptio enim speciem quandam emptionis cõtinet, eo quippe quo, quod ex pignore editũ est, consumitur, à creditore quanti illud est, tantum suo debere debitori incipit creditor, Glossa. l. diuortio. §. ob donationes. verbo. compensationes. & ibi Docto. & Pau. Cast. nu. 6. ff. solu. matri. Bero. c. 1. nu. 52. de vsur. & conuenienter de sorte decedit. Nemo † autem emere cogendus est. l. inuitum. C. de contrahen. empt. Adde † vt fructus rei pigneratæ in suos vsus vertere aut distrahere creditor possit, eius esse causa constitutum, quo maturius ad suum perueniat, igitur posse suo beneficio renuntiare. l. quamuis. ff. de pig. acti. Idem † ergò erit dicendum in fructibus, qui seruando seruari non possunt, quod in illis, qui possunt, vt nec vendere creditor eos inuitus, nec consumere cogatur, sed hos debitori seruet, illos à debitore, si ita federit, ne medio tempore depereant, diuendi accepta cautela patiatur. Quanquam & illos, qui seruari possunt, in crediti deminutionem vendere creditor, aut in suos vsus vertere, si ex sua esse re putauerit, potest, constitutio c. 1. & 2. de vsur. & c. ad nostram. 1. de iure. iur. enim non distinguit. Sed † quomodo fructus ex re

pignerata natos creditori vendere in vſuſve ſuos vertere permittimus? quos in eadem esse causa constat, in qua corpus, vnde nati sunt, esset, l. quamuis. C. in quibus cau. pig. vel. hyp. ta. contra. cum corcor. in gl. ibi alle. hoc est pignori esse. Pignore autem vti creditor sine furti vitio non possit? l. si pignore. in prin. ff. de fur. &. §. furtū. 2. inſtit. de obligq. quæ ex delic. nascun. sed hoc nequaq; dicendum est, nisi cùm rei pigneratæ vſum in lucrum ſuum quis conuerteret, d. l. ſi pignore. §. 1. quod à creditore non fit, qui exonerandæ ſortis gratia nō alienæ rei contrectādæ inter vertendæve consilio rei pigneratæ fructib. vtitur. Ea quippe res tota debitoris
414 non creditoris lucro cedit. Adde, † legis authoritate creditorem fructib. rei pigneratæ vti, d. c. 1. & 2. de vſur. igitur illi id fraudi nō esse debere, cōsequens est dicere. l. Grachus
415 C. de adul. De † illo nunc videamus, qui fructus ad ſortis exonerationem pertineant, an ſoli, qui à creditore sunt percepti, an & qui percipi potuerunt? Henricus in ſum. tit. de pig. §. quando. ver. ſed nunqd. Cardi. Hoſti. ad ſolos perceptos creditorem teneri exiſti-
416 mauit, niſi fraus eius arguatur. Arguiq; † tunc fraudem ſcribit, cum fundo pignerato neglecto ſuos agros minus fertiles, creditor
417 colit. Inciuile † est idē præterea arbitratus, ſi fundum pigneratum creditor inuitus exercere cogeretur, bobus agro colendo forſan amiſsis damnū ſibi ſarciri à debitore fruſtra petiturus, nec vanum hunc timorem videri, nam in bonæ fidei poſſeſſore hoc est reſponſum, vt amiſſorum ita boum detrimentū eum, non fundi dominum reſpiciat. Bald. l. 1. in fi. C. de fruct. & lit. expen. Frā. Cremē. ſing. 134. Tiraq. trac. de vtro. retra. gl. 15. nu.
418 26. Non † negat autem quin imputetur creditori, ſi fundum pigneratum non locauit, cùm poſſet, ea enim re in culpa esse. Arg. l. 3. C. de diſtra. pig. Idemq; ſcripſit in re qualibet, ſiue ſoli, ſiue mobili, aut ſe mouenti, quę locari conſueuit. Argu. l. ſed & ſi quid. §. & ſi veſtimentor. ff. de vſuf. & l. vel vniuerſor. ff.
419 de pig. acti. Ioannem † verò Calderinum ſcribere Nicol. Abb. lib. 5. Epiſt. Decret. c. 1. nu. 5. de vſur. And. c. 1. col. 5. poſt me. ibi. vtrum. autē teneatur creditor. refert, quoad creditori ſatisfactum non est, eorum fructuū iniri rationem, quos percepit creditor, cū plenè autem creditori ſatisfactum est, & ita peremptо pignore in reſtitutionem & eos fructus venire placuit, quos percipere creditor potuit. Quæ ſententia, vt prima quidē ſpecie videri poteſt, non est ſine ratione, creditorem enim eo, quod deberetur, accepto, incipere pignoris poſſeſsioni mala fide incū-
420 bere. Constat † autem malæ fidei poſſeſſorē ad fructuum, qui percipi potuerunt, ſummā teneri. c. grauis. & ibi notata. de reſti. ſpolia.
421 Abb. c. 1. nu. 5. de vſur. Antonius † autē Butrius, cuius diſtinctionem idem Nico. Abb. refert. d. c. 1. & nu. 5. intereſſe putat, dolo latáve culpa creditoris fructus non percepti dicantur, an ei nihil eiuſmodi imputetur, & ſecundum hæc fructuum qui percipi potuerunt, damno, creditorem onerari, aut leua-
422 ri cenſuit. Hanc † Antonij Butrij diſtinctionem duabus ſuperioribus omiſsis, quaſi ſilentio eas damnans ita demum veram esse Nicol. d. c. 1. & nu. 5. de vſur. Abb. ſcribit, ſi debitoris gratia pignus, datum proponatur, tunc enim dolum tantùm & latam culpam creditorem præſtare ait. Cęterùm ſi vtriuſq; cauſa ex æquo pignus interuenit, fructus, qui leui etiam culpa creditoris percepti non sunt, debito ſcribit imputari, quaſi tunc ad omnes fructus creditor teneatur, quos dili-
423 gens paterfamiliâs percepiſſet. Hanc † ſententiam Auguſtinus Beroi. d. c. 1. & nu. 108. in fi. de vſur. Doctor meus, veram putat, ſuperioribus duabus Henrici Cardinalis Hoſtienſis & Ioannis Calderini confutatis, &
424 meritò. Pignori † enim acceptum præter dolum, culpam recipere ait lex. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ver. ſed vbi. ff. cōmo. & l. ſi ſeruos. ff. de pig. actio. & l. ſi creditor. 2. C. de pig. acti. & l. contractus. ff. de diuer. reg. iur.
425 antiq. Culpæ † autem à lege facta mentio, vt magnis authoribus Bal. l. Authē. quod locū. q. 2. ff. de colla. per legem. ſi cùm venderet. §. fi. ff. de pig. acti. notat. Gloſ. l. in venditione. §. de tempore. verbo. ex culpa. & Bar. ibi in vlt. notab. ff. de bonis auth. iudi. poſsid. Deci. d. l. contractus. & quæ ibi alle. nu. 19. placuit, leuem culpā continet. Rectiſsimè itaq;
426 Nicol. Abb. cùm † pignus, vt pleruncq; ſolet, debitoris & creditoris gratia interuenit, huius, quo magis ei cautum ſit, illius, quo facilius reperiat creditorem, §. fi. inſti. quib. more. contra. obliga. quod leui creditoris culpa
427 prætermiſſum est, ei imputat. Ex † quo & ipſa Henrici Cardina. Hoſtiē. ſententia ſatis refellitur, ſolam fraudem in neglecta fundi
428 pignerati cultura malè deſiderantis. Cuius † ſententia nec ea parte admittēda est, quanegat, creditorem ad fundum pignori acceptū colendum cogi oportēre. Nam intermiſſa fundi cultura, qui coli conſeuit, vt Bartolo l. quod nerua. col. 11. ff. depoſiti. & arg. l. mulier. §. ſed ſi. ff. ad Trebel. & Baldo l. quę fortuitis. C. de pig. acti. Bero. d. c. 1. num. 107. de vſur. placuit, culpa lata non vacat, aut certè,

vt alius

vt alius quidam scribit, Florianus, l. item, si fundi. ff. de vsufru. leui, quam exhibere cre-
429 ditorem oportêre, suprà constitit. Illud † non omitto, creditorem in re pignori accepta exactam diligentiã adhibere debere, §. fi. insti. quib. mod. re contra. obli. eaq; facere oportêre, quæ diligens paterfamiliâs esset in re sua facturus. l. ea igitur. ff. de pig. action.
430 Neminem † autem diligentem patremfamiliâs agros suos incultos iacere passurum.
431 Cultura † enim pretium ampliari prædiorum, l. non intelligitur. §. diui. in fin. ff. de iure. fisc. & l. ei qui. §. fin. ff. de peti. hæred. Esse igitur, quod creditori, deserta fundi pignerati cultura, nõ immeritò imputetur.
432 Adde † fundum, qui non coleretur, ea re deteriorem reddi. d. §. diui. in fin. cum concordan. Ergò & si à creditore non exigamus, vt fundum pigneratum meliorem reddat, præstare tamen illud tenetur, ne deterior eius negligẽtia fiat: l. creditor. 1. & 2. C. de pig. acti. fieri verò fundos, nisi colantur, deteriores dictum est. d. §. diui. in fi. cum concordã.
433 Eamq; † esse causam, Bald. lib. 7. Digest. apud Celsum notat, l. itẽ. ff. de vsufr. cur fructuario fundi, in quo habet vsufructum, colẽdi, & quidem rectè, necessitas legibus imponatur, ne aut omissa aut intempestiua cultura fundus deterior reddatur. l. si merces. §. conductor. ff. loca. Nam percipiat inde quid legatarius, an non percipiat, proprietarij nihil
434 quicquam interest. Consequens † itaq; superioribus est, creditorem ad fundum pigneratum colendum cogi, contrà, quàm Henric. Cardi. Hostien. in sum. tit. de pig. §. quando. verb. sed nunquid. putauit, & eum secutus Anagni. c. ,, col. 2. vers. nõ quod creditor. de vsur. nihilq; vereri eum debere, ne bobus agro colendo forsan amissis, iactura afficiatur, quicquid enim instrumenti rustici intercidit, id impendijs necessarijs adnumerari solere, quibus videlicet nõ factis res esset peritura, aut etiam deterior futura. l. impensæ. in prin. ff. de ver. signifi. Porrò, quod boum agro colendo amissorum damnum non agri dominus, sed bonæ fidei possessor agnoscere debeat, Bald. d. l. in fi. C. de fruc. & lit. expen. ea res quæstionem nostrã non onerat, multùm enim interest inter creditorem & bonæ fidei possessorem, hunc enim fructuum sibi quærendorum mente & proposito agrum colere, creditorem verò domino operã dare. De se itaq; queri illum debere, qui temerè, & suo iure parùm bene perpenso fundum ad se nihil pertinentem coluisset, creditori autem nihil esse quod imputetur, quippe cui agrum incultum non relinquere necessitas fuit, ne eo neglecto, & per hoc deteriore reddito l. non intelligitur. §. diui. in fin. ff. de iure fis. & l. ei qui. §. fi. ff. de peti. hæred. præstare creditor id damnum debitori teneatur, l. creditor. 1. & 2. C. de pig. actio. iniquum ergò fore, iactura boum amissorum illum affici. Adde, bonæ fidei possessorem suo commodo res hæreditarias attingere, fructibusq; inde perceptis ita vti, vt quicquid consumpsisset, hæreditati, non ipsius patrimonio expensum feratur. l. sed & si. §. cõsuluit. §. quod autem. ff. de hæred. peti. Cùm creditor quicquid ex rei pigneratæ fructibus percepisset, sorti ferre debeat acceptum, c. 1. & 2. & c. cõquestus. de vsura. cum concordantijs. & hoc Beroi præceptoris disputationi consequens est. d.
435 c. 1. nu. 20. Illa † autem Ioannis Calderini sententia stante pignoris nexu ad solos fructus, quos creditor percepisset, teneri eum existimantis, ad eos hoc amplius, quos percipere potuisset, si credito accepto pignus non restituisse proponatur, etsi prima specie rationem habere videatur, manifestis tamen Principum Constitutionibus l. 2. C. de pig. actio. & l. 2. C. de par. pig. refellitur, quæ & eos fructus, quos percipere creditor debuit potuitve, esse debito imputãdos iubẽt.
436 Antonij † itaq; Butrij sententia hac reiecta & superiore, sequi, satius est, hoc autẽ, nisi quà quod pignori datum est, redditum melius à creditore, pponatur, nam quod amplius inde percipi potuit, cùm improbè à prædone exigatur, l. cæterùm. ibi improbè. ff. de rei vind. & perceptum creditoris fiat, nec debito imputetur, non desiderabitur, Bero. c. 1. num. 26. de vsur. ne de nihilo sit, quod creditor bona fide possidet. l. si pignore. §. si prædo. ff. de pig. acti.
437 Quare † si creditor rudem seruulum pignori acceptum erudisset, nec neglectæ eius, artificij operæ onerabunt, creditorem, nec perceptæ mercedes erunt ei adimendæ, sed relinquendæ saluæ. Idem
438 † est dicendum, si in fundo pignerato vineas instituisset creditor, non modò enim eo, quod inde vini percipi potuit, & perceptũ non est, onerandus non erit, vt sorti imputet, sed nec percepto priuandus. Argumen. l. penult. ff. loca. Quæ enim inuidia est, non ferre, vt inde creditor emolumentum quærat, vbi sumptum fecit? Et hæc dicere Beroi præceptoris disputationi cõsequens est. d. c. 1. nu. 24. & sequen. de vsur. Apparet
439 † ex his, qui fructus rerum pigneratarum debito imputentur, & quando, ad quem item modum, explicituſq; est omnis de impermisso fœnore atq; vsuris articulus. Igitur cùm

tur cùm abundè suprà constiterit, quid fœnus aut vsura sit, & longa deinde disputatione docuerimus, ita esse diuino iure fœnus prohibitum atq; vsuras, vt nullis humanis legibus contrà constitui, aut moribus introduci possit, consequens est, vt ad quæstionē in auditorio nostro agitatam, cuius discutiendæ gratia superiores duas illas præmisimus, transeamus, & tractemus. Pecuniam
440 † pupillarem tutores fœnerare non dicam possintné, sed habeantné potius necesse? quod quisq; fortè responderit, multa enim priuilegia pupillorum ætas atq; orbitas me-
441 ruit: Et † nominatim vetus iurisprudentia tutores, qui pupillarem pecuniam essent diutius facere sterilem passi, damno coërcuit, l. ob fœnus. ff. de adminis. tuto. vsurisq; quas inuidissent pupillis, plexuit. l. tutor. q. repertorium. §. vsuræ. ff. de adminis. tuto. &
442 l. si tutor constitutus. ff. de eo. Eandē† quoq; curatoribus nouissima Iustiniani Constitutione Authen. vt ij, qui obliga se habere perhi. res mino. §. quoniam. vers. quod si mobilis. colla. 6. impositam esse necessitatem constat, cum adolescentibus alendis illorum facultates, nisi fœnore exercito, nō sufficiunt.
443 Sed † quia veri Dei ignoratio, & Christianæ religionis, illum veteribus peperit errorem, & principalis authoritas, vt abundè suprà constitit, vsuras permittere nō potest, multò minus ad eas exercendas quenq; co-
444 gere. Lex † enim diuina, quæ Baldo Authē. ad hæc. C. de vsur. & Rubri. eo. in prin. & l. vsuras etiam in prin. eo. authore, in omni foro vincit, in vniuersum fœnerare vetat, nulla ætatis orbitatisq; commiseratio eum mereri fauorem debet, & hoc Azoni. in sum. C. de adminis. tuto. Henrico c. per nostras. de dona. inter vir. & vxo. Cardinali Hostien. & Dyno placuisse, Cynus lib. 5. Principalium Constitutionum Authen. nouissimè. C. de adminis. tuto. refert. Quorum sententiam Angelus l. si nauis. ff. de rei vendica. Salycetus Authen. nouissimè C. de adminis. tuto. & Anagninus c. quia in omnib. col. 19. vers. adde etiam prædictis. de vsur. probant. Cui Angelus d. l. si nauis. illud addit, vt ne tunc quidem, cùm fœnerasset pupillarem pecuniam tutor, vllum inde sentire lucrum pupillus debeat, sed id totum sibi tutor vindicet, cuius periculo pecunia fœnerata est, vt ille scilicet emolumentum ferat, quem, si res secus cecidisset, agnoscere damnum oportuit, l. secundum naturam. ff. de diuer. reg. iur. antiq. Cynus. Authen. ad hæc. C. de vsur. pupillo: qui fortunam non subijt, excluso. Ego & hac parte cum Angelo sentio, & proximam sententiam non inuitus probo, ne pupillorum causa fœnore permisso, id cuiq; tributum videatur, quod nisi offensa
445 lege diuina concedi non potest. Quod † si commiserationis causa esset hac parte quicquam indulgendum, in quos propensiorem esse legislatorem oportuit, quàm in hostiū potitos? qui feritati barbaricæ ac libidini subiecti, seruilibus iniurijs, contumelijs, pbris, flagris denicq; obnoxij in compede & neruo vitam degunt? eorum tamen redimēdorum, gratia, & suæ ciuitati restituendorum, vt in eo maximè publica versetur vtilitas, l. fin. C. de postlimi. reuer. & l. 1. ff. solu. matri. verendumq; sit, ne, seruitutis pertæsi se Christo abnegato impijs addicant religionibus fœnerare non est permissum, & ita sacris Pontificum Constitutionibus c. super eo. de vsur. cauetur, vt minus miretur quis, quod horum causa sponte sua & voluntate facere paratis non licet, eius necessitatem tutoribus fauore pupillorum imponere ius
446 non esse. Secundum † quæ nos tutorem, qui pecuniam pupillarem ociosam esse pati maluit, quàm eam fœnerare, nihil deliquisse iudicauimus, esse rati graue, tutorem inuitum sub alieni compendij emolumento contractus lege diuina prohibitos inire, cogi, & animæ suæ creare periculum, l. videamus. ff. de in lit. iur. Cyn. Authen. nouissimè. C. de adminis. tuto. & hoc aditus Princeps exappellatione pronunciauit. Eo † autem, quod
447 pecuniam pupillarem in prædiorum comparationem non collocasset, tutor, eum non onerauimus, nulla enim allegabantur per id tempus venalia fuisse, non parsuri alioquin eius negligentiæ. Bart. l. tutor. qui repertorium. §. si post depositionem. ver. vl. ad hoc. ff. de adminis. tuto. non vt vsuras pendere eū essemus iussuri, id enim lege diuina, vt sæpe diximus, interdictum c. super eo. de vsur. est, sed quanti comparata esse prædia, & perceptos inde fructus, pupilli interesse potuisset. Nam hoc nomine tutorem pupillo condemnandum esse, etiamsi dubitandi specie, Bartolus lib. 26. Digest. d. §. si post depositionem. ver. item quod. rectissimè notauit, Nicolaus c. conquestus. c. vers. 12. casus. de vsur. Abbas Pontificum Constitutionibus consequens esse scribit, & Anagninus d. c. conquestus. col. 3. ver. est & alius casus. & c. quia in omnib. col. 20. ver. exemplum. de vsur. probat. Sed † nequid huic iam definitæ
448 quæstioni affine, quod pupillorum cōmodis seruiat, esse prætermissum à nobis hac parte videatur, tractemus, an alio quoquo modo consultum esse pupillorum rationib.

possit,

posſit, ne omninò illorum pecunia vacet, iaceatq; inutilis: & quidam Roman. Conſi. 28. vita facti. ſerie. & Conſ. 139. prępoſitę. nu. 5. in fi. & Conſ. 138. in hac cauſa. nu. 4. Ana. c. quia in omnib. col. 20. verſ. adde etiam prædictis. de vſur. ad curam ſuam reuocare tutores oportêre ſcribunt, vt pecuniam pupillarem idoneis hominibus dent exercendã, à quibus aliquid honeſti lucri pupillo quæ-
449 ratur. Nam † hoc in dote licere, Innocentius iij. lib. 4. Epiſtolar. c. per veſtras. de dona. inter vir. & vxo. Decretal. conſtituit in ea ſpecie, cùm vir vxorem ob dotem nõ numeratam domo exegiſſet, iubet enim conſtitutio d. c. per veſtras. dotem viro numerari, aut ſaltem mercatori dari exercendam, vt pars honeſti lucri, quod inde caperetur, oneribus matrimonij ſuſtinendis deſeruiat, ne præterea per dotis denegatæ occaſionem, conſuetudine tori non repetita, vir & vxor contra matrimonij fidem vetitis ſe inquinent li-
450 bidinibus. Eam † Innocentij conſtitutionem Bartolus apud Marcianum lib. 35. Digeſtor. l. diui. ad l. ad pecuniam in puerorum alimẽta relictam produxit, quod Bald. l. 1. prope. fi. C. de condi. debi. per c. per veſtras. de dona. inter vir. & vxo. probat, & Ioãnes d. §. diui. Imolen. & eius auditor Anagni. c. quia in omnib. col. 20. verſ. adde etiam prædictis. de vſur. verum putant, & vt idem in pupillari pecunia reſpondeamus, ratio ſuadet, atq; eius ætatis commiſeratio atq; orbitatis iure
451 quodam exigere videtur. Sed † vt pupillos eius conſtitutionis beneficio opera tutorum in ampliando patrimonio vti poſſe dicamus, videndum eſt, quid illa conſti-
452 tutio habeat indulgentiæ. Et † Ioannes Andreæ d. c. per veſtras. in lege dandæ pecuniæ beneficium eſſe ſitum ſcribit, quaſi ita conferri pecuniam in negotiationem conſtitutio permittat, vt lucri, quod inde caperetur, partem vir ferat, quæ oneribus matrimonij ſuſtinendis deſeruiat, pecunia verò dotalis, hoc eſt ſors operam conferentis ſocij ſit periculo, eam de hoc caſu perierit, interpoſita de hac cautione, reſtituturi, Argumen. l. 1. ff. ſol. mat. tanquam ita coire ſocietatem per leges liceat. l. ſi nõ fuerint. §.
453 ita coire. ff. pro ſoci. & §. de illa. inſt. eo. In † eadem fuiſſe ſententia Henri. in ſumma. §. an aliquid. de vſur. Cardi. Hoſtiẽ. refertur, qui, ne parùm religioſus haberetur, pupillarem cauſam agentium conſcientiam onerat, ne ſortem, ſi fortuitu perijſſet, repoſcant, quaſi ſi alio fortè caſu, quàm fortuito intercediſſet, eius tepoſcendæ ius eſſe non inficietur.
454 Sed † hæc, id eſt vt ſalua ſit ſors, & vlla de hoc interponatur cautio, vt & Nicolaus Abbas d. c. per veſtras. adnotauit, non dixit conſtitutio. d. c. per veſtras. illud tantùm cauens, vt commiſſa mercatori pecunia pars honeſti lucri, quod inde caperetur, matrimonij deſeruiret oneribus, ergò nec nos di-
455 cemus: Imò † contrarium ſignificaſſe conſtitutio d. c. per veſtras. videtur, cùm facit honeſti lucri mentionem cuius quærendi cauſa pecuniam dotalem mercatori com-
456 mitti iubet. Placuit † enim prudentibus, honeſtum lucrum non eſſe, quod pecunia in negotiationem data, quæ periculo ſit
457 eam exercentis, quæreretur. Quin † eam conuentionem non carere vſuræ vitio, proditum eſt, & hoc inter omnes fermè conſtat, Gloſſ. c. plericq;. verbo. negotiatio. 14. q. 3. Rofre. in ſumma. Baldus. l. 1. num. 11. q. 9. C. pro ſocio. Ioan. Calderi. c. nauiganti. de vſur. Abbas. c. per veſtras. nu. 8. Rom. Cõſ. 238. pro habenda, nu. 7. & 8. idem Conſil. 520. circa. nu. 5. & 7. & 8. idem Conſ. 560. ſummarius. lib. 11. & Paul. Caſtren. Conſ. 55. viſo inſtrumento. lib. 2. & Angel. Aret. §. de illa. inſtit. de ſocie. Fulg. d. l. ſi non fuerint. §. ita coiri. ff. pro ſocio. & manifeſtam videtur habere rationem. Nam, vt eleganter Ludouicus Conſ. 520. circa. nu. 6. Pontanus ex facto cõſultus diſſerebat, aut mutuò datam pecuniam dicemus, aut in ſocietatem collatam. prior ſpecies, vt rectè Pontanus exiſtimat, vſu-
458 ræ crimen continet, quicquid † enim pecuniæ mutuò datæ accederet, quocunq; quis nomine appellet, vſuram eſſe. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi. cer. petat. & c. conſuluit. de vſur. & 14. q. 3. c. ſi fœneraueris. & c. putant quidam. & c. vſu. Paul. Caſ. cõſ. 520. cir. nu. 4. Rõ. cõſ. 238. pro habenda. nu. 4. idẽ. cõſ. 520. cir. nu. 4.
459 Alex. conſ. 8. circa. num. 4. lib. 3. Et † idcircò Bald. l. 1. nu. 11. q. 9. C. d. ſocio. Adde. Ang. §. de illa. inſ. de ſocie. & Rom. cõſ. 520. circ. nu. 7. Ana. c. nauiganti. colu. 4. in prin. de vſur. ſorti accepto ferẽdum eſſe ſcribit, quicquid creditori ex lucro negotiatione eius pecu-
460 niæ facto numeraretur. Poſterior † verò ſpecies, ſi pecunia, inquit, ita data coitam eſſe ſocietatem dicamus, iniuſtam habet cõuentionem, & ſocietatis naturæ repugnantem, quæ, cùm fraternitatis inſtar ſit, l. verũ. ff. pro ſocio. nullam inter ſocios inæqualitatem patitur, ſed pro modo eius, quod in medium contulerunt, ſiue pecunia & opera ſit, ſiue induſtria & gratia, re bene vel ſecus geſta, lucrũ ſentiant aut damnum. Quare cùm conuenit vt alter ſocius duas tréſve partes habeat, alter vnam, ita demum Domitio l. ſi

non

non fuerint. ff. pro socio. Vlpiano authore, iustam esse societatem placuit, si, qui plures partes habiturus est, idem plus pecuniæ, operæ, industriæ, alteriúsve rei in societatem
461 contulisset. Sed † an non contrà est, quòd ita coiri societatem posse, Cassium putasse, idem Domitius d. l. si non fuerint. ff. pro socio. Vlpianus refert, vt nullius partem damni alter sentiat, lucrum verò commune sit? & prima specie aduersari superioribus videatur, & societatis naturæ repugnare, quæ æqualitatem inter socios, vt inter fratres, quibus comparantur d. l. verum. expostulat? sed hoc nequaquam dicendum est. Ita enim hanc conuentionem valere, vt Sabinus d. l. si non fuerint. scribere refertur, si tanti sit opera, quanti damnum est, id est, si operæ æstimatio pecuniæ, cuius subeundum periculum est, par esse proponatur, vt puta, cùm alter socius quadringenta in societatem contulit, alter operam, quæ pecuniæ respondet, id est quæ quadringentis æstimatur, pluriúsve, si solus fortè nauiget, solus peregrinetur, pericula subeat solus, &
462 hoc rectissimè dicetur. Aequissimum † enim est, vt nullum quadringentorum amissorum damnum sentiat, qui operam cõtulit, ne afflictus, id est operæ suæ iacturam passus ad nouam vocetur afflictionem l. iure succursum. ff. de iur. dot. & c. penult. cum concordan. in Glossa. ibi alleg. decle. ægro. eiusq; pecuniæ damnum præstare cogatur, quæ si finita societate, nulloq; lucro facto, extaret, socio, qui eam contulisset, salua erat mansura. Nam cum socio, qui operam contulit, sortem distracta societate reliquam factam non esse communicandam, desijt dubitari, Bald. Paul. Castren. & Salyce. l. 1. ff. pro socio. Bald. Consil. CCLX. lib. 1. Corn. Consi. 23. col. fin. libro 1. & Consi. CLII. col. fin. libro 3. & Cons. LVIII. col. 2. lib. 4. & Alex. Cons. 117. visis. in fin. lib. 1. Enimuerò,
463 † cùm opera socij minus confert, societati, quàm pecunia, vt cùm quadringentis à socio collatis operam quis, quæ ducentorum sit, conferat, lucrumq; esse cõmune placuerit, iniquè, qui operam viliorem contulit, damnum quadringentorum deprecabitur, Argument. d. l. si non fuerint. §. ita. coiri. à contrario sensu. idq; pro modo eius quod socius amplius, quàm ipse, contulit, & ita totis quadringentis amissis medietatis, id est ducentorum damnum proprium erit pecuniam conferrentis, nam ei summæ opera socij respondebat. Alterius verò medietatis, id est aliorum ducentorum damni partem sentire, qui operam contulit, debet. Cẽtum itaq; præstabit, quia altero tantò minus, quam socius, contulit, contulit enim, quadringenta ille, hic operam tantùm du-
464 centorum. Illud † admonendi sumus, lucri & damni iniri prius rationem non oportẽre, quàm finita negotiatione, & hoc Bartolo l. neminẽ. de suscepto. lib. 10. Cod. placuisse, Ioannes Plateensis & Angelus Aretinus scribunt, instit. §. de illa. de socie. quod & ego
465 probo. Nam † cùm lucrum, vt seruius l. Mutius. ff. pro socio. in notatis Mutij scribere refertur, non intelligatur, nisi omni damno deducto, non expectato negotiationis exitu, hoc est damnis & lucris, quæ vario euentu inter negotiandum accepta sunt, non compensatis, quantum in lucro sit, nequaquam sciri potest, id est quantum sorti accessit, quantúmve in damno, id est quantũ inde ademptum deminutúmve sit, damnum enim ab emptione quasiq; deminutione dictum, Iulius Paulus libro 38. Digestor. l. 3. de damno infecto. author est. Ap-
466 paret † itaq; Cassio d. l. si non fuerint. authore rectè societatẽ ea lege coiri, vt nullius partem damni alter sentiat, lucrum verò commune sit, nec vllam inesse huic conuentioni iniquitatem, si, vt Sabinus d. l. si non fuerint. ait, tanti sit opera, quanti damnum est, id est non maius periculum subeat, qui pecuniam confert, quàm qui operam, si ille suæ pecuniæ, hic operæ damnum faciat, & ita illud Cassianum d. l. si non fuerint. à Paulo Castrensi Consi. 55. viso instrumento. nu.
467 2. & 3. lib. 2. acceptum lego. Igitur † non in vtriusq; socij persona valebit damni deprecatio. Nam, vt rectè conuenit, ne quod damnum amissæ pecuniæ in societatem ab alio collatæ sentiat, qui operam contulit. Non quoq; contrà, ne, qui pecuniam contulit, vllum eius damnũ sustineat, cuius differentiæ manifesta est ratio, Eum enim qui operam contulit, opera perdita satis damni facere. Quare si ad damnum pecuniæ sarciendum compellatur, duplici afficietur incommodo, hoc est operæ & pecuniæ, quod est perquam durum. Cùm contrà, si qui pecuniam contulit, eius amissæ damnum sensurus non est, aduerso negotiationis euentu, nullam faciat iacturam, quod & Anagninus c. nauiganti. col. 3. vers. nam sicut in lucro. de vsur. rectè notat. iniquum autẽ esse, societatem ea lege coire, vt aduersus negotiationis exitus alteri socio detrimentum adferre possit, alteri non, d. l. si non fuerint. nihilq; hîc fraternum esse, & societatis congruens, æquabilitati. contra. l. verum. ff. pro
468 socio. Eam † itaq; conuentionem, vtpote

societatis

societatis naturæ repugnantem nullius esse momenti, dicendum est, vt est in alijs contractibus receptum. l. cùm precario. ff. de preca. Bar. l. vbi ita donatur. f. de dona. mor. cau. Roma. Cons. 120. circa. nu. 6.

469 Ange. §. de illa. insti. de socie. Quin † pœnis, quæ in fœneratores sunt constitutæ, eos, qui ita contrahunt, esse plectendos, dubitare nõ oportet, vsuræ enim vitio eã conuentionem nõ carere, palàm est, idq; inter omnes constare, Rofre. in summa. Bal. l. 1. num. 11. q. 9. C. pro socio. cum concor. supra alleg. suprà retuli. Fœnera-

470 tores † itaq; se esse non ignorent, qui ita in negotiationem pecuniam conferunt, vt periculo eam exercentis sit: lucri autem, quod inde fieret, partem ferant, seu certã seu pro modò quæstus, qui inde fieret, nã nisi sors & quæstus fortunæ cõmittantur, Paulo Cons. 55. viso instrumento. num. 1.

471 lib. 2. Castrensi authore, vsura est. Nec † Innocẽtij tertij cõstitutio c. per vestras. de dona. inter vir. & vxo. vt magnis authoribus. Bal. l. 1. nu. 11. q. 9. C. p socio. Abb. c. per vestras. nu. 8. de dona. inter. vir. & vxo. Roma. Cons. 238. pro habenda. num. 8. & Alex. Cons. 80. circa. nu. 2. lib. 3. Bal. Cons. 453. lib. 3. & Roma. Cons. 500. summarius. nu. 10. Petrus. Ancha. repe. c. peccati. col. 11. de reg. iur. lib. 6. Ana. c. nauigãti. col. 4. in prin. de vsu. placuit, aliud vult, nec dos, cuius causa semper & vbiq; præcipua est, l. 1. ff. solu. matri. hoc meruit priuilegium, vt salua semper sorte, lucrum speretur. Bal. d. l. 1. nu. 11. q. 9. C. pro socio. concor. 1. quod diuinæ legi refragari, abundè suprà

472 docuimus. Adeò † autem inuisum est Pontificum placitis consilium quæstum data mutuò pecunia quærentium, vt, & si pecuniæ periculum in se susciPiant, nihilo magis fœneratores iure desinant haberi. quod est in ea specie constitutum, d. c. nauiganti. cùm nauigaturo quis, ad nundinásue profecturo pecuniam mutuam suo periculo futuram dedisset. Nam, si quid propterea, quasi periculi precium, qui pecuniam ea lege mutauit, recepturus ex pacto proponatur, vsuræ crimen non effugiet, c. nauiganti. de vsur. eam enim conuentionem notissimos mutui terminos egredi, quod gratuitum esse debet, & ab omni quæstus spe vacuum. c. cõsuluit. de vsur. & 14. q. 3. per totum. vide glos. c. conquestus. verb. de feudo. vers. illud nota. de vsur. Et nos aliquis eius quæstionis, qua de sumus aditi, terminos dixerit fortassis egressos, quod factum à nobis esse, si negare non possimus, in commune tamen consulere volentis studium

473 reprehendi non debet. In † hoc præsertim fœnoris capite pertractando, in quod qui committunt, eos præter infamiæ notam, l. improbum. & ibi glos. & Bal. C. ex quibus cau. infa. irro. & Bero. c. cùm tu. num. 14. de vsur. quæ æquè, aut certè magis, quàm mors, terribilis esse viris bonis debet, l. iusta causa ff. de manu. testa. Gerar. sing. 33 nobiles. & Alex. l. si victum. ff. de re iudi & l. isti quidem. §. 1. ff. quod metus cau. & l. reprehendenda C. de institu. & substitu. & Authen. de consulibus ad fi. & l. 2. de offi. ma. offi. & Parisi. de Puteo tract. de re milita. tit. an principes. iure belli. num. 5. & Parisi. Cons. 58. agit. nu. 32. lib. 4. & Bero. Rub. de vsur. num. 62. sempiternæ manent pœnæ, inexpiabiliaque diuinis legibus constituta supplicia. c. 1. in prin. & ibi glos. de vsur. libro 6. Sed vtinã haud hæc auri cupiditate cæcis scripserimus, quibus Deus nummus est, nihilque tam sanctum esse ac religiosum potest, quod, si vel modici spes refulserit lucri, non violare atque infringere ius fas-

474 que esse sibi putent. Ignari † scilicet humana vita quàm paucis egeat. de quibus ille. mensura tamẽ, quæ sufficiat census, inquit, si quis me consulat, edam, in quantum sitis atq; fames, & frigora poscunt.

FINIS.

INDEX VERBORVM
ET RERVM LOCVPLETISSIMVS IN
PETRI ROYZII MAVREI DECISIONES.

Numerus prior indicat Paginam, posterior numerum Decisionis.

A.

Abigei nomen vno actu non quæritur. Folio 84. Numero 502.
Absentia affectata nõ tribuit priuilegium. Fol. 144. Num. 393.
Absentia breuis pro præsentia est 142. 378.
Absentiæ adscribitur tempus, quo se quis aditer comparat. 46. 79.
Absens criminaliter condemnari non potest. 118. 158.
Absens Reipublicæ causa excusatur, & quomodo id accipiendum. 144. 398. *vsque ad nu.* 408.
Absens ex iusta causa & voluntaria procuratorẽ habere debet, aliter atq; ex necessaria absens, nisi actor sit. 151. 477.
Absens iusta ex causa pro præsente est. 142. 378.
Absens domo aliquot mensibus ex causa necessaria, non abfuisse intelligitur. 47. 92.
Absentis loco est, qui reuersus est, dum se de via colligit. 46. 79.
Absens iusta ex causa procuratorem mittere tenetur. 151. 476.
Absens non habetur, qui breui rediturus est. 46. 78.
Absentis numero non est, qui redeundi animo discessit, etiam si diu absit. 54. 169.
Absentes mercaturæ, aut rei dominicæ causa excusantur à contumacia, & quare. 105. 6. & 13
Absentium Reipublicæ causa priuilegia habent eorum comites, & id quomodo intelligatur. 150. 462. *nu. seq.*
Absentibus & ignorantibus furiosi comparantur. 118. 156.
Abest qui aliquandiu domo ex necessitate, pro semper præsente est. 142. 379. *nu. seq.*
Absit iudex, an præsens iuridicundo vacare non possit, nihil interest. 46. 81.
Abesse non intelligitur quis, vnde animo redeundi abest, etiam si diu absit. 54. 169.
Absoluere, quàm condemnare, facilius iudex debet. 42. 21.
Accessorium ibi esse per rerum naturam intelligi non potest, vbi principale nullum est. 97. 564.
Accessorium in grauioribus delictis non minus, quàm principaliter factum plectitur. 167. 70.
Accessorij furtum non fit, nisi principalis furtum fiat. 97. 565.
Accidens quando vincat naturam. & contrà. 29. 35.
Accipere non licet ab vltro offerentibus, quod propter publicum bonum dari prohibetur. 186. 305.
Accusans, & reũ non peragens, nihil agit. 42. 18.
Accusatus capitaliter Socrates nec patronũ quæsiuit, nec iudicibus supplex fuit, educiq; è custodia cùm posset, noluit. 14. 100.
Actio meretrici stupri mercedem persequenti nõ datur, & in qua meretrice intelligatur, & quare, cum tribus nu. seq. 178. 213.
Actionem de sua perfidia aut improbitate nemo consequi debet. 96. 556.
Actionem in posteriorem furem non habet, fur re furtiua furto amissa, & quare. 96. 559. *& cum num. seq.*
Actiones suas transferens pater in filij potentioris personam ius crediti non amittit. 70. 375.
Actor per procuratorem agit, si idoneum reperit, aut ardua causa non est, & quomodo intelligatur. 152. 482. *num. seq. cum num.* 487. *& nu.* 489. *& seq.*
Actus qualitas à furioso furoris inducias habente, quo magis valeat, inspici debet. 15. 112.
Actus, qui geritur, vt valeat, interpretatione adiuuandus. 29. 38.
Ad aliquid quæ sunt, in ijs in vno dicta in altero procedunt. 147. 423.
Ad finem quis aut cognatum latronem receptans leuius punitur. 76. 427.
Adgressus fallere, an, vt deceptor, plectatur. 41. 7.
Adgressuram passus, si non se defendat, & ita occidatur, ac si suis manibus esset occisus, haberi debet 80. 473.
Adgressuram passus, si apprehensum hominem percussori pro clypeo obiecit, illeq; occisus sit, vtrum cædis nomine teneatur, si, qui obiectus est, omninò perituras erat. 57. 215. *cum nu.* 227.
Adgressor iure occiditur. 60. 272. *& nu. seq.*
Adgressor impunè occiditur, quia legum interpretatione à se interfectus intelligitur. 177. 439. *& nu seq.*
Adgressor, adsuetus percutere, cũ telo, ad quem veniens, inter vim cum moderamine inculpatæ tutelæ repellendam, iure occiditur. 85. 522.
Adgressorem occidere, iure diuino licet. 80. 470. *vsque ad nu.* 477.
Adgressorem suum fugientem occidenti capitale non est. 86. 524.
Adoptatus & adrogatus differunt, quà genus à specie. 135. 337.
Adquirere beatum est. 190. 340.
Adquisiuisse non videtur, qui, quod adquisiuit, mox perdidit. 46. 84.
Adquisitio possessionis, non earum modò rerum fit, quas in conspectu habemus, sed earum, quas proximè conspicere licet. 22. 219.
Adsessor quis in ea causa esse nõ potest, in qua patronus fuit, & quare. 27. 14. *& num. seqq.*
Adsumptio originis, quæ non est, veritatem naturæ non permit. 54. 174.
Adiacentibus in locis est respondendum de loco pestilenti dictum. 143. 385.
Adulterans mulierẽ pecunia data vi adulterium committere dicitur. 185. 290.

Adulterio grauius licet incesti crimen sit, leuius tamen punitur.73. 400.
Adulterium committere vitæ retinendæ gratiæ nemo debet.59. 241. *cum nu. seq.*
Adulterij pœnas legib. statutas nemo effugit. 111. 64.
Adulterari vxorem maritus semel passus, leno est.115. 120.
Adulterari mulier proscripta non potest.61. 281. *cum num. seq.*
Aduocatorum & iurisconsultorum laus & in Repub. vsus.163. 34.
Aduocatis partium quæ desunt, iudex supplet. 161. 7.
